BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
165
I
31
NAPOLI

XVI. I. 16.
B. S. D. M
N.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BULLARIUM
ORDINIS
FF. PRÆDICATORUM,
SUB AUSPICIIS
SS. D. N. D.
BENEDICTI XIV. P.M.
OPERA
REVERENDISSIMI PATRIS
F. THOMÆ RIPOLL,
MAGISTRI GENERALIS,
EDITUM,

Et ad autographam fidem recognitum, variis Appendicibus, Notis, Diſſertationibus, ac Tractatu de Conſenſu Bullarum, illuſtratum,

A P. F. ANTONINO BREMOND S.T.M.,
PROVINCIÆ TOLOSANÆ ORDINIS MEMORATI ALUMNO,
THEOLOGO COLLEGII CASANATENSIS.

TOMUS OCTAVUS
Prædictum Tractatum, Supplementa duo, & varios Indices complectens.



ROMÆ, MDCCXL.

EX TYPOGRAPHIA HIERONYMI MAINARDI.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

SANCTISSIMO
D. N. D.

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI MAXIMO.

F. THOMAS RIPOLL,

Totius Ordinis FF. Prædicatorum
GENERALIS MAGISTER.

QUO *gaudio perfuſus ab annis undecim Volumen primum Bullarii Familiæ Fratrum Prædicatorum* BENEDICTO XIII *laudatiſſimo Deceſſori*

Tuo dedicaverim BEATISSIME PATER, *novit literarius Orbis: quanta auctus lætitia ad* TUÆ SANCTITATIS *pedes accedam, ut iſtud, ceu totius Operis coronam & complementum, auguſtiſſimo* BENEDICTI XIV *nomini conſecrem, verbis aſſequi nullus poterit; omnes norunt. Nec enim aliquem fugit*, BEATISSIME PATER, *quam Tibi devo-*
II.Corinth.I. *tus ab annis amplius triginta fuerim*. Benedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, *qui me longævum Senem ad hanc uſque diem ſervavit incolumem, ut quod votis omnibus expetebam viderim tandem. Vidi* BENEDI-
Ecclef.XLV. CTUM XIII, cujus memoria in benedictione eſt, *ad Summi Pontificatus apicem, præter ipſius voluntatem, cunctis mirantibus, evectum. Video* BENEDICTUM XIV, *momento temporis, poſt diuturna & a Seculis longiora Comitia, ne cogitantem quidem, in Apoſtolorum Principis Cathedra, cunctis plaudentibus, Divino plane munere collocatum. Vidi* BENEDICTUM XIII *Familiæ meæ Fratrum Prædicatorum decus & ornamentum. Video* BENEDICTUM XIV, *cujus erga gentem*

meam

meam immortalia beneficia memor & grata ſera poſteritas prædicabit. *Vidi* BENEDICTUM XIII *qui*, *dum jure Profeſſionis pro ſua erga nos ſumma benevolentia ſe ſe filium nuncupabat*, *Pater amantiſſimus mihi ſemper fuit*. BENEDICTUM XIV, *quem toties vigilantiſſimum Patronum expertus ſum*, *jam lætus video ad regendam Chriſtianam Rempublicam divinitus conſtitutum*, *& ad illud evectum ſolium quo nullum in Orbe Terrarum ſublimius eſſe poteſt.* *Enim vero*, BEATISSIME PATER, Tu Princeps Epiſcoporum, Tu hæres Apoſtolorum, Tu Primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moyſes, Judicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Unctione Chriſtus. Tu es cui Claves traditæ, cui Oves concreditæ ſunt. Sunt quidem & alii Cæli Janitores, & gregum Paſtores; ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius utrumque præ ceteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, Tibi univerſi crediti, uni unus: *Et ut paucis cuncta complectar*, *dicam cum* Bernardo, *cujus aurea verba mox retuli*, Orbe exeundum

S. Bernardus De Conſideratione Libro II Capite VIII.

dum ei qui forte volet explorare quæ non ad tuam pertinent curam. *O me felicem, qui Te tanta poteſtate donatum video*, BEATISSIME PATER, *cujus ſapientia, rerum gerendarum peritia, majeſtas, in ſupremum quod ſuſcepiſti munus ſplendorem refundere, ac regerere poſſint. Vidi* BENEDICTUM XIII, *qui, ut ipſe jam pridem ſcripſiſti*, optimo jure dignus eſt habitus, ut, qui cunctis admirabilium virtutum facile præibat exemplo, imperio quoque Chriſtianæ Reipublicæ aliquando præficeretur, ardentiſque inſtar lampadis, non humili, anguſtoque deliteſceret loco, ſed in aprico, & excelſo poneretur, unde nitidiſſimum lumen provide, lateque diffunderet. Itaque ſumma Cardinalium conſenſione Pontifex Maximus dictus eſt. *Video* BENEDICTUM XIV *cujus laudes eodem prorſus modo feſtivis vocibus cordati omnes celebrant. Jure quidem ac merito. Eſt enim quod ſibi gratuletur Eccleſia cum talem, tantumque Rectorem feliciter ſit adepta, qui fluctuanti Petri naviculæ gubernator a Deo Optimo Maximo datus, bonitate velit, ſapientia ſciat, auctoritate poſſit, hujuſce graviſſimi gubernaculi pondus immen-*

In Epiſtola nuncupatoria Tom. III. *De Beatificatione Servorum Dei, & Canonizatione Beatorum &c.*

immenſum ſuſtinere. Gratulantur ſibi Felicis Recordationis præſtantiſſimi Deceſſores Tui CLEMENS XI, INNOCENTIUS *&* BENEDICTUS XIII, *ac* CLEMENS XII, *qui, dum viverent, probe norunt & toties experti ſunt illud Tuum ad omnia ſumma natum ſplendidiſſimum ingenium, ac parem in arduis rebus gerendis felicitatem. Gratulantur ſibi Reges ac Principes qui, fama latius in dies de Tuis eximiis virtutibus crebreſcente, jam dudum quanti eſſes didicerant, & nunc omnes ad unum voti compotes facti, de Tua plane Cæleſti Electione novam quandam & inauditam voluptatem percipiunt. Gratulantur ſibi Præſules in toto qua late patet terrarum Orbe conſtituti, quibus jam pridem viva Lex eras dum Te velut Oraculum conſulerent, & in præclariſſimis illis Mandatis, quibus Bononienſem Metropolim Tibi concreditam illuſtrabas, quid in regendis populis agendum ſibi foret proſpicerent. Sed & ipſi Romani Præſules ſibi gratulantur quod varia quæ complures gerunt munia ſic obieris, ut exemplar habeant quod ſequantur, ſi ætatem velint honoribus vincere, honores virtute ſuperare. Gratulatur ſibi Senatus, Populuſque Romanus, cui*

jam

Digitized by Google

jam diu juſtitiæ, integritatis, diligentiæ, lenitatis animi, ceterarumque virtutum, quibus Viri Principes illuſtrantur, tot argumenta præbuiſti, ut nihil in Te ad omnia ſumma peragenda deſideret. Gratulatur ſibi Literarius Orbis quem tot eruditis Operibus locupletaſti, ut, licet maximis Reipublicæ Chriſtianæ negotiis plerumque diſtentus ac implicitus fueris, totus tamen in literis fuiſſe, videaris. Omnes denique ſibi gratulantur Chriſtifideles quod Summus, & Omnium Pater ſibi cælitus datus ſit Pontifex Maximus, in cujus virtute Dei populus conquieſcere, ac bene ſperare merito poſſit. Etenim cunctos, Te Pontifice, hanc in ſpem conceſſiſſe videmus, rem Chriſtianam, ſi quando alias, Tuis ſub auſpiciis non ſolum ſartam tectam, ſed etiam proſperam feliciſſimamque futuram : & id unum nobis deſiderare eſſe, BEATISSIME PATER, *ut Tuis Sanctiſſimis conſiliis propitius ſit ille cujus vices geris, Teque diu ſervet incolumem, quem totius Orbis decus & lumen læti conſpicimus, & admiramur. Hæc mea diuturna vota, totiuſque Familiæ Fratrum Prædicatorum, quam tot adamantinis paternæ benevolentiæ vinculis ita Tibi devinxiſti,*

BEA-

BEATISSIME PATER, *ut tota Tua ſemper fuerit, & dum ſupplex ad pedes Sanctitatis Tuæ nunc læta procumbit, ut iſtud qualecunque munus offerat, ſe Tibi commendet, ac Apoſtolicam Benedictionem efflagitet, nec lætitiæ pares animos, nec animis parem orationem habere poſſit, quibus vel incredibilis gaudii ſenſus exponat, vel immortales quas agit gratias referat.*

APPRO-

APPROBATIO.

LOco ac tempore noviſſimum, rerum tamen & Argumenti amplitudine, arduitate, uſu, præſtantiſſimum ac Primum, Bullarii Ordinis Tomum VIII edendum exhibet Vir maxime commendabilis vel ſolo hoc Volumine, cui præfixit, pro merita utique laude longe inferiorem, Inſcriptionem = *Bullarium Ordinis FF. Prædicatorum, ſub auſpiciis SS. D. N. D. Benedicti XIV, Pontificis Maximi, Opera Reverendiſſimi P. Fr. Thomæ Ripoll, Magiſtri Generalis, editum, & ad autographam fidem recognitum, variis Appendicibus, Notis, Diſſertationibus, ac Tractatu de Conſenſu Bullarum illuſtratum = Tom. VIII Prædictum Tractatum, Supplementa duo, & varios Indices complectens* = In ipſo ſiquidem exſtat a quingentis fere annis ductum Apoſtolicorum Diplomatum novum ſpicilegium. Accedit, lucem adſerentibus ſemper ſplendidis illis Romanæ Sedis Oraculis, totius Bullarii hactenus ardentiſſime deſiderata, nunc tandem obtenta, uberrima meſſis; ad evolvendas leges Ordinis: ad hujuſce, immo & totius Regularium cœtus, Jura, Privilegia digerenda, aſſerenda, tuenda: atque etiam ad rem Hiſtoriæ tum Eccleſiaſticæ cum Secularis adornandam, accommodatiſſima; Et eo quidem Sacrorum Canonum intellectu, ea Conſtitutionum Apoſtolicarnm conſenſione, ea emergentium paſſim difficultatum diſſolutione, quæ tantum deceant Auctorem. Habes pro coronide Indices duos, improbiſſimi laboris fœtus æque ac enixioris eruditionis parentes; quibus primum, per Orbem qua late patet, Prædicatornm Familia ſacra deſcribitur: tum innumerabilium locorum, perſonarum, rerum, in toto Opere ſparſarum, notitia ita accurate diſtincte contrahitur, ut fuſiorem quærenti ac Pontificio nixam monumento, hæc ſtatim occurrat. Iſta omnia quum pro viribus, juxta præſcripta mihi a laudato Rm̃o Magiſtro Ordinis, expenderim, nihil in iiſdem reperiri, quod Catholicæ Fidei & Ethices documentis contrarietur, mihi viſum eſt: ſingula vero in communem ntilitatem typos præſtolari.

Ita ſentio &c. In Cœnobio S. Mariæ ſupra Minervam Romæ die 14. Septembris 1740.

Fr. Johannes Dominicus de Agnanis, Ord. Præd., S. T. M., Bibliothecæ Caſanatenſi Præfectus, ac Sac. Congregationis Indicis Conſultor.

I M P R I M A T U R.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Philippus Spada Archiep. Theodoſien. Viceſgerens.

APPROBATIO.

BUllarinm inclyti Prædicatorum Ordinis, demandante Reverendiſſimo Patre Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, debitâ Summorum Pontificum Oraculis cum veneratione legi; doctaſque Notas, & luculentas Diſſertationes, quibus illud accurate illuſtravit, atque auxit Admodum Reverendus Pater Fr. Antoninus Bremond ejuſdem Ordinis Sacræ Theologiæ Magiſter, non ſine ingenti animi mei voluptate percurri. In his enim, non modo ſolida eruditio, verum etiam eximia pietas Auctoris mirificè elucet; adeo nt nihil, quod ab orthodoxæ Fidei Dogmatibus, aut caſtæ Ethices regulis, vel minimum diſcrepet, in ipſis deprehendere potuerim. Quamobrem egregium hoc Opus, àtque omni ex parte, mea quidem ſententia, abſolutum, typis mandari poſſe cenſeo.

Tibure die 18. Julii 1729.

Fr. Placidus indignus Caſæ-Marii Abbas Epiſcopus Tiburtinus.

I M P R I M A T U R.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sac. Palatii Apoſt. Magiſter.

BUL-

BULLARIUM
ORDINIS FF. PRÆDICATORUM.

TRACTATUS
DE
CONSENSU BULLARUM.

Quindecim Titulos exhibet Tractatus iſte de Conſenſu Bullarum.

Primus eſt de Cœnobiis conſtruendis, & conſtructis.
II. De Noviciis, & Profeſſis.
III. De Electionibus.
IV. De Præpoſitorum auctoritate.
V. De S. Sedis in Ordinem Fratrum Prædicatorum juriſdictione.
VI. De Studentibus.
VII. De Sacramentorum adminiſtratione.
VIII. De Miſſionibus.
IX. De Sepultura.
X. De Decimis.
XI. De Apoſtatis.
XII. De Tranſeuntibus ad alios Ordines.
XIII. De Monialibus.
XIV. De Tertiariis.
XV. De Confraternitatibus.

TITULUS I.

De Cœnobiis conſtruendis, & conſtructis.

Quæſtionibus XIX conſtat hic Titulus.

I. QUinam ſint Summi Pontifices, qui Prædicatorum Ordinem præcipuis laudibus ornarunt?

II. Quæ ſæcularis neceſſaria ſit, ut Cœnobia Fratrum Prædicatorum conſtrui poſſint?

III. Quo ſpatio ceteræ Domus Religioſæ diſtare debeant a Cœnobiis Fratrum Prædicatorum?

IV. Conceſſeruntne Summi Pontifices, ut, ſi Diœceſanus Epiſcopus eſſet difficilis, Fratres Prædicatores adire poſſent Epiſcopum benevolum, qui ad Eccleſias conſtruendas primarium lapidem poneret, conſtructas conſecraret, Cœmeteria benediceret &c.?

V. Poſſuntne Fratres Prædicatores, Eccleſiaſtica veſtimenta, & id genus cetera benedicere?

VI. An, translatis Cœnobiis, ſupellex, & id genus cetera, translata cenſeantur? Quid de Cœnobiis, & Monaſteriis, deſtructis, ſuppreſſis, vel derelictis?

VII. An Eccleſiæ Fratrum Prædicatorum Conventuales ſint?

VIII. An plures Campanæ in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum eſſe poſſint?

IX. Quænam ſint præcipuæ Indulgentiæ Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſæ?

X. Qualis Privilegiorum communicatio conceſſa ſit Ordini Fratrum Prædicatorum?

XI. Quænam pœna conſtituta ſit in adhibentes violentiam Cœnobiis, Eccleſiis, vel locis quibuslibet Ordinis Fratrum Prædicatorum?

XII. Utrum Bona poſſidere poſſit Prædicatorum Familia?

XIII. Num Bona poſſint, hæreditario jure, obvenire Fratribus ejuſdem Ordinis?

XIV. Quænam pœna ſtatuta ſit adverſus alienantes Eccleſiaſtica Bona?

XV. Num Beneficia ſecularia erigi poſſint in Ædibus ſacris Ordinis Fratrum Prædicatorum?

XVI. Domus Religioſæ ſuntne immunes ab Hoſpitio Militum?

XVII. Poſſuntne Fratres extra Cœnobia commorari ſine Superiorum permiſſu?

XVIII. Poſſuntne Mulieres ingredi ſepta Cœnobiorum?

XIX. Quid Mendicantium Ordinum Protectoribus ſit agendum, & quænam ipſorum auctoritas?

QUÆSTIO I.

Quinam ſint Summi Pontifices, qui Prædicatorum Ordinem præcipuis laudibus ornarunt?

Acturus de Privilegiis, ac ceteris id genus, quibus Summi Pontifices Familiam Fratrum Prædicatorum illuſtrare dignati ſunt, non abs re futurum exiſtimavi, ſi, prius quam de Privilegiis diſſeratur, ære perenniores, ac auro, gemmiſque, multo pretioſiores, laudes illas inæſtimabiles referrem, quibus Apoſtolica Sedes, qua ſumma eſt benignitate, eandem Familiam ſæpius ornavit. Nec verbis ſolum ditavit illam, ſed & ampliſſimis dignitatibus auxit Alumnos ejus, quos egregiis Provinciis præficiendos curavit. Quam præclaras, ipſius juſſu, ſuſtinuerint partes: quam multam, & uberem poſuerint operam: paucis hic exhibendum foret; non ut inani pompa res ab iiſdem recte geſtas extollendas ſuſciperem (quis enim neſcit, quod, cum magnum nomen immortalibus factis ſibi collegerunt, ſeſe ſervos inutiles, uti par erat, ubique prædicarunt) ſed ut tot gratiarum memores poſteri, magis ac magis Apoſtolicæ Sedi gratos ſe præbeant, huc mente intendant quo Patres, quibus nihil unquam fuit antiquius, quam ut Divinæ gloriæ propagandæ, & Matris Eccleſiæ rationibus procurandis, diu, noctuque deſudarent. Ipſorum geſta qui diligenter expenderit, aliud nihil ipſos ſpectaſſe, reperiet. Ut igitur æmulentur filii, quos colunt ut Patres, & erga gentem noſtram Apoſtolicæ Sedis immenſa beneficia, gratiori ſemper in dies memoria, proſequantur, ubi laudes præcipuæ, quibus Prædicatorum Ordinem Summi Pontifices ornarunt, relatæ fuerint, nonnihil dicendum eſſet de Fratribus, qui per id tempus floruerunt, ac de rebus ab ipſis præclariſſime geſtis in rem Matris Eccleſiæ. Hinc Quæſtionem iſtam variis Paragraphis diſtinguendam cogitaveram, quorum quilibet annos XXV continens, & laudes quibus Summi Pontifices illuſtrarunt Prædicatorum Familiam, & ejuſdem Familiæ exhibebat geſta ſplendidiora. Verum tanta rerum ſeges ſenſim ſe obtulit, ut dum Quæſtionem pararem, librum juſtæ molis jam ſcripſeram. Quapropter, ne Volumen iſtud craſſius evaderet, Hiſtoricas res ſeponendas exiſtimavi, ut de ipſis ſeorſim poſtea diſſeratur. Jam enim, bene fortunante Deo Optimo Maximo, aliud opus aggreſſus, ubi primum hujuſce Bullarii terminus erit, Annalium Fratrum Prædicatorum Volumen propediem vulgabo primum, quod excipient cetera: & ex iſtis Annalibus accuratiores certe, ac locupletiores erunt Adnotationes Hiſtoricæ, de quibus mox dictum fuit. His igitur nunc prætermiſſis, audiamus Summos Pontifices, qui Prædicatorum Ordinem præcipuis laudibus ornarunt.

I. Honorium III Conſtititutione *Nos attendentes*.
II. Eundem Conſtitutionibus *Gratiarum omnium*.
III. *Si perſonas*.
IV. *Dilecti filii*.
V. *Ligna pomifera*.
VI. *Gratum & acceptum*.
VII. *Gratum gerimus*.
VIII. *Quoniam*.
IX. *Quoniam*, & *Cum is*.
X. *Cum qui recipit*.
XI. *Cum Nos*.
XII. *Quia omnibus*.
XIII. *Vineæ Domini*, & *Ex parte*.
XIV. Gregorium IX Conſtitutionibus *Quoniam*.
XV. Eundem Conſtitutionibus *Deſcendentes*.
XVI. *Cum paupertatem*.
XVII. *Cum Fratres*.
XVIII. *Egrediens*.
XIX. *Deteſtanda*.
XX. *Cum tanquam*.
XXI. *Gratias agimus*.
XXII. *Quoniam*.
XXIII. *Ille humani*.
XXIV. *Specioſus*.
XXV. *Ut Fidei*.
XXVI. *Ab oriente*.
XXVII. *Commendantes*.
XXVIII. *Cum meſſis*.
XXIX. *Fidelium*.
XXX. *Benedicimus*.
XXXI. *Olim intellecto*.
XXXII. *Cum hora*.
XXXIII. *Cum hora*.
XXXIV. *Cum Paterfamilias*.
XXXV. *Attendentes*.
XXXVI. *Gaudiorum*.
XXXVII. *Inſpirationis*.
XXXVIII. *Vas admirabile*.
XXXIX. S.Collegium Cardinalium, Sede vacante; & Innocentium IV Conſtitutione *Inter alia*.
XL. Eundem Conſtitutionibus *Inter alia*.
XLI. *Veſtra ſemper*.
XLII. *Qui Deum*.
XLIII. *Proviſionis*.
XLIV. *Fructum*.
XLV. *Cæleſtis*.
XLVI. *Patri luminum*.
XLVII. *Quoniam*.
XLVIII. *Qui poſtpoſita*.
XLIX. *In jure*.
L. *Nanis iniqua*.
LI. *Humiles habitu*.
LII. *Sane cum*.
LIII. *Cum ſuperna*.
LIV. *Inter alia*.
LV. *Sua Nobis*.
LVI. *Cum olim*.
LVII. *Horridus nuper*.
LVIII. *Petitio tua*.
LIX. *Infuſa*.
LX. *Cum hora*.
LXI. *Deus Creator*.
LXII. Alexandrum IV Conſtitutione *Summa Summi*.
LXIII. Eundem Conſtitutionibus *Ordinis veſtri*.
LXIV. *Patris æterni*.
LXV. *Terra Sancta*.
LXVI. *De quibuſdam*.
LXVII. *Dilecti*.
LXVIII. *Cunctis*.
LXIX. *Cum hora*.
LXX. *Veræ Fidei*.
LXXI. *Vehementi*.
LXXII. *De pia*.
LXXIII. *Romanus Pontifex*, & *Quidam Scriptura*.
LXXIV. *Veri ſolis*.
LXXV. *Non ſine*.
LXXVI. *Pariſius*.
LXXVII. *Exhibita*.
LXXVIII. *Ad orthodoxæ*.

Inviti

LXXIX.	*Inviti.*
LXXX.	*De meritorum.*
LXXXI.	*Exultante.*
LXXXII.	*Non ſine.*
LXXXIII.	*Cæleſtis ille.*
LXXXIV.	*Nulla dubietas.*
LXXXV.	*De venerabili.*
LXXXVI.	*Bona meritoria.*
LXXXVII.	*Cum propter.*
LXXXVIII.	*Convenit.*
LXXXIX.	*In generalem.*
XC.	*Quoniam.*
XCI.	*Quanto.*
XCII.	*Inter alia.*
XCIII.	*Pium eſt.*
XCIV.	*Plantatus.*
XCV.	*Virtute conſpicuos.*
XCVI. Urbanum IV Conſtitutionibus	*Veſtri Ordinis.*
XCVII.	*In præclara.*
XCVIII. Clementem IV Conſtitutionibus	*Splendor.*
XCIX.	*Ad conſequendam.*
C.	*Expanſis.*
CI.	*Innuit.*
CII.	*Quæris.*
CIII.	*Paupertatis.*
CIV.	*Dei ſapientiam.*
CV.	*Ille ſummus.*
CVI.	*Conſurgit.*
CVII.	*Petitio tua.*
CVIII. B.Gregorium X Conſtitutione	*Si mentes.*
CIX. Innocentium V Conſtitutione	*In loco.*
CX. Nicolaum III Conſtitutione	*Ordo veſter.*
CXI. Martinum IV Conſtitutione	*Ad fructus.*
CXII. Honorium IV Conſtitutionibus	*Conſiderantes.*
CXIII.	*Religionis favor.*
CXIV.	*Ad ſacrum.*
CXV. Nicolaum IV Conſtitutionibus	*Dum ſollicita.*
CXVI.	*Si ad illum.*
CXVII.	*Dum ſollicita.*
CXVIII. S. Cæleſtinum V Conſtitutione	*Clara.*
CXIX. Bonifatium VIII Conſtitutionibus	*Attendentes.*
CXX.	*Inter ceteros.*
CXXI.	*Laudabilis.*
CXXII.	*Cæleſtis.*
CXXIII.	*Inter Religiones.*
CXXIV. B. Benedictum XI Conſtitutionibus	*In Ordine.*
CXXV.	*Ex horto.*
CXXVI.	*Inter ceteros.*
CXXVII. Johannem XXII Conſtitutionibus	*Lucis creator.*
CXXVIII.	*Inexplicabili.*
CXXIX.	*Quanto Fratrum.*
CXXX.	*Dilectos.*
CXXXI.	*In Eccleſia.*
CXXXII.	*Inexplicabili.*
CXXXIII.	*Sacer Ordo.*
CXXXIV.	*Quam procelloſis.*
CXXXV.	*Nuper ad.*
CXXXVI. Clementem VI Conſtitutionibus	*In Ordine.*
CXXXVII.	*Inter Eccleſiaſticos.*
CXXXVIII.	*Ex munere.*
CXXXIX.	*Licet ſperemus.*
CXL. Gregorium XI Conſtitutionibus	*Dum profundis.*
CXLI.	*De Fratrum.*
CXLII. Bonifatium IX Conſtitutionibus	*Dum ad Ordinis.*
CXLIII.	*Ordinis veſtri.*
CXLIV.	*Etſi pro cunctorum.*
CXLV. Alexandrum V Conſtitutionibus	*Etſi pro.*
CXLVI.	*Loca Sanctorum.*
CXLVII.	*Eximia devotionis.*
CXLVIII. Johannem XXIII Conſtitutione.	*Sacer Ordo.*
CXLIX. Martinum V Conſtitutionibus	*Sacer Ordo.*
CL.	*Ad Summi.*
CLI.	*Inter ceteros.*
CLII.	*Super gregem.*
CLIII. Eugenium IV Conſtitutionibus	*Sacra Religionis.*
CLIV.	*Plantatus.*
CLV.	*Adveſperaſcente.*
CLVI.	*Romanus.*
CLVII.	*Cum itaque.*
CLVIII. Nicolaum V Conſtitutionibus	*Licet ex debito.*
CLIX.	*Ad vitam.*
CLX.	*Dum ad vitam.*
CLXI. Pium II Conſtitutionibus	*A Superno.*
CLXII.	*Dum levamus.*
CLXIII. Paulum II Conſtitutionibus	*Ad fructuoſa.*
CLXIV.	*Ut ſacer.*
CLXV.	*Super gregem.*
CLXVI. Sixtum IV Conſtitutionibus	*Regimini.*
CLXVII.	*Conſiderantes.*
CLXVIII.	*Vices illius.*
CLXIX.	*Olim diſcretioni.*
CLXX.	*Sacri Prædicatorum.*
CLXXI.	*Uberes.*
CLXXII. Innocentium VIII Conſtitutionibus	*Salvatoris noſtri.*
CLXXIII.	*Quoniam profeſſores.*
CLXXIV.	*Sacer Prædicatorum.*
CLXXV.	*Cum dilectus.*
CLXXVI. Alexandrum VI Conſtitutionibus	*Conſiderantes.*
CLXXVII.	*Ad uberes.*
CLXXVIII.	*Reformationi.*
CLXXIX.	*Ad fructus.*
CLXXX. Julium II Conſtitutionibus	*Dum fructus.*
CLXXXI.	*Etſi ab Apoſtolica.*
CLXXXII. Leonem X Conſtitutionibus	*Cum inter.*
CLXXXIII.	*Cum ſuperioribus.*
CLXXXIV.	*Licet.*
CLXXXV.	*Cum inter.*
CLXXXVI.	*Cum non ſine.*
CLXXXVII. Clementem VII Conſtitutionibus	*Ex plurium.*
CLXXXVIII.	*Exponi.*
CLXXXIX.	*Officii noſtri.*
CXC.	*Sacro.*
CXCI.	*Pro Paſtorali.*

CXCII.	*Exponi nobis.*
CXCIII. Paulum III Conſtitutionibus	*Inter cetera.*
CXCIV.	*Cum in hanc.*
CXCV.	*Cum pro.*
CXCVI.	*Cum inſtigante.*
CXCVII. Julium III Conſtitutione	*In Sacra.*
CXCVIII. Paulum IV Conſtitutione	*Ex Apoſtolicæ.*
CXCIX. Pium IV Conſtitutione	*Ad laudabilem.*
CC. S. Pium V Conſtitutionibus	*Gratiſſimum.*
CCI.	*Ad ſummum.*
CCII.	*Inter multiplices.*
CCIII.	*Accepimus.*
CCIV.	*Injunctum.*
CCV.	*Exigit.*
CCVI.	*Romanus Pontifex.*
CCVII.	*Ad hoc.*
CCVIII. Gregorium XIII Conſtitutionibus	*Quantas.*
CCIX.	*Ad uberes.*
CCX.	*Cum in hanc.*
CCXI. Clementem VIII Conſtitutionibus	*Benedictus.*
CCXII.	*Quod ſupremæ.*
CCXIII.	*Ordo Fratrum.*
CCXIV.	*Cum ad uberes.*
CCXV.	*Injuncti Nobis.*
CCXVI. Leonem XI Conſtitutione	*Veſtra.*
CCXVII. Paulum V Conſtitutionibus	*In ſupremo.*
CCXVIII.	*Inter univerſa.*
CCXIX.	*Cum ad fructus.*
CCXX. Urbanum VIII Conſtitutionibus.	*In plenitudinem.*
CCXXI.	*Ad uberes.*
CCXXII.	*Cum inter.*
CCXXIII. Alexandrum VII Conſtitutione	*Cum itaque.*
CCXXIV. Clementem IX Conſtitutione	*Religionis zelus.*
CCXXV. Clementem X Conſtitutionibus	*Cæli, Terræque.*
CCXXVI.	*Cæleſtis Paterfamilias.*
CCXXVII.	*Ea qua par erat.*
CCXXVIII. Innocentium XI Conſtitutione	*Cum ſicut.*
CCXXIX. Innocentium XII Conſtitutione	*Cum ſicut.*
CCXXX. Clementem XI Conſtitutionibus	*Inter multiplices.*
CCXXXI.	*Qua de ſingulari.*
CCXXXII. Benedictum XIII Conſtitutionibus	*Quod inter.*
CCXXXIII.	*Quam libenter.*
CCXXXIV.	*Dudum.*
CCXXXV.	*Quod curis.*
CCXXXVI.	*Noſtro quidem.*
CCXXXVII.	*Romanus Pontifex.*
CCXXXVIII.	*Cum ſicut.*
CCXXXIX.	*Quod a Patre.*
CCXL.	*Quod Apoſtolicæ.*
CCXLI.	*Pretioſus.*
CCXLII.	*Hærebat.*
CCXLIII.	*Accedente.*
CCXLIV. Clementem XII Conſtitutione	*Romanus.*

I. HOnorius III *Conſt.II*, data 22 Decembris 1216 == Nos attendentes == *Tom.I pag.*4 Fratres Prædicatores vocat *Pugiles Fidei*, *& vera Mundi lumina*.

II. Eoſdem alloquens idem *Honorius Conſt.III*, data 26 Januarii 1217 == Gratiarum omnium == *Tom.I pag.*4 hæc habet: ,, Intus caritatis flamma flagrantes,
,, exterius famæ fragrantis odore, qui & ſanas delec-
,, tat, & reficit mentes infirmas: quibus etiam, ne
,, remaneant ſteriles, ſpirituales mandragoras, tan-
,, quam ſtudioſi Medici exhibentes, eas, ſemine ver-
,, bi Divini, veſtra ſalutari facundia fœcundatis. Sic
,, velut ſervi fideles talenta vobis credita erogantes,
,, ut eadem reportetis Domino geminata: Sic ſicut
,, invicti Chriſti Athletæ ſcuto fidei, & galea ſalutis
,, armati, non timentes eos, qui corpus poſſunt oc-
,, cidere, Verbum Dei, quod eſt penetrabilius omni
,, gladio ancipiti, magnanimiter contra Fidei exercitis
,, inimicos: ſic in hoc Mundo veſtras animas odien-
,, tes, ut in vitam æternam cuſtodiatis eaſdem &c.

III. De iiſdem ſic loquitur *Conſt.VIII* data 26 Aprilis 1218, & *Conſt.IX*, data 15 Novembris 1219 == Si perſonas == *Tom.I pag.*7, & 8. ,, Fratres Ordinis
,, Prædicatorum, quorum utile miniſterium, & Re-
,, ligionem credimus Deo gratam......... Verbum
,, Dei gratis, & fideliter proponentes, intendendo
,, profectibus animarum, ipſum Dominum ſolum ſe-
,, cuti, paupertatis titulum prætulerunt.

IV. Et *Conſt.X*, data 8 Decembris 1219 == Dilecti filii == *Tom.I pag.*8. ,, Fratres Ordinis Prædicatorum,
,, inquit, provide attendentes, quod, qui abſcon-
,, dunt frumenta maledicuntur in populis, frumen-
,, tum ſuum, Verbum prædicationis videlicet, quod
,, eſt pabulum animarum, ſuper aquas multas, ideſt
,, populos multos, ſeminant inceſſanter, & ſarcinis
,, divitiarum mundanarum abjectis, quo expeditius
,, currant per Mundi hujus agrum, quem plus ſolito
,, ſentes operiunt vitiorum. in abjectione voluntariæ
,, paupertatis eunt, & flentes ſemina ſua mittunt,
,, ut, Domino dante miſericorditer incrementum,
,, ad ejus aream ſuos cum exultatione valeant manipu-
,, los reportare.

V. ,, Ligna pomifera, inquit idem *Honorius* in *Conſt.XI*, data 17 Decembris 1219 == Ligni == *Tom.I pag.*8 ,, in Eccleſiæ paradiſo plantare, ac fovere plan-
,, tata, juxta quod ex officii noſtri tenemur debito. cu-
,, pientes, dilecto filio Fratri Dominico, & Fratribus
,, ſui Ordinis Eccleſiam S. Xiſti de Urbe duximus con-
,, cedendam, quod tam ipſe, quam Fratres ſui poma
,, nova, & vetera, quæ Sponſus legitur Sponſæ ſer-
,, vaſſe, miniſtraturi ſint eſurientibus animabus.

VI. Idem *Honorius Conſt.XII*, data 20 Martii 1220: == Gratum, & acceptum == *Tom.I pag.*9, ſcribens populo Matritenſi. ,, Gratum, inquit, & acceptum Nobis
,, fuit, quod audivimus, videlicet, quod noſtros
,, dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum, qui
,, habitant apud Majoricum recepiſtis in viſceribus
,, caritatis, & protexiſtis laudabiliter cum officiis
,, pietatis, in quo intelligimus, vos gratum obſe-
,, quium Deo præſtare, quia inter bona opera, qui-
,, bus Deo ſervimus, fere nullum invenitur illi gra-
,, tius, quam ſubvenire illis, qui propter ſitim,
,, quam habent ſalutis hominum, hauriunt in gaudio,
,, & lætitia aquas de fontibus Salvatoris, ut eas di-
,, vidant in plateis, non ſolum ad ſatietatem anima-
,, rum, quæ ſitim habent, ſed etiam in ſalutare re-
,, medium, & medicinam contra venenum ægrotan-
,, tium animorum ... Idem legitur in ejuſdem tenoris *Conſt.XIII*, quam *Honorius* ſcripſit *Segobienſibus*.

VII. Bono-

VII. Bononienſibus Fratres Ordinis Prædicato-
rum commendans *Honorius III Conſt.XIV*, data 24 Mar-
tii 1220 == Gratum gerimus == *Tom.I pag.9* : ,, Gra-
,, tum, inquit, gerimus, & acceptum, quod, ſicut acce-
,, pimus, dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum
,, S. Nicolai Bononiæ habentes in viſceribus caritatis,
,, eos pietatis officiis laudabiliter confovetis, per quod
,, gratum Deo vos præſtare obſequium arbitramur,
,, quia vix unquam poteſt obſequium magis Deo gra-
,, tum exhiberi, quam cum eis miſericorditer ſubve-
,, nitur, qui ſalutem hominum ſitientes, ad hoc hau-
,, rire geſtiunt aquam in gaudio de fontibus Salvato-
,, ris, ut eam dividant in plateis, non ſolum ad re-
,, fectionem ſitientium animarum, verum etiam ad
,, mentium infirmarum antidotum ſalutare.

VIII. *Conſtitutione* vero *XV*, data 6 Maii 1220
== Quoniam == *Tom.I pag.*10 ſic loquitur : ,, Quo-
,, niam abundavit iniquitas, & refriguit caritas plu-
,, rimorum, Ordinem Fratrum Prædicatorum, ſicut
,, credimus, Dominus ſuſcitavit, qui non quæ ſua
,, ſunt, ſed quæ Chriſti, quærentes, tam contra pro-
,, fligandas hæreſes, quam contra peſtes alias mortife-
,, ras extirpandas ſe dedicarunt evangelizationi Verbi
,, Dei in abjectione voluntariæ paupertatis. Nos igi-
,, tur eorum pium propoſitum, & neceſſarium mini-
,, ſterium favore proſequentes &c. Deum cui eſt eo-
,, rum grata Religio &c..... & dicti Fratres repor-
,, tent ſui laboris fructum, & finem, ſalutem videli-
,, cet animarum.

IX. Eadem fere verba leguntur in ejuſdem Hono-
rii *Conſtitutione XVII*, data 18 Januarii 1221 == Quo-
niam == *Tom.I pag.*11. Notanda ejuſdem S. Pontifi-
cis *Conſtitutio XIX*, data 23 Januarii 1221 == Cum
is == *Tom.I pag.*12. Sic incipit : ,, Cum is, qui Ec-
,, cleſiam ſuam nova ſemper prole fœcundat, volens
,, hæc moderna tempora conformare prioribus, & Fi-
,, dem Catholicam propagare, pium inſpiraverit
,, vobis affectum, quo amplexi paupertatem, & re-
,, gularem vitam profeſſi, Verbi Dei exhortationi
,, vacetis, evangelizantes per Orbem Nomen Domini
,, Jeſu Chriſti &c.

X. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & univerſis Eccle-
ſiarum Prælatis ſcribens *Honorius III Conſt.XX*, data
4 Februarii 1221 == Cum qui recipit == *Tom.I pag.*12
Fratres Prædicatores commendat his verbis : ,, Cum
,, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ merce-
,, dem Prophetæ accipiat, Univerſitati veſtræ viros
,, Prædicatores Eccleſiæ Sanctæ perneceſſarios, pro
,, eo, quod miniſtrant pabulum Verbi Dei, merito
,, commendamus, ut ex hoc mercedem vobis incom-
,, parabilem comparetis. Hinc eſt, quod dilectos fi-
,, lios Prædicatores, qui paupertatem, & regularem
,, vitam profeſſi, Verbi Dei ſunt evangelizationi to-
,, taliter deputati, vobis duximus propenſius com-
,, mendandos.

Idem legitur in ejuſdem *Honorii III Conſt.XXII*,
data 29 Martii 1221 == Cum qui recipit == *Tom.I
pag.*13 : & in ejuſdem tenoris *Conſt.XXVI*, data 28
Maii 1221, ibid. *pag.*14.

XI. Ut tempore generalis Interdicti Sacra celebra-
re poſſint Fratres Prædicatores, concedens *Hono-
rius III Conſt.XXVIII*, data 7 Martii 1222 == Cum
Nos == *Tom.I pag.*15, ipſos alloquitur his verbis :
,, Cum Nos, quibus incumbit ſpecialius exaltare,
,, ac fovere Religionem, in ſuavi ſanctæ veſtræ inſti-
,, tutionis odore plurimum delectemur, conceptum
,, devotionis veſtræ fervorem ſingulari quodam affe-
,, ctu proſequimur, & aliquid vobis libenter amplioris
,, dilectionis, & gratiæ impertimur.

XII. Eccleſiam S. Sabinæ Ordini Fratrum Prædi-
catorum concedens idem *Honorius Conſt.XXIX*, data
5 Junii 1222 == Quia omnibus == *Tom.I pag.*15, ſic
iiſdem Fratribus ſcribit : ,, Quia omnibus ex officio
,, noſtro, licet immeriti, præſumus, merito vobis,
,, qui veſtro miniſterio proficere cupitis univerſis,
,, commoda, cum convenit, miniſtramus, ut ſic Mi-
,, niſtri Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum Dei
,, per noſtrum miniſterium honorentur.

XIII. Fratribus Ordinum Prædicatorum, & Mi-
norum in Regno Miramolini a Sede Apoſtolica deſti-
natis *Honorius III Conſt.XXXIII*, data 7 Octobris 1225
== Vineæ Domini == *Tom.I pag.*16, ſcribit his ver-
bis : ,, Vineæ Domini cuſtodes, licet immeriti, poſiti,
,, & cultores, neceſſe habemus in eam mittere ope-
,, rarios, diſtribuendo ſingulis miniſteria ſecundum
,, virtutem, juxta quam valeant officioſius operari.
,, Attendentes igitur, quod abnegantes vos ipſos,
,, animas veſtras pro Chriſto ponere cupitis, ut lucri
,, faciatis ſibi animas aliorum, & quod nullum Sacri-
,, ficium Deo conſtat eſſe acceptius, quam lucrum
,, quærere animarum, vos in Regnum Miramolini
,, Sedis Apoſtolicæ tranſmittit auctoritas; ut evan-
,, gelizantes illic Dominum Jeſum Chriſtum, quan-
,, tum ipſe dederit, convertatis incredulos, erigatis
,, lapſos, ſuſtentetis debiles, puſillanimes conſole-
,, mini, & fortes nihilominus confortetis.

Huc etiam ſpectat ejuſdem *Honorii Conſt.XXXIV*,
data 17 Martii 1226 == Ex parte == *Tom.I pag.*16,
qua Fidei præconibus, Prædicatorum, & Minorum,
Ordinum, in Regno Marochitano commorantibus,
varia privilegia concedit.

XIV. Gregorii IX *Conſtitutiones I, III, CI, &
CXXI* == Quoniam == *Tom.I pag.*18, 19, 63, & 73
ejuſdem ferme tenoris ſunt, ac Conſtitutio Hono-
rii III Numero VIII mox laudata.

XV. At in *Conſtitutione IV*, data 16 Maii 1227
== Deſcendentes == eximiis laudibus ipſos ornat
Gregorius IX *Tom.I pag.*19 dicens : ,, Deſcendentes
,, olim mare in navibus plures Chriſti Miniſtros ope-
,, rationes in aquis multis feciſſe didicimus, at ſuper-
,, venientibus tenebris, & denſa excreſcente caligine
,, peccatorum, nihil fere ceperunt laborantes diutius
,, in ſiniſtra; apparente demum aurora, in cujus lu-
,, mine cœpit veſtri primordium Ordinis ambulare,
,, gradiens Dominus circa litus, ut imperet ventis,
,, & mari, & navigantibus in laborando ſuccurrat,
,, ejuſdem Ordinis Fratribus ſpecialiter præcepiſſe
,, videtur, ut rete in dexteram navigii mitteretis,
,, ſicque cepiſtis, jubente Domino prendere, piſcium
,, multitudinem copioſam, ita ut jam Petrus gaudens
,, expaveſcat quodammodo ad tanti miraculi novita-
,, tem, nempe quia navigandi arte Magiſtri per hoc
,, mare magnum, & ſpatioſum, ubi reptilium innu-
,, merabilis multitudo conſiſtit, libenter diſcurritis,
,, inchoati lucri cupidine jam illecti, ut ipſum in li-
,, tore Dominum pulmentario reficere valeatis.

XVI. Idem *Gregorius Conſt.V*, data 25 Maii 1227
== Cum paupertatem == *Tom.I pag.*19, Fratres Præ-
dicatores ſic alloquitur : ,, Cum paupertatem, & vi-
,, tam profi camini regularem, inſiſtentes ex pio,
,, quem vobis Dominus inſpiravit, affectu, evange-
,, lizationi Verbi Dei, quo populus Chriſtianus nu-
,, mero, & merito ampliatur &c.

XVII. Et *Conſt.XV*, data 5 Septembris 1227
== Cum Fratres == *Tom.I pag.*24, Epiſcopo Bono-
nienſi ſcribens : ,, Cum Fratres, inquit, Ordinis Præ-
,, dicatorum profeſſi voluntariam paupertatem, evan-
,, gelizationi Verbi Dei ſe totaliter dedicarint, &
,, omni

Digitized by Google

,, omni confuſione contempta elegerint deſpectos eſſe ,, in domo Domini magis quam ſequi hujus ſeculi va- ,, nitates, graviter oculos Divinæ Majeſtatis offen- ,, dit, qui eos aliquibus pompis involvere, vel ſo- ,, lemnitatibus propoſito eorum contrariis nititur im- ,, plicare.

XVIII. Fratres Tertii Ordinis laudat *Gregorius IX Conſt.XIX*, data 22 Decembris 1227 == Egrediens == *Tom.I pag.*25, his verbis ,, Vos mori potius quam pati ,, hujuſmodi mala cupientes, in vobis Machabæos re- ,, viviſcere fecitis, dum hæreticos, ac hoſtes Eccle- ,, ſiæ, Dominici effecti milites, expugnatis.

XIX. Et *Conſt.*XXV, data 30 Martii 1228 == Deteſtanda == *Tom.I pag.*27 ,, Deteſtanda, inquit, hu- ,, mani generis hoſtis invidia tanto pertinacius proſe- ,, quitur Servos Chriſti, & armans ſuos ſatellites con- ,, tra ipſos ab ejus ſervitio doloſis illos adinventioni- ,, bus nititur amovere, quanto perſpicacius intuetur ,, ipſos, hujus mundi vanitatibus derelictis, adhuc ,, exiſtentes in corpore in terrenis, jam mente in cæleſ- ,, tibus habitare, ac abnegantes Secularia deſideria ,, propter Deum, jam frui non perituris, ſed æternis ,, deliciis, & gaudiis ſempiternis.

XX. Eccleſias Fratrum Prædicatorum Conventuales eſſe, decernens *Gregorius IX Conſt.XXVII*, data 9 Aprilis 1228 == Cum tanquam == *Tom.I pag.*28, eoſdem Fratres ſic alloquitur: ,, Cum tanquam veri, ,, & fideles Chriſti Miniſtri elegeritis vobis in domo ,, Domini manſiones, dignum eſſe credimus, ut habi- ,, tacula veſtra inter alias honorabiles Congregatio- ,, nes fidelium ſtatuamus.

XXI. Verba Fratrum Prædicatorum divinitus inſpirata teſtatur *Gregorius IX* in *Conſt.XLV*, data 9 Julii 1231 == Gratias agimus == *Tom.I pag.*34, ſcribens Pomeranis, & Pozolucen. his verbis: ,, Cum, ,, ſicut accepimus, & utique acceptamus, dilectos filios ,, Fratres Ordinis Prædicatorum vobis ſalubriter ,, evangelizantes eundem (*J.C.*) ſuſcipientes humili- ,, ter, & devote, ac benigne tractantes, ipſorum moni- ,, tis, & exhortationibus, qui veſtrarum ſalutem ſitiunt ,, animarum, intimis affectibus intendatis, quod eſt ,, utique ſalutis veſtræ optimum argumentum, quod ,, ſacræ prædicationis alimento ſæpe refecti nequa- ,, quam poteſtis æternæ vitæ formidare defectum, cum ,, illorum verba Divinitus inſpirata, ſpiritus ſint, ,, & vita.

XXII. Neapolitanis Fratres Prædicatores commendans idem Gregorius ,, Conſtitutionibus XLIX, ,, & L, datis 20, & 25 Octobris 1231 == Quoniam == *Tom.I pag.*36, 37, hæc habet: ,, Quoniam creſcit in ,, dies malitia, & periculoſa tempora invaleſcunt, at- ,, tendens Evangelicus ille Pater familias, quod meſ- ,, ſis erat multa, operarii autem pauci, in meſſem ſuam ,, operarios adhuc mittens in hac quaſi hora undeci- ,, ma, novos vinitores ſuæ vineæ ſuſcitavit, qui non ,, ſua, ſed quæ ſunt Jeſu Chriſti quærentes, tam con- ,, tra profligandas hæreſes, quam peſtes alias mortife- ,, ras extirpandas, ſe dedicarunt evangelizationi ver- ,, bi Dei in abjectione voluntariæ paupertatis.

XXIII. Fratres Prædicatares adverſus hæreticos in Alemanniam mittens *Gregorius IX Conſt.LI*, data 3 Februarii 1232 == Ille humani == *Tom.I pag.*37, hæc habet: ,, Cum autem miſerator, & miſericors Do- ,, minus, qui neminem vult perire, attendens, quod ,, meſſis erat multa, operarii autem pauci, dilecto- ,, rum filiorum Fratrum Prædicatorum Ordinem ſu- ,, ſcitarit, qui non ſua, ſed quæ Jeſu Chriſti quæren- ,, tes, tam contra profligandas hæreſes, quam contra ,, peſtes alias mortiferas extirpandas ſe dedicarunt ,, evangelizationi Verbi Dei in abjectione voluntariæ ,, paupertatis, Nos ejus inſtructi exemplo, qui & ,, XII Apoſtolos, & alios LXXII elegit, & binos ad ,, prædicandum ante faciem ſuam direxit, dictos Fra- ,, tres contra hæreticos in Alemanniam duximus deſ- ,, tinandos.

XXIV. Eoſdem Fratres Prædicatores alloquens *Gregorius IX Conſtit. LIII*, data 3 Septembris 1232 == Speciosus == *Tom.I pag.*39 ,, Alta, inquit, Sa- ,, pientia Dei Patris in Eccleſia Sancta Catholica vi- ,, ros virtutis, & gratiæ Divino conſtituit pollentes ,, eloquio, & ſanctæ converſationis ſplendoribus emi- ,, cantes, quibus tanquam fulgore ſtellarum ejus ,, ſponſa inclyta refulgeſcit, de quorum numero fra- ,, tres veſtri Ordinis poſſunt exprimi ſpeciales.

XXV. Idem Gregorius *Conſt.LXVII*, data 8 Martii 1233 == Ut Fidei == *Tom.I pag* 44 Fratres Prædicatores ſic alloquitur: ,, Ut Fidei veſtræ puritas, ſibi tan- ,, tum æternæ vitæ adipiſci delicias non contenta, ſed ,, anxia, quod illarum dulcedinem ceterorum devo- ,, tio mereatur, & facilius in hujus invio ſeculi conſ- ,, titutos ad vitam dirigat cælicæ manſionis, quo ,, ipſis, donantibus nobis, poteritis de potiori gratia ,, providere, omnibus, qui ad ſolemnem prædicatio- ,, nem veſtram acceſſerint, quamdiu fueritis in Ruſ- ,, ſia, de omnipotentis Dei miſericordia &c. XL dies ,, de injuncta ſibi pœnitentia relaxamus.

XXVI. Saracenorum, hæreticorum, & Judæorum perfidiam deſcribens idem Gregorius in *Conſt.LXXV*, data 29 Aprilis 1233 == Ab Oriente == *Tom.I pag.*49 addit: ,, Sane in converſione tantæ multitudinis, ſub ,, brevi ſpatio temporis, evangelicæ dignitatis Ordi- ,, nem profitentis, mutatio dexteræ Excelſi patenter ,, innotuit, & conſequenter dante ſcientiarum veſ- ,, trarum, velut aquarum multitudine ſonitum, & ,, excitante nubium voce populi ſitientis auditum, ,, adinventiones ſuas per vos præſenti ſeculo Domi- ,, num ſuſcitaſſe, quilibet ſapiens intellexit. Deinde ,, ſagittantibus vobis delicias carnium, & fulguranti- ,, bus mentes lapideas ipſorum, omnis peccantium ,, Synagoga, omnis hæreticorum ſecta contremuit: ,, Solus in manu Moyſi contemplantis, & Aaron elo- ,, quentis, in proximo grex deducendus per aquas ni- ,, mias Jeruſalem dicit. Lætatur, & Mater Eccleſia ,, tanti luminis illuſtrata fulgoribus, quia dum de Re- ,, ligioſorum prædicationis tuba canentium, famiis ,, nondum fractis, miraculorum focus egreditur, ne- ,, ceſſe eſt, ut omnis Madianitarum fugetur exerci- ,, tus, omne os iniqua judicantium, vel contradi- ,, centium, obſtruatur.

XXVII. Fratrum Prædicatorum Fidei Quæſitorum dubiis reſpondens Gregorius IX *Conſt.LXXXIV*, data 17 Junii 1233 == Commendantes == *Tom.I pag.*55 ,, Commendantes, inquit, in Domino, a quo ,, bona cuncta procedunt, judicii, & ardoris ſpiri- ,, tum, quo fervetis contra peſtem hæreticam pro pu- ,, ritate Fidei Catholicæ conſervanda, ſuper dubiis, ,, quæ ad nos devotio veſtra tranſmiſit, taliter duxi- ,, mus reſpondendum &c.

XXVIII. Fratribus Ordinis Prædicatorum in terras Saracenorum, & Paganorum proficiſcentibus ſcribens Gregorius IX *Conſtit.XC*, data 26 Julii 1233 == Cum meſſis == *Tom.I pag.*58 ,, Cum meſſis, in- ,, quit, multa ſit, operarii vero pauci, Evangelicus ,, ille Pater familias in meſſem ſuam operarios adhuc ,, mittit, & in hac quaſi undecima hora vineæ ſuæ no- ,, vos deputat vinitores, quorum laborem pari eum ,, primis denario recompenſat. Cum igitur in terris ,, Saracenorum, aliorumque infidelium, vobis ſit

„ animarum ſolicitudo commiſſa, ut, illius operante clementia, qui de lapidibus poteſt Abrahæ filios ſuſcitare, verbo, & exemplo proficiatis ibidem, & exiſtentes in invio reducatis ad viam, nos conſiderantes, quod miniſterium veſtrum diligenter implentes, vos operarios inconfuſibiles exhibetis, vitiorum ſentes extirpare de agro Domini ſatagendo, propter quod indubitatam de vobis fiduciam obtinemus, ut qui ſpiritu vivitis, ſpiritu ambuletis, & de doctrina, & converſatione veſtra flores, & fructus proveniant gratiores, devotioni veſtræ, præſentium auctoritate concedimus &c.

XXIX. Vicarios ſuæ ſolicitudinis Fratres Prædicatores vocat idem Gregorius Venerabili Jordano ſcribens *Conſt.XCVI*, data 6 Octobris 1233 = Fidelium = *Tom.I pag* 61 cujus hæc verba: „ Verum cum viros virtutis, & gratiæ titulo reſulgentes, quos ad cultum ſuæ vineæ vera vitis noſcitur elegiſſe, videlicet quoſdam ex tui Ordinis Fratribus, Vicarios noſtræ ſolicitudinis ſtatuerimus in hac parte, ſibi prædicationis officium in quibuſdam Teutoniæ partibus, aliiſque Provinciis committendo.

XXX. Mediolanenſibus etiam ſcribens idem Gregorius *Conſt.CV*, data 1 Decembris 1233 = Benedicimus = *Tom.I pag.*65 „ Benedicimus, inquit, Deum cæli, & ei coram cunctis viventibus confitemur, laudes, & gratias referentes, quod hujus noſtri temporis incolatus Evangelicus Paterfamilias per dilectos Filios Fratres Prædicatores, & Minores, operarios in vineæ ſuæ cultum undecima diei hora conductos, mirabilium ſuorum memoriam innovat, & nobis expreſſa ſuæ ſigna miſericordiæ repræſentat.

XXXI. Senonenſem vero Archiepiſcopum, ipſiuſque Suffraganeos ſic alloquitur *Conſt.CVI*, data 4 Februarii 1234 = Olim intellecto = *Tom.I pag.*66, „ Fratribus Prædicatoribus habentibus zelum Dei, & in opere potentibus, Apoſtolica ſcripta direximus... Ceterum quod dicti Fratres eo ſunt ad confutandos hæreticos aptiores, quo magis in eis vivificat vita doctrinam, & doctrina vitam informat, dum hoc in eorum moribus legitur, quod ſermonibus explicatur, negotio Fidei credimus utile, ut eos ad extirpandos errores perverſorum dogmatum, ſicut expedire videritis, advocetis.

XXXII. Scribens autem Fr. Willelmo de Monteferrato, & ipſius ſociis *Conſt.CXXIII*, data 15 Februarii 1235 = Cum hora = *Tom.I pag.*74 „ Vos igitur, inquit, quos juxta profeſſæ Religionis officium zelus comedit animarum, & qui in quadriga quarta, quam variis Chariſmatum donis, & fidei fortitudine trahitis, ubique diſcurrere, ac vexillum Regis gloriæ procul levare geſtitis, ad gentes, quæ Jeſum Chriſtum Dominum non agnoſcunt, & ad ſubverſionis filios, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt deſtinamus.

XXXIII. Tanquam Sedis Apoſtolicæ Nuncios excipiendos eſſe Præcones iſtos Fidei, jubet idem Gregorius, Chriſtifidelibus in terris infidelium conſtitutis ſcribens *Conſtit. CXXIV*, data 15 Februarii 1235 = Cum hora = *Tom.I pag.* 74 dicens: „ Attendentes igitur quod Ordinem Fratrum Prædicatorum juxta profeſſæ Religionis officium præcipue zelus comedit animarum, Fratrem Guillelmum de Monteferrato, & ſocios ejus, qui abnegantes ſe ipſos, animas ſuas pro Chriſto ponere cupiunt, ut lucrifaciant animas aliorum, ad gentes, quæ Jeſum Chriſtum Dominum non agnoſcunt, & ad ſubverſionis filios, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt, deſtinamus; univerſitatem veſtram monentes, & hortantes in Domino, & per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter injungentes, quatenus Prædicatores ipſos præſentium portitores, devote ſuſcipere, caritative tractare, necnon in omnibus, quæ ad Fidem, & mores Chriſtianæ Religionis pertinent eis tanquam Apoſtolicæ Sedis Nunciis pro ſalute multorum, & veſtra conſolatione directis, intendere diligenter, & humiliter acquieſcere debeatis in remiſſionem peccatorum veſtrorum, conſilium & auxilium pro poſſe præſtantes eiſdem, prout ab ipſis fueritis requiſiti.

XXXIV. Cur eoſdem Fratres operarios vineæ ſuæ miſerit Deus, docet *Gregorius IX* in *Conſt.CXXIX*, data 11 Junii 1235 = Cum Paterfamilias = *Tom.I pag.*76 dicens: „ Cum Paterfamilias in hora quaſi undecima miſerit Fratres Prædicatores operarios in vineam Dei Sabaoth, ad profligandas ab ipſa demolientes vulpeculas, & eam ſolicitudine vigili excolendam &c.

XXXV. *Conſtitutione CLVI*, data 22 Maii 1236 = Attendentes = *Tom.I pag.*90 Gregorius cavens, ne Tranenſis Archiepiſcopus moleſtias exhibeat Fratribus Prædicatorum Familiæ, mandat, ut ipſos Archiepiſcopus „ dignis attollat laudibus, & beneficiis foveat opportunis „ ex eo præſertim quod „ in extrema paupertate poſiti, quærant aſſidue, quæ ad gloriam faciunt Redemptoris.

XXXVI. Pacis Angeli, ac Regis æterni præcones vocantur ab eodem Gregorio *Conſtitutione CLXIX*, data 22 Maii 1237 = Gaudiorum = *Tom.I pag.*95; Sic enim ſcribit Neophitis in Cheurim, ac Terris adjacentibus conſtitutis: „ Cum, ſedens ad ſupernæ dexteram Majeſtatis, ſua pietate, providerit, ut ad vos, per pacis Angelos, ſui gloria Nominis perferatur, affectum affectui cumulando, vos ſicut attentius poſſumus, exhortamur, quatenus dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum de Hungaria, Regis æterni præcones, quorum ſtudium eſt ſine culpa vivere, ac ſibi, & univerſis renatis fonte Baptiſmatis perennis vitæ delicias impetrare, ad veſtram præſentiam accedentes, benigne, & hilariter admittatis, cæleſtis doctrinæ pabulum, quod vobis in Chriſti nomine, more ſolito, duxerint proponendum, ſic avidis auribus, & attentis cordibus audientes, ut Spiritus Sanctus, qui a Deo Patre, Filioque, procedit ſua dignatione pectoribus veſtris influens, vos dignos efficiat ſalvos in illius navicula conſervari, qui quondam vacans capturæ piſcium, & tandem diſpoſitione divina hominum piſcator effectus claves Regni Cæleſtis obtinuit, per quas ſicut ingreſſus eiſdem Catholicis divina miſeratione tribuitur, ſic & perfidis ipſius juſto judicio denegatur.

XXXVII. In lucem gentium dati dicuntur ab eodem Gregorio *Conſtitutione CXCVI*, data 25 Octobris 1239 = Inſpirationis = *Tom.I pag.*107, cujus hæc verba: „ Inſpirationis divinæ gratia faciente, vos, quos in lucem gentium Dei ſapientia dediſſe dignoſcitur, ad hoc continuis deſudatis affectibus, ut ſpiritualem conſequendo lætitiam, quæ per quietem contemplationis acquiritur, & prædicationis ſacræ ſtudio obtinetur, ſic decurratis præſentis vitæ ſpatium, quod, annuente Jeſu Chriſti clementia, vobis tandem, ac proximis, proveniat gloria perpetuæ claritatis. Digne igitur, quia per ea, quæ vobis a Sede Apoſtolica committuntur, principalis veſtri propoſiti nonnunquam executio impeditur, & non modicum ſaluti detrahitur animarum, auctoritate Apoſtolica &c. Idem legitur

in Ale-

in Alexandri IV *Conſtitutione CCLIV* = Inſpirationis = *Tom.I pag.381.*

XXXVIII. Potentes in opere, & ſermone vocat ipſos idem Gregorius *Conſtitntione CXCVIII*, data 13 Januarii 1240 = Vas admirabile = *Tom.I pag.109.* Octo ſiquidem Prædicatores Fratres Legatos in Georgiam mittens, Georgianorum Regem, & Reginam ſic alloquitur: „Prædicatores Fratres potentes in opere, & ſermone, in quibus vivificat vita doctrinam, & doctrina vitam informat, dum hoc in eorum moribus legitur, quod ſermonibus explicatur, ad veſtram præſentiam venientes, immo Chriſtum in ipſis, benigne recipere, & eorum ſalubria monita exaudire curetis.

XXXIX. Huc ſpectat Epiſtola Sacri Collegii Cardinalium, quæ legitur *Tom.I pag.117*. Sede vacante ſcripta fuit in laudem Fratrum, qui Avignoneti Martyrio coronati fuerant. Eadem de cauſa ſcribens *Innocentius IV Conſtitutione II*, data 10 Julii 1243 = Inter alia = *Tom.I pag.118* ſic alloquitur Fratres Prædicatores. „Quia, igitur, non eſt Deo acceptabile obſequium ſine fide, ad propagationem, & corroborationem ipſius, & Chriſtianæ Religionis augmentum, quanta poſſumus ſolicitudine, vigilare debemus, & hoc per *nos*, & alios indefeſſe verbo, & opere procurare, ut diffundatur per orbem latius cultus Dei, & meſſe Dominici agri multiplicata, frumentum in cæleſtia horrea ulterius inferatur. In iis vos Deus ſpeciales eſſe voluit adjutores, qui ſpretis mundi diſſoluti blanditiis, ſub Religionis arctæ rigore in voluntaria paupertate Chriſto ad placitum famulantes, de fidelium campo extirpare noxia, & in eo plantare ſalubria, necnon muniti ſpirituali pro defenſione Fidei armatura, errorum laqueis irretitos eripere, ac in regione diſſimilitudinis converſantes ad unitatem Matris Eccleſiæ revocare, ſedula diligentia laboratis. Unde, licet dilecti filii Fratres Ordinis veſtri, quos ad Sedem Apoſtolicam deſtinaſtis, a Nobis ex parte veſtra, ut exoneremus vos ab inquiſitione facienda contra hæreticos, cum inſtantia, multis rationibus poſtulaſſent, quia tamen ſolertiam veſtram in hoc fore novimus plurimum opportunam, petitionem ſuper his non duximus admittendam. Cum igitur in tanti proſecutione negotii tribulationes ſuſtineatis innumeras, & ab iis perſecutiones patiamini graves, quorum ſatagitis curare languores; & ſicut per eoſdem Fratres intelleximus, aliqui jam Ordinis veſtri Fratres Inquiſitores in illis partibus deputati, cum eorum Sociis, propter hoc ab ipſis impugnatoribus Fidei Orthodoxæ, horribili fuerint crudelitate perempti, quos fuſo pro Chriſti nomine ſanguine, firmiter credimus Martyrum Collegio ſociatos; Nos ſuper his paterno compatientes affectu, & dignas laudes ſolventes Altiſſimo, qui vobis gratiam tribuit, ſuum negotium in tanta conſtantia proſequendi, devotionem veſtram rogamus &c.

XL. *Innocentius IV Conſt.XXVIII*, data 17 Januarii 1244 = Inter alia = *Tom.I pag.129* de Ordine Fratrum Prædicatorum ſic loquitur: „Inter alia, quibus ex injuncto nobis officio Apoſtolatus intendimus, Religionis ſacræ ſpecialiter deſiderantes augmentum, & Ordinem veſtrum prærogativa favoris, & gratiæ non immerito proſequentes, cum a ſuæ inſtitutionis exordio laudabilibus continue profecerit incrementis, ipſius Ordinis cultum affectione plena diligimus, & cupimus votivis ſemper in Domino ſucceſſibus ampliari, eidem Ordini ſolicite curantes in his, quæ ſalubria ſibi, & opportuna cognoſcimus, providere....... Ordinem ipſum a Sede approbatum eadem, honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute fervidum, privilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſingulari &c. Idem legitur in *Alexandri IV Conſtitutione CCXVI* = Inter alia = *Tom.I pag.365.*

XLI. Eoſdem Fratres ſic alloquitur *Innocentius IV Conſt.XLI*, data 3 Februarii 1244 = Veſtra ſemper = *Tom.I pag.130*: „Veſtra ſemper in amore virtutum delectatur humilitas, & cuncta ſolicite refugit, quæ ſibi aliquod famæ, vel conſcientiæ illatura diſpendium pertimeſcit. Ob hoc enim, ſicut accepimus, quod a nullo veſtrum, alicujus ſpecialis loci, vel perſonæ prætextu, verbum exhortationis de colligenda pecunia proponatur in Ordine veſtro, laudabiliter ſtatuiſtis; pie cogitantes, & provide, quod dum ſimpliciter ab iis immunes vivitis, ad veſtram, & proximorum ſalutem prædicationis officium liberius exereetur.

XLII. Et in *Conſtitntione XLII*, data 3 Februarii 1244 = Qui Deum = *Tom.I pag.131*: „Qui Deum, inquit, tota mente diligitis, & animarum profectui continua diligentia deſudatis, debetis ad condignam gratiam experiri promptam, & facilem Sedis Apoſtolicæ pietatem.

XLIII. Præclaris etiam laudibus Fratres Prædicatores ornat *Innocentius IV Conſt.XLV*, data 5 Februarii 1244 = Proviſionis = *Tom.I pag.132*: dicens: „Vobis itaque, quos in Divini Nominis amore vigiles delectat extirpare vitia, & plantare virtutes. Ibidem *Conſtitutione XLVI*, data 5 Februarii 1244 = Odore = cujus hæc verba: „Odore ſuavi Ordinis veſtri continue recreati, eum non immerito favore ſpeciali proſequimur, & ipſius exaltationem plenis deſideriis affectamus, quietem ei, & alia, diligenti procurare ſolertia intendentes, per quæ ſemper optatum, auctore Domino, ſuſcipere valeat incrementum.

XLIV. Et *Conſtitutione XLVII*, data 7 Februarii 1244 = Fructum = in qua ſic ibidem legere eſt: „Fructum multum, qui per Fratres Prædieatores in Eccleſia Dei provenire dignoſcitur, attente penſantes, ipſorum Ordinem non immerito inter alios affectione ſpeciali proſequimur, & gratiæ prærogativa præferimus, & favoris; in iis ei ſolicite providere ſtudentes, per quæ fidelium cordibus fortius in ipſius devotionem accenſis, uberius in Eccleſia prædicta valeat ad eorundem fidelium fructificare ſalutem.

XLV. In *Conſtitutione* vero *LV*, data 22 Martii 1244 = Cæleſtis = *Tom.I pag.136* eoſdem Fratres ſic alloquitur: „Cæleſtis amor Patriæ mentes veſtras ſic allexiſſe perſpicitur, ut hoc ſolum delectationem vobis tribuat, quod Divinæ Voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarum. Procedie ex hoc, quod Nos piis veſtris petitionibus favorem largiri benevolum delectantes &c.

XLVI. In *Conſtitntione LVI*, data aa Martii 1244 = Patri luminum = *Tom.I pag.136*: „Patri luminum, inquit, præſtamus obſequium, & ſui nominis procuramus augmentum, cum vobis, & Fratribus veſtris, quos in lucem gentium ipſe tribuit, ſic reddimur in benigno favore propitii, ut veſtra pia deſideria felici poſſint facilitate compleri. Vobis itaque vigili mente ſolicitis, ut Dei Filio de animarum lucro aſſidue placeatis.

XLVII. Innocentii IV *Conſtitntio LVII*, data 24 Martii 1244 = Quoniam = *Tom.I pag.137* ejuſdem fere tenoris eſt ac *XV* Conſtitutio *Honorii III* ſupra laudata Numero VIII.

XLVIII. Quan-

Digitized by Google

XLVIII. Quantum Deo placere ſtudeant Fratres Prædicatores, declarat *Innocentius IV Conſt.LXII*, data 26 Martii 1244 = Qui poſtpoſita = *Tom.I pag.*139 dicens: ,, Qui poſtpoſita vanitate ſeculi elegerunt virtutum Domino ſub paupertatis habitu famulari, a Nobis illa confovendi ſunt gratia, quæ ipſorum ſaluti noſcitur opportuna. Cum igitur ad hoc ſemper veſtræ humilitas converſationis invigilet, ut Deo placeat per devotæ laudis obſequium, & fructum proferat animarum &c.

XLIX. Quod ubique terrarum nomen attollerent Conditoris, teſtatur *Innocentius IV Conſtitutione LXV* data 6 Aprilis 1244 = In jure = *Tom.I pag.*140 dicens: ,, Verum cum proveniat ex veſtræ, ac Fratrum veſtrorum, converſationis piæ meritis, per quam ubique terrarum nomen attollunt omnium Conditoris, ut quam cum ipſo poſſumus vobis pro ſalute animarum gratiam faciamus &c.

L. Moleſtias quibus Fratres Prædicatores afficiebantur recenſens, & damnans *Innocentius IV* a *Conſtitutione C*, data 17 Septembris 1245, ad *CXIV* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.*153 hæc habet. ,, Nimis iniqua viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum hi, qui de Chriſti patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtum patenter in famulis ſuis perſequi non verentur, ac ſi factus ſit impotens Dominus ultionum. Cum enim dilecti filii Fratres Prædicatores, abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerint in altiſſima paupertate, Chriſto pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non deſunt plerique tam Eccleſiarum Prælati, quam alii, qui cæca cupiditate traducti, propriæ aviditati ſubtrahi reputantes quicquid prædictis Fratribus fidelium pietas elargitur, quietem ipſorum multipliciter inquietant, moleſtiarum occaſiones exquirentes varias contra ipſos. Idem legitur in Conſtitutione CLXIX Alexandri IV, data die 20 Julii 1257 = Nimis iniqua = *Tom.I pag.*244.

LI. Mori pro Chriſto diligere, & pati pro juſtitia delectari Fratres Prædicatores, teſtatur *Innocentius IV Conſtitutione CXXII*. data 21 Decembris 1245 = Humiles habitu = *Tom.I pag.*158 dicens: ,, Humiles habitu, & affectu, dilecti filii Fratres de Ordine Prædicatorum, ſe cæleſtis amori patriæ ſic indiſſolubili vinculo aſtrinxerunt, ut hoc ſolum pro deliciis habeant, quod per ſanctitatis opera grati oculis divinæ majeſtatis occurrant. De hujuſmodi quidem vinculi virtute procedit, ut ipſi circa ea, in quibus divini gloria nominis, & honor continetur Eccleſiæ, ac robur Eccleſiaſticæ libertatis, ita prompto, & indefeſſo ducantur ſpiritu, quod eis nulla formido poſſit obſiſtere, quin libere facienda ſubeant, quæ de Apoſtolicæ Sedis circumſpecta prodeunt voluntate. Nos itaque gloriantes in Domino, quod ipſe viris talibus ſuam munivit Eccleſiam, qui mori pro Chriſto diligunt, & pati pro juſtitia delectantur, Fratribus eiſdem, prævia deliberatione ſolemni, ſub certa forma commiſimus, ut proceſſum contra Fridericum quondam Imperatorem, per Nos in Concilio nuper celebrato Lugduni ſententialiter habitum, prout Sententiæ tenor, quam ſub Bulla noſtra per orbem terræ tranſmiſimus, patenter inſinuat, in locis publicent opportunis.

LII. Conſtantes Fidei Athletæ ab eodem Innocentio IV vocantur *Conſtitutione CLXXIII*, data 20 Martii 1247 = Sane cum = *Tom.I pag.*172, cujus hæc verba: ,, Sane cum Ordinem veſtrum his temporibus, diſponente Domino, in ejus Eccleſia ſalubriter inſtitutum Apoſtolica Sedes opportunis favoribus curaverit munire præſidio, & gratia extollere ſpeciali, ipſiuſque Ordinis Fratres tantam ejuſdem Sedis benevolentiam, velut gratitudinis ſibi plenitudine, devotionis, & obedientiæ promptitudine reverenter agnoſcant, Nos per eos tanquam Catholicæ Fidei, & juſtitiæ fervidos zelatores, paratos ſemper noſtra beneplacita ſolicite adimplere, proceſſum contra Federicum Romanorum Imperatorem, in Concilio, quod nuper Lugduni, annuente Domino, celebravimus, habitum, volumus publicari... Et ſi forte propter hujuſmodi publicationem, contumelias, exilia, vincula, carceres, verbera, ſeu quæcunque ſupplicia, vel corporis cruciatus, vos ſuſtinere contigerit, concedimus de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ut hæc omnia vobis, velut conſtantibus Fidei, Juſtitiæ, & Eccleſiaſticæ libertatis Athletis, ad plenam remiſſionem peccaminum, & æternæ vitæ præmium cedant.

LIII. Eoſdem ſupernæ lucis radiis illuſtratos aſſerit idem *Innocentius IV Conſtitutione CLXXIV*, data 26 Martii 1247 = Cum ſupernæ = *Tom.I pag.*173, ubi ſic Fratres Prædicatores alloquitur: ,, Cum ſupernæ lucis radiis illuſtrati, non ignoretis callidi aſtutias inimici, ac fruſtra idem hoſtis ſuæ fraudis retia coram oculis jaciat pennatorum, qui continua diligentia ſalutaribus profectibus ſubditorum intendunt, quibus confectæ ſanitatis medicamina, velut inſtructi Medici, tempore neceſſitatis adhibent.

LIV. Cur Fratribus Prædicatoribus Inquiſitionis Officium ſit commiſſum, narrans Innocentius IV *Conſtitutione CCIII*, data 20 Octobris 1248 = Inter alia = *Tom.I pag.*184, ſic alloquitur S. Raymundum de Peñafort, & Hiſpaniæ Provincialem: ,, Inter alia deſiderabilia cordis noſtri ſpecialius id optamus, & ad illud potiſſime dirigimus noſtræ intentionis affectum, per quod ſalus provenit animarum, & nomen Domini glorioſum plenius collaudatur. Quia igitur non eſt Deo acceptabile obſequium abſque fide, ad propagationem, & corroborationem ipſius, & Chriſtianæ Religionis augmentum, quanta poſſumus ſolicitudine, vigilare debemus, & hoc per nos, & alios inceſſanter verbo, & opere procurare, ut diffundatur per orbem latius cultus Dei, & meſſe agri multiplicata dominici, frumentum in cæleſtia horrea inferatur. In his autem Nobis Fratres veſtri Ordinis Dominus ſpeciales eſſe voluit adjutores, qui, ſpretis Mundi diſſoluti blanditiis, ſub Religionis arctæ rigore in voluntate Chriſto ad placitum famulantes, de fidelium campo extirpare noxia, & in eo plantare ſalubria, necnon muniti ſpirituali pro defenſione Fidei armatura, errorum laqueis irretitos eripere, ac in regione diſſimilitudinis converſantes ad unitatem Matris Eccleſiæ revocare, diligentia indefeſſa laborant, proficientes ſibi per vitæ meritum, & aliis verbo pariter, & exemplo. Unde quia in Inquiſitione facienda contra hæreticos, eorundem Fratrum ſolertiam novimus plurimum opportunam, ipſis hujuſmodi negotium providimus ſpecialiter committendum.

LV. Ordo divinitus Eccleſiæ feneſcenti, in ſuſtentationis baculum proviſus dicitur ab eodem Innocentio IV *Conſtitutione CCIV*, data 14 Novembris 1248 = Sua Nobis = *Tom.I pag.*184: ,, Cum

,, igitur, inquit, idem Ordo divinitus Eccleſiæ ſe-
,, neſcenti, in ſuſtentationis baculum ſit proviſus,
,, & velut equus publicus, quotidie, tam adverſus
,, hæreticorum nequitiam, quam filiorum errata, &
,, ſævitiam tyrannorum, necnon ad omnia generalia
,, Eccleſiæ onera humiliter, & per Dei gratiam, ſatis
,, utiliter paratus ſit, & expoſitus in adjutorium
,, maxime Prælatorum &c.

LVI. Conſtitutionem a ſe editam in exemptos, ut conveniri poſſint coram locorum Ordinariis, nullatenus Ordini Fratrum Prædicatorum nocere decernens Innocentius IV *Conſtitutione CCXL*, data 17 Octobris 1251 = Cum olim = *Tom.I pag.*200, hujuſce privilegii cauſam aſſignat, ſic Fratres illos alloquens;
,, Quia vero ejuſdem Ordinis ſacra Religio ſic vos
,, apud Nos dignos favore conſtituit, ut Nobis voti-
,, vum exiſtat, vos ab omnibus, per quæ vobis poſ-
,, ſent provenire diſpendia, immunes libenti animo
,, præſervare &c.

LVII. Ceteras inter præclaras laudes, quibus Innocentius IV *Conſt. CCLVIII*, data 15 Maii 1252 = Horridus nuper = *Tom.I pag.*212, Fratres Prædicatores in comitiis Generalibus congregatos ornat, ſic illos alloquitur: ,, Dominus Deus in aſſertionem
,, veritatis ſuæ, quam invaleſcens oblatrantium im-
,, pugnat adverſitas, nunc præſertim, cum periculoſa
,, ſint tempora, ex vobis videtur fideles lucis irrefra-
,, gabilis teſtimonia produxiſſe.... O quantum robur
,, Fidei Chriſtianæ! O quantam auctoritatis fiduciam
,, Miniſtris Evangelicæ prædicationis impendit ma-
,, gnitudo virtutis, per quam teſtimonia veritatis Ca-
,, tholicæ in prædictorum virorum (Fratrum ſcilicet
,, Petri, & Dominici Martyrum) conſummata forti-
,, tudine claruerunt! De cetero, filii, nemo cauſa-
,, bitur, vos abſque voto patiendi pro veritate, quam
,, didiciſtis a Domino, & docetis, hortari alios
,, ad tollendas in corporibus ſuis Chriſti reſiduas paſ-
,, ſiones, cum totum univerſitatis veſtræ corpus
,, compaſſum eſſe noverimus in illa veſtrorum cæde
,, membrorum, quæ in ſummo capite, cui per præ-
,, ſentiam ſunt unita, conjunctius vera vita fruuntur,
,, ad quam vos par ipſius fervor poſt illos de tædioſa
,, præſentis exilii peregrinatione ſuſpendit.

LVIII. Rectæ vitæ ſpeculum vocatur Ordo Prædicatorum ab eodem Innocentio IV *Conſt.CCLXIII*, data 15 Julii 1252 = Petitio tua = *Tom.I pag.*215 dicente: ,, Quia vero prædictum Ordinem, cum ſit
,, rectæ vitæ ſpeculum, & ſalutiferæ converſationis
,, exemplum, ſemper de bono in melius cupimus,
,, Deo propitio, proſperari &c.

LIX. Generali Magiſtro, & Prioribus Provincialibus Ordinis Fratrum Prædicatorum ſcribens Innocentius IV *Conſtitutione CCCLXXV*, data 25 Maii 1253 = Infuſa = *Tom.VII pag.*301,, Infuſa, inquit, de-
,, votionis oleo, & incenſa igne verbi cæleſtis corda
,, veſtra mundiſſima per ſtudium innocentis vitæ grata
,, Conditori omnium, & populo Dei ſalubria ſunt
,, per ſanctæ converſationis exemplum. Cum itaque
,, de his Nobis ſpiritualis producatur plenitudo læti-
,, tiæ, illud vobis delectamur in omnibus impertiri
,, ſubſidium, per quod pia vota veſtra facilius poſſitis
,, dirigere ad effectum.

LX. Quanto ſtudio ſalutem animarum ſitiant Fratres Prædicatores, pauca exponit Innocentius IV *Conſt.CCCXI*, data 23 Julii 1253 = Cum hora = *Tom.I pag.*237 dicens: ,, Cum hora undecima ſit diei
,, hominibus, ut exeant ad opus, uſque ad Mundi
,, veſperam deputati, & illud Apocalipſis Eulogium,
,, cito credatur cum Matris Eccleſiæ conſolatione
,, complendum, videlicet: oportere viros ſpiritua-
,, les, vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam
,, cum Johanne ſortitos, populis, & gentibus, lin-
,, guis, Regibuſque multis denuo prophetare, quia
,, non ſequetur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophe-
,, tata ſalvatio, niſi juxta Paulum Apoſtolum prius
,, introeat gentium plenitudo: Nos, licet immeriti,
,, ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpeculam conſtituti, fideli-
,, ter, ac prudenter diſpenſandis Dei miniſteriis,
,, & operibus coadjuvandis intendimus, ſi vergente
,, plenitudine temporis, poſt pia priorum ſtudia
,, in vineam Domini Sabaoth novos, & pene noviſſi-
,, mos, qui ſapientiam longum didicere per otium,
,, operarios mittere procuramus. Vos igitur, quos,
,, juxta profeſſæ Religionis officium, zelus comedit
,, animarum, & in quadriga quarta, quam variis
,, chariſmatum donis, & Fidei fortitudine trahitis,
,, ubique diſcurrere, ac vexillum Regis gloriæ procul
,, levare geſtitis, ad gentes, quæ Jeſum Chriſtum Do-
,, minum non cognoſcunt, & ad ſubtractionis filios,
,, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt
,, deſtinamus, vobis in remiſſionem peccatorum om-
,, nium injungentes, quatenus ſeminaturi ſuper aquas
,, multas, in illo tantum, qui mundum dixit ſe vi-
,, ciſſe, confiſi, ad illuminationem cœcæ multitudi-
,, nis, & exterminium hæreticæ falſitatis, ad confir-
,, mandum nutantium animos, & fidelium confortan-
,, dos in luce ſermonis, & certitudine operis, pro-
,, poſitum vobis iter, ſine quorumlibet offenſione
,, curratis.

LXI. Dei lege peritos eſſe Fratres Prædicatores docet *Innocentius IV Conſtitutione CCCXVI*, data 16 Februarii 1254 = Deus Creator = *Tom.I pag.*240 ſic ſcribens Soldano Turchiæ: ,, Dilectos filios Fratres
,, Ordinis Prædicatorum viros in Dei lege peritos, la-
,, tores præſentium ad tuam nobilitatem deſtinamus,
,, in quibus divinus Spiritus pias aures omnem docebit
,, de Deo, ejuſque juſtitia, & futuro ſeculo verita-
,, tem: Rogantes attentius, & pro animæ tuæ com-
,, modo depoſcentes, quatenus Fratres ipſos in Dei
,, nomine benigne ſuſcipiens, & caritative pertrac-
,, tans, in tuo Dominio eos vivere patiaris, ut Deo
,, vivo Patri Spirituum per æternæ vitæ verba, quæ
,, continent, in te pariter, & in tuis, necnon & in
,, aliis nationibus, ad quas juxta noſtræ Miſſionis de-
,, bitum procedere ſub tuo conductu voluerint, fruc-
,, tum poſſint percipere animarum, & ob hoc ipſe cæli
,, Deus Creator tuus, tibi recta fide veraciter, ipſis
,, aperientibus, innoteſcens, pietati tuæ immortali-
,, tatis gloriam, & felicitatis gratiam, quæ niſi per
,, ipſum, & ab ipſo non provenit, largiatur.

LXII. Paternum amorem in Fratres Ordinis Prædicatorum demonſtrans, ipſorumque precibus ſe commendans *Alexander IV Conſt. I*, data 31 Decem. 1254 = Summa Summi = *Tom.I pag.*266: ,, Ad ſince-
,, ram, inquit, devotionem veſtram confidenter re-
,, currimus, veſtraque ſuffragia fiducialiter poſtula-
,, mus, rogantes vos, & attentius exhortantes, qua-
,, tenus ſedula Nos apud Deum interceſſione juvetis,
,, ſolventes linguas in preces, & in juges pro Nobis
,, orationes labia exercentes, ex intimis quæſumus
,, affectibus, ſupplicationes ad cælum dirigite, ac ſi-
,, ne intermiſſione Nos Deo ſacris veſtris interventio-
,, nibus commendate, crebra ob hoc ſibi munera, &
,, ſacrificia offerentes, ut ſuper Nos imbrem gratiæ
,, ſuæ pluat, & rorem ſolitæ benignitatis infundat,
,, ... Nos vero, quia ſemper veſtri Ordinis ſpe-
,, ciales amatores extitimus, & honoris, & boni ſui
,, fervidi zelatores, firmiter in animo gerimus vos,
,, & cun-

Digitized by Google

„ & eundem Ordinem paterna benevolentia confove-
„ re, vobiſque continue opportunis adeſſe præſidiis,
„ & veſtrum, ac ejuſdem Ordinis ſtatum congruis
„ roborare gratiis, & aſſidue in melius, adjutore
„ Domino, conſervare.

LXIII. Quot religionis, & boneſtatis fructus protulerit Ordo Prædicatorum audiendum ex *Alexandro IV Conſt.V*, data 21 Januarii 1255 = Ordinis veſtri = *Tom.I pag.*269 dicente: „ Ordinis veſtri ge-
„ neroſa plantatio, quæ multæ religionis, & boneſ-
„ tatis flores, & fructus protulit, effuſo longe late-
„ que laudabilis converſationis odore, Nos provo-
„ cat, ut ſalutifera veſtra commoda favore benevolo
„ proſequentes tranquillitatem veſtram, quantum
„ cum Deo poſſumus, foveamus.

LXIV. Cur Prædicatores, ac Minores Fratres diligat, univerſis Eccleſiarum Prælatis ſcribens *Alex.IV Conſt.XVIII*, data 9 Aprilis 1255 = Patris æterni = *Tom.I pag.*275 ſic loquitur: „ Patris æterni benigni-
„ tas pro ſui nominis attollenda gloria, & fidelium
„ procuranda ſalute, inter perſonas plurimas divinis
„ obſequiis deputatas, viros in Eccleſia ſua ſancta con-
„ ſtituit converſationis, & vitæ honeſtate conſpicuos,
„ ac ſcientiæ titulis inſignitos. Hi ſunt dilecti Deo, &
„ hominibus Fratres Ordinum Prædicatorum, & Mi-
„ norum, qui ſemper ſuum affectum ad amorem cæ-
„ leſtium dirigentes, virtutem divini nominis per
„ orbem terræ publicant, & Chriſtianæ Religionis
„ ampliando cultui vigili attentione deſudant. Hi
„ ſunt, qui vitam, & merita B. Pauli contemplantes
„ gloriantur in ſola Cruce Domini, ſpernendo mun-
„ di ſolatia pro deliciis Paradiſi. Hi ſunt, qui hoſtes
„ animæ per ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, gladium
„ ſpiritus, ſalutis galeam, & haſtam perſeverantiæ
„ debellantes, obtinere ſatagunt, ut Catholicis uni-
„ verſis, fidei, ſpei, & caritatis augmenta prove-
„ niant, ac perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ
„ pravitatis inſania evaneſcat. De tantorum ſiquidem
„ meritorum provenit claritate, quod nos Fratres eoſ-
„ dem affectu ſinceriſſimo in Chriſto diligimus, & ip-
„ ſos ubique terrarum ſtatu gaudere pacifico affecta-
„ mus, pro re indigna, & nimis amara ducentes, ſi
„ quis de numero fidelium, & potiſſime Prælatorum,
„ eos aliquibus turbat injuriis, vel offenſis.

LXV. Animarum ſaluti prorſus dedicatos Fratres Prædicatores aſſerit *Alexander IV Conſt.LV*, data 3 Januarii 1256 = Terra Sancta = *Tom. I pag.* 294 dicens: „ Terra Sancta, quam Salvator noſter ortu, in-
„ colatu, & obitu ſuo myſterio ineffabili conſecravit,
„ ad ſe inhabitandum cunctos fideles quodam odore
„ devotionis invitat ſed inter alios vos trahi potius
„ hujuſmodi odoris fragrantia deberetis, qui totam in
„ ipſo Salvatore, ſpei, & conſolationis veſtræ anco-
„ ram ſtatuentes, ſpretis mundi hujus gaudiis vitam
„ veſtram ejus ſervitiis, maxime in procuranda pro-
„ ximorum ſalute, totaliter dedicaſtis.

LXVI. Quantum per eorundem miniſterium ſalus proficiat animarum, docet idem *Alexander IV Conſtit.LXI*, data 3 Martii 1256 = De quibuſdam = *Tom.I pag.*296 dicens: „ Iidem Fratres, viri utique
„ ſanctæ converſationis, & vitæ, per quorum mi-
„ niſterium ſalus potiſſime proficit animarum, tam
„ laudabiliter in Theologica proficiunt facultate,
„ quod, & digni Magiſteriali reputantur honore, &
„ quaſi ubique terrarum habentur in conſpectu Dei,
„ & hominum gratioſi. Nec mirum, quia ipſorum ſub
„ extrema paupertate viventium pia ſemper ad hoc
„ deſudat intentio, quod perpetui vigoris augmen-
„ tum Religio Chriſtiana ſuſcipiat, & eorum doctri-
„ nis Sancta Dei Eccleſia jugiter illuſtretur. Ex hu-
„ juſmodi quidem meritorum claritate procedit,
„ quod &c.

LXVII. Quod ipſos vitæ commendat puritas Epiſcopo Pariſienſi ſcribit *Alexander IV Conſt.LXXXIV*, data 30 Martii 1256 = Dilecti = *Tom.I pag.*301 dicens: „ Dilecti filii Prædicatores pro divini amore
„ Nominis, relictis mundanis illecebris, abnegarunt
„ totaliter ſemetipſos, ut ſoluti vinculis terreſtrium
„ ad cæleſtia expeditius extollantur, & de inferiorum
„ compede tracto pede liberius ad ſuperna conſur-
„ gant. Ne igitur tam pii propoſiti proſecutio alicu-
„ jus clypeo impedimenti turbetur, dignum eſt ipſo-
„ rum proviſa quiete præpeditionis obſtacula remo-
„ veri; ut, eo devotius, quo quietius, Domino famu-
„ lantes, gratiora ſibi præſtent obſequia, & devotio-
„ ribus ſe obſequiis exhibeant gratiores. Sed, ut nu-
„ per relatione fide dignorum accepimus, nonnulli
„ Clerici Pariſiis commorantes in offenſam Dei non
„ modicam, Religionis æmuli, turbatores quietis, &
„ eorum operum temerarii detractores, ipſorum fa-
„ mam, laudis dignam præconio, falſis ſatagunt
„ accuſationibus obfuſcare; varias literas, per quas
„ ipſos, & eorum Ordinem, quos vitæ commen-
„ dat puritas, ſuis gratum approbatum fructibus,
„ impio diffamationis morſu dilacerant, diverſarum
„ Prælatis partium ſcribere præſumpſerunt „. Idem legitur in ejuſdem Alexandri IV Conſt. LXXXVI, data 4 Aprilis 1256: & Conſt. LXXXVII, data 12 Aprilis 1256 Tom. I pag. 302

LXVIII. Strenui pugiles orthodoxæ Fidei vocantur ab *Alexandro IV Conſtit.CII*, data 17 Junii 1256 = Cunctis proceſſibus = *Tom.I pag.*306, cujus hæc verba: „ In divinam, & noſtram offenſam non modicam
„ ipſi ſacræ Religionis æmuli, ac turbatores quietis,
„ ac laudabilium operum, quibus dicti Fratres fer-
„ venter invigilant, nefarii detractores, claram, & ce-
„ lebrem illorum famam obfuſcare falſis eloquiis mo-
„ lientes, literas per quas ipſos virtutum odore per-
„ fuſos, ac pium, & Sanctum Ordinem eorum, qua-
„ ſi quoddam ſidus, in Eccleſia Dei refulgentem, qui
„ a longis retro temporibus per Sedem Apoſtolicam
„ ſolemniter approbatus, fructus deſiderabiles & fe-
„ lices in eadem Eccleſia continua fœcunditate produ-
„ cit; odibiles redderent, & deſpectos, Prælatis di-
„ verſarum partium, & nobis, ac fratribus noſtris
„ dirigere præſumpſerunt, illa ducti credulitate ne-
„ quiſſima, quod Doctrina Catholica, & ſalubris, ac
„ Prædicatio Fratrum ipſorum Deo gratiſſima, &
„ delectabilis eum timentibus, contemnatur, ac in-
„ valeſcat hæreticorum perfidia, pro qua impugnan-
„ da viriliter, & omnimode confutanda, dicti Fra-
„ tres, velut ſtrenui pugiles orthodoxæ fidei, ſunt ita
„ vigiles, & intenti, quod ducunt pro deliciis, ſi
„ hac de cauſa aliquando bibant calicem paſſionis.

Et ibidem *pag.* 307 de Fratribus eiſdem loquens Alexander IV, „ Pacem, inquit, cum omnibus ha-
„ bere cupiunt, & perſecutores etiam, pro divina
„ reverentia diligere delectantur.

LXIX. Propugnatores Fidei Chriſtianæ dicuntur ab eodem *Alexandro IV Conſt.CV*, data 27 Junii 1256 = Cum hora = *Tom.I pag.*309 his verbis „ Sane,
„ quia inter alios propugnatores Fidei Chriſtianæ,
„ Fratres Ordinis tui, juxta profeſſæ Religionis offi-
„ cium, zelus comedit animarum, ex eis ad gentes,
„ quæ Chriſtum Dominum non cognoſcunt, & ad
„ ſubtractionis filios, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccle-
„ ſiæ non obediunt, decrevimus aliquos deſtinandos.

LXX. Prædicatorum „ Ordinem fœcundum fruc-

„ tibus

Digitized by Google

tibus ſanctitatis, &, quaſi quoddam ſidus, in Dei Eccleſia refulgentem aſſerit Alexand. IV *Conſt.CVI*, data 27 Junii 1256 = Veræ Fidei = *Tom.I pag.311*.

LXXI. „ Honeſtate multa conſpicuos, & circumſpecta diſcretione præclaros Fratres Prædicatores eſſe, declarat *Alexander IV Conſt.CVII*, data 1 Julii 1256 = Vehementi = *Tom.I pag.312*.

LXXII. „ Piam, & Sanctam converſationem Fratrum Prædicatorum vocat Alexander IV *Conſt.CXIV, CXV, CXVI*, datis 18 Julii 1256 = De pia = *Tom.I pag.315*, & *CXXI*, data 4 Octobris 1256 ibid. *pag.317*.

LXXIII. Quod „ vigore Spiritus, ſeculo cum ſuis divitiis derelicto, ad ſolam cæleſtem patriam tota intentione ſuſpirant Prædicatores, & Minores Fratres, auctor eſt idem *Alexander IV Conſt.CXXII*, data 5 Octobris 1256 = Romanus Pontifex = *Tom.I pag.317*. Idem legitur in ejuſdem Alex. *Conſt.CXXVII*, data 21 Octobris 1256 = Quidam Scripturæ = *Tom.I pag.322*.

LXXIV. Sanctæ Doctrinæ lumen ubique per mundum copioſe diffundi a Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus prodit idem *Alexander IV Conſt.CXXIII*, data 17 Octobris 1256 = Veri ſolis = *Tom.I pag.319*. Sic enim alloquitur Galliarum Regem: „ Etſi hæc in perſona tua, velut ſidera luminoſa, reſplendeant, eſt tamen ibi aliud quod ampliori fulgore rutilat, & ſicut luminare majus & altius profert jubar: inter alia in te lucentia, quaſi ſolis immittens majeſtatem: illa videlicet ardens & lucens caritas, qua perſonas Religioſas, & divinis mancipatas ſervitiis, gratioſe proſequeris, eas tenere diligendo, favore muniendo regio, multis beneficiis confovendo, amplectendo converſationem ipſarum, & eas in tua familiaritate ſpecialiter retinendo. Inter quas dilectos filios Fratres Prædicatores, & Minores, tanquam perfectos Chriſti ſervos, cultores Fidei, eruditos, & prudentes ac providos conſiliarios animarum, tuæ manſuetudini, præcipui amoris vinculo aſtrinxiſti. Certe congruit, & expedit, quod Princeps tam Catholicus familiares habeat tam electos, quod in ipſius munda & nitida curia viri ſine nota & macula converſentur: quodque domus ejus generali præconio laudata per orbem, etiam ex miniſtrorum & famulorum Domini ſocietate, ac præſentia, commendetur. Horum namque Fratrum (Prædicatorum, & Minorum) „ clari Ordines jam dudum a Sede Apoſtolica, ſicut Sacri, & conſpicui approbati, velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Eccleſia Dei lucent, quoniam ab his Sanctæ Doctrinæ lumen ubique per mundum copioſe diffunditur, ab his Chriſti Evangelium ardenter, & efficaciter prædicatur, ab his recta, & ſana conſilia, exempla ſalutaria exhibentur. Convenienter itaque regia ſerenitas in tam proborum virorum, & Religioſorum tam illuſtrium conſortio jucundatur, quia ex hoc ipſa, & merito creſcit fama, & Principibus aliis ad honeſtum, & bonum materia eſt, & index. De tanta ergo benevolentia, & gratia, quam eiſdem Fratribus ſincere oſtendis, & exhibes, celſitudinem tuam multipliciter in Domino commendantes, dignas tibi gratiarum referimus actiones, recognoſcentes, nos fore tibi de hoc ſpecialius obligatos, quia tu es ipſis in neceſſitate plenum ſubſidium, contra moleſtias tutum præſidium & in adverſitate ſui ſtatus ſolidum firmamentum.

LXXV. Idem docet *Conſt.CXXIV*, data 19 Octobris 1256 = Non ſine = *Tom.I pag.320* eidem Regi ſcribens: „ Cum igitur iidem Ordines fuerint dudum a Sede Apoſtolica, ſicut clari, ſacri, & conſpicui approbati, ex quibus jam nonnulli Fratres ad ſupernam provecti patriam in Sanctorum numero ſunt adſcripti, & velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Eccleſia Dei luceant, ac ab ipſorum Fratribus, & cultoribus Sanctæ Doctrinæ lumen diffundatur ubique per orbem, ipſi Evangelium ardenter, ac efficaciter prædicent, ac recta, & ſana conſilia, & exempla ſalutaria præbeant; cum etiam dicti Fratres Sacræ Scripturæ, ac Dei Verbi ſtudio, & animarum profectibus, necnon divinis Officiis, & Orationibus inſtanter, & inceſſanter intendant, nequaquam marcentes otio, ſed opere ſe optimo, & potiſſimo exercentes, cum ſapientis opus exiſtat maximum, nec ſint pluris qui operantur exterius, quam qui ſtudium cognoſcendæ divinitatis exercent: unde, & Dominus, miniſtrante, ac operante Martha, Mariæ audientiam, attentionem, & ſtudium circa verbum ipſius præcipue commendavit, ex quo liquido patet, Fratres ipſos ad operandum ſuis manibus non teneri; Quinimmo, ſi, iis intermiſſis, laborarent manibus, potiora utique, ac utiliora in minora, minuſque utilia opera, non ſine animarum diſpendio commutarent. Cum inſuper iidem Fratres omnia propter Deum reliquerint, exilia vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtumque imitentur pauperem, perfectionem Evangelicam amplexando, propter quod evidenter apparet, eos in ſtatu exiſtere ſalvandorum, & per ſuæ Religionis obſervantiam, quæ quidem ipſius perfectionis Evangelicæ tenet formam, æterna præmia promereri.

Idem legitur *Tom I pag.323* in *Conſtitution.CXXV, & CXXVI*, die 21 Octobris 1256 ſcriptis, Galliarum Prælatis.

LXXVI. Quantum ſibi, aliiſque, proficiant Fratres Prædicatores, & Minores, prodit *Alexander IV Conſt.CXXVIII*, data 15 Novembris 1256 = Pariſius = *Tom.I pag.323* dicens: „ Cum dilecti filii Fratres Prædicatores, & Minores Pariſius Sacræ Scripturæ ſtudio ſedulo inhærendo, ſibi, & aliis multum proficiant, inſignia lucis opera de ſua inſtanti vigilantia, & inſtantia vigili, proferentes, propter quod ex ipſis Pariſienſe ſtudium grande augmentum recipit, & eximium veſtra Univerſitas ornamentum, turbamur quam plurimum, & vobis etiam debet non modicum diſplicere, cum aliqui ſui æmuli ſtatum ipſorum humilem, & quietum ſubvertere moliuntur, & vos adverſus eorum innocentiam commovere, quorum profecto multi fuerunt ex vobis, & de veſtro conſortio qui ad regulare Collegium tranſiverunt, quorumque neceſſitatibus de veſtræ caritatis eleemoſynis, & ſubſidiis potiſſime ſubvenitur, & qui pro vobis divinam clementiam devota, & aſſidua ſupplicatione depoſcunt. Unde quia intelleximus, quod aliqui contra eoſdem Fratres, quantum ad prædicationem, Confeſſionum audientiam, mendicitatem ipſorum, & quoad alia in Scholis, prædicationibus, & alibi, linguas relaxare maliloquas præſumpſerunt, non ipſos forte propriis exprimendo vocabulis, ſed aperte quibuſdam certis circumlocutionibus innuendo; Nos attendentes quod dicti Fratres Sacris Scripturis, & Verbi Dei ſtudio, ac animarum profectibus &c. *ut in Numero præcedenti*. „ Penſantes inſuper, quod de licentia, vel commiſſione, ac conceſſione Romani Pontificis, ſeu legatorum ejus, vel Ordinariorum Locorum, licite poſſint prædicare Populis, & Confeſſiones audire, ac pœnitentias injungere ſalutares; contra omnes, qui adverſus prædictos Fratres ſtulte in his, & improvide ſunt locuti, effica-

„ citer

Digitized by Google

,, citer procedi mandamus, graveſque ipſis pœnas in-
,, fligi, niſi per ſufficientem ſatisfactionem ſibi duxe-
,, rint celeriter conſulendum.

LXXVII. Curas, & cogitationes ſuas in animarum ſalute procuranda Fratres Prædicatores defigere, auctor eſt *Alexander IV Conſt.CXXXII*, data 13 Januarii 1257 == Exhibita == *Tom.I pag.325* iiſdem Fratribus ſcribens bis verbis: ,, Venerabilis Frater
,, Epiſcopus Matiſconen. ſanctæ converſationis, ac
,, vitæ veſtræ ſtudium, ac etiam ſolicitudinem effica-
,, cem, quam circa lucrum geritis animarum, atten-
,, te conſiderans, & propter hoc pie cupiens, vos in
,, Civitate Matiſconen. locum habere, cum nullum
,, tum obtineretis ibidem, quicquid cenſus, vel ſervi-
,, tii, aut alterius juris ſibi competeret in loco, quem
,, in Civitate acceptaretis eadem, in eleemoſynam
,, vobis, liberali contulit pietate.

LXXVIII. Et *Conſt. CXXXVI*, data 18 Januarii 1257 == Ad ortho.loxæ == *Tom.I pag.327* de Fratribus Prædicatoribus loquens idem Alexander: ,, ne-
,, gotium fidei, inquit, ferventi animo, & corde
,, conſtanti, non ſine multis tribulationibus, & per-
,, ſecutionibus proſequuntur.

LXXIX. Conſtitutione vero *CXLII*, data 28 Februarii 1257 == Inviti == *Tom.I pag.329*. ,, Inviti,
,, inquit, aliqua fieri patimur, per quæ piæ Religio-
,, ni dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prædicato-
,, rum in aliquo derogetur, maxime cum ipſi ad hoc
,, ſint tota mente ſoliciti, quod honor Dei, & anima-
,, rum ſalus per ipſorum miniſterium poſſint aſſidue
,, promoveri.

LXXX. Conſtitutione *CXLVIII*, data 23 Martii 1257 == De meritorum == *Tom.I pag.332* Magiſtrum, Priores, ac Fratres Prædicatores alloquens Alexander IV. ,, De meritorum, inquit, veſtrorum
,, multitudine clara procedit, quod affectu ſincero vos
,, in Chriſto diligimus, & veſtra pia deſideria favore
,, benevolo promovemus, ſed illa præcipue, in qui-
,, bus de conſcientiarum veſtrarum quiete agitur, &
,, animarum utilitas continetur.

LXXXI. Eiſdem ſcribens Conſt *CL*, data 28 Martii 1257 == Exultante == *Tom.I pag.333*. ,, Exultan-
,, te, inquit, ſpiritu frequenter advertimus, quod Sta-
,, tus Eccleſiæ Generalis per veſtræ Prædicationis, ac
,, Doctrinæ ſalutaris inſtantiam, divina gratia ſuffra-
,, gante, multipliciter illuſtratur. Ex hac ſiquidem
,, pia conſideratione procedit, quod nos ad illa om-
,, nia eſſe prompti delectamur, & faciles, per quæ vos
,, præcones divini nominis, in declaranda fidei ſcien-
,, tia, & roboranda operum diſciplina, veſtri deſide-
,, rii ſanctitatem perficere valeatis.

LXXXII. De Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordinibus loquens *Alexander IV Conſtit.CLII*, data 30 Martii 1257 == Non ſine == *Tom.I pag.334*.
,, Cum igitur, inquit, iidem Ordines fuerint du-
,, dum a Sede Apoſtolica, ſicut Sancti, clari, &
,, conſpicui approbati, ex quibus jam nonnulli Fra-
,, tres ad ſupernam provecti patriam, in Sanctorum
,, numero ſunt adſcripti, & velut eminentia candela-
,, bra, & duo magna luminaria in Eccleſia Dei lu-
,, ceant, ac ab ipſorum Fratribus, & Cultoribus Sa-
,, cræ Doctrinæ lumen diffundatur ubique per orbem,
,, Chriſti Evangelium ardenter, & efficaciter prædi-
,, cetur, ac recta, & ſana conſilia, & exempla ſalu-
,, taria præbeantur, cum etiam dicti Fratres Sacræ
,, Scripturæ, & Verbi Dei ſtudio, & animarum pro-
,, fectibus, necnon Divinis Officiis, & Orationibus,
,, inſtanter, & inceſſanter intendant, nequaquam
,, marcentes otio, ſed opere ſe optimo, & potiſſimo
,, exercentes, cum ſapientia opus exiſtat maximum,
,, nec ſint pluris, qui operantur exterius, quam qui
,, ſtudium cognoſcendæ Divinitatis exercent; unde
,, Dominus, miniſtrante, ac operante Martha, Ma-
,, riæ audientiam, attentionem, & ſtudium circa
,, Verbum ipſius præcipue commendavit; ex quo li-
,, quido patet, Fratres ipſos, ad operandum ſuis ma-
,, nibus non teneri, quinimmo ſi, his intermiſſis, la-
,, borarent manibus, potiora utique, ac utiliora
,, in minora, minuſque utilia opera non ſine anima-
,, rum diſpendio commutarent. Conſtat igitur ex his
,, meritoriam exiſtere mendicitatem eorum, & quod
,, ipſi tam ab his quibus prædicant, quam ab aliis elee-
,, moſynas petere, ac recipere, illique ipſas poſſunt
,, eiſdem Fratribus ſalubriter elargiri. Cum inſuper
,, iidem Fratres omnia propter Deum reliquerint,
,, exilia vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtum imi-
,, tentur pauperem, perfectionem Evangelicam am-
,, plexando; propter quod evidenter apparet, eos
,, non ſolum in ſtatu ſalvandorum exiſtere, ſed etiam
,, perfectorum, & per ſuæ Religionis obſervantiam,
,, quæ quidem ipſius perfectionis Evangelicæ tenet
,, formam, in æternæ retributionis præmio præcel-
,, lentem gloriam promereri.

LXXXIII. Fratres Prædicatores omni laude cumulat *Alexander IV* ſcribens univerſis Eccleſiarum Prælatis *Conſt.CLVII*, data 23 Maii 1257 == Cæleſtis ille == *Tom.I pag.338* dicens: ,, Cæleſtis ille Agricola
,, ſummus Actor Fidei, præcipuuſque protector,
,, ſacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem, quaſi
,, lignum fertile inſeruit in Eccleſiæ Paradiſo, ut
,, delectaret amœnitate, ubertate ſatiaret, & fruc-
,, tuum ſuavitate mulceret. Hoc itaque ſpecioſum,
,, fœcundum, & dulce lignum, imbre ſuperno riga-
,, tum, pulchra plurima, & dulcia poma profert,
,, quorum odore, ac ſapore confortantur, & conva-
,, leſcunt debiles, variiſque detenti languoribus li-
,, berantur. In hoc utique vitæ ligno mortales carnis
,, infirmitatibus prægravati pabulum ſalutis inve-
,, niunt, & internam recipiunt ſoſpitatem. Hujus,
,, inquam, ligni percepta fragrantia concurrerunt
,, undique ad libamen ipſius innumeri profeſſores
,, fidei, & concurrunt, qui perfruentes aſſidue illo,
,, & ſalutaribus ejus conveſcentes fructibus, de ipſo-
,, rum prægustata dulcedine, miniſtrant & ipſi aliis
,, ſuavia libamenta ſalutis. Hæc eſt illa generoſa
,, plantatio, quæ ramos ſuos undique expandens,
,, flores plurimos honoris & honeſtatis, fructuſque
,, uberrimos doctrinæ profert & virtutis, & odore
,, ſanctæ, & laudabilis converſationis longe, la-
,, teque diffunditur. Hic eſt Ordo Sacer Prædicato-
,, rum, honeſtate floridus, præclarus ſcientia, vir-
,, tute fœcundus, a Sede Apoſtolica merito approba-
,, tus, qui inter alia plantaria Dominica, puritate
,, converſationis, ſapientiæ dono, & virtutis merito
,, dignoſcitur ſpecialiter inſignitus. Hujus ſacri,
,, clari, conſpicui, & approbati Ordinis Fratres Sa-
,, crarum Scripturarum ſtudio inſtanter incumbunt,
,, animarum profectibus, divinis officiis, & oratio-
,, nibus inceſſanter intendunt, atque Evangelicæ
,, prædicationi ardenter inſiſtentes, lumen Divinæ
,, Doctrinæ ubique per Orbem diffundunt. Hi ſunt
,, Viri Doctrina clariſſimi, qui contemplationi cæ-
,, leſtium ferventer invigilant, & piæ vitæ ſtudio
,, ſine intermiſſione deſudant. Hi ſunt viri probati,
,, & plene in Lege Domini eruditi, Fratres videlicet
,, dicti Ordinis, efficaces quidem in opere, ac in præ-
,, dicatione potentes, quorum labia gratia cæleſtia
,, edocuit, ad propinandum ſalubrem Doctrinam

,, aliis

„ aliis, & exponendum commodum animarum; unde
„ ubique per Mundum ipſorum ora intonant, velut
„ tubæ, ac in omnem terram exit ſonus prædicationis
„ eorum, & uſque ad fines Orbis ſua ſalutifera verba
„ ſonant. Hi ſunt Viri præclari, conſpicua Religio-
„ ne fulgentes, qui tanquam lucentia ſidera in Ec-
„ cleſiæ firmamento ſuis ſplendidis documentis inſi-
„ nuant mortalibus viam vitæ. Hi ſunt phialæ aureæ
„ plenæ odoramentis, qui, ſua ſacra converſatione
„ ſuaviter redolentes, hortantur per hoc alios, &
„ inducunt, excuſſa prorſus inertia, ſurgere, ac
„ properare ad opera bonitatis. Hi ſunt dilecti Deo,
„ & hominibus, morum honeſtate conſpicui, ſcien-
„ tiæ titulis inſigniti, quos æterni Patris benignitas
„ inter plurimas perſonas divinis obſequiis deputatas
„ pro ſui nominis attollenda gloria, & fidelium pro-
„ curanda ſalute ſpecialiter elegit, qui ſuum ſemper
„ affectum ad amorem cæleſtium dirigentes, virtu-
„ tem Divini Nominis ubique publicant, & pro
„ Chriſtianæ Religionis ampliando cultu vigili atten-
„ tione laborant. Hi ſunt, qui vitam, & merita
„ B. Pauli Apoſtoli contemplantes gloriantur in ſola
„ Cruce Domini Jeſu Chriſti, & Mundi pompas,
„ ac ſolatia ſpernentes, ad ſolam cæleſtem patriam,
„ & ad Paradiſi delicias recta intentione ſuſpi-
„ rant. Hi ſunt, qui propter Deum ſemetipſos ſa-
„ lubriter abnegantes, elegerunt ſub arctiſſima
„ paupertate Deo deſervire, tanquam nihil habentes,
„ & omnia poſſidentes. Hi poſtremo ſunt, qui cum
„ omnia terrena propter amorem bonorum cæleſtium
„ reliquerint, ſobrie, juſte, pie, & caſte viventes,
„ ac exilia vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtum pau-
„ perem imitantur, perfectionem evangelicam am-
„ plectendo: unde clariſſime conſtat, eos in ſtatu per-
„ fectionis exiſtere, & per ſuæ Religionis obſervan-
„ tiam, quæ quidem ipſius Evangelicæ perfectionis
„ continet formam, in æternæ retributionis præmio,
„ præcellentem gloriam promereri. Pro his ergo
„ ab univerſis Eccleſiarum Prælatis, cunctiſque
„ Chriſtifidelibus diligendi ſunt præcipua caritate,
„ ac tanquam Venerabiles Dei Miniſtri, & Populo
„ ſuo neceſſarii, honorandi condigne, & favoribus
„ ſpecialibus muniendi. Sane quia linguæ maliloquæ
„ detractorum conſueverunt falſa confingere, ac illa
„ pudicis etiam auribus inſtillare, ne per oblocutio-
„ nem aliquorum ex livore latrantium, quod per
„ Fratrum ipſorum culpam diſcordia inter eos, &
„ Magiſtros, & Scholares Pariſienſes emerſerit,
„ bonæ, ac nitidæ Fratrum eorundem famæ valeat
„ derogari, ſcire vos volumus, quod cum ſuper hu-
„ juſmodi diſcordia coram Nobis, & Fratribus noſ-
„ tris diligens habita fuerit diſcuſſio, ipſos nequa-
„ quam culpabiles invenimus in hac parte, ſed potius
„ innocentes. Ideoque univerſitatem veſtram roga-
„ mus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis
„ ſcripta mandantes, quatenus dictos Fratres Prædi-
„ catores habentes de hoc penitus excuſatos, & eo-
„ rum in his innocentiam veſtris ſubditis exponentes,
„ ipſos ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram,
„ tanquam ſpeciales, & amabiles Eccleſiæ Romanæ
„ Filios, ac ſalutis animarum fervidos zelatores,
„ cum omni caritate, ac benignitate tractetis, & op-
„ portunis conſiliis, & ſubſidiis foveatis, ita quod
„ affectum, quem ad Nos, & eandem habetis Eccle-
„ ſiam, ex hoc plenius agnoſcentes, reddamur exin-
„ de ad veſtra, & Eccleſiarum veſtrarum commoda
„ promptiores „. Hic obiter notes velim, quod To-
mo I Bullarii, loco laudato, quamplura hujuſce Conſti-
tutionis mox tranſcriptæ verba deſunt, quæ reſtituta
fuerunt ex exemplari aſſervato Romæ in Archivo Or-
dinis Fratrum Prædicatorum. Legitur in Codice MS.
cui titulus: *Privilegia ſublimibus encomiis illuſtra-
ta &c.* Verbo: *Diverſa elogia &c.* pag. 221.

LXXXIV. Speciales Chriſti Nuncios eſſe Fratres Prædicatores docet *Alexander IV Conſt. CLXIII*, data 7 Julii 1257 = Nulla dubietas = *Tom. I pag. 341* dicens: „ Nulla dubietas Chriſtifidelibus imminet, quin
„ dilecti filii Fratres Ordinis Prædicatorum, pro in-
„ nocentia ſuæ vitæ meritis, occurrant gratiſſimi Di-
„ vinæ oculis Majeſtatis; maxime cum ipſorum ſtu-
„ dentium ſub extrema paupertate vivere, ac virtu-
„ tum cultui deſudare, ad hoc ſemper aſpiret affectio,
„ ut per eorum miniſterium ſalus proveniat anima-
„ rum &c. .... Cum itaque nihil ſit magis menti
„ noſtræ contrarium, vel oppoſitum voluntati,
„ quam quod omnium Conditor, & Redemptor in
„ membris ejus, & præcipue in eiſdem Fratribus,
„ qui ſunt ejus ſpeciales Nuncii, & Præcones, pati
„ contumeliam videatur.

LXXXV. Idem, verbis paululum immutatis, legitur in ejuſdem Alexandri *Conſt. CLXIV*, data 7 Julii 1257 = De venerabili = *Tom. I pag. 341.*

LXXXVI. De Fratribus Ordinis Prædicatorum loquens *Alexander IV Conſt. CLXXI*, data 31 Julii 1257 = Bona meritoria = *Tom. I pag. 345* dicit, quod in ipſis „ Divinæ pacis ſpiritus requieſcit ......
„ & vivunt inter inquietos pacifici, inter improbos
„ innocentes.

LXXXVII. Galliarum Regi Fratres Prædicatores, & Minores commendans *Alexander IV Conſt. CLXXIV*, data 11 Auguſti 1257 = Cum propter = *Tom. I pag. 347* hæc habet: „ Quia pro certo novimus, quod
„ dilectos Filios Fratres Prædicatores, & Minores
„ ſpeciali favore proſequeris, ſuper quo te dignis
„ in Domino laudibus efferentes, gratiarum tibi mul-
„ tiplices referimus actiones, magnificentiam tuam
„ omni qua poſſumus affectione rogamus, quatenus
„ eoſdem Fratres pro Chriſti reverentia, cujus ſunt
„ deputati obſequiis, habens benignitate ſolita com-
„ mendatos, eos a quorumlibet injuriis, & moleſtiis
„ protegas, & defendas; ita quod tua potentia com-
„ muniti, pace quieta, & quiete pacifica, pacis auc-
„ tori valeant famulari.

LXXXVIII. Magiſtro, & Fratribus Prædicatorum Ordinis ſcribens *Alexander IV Conſt. CLXXIX*, data 20 Septembris 1257 = Convenit = *Tom. I pag. 349*: „ Convenit, inquit, ut ſacer, & lucidus
„ veſter Ordo, ſicut Religionis altitudine pollet,
„ ſic per Sedis Apoſtolicæ gratiam privilegio fulgeat
„ ſpeciali.

LXXXIX. Divinæ Majeſtatis oculo gratiſſimos eſſe Fratres Prædicatores aſſerit *Alexander IV Conſtitutione CCVIII*, data 19 Aprilis 1258 = In generalem = *Tom. I pag. 363* dicens: „ In generalem Chriſ-
„ tifidelium notitiam jam devenit, quod dilecti filii
„ Fratres Ordinis Prædicatorum pro innocentia ſuæ
„ vitæ, ac Religionis ſacræ meritis occurrunt gra-
„ tiſſimi Divinæ oculo Majeſtatis, maxime cum ipſi
„ ſtudeant ſub extrema paupertate vivere, & virtu-
„ tum cultui deſudare, ipſorumque ferventer ad hoc
„ aſpiret affectio, ut per eorum miniſterium ſalus pro-
„ veniat animarum.

XC. Alexandri IV Conſtitutio *CCXXXI*, data 27 Februarii 1259 = Quoniam = *Tom. I pag. 371* ejuſdem tenoris eſt, ac Conſtitutio *XV* Gregorii IX, de qua dictum fuit Numero XVII.

XCI. „ Eminentiam Sanctitatis „ præ ſe ferre Ordinem Fratrum Prædicatorum teſtatur *Alexander IV Conſt.*

Conſt.CCXXXVIII, data 11 Junii 1259 = Quanto = *Tom.I pag.*374 dicens : ,, Quanto præclara Ordinis ,, veſtri Religio inter Religiones alias per inſignem ,, gratiam meritorum, prærogativam virtutum, & ,, eminentiam ſanctitatis, conſpectiori rutilat clarita- ,, te, tanto magis veſtram condecet honeſtatem, ut ,, omnem in vobis juſtitiam adimplentes, debitæ ca- ,, ritatis legem erga ſingulos obſervetis, non facien- ,, do id aliis, quod vobis adſcribitis ad offenſam.

XCII. ,, Decora membra univerſalis Eccleſiæ ,, Fratres Prædicatores, & Minores cenſendos eſſe docet *Alexander IV Conſt.CCXLIII*, data 11 Julii 1259 = Inter alia = *Tom.I pag.*377 : dicens : ,, Inter alia ,, quæ olim pro Univerſitatis, & diſciplinæ veſtræ ,, profectu ſalubriter ordinanda, proſpeximus, quod ,, Religioſi viri, præſertim Fratres Prædicatores, & ,, Minores, degentes Pariſius, qui ſicut merito reli- ,, gionis, & vitæ, decora membra univerſalis Eccle- ,, ſiæ ſunt cenſendi, ſic eodem merito, & participa- ,, tione doctrinæ, atque ſcientiæ, univerſitatis veſtræ ,, debent pars non incongrua, nec indigna videri, ejuſ- ,, dem Univerſitatis tam conſortio, quam beneficio ,, gaudere in omnibus, ſub certa forma duximus ſta- ,, tuendum ,, . Addit ibidem *pag.*378 quod Fratrum Prædicatorum, & Minorum ,, Sacra plantatio Sanç- ,, tam fœcundat, & venuſtat Eccleſiam.

XCIII. Generali Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, ſcribens *Alexander IV Conſt.CCXCI*, data 3 Januarii 1261 = Pium eſt = *Tom.I pag.*403. ,, Pium eſt, inquit, & conſonum æquitati, ut vos, qui ,, abnegantes ſalubriter voſmetipſos, elegiſtis in pau- ,, pertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tan- ,, quam nihil habentes, & omnia poſſidentes, illius ,, intuitu, cujus Vicarii ſumus in terris, illa prote- ,, quamur gratia, per quam cultus ejus ampliari va- ,, leat, & paupertas veſtra in aliquo relevari.

XCIV. Scientiæ dono ſpecialiter inſignitus Ordo Prædicatorum dicitur ab *Alexandro IV Conſt CCXCVI*, data 18 Martii 1261 = Plantatus = *Tom.I pag.*405, cujus hæc verba : ,, Plantatus olim in agro Eccleſiæ ,, Fratrum Prædicatorum Ordo, ſic ab ſui primor- ,, diis, gratia operante Divina, laudabilibus incre- ,, mentis ſucceſſive profecit, quod aſſidue flores præ- ,, ferens copioſius honeſtatis, & producens uberius ,, fructus vitæ, inter alia plantaria dominica, puritate ,, converſationis, ſcientiæ dono, & virtutis merito ,, dignoſcitur ſpecialiter inſignitus. Unde Nos in ,, agro ipſo cultores, licet immeriti, a Domino depu- ,, tati, eundem Ordinem grandi proſequi favore ,, proponimus, & exaltationem ipſius jugis diligen- ,, tiæ ſtudio multipliciter procurare, ut Apoſtolicæ ,, gratiæ rore continue irroratus, majoribus ſemper, ,, Deo tribuente, conſurgat, & dilatetur augmentis.

XCV. Virtute conſpicui Fratres Prædicatores vocantur ab *Alexandro IV Conſt.CCXCVII*, data 28 Martii 1261 = Virtute = *Tom.I pag.*405 : ,, Virtute ,, conſpicuos ſacri veſtri Ordinis Profeſſores, qui ,, contemplationi cæleſtium ferventer invigilant, & ,, piæ vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant, de- ,, cet per Apoſtolicæ circumſpectionis auxilium ſic ,, provide dirigi, & ſolicite confoveri, ut alicujus ,, prætextu calumniæ nullum internæ pacis excidium, ,, nullumque religioſi ſtatus perferant detrimentum, ,, ſed in iis robur, & vigorem habeant, per quæ ,, circa cultum Divini Nominis devotis, & quietis ,, mentibus invaleſcant ..... Ordinem ipſum a Sede ,, Apoſtolica approbatum honeſtate floridum, præ- ,, clarum ſcientia, & virtute fœcundum &c. ,, Idem legitur in *Clementis IV Conſt.VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*452, & in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus V *Honorii IV* Tom.II pag.9 : XIII *Bonifacii VIII* Tom.II pag.48 : V *Johannis XXII* Tom.II pag.132 : XII *Clementis VI* Tom.II pag.231 : XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

XCVI. Dei candelabrum Ordo Prædicatorum vocatur ab *Urbano IV Conſt.I*, data 12 Septembris 1261 = Veſtri Ordinis = *Tom.I pag.*4 6. Sic enim Viterbienſes Fratres alloquitur : ,, Veſtri Ordinis præclara ,, Religio piis operibus ita fulgere conſpicitur, ut ,, pro quodam Dei candelabro per Orbis latitudinem ,, habeatur; conſurgente in Nobis propter hoc illo ,, benignitatis affectu, quod ſingula loca ipſius Ordi- ,, nis, ſed veſtram, præcipue, delectamur Eccleſiam ,, dono proſequi gratiæ ſpecialis.

XCVII. Fratrum precibus ſe commendans *Urbanus IV Conſt.VI*, data 13 Aprilis 1262 = In præclaræ = *Tom.I pag.*419 : ,, In præclaræ, inquit, digni- ,, tatis honore, qua Nos prætulit exaltator humi- ,, lium, quaſi onus importabile noſtris eſt humeris ,, alligatum, cujus dum magnitudinem ſtupendam ,, attendimus, ad inſtar Apoſtolorum Principis, ,, quem pelagi fluctus exterruit, non immerito for- ,, midamus. Sed ubi quodam modo ex humili fragili- ,, tatis noſtræ conſideratione mergimur, ex conſide- ,, ratione Divinæ clementiæ relevamur, ſperantes, ,, quod proſpere hujus procelloſi Maris poſſimus ,, tranſire anguſtias, ſi Nobis impetretis auxilium, ,, qui cæleſti Sponſo in conſcientiæ ſanctæ deliciis ,, lectum floridum præparaſtis. Quid enim vobis ,, a Dei pietate negabitur merentibus ſemper illam ,, habere propitiam odore bonorum, & candore vir- ,, tutum? Quid enim apud Reginam præfulgidam, ,, intemeratam Matrem Domini, Virginem Matrem ,, glorioſam, Angelica veſtra converſatio non obti- ,, nebit, quorum meritis ſplendet Eccleſia, quorum ,, exemplis viget, & proficit Religio Chriſtiana? ,, Quid enim bonorum acies veſtris non impetrabit ,, affectibus, quæ vobis benigna redditur pro laudis ,, divinæ præconiis, & vitæ meritis innocentis? Ecce ,, Regis æterni, cæleſtiſque curiæ vos habere favo- ,, rem claris argumentis præſumitur, & ſignis perſpi- ,, cuis declaratur. Digne itaque Univerſitatem veſ- ,, tram per Dei miſericordiam obſecramus, de pia ,, devotione penſantes, quantum Nobis ex eo poſſit ,, imminere ſtuporis, quod qui cineris, & pulveris ,, eſſentiam gerimus, regnantis in ſecula Vicarii facti ,, ſumus, piis orationum ſubſidiis nobis gratiæ divi- ,, næ præſidium acquiratis, ſupplici humilitate pe- ,, tentes, ut is, cujus admiranda potentia dat per ,, gratiam eſſe fortia iis, quæ ſunt fragilia, per veſ- ,, tram orationem debilitatem noſtram, & robore ,, fulciat, & virtute perfundat, detque Nobis ſic ,, proſequi, quod ipſe impotentiæ noſtræ credidit, ,, ut inde gratiæ ſuæ ſequatur augmentum, Populus ,, Chriſtianus pace, ac tranquillitate proficiat, & ,, tandem Nobis, ac illi, claritatis æternæ radius il- ,, luceſcat. Ceterum cum dignum ſit, ut qui filialis ,, devotionis in vobis fructum requirimus, ſinceri- ,, tati veſtræ, quæ ſunt paternæ dilectionis offeramus, ,, cordibus veſtris de Nobis volumus ineſſe fiduciam, ,, quod vobis, & Ordini veſtro in iis, quæ ſunt favo- ,, ris, & gratiæ ſecundum Deum, nos benignos ,, ſemper habebitis, & benevolos ſentietis.

XCVIII. Fratrum Prædicatorum precibus ſeſe commendans *Clemens IV Conſt.III*, data 23 Aprilis 1265 = Splendor = *Tom.I pag.*450 ſic ipſos alloquitur : ,, Splendor paternæ gloriæ, de luce lucem proferens,

,, & ſaluti

& ſaluti humani generis clementer intendens, lucernam pedibus hominum, & eorum ſemitis lumen dedit, dum ipſe lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, Ordinem veſtrum, lucernam quippe igne caritatis ardentem, & lumen, doctrinæ fulgore prælucidum, in templo Eccleſiæ univerſalis accendens, ut omnibus longe, lateque reluceat, ſuper candelabrum eminentis Religionis erexit. Hujus incliti profeſſores, illum re profitentes, & nomine, circa pedes hominum, non indigne lucernæ deſcribuntur officio, & circa ipſorum ſemitas, non immerito luminis intitulatione cenſentur. Ipſi namque opere prædicantes, & verbo, ſic hominum lucem affectibus, ut illos exemplis ſalutaribus dirigant; ſic eorum operum ſalubribus doctrinis illuminant, ut ſecundum illas operantes, eluceant, quocunque ſub illarum obſervatione quibuſdam quaſi greſſibus operationis incedant. Hi ſunt igitur, quos juxta Sapientis conſilium, præcedit ante omnia verbum verax, ſermo videlicet prædicationis evangelicæ, cum innocentis vitæ puritate concordans. Hi ſunt, qui ambulantibus in tenebris Mundi hujus, ne ad errorum ſcopulos, quos hoſtis antiquus inſidioſe ipſis opponit, periculoſius allidantur, lumen Catholicæ veritatis oſtendunt, & per fervida caritatis viſcera facti cæcis oculi, pedes claudis, ex cæcitate ignorantiæ delinquentes illuminare, prædicando, ſatagunt, ex infirmitate vero peccantes, orando, relevare conantur; tanto procul dubio efficaciores preces fundentes ad Dominum, quanto per ſanctitatem vitæ, ac conſcientiæ puritatem, gratiores in illius, quem orant, conſpectu redduntur: quarum ſuffragium eo inſtantius, eo humilius imploramus, quo illas nobis neceſſarias amplius ex noſtrorum conſideratione defectuum, ex inſtantium periculorum multiplicatione, fatemur. Dum enim difficultatem injuncti Nobis officii quotidie in libro experientiæ legimus, dum imminentis Nobis oneris grandem molem moleſtiis aſſiduis experimur, dum in agrum Mundi hujus elaborandum, Nobis, prout placuit Domino, creditum, paſſibus intentæ ſolicitudinis, & ſolicitæ intentionis eximus, ipſumque jam non tam albeſcentem ad meſſem, quam ſilveſcentem ad vepres, attendimus, inſufficientiam pertimeſcimus propriam, gravi nimirum timore concutimur, nec minus terribili concuſſione terremur. Oculis ſiquidem meditationis attente circumquaque porrectis, circundantium nos tempeſtatum procellas inſpicimus, & intumeſcentes undique contra Petri naviculam fluctus horremus. Sed dum in his noſtram imbecillitatem metuimus, ipſius Apoſtolorum Principis exemplo monemur, ut a periculis pelagi Mundi hujus ad divinum confugiamus auxilium, illum pulſantes precibus, & clamoribus excitantes, cujus imperio extumeſcunt fluctus continuo, & ſtat ſpiritus procellarum. Quia vero ad illius auxilium implorandum de veſtra præcipue devotione confidimus, de orationum veſtrarum ſpecialiter opitulatione ſperamus, univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & obſecramus in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus Moyſis manus debiles, cujus in populo Domini typum, licet immeriti, gerimus, interceſſionum veſtrarum ſuffragiis ſuſtentantes, apud illum, qui ſuo ſanguine fundavit Eccleſiam, devotis precibus inſiſtatis, ut ipſe Nos, & ipſam ſuam Eccleſiam, in tantis anguſtiis conſtitutos, ſuæ potentiæ dextera protegat, & defendat. Sicque Nos in ipſius regimine dirigat, quod noſtris temporibus toti Populo Chriſtiano pax, & tranquillitas optata, proveniat, & tandem cum uniuſcujuſque merita libra diſcuſſionis extremæ libraverit, Nos una cum grege Nobis credito, qui judicio præerit, cum benedictionis præconio ad perceptionem Regni Cæleſtis invitans, in dilecta ſua tabernacula introducat. Ceterum ut Nos, qui a vobis penſum filialis devotionis exigimus, illud exhibitione paternæ ad vos benevolentiæ compenſemus, volumus, vos indubitata fide tenere, quod vos, & prædictum veſtrum Ordinem ſpecialis favoris ſingularitate proſequimur, & ea, quæ ad proſperum ſtatum veſtrum, & ipſius Ordinis utilia fuerint, quantum cum Deo poterimus, favorabiliter exequemur.

XCIX. ,, Ad conſequendam gloriam cæleſtis patriæ, inquit *Clemens IV* Fratres Prædicatores alloquens Conſt. *XXXIV*, data 20 Novembris 1265 = Ad conſequendam = *Tom.I pag.466*, ,, ſic divina pietas humilitatem veſtram per ſuam gratiam cernitur allexiſſe, quod ſemper ad hoc intenti eſtis, & vigiles, ut illam vobis, & proximis per innocentis vitæ ſtudium acquiratis. Hæc enim, & alia ſancta pauperrimæ Religionis veſtræ merita nos inducunt, quod ſumus ex intimo cordis affectu ſoliciti, ut in omnibus, quæ ad Dei laudem, & tranquillum ſtatum devotionis veſtræ cupitis, habeamus providentiæ ſtudium efficacis.

C. Galliarum Regni Prædicatores, & Minores Fratres alloquens *Clemens IV Conſt.XXXVI*, data anno 1265 = Expanſis = *Tom.I pag.468*: ,, Quia, inquit, perſonas veſtras, de quarum zelo ad ea, quæ Dei ſunt, fidei puritate, virtutis conſtantia, veſtræ Religionis, & famæ claritas pleniſſime nos informat, duximus eligendas, vobiſque prædicationis officium in dicto Regno præſentium auctoritate committimus.

CI. Cuſtos veritatis Ordo Fratrum Prædicatorum dicitur a *Clemente IV Conſt.XLII*, data 24 Februarii 1266 = Innuit = *Tom.I pag.471* dicente ,, Innuit ſacræ Lectionis eloquium, quod Ordo veſter veriſimiliter Urbem fortitudinis repræſentat, quam juſta gens, apertis portis, ingreditur, cuſtodiens veritatem, vobis enim juſtitiæ zona præcinctis, janua cæleſtis vitæ aperitur ad gratiam, dum ſummæ veritatis, quæ Chriſtus eſt, mandata ſervatis, & eorum obſervantiam ſummopere cuſtoditis. Eundem Ordinem, velut tabernaculum ſuum, ſanctificavit Altiſſimus, & in eo ſibi habitaculum præparavit, conſtituens lucem in populis viam ſalutis, & gratiæ oſtenſuram, qui quaſi Sol in Dei Templo refulgens, & quaſi cupreſſus in altitudinem ſe extollens, reſpicientium ad eum mentes illuminat, & quietis umbraculum tribuit ſub mundanæ miſeriæ ſarcina fatigatis. Hic eſt ager Dominicus, ſuperioris benedictionis rore perfuſus, requirens cultores induſtrios, pudicitiæ nitore præclaros, argumentoſæ probitatis munere præditos, nullius inquinamenti labe reſperſos, ut militantes in terris, triumphare mereantur in cælis, & currentes in ſolis ſtadio, beatitudinis æternæ bravium comprehendant. Hic eſt profecto fertilitatis ager, fructus uberes proferens, nam ſemina in ipſo ſparſa non pereunt, flores editi non areſcunt, & tamen ex multiplicatis manipulis grana gloriæ colliguntur. Propterea Ordinem ipſum, quem ſic in Domino prælucere conſpicimus, tenerrime diligimus, & corde tenemus, paterna circa eum ſolicitudine vigilantes,

,, ut pre-

ut protegatur a noxiis, ſalubria ſemper ſuſcipiat incrementa, & caritativæ pacis affluat ubertate. Licet autem erga cultum Divini Nominis conſtituti, quid ſaluti animarnm expediat, quid bonori debeatur Eccleſiæ, quidve præfati Ordinis felix ſtatua expoſcat, juxta vobis datam divinitus gratiam, ex propriis intelligentiis colligatis, debito tamen paſtoralis officii inducimur, filiales affectus circa præmiſſa paternis monitis excitare, ut quo devotius æterni Patria, & ejuſdem Eccleſiæ beneplacitis veſtra ſe in hia ſtudia coaptant, in eo promptioribus ad ea proſequenda ſtudiis conſurgentes ad promiſſiones illius, in ejus hnmilitatis obſequio ſecurius percurratis. Ideoque univerſitatem veſtram rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, quatenus verbum Domini, quod non eſt gerendum labiis alligatum, ex cujus operatione corda fidelium expurgentnr vitiis, & virtutibus muniantur, prout deſurſum induſtriæ veſtræ promittitur, in gentibus effundatis. Ceterum cum Eccleſiam in diverſis partibus variis vexatam contumeliis, diriſque flagellis ſuorum perſecutorum immanitate percuſſam, devotorum interceſſionibus deceat adjuvari, ſui Sponſi miſericordiam ſuppliciter imploretis, ut tempeſtuoſo proceſſarum turbine quieſcente, ad tranquilla tempora felicis ſerenitatis perveniat, & ab hoſtium formidine, Deo propitio, liberata, reſpiret. Inter cetera vero convenit veſtris inſidere præcordiis, ut caritatis veſtræ funiculus ſic alimento veræ pacis, & inviolabilis concordiæ foveatur, quod nullam ſui partem, cujuſvis debilitate adverſitatis, ſeu commotionis, amittat, quin potius illæſus, & ſtabilis, nullius corruptionis maculam habiturus, perpetuo conſervetur. Super quo ſint vobis in ſpeculum, & exemplar illius almi merita Confeſſoris, qui prædictum Ordinem inſtituit, inſtitutum coluit, & cultum claritate beatitudinis illuſtravit. Profecto quæ vobis ſcribimus, ex intimi affectus caritate procedunt: ut quanto laudabiliores, & utiliores in domo Domini fructus feceritis, ſub aſſumpto miniſterio ſervitutis, tanto magis Matrem Eccleſiam, quæ multipliciter in vobis exultat, devotio veſtra lætificet, & plenius apud Divinam clementiam veſtris meritis præſentatis, quod promiſſum eſt benedictionis filiis, vobis ad perennem gloriam præparetur.

CII. Num aliquo diſcrimine Fratres Prædicatores, & Minores ſint habendi? quærenti reſpondet *Clemens IV Conſt.XLVII*, data 19 Aprilis 1266 = Quæris = *Tom.I pag.*474 dicens: ,, Quæris a Nobis conſilium, quod apud te rectius poteris invenire; Si enim tibi Dominus inſpiravit, relicto ſeculo, vitæ frugem appetere melioris, Dei ſpiritum, ſicut nec poſſumus, ſic nec volumus prohibere, præſertim cum filium habeas bene diſciplinatum, ut credimus, qui tuæ domui ſciet providere. Quod ſi propoſito non mutato ſciſcitaris ulterius, quem tibi ex Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus præeligendum credimus, id præcipue conſcientiæ tuæ relinquimus. Magis enim tu ſcire poteris utriuſque Ordinis obſervantias, quæ non ſunt pares in omnibus, ſed in diverſis articulis excedentes ſunt, & exceſſæ. Alterius quidem iſtorum Ordinum lectus eſt durior, nuditas gravior, &, ut nonnulli judicant, paupertas profundior: Et alterius cibus parcior, longiora jejunia, &, ut quamplures autumant, ſanctior diſciplina. Neutrum ergo neutri præferimus, ſed in una, & arctiſſima paupertate fundatos ad unum tendere credimus, ſalutem ſcilicet animarum. Et ideo, ſive hunc, ſive illum elegeris, arctam viam aggredieris, & per portam intrabis anguſtam ad terram melliſluam, & præ ceteris ſpatioſam. Unde apud te hoc pondera, hoc diligenter adverte, quis magis animo tuo placeat, quemque ſperes melius portaturum. Et ſic uni converſatione adhæreas, ut amore ab altero non recedas. Frater enim Prædicator, qui Minores non diligit, eſt execrabilis: Frater Minor, qui vel odit Prædicatorum Ordinem, vel contemnit, eſt execrabilis, & damnandus.

CIII. Quam altiſſima neceſſitudo inter utrumque Ordinem ſervanda ſit, *Aquenſi* Archiepiſcopo ſcribens, declarat *Clemens IV Conſt.XLVIII*, data 11 Junii 1266 = Paupertatis = *Tom.I pag.*474 his verbis: ,, Paupertatis altiſſimæ profeſſoribus, & divinæ præconibus voluntatis, eo parat ſubtiliores inſidias humani generis inimicus, quo eoſdem conſpicit ceteris animoſius ſpiritualis ingredi campum certaminis, ac rerum temporalium ſarcinis expeditos, ſcuto protectos fidei, & evangelicæ gladio prædicationis accinctos, & non ſuæ tantummodo proſequentes ſalutis negotium, quin etiam molas iniqui contere-re, & de faucibus ejus prædam eripere, ſatagentes. Hoc autem ſtudium ſibi elegiſſe noſcuntur dilecti filii Minorum, & Prædicatorum Ordinum Fratres, quos licet ab invicem diſcernant habitus, & diſtinguat profeſſio regularis, voto tamen conſimili, pari curſu, finem iſtum ſibi præſtituunt, ut tam Clerum, quam Populum verbis ædificent, & exemplis, & evulſis in agro Domini hæreticæ ſentibus pravitatis, pro tam piæ ſervitutis obſequio grande fœnus in præmium præſtolantes, carnis demum ſolutis vinculis, onereque depoſito, juſtum, & æquum judicem, & propitium ſibi ſentiant, & inveniant liberalem. Quantam ſane concordiam, quantam pacem, quam fundatæ, quam ſolidæ vinculum caritatis eſſe deceat inter ipſos, & perfectio ſtatus indicat, & ſalubris propoſiti ſancta conceptio, ejus denique ſedula proſecutio, labor inſuper, & finis operis manifeſtant, quo fit ut inter eos ſeminante diſcordiam hoſte publico, colubro tortuoſo, miſerabili ſe committant diſcrimini, qui, procul dubio, dæmonum adjutores, accenſum ignem eorum ſtudio, tanquam lignis nutrientes injectis, inter eos exorta ſcandala verbo, vel facto conſolidant. Illi vero præcipue, qui ex altero dictorum Ordinum, vel utroque, quod extinguere deberent incendium, fovere temere non verentur.

CIV. ,, Dei ſapientiam, inquit *Clemens IV Conſtitutione LX*, data 8 Februarii 1267 = Dei ſapientiam = *Tom.I pag.*482: ,, Dei ſapientiam, inquit, & virtutem notam facere in Populis eſt præcipuum, & continuum in noſtræ propoſito voluntatis, præſertim cum in hoc vita perennia conſiſtat, quod Deum Patrem, & quem miſit ſuum filium Jeſum Chriſtum, mente vigili ſtudeat humanum genus agnoſcere, ac laudum devotarum præconiis ſuæ gloriam attollere majeſtatis. Attendentes itaque, quod inter alios propugnatores Fidei Chriſtianæ Fratres tui Ordinis, juxta profeſſæ religionis officium, zelus comedit animarum; quare ipſorum miniſterium cenſetur non modicum opportunum in reducendis ad rectitudinis ſemitam ſubtractionis filiis, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt, ac lucrifaciendis gentibus, quæ Redemptorem noſtrum, filium videlicet glorioſæ Virginis, non cognoſcunt; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquos de ipſis Fratribus, tibi commiſſis, quos potentes videris in opere,

„ & ſermone, necnon fidei ampliandæ zelo ferventes, ad terras Tartarorum, Ethiopnm, Indorum, Nubianornm, ac Saracenorum, de Orientalibus, & Meridionalibus partibus, ac quaſcunque Nationes, ſeu Regiones infidelium, tranſmittas, annuntiaturos illis in virtute Dai evangelicam veritatem, quos tibi amovere liceat, alioſque ſubſtituere, cum vidaris expedire.

CV. Piis precibus Fratrum ſeſe commendans *Clemens IV Conſt.LXIV*, data 27 Maii 1267 = Ille ſummus = *Tom.I pag.*484, illos laudibus ornat: „ Ille, inquit, ſummus, & mirabilis opifex, cujus mira, & procul dubio admiranda ſunt opera, qui ſuam ædificavit Eccleſiam ſupra petram, &, ne unquam fides ejus deficeret, exoravit, illam ſolida firmitate ſtabiliens, eam non ſolum ad ornatus decentiam, ſed ad exigentiam, inexpugnabilis firmitatis Ordinum, & Religionum diverſitate munivit, ut ſit varietate circnmdata, & ſicut turris David, cum propngnacnlis ædificata firmiſſimis, ex qua mille clypei pendeant, omnis fortium armatura. Hornm eadem Eccleſia fulta ſuffragiis quaſi bellatorum ſtipata cuneis, & velut caſtrorum acies ordinata terribilis, ſecura cum hoſte congreditur, & non ſolum ad confutandas ſpirituum malignorum inſidias, & repellendos inſultus, ſed ad apertos aſcendentium ex adverſo impetus ſuperandos, imperterrita, & immota conſiſtit. Sane quo magis inter ceteros belli ſpiritualis belligeros, ſacri veſtri Ordinis Profeſſores, ab Ordinis ipſius exordio, exercitio congreſſus hujuſmodi vacaverunt inſtantius, & efficacius inſtiterunt, & quanto ipſorum ſuffragia imbecillitati noſtræ deſideramus, & confidimus utilius ſuffragari, tanto adhæſit eidem Ordini anima noſtra ferventius, & ad conſervandum integritatem veſtram monemus, & rogamus, & hortamnr attente, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in hoc ſalubri Congregationis veſtræ Capitulo illis vacetis unanimiter, & concorditer intendatis, per quæ ſaluti animarum veſtrarum, & aliorum, poſſitis vacare ſalubrius; & illibatam famam veſtram, & ejuſdem Ordinis conſervare. Ceterum licet ſperemus indubie, quod vos caritatis igne, in ara cordium veſtrorum ardente, ſuccenſi, paternum affectum, quem ad vos, & eundem Ordinem gerimus, attendentes, Patri gratam filialis devotionis viciſſitudinem rependatis, veſtrarum orationum nos frequenti opitulatione juvantes, nihilominus tamen, ne tam caram gratiam negligere videamur, earum pro nobis frequentiam humiliter imploramus, inſtanter petimus, ut ſic nos aſſiduis ſuæ caritatis præſidiis, velut Abiſac Sunamitis adoleſcentula Virgo, veſtra Immaculata Religio foveat, qeod in nobis, qui nec ſeminis David vires attingimus, debitus pii exequendi ſuſcepti fervor officii nullo unquam tempore refrigeſcat.

CVI. „ Mites, & bumiles „ vocantur Fratres Prædicatores in *Clementis IV Conſt.LXVIII*, data 7 Julii 1267 = Conſurgit = *Tom.I pag.*486, cujus hæc verba: „ Conſurgit in Nobis ſpiritualis multitudo lætitiæ, quando perſonas deditas divino cultui concordi qualitate virtntum cernimus ſœderari, & hoc in votis habere potiſſimum, ut ad divini honorem nominis ie eis ita vigeat ſanctæ ſtudium unitatis, qnod ſtatus earum ſit firma pace, & devotione tranquilla præditus, & ſuper his, quæ regularis requirit honeſtas, ſemper appareat ſalubriter ordinatus; occurrente hinc inde gratulandi materia, dum in perſonis hujuſmodi ſic una ſplendet fides mentium, & pietas actionum, ut boc de ipſarum Religione famoſa poſſit aſſumi præconium, quod in ſe decus babeat perfectæ pulcbritudinis, & prorſus ab omni macula ſit immunis: jucundo ſiquidem ſpiritu petitionis veſtræ ſeriem audivimus, continentem: quod cum præclarus Ordo veſter a mari uſque ad mare jam per Cbriſti gratiam ſuos palmites extendiſſet, propter varias diverſarum Provinciarum conſuetudines, contingebat divinum Officium in Ordine ipſo uniformiter non ſervari: Quapropter vos, tanqnam miniſtri Dei mites, & humiles, ac ſaluberrimæ unitatis ſinceriſſimi amatores, laudabiliter meditando, quod bujus prætextu differentiæ, aliquid affectibus ſanctis oppoſitum, vel forte ſcandali gravis occaſio, in Ordine ipſo poterat evenire, dilecto filio Fratri Umberto quondam Magiſtro ejnſdem Ordinis, concorditer commiſiſtis, ut ipſe prædictum Officium ad illam uniformitatem redigeret, quam univerſitas Fratrum ipſius Ordinis per Orbis terræ latitudinem, reverenter, & humiliter obſervaret.

CVII. Ordinem Fratrum Prædicatorum, *rectæ vitæ ſpeculum, & ſalutiferæ converſationis exemplum* eſſe, aſſerit Clemens IV Conſtitutione LXXXII, data 30 Maii 1268 = Petitio tua = *Tom.I pag.*493

CVIII. *B. Gregorius X* Prioribus Provinciarum Ordinis Prædicatornm Romanæ, Lombardiæ, Franciæ, Gallo-Provinciæ, ſeu Toloſanæ, Hungariæ, Græciæ, Teutoniæ, Angliæ, Daciæ, Hiſpaniæ, & Poloniæ ſcribens, nt Fratres ad populum dicerent de Bello in ſubſidium Terræ ſanctæ ſuſcipiendo, ipſos *Conſt.XXXII*, data 13 Novembris 1274 = Si mentes = *Tom.I pag.*525, hac de re delegatos dicit, quia ad id utiliores Religionis ipſorum claritas, & zelus, quo ad ea, quæ Dei ſunt, fervent, repromittit.

CIX. Ad virtutis culmen Fratres Ordinis Prædicatorum, cujus alumnus fuerat, inflammans *Innocentius V Conſt.III*, data 30 Maii 1276 = In loco = *Tom.I pag.*543, ſic eoſdem alloquitur: „ In loco ſolicitudinis, & ſpecula ſupereminentiæ paſtoralis, cæleſti diſpoſitione ſedentes, penſantes onus inæquabile bumeris noſtris incumbens, quo univerſis reddimnr ex officio debitores, de rationis calculo in conſpectu judicis omnia videntis, ne in furore nos arguat, vel in ira corripiat, formidamus. Convertimur nunc itaque ad homines, quos in mundo, velut oves Paſtor bonus ſegregat, & pia miſeratione deducit, qui Nos intra gregem veſtrum a tenera ætate vocare, dignatus, Nos ibi Sanctæ paupertatis deliciis enutrivit, qn in diebus voluntatis ſuæ Nos exinde ſuſtulit, & ex ovibus, quæ cibo quietis dulciori paſcuntur, adduxit in montem ſolicitudinis, & laboris: convertimur, inquam, & petimus a vobis orationis auxilium, ut Deus Omnipotens de habitaculo ſuo ſancto jugiter reſpiciat vias noſtras, viſitet in miſerationibus ſuis miniſterium noſtrum, det Nobis in diebus villicationis noſtræ, ut poſſimus virtute irrumpere iniquitates, qui tremendæ poteſtatis ejus imperio ſumus in throno judicis conſtituti, dare pacem populis, erroribus legem, moribus diſciplinam, Eccleſiæ ſuæ unitatem, & decorem viriliter cuſtodire, atque in omnibus iis laudi ejus offerre magnificentiam, & honorem, ut tandem cum grege Nobis credito recipiamus centuplum retributionis cæleſtium præmiorum. Quamvis autem abſentes corpore congregationi veſtræ, ſpiritu tamen, & conſideratione præſentes, & unanimi deſiderio ſociati, univerſitatem veſtram rogamus, & bortamur in Cbriſto, qui

„ ſtat

„ ſtat in medio veſtrum, juxta promiſſionem ineffabilem oris ſui, quatenus ad ſanctæ religionis conſtantiam altiſſimam, in qua ſundati, & ſtabiliti eſtis, ad paupertatis amorem, ad fervidæ caritatis compagem, ad complementum miniſterii veſtri Prædicationis ſanctæ Verbi Dei, cui vos, & acceptione nominis, & firmitate profeſſionis nexibus alligaſtis, ad animarum ſalutem, in venandi labore, atque ſolertia capiendi, ad fructus, qui non pereunt in area Domini congregandos, ad vineæ Domini electæ cuſtodiam, & captionem vulpecularum illam demolientium, & cetera quæ Dei ſunt, & Chriſti ejus, tota veſtrorum cordium anhelet intentio, & ſuſpiret .... Nos quidem, etſi meditationum ſedulitas, & laborum multitudo circumfluat, de vobis tamen, & Ordinis veſtri profectibus, inter cetera, ſolicitam mentem gerimus, & orationis affectum, ut apponat vos Dominus dilatare in odorem vitæ in vitam, & magis, ac magis in ſalutem populorum expandere lumen veſtrum, ipſo quoque præſtante, noſtram adhibere curam, ut noſtris ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ adjuti præſidiis, creſcatis in domo Domini, & temporalibus non deſtituti auxiliis proficiatis in ipſo ſpiritualibus incrementis.

CX. Divinitus inſtitutus Ordo Fratrum Prædicatorum dicitur a *Nicolao III Conſt.V*, data 17 Maii 1278 = Ordo veſter = *Tom.I pag.556*, ſic enim Fratres Prædicatores alloquitur: „ Ordo veſter inſtitutus divinitus claret in conſpectu Altiſſimi Patris per beatam ſobolem, quam produxit ad hæreditatis æternæ gloriam aſſumendam. Claret in terris tanquam luminare præfulgidum, effundens in gentibus radios claritatis: digne quidem in ipſo chorus exultat Angelicus; & nos, qui Ordinem ipſum prærogativa conceptæ ab eodem ſpecialis dilectionis amplectimur, in ejus claritate delectamur, ac in ſua religione, veluti ſtabili ſoliditate quieſcimus, dum vos circa virtutum exercitium jugiter inſudantes, per devotarum Orationum inſtantiam, & expoſitionem verbi dominici, quaſi Dei mediatores, & hominum, ſalutem quæritis animarum, & proſperi ſtatus univerſalis Eccleſiæ fervidi zelatores, eidem indeſeſſis laboribus, & argumentoſis operibus deſervitis. Quare Dominum Deum noſtrum anima veſtra lætificat, & in ipſo lætanter exultat, quod in humilitatis ſpiritu confirmati, promptitudine devotionis, & operis, illius ſtudetis imitari veſtigia, cujus vias ſummopere cuſtoditis, qui deſcendens a Patre luminum, & formam ſervi accipiens, ſe, in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam offerens, immolavit. Verum, ut debitum exequentes officii noſtri, vos ad quælibet ſalubria propriis monitis, & exhortationibus invitemus, ſic quæſumus dicti compagem Ordinis in caritatis obſervantia, & unitatis ſolitæ gratia conſervetis, ſicque miniſterium veſtrum exequamini claris operibus, &, verbis dominicis profuſis rore benedictionis, utiliter diffundatis, ac exhibeatis vos ſalutis fidelium inclytos zelatores, & in eorum dilectione, & directione affabiles populis Chriſtianis, quod veſtrum exercitium directos foveat, & errantes dirigat ad ſalutem, ſemperque dictus Ordo ſuſcipiat, divina favente clementia, felicitatis augmentum; ut digne laudum præmiis attollatur, ac creſcat aſſidue prompta devotio fidelium apud Deum, voſque cæleſtis gratiæ plenitudinem promerentes, poſſitis apprehendere vobis, tanquam Benedictionis filii, virtute perſeverantiæ, gaudium repromiſſionum, & vobis, qui in ſpiritualium adminiſtratione proficitis, & ob nomen Domini corporaliter laboratis, propter utrumque ordinatæ caritatis præmium rependatur: univerſis, & ſingulis de Ordine veſtro, qui ad inſtans Capitulum Generale convenerint, & aliis Chriſtifidelibus, qui congregatis in eodem Capitulo Fratribus, ipſo durante, pietatis ſuæ manus porrexerint adjutrices, dummodo vere pœnitentes extiterint, & confeſſi, Fratribus, ſcilicet diebus ſingulis, quibus ipſum Capitulum durare contigerit, & aliis quoties congregatis ibidem pias eleemoſinas erogaverint, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Ceterum, cum in homine non ſit auxilium, ſed infirmitas, & defectus, ac propter hoc humeros noſtros oporteat divinæ gratiæ ſuſtentari præſidiis, pias affectiones veſtras excitet circa debitum caritatis, ut ad impoſita Nobis portanda ſalubriter onera ſervitutis, veſtris apud Deum interceſſionibus adjuvemur. Nos autem a vobis, & ſpecialiter a veſtris confratribus Provinciarum vobis circumſtantium grata recepiſſe cognoſcentes obſequia, ac eos cum plenitudine benedictionis, & gratiæ commendantes, vos, & dictum Ordinem in clauſtro noſtræ memoriæ retinemus, & portamus in viſceribus caritatis, proponentes, quantum cum Domino poterimus, ſaluiferæ veſtræ quieti conſulere, ac veſtra, & Ordinis veſtri commoda, pro quibus ad nos recurrere cum plena ſecuritate poteritis, promptitudine benedictionis, & gratiæ promovere.

CXI. Generalem Magiſtrum, & Provinciales alloquens *Martinus IV Conſt.II*, data 10 Januarii 1282 = Ad fructus = *Tom.II pag.*1 hæc habet: „ Ad fructus uberes, quos in agro Dominico, prædicando, verbo, pariter, & exemplo, confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia, Sacer Ordo veſter, & humiles ipſius Ordinis Profeſſores produxerunt hactenus, & in futurum ſperantur, Deo auſpice, producturi, attentæ conſiderationis aciem convertentes &c.

CXII. Epiſcopo Tiburtino ſcribens *Honorius IV Conſt.I*, data 19 Julii 1285 = Conſiderantes = *Tom.II pag.*6 „ Conſiderantes, inquit, attentius fructus uberes, qui ex Ordine Fratrum Prædicatorum proveniunt fidelium animabus, Ordinem ipſum, & profeſſores illius favore proſequimur ſpeciali, ad plantandum eundem Ordinem in locis congruis, opem, & operam benignius impendentes.

CXIII. Fratres autem Prædicatores alloquens idem *Honorius IV Conſt.VIII*, data 19 Januarii 1286 = Religionis favor = *Tom.II pag.9* hæc habet: „ Religionis favor, ſub qua virtutum Domino deſervitis, & fructus uberes, qui ex veſtris laboribus in Eccleſia univerſali, Divina gratia cooperante, proveniunt, Nos inducunt, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quæ ab impedimentorum obſtaculis liberati, fructificare liberius in eadem Eccleſia valeatis.

CXIV. „ Ad Sacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem ampliandum „ inquit idem *Honorius IV Conſtit.X*, data 13 Februarii 1286 = Ad Sacrum = *Tom.II pag.*10: „ eo libentius operarias manus apponimus, & Apoſtolici favoris ſuffragium impertimur, quo ipſum ſinceriori affectione proſequimur, & uberiores producere noſcitur in Eccleſia Dei fructus.

CXV. „ Dum ſolicitæ conſiderationis indagine perſcrutamur, inquit *Nicolaus IV Conſt.III*, data 28 Ju-

Digitized by Google

28 Julii 1288 = Dum ſolicitæ = *Tom.II pag.*20, „ quod vos, mundi ſpretis illecebris, voluntariæ paupertatis ſubire onera, ut Chriſti pauperis liberius inſiſtatis obſequiis, elegiſtis, abnegando, quamvis ſalubriter, voſmetipſos: Dum etiam infra mentis arcana revolvimus, quod Ordo veſter, in agro Dominico ſuperna diſpoſitione plantatus, uberes in horreum Domini fructus infert, quodque ſalutis commoda grandia ex veſtræ ſolicitudinis ſtudio, quod laudabiliter continuare ſatagitis, fidelium proveniunt animabus, dignum, & rationi conveniens arbitramur, ut vos, dictumque Ordinem opportuni favoris proſequamur auxilio, & ſpecialis gratiæ privilegio muniamus.

CXVI. *Ordinem* Fratrum Prædicatorum *Divinitus inſtitutum* vocat *Nicolaus IV Conſt.XIII*, data 6 Octobris 1289 = Si ad illum = *Tom.II pag.*25.

CXVII. Generali Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Nicolaus IV Conſt.XXXII*, data 28 Julii 1291 = Dum ſolicitæ = *Tom.VII pag.*49: „ Dum ſolicitæ, inquit, conſiderationis indagine perſcrutamur, quod vos, mundi ſpretis illecebris, voluntariæ paupertatis ſubire onera, ut Chriſti pauperis liberius inſiſtatis obſequiis, elegiſtis, abnegando, quamvis ſalubriter, voſmetipſos: dum etiam infra mentis arcana revolvimus, quod Ordo veſter, in agro Dominico ſuperna diſpoſitione plantatus, uberes in horreum Domini fructus infert, quodque ſalutis commoda grandia ex veſtræ ſolicitudinis ſtudio, quod laudabiliter continuare ſatagitis, fidelium proveniunt animabus, dignum, & rationi conveniens arbitramur, ut vos, dictumque Ordinem, opportuni favoris proſequamur auxilio, & ſpecialis gratiæ privilegio muniamus.

CXVIII. Romanam Provinciam a Siciliæ Provincia dividens *S. Cæleſtinus V Conſt.I*, data 1 Septembris 1294 = Clara = *Tom.VII pag.*49: „ Clara, inquit, Ordinis Fratrum Prædicatorum Religio, virtutum fœcunditate referta, & tota per bonorum operum ſtudia Domino ſtabilita, ex ſuæ inſtitutionis exordio ad robur & munimentum erecta Fidei Orthodoxæ, per inſignium gratiam meritorum, & ſacræ prædicationis doctrinam, uberes hactenus in univerſali Eccleſia honeſtatis fructus protulit, ac ſalutis, & proferre non deſinit inceſſanter, Quare Religionem tam perinſignem, tam ſanctam, & Profeſſores ipſius, ſincera diligentes in Domino caritate, in his quæ ipſius Religionis favorem, & profectum reſpiciunt, efficacis ſolicitudinis ſtudium, libenti animo adbibemus.

CXIX. „ Attendentes ab olim, dum minori fungeremur officio, inquit *Bonifatius VIII Conſt.XL*, data 1 Martii 1295 = Attendentes = *Tom. VII pag.*51 „ virtutum merita grandia, quibus plantatus in agro Dominico Sacer Ordo Fratrum Prædicatorum noſcitur inſignitus, & conſiderantes ſolicite fructus ſalutis innumeros qui ex ipſo proveniunt fidelium animabus, eundem Ordinem, & Profeſſores illius ſpeciali affectione diliximus, & diligere non ceſſamus, ſolicitum & efficax ſtudium impendentes, ut idem Ordo felicibus augmentis proficiat, & Fratres ipſi, ut Divinis liberius inſiſtant obſequiis, pacifico ſtatu, & ſtabili plenitudine gratulentur.

CXX. Magiſtro, Prioribus, & Fratribus univerſis Ordinis Prædicatorum ſcribens *Bonifatius VIII Conſt.XII*, data 10 Maii 1296 = Inter ceteros = *Tom.II pag.*47: „ Inter ceteros, inquit, Ordines, quos cæleſtis Agricolæ ſumma benignitas in horto plantavit Eccleſiæ, ſacrum veſtrum Ordinem, jam per Orbis Provincias, ſuperna gratia propagante, diffuſum, dum minori fungeremur officio, ſincera caritate diliximus, ad ſtatum ejus feliciter promovendum, ſolicitis ſtudiis intendentes. Nec minuit utique, ſed auxit potius, circa ipſum præhabitæ dilectionis affectum, perſonæ noſtræ ſubſecuta promotio ad apicem Apoſtolicæ dignitatis, cum tanto propenſius ad ipſius Ordinis intendamus augmentum, quanto nobis facultas præſtantior, quanquam noſtris non exigentibus meritis, noſcitur cælitus attributa....... Nos tamen Ordinem ipſum ob ſalutis fructus innumeros, qui ex ipſo noſcuntur animabus fidelium provenire, gerentes in viſceribus caritatis &c.

CXXI. Monialibus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Bonifatius VIII Conſtitut.XVIII*, data 23 Julii 1297 = Laudabilis = *Tom.II pag.*53: „ Laudabilis, inquit, Sacra Religio, quæ in Monaſteriis veſtris a vobis, & perſonis aliis in eis degentibus, ſub onere voluntariæ paupertatis jugiter colitur, ſic a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit illecebras, ut, inter alia, clauſtralis abſtinentiæ nexibus religatæ, puritate fulgeatis obſervantiæ regularis, & voluntatis libitum coarctantes omnino ſub obedientiæ debito, dignam & ſedulam exhibeatis Domino ſervitutem.

CXXII. Pro ſalute fidelium Ordinem Prædicatorum inſtitutum docet *Bonifatius VIII Conſt.XXVIII*, data 11 Aprilis 1300 = Cæleſtis = *Tom.II pag.*60 dicens: „ Cæleſtis agricolæ mira benignitas Ordinem veſtrum Prædicatorum pro ſalute fidelium in horto plantavit Eccleſiæ, qui velut ager virtutum fertilis, ſuperni roris benedictione perfuſus, dono Domini cultores habet induſtrios, & viros bonæ vitæ producit, ac fructus profert uberes, & ſalubres, ſemina que in eo ſparſa non pereunt, flores editi non areſcunt, & tandem ex eo, multiplicatis manipulis, grana perennis gloriæ colliguntur. Propterea Nos Ordinem ipſum, quem ſic in Eccleſia univerſali fructificare, conſpicimus, tenerrime diligimus, & corde tenemus, paterna circa eum ſolicitudine vigilantes, ut, Deo propitio, protegatur a noxiis, ſalutaria ſemper incrementa ſuſcipiat, & in vigore perſiſtat ſolidæ caritatis.

CXXIII. „ Inter Religiones ſingulas, inquit idem *Bonifatius VIII Conſtitut.XXIX*, data 12 Aprilis 1300 = Inter Religiones = *Tom.II pag.*60 „ quas ad Curiæ cæleſtis obſequia, & ſalutem Fidelium populorum ſtatuit in terris providentia divina in conſilium, Ordo veſter Prædicatorum, præcellentium operum claritate præfulgens, Deo ſe placitum exhibet, & apud ſingulos gratiam glorioſæ opinionis effundit: Circa cujus ſtatum eo perſpicacius aciem mentis extendimus, ejuſque perſpicacem gloriam eo deſiderabilius affectamus, quo per eum tam Apoſtolicæ Sedis, quam univerſalis Eccleſiæ ampliores fructus commodi, & honoris accreſcunt,

CXXIV. „ In Ordine Fratrum Prædicatorum, inquit *B. Benedictus XI Conſt.XIII*, data 13 Februarii 1304 = In Ordine = *Tom.II pag.*86 „ quaſi ſolis radius habitantibus in hac lachrimarum valle, lux eruditionis illucet, dum ipſius Ordinis Profeſſorum fructuoſa ſtudia mentes, fidem orthodoxam confitentium fragiles, in tenebras erroris inimici hominis ſuggeſtione illapſas, lumine veritatis illuſtrant, & ſpinas punctionis letbiferæ in horto ſuccreſcentes Dominico, novacula labiorum ſuccidunt, in quibus æternæ ſapientiæ gratia eſt diffuſa. Quare „ dictus

Digitized by Google

„ dictus Ordo, qui nempe in medio Eccleſiæ in ger-
„ mine ineffabilis utilitatis ſuccreſcens, ut ſpiritua-
„ lium fructuum ubertatem multifariam multiplicet,
„ non laſſatur labore, votivis per Sedem Apoſtolicam
„ eſt confovendus favoribus, & a cunctis, qui Chri-
„ ſtiana profeſſione cenſentur, devotione multiplici
„ venerandus. Rogamus itaque univerſitatem ve-
„ ſtram, & hortamur in Domino, in remiſſionem vo-
„ bis peccaminum injungentes, quatenus ad loca Fra-
„ trum dicti Ordinis, imploraturi a Domino in loco-
„ rum ipſorum Eccleſiis veniam, in humilitatis ſpiritu
„ accedatis.

CXXV. „ Ex horto delicioſo Eccleſiæ Sacroſan-
ctæ, inquit *B. Benedictus XI Conſtit.XXIII*, data 10
Martii 1304 = Ex horto = *Tom.II pag.93* „ Ineffa-
„ bilis providentia Conditoris, pro ſui nominis attol-
„ lenda gloria, & ſalute fidelium procuranda, præ-
„ clarum Ordinem diebus noviſſimis inter ſpecioſa, &
„ fœcunda plantaria, quaſi lignum vitæ produxit,
„ quod ſuperni roris benedictione perfuſum, ſic a
„ ſuis primordiis laudabilibus incrementis ſucceſſive
„ proceſſit, ſic ſe, divina operante gratia, in altum
„ provexit, ſic ſe longe lateque diffudit, ut ſublimi-
„ tate ſua cælos pertigerit, & ad fines ultimos orbis
„ terrarum ſuos extenderit palmites generoſos. Illi
„ ſunt palmites pretioſi Chriſto viti veræ inhærentes,
„ Fratres, videlicet, Ordinis S.Dominici, qui a ſuper-
„ fluitatibus terrenorum purgati, & ſarcinis divitia-
„ rum abjectis, abnegaverunt ſalubriter ſemetipſos, &
„ amplexi paupertatem, & regularem vitam profeſſi, ad
„ convivium Regis cæleſtis honoris, & honeſtatis flo-
„ res ſuaves, & fructus uberes attulerunt. Illi ſunt
„ electi Chriſti miniſtri, conſpicua religione fulgentes,
„ & honeſtate vitæ clariſſimi, quos in lucem gentium
„ Dei ſapientia dediſſe dignoſcitur, velut ſplenden-
„ tia ſidera in Eccleſiæ firmamento, & tanquam lu-
„ cernæ ardentes in Domo Dei, illuminantes cunc-
„ tos evangelicis documentis, & ſpiritualibus radiis
„ oſtendentes mortalibus viam vitæ. Illi ſunt egregii
„ bellatores, qui hoſtes animæ, & inimicos S. Eccleſiæ
„ per fidei ſcutum, gladium ſpiritus, & arma juſtitiæ,
„ debellantes, obtinere conati ſunt, ut Catholicis
„ univerſis virtutum augmenta proveniant, via ſalu-
„ tis peccatoribus pateat, & hæreticæ pravitatis in-
„ ſania deſtruatur. Conſideretis igitur, dilectiſſimi
„ nobis, & vigili attentione penſetis, præfati Ordinis
„ firmiſſima fundamenta, duces inſignes, milites ſtre-
„ nuos, pugiles indefeſſos, ex quibus aliqui jam ad
„ ſupernam provecti patriam, in Sanctorum numero
„ ſolemniter ſunt adſcripti, menſæ cæleſtis convivæ,
„ & ſecuri æternæ patriæ poſſeſſores: & ideo talium
„ vos non degeneres, ſed legitimi filii, fideles imita-
„ tores eſſe debetis: ac indeſinenter eorum tuta ſequi
„ veſtigia, qui vobis tam clara, tam certa, religioſe,
„ & ordinate vivendi, reliquerunt exempla, & Ordi-
„ nem ipſum habentem in ſe perfectæ pulchritudinis
„ decus, divina, & Apoſtolicæ Sedis clementia, tot
„ gratiis dotatum, ſublimatum donis, & privilegiis
„ roboratum, immunem prorſus ab omni macula
„ conſervare.

CXXVI. Salutis fructus innumeros ex Ordine Fra-
trum Prædicatorum animabus fidelium provenire, do-
cet idem *B. Benedictus XI Conſt.XXVII*, data 12 Mar.
tii 1304 = Inter ceteros = *Tom.II pag.95*, dicens:
„ Inter ceteros Ordines, quos cæleſtis agricolæ ſum-
„ ma benignitas in horto plantavit Eccleſiæ, ſacrum
„ veſtrum Ordinem, jam per Orbis Provincias, ſu-
„ perna gratia propagante, diffuſum, dum minori
„ fungeremur officio ſincera caritate dileximus, ad
„ ſtatum ejus feliciter promovendum ſolicitis ſtudiis
„ intendentes; nec minuit utique, ſed auxit potius,
„ circa ipſum præhabitæ dilectionis affectum, per-
„ ſonæ noſtræ ſubſecuta promotio ad apicem Apoſto-
„ licæ dignitatis; cum tanto propenſius ad ipſius Or-
„ dinis intendamus augmentum, quanto nobis facul-
„ tas præſtantior, quanquam noſtris non exigenti-
„ bus meritis, noſcitur cælitus attributa. Licet igitur
„ nonnulli Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri,
„ præfatum Ordinem a Prælatorum juriſdictione
„ quorumlibet prorſus exemerint, ipſumque fore de-
„ creverint, per ipſorum literas ſpeciales, exemptum;
„ Nos tamen Ordinem ipſum ob ſalutis fructus innu-
„ meros, qui ex ipſo noſcuntur animabus fidelium
„ provenire, gerentes in viſceribus caritatis &c.

CXXVII. „ Lucis Creator optimus, inquit *Johan-
nes XXII Conſt.XVI*, data 30 Maii 1318 = Lucis crea-
tor = *Tom.II pag.141* „ ſaluti humani generis cle-
„ menter intendens, ſacrum veſtrum Ordinem lucer-
„ nam pedibus hominum, & eorum ſemitis lumen de-
„ dit, ut videlicet tanquam lucerna igne caritatis ar-
„ dens, & velut lumen Doctrinæ fulgore perſpici-
„ dum, & ſuper candelabrum eminentis Religionis
„ erectum, omnibus in domo Domini reluceret.
„ Ad hunc Ordinem, & inclytos Profeſſores illius,
„ qui opere prædicantes, & verbo, ſic hominum lu-
„ cent aſpectibus, ut illos exemplis ſalutaribus diri-
„ gant, eoſque, quaſi cæcis facti oculi, pedes claudis,
„ in Dominicorum ſemitam mandatorum quibuſdam
„ greſſibus rectæ operationis adducant, nimirum af-
„ ficimur, & conceptum ad ipſos ab olim continue
„ ampliamus affectum, tota mente, totoque corde ſo-
„ liciti, ut ſpiritualibus incrementis proficiant, & in
„ ſuis etiam opportunitatibus temporalibus non de-
„ creſcant.

CXXVIII. De eodem Ordine Fratrum Prædicato-
rum loquens idem *Johannes XXII Conſt.XVIII*, data
10 Julii 1318 = Inexplicabili = *Tom.II pag.143* hæc
habet: *Inſpirante Deo, velut Cælum micat ſideribus,
ſic perſonarum numero, & virtute coruſcat*.

CXXIX. „ Religionis exemplar dicitur a *Johan-
ne XXII Conſt.XX*, data 5 Auguſti 1318 = Quanto
Fratrum = *Tom.II pag.144* his verbis: „ Quanto
„ Fratrum Prædicatorum Ordo inter alios Ordines
„ ampliori gratia meritorum, prærogativa virtutum,
„ & tanquam religionis exemplar majori claritate re-
„ ſplendet, tanto libentius animarum conſiderato
„ profectu, ad propagationem ipſius Apoſtolici favo-
„ ris gratiam impertimur, ut affectatum animarum
„ lucrum, quo nihil eſt Deo acceptius, per ſalubria
„ Fratrum ipſius Ordinis, ac fructuoſa ſtudia, &
„ exempla laudabilia valeat, annuente divina gratia,
„ provenire,

CXXX. „ Dilectos filios, inquit idem *Johan-
nes XXII Conſt.XXIII*, data 24 Februarii 1319 = Di-
lectos = *Tom.II pag.146* „ Magiſtrum & Fratres
„ Ordinis Prædicatorum, qui in virtutum Domino
„ militantes, & crucifigentes cum vitiis, & concupi-
„ ſcentiis carnem ſuam, ad divinæ majeſtatis obſe-
„ quium trahunt alios per exemplum, infra pietatis
„ Apoſtolicæ ubera complectentes, dignum eſſe con-
„ ſpicimus, eos congruis præſidiis communiri, ut eo
„ devotius, quo quietius, pacis famulentur auctori.

CXXXI. „ In Eccleſiæ firmamento, inquit *Johan-
nes XXII Conſt.XLVI*, data 26 Aprilis 1325 = In Ec-
cleſiæ = *Tom.II pag.167* „ Veſter Ordo, inter alios,
„ cæleſti ſplendore coruſcans, univerſam Gregis Do-
„ minici caulam illuminat, & currentibus in ſtadio rec-
„ tum iter inſinuat, quo ad ſalutis bravium felicius
„ per-

Digitized by Google

„ pervenitur, in valle paupertatis terrenæ militans,
„ & triumphans in cæleſtium eminentia facultatum.
„ Nimirum igitur in ipſius claritate ſiderea delecta-
„ mur, & in ſuæ Religionis ſtabilitate quieſcimus,
„ dum vos, & alios ejuſdem Ordinis Fratres, circa
„ virtutum exercitium jugiter inſudantes, per devo-
„ torum animorum inſtantiam, quaſi Dei mediatores,
„ & hominum, ſalutem quæritis animarum, & pro-
„ ſperi ſtatus univerſalis Eccleſiæ fervidi zelatores,
„ eidem indefeſſis laboribus, & argumentoſis operi-
„ bus, deſervitis. Sane quia vobis eo parat ſubtilio-
„ res inſidias humani generis inimicus, quo vos ani-
„ moſius conſpicit ſpiritualis ingreſſos campum cer-
„ taminis, a ſarcinis rerum temporalium expeditos,
„ ſcuto protectos fidei, & evangelicæ gladio prædi-
„ cationis accinctos, nec veſtræ tantummodo ſalutis
„ proſequentes negotium, ſed molas iniqui conterere,
„ & de faucibus ejus prædam eripere ſatagentes, vos,
„ & Ordinem prædictum, quos brachiis internæ cari-
„ tatis, & dilectionis amplectimur, adverſus ejuſdem
„ inimici verſutias eſſe fortes, & ſedulos in humilita-
„ tis ſpiritu, & devotionis promptitudine cupientes,
„ ad quæque ſalubria, libenter, paternis monitis, &
„ benignis exhortationibus, invitamus.

CXXXII. Capitulo Generali ſcribens idem *Johannes XXII Conſt.LXII*, data 9 Maii 1328 = Inexplicabili = *Tom.II pag.*178: „ Inexplicabili, inquir,
„ deſiderantes affectu, & ſummo ſtudio perquirentes,
„ quod divini cultus officium, jam in pleriſque gen-
„ tilium partibus, auctore Domino, propagatum,
„ eo indeſinentius frequentetur, & vigeat, quo mi-
„ niſtris potioribus invaleſcat, ſolicita deliberatione
„ providimus, ut in hac veſtra Congregatione ſalu
„ bri, in qua Dominus Deus noſter, de cujus dilata-
„ tione nominis agitur, medius noſcitur conſtitutus,
„ per vos, filii, ordinetur, provideatur, & fiat,
„ quod de Ordine veſtro, qui, inſpirante Deo, velut
„ Cælum micat Stellis, ſic perſonarum numero, &
„ virtute coruſcat, ad minus quinquaginta Fratres
„ ad hoc voluntarii, nimis tamen, nec juvenes, nec
„ antiqui, ſed bene religioſi alias, & diſcreti, ac
„ ſufficientes competenter, Clerici mittantur, ad par-
„ tes dictorum gentilium per ſingulos Ordinis prædicti
„ Conventus, ad exercenda ibi Divina Myſteria,
„ prout expediens fuerit, dividendi.

CXXXIII. Quanta ſit Fratrum Prædicatorum erga S. Sedem devotionis conſtantia, docet idem *Johannes XXII Conſt.LXV*, data 22 Februarii 1329 = Sacer Ordo = *Tom.II pag.*180 dicens: „ Sacer Ordo
„ tuus (Generalem Magiſtrum alloquitur) in agro
„ Dominico divina diſpoſitione plantatus, amplius,
„ ut latius diffundatur per Orbem, ab Apoſtolica Sede
„ meretur attolli, quo ipſius Profeſſores erga Sedem
„ ipſam per ingentis devotionis conſtantiam, & bo-
„ norum ſtudia operum, ad robur, & munimentum
„ fidei orthodoxæ ſe exhibent plus devotos.

CXXXIV. Eurundem Fratrum tribulationes, & conſtantiam ſic deſcribit ipſos alloquens *Conſt.LXVI*, data 11 Junii 1329 = Quam procelloſis = *Tom.II pag.*181 his verbis: „ Quam procelloſis commotio-
„ num fluctibus, quamque periculoſis turbinibus
„ tempeſtatum, hoſtis ille humani generis, qui ab ini-
„ tio in veritate non ſtetit, cum ſuis nequiſſimis miniſ-
„ tris, Petri naviculam, ut operiretur fluctibus, viſus
„ eſt his temporibus agitare, veſtra prudentia non
„ ignorat, cum ex iis etiam nonnulli ex veſtri Ordinis
„ Fratribus tribulationes, & perſecutiones varias,
„ paſſi ſunt, quorum fidem, & conſtantiam ſuper eis
„ commendamus multipliciter in Domino Jeſu Chriſ-
„ to, qui, cum cælos aſcenderet, eidem Eccleſiæ in per-
„ ſona Apoſtolorum promiſit, uſque in finem ſeculi
„ ſecum eſſe in pace, ſua clementi pietate, videtur
„ imperaſſe tempeſtatibus hujuſmodi, ut quieſcant;
„ Nos ipſi Salvatori noſtro, in cujus miſericordia fi-
„ ximus, & figimus ancoram ſpei noſtræ, gratiarum
„ actiones exſolvere pro tantis beneficiis collatis
„ eidem Eccleſiæ non ceſſamus: ſinceritatem veſtram
„ attentius exhortantes, quatenus hoc idem per veſ-
„ trum Ordinem fieri, devotaſque orationes ordinetis
„ effundi, ut Deus ipſe cujus perfecta ſunt opera,
„ quod tam benigne cœpit in hac parte perficere,
„ ad ſui gloriam, & honorem nominis, ac ejuſdem
„ exaltationem Eccleſiæ, Fideique dilatationem Ca-
„ tholicæ, ceſſantibus adverſitatibus, & deſtructis
„ erroribus univerſis, ſolidare dignetur; Noſque,
„ quibus, licet immeritis, tanti ſarcinam impoſuit
„ oneris, mole ipſius non ſinat opprimi; ſed ſic de-
„ bilitatem noſtram ſua potenti virtute fulciat, &
„ ſuſtentet, quod ſemper quæ ſuis grata ſunt oculis
„ exequentes una cum grege Nobis commiſſo diriga-
„ mur ad ſalutaria, &, poſt vitæ præſentis decurſum,
„ perennis mercedem præmii de ſua plenitudine gratiæ
„ conſequamur. Ceterum cum circa dictum Ordi-
„ nem, ne quidquam in eo reperiatur incongruum,
„ ſeu cujuſvis indecentiæ nota reſperſum, ſed ſic
„ in eo potius honeſtatis ſplendor eluceat, quod in ſui
„ nitore delectetur Altiſſimus, & merito Eccleſia
„ Generalis exultet, vos curam deceat ſedulam
„ adhibere, exhortationibus noſtris adjicimus, ut
„ ad hæc, & alia ſalubria in præſenti veſtro Capitulo,
„ divina vobis aſſiſtente gratia, ordinanda, vigilan-
„ tibus ſtudiis intendatis.

CXXXV. Nos, inquit idem *Johannes XXII Conſtitutione XCI*, data 22 Maii 1333 = Nuper ad = *Tom.II pag.*197 Generalem Magiſtrum, & Definitores Capituli Generalis alloquens: „ Nos .... qui diver-
„ ſitatem gentium adunari in Confeſſione Chriſti No-
„ minis ferventibus deſideriis affectamus, vos, lu-
„ centes in mundo quaſi luminaria continentia ver-
„ bum vitæ, affectuoſe duximus exhortandos, hoc
„ ipſum vobis in remiſſionem veſtrorum peccaminum
„ nihilominus injungentes, quatenus perſonas ali-
„ quas in dicto veſtro Ordine in competenti numero,
„ ad tam ſanctum, tamque ſalubre miniſterium idoneas,
„ eligatis, ac ſic electas ad regiones illas tranſmittatis,
„ divinique Verbi prædicatione, ſanctitate vitæ,
„ & honeſtate morum, necnon & doctrina ſana, Dei
„ mereantur fieri adjutores, triticumque purum,
„ & mundum, ac a vitiorum paleis expurgatum,
„ in horrea Domini Sabaoth congregare valeant,
„ & de labore ſuo fructum permanſurum in ſecula
„ reportare.

CXXXVI. De eorundem Fratrum Doctrina loquens *Clemens VI Conſt.IV*, data 6 Februarii 1344 = In Ordine = *Tom.II pag.*226, hæc habet: „ In
„ Ordine Fratrum Prædicatorum quaſi Solis radius
„ habitantibus in hac lacrymarum valle lux eruditio-
„ nis relucet, dum ipſius Ordinis profeſſorum fruc-
„ tuoſa ſtudia mentes fidem orthodoxam profitentium
„ fragiles lumine veritatis illuſtrant, & ſpinas punc-
„ tionis lethiferæ in horto ſuccreſcentes Dominico no-
„ vacula labiorum ſuccidunt, in quibus æternæ Sa-
„ pientiæ gratia eſt diffuſa. Attendentes igitur, quod
„ Ordo prædictus, in horto plantatus Eccleſiæ, ac
„ in germine ineffabilis ſpiritualis utilitatis ſuccre-
„ ſcens, illum prælucidum, ac fructuoſum palmi-
„ tem, Beatum videlicet Thomam de Aquino, Con-
„ feſſorem, ac Doctorem egregium, ex cujus Sapien-
„ tiæ,

Digitized by Google

„ tiæ, & Doctrinæ ſeriptis, & traditis, univerſalis
„ Ecelefia multiplicem ſpiritualis ubertatis fructum
„ recolligens, ipſius fructus odore reficitur ineeſſan-
„ ter, produxit; & quod idem Ordo, ut ſpiritua-
„ lium fructuum nbertatem multifariam multiplicet,
„ multifario non laxatur labore. Et propterea di-
„ gnum, quinimmo debitum, reputantes, ut Ordo
„ prædictus, in eadem Ecclefia longe, lateque
„ diffuſus, ob honorem, & reverentiam prædicti
„ Doctoris almifici, ac præfati Ordinis præclara
„ merita, per Sedem Apoſtolieam ſpiritualibus fo-
„ veatur præſidiis, & a cunctis ubique, qui Chriſ-
„ tiana profeſſione eenſentur, devotione congrua
„ mnltipliciter bonoretur, Univerſitatem veſtram
„ rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem
„ vobis peccaminum injungentes, quatenus ad loea
„ Fratrum dicti Ordinis, imploraturi a Domino in lo-
„ corum ipſorum Eccleſiis veſtrorum veniam delie-
„ torum, in humilitate ſpiritus accedatis.

CXXXVII. „ Inter Eccleſiaſticos Ordines, in-
quit idem *Clemens VI Conſtitutione V*, data 3 Maii 1344
═ Inter Eccleſiaſticos ═ *Tom.II pag.226* „ in domo
„ Domini militantes, illud de benedictione cæleſti
„ Ordini veſtro, & vobis ad laudes ſpeeiales adſcribi-
„ tur, ac rerum efficax Magiſtra experientia teſtatur,
„ quod ubique locorum, in quibus degitis, fideles
„ Populos ad ſalutis gratiam evocatis, proficientes
„ vobis per vitæ virtutum merita, & aliis nibilomi-
„ nus per exempla. Nos igitur, qni lnerifieri Chriſ-
„ to animas eupimus, & hujuſmodi veſtros ab hacte-
„ nus ſentimus odores, libenter loca veſtra in di-
„ verſis Orbis partibus propagamus: ſperantes in
„ illo, cui deprecationes laudum devotum impen-
„ ditis holocauſtum, qnod quanto latius loca veſtra
„ diffundimus, tanto abundantius ſpiritualis odoris
„ aromata de veſtris bonis operibus ſentiemus.

CXXXVIII. Dalmatiæ Fratres alloquens idem
Clemens VI Conſtitutione IX, data 17 Decembris 1345
═ Ex munere ═ *Tom.II pag.229*: „ Ex munere,
„ inquit, cæleſtis gratiæ, illud Ordini veſtro, &
„ & perſonis ejuſdem, donum ineſſe eredimus, qnod
„ ubique locorum, in quibus degitis, fideles populos
„ doctrina verbi, pariter & exemplo ad ſalutis gra-
„ tiam evocatis. Eſt igitur, & eſſe debet Nobis, &
„ Apoſtolicæ Sedi cura ſolicita, loca veſtra per Or-
„ bem terrarum longe, lateque diffundere, ut quan-
„ to ipſa diffuſius propagemus, tanto peramplius,
„ pront in gratiarum largitore confidimus, majorem
„ ſemper operum veſtrorum fragrantiam, ad ædifica-
„ tionem Chriſtifidelium, ſentiamus.

CXXXIX. Ut Denm, ſceleribus Chriſtianorum
læſum, precibus ſolicitis placent Fratres Prædicatores
adhortatur idem *Clemens VI Conſt.XIII*, data 24 Maii
1348 ═ Licet ſperemus ═ *Tom.II pag.232* dicens:
„ Licet ſperemus indubie, quod vos, caritatis igne
„ ſuccenſi, paternum, quem erga vos gerimus, filiali
„ devotione recompenſantes affectum, veſtrarum Nos
„ orationum continua opitulatione juvetis; anxie
„ tamen, & non ſine gravi amaritudine animi atten-
„ dentes, qualiter, peccatis exigentibus, in univerſis
„ fere Orbis terræ partibus, guerrarum calamitatibus
„ atteritur, & inteſtinis odiis laniatnr, prob dolor!
„ Populus Chriſtianus, ac ſuper inducta mortalitatis
„ peſte, ſenes, juvenes, magni, & parvi, ſubito,
„ & improviſe tela vitæ ſuccifa, quaſi communiter
„ de medio ſubtrahuntur, hujuſmodi orationum veſ-
„ trarum patrocinia inſtantius imploramus; attentius
„ deprecantes, ut hæc, & procellas tempeſtatum va-
„ rias nos circumdantium, intuentes, & intumeſcentes
„ fluctus undique filiali nobiſcum compaſſione pen-
„ ſantes, illnm, cujus imperio quieſcunt fluctus, &
„ ſtat ſpiritus procellarum, pulſetis precibus, & cla-
„ moribus excitetis, ut ipſe, qui eum iratus fuerit
„ non obliviſcitur miſereri, Populo ſuo, quem ſui pre-
„ tioſi ſanguinis aſperſione redemit, miſericordiæ ſuæ
„ ſinum placatus aperiat, & guerris, ac odiis qni-
„ buſcunque ſedatis, concordiam paret, tribuat pa-
„ cem, peſtem auferat, conferat ſalutem; ſicque
„ orationum veſtrarum ſuffragiis Populum, & ipſam
„ Eccleſiam, in tantis anguſtiis conſtitutos, potentiæ
„ ſuæ dextera protegat, & defendat, quod temporibus
„ noſtris eidem Populo pax, & tranquillitas optata
„ proveniat, & tandem, enm Redemptor noſter
„ nniuſcujuſque merita lance diſeuſſionis extremæ
„ libraturus advenerit, nos una eum grege Nobis
„ eredito cum benedictionis munere ad participium
„ Regni Cæleſtis invitans, in dilecta ſua tabernacula
„ introducat.

CXL. „ Dum profundis meditationibus, inquit
Gregorius XI Conſt.XVII, data 27 Aug. 1373 ═ Dum
profundis ═ *Tom.II pag.277*, „ ad Sacræ veſtræ
(Fratres Prædicatores alloquitur) „ Religionis bea-
„ titudinem, in præcelſæ ſublimitatis ſpecula prælu-
„ centem, cui benedixit Dominus, paternæ dirigi-
„ mus conſiderationis intuitum, & attente proſpici-
„ mus, quod inter ceteros eccleſiaſticos Ordines in
„ domo Domini militantes, illud vobis, qui con-
„ templationi cæleſtium ferventer vigilatis, & Ordi-
„ ni veſtro ad laudes ſpeciales adſcribitur, ac rerum
„ efficax experientia magiſtra teſtatur, quod ubique
„ locorum, in quibus degitis, fideles populos ad ſa-
„ lutis gratiam evocatis, proficientes vobis per vitæ
„ meritum, & aliis nihilominus per exemplum; dig-
„ num, imo potius debitum repntamus, & congruum,
„ nt illa vobis gratioſe concedamus, quæ proſpero
„ ſtatui veſtro fore conſpicimus opportuna.

CXLI. „ De Fratrum, inquit *Gregorius XI Con-
ſtit.XL*, data 18 Martii 1376 ═ De Fratrum ═ *Tom.II
pag.290*, „ Ordinis Prædicatorum, qui vitæ meritis,
„ & dono ſcientiarum quaſi ſidus prærutilans in mili-
„ tanti Eccleſia noſcitur coruſcare, devotis orationi-
„ bus ſpecialiter ſperantes in Domino, & ob reveren-
„ tiam B. Mariæ Magdalenæ, ad quam ſpecialem de-
„ votionem babemus &c.

CXLII. *Bonifatius IX Conſt.CLXXIII*, data 28 Mar-
tii 1401 ═ Dum ad Ordinis ═ *Tom.II pag.415*, reti-
nenda decernens, quæ F. Raymundus ad inſtituta Fra-
trnm Prædieatorum adamuſſim ſervanda præſcripſe-
rat, ſic eoſdem Fratres alloquitur: „ Dnm ad Ordi-
„ nis veſtri ſaeram Religionem, qnam Pater lumi-
„ num in Domo ſua ſiderea claritate conſtituit, Apo-
„ ſtolicæ conſiderationis intuitum extendimus, in ip-
„ ſius famæ odore præcipuo non immerito conſola-
„ mur, ferventibus deſideriis affectantes, ſtatum ejus
„ proſperum, laudabiliter bactenus, prudentum, pro-
„ borumque regimine, Deo propitio, gubernatum,
„ eum illius ſuffragio, qui eandem in agro Dominico
„ plantavit, coluit, & rigavit, felicia, & continua-
„ ta ſuſcipere incrementa.

CXLIII. „ Ordinis veſtri, inquit, *Bonifatius IX
Conſt.CCVII*, data 12 Aprilis 1402 ═ Ordinis ve-
ſtri ═ *Tom.II pag.435* (inſcribitur Monialibus Olo-
mucenſis Monaſterii S.Catbarinæ) „ ſacra religio,
„ fœcunditate refecta virtutum, & meritorum con-
„ ſpicua ſanctitate, non indigne meretur, ut vos, &
„ veſtrum Monaſterium favoris Apoſtolici plenitudi-
„ ne proſequentes, petitionibus veſtris, illis præſer-
„ tim quæ commodum, & utilitatem ejuſdem veſtri
„ Mo-

„ Monaſ[…] oncernunt, quantum cum Deo poſſu-
„ mus, fav[…]biliter annuamus.

CXLIV. „ Etſi, inquit, *Bonifatius IX Conſtitutione CCXVII*, data 27 Aprilis 1402 = Etſi pro cunctorum = *Tom.II pag.443*, „ pro cunctorum, Chriſ-
„ tifidelium, ſuper quibus curam officii Summi Pon-
„ tificatus, divina diſponente clementia, gerere obli-
„ gamur, ſtatu ſalubriter dirigendo, libenter adhi-
„ beamus ſolicitudinis noſtræ partes, illos tamen af-
„ fectuoſiori ſtudio proſequimur, quorum alii a mun-
„ danis abſtracti illecebris, gravibus pœnitentiis dedi-
„ ti, cæleſtibus inhiant, & ad illa per contemplationis
„ pennas ſuavius & altius elevantur ut aquilæ, & cum
„ Maria parte optima perfruuntur, alii vero ſanctam
„ Marthæ ſolicitudinem ſectantes, celebrationi di-
„ vinorum vacant ſolertius; alii diſcunt, & docent
„ Dei ſcientiam, & plebem inſtruunt in eadem, alii
„ quoque ferventioris ſpiritus ardore ſuccenſi, non
„ timentes, ſed amantes, ad converſionem infidelium
„ anhelant intrepidi, ut valeant ad Dominicam aream
„ multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis,
„ bonam Domino reddere rationem. Hi profecto ſunt
„ Fratres Ordinis Prædicatorum, in Eccleſia Dei
„ multiplicibus ſplendoribus radiantes, quorum ſo-
„ nus prædicationis per diverſa mundi climata noſci-
„ tur exiviſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multi-
„ plicavit, & meritis, quibus, ſicut & aliis bene cur-
„ rentibus in ſtadio militantis Eccleſiæ, æternum bra-
„ vium clargitur. Quapropter de ipſis curam vigi-
„ lem gerimus, ut eos in his ſanctis operibus nihil im-
„ pediat, vel perturbet, ſed ipſi opportunæ quietis
„ dulcedine potiantur.

CXLV. „ Idem teſtatur *Alexander V Conſt.XIII*, data 10 Auguſti 1409 = Etſi pro = *Tom.II pag.494*,
„ dicens. „ Etſi pro cunctorum Chriſtifidelium, ſu-
„ per quibus curam officii ſummi Pontificatus, divina
„ diſponente clementia, gerere obligamur, ſtatu ſalu-
„ briter dirigendo, libenter adhibeamus ſolicitudinis
„ noſtræ partes, illos tamen affectuoſiori ſtudio proſe-
„ quimur quorum alii a mundanis abſtracti illecebris,
„ & gravibus pœnitentiis dediti, cæleſtibus inhiant, &
„ ad illa per contemplationis pennas ſuavius, & altius
„ elevantur ut aquilæ, & cum Maria parte optima
„ perfruuntur, alii vero, ſanctam Marthæ ſolicitu-
„ dinem ſectantes, celebrationi divinorum vacant ſo-
„ lertius, alii diſcunt, & docent Dei ſcientiam, &
„ plebem inſtruunt in eadem, alii quoque ferventio-
„ ris ſpiritus ardore ſuccenſi, non timentes, ſed aman-
„ tes, ad converſionem infidelium anhelant intrepidi,
„ ut valeant ad Dominicam aream multos afferre ma-
„ nipulos, & de talentis eis creditis bonam Domino
„ reddere rationem. Hi profecto ſunt Fratres Ordi-
„ nis Prædicatorum, in Dei Eccleſia multiplicibus
„ ſplenduribus radiantes, quorum ſonus prædicatio-
„ nis per diverſa mundi climata noſcitur exiviſſe. Hi
„ ſunt, quos Deus numero multiplicavit, & meritis,
„ quibuſque, ſicut & aliis bene currentibus in ſtadio
„ milinntis Eccleſiæ, æternum bravium clargitur.
„ Quapropier de ipſis curam vigilem gerimus, ut eos
„ in his ſanctis operibus nil impediat, vel perturbet,
„ ſed ipſi opportunæ quietis dulcedine potiantur.

CXLVI. „ Loca Sanctorum omnium, inquit *Alexander V Conſt.XXII*, data 10 Auguſti 1409 = Loca Sanctorum = *Tom.II pag.500*, „ pia ſunt devotio-
„ ne fidelium veneranda, ut Dei honorantes amicos,
„ ipſi Nos devotos, & amicabiles Deo reddant, & il-
„ lorum Nobis quodammodo patrocinium vendican-
„ tes, apud ipſum quod meritis noſtris non obtinemus
„ eorum interceſſionibus aſſequi mereamur. Cum ita-
„ que Nos ad Beatum Dominicum, qui miro, ac ſa-
„ cro flamine Ordinem Fratrum Prædicatorum cele-
„ berrime a cunctis Chriſticolis ſtatuit fore colendum,
„ ejus immenſis, ac innumerabilibus miraculis, ſpe-
„ cialis geramus devotionis affectum, & propterea
„ intenſis cupimus deſideriis, ut Eccleſiæ, & loca,
„ quæ tam in bonorem, & ſub vocabulo ipſius Sancti
„ ſunt conſtructa, quam in quibus Fratres prædicti
„ Ordinis morari, & inhabitare dignoſcuntur, a ſin-
„ gulis Chriſtifidelibus congruis honoribus frequen-
„ tentur.

CXLVII. „ Eximiæ, inquit idem *Alexander V Conſtit.XXIII*, data 10 Auguſti 14[…]9 = Eximiæ devotionis = *Tom. II pag.501*, „ devotionis ſinceritas, &
„ plenitudo bonorum operum, & merita ſinceritatis,
„ quibus Ordo Fratrum Prædicatorum in noſtro, &
„ Apoſtolicæ Sedis conſpectu, reflorere dignoſcitur,
„ Nos inducunt, ut Ordinem ipſum illa prærogativa
„ ſpecialis honoris, & gratiæ proſequamur, quæ ad
„ ſalutem, & commodum cedere valeat animarum.

CXLVIII. Fratrem *Leonardum Statii* Vicarium Generalem Ordinis Prædicatorum creans *Johannes XXIII Conſt.XXVI*, data 27 Martii 1414 = Sacer Ordo = *Tom.II pag.518*, „ Sacer Ordo, inquit,
„ Prædicatorum, cujus profeſſor, ac Provinciæ Ro-
„ manæ, ſecundum Inſtituta dicti Ordinis, Provin-
„ cialis exiſtis, in agro plantatus dominico, fructus
„ uberes produxit, ac producit aſſidue, ac Eccleſiam
„ Sanctam Dei ſplendore ſui luminis fœcunda prole
„ lætificat, ac exaltat uberrime.

CXLIX. Hiſpaniæ Provinciæ Fratribus ſcribens *Martinus V Conſtitutione V*, data 5 Februarii 1418 = Sacer Ordo = *Tom.II pag.534*, „ Sacer, inquit,
„ Ordo veſter in agro dominico divina diſpoſitione
„ plantatus, digne meretur extolli, cujus profeſſores
„ mundanis a ſe relegatis illecebris, & cæleſtium con-
„ templationi vacantes, inſiſtunt jugiter profectibus
„ animarum. Eapropter ad dictum Ordinem, quem
„ felicia, dante Domino, incrementa ſuſcipere cu-
„ pimus, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum diri-
„ gentes, ad ea libenter intendimus, per quæ Ordo
„ ipſe valeat propagari.

Idem legitur in ejuſdem *Martini V Conſt XX*, data 17 Auguſti 1418 = Sacer Ordo = *Tom.II pag.551*

CL. „ Ad ſummi, inquit *Martinus V Conſt LXVI*, data 15 Julii 1420 = Ad ſummi Apoſtolatus = *Tom.II pag.585*, „ Apoſtolatus apicem divina diſpoſitione
„ vocati, dum præclaram dilectorum filiorum Ordi-
„ nis Fratrum Prædicatorum profeſſorum Religio-
„ nem, & merita intra mentis noſtræ recenſemus ar-
„ cana, & ad commendabiles, quibus operoſi eorum
„ miniſteriis erga Deum, & homines, indeſinenter
„ exuberant, fructus, digne noſtros diffundimus co-
„ gitatus, votis illis gratioſum libenter offerimus au-
„ ditum, per quæ ipſorum ſtatui & indemnitatibus
„ conſulitur, ut ea, quæ pro illorum quiete, com-
„ modoque, & profectibus, exquiſita comperimus,
„ præſidio muniminis Apoſtolici jugiter invaleſcant.

CLI. „ Inter ceteros, inquit *Martinus V Conſtit.CXXIV*, data 17 Maii 1423 = Inter ceteros = *Tom.II pag.622*, „ tam Mendicantium, quam alio-
„ rum, divinis laudibus deditorum, profeſſorumque,
„ Religiones, & Ordines, quibus Nos prætulit beni-
„ gna clementia Salvatoris, venerabilem Fratrum
„ Prædicatorum Ordinem favoris prærogativa con-
„ ſpicimus, & amoris proſequimur privilegio ſin-
„ gulari, circa illum, ejuſque profeſſores ſolicitæ
„ conſiderationis intuitum dirigentes, ut pacifici

„ ſtatus, & proſperitatis plenitudine gratuletur, divini cultus in illo exercitium floreat, & profeſſorum theologicæ diſciplinæ polleat honeſtate, ut quemadmodum ſalutaris doctrinæ ſplendoribus in agro Dominico clarere dignoſcitur, ſic decore virtutum, & ſanctitatis glorioſis operibus illorum, qui poſt longos ſuorum ſtudiorum labores in eadem Theologia digne gradum Magiſterii meruerint, in domo Domini glorietur.

CLII. „ Super gregem Dominicum, inquit *Martinus V Conſtitutione CCXXXI*, data 21 Aprilis 1428 = Super gregem = *Tom.II pag.686* „ Nobis, licet immeritis, deſuper creditum, vigilis extendentes ſpeculatoris officium, in decore ſacræ Religionis, ſuper qua dilecti filii Priores, & Fratres Ordinis Fratrum Prædicatorum in Regno Angliæ, mundanis abjectis illecebris, devotum, & ſedulum exhibent Domino famulatum, ingenti mentis exultatione reficimur, proſpicientes potiſſime, quod ipſi ad alta virtutum gradibus per exercitium bonorum operum, & præclara humilitatis merita procedentes, ceteros ad Divinæ Majeſtatis obſequium trahunt per exempla, vitam ducendo piiſſimam, diviniſque laudibus, ex quibus gloria attollitur Altiſſimi, accuratius inſiſtendo, & hinc in mundo mortui, Dominoque Jeſu Chriſto, qui vita eſt, viventes in ſpiritu, pro univerſorum ſalute fidelium prece flagitant inceſſanter, propter quæ ipſos Priores, & Fratres, quos etiam, ac dictum Ordinem, erga Nos, & Romanam Eccleſiam, ſingularis devotionis claritate relucere conſpicimus, paternis contemplantes affectibus, circa felicem eorum ſtatum fructuoſis vigilamus ſtudiis, &, ut, Deo propitio, in pacis, & tranquillitatis agro locati jugiter protegantur a noxiis, & ab omni perturbatione ſalubribus incrementis conquieſcant, & illis, quæ ad ſolidandam pacem, & integritatem, inter eos provide facta comperimus, uberioris adjiciendo firmitatis præſidium, peramplius ſtabilimus.

CLIII. „ Sacræ, inquit *Eugenius IV Conſtitutione CLXXXV*, data 9 Aprilis 1439 = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.100* „ Religionis ſinceritas, ſub qua (Fratres Prædicatores alloquitur) mundanis abjectis illecebris, verbum etiam Dominicum per diverſa Mundi climata prædicando, & pluribus virtutibus, ac fructuoſis operibus dietim multiplicando, devotum, & ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum, non indigne meretur, ut petitionibus veſtris, illis præſertim, quæ veſtrum commodum, quietem, & tranquillitatem conſpicere dignoſcuntur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

CLIV. „ Plantatus olim, inquit *Eugenius IV Conſt.CXCVI*, data 12 Auguſti 1439 = Plantatus olim = *Tom.III pag.109* „ in agro Eccleſiæ veſter Prædicatorum Ordo, ſic a ſuis primordiis, gratia operante divina, laudabilibus incrementis, præſertim ſub regularis vitæ ſtudio ſucceſſive proficit, quod aſſidue flores perferens copioſius honeſtatis, & producens uberius fructus vitæ, inter alia plantaria Dominica, puritate converſationis, ſcientiæ dono, & virtutis merito, tam contra profugandas hæreſes, quam contra peſtes mortiferas criminum aliorum extirpandas, doctrinæ Magiſterio, & evangelizatione Verbi Dei dignoſcitur ſpecialiter inſignitus. Unde Nos in agro ipſo cultores, licet immeriti, a Domino deputati, eundem Ordinem grandi proſequi favore proponimus, & exaltationem ipſius, qui robur fidelium, & infidelium clarum lumen exiſtit, jugis diligentiæ ſtudio multipliciter procurare.

CLV. „ Cum itaque, inquit *Eugenius IV Conſtitutione CXCVII*, data 17 Auguſti 1439 = Adveſperaſcente = *Tom.III pag.110* „ Ordo Fratrum Prædicatorum exemplo vitæ, & ſcientiæ lumine, præſertim per regularis obſervantiæ nitorem, non ſolum humilium, ac juſtorum adaugere pietatem, ſed velata gentium corda ad ſacri fontem Baptiſmatis, operante Domino, perducere contendat, ut noſtris quoque temporibus tam ſalutaria opera eo uberius producere valeat, quo ipſum, & Fratres ejus Apoſtolicis privilegiis, & gratiis abundantius conſpexerint eſſe refectos, Nos &c.

CLVI. *Eugenius IV Conſt.CCVII*, data 11 Aprilis 1440 = Romanus = *Tom.III pag.117* confirmat privilegia Fratribus Ordinis Prædicatorum a ſuis Deceſſoribus conceſſa, quia Fratres illi, *mundanis abjectis illecebris, ſub ſacro Religionis jugo Altiſſimo vota ſua reddunt, & circa fidelium animarum ſalutem, necnon hæreticorum, & aliorum infidelium quorumlibet debitam converſionem prædicationibus, & doctrina, continuo laborant.*

CLVII. Quod „ pro integritate, & veritate Chriſtianæ Fidei conſervanda, & ſalute animarum, fructus Fratres Prædicatores pariunt in Dei Eccleſia ſalutares, auctor eſt *Eugenius IV Conſt.CCXXXV*, data 5 Januarii 1442 = Cum itaque = *Tom.III pag.146*.

CLVIII. „ Licet, inquit *Nicolaus V Conſt.V*, data 6 Aprilis 1447 = Licet ex debito = *Tom.III pag.240* „ ex debito ſummi Pontificatus officii Nobis deſuper injuncti, circa quorumlibet fidelium, præſertim mundanis abjectis illecebris ſub regulari habitu Altiſſimo famulantium omnium profectus, utilitates, & commoda, Nos deceat intentos exiſtere, Ordinem tamen Fratrum Prædicatorum, ejuſque pro tempore Religioſos, tanto potioribus favoribus, & gratiis confovere ſatagimus, quanto illorum ſcientia, virtutibus, & fructuoſis operibus, etiam ad Fidei Catholicæ conſervationem, & incrementum, ad Divini Nominis laudem, & gloriam, id conſpicimus in Domino expedire.

CLIX. „ Ad vitam laudabilem, inquit *Nicolaus V Conſt.LII*, data 9 Martii 1450 = Ad vitam = *Tom III pag 276* „ ac diverſarum, præſertim ſacrarum literarum, ſcientiam admirabilem, necnon virtutes alias plurimas, ac opera fructuoſa, quibus Religioſi Ordinis Fratrum Prædicatorum, etiam ad laudem, & gloriam Divini Nominis, Fideique Catholicæ conſervationem, & augmentum, ac plurimorum fidelium animarum ſalutem, continuo pollere noſcuntur, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, illa libenter eis concedimus, atque in eorum favorem, ſtatumque ſalubrem facimus, diſponimus, & ordinamus, per quæ antiqua ipſius Ordinis conſuetudines, & regularia inſtituta, necnon Apoſtolica eidem Ordini conceſſa privilegia, ſublatis contrariis quibuslibet, inviolabiliter obſerventur, ipſique Religioſi inſtitutis, & conſuetudinibus ſupradictis ſe conformantes, ſua in pacis, & quietis manſuetudine Altiſſimo vota reddere, ac fructus in Dei Eccleſia proferre valeant ampliores.

CLX. „ Dum ad vitam, inquit *Nicolaus V Conſtitutione CVIII*, data 9 Aprilis 1454 = Dum ad vitam = *Tom.III pag.323* „ laudabilem, ac ſacrarum literarum ſcientiam, plurimaſque alias virtutes, & opera fructuoſa, quibus in agro Dominico Ordinis Fratrum Prædicatorum Religioſi pollent, noſtræ

,, dirigimus conſiderationis intuitum, profecto ea eis
,, libenter impendimus auxilia, ac in eorum favorem,
,, & ſtatum ſalubrem dirigendum, ſtatuimus, diſpo-
,, nimus, & ordinamus, per quæ ſalubria ipſius Or-
,, dinis conſuetudines, & regularia inſtituta, necnon
,, Apoſtolica illi conceſſa privilegia, ſemotis qui-
,, buslibet diſturbiis, inviolabiliter obſerventur, ip-
,, ſique Religioſi, inſtitutis, & conſuetudinibus ſu-
,, pradictis ſe conformantes, ſua in pacis, & quietis
,, manſuetudine Altiſſimo vota reddere, ac fructus
,, in Dei Eccleſia proferre valeant ampliores.

CLXI. ,, Nos, inquit *Pius II Conſtitutione XLII*, data 1 Maii 1462 == A Superno == *Tom.III pag.*418,
,, qui ad Ordinem ipſum, ex quo fructum uberrimum
,, in Dei Eccleſia provenire conſpicimus, ſingularem
,, gerimus affectum &c.

CLXII. ,, Cum vero, inquit *Pius II Conſt.LXVII*, data 12 Junii 1464 == Dum levamus == *Tom.III pag.*431 ,, in terris infidelium meſſis quidem ſit multa,
,, operarii vero pauci, ne ager Dominicus ſpinis, &
,, vepribus repleretur, nonnulli Prædeceſſores noſtri
,, de florido Prædicatorum Ordine ad irrigandum
,, imbre ſanctæ prædicationis corda Aquilonarium,
,, & Orientalium Nationum aliquos direxerunt filios,
,, & alumnos, qui flante ſpiritu, plenos manipulos
,, in horrea Sanctæ Matris Eccleſiæ portaverunt. Sed
,, proh dolor! temporibus noſtris venit inimicus ho-
,, mo, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, cum
,, præ Turcarum potentia Chriſtianorum aliquas Na-
,, tiones ſuo impiiſſimo dominatui ſubegerit.

CLXIII. ,, Ad fructuoſa, inquit *Paulus II Conſtitutione VIII*, data 13 Novembris 1464 == Ad fructuoſa == *Tom.III pag.*443 ,, opera, quæ dilecti filii
,, Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſores ſub re-
,, gulari obſervantia degentes per exempla virtutum
,, in agro militantis Eccleſiæ continue faciunt, noſ-
,, træ dirigentes conſiderationis intuitum, in his,
,, per quæ regularis inter eos obſervantia perpetuo
,, vigere, ipſique Deo quietum famulatum reddere
,, valeant, operarias manus libenter apponimus, ac
,, eorum vota favorabiliter exaudimus.

CLXIV. *Ut Sacer Ordo Fratrum Prædicatorum*, inquit Paulus II Conſt.IX, data 4 Januarii 1465 == Ut ſacer == Tom.III pag.446, *in agro Dominico divina diſpoſitione plantatus, in Orbe terrarum latius diſtendatur, tanto propenſius volumus, quanto uberiores ex illis fructus proveniant, & ipſi ſedulius inſiſtunt pro fructibus animarum.*

CLXV. Idem Paulus II Conſt.XVI, data 6 Septembris 1465 == Super gregem == Tom.III pag.451, quam ingenti lætitia ex clariſſimo ſtatu Familiæ Fratrum Prædicatorum perfunderetur, declarat his verbis: *Nos .... de ipſius Ordinis* (Prædicatorum) *ſtatu clariſſimo, ſpecialis lætitiæ multitudinem conſequentes, ac votis veſtris, in his præſertim, quæ veſtrarum perſonarum ſtatum, & quietem reſpiciunt, gratioſum Apoſtolici favoris præſidium liberaliter impendere volentes &c.*

CLXVI. ,, Nos igitur, inquit *Sixtus IV Conſtitut.LIII*, data 31 Aug. 1474 == Regimini == *Tom.III pag.*516 ,, qui dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, &
,, perſonarum ejus, ſtatum proſperum, & tranquillum,
,, propter uberes fructus, quos Ordo ipſe, multa præ-
,, fulgens gloria meritorum, & gratia ſanctitatis, in
,, agro militantis Eccleſiæ in propagationem Fidei
,, Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, ac produ-
,, cit, & in futurum producturum fore ſpe firma te-
,, nemus, palmites ſuos a mari uſque ad mare, &
,, etiam ad barbaras extendendo nationes, intenſis
,, deſideramus affectibus, Gregorii, Martini, & Eu-
,, genii, ac aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, qui
,, Ordinem prædictum Fratrum Prædicatorum, aliis
,, variis privilegiis non immerito decorarunt, veſti-
,, giis inhærentes, motu proprio &c.

Et ibidem pag.518 ,, Poſtremo, inquit, cum
,, Fratres Ordinis Minorum, ſicut & prædicti Prædi-
,, catorum Ordinis profeſſores, pro Fidei catholicæ
,, dilatatione continuo indefeſſe laborent, fructuſque
,, afferant in Dei Eccleſia ſalutares, & propterea fue-
,, rint variis per Sedem prædictam privilegiis deco-
,, rati, ut quos par labor, pariaque merita conjun-
,, gunt, paria conjungant privilegia, & favores,
,, concedimus eiſdem &c.

CLXVII. Facultatem poſſeſſiones habendi familiæ Prædicatorum concedens *Sixtus IV Conſt.LXVIII*, data 1 Julii 1475 == Conſiderantes == *Tom.III pag.*528
,, Conſiderantes, inquit, quantum Chriſtianæ Reli-
,, gioni, exemplo bonorum operum, & doctrina ver-
,, bi, Religioſorum Ordines hactenus contulerunt,
,, eorum præſertim, qui quaſi cultores in agro domi-
,, nico conſtituti, ad extirpandas vepres per aſtutiam
,, hoſtis callidi in eo continue pullulantes, tuba evan-
,, gelicæ prædicationis jugiter inſudant, ad ea pro-
,, fecto noſtræ conſiderationis frequenter dirigimus
,, intuitum, per quæ Ordines ipſi in ſtatu pacifico
,, conſerventur, & ipſorum profeſſores neceſſariis
,, quibuslibet eis congruo ſuppetentibus, valeant in
,, ſuo laudabili propoſito confoveri. Nuper ſiquidem
,, dilecti filii Leonardi de Peruſio, Magiſtri Genera-
,, lis Ordinis Fratrum Prædicatorum, humili inſinua-
,, tione percepimus, quod licet in dicto Ordine, in
,, quo magna eruditiſſimorum virorum habetur mul-
,, titudo, benedicente Domino, novi palmites ſuc-
,, creſcant in dies, & Fratrum Prædicatorum nume-
,, rus ubilibet augeatur, & in futurum propter exem-
,, plarem vitam, & ipſorum ſanctimoniam, magis,
,, ac magis, divini ſpiritus ſuperveniente gratia, au-
,, geri poſſe ſperetur &c.

CLXVIII. *Parochiani Sacerdotes*, inquit idem Sixtus IV Conſt.CXCIII, data 17 Junii 1478 == Vices illius == *Tom.VII pag.*108, *de cetero non dicant, a Mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate Fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per Ordines Prædicatorum, & Minorum, ut Jura teſtantur.*

CLXIX. Fratrem Leonardum de Peruſio Generalem Magiſtrum alloquens *Sixtus IV Conſt.CXIII*, data 3 Octobris 1478 == Olim diſcretioni == *Tom.III pag.*570, perennem in S. Sedem Ordinis Prædicatorum obedientiam commendat his verbis: *Tu vero velut Sanctiſſimæ Sedis Apoſtolicæ, & ſalutaris obedientiæ filius, ſicut ſemper fuit tuus Sanctiſſimus Ordo &c.*

CLXX. ,, Sacri Prædicatorum, inquit *Sixtus IV Conſt.CXXIV*, data 26 Julii 1479 == Sacri Prædicatorum == *Tom.III pag.*578 ,, Et Minorum Fratrum
,, Ordines, inſtar duorum primorum fluminum a cæ-
,, leſtium voluptatum, & amœnitatum Paradiſo egre-
,, dientium, Sacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ terram,
,, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore
,, areſcat, præclaræ doctrinæ, virtuoſorum operum,
,, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes,
,, magis, ac magis illam in dies fructuoſam efficiunt.
,, Hi ſunt duo Seraphim, qui in ſublime contempla-
,, tionis, & Seraphici amoris alis elevati, a terreniſ-
,, que rebus abſtracti aſſiduo divinarum laudum cla-
,, more, & immenſorum beneficiorum, humano ge-
,, neri a ſummo opifice Deo exhibitorum, declara-
,, tione, ferventiſſimis prædicationibus populos inſ-
,, truendo, & ad cæleſte iter dirigendo inſiſtentes,
,, mul-

„ multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundæ ſegetis, animarum ſcilicet Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti pretioſi ſanguinis effuſione redemptarum, copioſos in horrea Sanctæ Eccleſiæ manipulos referunt. Hi ſunt duæ tubæ, per quas Dominus præcipit ad pabulum ſacri Evangelii univerſum populum aſſiduis prædicationibus advocari, ut in omnem terram exiret ſonus eorum, & redderent ſibi populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem. Ad prædictorum igitur Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, quos pro eorum ampliſſimis meritis, & uberrimis fructibus, quos in Dei Eccleſia continue afferunt, præ ceteris paterna caritate diligimus, noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quæ in eis optatæ quietis fructum inducant, & ſtatum eorum faciant pacificum, & tranquillum. Dudum ſiquidem, ut Ordinum eorundem profeſſorum ſtatui, & quieti conſuleremus, Motu proprio, nonnullas literas diverſorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, dictis Ordinibus conceſſas, & in illis contenta approbavimus, & quoad aliqua declaravimus, ampliavimus, & extendimus, ac nonnulla de novo eis conceſſimus, prout in diverſis noſtris literis, deſuper confectis, plenius continetur. Cum autem, ſicut poſtmodum accepimus, per hujuſmodi ampliationes, declarationes, extenſiones, & conceſſiones adhuc totali eorundem Ordinum, & illorum profeſſorum quieti plene, ut expedit, non conſulatur, aſſeraturque a nonnullis per eaſdem literas, omnes gratias ſpirituales, & temporales, dictis Ordinibus, & eorum domibus, & Fratribus a Prædeceſſoribus noſtris conceſſas approbatas non fore; nos attenta meditatione penſantes, quantum utilitatis ad exaltationem Chriſtianæ, & evangelicæ veritatis Ordinum prædictorum profeſſores hactenus attulerunt, & afferre valeant, adjuvante Domino, in futurum, ac propterea volentes, ut tenemur, eorum tranquillitati uberius providere &c.

„ Poſtremo, inquit ibidem pag.580, quia Prædicatorum, & Minorum Fratrum prædictorum Ordinum profeſſores, pro fidei catholicæ dilatatione, incremento, & defenſione, continue indefeſſe laborant, & eorum exemplari vita, prædicationibus verbi Dei, audientia confeſſionum, ſana doctrina, aſſidua Sacrarum literarum inſtructione, & devota divinorum officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, aliiſque innumeris piis operationibus præ ceteris Ordinum Mendicantium profeſſoribus fructus in Eccleſia Dei ſalutares copioſius attulerunt hactenus, & continue afferre non ceſſant, atque allaturos in futurum, Deo propitio, ſpe firma tenemus, & propterea convenit, ut ipſi præ ceteris ampliores favores, & gratiarum prærogativas a præfata Sede recipiant, & reportent, aliorumque Ordinum Mendicantium indultis, & privilegiis apud Sedem præfatam gaudeant, ne illis inferiores eſſe videantur &c.

CLXXI. „ Uberes fructus, inquit *Sixtus IV Conſtit.CLIX*, data 21 Januarii 1482, == Uberes == *Tom.III pag.*607 „ quos Ordo Fratrum Prædicatorum in agro militantis Eccleſiæ hactenus produxit, & producit in dies, nec non Religionis zelus, literarum ſcientia, & exemplaris vitæ munditia, ac alia dona virtutum, quibus perſonam tuam illarum largitor inſignivit, promerentur, ut his, quæ pro dicti Ordinis, ad quem ſpecialem gerimus affectum, proſperitatis votivæ ſucceſſibus, & tui honore provide geſta fore conſpicimus, libenter noſtri adjiciamus roboris firmitatem, ut eo ſtabilius illibata perſiſtant, quo majori fuerint auctoritate munita.

CLXXII. „ Cupientes, inquit *Innocentius VIII Conſt.IV*, data 9. Aprilis 1485 == Salvatoris noſtri == *Tom.IV pag:*3 „ ut Dominicanus Ordo, qui aſſidue in agro Domini uberiores fructus affert, ſalutaribus proficiat incrementis, fideleſque ipſi eo libentius ad ſuſtentationem ipſorum Fratrum manus porrigant adjutrices, quo ſe ex hoc majora ſenſerint ſpiritualia beneficia percepturos &c.

CLXXIII. „ Quoniam, inquit *Innocentius VIII Conſt.XXIV*, data 24 Maii 1486 == Quoniam profeſſores == *Tom.IV pag.*10 „ Profeſſores Ordinis Prædicatorum in noſtra Religione primarii, præcipua caritate complectimur, & deſideramus illos in dies ſalubria capere in Domino incrementa, informati de virtute, induſtria, & laudabilibus moribus tuis, duximus fraternitati tuæ præſentibus injungendum, ut in Capitulo Generali, quod Venetiis proximo menſe Junio celebraturi ſunt, piam operam impendas: nam cum Ordinem ipſum, ut diximus, paterno proſequamur affectu, ſolicitudini noſtræ pertinere putavimus, ut res hæc cum omni quiete animorum, & religioſa ſanctitate tranſigatur.

CLXXIV „ Sacer, inquit *Innocentius VIII Conſtit.XXVI*, data 26 Julii 1486 == Sacer Prædicatorum == *Tom.IV pag.*12 „ Prædicatorum Ordo ad inſtar unius fluviorum, a cæleſtium voluptatum, & amœnitatum Paradiſo egredientium, ſacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ terram, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore areſcat, præclaræ doctrinæ, virtuoſorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigans, magis, ac magis in dies illam fructuoſam efficit. Hic eſt unus de duobus Seraphim, qui in ſublime contemplationis, & Seraphici amoris alis elevatus, a terreniſque rebus abſtractus, aſſiduo divinarum laudum clamore, ac immenſorum divinorum beneficiorum humano generi a ſummo Opifice exhibitorum declaratione, ferventiſſimis prædicationibus populos inſtruendo, ad cæleſte iter dirigendo, inſiſtens, multiplicata ei credita talenta Domino Deo noſtro mundæ ſegetis, animarum ſcilicet Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti pretioſi Sanguinis effuſione redemptarum, in horrea Sanctæ Eccleſiæ refert manipulos. Hic eſt una tuba, per quam Dominus præcipit populum ad pabulum aſſiduis prædicationibus advocari, ut in omnem terram ejus ſonus exiret, & redderet ſibi populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem. Ad prædictum igitur Prædicatorum Ordinem, quem ex ampliſſimis meritis, & uberrimis fructibus, quos in Dei Eccleſia continue affert, præ ceteris paterna caritate diligimus, noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, illa ei libenter concedimus, quæ in eo optatæ quietis fructum inducant, & ſtatum ejus faciant tranquillum, & pacificum. Dudum ſiquidem, ut Ordinis ejuſdem profeſſorum ſtatui, & quieti conſuleremus, motu proprio nonnullas literas diverſorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum dicto Ordini conceſſas, & ejus Domibus, & Fratribus, & in illis contenta approbavimus, & quoad aliqua declaravimus, ampliavimus, & extendimus, & nonnulla de novo conceſſimus, prout in diverſis noſtris literis plenius continetur. Cum autem, ſicut poſtmodum accepimus, per hujuſmodi ampliationes, & declarationes totali ejuſdem Ordinis, & illius profeſſorum quieti, ut expedit, plene non conſulatur, aſſeraturque a nonnullis, per eaſdem literas omnes gratias ſpirituales, & tempo-

„ rales dicto Ordini, & ejus Domibus, & Fra-
„ tribus a Prædeceſſoribus noſtris conceſſas, appro-
„ batas non fore; Nos, attenta meditatione pen-
„ ſantes, quantum ad exaltationem fidei, Evangeli-
„ cæque veritatis, dicti Ordinis profeſſores hactenus
„ attulerunt, & afferre valeant, Deo adjuvante, in
„ futurum: ac propterea volentes, ut tenemur, ejus
„ tranquillitati uberius providere, motu ſimili, non
„ ad ipſorum Fratrum, nec alterius pro eis Nobis ſu-
„ per hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra
„ mera liberalitate, & ex noſtra certa ſcientia, quaſ-
„ cunque literas, & gratias ſpirituales, & tempora-
„ les, conceſſiones, & indulgentias, remiſſiones pec-
„ catorum in genere, vel in ſpecie, Fratribus, & So-
„ roribus Prædicatorum Ordinis, ac Domus, necnon
„ eorum Eccleſias viſitantibus, vel Capellas, & Ora-
„ toria, conceſſas, quarum tenores de verbo ad ver-
„ bum, ac ſi præſentibus insererentur, habere volu-
„ mus pro expreſſis, & præſentium tenore, appro-
„ bamus, & robur firmitatemque obtinere debere de-
„ cernimus,

CLXXV. Innocentius VIII Conſtit.XCII, data 1 Februarii 1491 = Cum dilectus = Tom.IV pag.66 Definitoribus Ordinis Prædicatorum ſcribens: *ex hujuſmodi reformationibus*, inquit, *fidelium devotio ad dictum Ordinem augetur, & viri literati, quibus idem Ordo omni tempore floruit, magnum lucrum faciunt animarum.*

CLXXVI. *Conſideranter*, inquit, Alexander VI Conſt. XLV, data 30 Septembris 1495 = Conſiderantes = Tom.IV pag.120, *uberes fructus, quos Fratres Ordinis Prædicatorum, Congregationis Lombardiæ, ad ſalvationem animarum Chriſtifidelium in militanti Eccleſia produxerunt hactenus, merito inducimur, ut eos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur.*

CLXXVII. Idem de univerſo Ordine conſtanter aſſerit Alexander VI Conſt. XLIX, data 7 Junii 1496 = Ad uberes = Tom.IV pag.122 dicens: *Ad uberes fructus, quos Sacer Ordo Prædicatorum in agro militantis Eccleſiæ, velut arbor bona, produxit hactenus &c.*

CLXXVIII. Huc ſpectat ejuſdem *Alexandri VI Conſt.LIV*, data 7 Novembris 1496 = Reformationi = *Tom.IV pag.*124, cujus hæc verba: „ Reforma-
„ tioni, & augmento veſtræ Sacræ Religionis, prout
„ tenemur, favorabiliter attendentes, quæ omnium
„ conditori gratiſſima, & piæ devotioni fidelium ac-
„ cepta eſt, & fructuoſa, libenter ad illa intendimus
„ per quæ utiliter, & ſalubriter valeat provideri.

CLXXIX. Et *Conſtitutione XCIII*, data 23 Decembris 1499 = Ad fructus = *Tom.IV pag.*156: „ Ad
„ fructus, inquit Alexander VI, uberes, quos
„ Ordinis Fratrum Prædicatorum Sacra Religio, vir-
„ tutum fœcunditate referta, per multiplicata virtu-
„ tum inſignia profert in univerſali Eccleſia, paternæ
„ conſiderationis dirigentes intuitum, digne duci-
„ mur &c.

CLXXX. Idem aliis verbis aſſerit *Julius II Conſtit.L*, data 23 Junii 1507 = Dum fructus = *Tom.IV pag.*246 dicens: „ Dum fructus uberes, quos Sacri
„ Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſores circa
„ propagationem Religionis, & Fidei, in agro mi-
„ litantis Eccleſiæ, incremento temporum, ma-
„ gnis laboribus, crebris vigiliis, indefeſſo animo
„ produxerunt &c.

CLXXXI. „ Nos igitur „, inquit *Julius II Conſtit.LIV*, data 9 Octobris 1507 = Etſi ab Apoſtolica = *Tom.IV pag.*250, „ attendentes, quod Ordo
„ prædictus „ (Fratrum Prædicatorum) „ a primæ-
„ vo ſuæ inſtitutionis pro Eccleſia, & ſtatu Sedis
„ Apoſtolicæ laboraverit in divini verbi in toto Or-
„ be propalatione, ac ſacrarum literarum, & viro-
„ rum eruditione, fructuſque ſalubres produxerit, &
„ continue producere non ceſſat, merito induci-
„ mur, ut ad illum ſpecialem affectionem geramus, &
„ in his, quæ ſtatum, & conſervationem illius con-
„ cernunt, benigne ſuccurramus.

CLXXXII. „ Cum, inquit *Leo X Conſt. IV*, data 22 Novembris 1513 = Cum inter = *Tom.IV pag.*298
„ inter ceteros operarios, qui ad excolendum vineam
„ Domini Sabaoth vocati ſunt, Ordo Prædicatorum
„ magnos & probitatis, & doctrinæ, & animarum
„ ſalutis fructus ſemper olim attulerit, quotidieque
„ afferre cernatur, deceatque ut etiam in hac vita pro
„ tot ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque laboribus, ab
„ Apoſtolica Sede, cujus noſtris quoque periculoſis
„ temporibus pacem, & dignitatem Ordo idem forti-
„ ter tutatus eſt, ſpiritualia ſubſidia, ornamentaque
„ accipiat, quibus, & ſancta ſua officia facilius, at-
„ que expeditius exequatur, & ceteræ Religioſæ per-
„ ſonæ, Ordineſque alii, exemplo benignitatis, promp-
„ tiores, alacrioreſque ad ſua officia perſolvenda red-
„ dantur; Ideirco Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia
„ conſectati, qui plurima eidem Ordini beneficia, ac
„ privilegia contulerunt, omnes, & ſingulas gratias,
„ conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſio-
„ nes, prærogativas, favores, immunitates, exemp-
„ tiones, facultates, privilegia, indulta tam ſpiri-
„ tualia, quam temporalia, qualiacunque illa ſint,
„ quæ Minorum, Eremitarum Sancti Auguſtini, Car-
„ melitarum, Servorum Beatæ Mariæ, ac Minimo-
„ rum Fratrum Ordinibus, & illorum Eccleſiis, Ora-
„ toriis, Domibus, & Præſidentibus, non ſolum Ge-
„ neralibus, ſed etiam Provincialibus, & Conven-
„ tualibus, Fratribuſque, & Sororibus, necnon Mo-
„ nialibus, & Converſis, Oblatiſque, ac utriuſque
„ ſexus Perſonis de Pœnitentia, ſeu Tertii habitus
„ nuncupatis, a Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pon-
„ tificibus, aut a nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, aut
„ aliis auctoritatem habentibus conjunctim, vel divi-
„ ſim, in genere, vel in ſpecie conceſſa ſunt, aut in
„ poſterum concedenda, illa omnia, & ſingula, ac
„ ſi nominatim exprimerentur, pro ſufficienter ex-
„ preſſis habentes, dicto Ordini Prædicatorum, &
„ illius Eccleſiis, Oratoriis, ac Domibus, Magiſtro-
„ que Generali, Provincialibuſque Prioribus, &
„ Conventualibus, Fratribus etiam, & Sororibus,
„ ſive Monialibus, Converſis quoque, & Oblatis, &
„ utriuſque Sexus perſonis de Pœnitentia nominatis,
„ & aliis ejuſdem Ordinis perſonis, motu proprio,
„ non ad alicujus ſuper hoc oblatæ Nobis petitionis
„ inſtantiam, ſed ex mera noſtra ſcientia, & liberali-
„ tate, & de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine,
„ communicamus, de novoque concedimus, & ſuf-
„ fragari volumus, ac ſi eiſdem nominatim, directe,
„ & expreſſe conceſſa fuiſſent, aut in poſterum con-
„ cederentur.

CLXXXIII. Cœnobii S. Sabinæ Fratres alloquens *Leo X Conſt. XXXV*, data 25 Junii 1515 = Cum ſuperioribus = *Tom.IV pag.*321 hæc habet: „ Cum autem
„ ipſe Nicolaus Cardinalis, ſicut etiam accepimus,
„ ſimilem oblationem dictis Monialibus S. Sixti fece-
„ rit, & locum S. Auræ acceptare noluerint: Et cum
„ poſtea pro debito Paſtoralis officii noſtri, quo ſu-
„ per univerſas Eccleſias, & loca ſacra, ne inibi di-
„ vinus cultus minuatur, ſed potius, dante Domino,
„ augeatur, ſumus ſoliciti, intra mentis noſtræ ar-
„ cana, diu, atque diu meditaremur, cuinam Reli-
„ gioni locus ipſe S. Auræ, qui nunc ob expulſionem
„ dicta-

„ dictarum Monialium vacuus exiſtit, ad Dei laudem & gloriam, dari, concedique poſſet, ut in eo divinus cultus nunc intermiſſus conceſſione noſtra refloreſceret, & inibi jugiter Domino famularetur, Sacra Dominici Ordinis Religio, & potiſſimum Congregationis Lombardiæ de obſervantia nuncupatæ, & vos menti noſtræ occurriſtis, ſperantes, quod ſi vobis, & dictæ Congregationi, quorum una tantum in Monte Aventino dictæ Urbis domus ſub invocatione S. Sabinæ, nec ſatis commoda, nec ſalubris exiſtit, daretur, per bonorum operum exhibitionem, vitæ exemplaris normam, præclaros mores, doctrinam, & verbi Dei prædicationem eorundem Fratrum Congregationis hujuſmodi, uberes fructus in agro Domini accreſcent, dignum, Deoque gratum exiſtimavimus, quod poſtesquam Moniales S. Sixti hujuſmodi ſe illuc transferre noluerunt, locus ipſe, ne divinis deſtitutus obſequiis remaneat, vobis dictæque Congregationi perpetuo concedatur.

CLXXXIV. De eadem Congregatione Lombardiæ Leo X Conſt.LI, data 6 Januarii 1517 = Licet = Tom.IV pag.339 ſic loquitur: *Congregationem prædictam, multis Religioſis doctrina, & exemplari vita præditis, Deo jugiter famulantibus, refertam, paterna caritate proſequimur.*

CLXXXV. „ Cum, inquit, *Leo X Conſt.LXXXVI*, data 21 Junii 1518 = Cum inter = *Tom.IV pag.365* inter ceteros operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth vocati ſunt, Ordo Prædicatorum magnos, & probitatis, & doctrinæ, & animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, quotidieque afferre cernatur, deceatque, ut etiam in hac vita pro tot ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque laboribus, ab Apoſtolica Sede, cujus noſtris quoque periculoſis temporibus pacem, & dignitatem Ordo idem fortiter tutatus eſt, ſpiritualia ſubſidia, ornamentaque ſuſcipiat, quibus, & ſancta ſua officia facilius, atque expeditius exequatur, & ceteræ Religioſæ perſonæ, Ordineſque alii, exemplo benignitatis propenſiores, alacrioreſque ad ſua officia perſolvenda reddantur, idcirco Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia conſectati, qui plura eidem Ordini beneficia, ac privilegia contulerunt &c.

CLXXXVI. „ Volentes, inquit *Leo X Conſt.CVI*, data 9 Julii 1519 = Cum non ſine = *Tom.IV pag.38a* Fratribus Florentini Cœnobii ſcribens „ ſtudio Fratrum veſtrorum conſulere, qui erga Nos Sanctamque Sedem Noſtram pia ſemper obſequia præſtant &c.

CLXXXVII. Altentenſis Monaſterii Monialibus ſic ſcribit *Clemens VII Conſtit.XXIX*, data 27 Februarii 1526 = Ex plurium = *Tom.IV pag.449* „ Ex plurium iſthinc fide dignorum, tam nunc, quam ſæpe alias relatione, & literis intelleximus, vos in tanta veſtrorum Civium tumultuatione, & a ſancta fide, majorumque inſtitutis defectione, licet medias conſtitutas, tamen incorruptam Deo omnipotenti, ac Beato Dominico veſtri Ordinis Fundatori, mentem, atque vitam conſervaſſe, & quaſi roſas in agro Domini vernantes inter circumſtantium peccatorum ſpinas floruiſſe, in dieſque florere. Quæ res Nobis ſingularem in Domino lætitiam attulit, ut debuit, reputantibus ex hoc, Deum, licet Nobis iratum, non omnino averſum eſſe, qui tantam in ſexum fragilem vim, & conſtantiam contulerit, ut fortiſſimia Germaniæ viris eſſe queat exemplo. Benedictus igitur Dominus in ſanctis Virginibus ſuis, qui ex theſauro bonitatis, & miſericordiæ ſuæ tale robur veſtris mentibus immiſit, ut ad continentiæ, paupertatiſque laudem, etiam vim patientiæ, & fortitudinis adjiceretis, ſcilicet beatæ eritis, quæ nunc ſuffertis tentationem, accepturæ mox juſtitiæ coronam a Deo vobis, & ſimilibus veſtris repromiſſam. Sic enim agendum eſt omnibus, maxime autem vobis, cum ex toto Deo dicatæ ſitis ob profeſſionem, & hoc ad Cælum pateat iter, quod vobis Redemptor noſter, Sancti ejus Apoſtoli, & Martyres, ipſeque Pater veſter Dominicus ab hæreticis multa mala perpeſſus, reliquerunt. Nos quidem, dilectæ in Chriſto filiæ, hujus veſtræ pietatis admiratores effecti, contineri ex abundantia caritatis, paſtoralique officio non potuimus, quin ſcriberemus ad vos, veſtramque pietatem, & laudaremus præteritam, & accenderemus futuram: ſiquidem, veſtra ſponte cum tantum virtutis exemplum edideritis, nonnihil vos deinceps adjecturas ſperamus, Apoſtolica voce accedente, ſupereſt enim fere modicum hujus jam mali, & procellæ, ac divina ira, quod perſpicitur, jam lenior, & ad miſericordiam ſuo more prolapſa eſt. Nam, & Sereniſſimus Cæſar, & pientiſſimus ejus frater, Principeſque, & Præſules Germaniæ in priſtinæ vendicationem pietatis, pacationemque Provinciæ incumbunt, Noſque quantum poſſumus, coadjuvare, & eniti non deſiſtimus, nec unquam deſiſtemus: itaque cum proxima, Deo auctore, ſe oſtendat tranquillitas, ſperate, Deo dicatæ Virgines, in Dei clementia, & patienter hos fluctus ſuſtinete, ut in præſenti vita non mulieres modo, ſed viros virtute prægreſſæ, in altera cum lampadibus veſtrorum operum lucentibus, obvium cæleſtem ſponſum habeatis, qui vos benedicat, & protegat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVII Februarii MDXXVI, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

CLXXXVIII. Clemens VII Conſt. LII, data 26 Februarii 1529 = Exponi = Tom.IV pag.470, reſcindens literas in gratiam Peruſini Capituli datas contra Priorem, & Fratres Conventus Ordinis Prædicatorum ejuſdem civitatis, *eorundem*, inquit, *Prioris, & Fratrum, quorum Ordinem, propter uberes fructus, quos in Eccleſia Dei produxit, in viſceribus gerimus caritatis, ſupplicationibus inclinati &c.*

CLXXXIX. Idem aliis verbis poſitetur Conſtitutione LXXIV, data 2 Septembris 1531 = Officii noſtri = Tom.IV pag.488 dicens: *Prædicatoriam Religionem .....propter uberes fructus, quos in vinea Domini afferre dignoſcitur, ſpeciali dilectione, in viſceribus caritatis proſequimur.*

CXC. „ Sacro Prædicatorum Ordini, Inquit idem *Clemens VII Conſt.LXXVII*, data 23 Septembris 1531 = Sacro = *Tom.IV pag.49?* „ religione vitæ, excellentia doctrinæ, & prædicationis munere inter ceteros conſpicuo, ſalubriter dirigendo......incumbentes, ea libenter providemus, per quæ idem Ordo, a ſui initio ſemper in vinea Domini fructuoſus, & celebris, ſolita virtutum fœcunditate exuberet, & in veterem Religionis cultum, ſi qua ſui parte deflexerit, paulatim, Domino concedente, revocetur:

CXCI. *Sacrum Ordinem Prædicatorum religione, ſimulque doctrina inſignem* declarat *Clemens VII Conſtitutione LXXXVIII*, data 8 Octobris 1531 = Pro paſtorali cura = *Tom.IV pag.494*.

CXCII. „ Nos, inquit *Clemens VII Conſt.CV*, data 9 Octobris 1532 = Exponi Nobis = *Tom. IV pag.518* „ attendentes uberes fructus quos Fratres

„ ipſius

„ ipſius (Prædicatorum) Ordinis in militanti Eccleſia hactenus produxerunt, & producturos in poſterum ſpe firma tenemus, ac propterea eos paterno affectu confovere, ac privilegia, & indulta eis conceſſa illæſa præſervari &c.

CXCIII. Generali Magiſtro ſcribens *Paulus III Conſt.XXXII*, data 24 Septembris 1537 = Inter cetera = *Tom.IV pag.563* : „ Inter cetera, inquit, animi noſtri deſideria illud potiſſimum cordi noſtro inhæret, ut fructus, quos ſacer Ordo veſter in agro militantis Eccleſiæ afferre non deſinit, non ſolum noſtræ proviſionis ope ſuccreſcant, verum etiam in Chriſtifidelibus ita manifeſte appareant, quod ex eis optata valeat utilitas provenire. Superiore quidem anno, cum Capitulum Generale dicti Ordinis in Civitate Lugdunen. celebraretur, Nos ad te, etiam tunc Magiſtrum Generalem Ordinis, & Definitores Capituli prædictorum ibi exiſtentes per dilectum filium noſtrum SS. Coſmæ & Damiani Diaconum Cardinalem de Salviatis nuncupatum, ipſius Ordinis Protectorem, ſcribi curavimus, ut cum Univerſale Concilium indixiſſemus, & ex pluribus tunc forſan expreſſis cauſis cenſeremus expedire, ut Capitulum Generale ejuſdem Ordinis, tunc proxime celebrandum, in loco, ubi dictum Concilium celebrandum eſſet, celebraretur, Capitulum hujuſmodi in hujuſmodi loco celebrare ſtatuerent. Cum autem, ſicut etiam accepimus, cauſantibus bellorum turbinibus, qui tunc in partibus illis vigebant, literæ ipſius Johannis Cardinalis, & Protectoris, tibi, & Definitoribus prædictis ſaltem in tempore redditæ non fuerint, tuque, & Definitores prædicti voluntatis noſtræ hujuſmodi ignari, Capitulum ſequens hujuſmodi in domo S. Marci Florentini dicti Ordinis de anno MDXXXIX celebrari ſtatueritis, Nos animo revolventes, quantum ipſius Ordinis Profeſſores in rebus ad Fidem Catholicam pertinentibus, & ſtatum univerſalis Eccleſiæ concernentibus, ſoliditate doctrinæ proficere conſueverint, & propterea indubie ſperantes, quod in proſecutione univerſalis Concilii hujuſmodi ad tollendas hæreſes, quæ nunc undequaque pullulant, plurimum proderit, celebrationem veſtri Capituli Generalis hujuſmodi dicto anno MDXXXIX, ut præfertur, celebrandi, de dicta domo S. Marci ad Civitatem, vel locum, ubi Nos univerſalis Concilii celebrandi cauſa tunc eſſe contigerit, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, transferimus, illudque in Civitate, vel loco, ubi Nos, ut præfertur, erimus, celebrari debere decernimus; mandantes tibi propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, quatenus translationem, & decretum noſtra hujuſmodi, ac præſentes literas Definitoribus præfatis, ac aliis, quorum intereſt, juxta morem dicti Ordinis intimare procures. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Septembris MDXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

CXCIV. Idem *Paulus III Conſt.XLVII*, data 23 Maii 1539 = Cum in hanc = *Tom.IV pag.576* Fratres Prædicatores, qui ad generalia Comitia convenerant alloquens: „ Cum, inquit, in hanc Almam Urbem nuper conveneritis, ut Magiſtrum Generalem Ordini veſtro eligatis, licet ejus ea ſit præſtantia, & amplitudo, is virorum ſcientia, & moribus eminentium numerus, ut difficilius multo vobis futurum credamus, decernere ex multis, qui poſthaberi valeat, quam qui præfici, Nos tamen pro temporis malignitate, quo tot hæreſibus angimur, proque amore, quo Ordini ipſi ſemper affecti fuimus, curæ noſtræ paſtoralis officio fungentes, & quaſi ſponte currentibus calcar addentes, vobis in virtute ſanctæ obedientiæ ...... mandamus ut ..... Deo tantum ante oculos poſito, quem optimum, & præſtantiſſimum ex Religione veſtra cenſueritis regimini idoneum ...... eligatis, atque Ordini præficiatis.

CXCV. Quod Ordinem Prædicatorum *ob uberes ejus in vinea Domini fructus, paterna caritate diligeret*, declarat idem Paulus III Conſt.LVI, data 10 Januarii 1540 = Cum pro = *Tom.IV pag.588*.

CXCVI. Quod *Ordo* Fratrum Prædicatorum *ſemper Fidei Catholicæ, Sanctæque Eccleſiæ defenſor* fuerit auctor eſt Paulus III Conſt.LXXXIV, data 30 Martii 1543 = Cum inſtigante = *Tom.IV pag.622*.

CXCVII. „ In ſacra, inquit *Julius III Conſtitutione XIV*, data 10 Julii 1551 = In ſacra = *Tom.V pag.15* „ Beati Petri Sede, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione collocati, ea, quæ pro felici, & proſpero ſtatu, ac ſalubri directione perſonarum quarumlibet, ſub regulari habitu divinis laudibus inſiſtentium, per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros comprobata fuiſſe comperimus, quo firmius ſubſiſtant, cum a Nobis petitur, munimine noſtro confirmamus, idque tanto libentius, quanto perſonarum earundem doctrinæ candor, vitæ ſanctimonia, regularis diſciplina, bonorum denique operum odor univerſum Orbem illuſtrant. Sane pro parte dilecti filii Franciſci Romei de Caſtillone Magiſtri Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipſi Ordini, & illius pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali &c.

CXCVIII. *Paulas IV Conſt. VII*, data 9 Martii 1556 = Ex Apoſtolicæ = *Tom.V pag.46*, Ordini Prædicatorum conceſſa privilegia firmans: „ Nos, inquit, qui uberiores fructus, quos in agro Dominico perſonæ Ordinis Fratrum Prædicatorum hujuſmodi jugiter producunt, ſemper ſingulari, ac paterno ſumus affectu proſequuti, tenores literarum, ac privilegiorum &c.

CXCIX. „ Ad laudabilem, inquit *Pius IV Conſtitutione XLIX*, data 6 Januarii 1560 = Ad laudabilem = *Tom.VII pag.157* „ divinarum literarum ſcientiam, ceteraſque virtutes, & opera fructuoſa, quibus ſacer Ordo Fratrum Prædicatorum continue præfulget, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, illius domos, & loca regularia, ex quibus viri inſignes ad prædicandum gentibus, & populis Dei Evangelium paſſim prodire conſpiciuntur, congruæ ſuſtentationis adminiculis ...... confovemus, prout Catholicorum Regum vota expoſcunt.

CC. Henricum Cardinalem Portugalliæ Infantem alloquens *S. Pius V Conſt.XII*, data 26 Aprilis 1566 = Gratiſſimum = *Tom.V pag.119* : „ Ex ipſius, inquit, Ferdinandi (Meneſii) & Procuratoris tui literis, cetera, quæ ſcribere prætermittimus, cognoſces. Tantum illud addimus, vehementer Nos cupere, Conventus omnes Ordinis Sancti Dominici, qui in iſto Regno ſunt, tibi commendatiſſimos eſſe. In eo Ordine Nos, ut ſcis, maximam vitæ noſtræ partem egimus, non ſine ſumma animi noſtri tranquillitate, ac lætitia, quod Nobis ſæpiſſime in mentem venit, ſicut in Cardinalatu nunquam, nec ſtudium noſtrum erga illum, nec habitum ejus depoſuimus, ita in hoc loco conſtituti, in priſtina erga eum voluntate manemus, & tantum

„ ad eam

Digitized by Google

„ ad eam addidimus, quantum pro ſuſcepto officio
„ addere debuimus: ſed tibi, qui tanti Ordinis in-
„ ſignia merita noſti, quemque ſcimus ſolitum fa-
„ vere ſtudioſiſſime omnibus Religioſorum Ordini-
„ bus, non eſſe eum pluribus verbis commendandum
„ putamus.

CCI. „ Ad ſummum univerſalis Eccleſiæ regi-
„ men, cæleſti munere vocati, ac in tot rerum, &
„ temporum diſcrimine degentes, inquit *S. Pius V Conſt.XXIII*, data 25 Auguſti 1566 = Ad ſummum = *Tom.V pag.*135 „ amorem, & ſtudium erga Domi-
„ nicanam Familiam, quæ Chriſti jugum ab ado-
„ leſcentia Nos patienter, & alacriter ferre docuit,
„ cujus inſtitutum expreſſe profeſſi ſumus, nunquam
„ interpoſuimus, quin potius auxilio, atque favore,
„ eam perpetuo fovere, & munire decrevimus, quo
„ prædicationis ſtudio, ac S. Inquiſitionis officio,
„ quæ munera illi præcipue ab ejuſdem Ordinis origi-
„ ne demandata fuere, propenſius eam incumbere re
„ ipſa cognovimus.

CCII. Ordinem Fratrum Prædicatorum de Fidei Catholicæ defenſione, omni tempore, optime meritum fuiſſe, teſtatur *S. Pius V*, ejuſdem Ordinis Alumnus, *Conſt.LII*, data 5 Maii 1568 = Inter multiplices = *Tom.V pag.*185 dicens: „ Nos..... qui.....
„ domum S. Crucis, & omnium Sanctorum prope,
„ & extra muros Oppidi dei Boſco, Terdonen. Diœ-
„ ceſis, Ordinis Fratrum Prædicatorum de obſer-
„ vantia nuncupatorum, quam Nos pro Dei gloria,
„ Fidei Catholicæ defenſione, & de ea omni tempore
„ optime meritæ hujus Religionis propagatione.....
„ inſtruendam, & promovendam curamus &c.

CCIII. Idem *S. Pius V Conſt.LXIX*, data 15 Junii 1569 = Accepimus = *Tom.V pag.*213, de Fratribus Ordinis Prædicatorum loquens, ait, quod
„ Fratres prædicti uberes in agro Domini fructus, &
„ prædicationibus, & aliis officiis eccleſiaſticis lauda-
„ biliter obeundis, continue afferre non ceſſant.

CCIV. Quod etiam, verbis paululum immutatis, teſtatur *Conſtitutione LXXXVIII*, data 18 Januarii 1570 = Injunctum = *Tom.V pag.*336: „ Nos, inquit....
„ ob uberes fructus, quos dictus Ordo, & illius pro-
„ feſſores Verbi Dei prædicatores, illud prædicando,
„ in agro Domini hactenus produxerunt, & labores,
„ quos in dies in vinea Domini indefeſſe ſuſtinent,
„ Ordinem ipſum.....ſpecialibus favoribus, & gra-
„ tiis proſequi volentes &c.

CCV. „ Ob ſingularem devotionis zelum, quem
„ erga ipſum glorioſum Dei Confeſſorem B. Domi-
„ nicum ejuſdem Ordinis Fratrum Prædicatorum Pa-
„ trem, & Fundatorem, gerimus, inquit *S. Pius V Conſt.CIV*, data 8 Februarii 1571 = Exigit = *Tom.V pag.*262 „ necnon uberes fructus, quos dilecti filii
„ Ordinis Prædicatorum hujuſmodi Fratres in Eccle-
„ ſia Dei in dies afferre inceſſantibus laboribus ſata-
„ gunt, eorundem Fratrum Ordinis Prædicatorum
„ commoditatibus opportune conſulere, eoſque ſpe-
„ cialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes &c.

CCVI. „ Romanus, inquit *S. Pius V Conſt.CXII*, data 8 Junii 1571 = Romanus Pontifex = *Tom.V pag.*276 „ Pontifex, cui per B. Petrum Principem
„ Apoſtolorum in terra a Domino collata eſt poteſtas
„ ligandi, atque ſolvendi, ad excitandum erga
„ Sanctos Dei devotionem fidelium ſuæ curæ com-
„ miſſorum, eos ſpiritualibus muneribus proſequi-
„ tur, ut ipſi eorundem Sanctorum precibus adjuti,
„ æternam beatitudinem ab ipſo Deo facilius impe-
„ trare mereantur. Licet igitur D. Dominicus Inſti-
„ tutor Prædicatorum Ordinis, quem Nos etiam
„ in minoribus conſtituti profeſſi ſumus, a cujus Fra-
„ tribus uberrimi fructus in Dei Eccleſia per totum
„ Orbem Chriſtianum producti ſunt, & in dies, be-
„ nedicente Domino, producuntur, Natione Hiſpa-
„ nus fuit, nihilominus, eo quod ejus feſtum in Hiſ-
„ paniarum Regnis de præcepto Eccleſiæ non obſer-
„ vatur, multis in locis feſtum ipſum tanti Patris,
„ luminis Fidei, ſuo tempore maxima in parte ex-
„ tincti, illuſtratoris, prout debet, minime celebra-
„ tur &c.

CCVII. „ Ad hoc, inquit *S. Pius V Conſt.CXXIII*, data 23 Septembris 1571 = Ad hoc Nos Deus = *Tom.V pag.*289. „ Nos Deus prætulit in familia do-
„ mus ſuæ, ut ſingulis opportuna proviſionis auxilia,
„ fidelis ſervitutis injuncta providentia, pro tempo-
„ re diſpenſantes, Religioſorum quorumlibet, præ-
„ ſertim Fratrum Ordinis Prædicatorum, in humili-
„ tatis ſpiritu, ſub Religionis jugo, Deo ſervien-
„ tium, neceſſitatibus intendamus; ac diſpendiis,
„ & oppreſſionibus, divina cooperante clementia,
„ ſalubriter occurramus. Sane licet Nos, & quam-
„ plures Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri,
„ propter uberes fructus, quos dictus Ordo Fratrum
„ Prædicatorum, multa præfulgens gloria merito-
„ rum, & gratia ſanctitatis, in agro militantis Ec-
„ cleſiæ, in propagationem Fidei orthodoxæ, eate-
„ nus produxerat, ac in futurum producturum fore,
„ firma ſpe ſperabatur, &, ut Fratres ipſi quietius
„ eorum ſanctis officiis, vitæque regulari, ac verbi
„ Dei prædicationibus libentius, & alacrius ad ipſius
„ Fidei Chriſtianæ propagationem incumbere vale-
„ rent, & incumberent cum effectu, quam plura
„ privilegia, indulta, gratias, exemptiones, &
„ immunitates eis conceſſerint &c.

CCVIII. „ Quantos, inquit *Gregorius XIII Conſtitutione XVI*, data 1 Octobris 1573 = Quantos = *Tom.V pag.*324 „ Religioni Chriſtianæ fructus Ordo
„ Fratrum Prædicatorum attulerit, quotidieque af-
„ ferat, & Nos lætanter cognovimus, & dum No-
„ biſcum memoria repetimus, facere nullo modo
„ poſſumus, quin votis eorum, in his præſertim,
„ quæ Ordinis prædicti propagationem, & anima-
„ rum ſalutem concernunt, favorabiliter annua-
„ mus &c.

CCIX. Et in *Conſtitut.CXLVII*, data 18 Februarii 1583 = Ad uberes = *Tom.VII pag.*197 „ Ad uberes, inquit idem Gregorius XIII „ fructus quos pro-
„ feſſores Ordinis Fratrum Prædicatorum in agro
„ Dominico quotidie faciunt, attente reſpicientes,
„ dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea
„ quæ in illorum favorem conceſſa fuerunt, appro-
„ bemus &c.

CCX. Fratres Prædicatores alloquens *Gregor.XIII Conſt.CXXVI*, data 25 Maii 1583 = Cum in hanc = *Tom.V pag.*418: „ Cum, inquit, in hanc Almam ur-
„ bem nuper conveneritis, ut Magiſtrum Generalem
„ Ordini veſtro eligatis, licet ejus ea ſit præſtantia,
„ atque amplitudo, is virorum ſcientia & moribus
„ eminentium numerus, ut difficilius multo vobis fu-
„ turum credamus decernere, ex multis qui poſtha-
„ beri valeat, quam qui præfici &c.

CCXI. „ Magna, inquit *Clemens VIII Conſtitut.XXXIV*, data 17 Aprilis 1594 = Benedictus = *Tom.V pag.*512 „ Dei benignitate ante paucos annos
„ factum eſt, ut..... ex Seraphici Patris Franciſci
„ religione, B. Didacus Hiſpanus in Sanctorum nu-
„ merum referretur, & nunc viciſſim, ex Beatiſſimi
„ Patriarchæ Dominici diſciplina, B. Hyacinthus
„ Polonus Sanctis pariter Chriſti Confeſſoribus ad-

„ ſcriba-

Digitized by Google

,, ſcribatur : nimirum, ut duo clariſſimi Ordines,
,, unde tot pii, ac Sancti viri Catholicæ Eccleſiæ lu-
,, mina prodierunt, noſtra quoque ætate, duplicato
,, populi Chriſtiani gaudio, honore conſimili augean-
,, tur : ut duæ iſtæ lucernæ, fide, & ſignis mirabilibus
,, luminoſæ, & caritate ardentes, ſupra excelſum can-
,, delabrum collocatæ, in domo Dei colluceant &c.

CCXII. De Ordine Fratrum Prædicatorum lo-
quens idem *Clemens VIII Conſt.CXXVI*, data 29 No-
vembris 1595 = Quod ſupremæ = *Tom.VII pag.*221
,, Celebris, inquit, illius Ordinis de Catholica Reli-
,, gione optime meriti, votis ac precibus benigne an-
,, nuere cupientes &c.

CCXIII. ,, Ordo Fratrum Prædicatorum, inquit
Clemens VIII Conſtit.XCVII, data 19 Januarii 1602
= Ordo Fratrum = *Tom.V pag.*599 ,, a Sancto Do-
,, minico fundatus, tam magnos, ac ſuaves, in Eccleſia
,, Dei fructus ſemper protulit, ac quotidie profert, ut
,, illius propagationi merito conſulendum cenſeamus.

CCXIV. De conſtituendo Cœnobio S. Magini,
Clemens VIII Conſtitut.CXLV, data 9 Auguſti 1604
= Cum ad uberes = *Tom.VII pag.*239 : ,, Cum, in-
,, quit, ad uberes fructus, quos dilecti filii profeſſores
,, Ordinis Fratrum Prædicatorum in agro militantis
,, Eccleſiæ produxerunt hactenus, & producere non
,, ceſſant, noſtræ dirigimus conſiderationis intuitum,
,, piis fidelium votis, quæ dicti Ordinis propagatio-
,, nem reſpiciunt, ut optatum ſortiantur effectum,
,, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur
,, opportunis.

CCXV. ,, Volentes igitur, inquit idem *Cle-
mens VIII Conſt.CXV*, data 5 Octobris 1604 = Injunc-
ti Nobis = *Tom.V pag.*618 ,, univerſum Ordinem
,, Fratrum Prædicatorum, ex quo uberrimi in eadem
,, Dei Eccleſia fructus ad ipſius Omnipotentis Dei
,, laudem, & Chriſtianæ Reipublicæ ſpirituale com-
,, modum, & utilitatem, ab ipſius Ordinis initio ſem-
,, per prodierunt, & in dies prodibunt .... ſpeciali-
,, bus favoribus, & gratiis proſequi, &c.

CCXVI. ,, Veſtra eximia pietas, ac religio, in-
quit *Leo XI Conſtitut.I*, data 16 Aprilis 1605 = Veſ-
tra = *Tom.V pag.*630 ,, ac ſingularis devotionis af-
,, fectus, quem erga B. Patriarcham Dominicum veſ-
,, tri Ordinis fundatorem geritis, Nos inducunt, ut
,, piis veſtris votis libenter annuamus. Veſtro ſiqui-
,, dem nomine Venerabilis Frater noſter Hierony-
,, mus, Epiſcopus Albanen., Cardinalis Aſculanus
,, nuncupatus, qui vel hoc uno maxime gloriatur,
,, quod in familiam ipſius B. Dominici ab ineunte
,, ætate receptus, illius Regulam, & Ordinem, ex-
,, preſſe profeſſus fuit, nuper Nobis expoſuit, vos
,, pro ea, qua Sanctiſſimum virum veſtri Ordinis pa-
,, rentem, & inſtitutorem, cujus corpus in Eccleſia
,, S. Dominici ejuſdem Ordinis, Civitatis noſtræ Bo-
,, nonien. requieſcit, aſſidue colitis, veneratione, in
,, eadem Eccleſia inſignem, & egregiam Capellam,
,, ingenti ſumptu, ac magnifico opere extrui feciſſe,
,, & mirum in modum exornaſſe, eo videlicet conſi-
,, lio, ut ad illam corpus ipſius S. Dominici ex alia
,, Capella, ubi nunc eſt, primo quoque tempore
,, transferatur, & nobiliore, & honorificentiore loco
,, aſſervetur &c.

CCXVII. Apoſtolicæ Sedis Nuncio, in Regnis
Hiſpaniarum commoranti, ſcribens *Paulus V Conſti-
tut.XXII*, data 4 Maii 1607 = In ſupremo = *Tom.V
pag.*649 : ,, In ſupremo, inquit, militantis Eccleſiæ
,, Solio, & Apoſtolicæ dignitatis plenitudine, ſumma
,, Redemptoris noſtri benignitate, conſtituti, circa
,, ea, per quæ domus, & alia regularia loca Sacri
,, Ordinis Fratrum Prædicatorum, in ipſius Eccleſiæ
,, agro excolendo, ac ſalutaribus ſementis inſtauran-
,, do, egregiam, & fructuoſam operam aſſidue na-
,, vantium, ubique ad Religionis, & Fidei Catholi-
,, cæ conſervationem, Divinique cultus incremen-
,, tum, ac publicam utilitatem, & ſalutem propagari
,, valeant, propenſis ſtudiis intendimus, ac in his Pa-
,, ſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interponi-
,, mus, prout Catholicorum Regum vota expoſcunt,
,, & Nos, temporum, & locorum qualitatibus debite
,, penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter ex-
,, pedire.

CCXVIII. ,, Nos, inquit idem *Paulus V Conſ-
titut.XXVII*, data 20 Novembris 1607 = Inter uni-
verſa = *Tom.V pag.*655 ,, animadvertentes, Ordi-
,, nem Prædicatorum, a primæva ejus inſtitutione,
,, Catholicæ Eccleſiæ ornamento, & adjumento fuiſſe
,, ac ſanctitate, & doctrina multis ſeculis floruiſſe,
,, prout ad præſens floret &c.

CCXIX. ,, Cum ad fructus uberes, inquit *Pau-
lus V Conſt.XC*, data 13 Decembris 1616 = Cum ad
fructus = *Tom.V pag.*709 ,, quos Ordinis Prædica-
,, torum Profeſſores in agro militantis Eccleſiæ pro-
,, duxerunt hactenus, & producere non ceſſant, no-
,, ſtræ dirigimus conſiderationis intuitum, dignum
,, ducimus, ut ad ea, per quæ domus Regulares dicti
,, Ordinis ad Divini cultus, & Sacræ Religionis aug-
,, mentum, publicamque utilitatem, & ſalutem pro-
,, pagari valeant...... propenſis ſtudiis intendamus,
,, ac in his paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter
,, interponamus, prout in Domino conſpicimus ſa-
,, lubriter expedire.

CCXX. ,, In plenitudinem poteſtatis Apoſtolicæ,
inquit *Urbanus VIII Conſt.XVI*, data 13 Maii 1625
= In plenitudinem = *Tom.VI pag.*36 ,, nullis noſ-
,, tris meritis, ſed ſola Dei benignitate aſſumpti, va-
,, rios in militanti Eccleſia Regularium perſonarum
,, Ordines diverſimode, pro quorumlibet Chriſtifide-
,, lium devotione, inſtitutos, contemplantes, ad Sa-
,, crum B. Dominici Prædicatorum Patris, & Ducis
,, inſtitutum, quaſi fax ardens, & matutinum ſidus
,, irradians, totumque Chriſtianæ Reipublicæ firma-
,, mentum illuſtrans, mentis noſtræ potiſſimum diri-
,, gimus aciem.

CCXXI. ,, Ad uberes fructus, inquit idem *Urba-
nus VIII Conſt.XXXVII*, data 9 Maii 1629 = Ad ube-
res = *Tom.VI pag.*61 ,, quos Fratres Ordinis Prædi-
,, catorum in vinea Domini inter ceteros illius culto-
,, res proferunt, conſiderationis noſtræ intuitum diri-
,, gentes, merito inducimur, ut ad ea libenter inten-
,, damus, quæ eorum neceſſitatibus, & oneribus ſub-
,, levandis, cognoſcimus, fore opportuna, ac in his
,, Paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interpo-
,, nimus, prout Catholicorum Principum vota id ex-
,, poſcunt, Noſque, rerum & temporum qualitatibus
,, debite penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter
,, expedire.

CCXXII. ,, Nos ,, inquit idem *Urbanus VIII*, Ge-
neraliſſima Comitia Ordinis Fratrum Prædicatorum
Romæ celebranda decernens *Conſt.CVIII*, data 8 Apri-
lis 1643 = Cum inter = *Tom.VI pag.*125 ,, ut prædic-
,, to Ordini, unde tam uberes in Catholica Eccleſia
,, fructus, totque viri, doctrina, ac ſanctitate inſignes
,, prodiere, & quem paterno affectu proſequimur,
,, quantum cum Domino poſſumus, conſulamus &c.

CCXXIII. In Alexandri VII Conſt.LVIII, data
7 Decem. 1660 = Cum itaque = Tom VII pag.314.
Fratres Ordinis Prædicatorum Germaniæ inferioris
dicuntur, *in verbo & opere conſpirati*.

CCXXIV. Or-

Digitized by Google

CCXXIV. Ordinem Fratrum Prædicatorum *mul-*
tiplicibus in Eccleſiam Dei meritis conſpicuum declarat
Clemens IX Conſtit. XXXVIII, data 13 Maii 1669
== Religionis zelus == Tom.VI pag.247.

CCXXV. ,, Cæli, terræque conditor ,, inquit
Clemens X Conſt.XX, data 12 Aprilis 1671 == Cæli,
terræque == *Tom.VI pag.*274 ,, ab ipſo mundi exor-
,, dio uſque ad hæc noſtra tempora, in quibus ſecu-
,, lorum fines deveniſſe creduntur, nuſquam per ſin-
,, gulas ætates, tanquam per horas diſtributas, ope-
,, rarios in vineam ſuam mittere deſtitit, qui pondus
,, diei, & æſtus portantes, labore, ſudore, ac ſan-
,, guine, illam irrigarent, & omnium cæleſtium vir-
,, tutum, ac æternæ vitæ fructibus germinare eam fa-
,, cerent, donec juxta divina ſcripturarum oracula,
,, ex omnibus gentibus, Tribubus, Populis, & lin-
,, guis, a ſolis ortus cardine, uſque ad terrarum li-
,, mites, omnes ad cœnam Agni providi congregati,
,, in Regno cæleſti vinum noviſſimum biberent, quod
,, Dei ſapientia electis ſuis miſcere conſuevit. In ex-
,, colenda Sanctæ Crucis vite omni cura potiſſimum
,, inſudarunt in operibus diverſi, in veritate unifor-
,, mes, ut etiam per Regna, & Provincias noſtris ma-
,, joribus antea ignotas, ita innotuerit ejus virtus, ac
,, vigor, in totius Orbis victoria, ipſiuſque de mun-
,, di Principe triumphus, ut jam tremendum illud
,, cunctis poteſtatibus nomen, quod eſt ſuper omne
,, nomen, ſibi jam barbaras nationes ſubegerit, & in
,, Nomine Jeſu omne genuflectatur, ac omnis lingua
,, confiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei
,, Patris. Plures hujuſmodi, & ſtrenuos operarios,
,, continuata ſerie, Catholicæ Eccleſiæ, Prædicato-
,, rum Ordo miniſtrare non deſtitit.

CCXXVI. De Fratrum Prædicatorum familia lo-
quens *Clemens X Conſt. XXI*, data 12 Aprilis 1671
== Cæleſtis Paterfamilias == *Tom.VI pag.* 281, poſt-
quam retulit quæ Deus Optimus Maximus, miſſis Fi-
dei præconibus, egit ab Orbe condito, ut omnes ad
cæleſte regnum vocaret ,, Tandem, inquit, ultra totius
,, antiqui Orbis extremos fines longe lateque uſque
,, ad ultimas Atlantici Oceani metas, & uſque ad ex-
,, timas Occidentalium Indiarum oras, quæ maris quod
,, Pacificum dicitur ſepiunt immenſa littora, iterum
,, atque iterum fideli ſervo, per quem Prædicatorum
,, Ordo, maximo hujus S.R.E. Doctore & Prædeceſ-
,, ſore noſtro Gregorio teſtante, ſignificatur, ex-
,, currendum fuit, donec ad Peruviam perveniret,
,, in quam una cum iis, qui Regionem illam felici in-
,, troitu, ac ſucceſſu, Deo, & S. Romanæ Eccleſiæ
,, ſubjecerunt, primus ille penetravit Ordo, qui, ſin-
,, gulari hujus S. Sedis Apoſtolicæ privilegio, Præ-
,, dicatorum titulo jam diu inſignitus fuit, & ante
,, alios Peruvianæ Gentilitati Sanctum Jeſu Chriſti
,, Evangelium annunciavit, primuſque ibi ſalutiferæ
,, prædicationis verbum ſuo ſanguine obſignando,
,, univerſam illam gentem ad cœnam Agni providi ef-
,, ficaciter invitavit, cujus voce, labore, & cruore,
,, aurifera illa terra exculta ad exhilarandam univer-
,, ſæ, tam Militantis, quam Triumphantis Eccleſiæ
,, cœnam, inter ceteros Chriſtianæ pietatis illius Re-
,, gionis flores, Deo, Angelis, & hominibus ſua-
,, veolentem protulit Roſam, totius Evangelicæ per-
,, fectionis exemplar, & primum ex Orbe novo in
,, Sanctorum albo reponendum ornamentum.

Et ibidem pag.283 de eadem S. Roſa Virgine Li-
mana loquens Clemens X hæc habet:,, Cælitus admo-
,, nita, Ordinem Prædicatorum eſſe in Sancta Eccleſia
,, Paradiſum voluptatis Divinæ, in quo ipſa velut
,, Roſa cæleſtis ceteris ibi liliorum, & roſarum, ver-
,, nantibus plantis ſocianda, & inſerenda erat, quod
,, poſtea ex intimis præcordiis optans petebat, & vo-
,, ti compos facta ante..... ſibi ſumme gratiſſimam
,, Sanctiſſimi Roſarii aram, Alphonſo Velaſquez
,, ejuſdem Ordinis, tunc a confeſſionibus ipſius Vir-
,, ginis, dante, anno Domini ſexto ſupra Milleſi-
,, mum & ſexcenteſimum in clara S. Laurentii cele-
,, britate habitum ſuſcepit.

CCXXVII. Idem Clemens X Conſt.XXX, data
1 Martii 1672 == Ea qua par erat == Tom.VI pag.304
Ordinem Fratrum Prædicatorum vocat *præclariſſimum*
Ordinem, a quo tot Chriſtianarum virtutum exemplaria
prodiere.

CCXXVIII. Quod Ordinem Fratrum Prædicato-
rum *ob uberes in vinea Domini fructus paterne diligat*,
aſſerit Innocentius XI Conſt.XII, data 8 Martii 1680
== Cum ſicut == Tom.VI pag 355

CCXXIX. Idem declarat Innocentius XII Conſti-
tutione V, data 28 Maii 1692 == Cum ſicut ==
Tom.VI pag.399

CCXXX. *Clemens XI Conſt.XL*, data 22 Maii 1712
== Inter multiplices == *Tom.VI pag.*478 §.4 loquens
de S. Pio V, Ordinem Fratrum Prædicatorum illuſtri
laude celebrat dicens: ,, Statim ac quartum ſupra de-
,, cimum ætatis annum attigit, mundo, ſeculique
,, illecebris valedicens, Fratrum Prædicatorum inſti-
,, tuto nomen dedit, præclara illius Ordinis decora,
,, ac potiſſimum eximia in hanc Sanctam Sedem meri-
,, ta, plurimum aucturus. Hic enim ille eſt laudatiſ-
,, ſimus Sancti Dominici Ordo, in quo, ut primum
,, inſtitutus fuit, tanquam in opimo, ac fertili agro,
,, eodemque bene, ac diligenter ſubacto, & exculto,
,, viri, doctrinæ præſtantia, & vitæ ſanctitate con-
,, ſpicui, nunquam alii aliis ſuccreſcere deſierunt.

CCXXXI. Idem *Clemens XI Conſt.LI*, data 22 Apri-
lis 1713 == Quæ de ſingulari == *Tom.VI pag.*494 Fra-
tres Ordinis Prædicatorum Provinciæ Philippinarum
laudibus ampliſſimis ornans, ipſiuſmet Ordinis laudes
proſequitur dicens: ,, Quæ de ſingulari pietate veſtra,
,, ac plane præſtanti erga Nos, atque Sanctam hanc
,, Sedem devotione, non ſemel commemorari audi-
,, vimus, cum Ordinis, quem ſummopere diligimus,
,, laudibus ſuffragentur, uberem Nobis gaudii mate-
,, riam attulerunt. Gratum autem in primis, ac præ-
,, ter modum acceptum, Nobis fuit, quod piæ memo-
,, riæ Cardinali de Tournon, cujus nomen in bene-
,, dictione eſt, ſimulque Vicariis Apoſtolicis iſtarum
,, partium debitam obedientiam alacriter omni tempo-
,, re præſtiteritis, eiſque ſincera, incorruptaque Fi-
,, de, ut par erat, ſemper adhæſeritis. Quin etiam
,, ſtantes in magna conſtantia adverſus eos, qui vos an-
,, guſtiaverunt, vincula, exilia, aliaque mala plu-
,, rima, infracto, excelſoque prorſus animo ſuſti-
,, nueritis. Eſt propterea, cur, tot præclaris docu-
,, mentis comprobatam virtutem veſtram, peculiari
,, hoc gratæ, ac in vos admodum propenſæ mentis
,, noſtræ teſtimonio proſequamur, ſimulque partam
,, vobis, non levem, apud veros Eccleſiæ filios, Chriſ-
,, tianæ fortitudinis ac zeli laudem, impenſe gratule-
,, mur. Ceterum paternæ benevolentiæ noſtræ lucu-
,, lentiora, quotieſcunque occaſio ſuppetet, vobis non
,, deerunt argumenta, ejuſque interea pignus, non-
,, nulla vobis mittimus ſacra munera, quæ religioſis
,, animis veſtris pergrata fore minime dubitamus &c.

CCXXXII. Quod Ordini Fratrum Prædicatorum
nomen dederit, ſummæ laudi ducens, hujuſce cæleſ-
tis beneficii memoriam renovat *Benedictus XIII* ſcri-
bens Fratribus Conventus S. Dominici, Caſtelli, Ci-
vitatis Venetiarum *Conſtit.II*, data 7 Auguſti 1724
== Quod

== Quod inter == *Tom.VI pag.536*, cujus hæc verba: ,, Quod inter primos adoleſcentis ætatis annos ad ſacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem, veluti ad tutam religioſæ tranquillitatis ſtationem, Nos evocaverit divina benignitas, nunquam animo noſtro ſine peculiari ſenſu ſpiritualis voluptatis obverſatur: eoque jucundior ſeſe Nobis ingerit cæleſtis beneficii recordatio, quod in Cœnobio illo ſecularibus curis nuncium remittere, & exempla inſignia diſciplinæ in ipſo ſacræ iſtius militiæ tyrocinio haurire, & addiſcere contigerit. Hanc igitur ſuaviſſimam memoriam cum luculentius Nobis repræſentaverint literæ veſtræ, eximio Nobis ſolatio fuerunt in hac maris altitudine, in quam, Divino judicio, venimus, & in qua periculis, curiſque jactati identidem clamamus ad Dominum, ne pereamus. Veſtras propterea ferventes preces requirimus, ut apud quos patuit Nobis a ſeculi fluctibus portus ſecuritatis, apud eoſdem per pias obſecrationes, implorato S. Patris Dominici patrocinio, ne tempeſtas demergat Nos, opportunum ſubſidium inveniamus. Memorem igitur, & pro veſtris erga Nos pietatis & obſervantiæ ſenſibus gratum animum profitentes, Paternæ noſtræ benevolentiæ teſtem, & peculiaris dilectionis pignus, vobis, dilecti filii, Apoſtolicam Benedictionem amanter impertimur.

CCXXXIII. Caſtelli Cœnobium juris eſt Provinciæ Lombardiæ, quam ceu matrem veneratur, amantiſſimos erga ipſam dilectionis ſuæ ſenſus demonſtrans idem *Benedictus XIII Conſt.III*, data 7 Auguſti 1724 == Quam libenter == *Tom.VI pag.536*, ſic enim ſcribit Paulo Hieronymo Gallarato qui eidem Provinciæ præerat: ,, Quam libenter jucundeque Officium tuæ gratulationis excepimus, verbis explicare vix poſſumus; iſtius enim Provinciæ, quæ Nobis, ſingulari Divinæ clementiæ beneficio, mater data eſt, cum Sacro Prædicatorum Ordini nomen dedimus, & quam, peculiari pietatis affectu, ſemper hactenus obſervavimus, amantiſſimos ſenſus in tuis literis complexi ſumus. Quanquam enim inſcrutabili Divinæ ſapientiæ conſilio factum eſt, ut ex jucundiſſimo dilectiſſimæ matris ſinu, primum per Cardinalatus dignitatem ad hujus Sanctæ Sedis miniſteria avocaremur, ac demum totius Chriſtianæ Reipublicæ regimen, inviti licet trepidique ſuſciperemus, priſtinum tamen filialis animi amorem ſemper coluimus, ad quem, ex Paterni nominis acceſſione, ampliſſima adjecta ſunt dilectionis, & benignitatis incrementa. Ceterum quæ de infirmitate noſtra tam Ordini, quam Chriſtianæ Reipublicæ læta, & fauſta ominaris, ac polliceris, nonniſi precibus tuis, totiuſque Provinciæ obſecrationibus ſubnixi, ab Omnipotenti Deo ſperare audemus.

CCXXXIV. Quod olim Ordini Fratrum Prædicatorum nomen dederit lætatur; ipſumque laudibus ornat idem *Benedictus XIII Conſt.VII*, data 30 Septembris 1724 == Dudum == *Tom.VI pag.546* ſcribens S.R.E.Cardinali, ſuo in Urbe ejuſque diſtrictu Vicario his verbis: ,, Dudum ad præclaram S.Patris noſtri Dominici familiam, ad quam ab ineunte ætate noſtra per calcatas, nondum adulto, ſed prompto pede, hujus ſeculi illecebras, ſic divino lumine dirigente greſſus noſtros, perreximus, & nudum Jeſum Chriſtum ſequuturi, ei nomen dedimus, quo ſic dato etiamdum lætamur, devotum noſtræ conſiderationis dirigimus intuitum, attendenteſque, quod familia hujuſmodi uberes illos afferre non deſinit fructus, quos illius Pater filiis ſuis per opem Beatiſſimæ Virginis, quæ eſt ſedula bonorum operum adjutrix, ad Divini nominis gloriam, & animarum ſalutem propagandam ſemper uberiores in dies procurare demandavit, æquum quidem debitumque reputamus, ut familiam ipſam filiali, quo adhuc utimur, & paterno, quo nunc tenemur, amore proſequentes, ad ipſius pia opera, noſtras quoque Apoſtolicæ liberalitatis manus admoveamus.

CCXXXV. Lugdunenſes Fratres Prædicatores laudans *Benedictus XIII Conſtitut.VIII*, data 10 Octobris 1724 == Quod curis == *Tom.VI pag.544*, ipſummet Ordinem commendat, dicens: ,, Quod curis noſtris ſolatium eximia veſtra erga Nos, & hanc Sanctam Sedem obſervantia, & luculenter, de Apoſtolatu Nobis delato, gratulationis officia afferre debuiſſent, perſpecta virium noſtrarum imbecillitas in nova mœroris argumenta convertit: nam Pontificam Apoſtolicæ ſolicitudini parem, qualem aſpera temporum conditio, & Eccleſiæ neceſſitates, ipſaque muneris, locique ſanctitas poſtularet, & qualis, ad animarum ſalutem procurandam, e Fratrum Prædicatorum palæſtra prodire debuiſſet, veſtra virtus non ſolum in humilitate noſtra ſpectare ſibi viſa eſt, ſed oculis etiam noſtris per obſequentiſſimas literas intuendum ſubjecit.... veſtræ igitur pietatis erit, ut pro debita univerſali Eccleſiæ, Sacroque Prædicatorum Ordini, caritatis ſolicitudine opportunas allevandæ infirmitatis, adhibendæque conſolationis partes, piis precibus, & obſecrationibus ſuppleatis. Novimus enim, quanta cum regularis diſciplinæ laude S. Patris Dominici inſtituto reſpondeatis, & inſignem illius Conventus celebritatem adæquetis &c.

CCXXXVI. Quædam a Comitiis generalibus decernenda præſcribens, *Benedictus XIII* Fratres univerſos ad eadem Comitia Bononiam convocatos ſic alloquitur *Conſt.XX*, data 8 Aprilis 1725 == Noſtro quidem == *Tom.VI pag.554*: ,, Noſtro quidem erga Prædicatorum Ordinem amori, quem obſervantia primum filialis aluit, tum paternæ caritatis ſtudia confirmarunt, jucundiſſimum accidiſſet, ſi vos, dilecti filii, pro Generali Ordinis Magiſtro eligendo, in hanc almam Urbem ad Capitulum convenientes, complecti, comitiiſque veſtris præeſſe potuiſſemus, ſed libertatem conſiliorum, actorumque veſtrorum, quibuſvis ſolatiis noſtris anteponentes, ea Nos voluptate fraudavimus, uberiorem conſolationem ex rebus canonice, & ordine geſtis percepturi, quam, ſi optatis noſtris obſecundantes, ejus lætitiæ compotes fuiſſemus...... Quoniam autem præcipuum momentum Officii veſtri, votique noſtri, in optima Magiſtri Generalis electione vertitur, eo curas, & preces intendite, ut inclyto Ordini per veſtra ſuffragia ille præficiatur, qui vigilantiæ incitamentis, vitæque exemplis, ita ceteros ad religioſiſſimi inſtituti ſanctitatem provocet, & inflammet, ut quos a majoribus veſtris hæc Sancta Sedes, & Catholica Religio fructus proveniſſe lætatur, eoſdem, Domino dante benignitatem, uberius in dies a B. Patris Dominici familia provenire gratuletur.

CCXXXVII. ,, Licet, inquit idem *Benedictus XIII Conſt.XXIV*, data 28 Aprilis 1725 == Romanus Pontifex == *Tom.VI pag.559* ,, univerſos Ordines Regulares, in quibus, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipſi plurium annorum ſpatio verſati ſumus, ſpeciali paternæ caritatis affectu proſequamur, eoſque, uti de Eccleſia Catholica, Fide, & Sede Apoſtolica optime meritos, præcipuo ſemper in honore, ac pretio, habuerimus, & habeamus &c.

CCXXXVIII. ,, Ani-

CCXXXVIII. ,, Animadvertentes, inquit idem *Benedictus XIII Conſt.XXV*, data 4 Maii 1725 == Cum ſicut == *Tom.VI pag.561* ,, exactam diſciplinam Re- ,, gularem in Provincia Toloſana dicti Ordinis, quæ ,, etiam num plurimum commendatur, tunc demum ,, florere, & vigere cœpiſſe..... Cum..... erecta ,, fuit Provincia per ſuum Priorem Provincialem ad- ,, inſtar ceterarum Provinciarum regenda &c.

CCXXIX. Univerſum Ordinem ſpectant quæ *Rmo P. Thomæ Ripoll*, ejuſdem familiæ Generali Magiſtro ſcripſit *Benedictus XIII Conſt.XXIX*, data 25 Maii 1725 == Quod a Patre luminum == *Tom.VI pag.466*, dicens: ,, Quod a Patre luminum, fuſis precibus, de- ,, miſſe contendimus, ut inclyto Prædicatorum Or- ,, dini eum præficeret Magiſtrum, cujus exemplis, ,, ſtudiis, curiſque ad partas religioſiſſimi inſtituti ,, laudes nova incrementa Diſciplinæ regularis acce- ,, derent, Domino ſupplicibus votis annuente, jam ,, feliciter eveniſſe rati ſumus, cum Tibi concordibus ,, ſuffragantium animis impoſitum dilectiſſimæ fami- ,, liæ miniſterium accepimus. Nec veremur, ut vi- ,, gilantia tua perſpectiſſimæ prudentiæ conjuncta, ,, tam optatis noſtris, quam delati Tibi muneris offi- ,, ciis ſit cumulatiſſime reſponſura. Nos certe, non ,, non ſolum pro veteri Tecum neceſſitudine, quam in ,, minoribus conſtituti diligenter coluimus, ſed pro ,, Catholicæ quoque Eccleſiæ rationibus enitemur, ,, ut nulla tibi deſint præcipuæ benevolentiæ teſtimo- ,, nia, & Apoſtolicæ ſolicitudinis, ac benignitatis ,, præſidia. Tibi igitur oblatam ampliſſimorum me- ,, ritorum ſegetem, totique Ordini Comitiorum ſuc- ,, ceſſum, electionemque digniſſimam gratulamur: ,, Deumque Omnipotentem obſecramus, ut lætitiam ,, noſtram uberrimis tuæ ſapientiæ, ſolertiæque fruc- ,, tibus magis in dies confirmet, & augeat &c.

CCXL. ,, Quod Apoſtolicæ ſolicitudinis offi- ,, cium, inquit idem *Benedictus XIII Conſt.LVI*, data 5 Junii 1726 == Quod Apoſtolicæ == *Tom.VI pag.591*, ,, ad propagandam Regularem diſciplinam omnibus ,, Religioſorum Ordinibus libenter impendimus, de- ,, cet Nos inclyto Prædicatorum Ordini, & Provin- ,, ciæ præſertim Lombardiæ tanto libentius, & ala- ,, crius perſolvere, quanto gratiori memoria, animo- ,, que, illius in Nos merita recolere conſuevimus, in ,, qua ſcilicet Sacrum Religionis habitum per ipſos ,, adoleſcentis ætatis annos ſuſcepimus, & Prædica- ,, torum Inſtitutum expreſſe profeſſi ſumus. Neque ,, vero ſola præcipui amoris incitamenta Nos exci- ,, tant, ut noſtræ auctoritatis opem ad cultum, & in- ,, crementum meritiſſimæ familiæ conferamus, ſed ſuo ,, veluti jure dilectiſſima Provincia operam noſtram ,, depoſcit, ut quæ Nos diu doctrina, & Religioſis ,, moribus aluit, ac ſanctiſſimis inſtitutis ad Apoſtoli- ,, cas curas informare conata eſt, fructum qualemcun- ,, que impenſi laboris cepiſſe videatur. Maternæ igi- ,, tur ſedulitati vicem Paternæ caritatis reddere cu- ,, pientes, nihil omittere debemus, quo uberius fructi- ,, ficet ſuavitatem odoris, & obſervantiæ ſalutaris, vi- ,, tæque perfectioris exempla latius per univerſam ,, Provinciam dilatentur, opportuniſque providentiæ ,, noſtræ legibus firmius muniantur. Porro S. Pius V ,, Anteceſſor noſter, qui Prædicatorum Ordini in ea- ,, dem Lombardiæ Provincia nomen dederat &c.

CCXLI. ,, Pretioſus in conſpectu Domini, inquit idem *Benedictus XIII Conſtitut.LXXIX*, data 26 Maii 1727 == Pretioſus == *Tom.VI pag.615* ,, Fra- ,, trum Prædicatorum inclytus ordo, quem Divinus ,, Sponſus, ad cumulandos dilectæ Sponſæ ſuæ Sacro- ,, ſanctæ Eccleſiæ in terris militantis cæleſtes trium- ,, phos, excitavit, & quem Nos ab ineunte ætate no- ,, ſtra expreſſe profeſſi ſumus, promeretur, ut ea, ,, quæ ob innumera, & in dies adoleſcentia erga Se- ,, dem Apoſtolicam merita, de plurium Romanorum ,, Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, diverſis ſic ,, meritis, & ipſis exigentibus temporibus, gratiæ ,, proceſſerunt, in unum a Nobis redigantur, appro- ,, bentur, confirmentur, & de novo, novis etiam ,, ſupervenientis meritis, concedantur, ut ex eis omni- ,, bus ſic in unum redactis, debita privilegiorum ,, amplitudo, & ex ea altitudo appareat meritorum, ,, & Ordo ipſe in Nobis filii expertus obedientiam, ,, & reverentiam, paterni nunc quoque, divina ſic ,, diſponente bonitate, noſtri amoris affectum expe- ,, riatur, & liberalitatem &c.

CCXLII. Archiepiſcopo Januenſi dono mittens Roſam Auream, ampliſſima merita Ordinis Fratrum Prædicatorum commendat idem *Benedictus XIII Conſtitutione CXXI*, data 27 Martii 1729 == Hærebat == *Tom VI. pag.691* dicens: ,, Hærebat animo noſtro ju- ,, cundiſſima ſane memoria præteriti temporis, cum a ,, bonæ memoriæ Vincentio Maria Gentili Ordinis ,, Prædicatorum Lombardiæ Provinciam adminiſtran- ,, te Avunculo tuo, tuoque deinde in Archiepiſco- ,, patu Januenſi laudatiſſimo Anteceſſore ad ejuſdem ,, Ordinis habitum, profeſſionemque admiſſi in ea ,, Provincia ſub Beati Patris noſtri Dominici auſpi- ,, ciis regularis militiæ ſtipendia facere cœpimus. ,, Animum tamen pro eximio beneficio gratum in ,, primis atque devinctum, etſi verbis identidem te- ,, ſtati ſumus, inſigni tamen, & publico aliquo teſtimo- ,, nio comprobare vehementer cupiebamus. Ex hac ,, igitur Apoſtolatus Sede, ad quam nos plane imme- ,, rentes ampliſſimi Ordinis merita, & inſtituta, Do- ,, mino annuente, provexerunt, Pontificium munus ,, Roſæ aureæ, cui inter ſolemnia Sacra hujuſce Do- ,, minicæ diei, more majorum, benediximus, per dile- ,, ctum Joſephum Aloyſium de Andujar ejuſdem Or- ,, dinis profeſſorem, noſtræque domeſticæ Biblio- ,, thecæ Præfectum, Metropolitanæ tuæ Eccleſiæ dono ,, mittimus, ut perenne ibi extet noſtræ in Eccleſiam ,, iſtam, noſtrumque Ordinem, in Te quoque, & ,, Avunculum tuum ſtudioſæ, obſtrictæque volunta- ,, tis monumentum &c.

CCXLIII. ,, Accedente, inquit idem *Benedictus XIII Conſt.CXXX*, data 28 Januarii 1730 == Accedente == *Tom.VI pag.699* ,, Paternæ ſolicitudinis ,, officio ad filiolis priſtinæ caritatis ſtimulos, quibus ,, antea ad rationes, & commoda dilectiſſimi Ordinis ,, urgebamur, ea potiſſimum accurare, ac promo- ,, vere debemus, quæ ad uberiorem doctrinarum cul- ,, tum, ſtudiorumque proventum conferre digno- ,, ſcimus. Hanc autem providentiæ operam Bono- ,, nienſi Generali ſtudio, eo libentius impendimus, ,, quo jucundior Nobis obverſatur præteriti tempo- ,, ris memoria, cum ibidem prima literariæ militiæ ,, ſtipendia meruimus, exactoque ediſcendæ Theo- ,, logiæ ſtadio, inde ad Philoſophiam docendam vo- ,, cati ſumus. Primævum igitur diſciplinarum ſplen- ,, dorem, ardoremque in eodem Conventu conſer- ,, vare, ac fovere cupientes, omnia, quæ interveni- ,, re intelligimus, impedimenta, alacri animo ſub- ,, movemus &c.

Hic obiter notes velim, quod, ne longum ſit, miſſas facio ceteras Benedicti XIII Conſtitutiones in quibus honori ſibi ducit, quod Prædicatorum Ordini, quem laudibus ornat, nomen dederit. Conſule, ſi per otium licet, ejuſdem Benedicti Conſtitutiones VI, datam 22 Septembris 1724 == Exponi Nobis ==

Digitized by Google

Tom.VI pag.539: VII, datam 30 Septembris 1724 = Dudum = Tom.VI pag.541: XI, datam 14 Decembris 1724 = Quam Nobis = Tom.VI pag.546: XVIII, datam 6 Aprilis 1725 = Nullum quidem = Tom.VI pag.553: XIX, datam 7 Aprilis 1725 = Cum ſicut = Tom.VI pag.553: XXII, datam 13 Aprilis 1725 = In Apoſtolicæ = Tom.VI pag.557: XXVI, datam 5 Maii 1725 = Alias ſicut = Tom.VI pag.563: XXXVI, datam 13 Septembris 1725 = Cum ſicut = Tom.VI pag.572: LVII, datam 7 Junii 1726 = Quæ ad Provinciæ = Tom.VI pag.593: LXVIII, datam 1 Januarii 1727 = Obſequentiſſimæ = Tom.VI pag.607: LXXVIII, datam 26 Aprilis 1727 = Apoſtolatus = Tom.VI pag.614: LXXXIX, datam 1 Septembris 1727 = Cum in ſacra = Tom.VI pag.650: CXIV, datam 20 Decembris 1728 = Quam gerimus = Tom.VI pag.683: ceteraſque paſſim.

CCXLIV. *Clemens XII Conſt.V*, data 2 Maii 1731 = Romanus = *Tom.VI pag.*714 de Congregationibus S. Sabinæ, & S. Marci, Ordinis Prædicatorum loquens „ Satis omnibus notum, inquit, perſpectumque eſt, quantum antiqua regularis diſciplina, quoad ea potiſſime, quæ communem Religioſorum vitam ab omni vel ſpecie proprietatis plane alienam attinent, in utraque Congregatione hujuſmodi, cum non minori univerſi Ordinis prædicti decore, quam fidelium ædificatione ſuſceperit incrementi, ac firmamenti. Poſtmodum vero piæ memoriæ Benedictus Papa XIII etiam Prædeceſſor noſter, qui dictam Provinciam Lombardiæ, utpote in qua eorundem Fratrum Prædicatorum Ordini, dum in minoribus conſtitutus eſſet, nomen dederat, ac religioſis moribus, & inſtitutis imbutus, & enutritus fuerat, grata memoria, animoque proſequebatur, regularem obſervantiam in præfata Congregatione Sanctæ Sabinæ florere quidem agnoſcens, ſed per novam illam regiminis formam ab ipſo Innocentio Prædeceſſore inductam, potius intra ejuſdem Congregationis fines concluſam, quam ad totius Provinciæ Lombardiæ prædictæ utilitatem amplificatam fuiſſe, reputans, ipſam regularem obſervantiam ad univerſam Provinciam hujuſmodi dilatandi deſiderio, Conventus dictæ Congregationis S. Sabinæ, eorumque Fratres denuo ſuppoſuit juriſdictioni, curæ, & poteſtati Prioris Provincialis Provinciæ Lombardiæ, ac ſi præfatæ Innocentii Prædeceſſoris literæ editæ non fuiſſent &c.

QUÆSTIO II.

Quæ facultas neceſſaria ſit, ut Cœnobia Fratrum Prædicatorum conſtrui poſſint?

SUMMARIUM.

I. EX Privilegio, quod S. Pius V conceſſit anno 1571, Fratres Prædicatores Eccleſias, Conventus, Monaſteria, ſine cujuſcunque alterius facultate, conſtruere potuerunt olim.

II. S. Pius V Deceſſores ſuos Summos Pontifices, hac de re conſentientes habet.

III. Nec adverſatur B. Gregorius X, ſeu Concilii Lugdunenſis, cui præfuit, Decretalis, quæ legitur in Sexto.

IV. Contraria eſt Bonifatii VIII Decretalis = Cum ex eo =

Quo tempore lata ſit, ex Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum evinci poteſt.

Iidem Fratres Decretalem illam adamuſſim ſervabant.

Ipſi ad decennium derogat Bonifatius IX.

V. Eidem pluries derogatum.

VI. Ex S.Concilii Tridentini Decreto cautum eſt, ne de cetero loca religioſa erigantur ſine Epiſcopi licentia prius obtenta.

Cui Decreto ſtandum monent Conſtitutiones Ordinis Fratrum Prædicatorum.

VII. In Italia tamen, & Inſulis adjacentibus, ex Conſtitutione Innocentii X neceſſaria eſt S. Sedis licentia ſpecialis.

VIII. Quam non requirit Innocentius pro Conventibus extra Italiam, & Inſulas adjacentes, fundandis.

Nec illam pro Conventibus iſtis exigit Urbanus VIII in Conſtitutione = Romanus Pontifex =

Qua revocat licentias erigendi Conventus, non ſervata forma a Concilio Tridentino, & a Clemente VIII, ac Gregorio XV præſcripta.

IX. Clemens enim VIII in Conſtitutione = Quoniam ad inſtitutam = & Gregorius XV in Conſtitutione = Cum alias = modum præſcribunt, quo juxta S. Concilium, Ordinarii locorum licentias concedere debent pro novis Cœnobiis fundandis.

X. In iſta Conſtitutione Gregorius XV *disjunctive* loquitur circa vocandos, & audiendos pro fundatione novi Conventus.

Et ex hoc habetur quandonam, ceteris tum Religioſis, tum intereſſe habentibus, invitis, novus Conventus fundari poſſit.

Quodnam ſit detrimentum, quod hac de re debet attendi?

XI. In iiſdem Conſtitutionibus Clemens VIII, & Gregorius XV illum, cujus licentiam requirunt, non *Epiſcopum* vocant, ſed *Ordinarium*.

Quo nomine vocantur omnes qui territorium, & in ipſo juriſdictionem ordinariam habent.

Hinc omnes iſti licentiam illam concedere poſſunt.

Id non poſſunt Vicarii Generales Epiſcoporum, niſi ſpeciale mandatum habeant.

XII. Ad novam fundationem Monaſteriorum Monialium neceſſaria eſt Apoſtolicæ Sedis licentia.

XIII. Urbani VIII juſſu, cautum eſt, ne, contra præſcriptum Tridentini Concilii, in ædibus ſacris Monaſteriorum, aut Cœnobiorum, vel Altaria conſtruantur, vel ponantur Imagines, quæ pietatem præ ſe non ferant.

XIV. Pro nova fundatione *Hoſpitii* proprie dicti non eſt neceſſario ſervanda forma, quam Clemens VIII, & Gregorius XV præſcribunt in Conſtitutionibus mox laudatis.

Quænam ſint illa *Hoſpitia*?

XV. Ex prælaudata Gregorii XV Conſtitutione nullus Conventus erigi poteſt niſi ex redditibus, aut conſuetis eleemoſynis in eo, duodecim ſaltem, Fratres ſuſtentari poſſint.

Id longe antea præſcriptum in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ubi excipiuntur Indiarum Provinciæ.

Quæ ſpeciali privilegio gaudent.

Idem ſancitum a S. Congregatione.

XVI. Recenſentur pœnæ, quibus afficiuntur illi, qui, non ſervata forma debita, novos Conventus erigunt, vel recipiunt.

Eas inter habetur pœna nullitatis.

Moleſtari tamen non debent, qui, jure præſcriptionis, poſſident.

Quænam ſit illa præſcriptio.

XVII. Præter licentiam, jure Pontificio, requiſitam, in Ordine Fratrum Prædicatorum neceſſaria eſt Ge-

Digitized by Google

eſt Generalis Magiſtri, vel Capituli Generalis licentia.

Quæ deneganda eſt, ſi Princeps, vel Fundator, vel alius, incongruas conditiones apponat, aut aliquid exigat, quod ab inſtituto noſtro ſit alienum.

XVIII. Si Cœnobium, juſta de cauſa, eodem in loco, de novo conſtruatur, nova illa Conventus ædificatio non ſubjacet Decretis Apoſtolicis pro nova Conventus erectione ſervandis.

Idem dicendum de Conventus ampliatione, quæ nulli præjudicium affert.

Nec etiam ſervanda, ſi Religioſis reſtituatur habitatio, quæ ipſis de jure debebatur.

XIX. Licet autem ad perficienda, vel reficienda Cœnobia, prædictarum Pontificiarum Conſtitutionum ſolemnitates nullatenus neceſſariæ ſint, in Ordine tamen Prædicatorum ſervandum Sixti V Decretum = Notum facimus = hac de re latum.

Hujuſce Decreti mentio fit in ejuſdem Ordinis Conſtitutionibus.

Ubi gravis error, incuria typographi, contra rationem temporis reperitur, & emendatur.

I. Conventus, Monaſteria, & Eccleſias Ordinis Prædicatorum, Ordinarii loci, ſive cujuſvis alterius facultate deſuper minime requiſita, conſtrui poſſe, anno 1571, conceſſit S. Pius V Conſt.CXXIII = Ad hoc Nos Deus = *Tom.V pag.291*, ubi hæc habet: „ Quodque Fratres, & Moniales præfati, „ ubique locorum, novas domos, ſive Conventus, „ & Monaſteria, ac Eccleſias dicti Ordinis, cum „ clauſtris, cellulis, refectoriis, dormitoriis, aliiſque officinis neceſſariis, Ordinarii loci, ſive cujuſvis alterius, licentia deſuper minime requiſita, „ conſtruere, ædificare, erigere, & inſtituere, nec „ pariter ſuper his moleſtari poſſint, ſive debeant, „ eiſdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, eiſque Fratribus, & Monialibus, ſuper præmiſſis omnibus, „ & ſingulis, licentiam, & facultatem concedimus, „ & impartimur.

II. S. Pius V Deceſſores ſuos Romanos Pontifices hac de re conſentientes habet, Honorium III, uti liquet ex ipſius Conſtitutione VI anno 1217 data = Ex parte veſtra = Tom.I pag.5: Alexandrum IV Conſt.CCXCVII = Virtute conſpicuos = data anno 1261 Tom.I pag.408: Clementem IV Conſtitutione VIII, data anno 1265 = Virtute conſpicuos = Tom.I pag.452: Honorium IV Conſt.VI, data anno 1285 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.91 S. Cæleſtinum V Conſt.III, data anno 1294 = Virtute conſpicuos = Tom.VII pag.51: Bonifatium VIII Conſt.XIII, data anno 1296 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.50: Johannem XXII Conſt.V data anno 1317 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.132: Clementem VI Conſt.XII, data anno 1346 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.231: Gregorium XI Conſt.XX, data anno 1374 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.278: Bonifatium IX Conſt.CCXXII, data anno 1402 = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.448: Quibus Conſtitutionibus Summi Pontifices mox laudati cavent, ne quis ex Eccleſiarum Prælatis prohibeat, ne Fratres Prædicatores ad Civitates, vel Villas, ubi religioſe, ac honeſte commorari poſſint, a populis evocati, audeant accedere, ibique pro ſuis uſibus conſtruere poſſint ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria.

III. Notandum primo, quod B. Gregorius X in Lugdunenſi Concilio Generali prohibuit quidem, ne Religioſi Mendicantes domum, vel locum, de novo acquirere poſſent, vel acquiſita alienare ſine Sedis Apoſtolicæ facultate, ut ex Actis ejuſdem Lugdunenſis Concilii, & ex Capite = Religionum diverſitatem = in Sexto Decretal. Tit.XVII de Religioſis domibus, videre eſt: verum, ut ibidem loquitur Gregorius, *ad Prædicatorum, & Minorum Ordines, quos evidens ex eis utilitas Eccleſiæ univerſali proveniens perhibet approbatos, præſentem non patimur Conſtitutionem extendi*. Vide Paſſerinum in Sextum Decretal. ad Cap. = Religionum = Tomo III pag.325: & Tomo V ad Cap. = Cum ex eo = pag.363.

IV. Notandum tamen ſecundo, quod Bonifatius VIII in Sexto Decret. Lib.V Tit.VI de Exceſſib. Prælat., & Subd. Cap. unico = Cum ex eo = decernit, Fratres Mendicantes acquirere non poſſe nova loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare, ſine ſpeciali facultate Summi Pontificis, quæ de hac prohibitione ſpecialem, plenam, & expreſſam fecerit mentionem: ſolis Eremitis, ſeu ſolitariam vitam ducentibus, exceptis, quibus permittit, ut in Eremo, & novas habitationes recipere, & receptas mutare valeant, de Majorum ſuorum licentia. Cui Decretali derogans Bonifatius IX Conſt.CCXII, data anno 1402 = Sacræ Religionis = Tom.II pag.439: „ Felicis, inquit, recordationis Alexandri IV, & „ Gregorii XI, ac nonnullorum aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, veſtigiis inhærentes, eis (Fratribus Prædicatoribus) „ & Ordini prædicto, ut Magiſter dicti Ordinis, & „ quilibet Prior Provincialis, qui fuerit pro tempore, in Provincia ſua ſecundum morem dicti Ordinis, duo pro Fratribus, & unum pro Sororibus „ dicti Ordinis loca, ſi ſibi pia largitione fidelium „ concedantur, vel alias juſtis modis poterint adipiſci, ſemel tantum, libere recipere, & ea licite „ retinere, & in quolibet locorum ipſorum Eccleſiam, ſeu Oratorium, cum campanili, campana, „ cæmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis „ conſtruere, & ædificari facere, & ibidem Fratres, „ & Sorores diviſim collocare .... libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, „ tenore præſentium, de ſpeciali gratia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine indulgemus......... „ Felicis recordationis Bonifatii Papæ VIII, Prædeceſſoris noſtri, prohibente, ne Religioſi Ordinum „ Mendicantium loca de novo recipiant, vel recepta mutare valeant, abſque Sedis prædictæ licentia...... & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Præſentibus „ quoad receptionem hujuſmodi locorum poſt decennium a data præſentium computandum minime „ valituris „. Et ex hac derogatione, quæ ad decennium duntaxat conceſſa fuit, liquet, quod ineunte ſeculo decimoquinto Fratres Prædicatores Bonifatii VIII Decretalem adamuſſim ſervabant. Quod ſpectat annum, quo Bonifatii VIII Conſtitutio data eſt, notandum, quod in Actis Capituli Generalis anno 1298 Metis celebrati, ſic legitur: „ Cum „ D. Papa in Sexto Lib. Decretal. decreverit, quod „ Religioſi Mendicantes nova loca non recipiant, „ nec recepta mutent, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, inhibemus diſtrictius, ne aliquis Frater pro hujuſmodi licentia ad dictam Sedem accedat, vel quomodolibet procuret, Magiſtro Ordinis inconſulto.

V. Notandum tertio, quod ex Martini V Conſtitutione V, data anno 1418 = Sacer Ordo = Tom.II pag.534: & XX, data eodem anno = Sacer Ordo = Ibid.

Digitized by Google

Ibid. pag 551 : Sixti IV Conſt.CL, data anno 1481 = Moti devotione = Tom.III pag.602, aliiſque paſſim, quibus poteſtas fit Ordinis Prædicatorum alumnis, ut, non obſtante Bonifatii VIII Conſtitutione, Cœnobia fundare poſſint, evidens eſt, eidem Bonifatii Conſtitutioni fuiſſe pluries derogatum. Quod etiam liquet ex variis id genus privilegiis conceſſis ceteris Fratribus Mendicantibus, quæ recenſet Paſſerinus ad Caput = Cum ex eo = Tom.V in Sextum Decretal. pag.363 Num.3.

VI. Notandum quarto, quod Concilium Tridentinum Seſſ.25 Cap.3 de Regul., & Monial. inhibet, „ ne de cetero ſimilia loca (Religioſa) erigantur ſine Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta „. Hinc in Conſtitutionibus noſtris Diſt.2 Cap.I Lit.a ſic legere eſt: „ Declaramus, quod de jure antiquo communi, Religioſi Mendicantes non poterant novas domos, vel nova loca ad habitandum recipere, nec recepta mutare, alienare, aut relinquere, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, plene, atque expreſſe, de prohibitione hujuſmodi mentionem faciente; alias fuiſſent excommunicati, ut habetur de Exceſſibus Prælat. Cap. unico Lib.6, & in Clement. Cupientes de pœnis: ceterum poſt diverſa Privilegia, hac in parte Ordini noſtro conceſſa, Concilium Tridentinum decrevit ſufficere ſolius loci Ordinarii licentiam, ad hoc, ut Conventus, & loca nova Mendicantes recipiant, dum ſtatuit iſtud Seſſ.25 de Regular. Cap.3: De cetero ſimilia loca &c. & ideo ab omnibus Concilio Tridentino ſtandum eſt „. Quæ ultima verba notes velim: licet enim non deſint Privilegia, etiam poſt Concilium Tridentinum, Ordini Prædicatorum conceſſa, & in primis S. Pii V Conſtitutio Numero I laudata, quibus poteſtas fit Fratribus noſtris, ut, ſine cujuſvis licentia, Conventus, & Monaſteria, de novo conſtituere queant, hanc tamen facultatem revocatam fuiſſe, liquet ex Urbani VIII Conſt.XIII, anno 1624 data = Romanus Pontifex = Tom.VI pag.31. Standum igitur Decreto Tridentini Concilii, ut in Conſtitutionibus noſtris dicitur loco mox laudato: verum quod ſpectat hæc verba *AB OMNIBUS*, & cetera quæ præcedunt, ſciendum, quod hæc in Conſtitutionibus noſtris legebantur ante editam Innocentii X Conſtitutionem, de qua mox dicetur.

VII. Notandum igitur quinto, quod ex Innocentii X Conſt.XXI, data anno 1652 = Inſtaurandæ = Tom.VI pag.166 in Italia, & Inſulis adjacentibus, Sedis Apoſtolicæ licentia ſpecialis, omnino neceſſaria eſt ad Conventus de novo fundandos. Sic enim loquitur ibidem Summus ille Pontifex: „ Verum, quia parum eſt mala præcidere, niſi etiam malorum cauſa, & radix evellatur, Conſtitutiones felicis record. Bonifatii VIII, quæ incipit = Cum ex eo = necnon Clementis VIII incipien. = Quoniam ad inſtitutam = aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper erectione novorum Conventuum editas, earundem tenores innovantes, illiſque addentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cujuſvis alterius Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, in aliqua Civitate, Caſtro, Villa, ſeu loco, ad habitandum domos, vel loca quæcunque de novo recipere, ſeu Monaſteria, Conventus, vel Collegia incipere, vel fundare præſumat, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentionem, in ſcriptis, & gratis concedenda, prævia examinatione Congregationis, negotiis Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitæ. Si ſecus egerint, eo ipſo incurrant pœnas privationis, & inhabilitatis, ut ſupra, inflictas: & nihilominus receptiones, & fundationes, & erectiones, ſint ipſo jure nullæ, & invalidæ, & domus, ac loca ipſa, & perſonæ in eis degentes, omnino eidem juriſdictioni, viſitationi, correctioni Ordinarii loci, plene in omnibus ſubjaceant. Intendimus autem in præmiſſis, etiam ultra Italiam, & Inſulas adjacentes, prout expedire viderimus, providere „. Ex quibus ultimis verbis, & ex iſtis, quæ præceſſerant = *Exiſten. intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium* =

VIII. Notandum ſexto, quod Innocentii Conſtitutio mox laudata non loquitur de Conventibus extra Italiam, & Inſulas adjacentes fundandis. Hinc pro Conventibus iſtis extra Italiam, & Inſulas adjacentes fundandis ſtandum Decreto Tridentini Concilii, eo prorſus modo, quem ex Conſtitutionibus noſtris ſervandum eſſe, dictum fuit. Si quid in hoc difficultatis reperiatur, conſulendi *Proſper Fagnanus*, ceterique Scriptores celeberrimi, quos laudat, & excipit *Paſſerinus* ad Caput = *Cum ex eo* = in SextumDecretal. Tom.V pag.364 &c. Nec obſtat Urbani VIII Conſtitutio = Romanus Pontifex = quæ, uti diximus Numero VI revocat facultatem, Conventus, ſine cujuſvis licentia, fundandi. Ut enim optime diſſerit Paſſerinus: „ Urbanus VIII in dicta Conſtitutione non revocat antiqua privilegia, ſed licentias poſt Concilium Tridentinum obtentas erigendi Conventus, non ſervata Decretorum forma, ut patet ibi „ (verba Conſtitutionis Urbani refert, & addit) „ unde duo genera licentiarum annullat, ſcilicet, licentias erigendi Conventus, ſervata ſola forma Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini contra alia Decreta Sedis Apoſtolicæ, ſcilicet Clementis VIII, & Gregorii XV. Et ſecundo revocat licentias erigendi Conventus, etiam non ſervata forma Concilii, ſi aliquæ conceſſæ fuerunt. Non vero revocat licentias antea datas erigendi Conventus ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, dum adſit licentia Ordinarii, & ſervetur forma Conſtitutionum Clementis VIII, & Gregorii XV.

IX. Notandum ſeptimo, quod Clemens VIII, & Gregorius XV mox laudati, modum præſcribunt, quo facultatem pro novis Conventibus fundandis concedere debent Ordinarii locorum. „ Declaramus, inquit Clemens VIII in Conſt.CV, data anno 1603 = Quoniam ad inſtitutam = Tom.V pag.608 „ locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad novos Conventus cujuſvis, etiam Mendicantium, Ordinis, in Civitatibus, & locis, eorum ordinariæ juriſdictioni ſubjectis, erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum, in eiſdem Civitatibus exiſtentium, Conventuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & aliis intereſſe habentibus, & cauſa, ſervatis ſervandis, cognita, conſtiterit, in eiſdem Civitatibus, & locis, novos hujuſmodi erigendos Conventus, ſine aliorum detrimento commode ſuſtentari poſſe. Si vero ab eorum in hujuſmodi cauſis ſententiis, ad Nos, & Apoſtolicam Sedem provocari, & appellari contigerit, ipſos Ordinarios, tandiu erectionem novorum Conventuum ſuſpendere debere, quouſque a Nobis, & Apoſtolica Sede, in eadem cauſa pronunciatum extiterit. Quam Clementis Conſtitutionem firmans, & augens Gregorius XV Conſt.II, data anno 1621 = Cum

alias =

alias = Tom.VI pag.3, jubet etiam, vocandos alios Religioſos intra ſpatium quatuor milliarium à loco erectionis exiſtentes, ipſoſque Incolas, & Habitatores. Clementis VIII Conſtitutionis mentio fit in Ordinis Prædicatorum Conſt.Diſt.II Cap.I Lit.a pag.157 „ Item denunciamus, quod Clemens VIII &c. Itaque, ut ibidem dicitur pag.158 „ in erectione, vel acceptatione novorum Conventuum, hi quorum „ intereſt, meminerint, ut ab Epiſcopo licentiam „ petant; quam ſi non obtinuerint, Reverendiſſimum „ Magiſtrum Ordinis, vel ejus Procuratorem admoneant.

X. Notandum octavo, quod Gregorius XV in Conſtitutione mox laudata *disjunctive* loquitur. Cum enim dixiſſet vocandos, & audiendos eſſe ceteros Religioſos, addit: „ vel alias Ordinariis locorum conſtiterit, Religioſos Monaſterii, Conventus, ſeu „ Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ, „ abſque detrimento Religioſorum in Monaſteriis, „ ſeu Domibus antea in Civitatibus, ſeu locis hujuſmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commode, & congrue manuteneri, & ali poſſe. Ex hac disjunctione *Paſſerinus* ſæpius laudatus colligit Primo: quod conſenſus aliorum Religioſorum non eſt abſolute neceſſarius, &, ſi nulla legitima ratione fulti diſſentiant, ipſis invitis, Epiſcopus licentiam concedere poteſt, ſecus ſi juſta de cauſa diſſentiant. Ubi obiter notat idem celeberrimus Scriptor: hac de re illud ſolum detrimentum attendi debere, quod de præſenti immineat contra jus quæſitum, non vero contra jus, ſeu lucrum acquirendum in futuro. Secundo: idem cenſet de ceteris intereſſe habentibus. Tertio: idem docet de Parocho, quem putat in hac cauſæ cognitione vocandum non eſſe. Quarto: colligit, quod detrimentum concurſus Populi ad Eccleſias in loco præexiſtentes non eſt attendendum, ut ex eo negetur erectio novi Conventus. Quinto: quod ſi Conventus erigendus habet redditus ſufficientes pro ſuſtentatione poteſt erigi, etiam invitis aliis Religioſis. Hæc ille, quem conſulas velim.

XI. Notandum nono, quod *Clemens VIII*, & *Gregorius XV* in Conſtitutionibus mox laudatis illum cujus licentiam requirunt, non Epiſcopum, ſed Ordinarium loci vocant: quo nomine nuncupantur omnes, qui territorium, & in ipſo juriſdictionem habent ordinariam, uti paſſim docent Auctores. Hinc ipſimet Abbates, & id genus ceteri (ſi territorium proprium, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant) facultatem, de qua loquimur, concedere poſſunt, licet ipſimet Vicarii Generales Epiſcoporum id præſtare nequeant, ſi ſpeciale mandatum non habent, uti decrevit Sacra Congregatio Concilii anno 1620, die 11 Julii, & 1633 die 19 Januarii apud Auctores, quos laudat, & excipit *Donatus* in Rerum Regularium Praxi T.I Parte II Tract.I Quæſt.XVIII pag.13.

XII. Notandum decimo, quod Conſtitutiones noſtræ loco laudato Num.VI non de Monaſteriis Monialium, ſed de Conventibus Virorum loquuntur. Ut enim ex *Proſpero Fagnano* Cap. = *Grave* = Numero 53 notat *Paſſerinus* ad Cap. = *Cum ex eo* = pag.368 num.31, licet de jure communi antiquo ad erectionem Monaſteriorum Monialium ſufficeret licentia Ordinarii, nunc tamen non eriguntur niſi de licentia Sedis Apoſtolicæ. Huc ſpectant declarationes S. Congregationis Epiſcop., & Regul, in Conſentin. 13 Maii 1603, & in Bononien. 15 Septembris 1603: & alia 12 Aprilis 1615, quarum meminit *Paſſerinus* loco laudato.

XIII. Notandum undecimo, quod S. Apoſtolicæ Viſitationis Congregatio, de mandato *Urbani VIII*, in ejuſdem S. Pontificis Conſt.CXXXI, data anno 1625 die 30 Junii = De mandato = Tom.VII pag.287, inhibuit, ne Fratres, aut Moniales cujuslibet Ordinis, ædificia, vel Altaria conſtruant, vel aliquam inſolitam Imaginem, quæ pietatem præ ſe non ferat, in ſacris ædibus ponant, contra præſcriptum S. Concilii Tridentini.

XIV. Notandum Duodecimo, ex communi ſententia Doctorum quos laudat & excipit *Paſſerinus* ad Cap. = *Cum ex eo* = pag. 369 &c., quod in receptione, vel erectione ſimplicis Hoſpitii proprie dicti non eſt neceſſario ſervanda forma quam *Clemens VIII*, & *Gregorius XV* præſcribunt pro Conventibus, Monaſteriis, domibus, & locis Religioſis de novo conſtituendis. Conſtitutiones ſiquidem prædictorum Summorum Pontificum loquuntur dumtaxat de quibuſcunque locis quæ recipiuntur, fundantur, vel eriguntur pro habitatione continua, & fixa Religioſorum, qui, ut ibi poſſint exercere munia, quæ ſibi competunt, ſacras ædes publicas habent, in quibus divinis rebus publice vacant, Sacramenta miniſtrant, verbum Dei prædicant, & id genus cetera præſtant quæ Religioſorum ſpectant inſtitutum. Hæc loca, quocunque nomine nuncupentur, comprehenduntur in Conſtitutionibus, & Decretis, de quibus agitur. Et hujuſce generis ſunt Hoſpitia, quæ ſuppreſſa voluit *Innocentius X* in prælaudata Conſtitutione = *Inſtaurandæ* = ut ex ipſius verbis videre eſt. Verum ſimplex Hoſpitium proprie dictum de quo nunc loquimur, illud eſt, inquit Paſſerinus „ quod non „ habet Eccleſiam, ſed tantum Oratorium privatum, „ cujus ingreſſus immediate in viam publicam non „ reſpondeat, nec ſit in plano, nec habeat campanam, nec continuam habitationem, ſeu manſionem „ Religioſorum, niſi forſan infirmorum, & ſervientium, nec habeat ſepulturam; niſi ſpecialiter concedatur, & ibi non poſſint miniſtrari Sacramenta.

XV. Notandum Decimotertio, quod ex *Gregorii XV* Conſt.II, data 17 Aug. 1621 = *Cum alias* = Tom.VI pag.3 decretum eſt „ quod de cetero Monaſ„ terium, Conventus, Domus, Congregatio, vel „ Societas Religioſorum, ſeu Regularium, cujuſ„ cunque, etiam Mendicantium, Ordinis, Socie„ tatis, & inſtituti, quocunque nomine nuncupen„ tur, etiamſi de illis particularis, expreſſa, & ſpeci„ fica mentio habenda eſſet, in quacunque civitate, „ vel oppido, ſeu quocunque alio loco non erigan„ tur, niſi in eo ſaltem duodecim Fratres, aut Mo„ nachi, ſeu Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, „ & ex conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant „. Idem longe antea cautum Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.I Textu II ubi ſic legitur: „ Conventus „ citra numerum duodenarium Fratrum profeſſo„ rum...... non admittatur „. Et ibidem Lit. E: „ Quare in poſterum nulla domus in Prioratum eriga„ tur, aut erecta intelligatur, quantumcunque con„ ceſſio qualibet facta fuerit, niſi per annum inte„ grum antea duodecim Fratres religioſe aluerit, & „ pro religioſis neceſſitatibus plene providerit, ut in „ iiſdem Capitulis ordinatum eſt „. In Comitiis ſcilicet generalibus Valentiæ 1596: Romæ 1601: Valliſoleti 1605: Romæ 1608. „ Quod quidem „ ut ibidem notatur „ Indiarum Provincias non aſtringit: „ tum quia ex antiquiore Privilegio Clementis VII „ poterant earum Conventus eſſe cum numero ſepte„ nario: tum etiam quia Salmanticæ 1551 Declar.5 „ declaratum fuit, in Provinciis Indiarum numerum

„ Sena-

„ Senarium Fratrum ad Conventum conſtruendum „
„ ſufficere, prout eis auctoritate Apoſtolica conceſ-
„ ſum eſt.

De eodem duodenario numero conſulenda Conſ-
titutio == Sanctiſſimus == XLIII Innocentii XII To-
mo VII pag.362, ubi, cetera inter S. Congregatio-
nis ſuper Diſciplina Regulari Decreta, hoc habetur:
„ Porro, ne Regularis Diſciplina, dum in Conven-
„ tibus jam erectis ſtatuitur, relaxetur in erigendis,
„ & quod una ex parte conſtruitur, ſimul ex altera „
„ deſtruatur, Sacra Congregatio, Sanctitate ſua „
„ ſimiliter approbante, ſtatuit, atque decernit, nul-
„ la in poſterum Monaſteria, Collegia, Domos,
„ Conventus, aut alia Religioſorum virorum loca,
„ fundari, erigi, aut quovis modo inſtitui debere,
„ niſi ſub expreſſa obligatione exactæ vitæ communis
„ ab omnibus Religioſis ibi commorantibus perpetuo,
„ & inviolate ſervandæ, ac propterea nullas deinceps
„ admittendas hujuſmodi fundationes, niſi, præter
„ alia ad id requiſita, prius legitime conſtiterit, adeſ-
„ ſe annuos redditus, vel certam eleemoſynarum „
„ ſpem, quibus duodecim ſaltem Religioſi in exacta
„ vita communi commode valeant ſuſtentari.

Ceterum quomodo computandi ſint redditus, ha-
betur ex S. Congregatione Concilii, inter cujus De-
creta Generalia leguntur iſta: Die 15 Aprilis 1628.
„ Debent computari pro ſingulis Fratribus, etiam
„ habita ratione Infirmorum, expenſæ victus & veſ-
„ titus, in ſumma quæ non ſit minor ſcutorum quin-
„ quaginta, nec major ſexaginta.

„ Duodecim Fratribus Clericis aſſignentur duo
„ Converſi, vel Tertiarii, ſeu ad ſummum tres.

Ad eundem duodenarium numerum ſpectat De-
cretum *de Celebratione Miſſarum*, quod legitur To-
mo VII pag.283. Eſt, inter Urbani VIII Conſtitutio-
nes, CXXX == *Cum ſæpe contingat* == Datum fuit
21 Junii 1625. Videas etiam Conſtitutiones laudatas
Titulo II Quæſt. I Num.55.

XVI. Notandum decimoquarto, quod licet præ-
ter pœnas excommunicationis latæ ſententiæ, priva-
tionis ipſo facto Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis
ad illa, nec non privationis utriuſque vocis, ſeu jure
ſuffragii, quibus afficiuntur illi qui, non ſervata for-
ma debita, novos Conventus recipiunt, vel erigunt,
alia inſuper conſtituta ſit, pœna ſcilicet nullitatis: ni-
hilominus qui jure præſcriptionis poſſident, hac de
re moleſtari non debent, etiamſi facultas, vi cujus
Conventus conſtructus eſt exhiberi non poſſit. Ex
præſcriptione ſiquidem præſumitur juſtus titulus, cum
de contrario non conſtat. Quæſtionem illam alio mo-
do ſolvit *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom.I
Parte II Tract.I Quæſt.XII pag.8. Quærit, an Regu-
lares libere, & licite poſſint retinere Monaſteria, ſi
Epiſcopi conſenſum pro illorum fundatione nequeant
exhibere? Reſpondet „ quod ſi Regulares in hoc mo-
„ leſtentur infra decennium, tenentur utique docere
„ de conſenſu prædicto, ſecus autem ſupra decen-
„ nium; & eſt deciſio Sixti V, facta ad inſtantiam „
„ Fratrum Minorum, quam per extenſum refert Jo-
„ hannes Baptiſta Confeitius pag.219 „. Hæc *Donatus*
qui Breve *Sixti V* exhibet ibidem.

XVII. Notandum decimoquinto, quod ex Conſ-
titutionibus noſtris Diſt.II Cap.I Textu I Lit.B „ Nul-
„ lus Frater cujuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſ-
„ tat, ſine licentia Generalis Capituli, vel Magiſ-
„ tri Ordinis, ædificandorum Conventuum cauſa,
„ poteſt ullo modo loca recipere „. Cavendum au-
tem quam diligentiſſime, ut ibidem legere eſt „ ne „
„ Domus aliquæ cum incongruis conditionibus, &
„ gravibus oneribus recipiantur........ In Capitu-
„ lo autem Valliſoletan. 1605 ſic dicitur: Ordinamus
„ ne ulla unquam Domus, ſive Fratrum, ſive Mo-
„ nialium, etiam ad petitionem cujuſcunque, etiam
„ Principis, deinceps conſtituatur, in qua novæ cæ-
„ remoniæ, leges, ordinationes, pœnæ, pœniten-
„ tiæ, modus vivendi, vel veſtiendi, vel alia quæ-
„ cunque inducenda, & obſervanda ſunt, quæ diſ-
„ ponant aliquid præter noſtras conſtitutiones, vel
„ Ordini noſtro contraria, & ab eo aliena eſſe vi-
„ deantur. Quod ſi ſecus &c.

XVIII. Notandum Decimoſexto, quod ſi Cœno-
bium vel ab hoſtibus deſtructum fuit, vel incendio pe-
riit, vel alia juſta de cauſa ſit in eodem loco de novo
conſtruendum, talis ædificatio, licet nova ſecundum
materiam, abſolute tamen nova Conventus erectio di-
ci nequit, cum ex Cœnobii deſtructione Religioſi non
amiſerint jus quæſitum quod habent ibidem habitan-
di, & ideo nova illa Conventus ædificatio non ſubja-
cet Decretis Apoſtolicis quæ ſervanda diximus pro
nova Conventus erectione. *Paſſerinus ad caput == Cum
ex eo == T.V in ſext. Decret. pag.382 num.92.* Idem
dicendum cenſet *num.92* de Conventus ampliatione
quæ nulli præjudicium affert. Quod etiam probat,
quia prohibitus acquirere novum jus non venit contra
prohibitionem, ſi jus acquiſitum augmentet. Circa
recuperationem vero Conventus notat ibidem *num.95*
quod ſi reſtituitur Religioſis habitatio quæ de jure de-
bebatur ipſis, tunc etiam, quia novum jus non acqui-
ritur, ſervandæ non ſunt prædictarum Conſtitutio-
num ſolemnitates.

XIX. Notandum Decimoſeptimo, quod licet ad
perficiendum, vel reficiendum Cœnobium nulla-
tenus neceſſariæ ſint prædictarum Pontificiarum Con-
ſtitutionum ſolemnitates, ſervanda tamen eſt Sixti V
Conſt.XXV, data 27 Auguſti 1588 == Notum faci-
mus == Tom.V pag.467, ubi hæc habet: „ Sanctitas
„ Sua confirmat, & ordinat, ſi opus eſt, de novo, id
„ quod alias in ſupradicto Ordine (Prædicatorum)
„ fuerat ordinatum, videlicet, quod non fiat ædifi-
„ cium aliquod, vel conſtructio notabilis, in aliquo
„ Conventu, notabilis inquam, reſpective juxta
„ Conventus quantitatem, & qualitatem, niſi de aſ-
„ ſenſu majoris partis Patrum a conſiliis, & cum con-
„ ſilio peritorum, ſimul etiam cum conſilio Provin-
„ cialis. Rurſus quod ab uno Prælato inceptum eſt,
„ ſubſequens proſequatur, ita quod non poſſit nova
„ ædificia inchoare, ſi priora non ſunt finita. Præci-
„ pit etiam idipſum ſervari in Monaſteriis Monialium,
„ ita quod non poſſint Prioriſſæ ædificium notabile
„ inchoare ſine aſſenſu majoris partis Matrum a conſi-
„ liis ſimul cum licentia Provincialis, & cum perito-
„ rum conſilio, nec ullo modo ædificia nova aggre-
„ diantur, quouſque jam inchoata ſint finita. Prior
„ autem Provincialis, vel Conventualis, vel Prio-
„ riſſa, ſi contra ordinationem iſtam agere præ-
„ ſumpſerit, ipſo facto excommunicationem incur-
„ rat, & officio privetur. Vi autem hujus prohibitio-
„ nis non interdicitur, quin poſſint inchoari illa ædi-
„ ficia, quæ extra Conventus fiunt, quibus annui
„ redditus creſcunt, & promoventur, dummodo in
„ iſtis etiam conſtructionibus, ſi ſint notabiles, præ-
„ cedant conſenſus, & licentia, juxta ſupradicta „.
Hujuſce Pontificii Decreti mentio fit in Conſtitutio-
nibus noſtris Diſt. II Cap.I Textu VII lit. M. Sed
nota, quod Capitulum Romanum ex cujus Actis De-
cretum Sixti V ibidem tranſcriptum fuit, errore Ty-
pographi coactum dicitur anno 1583, quo ſcilicet ſe-
debat Gregorius XIII; legendum 1589.

QUÆS-

Digitized by Google

QUÆSTIO III.

Quo ſpatio cetera Domus Religioſa diſtare debeant a Cœnobiis Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. CEntum & qnadraginta cannarum ſpatium conſtituit Bonifatius IX in Conſtitutione = Sacræ Religionis =

II. Bonifatins IX Deceſſores, ac Succeſſores ſuos, Romanos Pontifices, conſentientes habet.

III. Nec revocatum fuit hoc privilegium, ſed eſt in uſu.

Cui non officit peculiaris Conventus negligentia, ſi quæ reperiatur.

IV. Monaſteria Monialium prope Cœnobia virorum conſtituenda non ſunt.

Maxime ſi proſpectus adſit.

V. Qui removeri debet, ſicut & omne id quod clauſuræ præjudicare poteſt.

Id deſtruitur expenſis ejus qui fecit. Si non adſit tertius, id fit expenſis Monaſterii.

I. CEntum, & quadraginta cannarum ſpatium conſtituit Bonifatius IX in Conſt.CCXX data anno 1402, die 27 Aprilis = Sacræ Religionis = Tom.II pag.447, cnjus hæc verba: „ Statuimus, & „ etiam ordinamus.... quod nulli de Ordine Mendi- „ cantium juxta Eccleſias, vel Oratoria, dictorum „ Fratrum Prædicatorum, ubilibet conſtituta, Ec- „ cleſias, vel Oratoria alia infra centum & quadra- „ ginta cannarum ſpatium conſtruere, ſeu conſtrui „ facere, aut conſtructa recipere poſſint, aut de- „ beant, ſeu quoquo modo præſumant.

II. Deceſſores, ac Succeſſores ſuos Romanos Pontifices conſentientes habet Bonifatius IX, licet ex illis aliqui majus, alii minus ſpatium conſtituerint. Alexander IV Conſt.CLXXXV, data an.1257 die 5 Octobris = Paci ac tranquillitati = Tom.I pag.353 decernit, quamcunque Religioſam domum ducentis paſſibus diſtare debere ab Urbevetano Cœnobio Fratrum Prædicatorum. Idem eodem anno die 18 Octobris ab eodem Alexandro IV ſancitum fnit pro Conventu Bononienſi: uti videre eſt ex Conſt.CLXXXVIII = Paci & tranquillitati = Tom.I pag 354. In Conſtitutione vero CCLXXVIII, data anno 1260 die 11 Octobris = Paci & tranquillitati = Tom.I pag.396 pro Cœnobio Placentino ſpatium trecentarum cannarum conſtituie. Clemens etiam IV in Conſtit.XXXIV, data anno 1265 die 20 Nov. = Ad conſequendam = Tom.I pag.466 jubet, qnamlibet Religioſam domum in paupertate fundatam trecentis cannis diſtare debere a Cœnobiis Fratrum Prædicatornm. In Conſtitutione autem LXXXVI, data anno 1268 die 28 Junii = Quia plerumque = Tom.I pag.495 illud ſpatium trecentarum cannarum coarctat & reducit ad centum quadraginta cannas. Bonifatins VIII in Conſt.XX, data anno 1298 die 22 Aprilis = Sua Nobis = Tom.II pag.54, nt cujuslibet Ordinis extruenda Cœnobia centum, & quadraginta cannis diſtent a Conventibus Fratrum Prædicatorum, & ut infra hoc ſpatium conſtructa diruantur, ex prælaudata Clementis IV Conſtitutione decernit. Illud idem ſpatium centum quadraginta cannarum conſtitnit Urbanus VI Conſt.IX, data anno 1381 die 28 Junii = Quia plerumque = Tom.II pag.301. Martinus V Conſt.CCXLII, data anno 1429 die 11 Maii = Ad hoc nos = Tom.II

pag.695 majus requirit. Innocen.VIII Conſt.XLVII, data an.1487 die 28 Octobris = Juſtis & honeſtis = Tom.IV pag.29 Conſtitutionem Clementis IV, quæ ſpatium trecentarum cannarum præſcribit, a Burdigalenſibus Fratribus ſervandam jubet. Alexander vero VII Conſt.XXXII, data anno 1663 die 6 Auguſti = Alias pro parte = Tom.VI pag.203 prohibet fundationes Conventuum Religioſorum intra ſpatium quatuor, vel quinque, leucarum a jam erectis.

Quæ Fratribus Minoribus, Auguſtinianis, Minimis, Ciſtercienſibus, Carthuſianis, & Jeſuitis bac de re conceſſa ſunt privilegia refert *Donatus* in Rerum Regular. Praxi Tom.I Parte II Tract.II Quæſt.XIII.

III. Notandum Primo, quod hoc privilegium de diſtantia centum quadraginta cannarum non fuit revocatum, & eſt in uſu, nec poteſt abrogari per non uſum, vel ex particularis Conventus negligentia. Hinc præexiſtentes Conventus hoc privilegio ſe tueri poſſunt contra novam erectionem, maxime ſi Conventus præexiſtens indiget illo ſitu. Quæ omnia fuſius proſequitur, ac probat *Paſſerinus* ad Caput = Cum ex eo = Tom.V in Sext.Decretal. pag.379 &c. Eadem de re conſulendus *Donatus* in Rerum Regul. Praxi Tom.I Parte II Tract.II Quæſt.XIV, & XV.

IV. Nutandum ſecundo, quod Sac. Congregatio Epiſc. & Regul. ſæpius decrevit, Monaſteria Monialium conſtituenda non eſſe prope Cœnobia virorum, maxime ſi proſpectus adſit. Ita ſancitum anno 1596 die 2 Maii apud *Nicolium* in Floſc.V.Monialis num.17: anno 1690 die 5 Maii in Aſculana: anno 1693 die 16 Januarii in Brunduſina apud *Franciſcum Monacellum* in Formulario Legali. Nec nova diſciplina, ſic enim ex Hiſpalenſi Concilio jam pridem decretum legitur Can. = Monaſteria puellarum = XVIII Quæſt.II.

V. Notandum Tertio, quod proſpectus in Monaſteria, & omne id quod clauſuræ præjudicare poteſt, debet omnino removeri, expenſis ejus qui fecit: & ubi non eſt tertins, expenſis Monaſterii, ad quod Ordinarius cogere debet, etiam in Monaſteriis, quæ reguntur a Regularibus, ut decrevit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. 1578 die 12 Maii in Reatina: anno 1647 die 15 Februarii, & 1648 die 19 Junii.

QUÆSTIO IV.

Utrum conceſſerint Summi Pontifices, ut, ſi Diœceſanus Epiſcopus eſſet difficilis, Fratres Prædicatores adire poſſent Epiſcopum benevolum, qui ad Eccleſias conſtruendas primarium lapidem poneret, conſtructas conſecraret, & Cæmeteria benediceret &c.?

SUMMARIUM.

I. ID olim conceſſum ab Honorio III.

II. Qui complures ex Succeſſoribus ſuis conſentientes habet.

III. Leo tamen X, ſacro approbante Concilio Lateranenſi, moderatus eſt hoc Privilegium.

IV. Quod a S. Tridentino Concilio revocatum videtur.

V. Et hoc intelligendum de ſolemni conſecratione duntaxat Eccleſiarum, vel Altarium.

Nam Regulares benedicere poſſunt ſuas Eccleſias, Oratoria, Cæmeteria: eaque reconciliare.

VI. Quæ Benedictio non eſt actus juriſdictionis, ſed Ordinis.

In quo conſiſtat.

Digitized by Google

VII. Id Regularibus conceſſum pro ſuis duntaxat Eccleſiis, non autem pro ſecularibus.

VIII. Nec id poſſunt Regulares omnes, ſed Prælati duntaxat, etiam locales, qui principalem, & ordinariam poteſtatem habent ſuper Conventibus.

IX. Privilegium a Leone X hac de re conceſſum Fratribus Ordinis Minorum refertur.

X. Ex hoc Privilegio poſſunt Prælati Regulares Eccleſias pollutas reconciliare.

Requiritur ad hoc aqua, cum vino, & cinere benedicta ab Epiſcopo.

Nec eſt neceſſe quod Epiſcopus ille ſit Diœceſanus.

Id probat privilegium a *Bonifatio IX* conceſſum Benedictinis.

Idem conceſſit Leo X in privilegio, mox laudato, ſi Diœceſanus diſtet ultra duas diætas.

Quid, & quotuplex ſit diæta?

Quænam illa de qua Leo X loquitur?

Idem dicendum ſi Sedes vacat.

XI. Si Eccleſia, reconcilianda, non erat prius conſecrata, reconciliari poterit cum aqua luſtrali, & quidem a ſimplici Sacerdote.

Decet tamen ut a Prælato, vel a perſona in dignitate conſtituta, reconcilietur.

XII. Privilegium illud habent Fratres Prædicatores non ſolum vi communicationis, ſed etiam ex ſpecialibus conceſſionibus.

Id a Clemente V conceſſum Priori Conventus Burdigalenſis, & ejus locum tenenti.

XIII. Eandem facultatem S. Pius V impertitus eſt Provincialibus, & Prioribus Conventuum ejuſdem Ordinis in Gallia.

XIV. Idem ab Innocentio VIII indultum Priori Conventus Regii San-Maximinenſis.

Cui etiam concedit facultatem benedicendi mappas, veſtes, & alia ornamenta Eccleſiaſtica.

XV. Benedicti XIII Conſtitutio ea de re laudatur.

I. FRatres Prædicatores Epiſcopum benevolum, adire poſſe, qui ad Eccleſias conſtruendas primarium lapidem ponat, conſtructas conſecret, Cæmeteria benedicat &c. ſi Diœceſanus ſit difficilis, conceſſit Honorius III Conſtitut. VI, data die 7 Decembris 1217 = Ex parte veſtra = Tom.I pag.5 dicens: „ Auctoritate præſentium indulgemus, ut, ſi Diœ„ ceſani prædicti, a vobis (Fratres Prædicatores al„ loquitur) humiliter requiſiti, hujuſmodi lapidem „ in prædictis Eccleſiis, vel Oratoriis ponere, ac „ Eccleſias, vel Oratoria prædicta, ac etiam Alta„ ria veſtra conſecrare, & Cæmeteria benedicere, de„ negaverint, vel id facere ultra quatuor menſes di„ ſtulerint, vos per quoſcunque malueritis Epiſco„ pos, gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ „ habentes, præmiſſa recipere licite valeatis.

II. Honorius III conſentientes habet Alexandrum IV Conſt.CCV, data die 12 Aprilis 1258 = Religioſam = Tom.I pag.361: Honorium IV Conſt.VII, data 25 Novembris 1285 = Ex parte veſtra = Tom.II pag.9: Bonifatium IX Conſt.CCXX, data 27 Aprilis 1402 = Sacræ Religionis = Tom.II pag.446: Innocentium VII Conſt.VI, data 7 Maii 1406 = Sinceræ devotionis = Tom.II pag.478.

Paſſerinus de Hominum Statibus & Officiis T.III Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſpect.X Num.*915*, *916*, & *917* cetera laudat Diplomata, quibus Idem Privilegium nonnullis aliis Ordinibus a Summis Pontificibus conceſſum fuit.

III. Notandum Primo, quod hujuſmodi privilegium Leo X, ſacro approbante Concilio Lateranenſi, moderatus eſt Conſt.L, data 19 Decembris 1516 = Dum intra = Tom.IV pag.338 dicens: „ Nec ab „ alieno Epiſcopo conſecrationem Eccleſiæ, vel Al„ taris, aut Cæmeterii benedictionem petere, ſeu in „ Eccleſiis, per eos pro tempore ædificandis, primum „ lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſſint (Regulares) „ niſi ubi Ordinarius bis, aut ter, cum „ debitis reverentia, & inſtantia requiſitus, ſine le„ gitima cauſa id recuſaverit.

IV. Notandum ſecundo, quod Concilium Tridentinum Seſſ.VI de Reformatione Cap.V ſequens edidit Decretum: „ Nulli Epiſcopo liceat, cujuſvis „ privilegii prætextu, Pontificalia in alterius Diœ„ ceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſa licen„ tia, & in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tan„ tum. Si ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exerci„ tio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione Or„ dinum ſint ipſo jure ſuſpenſi „. Eadem de re conſulendum aliud ejuſdem Sacræ Synodi Decretum quod legitur Seſſ.XIV de Reformatione Cap.II. Quærunt Auctores, an per hæc Concilii Tridentini laudata verba revocata ſint omnino Regularium Privilegia, de quibus hic agitur. Quid alii ſentiant habes apud *Paſſerinum* Tom.III de Hominum Statibus & Officiis Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſpect.X Num.*920*. Ipſe vero *Paſſerinus*, cujus opinionem probabiliorem puto, ſic ibidem loquitur Num.*921*: „ Exiſtimo pri„ vilegia Regularium in hac parte revocata eſſe per „ Concilium Tridentinum, quod quidem prohibet „ Epiſcopis exercere Pontificalia ſub cujuſvis privi„ legii prætextu, & dictio cujuſvis univerſaliſſime „ diſtribuit pro quocunque privilegio „: quod ſcilicet materiam quam tractamus ſpectat.

V. Notandum Tertio, quod hucuſque dicta, de conſecratione ſolemni Eccleſiarum & Altarium ſunt intelligenda: nam Regulares, etiam nunc, benedicere poſſunt ſuas Eccleſias, Oratoria, Cæmeteria, uti videre eſt apud *Paſſerinum* Tom.III de Hominum Statibus, & Officiis Quæſt. CLXXXIX Art.X Inſp.X Num.*923*. *Julius II* id Patribus Minimis conceſſit Bulla quæ incipit = Dum ad ſacrum = Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDVI, Quinto Kalendas Auguſti, Pontificatus Anno Tertio. Legitur in Bullario Romano Cherubini. En Julii verba: „ Ac quod ipſius Ordinis Mini„ morum Generalis, & Vigiles, ac Provinciales, eo„ rumque Vicegerentes, omnes, & ſingulas, Ordi„ nis Minimorum Eccleſias, Cæmeteria, Capitula, „ & Oratoria, tam in dicta Diœceſi Hiſpalenſi, quam „ ubicunque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, „ ſeu recipienda, ſolemni Benedictione benedicere, „ ac etiam illas, ſeu illa, & illorum quodlibet, ſan„ guinis, ſeu ſeminis, effuſione, ſive alias quomo„ docunque pollutas, ſeu polluta, quotiens opus fo„ ret (aqua tamen prius per aliquem Catholicum An„ tiſtitem, ut moris eſt, benedicta) reconciliare.... „ libere, & licite valerent, licentiam & facultatem „ conceſſimus, pariter, & indulſimus.

VI. Ex quo privilegio, ceteriſque mox laudandis liquet, quod penes Regulares facultas eſt Eccleſias, Oratoria, & Cæmeteria ſolemniter benedicendi, hæc enim benedictio non eſt actus juriſdictionis, ſed Ordinis; & conſiſtit in quadam forma ab Eccleſia tradita. Hanc formam reperire eſt in Rituali Romano, & differt ab ea, quæ pro Dedicatione, & Conſecratione Eccleſiarum deſcribitur in Pontificali.

VII. Nec ex hoc privilegio Regulares benedicere

poſſunt

Digitized by Google

poſſunt Eccleſias ſecularium, ſed ſacras duntaxat ſui
Ordinis ædes.
VIII. Si autem quæras, num Generalibus dunta-
xat, ac Provincialibus hæc facultas data fuerit? *Paſ-
ſerinus* loco mox laudato reſpondet his verbis
Num.925. „ Quia Superiores, aut Vicarii, aut Præ-
„ ſidentes, qui in vacantia Prioratus, aut Guardia-
„ natus præſunt, ſunt ordinarii Superiores, & ba-
„ bent principale regimen Conventuum, ideo illis
„ quoque bæc facultas competit. Quam tamen non
„ credo competere Vicariis, qui in abſentia Præla-
„ torum localium Conventus regunt: hi enim nec
„ Prælati ſunt, nec habent niſi delegatam aucto-
„ ritatem, & ſubordinatam Prælato locali, quorum
„ ſunt Vicarii, vel Miniſtri. Si tamen Provincialis
„ ipſe mittat, vel conſtituat aliquem Præſidentem
„ Conventus in abſentia Prælati localis cum omni
„ auctoritate Prælati, forſan poterit tamquam Vica-
„ rius Provincialis præfata præſtare. Prælati igitur,
„ etiam locales, qui habent principalem, & Ordina-
„ riam poteſtatem ſuper Conventibus poſſunt pro-
„ prias Ecelefias, Cæmeteria, Altaria, & Oratoria
„ ſolemniter benedicere „. Hæc ille ex variis Doc-
toribus quos laudat ibidem.
IX. Huc ſpectat Leonis X Conſtitutio V, data an-
no MDXIV die III Februarii = Religionis ſuadet
honeſtas = Tom.IV pag.299, in qua ſummus ille
Pontifex Fratres Minores ſic alloquitur: „ Cum ita-
„ que, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, dudum fe-
„ licis recordationis Sixtus Papa IV, Prædeceſſor
„ noſter, vobis, ut paramenta, & ornamenta Ec-
„ cleſiaſtica, ac corporalia, & alia, in quibus Chri-
„ ſma non intervenit, benedicere poſſitis, gratioſe
„ conceſſerit, & ab illo tempore in poſſeſſione bene-
„ dicendi paramenta, & corporalia hujuſmodi, ſe-
„ cundum limitationem inter vos in Capitulis veſtris
„ factam, fueritis, ac in diverſis, etiam remotis par-
„ tibus, & Inſulis de novo ab Infidelibus recuperatis
„ diverſæ domus Ordinis veſtri conſtructæ exiſtant,
„ & in diea conſtruantur, & Ordinarii locorum non
„ ſemper in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus reſideant,
„ & interdum in remotis agant, & ſæpius contingat
„ loca, & Cæmeteria earundem domorum ſanguinis
„ effuſione, ſeu alias pollui, ac illarum Fratres non
„ ſemper Ordinarios locorum pro illis reconciliandis
„ adire poſſint, immo quandoque illis grave, ſeu
„ diſpendioſum exiſtat ad illos, quandoque per tres
„ diætas ab eorum domibus diſtantes, aecedere, Nobis
„ bumiliter ſupplicari feciſtis, ut, cum piæ memoriæ
„ Pius Papa II etiam Prædeceſſor noſter dilectis filiis
„ Fratribus Minoribus indultum, Eccleſias, & Cæ-
„ meteria ſua benedicendi, & reconciliandi, conceſ-
„ ſerit, ac interdum ex his præſertim in remotis agen-
„ tes, quandoque per duas diætas, adiri nequeant, vo-
„ bis ſuper his opportune providere, de benignitate
„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religio-
„ ſarum perſonarum vota per quæ eorum diſpendiis
„ obviatur, ac commodis, & profectibus provide-
„ tur, ſtudio earitatis libenter proſequimur, bujuſ-
„ modi ſupplicationibus inclinati, vobis, & pro tem-
„ pore exiſtentibus Generalibus, & Provincialibus,
„ ac Guardianis veſtrorum Ordinis, & obſervantiæ,
„ ut Eccleſias, Oratoria, & loca quæcunque recepta,
„ & recipienda, nondum conſecratæ, ſeu conſe-
„ crata, facta prius requiſitione ab Epiſcopis loco-
„ rum, eiſque recuſantibus, per quemlibet alium
„ Catholicum Epiſcopum, gratiam, & communio-
„ nem dictæ Sedis habentem, eonſecrari facere, ac
„ veſtri Ordinis Generalibus, & Provincialibus, Vi-

„ cariis, & Cuſtodibus, & Guardianis pro tempore
„ exiſtentibus præfatis, ut omnia, & ſingula ejuſ-
„ dem Ordinis, & obſervantiæ Eccleſias, Cæmete-
„ ria, & Capitula, & Oratoria ubicunque exiſtentia,
„ receptas, & recepta, recipiendas, ſeu recipienda,
„ ac paramenta, & ornamenta, ac alia quæcunque
„ ad divinum cultum, & uſum veſtrum neceſſaria,
„ in quibus Chriſma non intervenit, pro veſtro uſu
„ tantum, ſolemni benedictione, ac etiam per Vica-
„ rium, ſeu Guardianos, aut alios ad hoc a vobis in
„ veſtris Capitulis Generalibus proinde deputandos,
„ benedicere, ac illas, ſeu illa, & eorum quælibet,
„ ſanguinis, ſeu ſeminis effuſione, ſeu alias quomo-
„ dolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit,
„ aqua per vos, præſertim in locis remotis, ubi
„ Epiſcopum aquam benedicentem per duas diætas
„ adire non poteritis, benedicta, reconciliare, libe-
„ re, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica, te-
„ nore præſentium, concedimus, & indulgemus.
„ Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Pro-
„ vincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, vel
„ ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus,
„ ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ
„ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die III Fe-
„ bruarii MDXIV, Pontificatus noſtri anno primo.
X. Notandum Quarto, quod ex Leonis X privi-
legio mox laudato Prælati Regulares poſſunt Eccle-
ſias pollutas reconciliare. Ad hoc tamen requiritur
quod Regulares aquam, cum vino, & cinere bene-
dictam, accipiant ab Epiſcopo. Circa quod *Paſſerinus*
Tom.III de Hominum Statibus, & Officiis Quæſtio-
ne CLXXXIX Art.X Inſp.X Num.933 notat: „ quod
„ Regulares poſſint a quocunque Epiſcopo accipere
„ aquam ut ſupra in propria illius Epiſcopi Diœceſi
„ benedictam. Neque enim eſt lex quæ prohibeat, Ec-
„ cleſias in una Diœceſi, ab habente facultatem, re-
„ conciliari per aquam in aliena Diœceſi benedictam,
„ Neque enim aqua perdit benedictionem ex eo quod
„ transportetur de una in aliam Diœceſim „. Hæc
opinio *Paſſerini* firmari poteſt *Bonifatii IX* privile-
gio conceſſo Abbati Caſſinen., & Abbatibus, Priori-
bus, ac Præpoſitis, eidem Abbati, & Monaſterio Caſ-
ſinen. immediate ſubjectis. Legitur in Bullario Caſ-
ſinen. Num XLV. Privilegii verba hæc ſunt. „ Quod
„ Eccleſias, & Cæmeteria ſupradicta per aliquem Sa-
„ cerdotem idoneum reconciliari facere valeatis,
„ quoties fuerit opportunum: aqua prius per ALI-
„ QUEM Antiſtitem, gratiam, & Communionem
„ Apoſtolicæ Sedis habentem, ut eſt moris, benedic-
„ ta, vobis, & cuilibet veſtrum, auctoritate præ-
„ ſentium, concedimus facultatem.
Sciendum tamen quod In terminis Privilegii
Leonis X Fratribus Ordinis Minorum conceſſi, aqua
ab Epiſcopo Diœceſano debet eſſe benedicta, niſi Diœ-
ceſanus ille diſtet ultra duas diætas. Ceterum diæta
duplex eſt. Vulgaris una, quæ ſecundum conſuetu-
dinem regionis attenditur. Legalis alia, quæ viginti
Milliaribus Italiæ conſtat. Quia vero lex terminis le-
galibus utitur, nullus dubito, quin Leo X de Diæta
legali loquatur. Quod autem de tali diſtantia dicitur,
multo magis intelligendum, ſi Sedes, vel morte, vel
renunciatione, vel Epiſcopi depoſitione vacet.
XI. Quæ mox dicta ſunt, de conſecratis Eccleſiis
intelligi debent. Enim vero „ ſi Eccleſia, polluta,
„ non erat prius conſecrata, ſed ſolum benedicta, po-
„ terit „ inquit Paſſerinus Num.935 loco laudato,
„ de jure communi reconciliari a ſimplici Sacerdote,
„ & quidem cum aqua luſtrali communi exorcizata,
„ & benedicta, „ uti colligitur ex Cap. = *Si Eccle-
ſia* =

ſia = de Conſecratione ; & docent ibidem *Gloſſa* V. *Lavetur* : *Panormitanus* ; *Sylveſter &c.* Decet tamen, ut Eccleſia illa reconcilictur a Prælato, vel perſona in dignitate conſtituta : ut ibidem notat *Paſſerinus*.

XII. Nec ſolum ex privilegio ceteris Ordinibns conceſſo Fratres Prædicatores facultatem, de qua loquimur, habent vi communicationis, ſed etiam ex peculiaribus privilegiis eidem Ordini conceſſis. In Codice MS. cui titulus ; *Privilegia &c.*, aſſervato Romæ in Bibliotheca Magiſtri Ordinis : Verbo : *Benedicere*, pag.43 hæc leguntur Num.I : ,, Clemens V per ſuam Bullam, datam Burdigalæ VIII
,, Idus Martii MCCCVII concedit Priori Burdiga-
,, lenſis Conventus, vel ejus locum tenenti, facul-
,, tatem reconciliandi Eccleſiam, vel Cæmeterium,
,, violata, aqua prius per Archiepiſcopum Burdiga-
,, lenſem, vel alium, benedicta, Hæc Bulla eſt in
,, eodem Conventu.

XIII. Ibidem Num.V hæc habentur : *Pius V per alius Breve, datum Romæ XVI Junii MDLXIX iiſdem Superioribus* (Provincialibus ſcilicet, & Prioribus Conventuum Ordinis Prædicatorum in Gallia) *facultatem concedit, reconciliandi Eccleſias, Cæmeteria, ac alia loca pia, polluta ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aqua prius per Epiſcopum benedicta. Hæc Bulla* (conſtitutio ſcilicet, prius enim dixit auctor Codicis, hanc facultatem *per Breve* conceſſam fuiſſe) *eſt in Conventu Redonenſi in Britannia minori.*

XIV. Innocentius VIII Conſtit.LXXXII, data XXII Februarii MCCCCXC = Benignitas Apoſtolicæ Sedis = T.IV pag.61 Regio Conventui San-Maximinenſi, in quo, bene fortunante Deo Optimo Maximo, nomen dedi Ordini Fratrum Prædicatorum, ſequens Privilegium concedit. ,, Quis aliquando con-
,, tingit, Eccleſiam, & Cæmeterium dictæ domus
,, per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis, violari,
,, Priori pro tempore exiſtenti præfato, quod Eccle-
,, ſiam, & Cæmeterium bujuſmodi, quoties oppor-
,, tunum fuerit, aqua prius per aliquem Catholicum
,, Antiſtitem, ut moris eſt, benedicta, reconciliare,
,, ac mappas, veſtes, & alia ornamenta, & para-
,, menta Eccleſiaſtica ad divinum cultum neceſſaria,
,, & deputata in Eccleſiis dictæ domus, benedicere
,, ..., libere, & licite valeat, dicta auctorita-
,, te, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.

XV. Eadem de re conſulenda Benedicti XIII Conſtit.LXXIX, data XXVI Maii MDCCXXVII = Pretioſus = Tom.VI pag.621 Cap.XIV §.XXXIII.

QUÆSTIO V.

Poſſuntne Fratres Prædicatores Eccleſiaſtica veſtimenta, & id genus cetera benedicere?

SUMMARIUM.

I. ID ipſis a Bonifatio IX conceſſum anno 1402 Conſtitutione = Sacræ Religionis =

II. Bonifatius IX, ea de re, conſentientes habet Deceſſores ſuos, Honorium IV, Clementem IV, Bonifatium VIII &c. & ex Succeſſoribus ſuis Julium II, qui id conceſſit Patribus Ordinis Minimorum.

III. Idem a Julio II conceſſum Ordini Eremitarum S. P. Auguſtini.

IV. Leonem X, qui eandem facultatem impertitus eſt Ordini Minorum.

V. Innocentium VIII ſupra laudatum.

VI. S. Pium V, qui id indulſit Ordini S. Hieronymi.

VII. Eundem S. Pium V, a quo idem conceſſum Provincialibus, & Prioribus Conventuum Fratrum Prædicatorum in Gallia.

VIII. Benedictum XIII, qui idem Privilegium a Deceſſoribus ſuis indultum confirmat.

IX. Num Innocentius VIII id conceſſerit cuilibet habenti principale regimen cujuſcunque Monaſterii Ordinis Ciſtercienſis?

Dato, quod iſtud Innocentii VIII Privilegium ſit incertum, hoc non obſtat, quominus cetera certa ſint.

X. Et hæc facultas univerſalis eſt quantum ad res benedicendas, in quarum benedictione non intervenit Sacra Unctio.

Univerſalis eſt etiam quantum ad omnes Prælatos locales, & eorum Vicarios.

XI. Id ad quoslibet Sacerdotes Ordinum Minorum, & Prædicatorum extendunt aliqui.

Sed nec decet, nec expedit.

XII. Quamvis urgere videatur Privilegium a Bonifatio IX conceſſum.

Quod tamen Benedictus XIII interpretatur de Superioribus quibuſcunque, etiam localibus.

XIII. Quo nomine intelligendi omnes, qui principale regimen habent cujuſcunque, ſive Cœnobii, ſive Monaſterii.

Poſſunt igitur iſti, quocunque tandem nomine cenſeantur, uti prædicto privilegio pro ſuis reſpective Eccleſiis.

XIV. Nec enim Prælati Regulares veſtes ſacras, & id genus cetera benedicere poſſunt pro uſu aliarum Eccleſiarum.

Nec ea poſſunt benedicere, in quibus adhibetur Unctio Sacra.

XV. Quæ cum non adhibeatur in benedictione Pixidis, illam benedicere poſſunt.

XVI. De Clauſtro reconciliando.

I. QUod Eccleſiaſtica veſtimenta, & id genus cetera, benedici poſſint a Fratribus Prædicatoribus, conceſſit Bonifatius IX Conſt.CCXX, data XXVII Aprilis MCCCCII = Sacræ Religionis = Tom.II pag.446 dicens : ,, Nos ipſorum Magiſtri, Priorum, & Fratrum (Ordinis Prædicato-
,, rum) in hac parte devotis ſupplicationibus incli-
,, nati, & felicis recordationis Honorii IV, Cle-
,, mentis IV, & Bonifatii VIII, ac nonnullorum
,, aliorum Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum
,, noſtrorum, veſtigiis inhærentes, ut de cetero
,, perpetuis futuris temporibus bujuſmodi Fratres,
,, ubilibet conſtituti, candelas, aquam, ſalem,
,, palmas, & alia ornamenta in eorum Eccleſiis,
,, ſervatis ſolemnitatibus conſuetis, benedicere....
,, poſſint & valeant......... indulgemus.

II. Bonifatius IX conſentientes habet Deceſſores ſuos, quos ipſe laudat, Succeſſores vero Julium Secundum in Bulla, data Romæ V Kalendas Auguſti MDVI. Legitur in Bullario Romano Cherubini, Privilegium ab ipſo Patribus Minimis hac de re conceſſum hujus tenoris eſt : ,, Quodque Generalis, ac
,, illius, necnon Provinciales, & eorum Vicarii,
,, ejuſdem Ordinis Minimorum, corporalia, & alia
,, ornamenta Eccleſiaſtica, ſuorum locorum, & do-
,, morum (præter Calices, & Patenas) benedicere
,, valerent, conceſſimus, ſtatuimus, & ordina-
,, vimus.

III. Eundem Julium Secondum, qui in Conſtitutione data Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVII Junii MDVIII, Pontificatus anno Quinto =

Digitized by Google

to == Etſi ad benemerendum == in Bullario Uſuſmaris pag.248, Fratrem Ægidium Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Priorem Generalem ſic alloquitur: „ Dedimus præterea tibi poteſtatem ſacrandi, bene- „ dicendique corporalia, veſtes, & ea, quæ ſacris „ uſibus neceſſaria ſunt. Quo quidem munere tam te, „ quam qui pro tempore erunt, aut Generalis, aut „ Vicarius, fungi poſſe decernimus.

IV. Leonem X Conſt.V, data pro Fratribus Minoribus III Februarii MDXIV == Religionis ſuadet honeſtas == Tom.IV hujuſce Bullarii pag.299, ubi ſic ipſos alloquitur: „ Nos...... ut..... paramen- „ ta, & ornamenta alia quæcunque, ad divinum „ cultum, & uſum veſtrum neceſſaria, in quibus „ Chriſma non intervenit, pro veſtro uſu tantum, „ ſolemni benedictione, ac etiam per Vicarium, ſeu „ Guardianos, aut alios ad hoc a vobis in veſtris „ Capitulis Generalibus provide deputandos, bene- „ dicere..... libere, & licite valeatis, auctoritate „ Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & „ indulgemus.

V. Innocentium VIII Conſtitutione LXXXII pro Conventu San-Maximinenſi data, cujus verba ſupra retuli Quæſt.IV Numero XIV.

VI. S. Pium V, qui, ut aſſeritur in additionibus ad compendium Privilegiorum Ordinis Fratrum Minorum; Verbo: *Benedicere*: anno MDLXVI conceſſit Ordini S. Hieronymi Hiſpaniæ „ ut Priores Monaſ- „ teriorum exiſtentes, non ſolum veſtes, & alia or- „ namenta Eccleſiaſtica, ad cultum divinum perti- „ nentia, ut eis conceſſerat Innocentius VIII, ſed „ etiam corporalia, & alia omnia ſuorum Monaſte- „ riorum, quibus Chriſmatis Unctio non intervenit, „ libere, & licite benedicere poſſent.

VII. Eundem S.Pium V, qui Conſtitutione CXV, data XXV Junii MDLXXI == Volentes == Tom.V pag.297 Provinciales, & Conventuales Priores Ordinis Prædicatorum, in Regno Franciæ conſtitutos ſic alloquitur: „ Volentes iis, quæ ad cultum divi- „ num in iſtis Galliarum partibus neceſſaria ſunt, „ providere, vobis omnibus, quæcunque veſtimenta „ Eccleſiaſtica, ſecundum Ritum S. R. E. benedi- „ cendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, „ licentiam concedimus, & facultatem.

VIII. Benedictum XIII Conſtitutione LXXIX, data XXVI Maii MDCCXXVII == Pretioſus == Tom.VI pag.621 Cap.XIV §.XXXIII, ubi hæc habet: „ Inſuper facultatem indultam Superioribus quibuſ- „ cunque, etiam localibus, Fratrum Prædicatorum, „ benedicendi quæcunque veſtimenta, aut paramen- „ ta Eccleſiaſtica, in quibus non intervenit Unctio, „ a Bonifatio IX in Conſtitutione: Sacræ Religionis: „ V Kalendas Maii MCCCCII: ab Innocentio VIII „ loco ſtatim referendo (ſupra laudato) & a S.Pio V „ in Brevi incipien: Volentes iis: XXV Junii MDLXXI „ ....confirmamus, & innovamus.

IX. Alia privilegia, hac de re conceſſa Regularibus, reperies apud *Paſſerinum* Tom.III de Hominum Statibus, & Officiis Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſp.X Num.926. Cetera inter, ex Collectione Privilegiorum Ciſtercienſis Ordinis refert, Innocentium VIII conceſſiſſe ejuſdem familiæ Prioribus, Vicariis in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cujuſcunque Monaſterii, poſſe benedicere corporalia, veſtimenta, ceteraque ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum Divinum pertinentia. Numerotamen 927 dubitat *Paſſerinus*, utrum hoc Innocentii VIII Privilegium ex rei veritate, vel ex opinione Collectoris inſertum fuerit? & ex hoc cenſet, quod fides illins privilegii *Innocentiani* minns redditur certa. Verum hoc non obſtat, quominus cetera privilegia, quæ ſuperius retuli certa ſint, & iiſdem uti poſſint Alumni Prædicatorum Familiæ.

X. Notandum primo, ex *Paſſerino* Num.927 loco mox laudato „ quod hæc facultas benedicendi, uni- „ verſalis quantum ad res benedicendas, cum ſe ex- „ tendat etiam ad corporalia, & ad quæcunque de- „ ſervientia ad cultum divinum, in quorum bene- „ dictione non admiſcetur Sacra Unctio, eſt quoque „ univerſalis quantum ad Prælatos, quibus eſt con- „ ceſſa, cum ſe extendat etiam ad Prælatos locales, „ imo ad Vicarios.

XI. Circa qnod ſciendnm, quod licet, uti notat ibidem *Paſſerinus*, non deſint Doctores „ qui exiſti- „ ment, etiam Sacerdotes ſimplices (Ordinum Mi- „ norum, & Prædicatorum) poſſe benedicere pa- „ ramenta, Miſſalia, & indumenta ſacra, exceptis „ corporalibus „: id tamen nec decet, nec expedit, ut ex *Suareſio* Paſſerinus obſervat ibidem: addens, quod Privilegium hac de re conceſſum Fratribus Minoribus, quod refert Rodriguez, fuit Sixti IV oraculum vivæ vocis, quod a Gregorio XV, & ab Urbano VIII revocatum fuit.

XII. Urget tamen Privilegium a Bonifatio IX Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſum, de quo dixi ſupra. Verum Benedictus XIII illud interpretatur loco laudato *de Superioribus quibuſcunque, etiam localibus, Fratrum Prædicatorum*, & de quibuſcunque veſtimentis, aut paramentis Eccleſiaſticis, in quibus non intervenit Unctio.

XIII. Ex quibus concludendum cenſeo, qnod in Ordine Fratrum Prædicatorum, quicunque habet principale regimen cujuſcunque, ſive Cœnobii, ſive Monaſterii, ſive ſit Generalis, ſive Provincialis, ſive Prior localis, ſive vices ipſorum reſpective gerat, poteſt, vi Privilegii a Bonifatio IX conceſſi, benedicere id genus Eccleſiaſtica veſtimenta, in quibus non intervenit Unctio: dummodo hæc Eccleſiaſtica veſtimenta ſint pro uſu dnntaxat Eccleſiarum ſibi ſnbditarum.

XIV. Notandum ſecundo, quod S. Congregatio Ritunm pluries, 24 ſcilicet Auguſti 1609: & 30 Septembris 1628: & 17 Auguſti 1629: & 13 Martii 1632 declaravit, Prælatos Regulares non poſſe pro uſu aliarum Eccleſiarum benedicere veſtes ſacras, & id gennsce tera. Decretum die 13 Martii 1632 datum, hujus tenoris eſt: „ Abbates, Priores, Guardiani, „ & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate „ Jeſu, habentes Privilegia benedicendi veſtes ſacras „ Cæmeteria, & ſimilia, dicto privilegio uti non „ poſſunt, niſi in iis rebus, in quibus ſacra Unctio „ non adhibetur, & pro ſervitio duntaxat Monaſte- „ riornm, & Eccleſiarum propriarum „. Apud Paſſerinum loco laudato Num.928.

XV. Notandum tertio, ex *Paſſerino* Tom.III de Hominum Statibus, & Officiis Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſp.X Num.939, quod, *quia in benedictione Pixidis pro conſervatione S. Euchariſtiæ non adhibetur Sacra Unctio, ideo Prælati Regulares Pixidem benedicere poſſunt*. Suarez Tom.IV de Relig. Tract.VIII Lib.II Cap.XXX Num.XII.

XVI. De Clauſtro reconciliando ſequens Epiſtola conſulenda, quam Sacra Congregatio, negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ſcripſit Epiſcopo Vicentino, die 8 Martii 1614 == „ Al Ve- „ ſcovo di Vicenza == Illuſtre, e Molto Reverendo „ Monſignore come Fratello. Havendo fatta iſtanza „ il P. Priore di S. Corona di coteſta Città dell'Or- „ dine.

Digitized by Google

,, dine di S. Domenico di potere, conforme alli Pri-
,, vilegi della ſua Religione, reconciliare il Clauſtro
,, di coteſto Monaſtero polluto con effuſione di ſan-
,, gue, la Santità di Noſtro Signore avendo ſentita
,, l'inclinazione della Sacra Congregazione ha ordi-
,, nato, che ſi ſcriva a V.S., che in queſto partico-
,, lare ſi oſſervino i detti Privilegj, mentre però
,, l'acqua ſia prima benedetta da lei. Così dunque
,, piacerà a V. S. d'eſeguire: e Dio la feliciti. Di
,, Roma li 8 di Marzo 1614. Di V.S., come Fra-
,, tello, il Cardinale Gallo.

Qua de re notandum, quod die 20 Decembris 1613, cum Prior Vicentini Cœnobii ad eandem Sacram Congregationem provocaſſet, ut, juxta Privilegia Familiæ Prædicatorum conceſſa, poſſet ejuſdem Conventus Clauſtrum, a ſecularibus, ſanguinis effuſione, pollutum, reconciliare, Sacra Congregatio Decretum tulerat hujus tenoris: *Epiſcopus permittat, ſi aqua fuerit benedicta ab ipſo Epiſcopo*. Cum autem obſtarent aliqui, ne Decretum illud executioni mandaretur, die 8 Martii 1614 D. Vulpianus, Archiepiſcopus Theatinus, ejuſdem Congregationis Secretarius, ipſius juſſu, rem detulit ad Summum Pontificem Paulum V, qui prædictum Decretum confirmavit, & juſſit, ſcribere prædictam Epiſtolam.

QUÆSTIO VI.

An, translatis Cœnobiis; ſupellex, & id genus cetera translata cenſeantur? Quid de Cœnobiis, & Monaſteriis, deſtructis, ſuppreſſis, vel derelictis?

SUMMARIUM.

I. TRanslatis Cœnobiis, ſupellectilem, & id genus cetera translata cenſeri, Fratribus Ordinis Prædicatorum anno MCCLXI conceſſit Alexander IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Conſtitutiones ejuſdem Ordinis meminerunt hujuſce Privilegii, quod intelligendum non ſolum de translationibus, quæ fiunt ex una ad aliam Civitatem, ſed etiam pro illis, quæ fiunt ex uno ad alium ejuſdem Civitatis locum.

IV. Nec tamen ex iſto Privilegio datur facultas transferendi Conventus.

V. Hæc translatio Conventuum jure quidem communi vetita:

VI. Sed olim permiſſa variis Privilegiis.

Quæ utrum fuerint abrogata, inter auctores non convenit.

VII. In Provinciis, quibus Hæretici, vel Infideles, depopulationem inferunt, ſi Cœnobium deſeratur, Fratres, ac bona, transferuntur ad viciniorem Conventum.

Id a S. Pio V conceſſum.

Quibus conditionibus?

VIII. Urbanus VIII ſpeciale conceſſit Privilegium Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum, ut quædam Cœnobia ſupprimere poſſit, & eorum bona ad alia transferre.

IX. Quod Privilegium competit aliis Generalibus, Succeſſoribus illius, qui per id tempus præerat.

X. Idem Privilegium conceſſit Urbanus VIII Ordini Minimorum.

XI. Quamplura circa parvos Italiæ, & Inſularum adjacentium Conventus decrevit Innocentius X.

Ne Conventus Terracinenſis ſit in illorum numero, quos ſuppreſſos voluit Innocentius X, cavet Benedictus XIII in Conſtitutione = Exponi Nobis =

XII. Quinam Religioſi degere debeant in parvis Conventibus?

Eccleſia Monaſterio unita, in qua non reſident Monachi, non comprehenditur in Innocentii X Decretis ſuppreſſionis.

Nec comprehenduntur in iiſdem Decretis Miſſionum Conventus, licet parvi.

XIII. Bona Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum, quæ Monialibus deſtituuntur, ſpectant ad ejuſdem Ordinis Fratres.

Id ipſis conceſſum a Sixto IV; Alexandro VI; & S. Pio V.

I. TRanslatis Fratrum Prædicatorum Cœnobiis, ſupellectilem, & id genus cetera translata cenſeri, anno 1261 die 28 Martii decrevit Alexander IV Conſt.CCXCVII = Virtute conſpicuos = Tom.I pag.405: cujus hæc verba pag.408: ,, Liceat
,, Fratribus veſtri Ordinis, cum de prioribus locis
,, ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu
,, omnem ædificiorum materiam locorum, quæ di-
,, mittunt, Eccleſiis dedicatis duntaxat exceptis;
,, quam libros, calices, & paramenta, ſecum ad alia
,, loca transferre, & ædificia cum ſolo, & aliis ad ea-
,, dem loca pertinentibus, præter Eccleſias vendere,
,, ipſorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ
,, dicti Fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu
,, alias in eorum utilitatem convertere, ſecundum
,, quod eis melius videbitur expedire. Et, ne aliqui
,, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alii Prælati, ſeu
,, quævis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis,
,, prædicta loca, ſeu bona occupare, recipere, vel
,, uſurpare, aut quoquomodo ſibi vendicare præ-
,, ſumant, abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, diſ-
,, trictius inhibemus.

II. Alexander IV Succeſſores ſuos Romanos Pontifices hac de re conſentientes habet, Clementem IV: Honorium IV: S. Cæleſtinum V: Bonifatium VIII: B. Benedictum XI: Johannem XXII: Clementem VI: Gregorium XI: & Bonifatium IX in Conſtitutionibus laudatis ſupra Quæſt.II Num.II.

III. Notandum primo, quod hujuſce Privilegii mentio fit in Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.I Textu I Lit.C., & conceſſum fuit non ſolum pro translationibus, quæ fiunt ex una Civitate ad aliam, ſed etiam pro illis, quæ fiunt ex uno ad alium locum ejuſdem Civitatis.

IV. Notandum ſecundo, quod ex iſto Privilegio non conceditur facultas transferendi Conventus ex uno ad alium locum, ſed Summi Pontifices indulgent duntaxat, quod, ſi Fratres Prædicatores Conventus transferant, ſupellex, & id genus cetera translata cenſentur.

V. Quia vero ex jure communi, quod habetur in Sexto Decret. Lib.V Tit.VI de Exceſſ. Prælat. Cap. unico = Cum ex eo = & in Clemen. Lib.V Tit.VIII de Pœnis Cap.III = Cupientes = Fratribus Mendicantibus inhibetur, ne *loca hactenus recepta mutare*........ aut alio *transferre præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali*:

VI. Quæritur utrum id liceat ex privilegiis, quibus non fuerit derogatum? Cui quæſitio reſpondent aliqui, quod id licet quidem ex Privilegiis, quæ referunt auctores, quos laudat, & excipit *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.I Quæſt.XXVI pag.17 Num.IV, & V, verum hæc privilegia abrogata fuiſſe, notat idem *Donatus* ibid.

Num.VI:

Num.VI : quam ſententiam firmat variis Deciſionibus, quas refert : ac cenſet, in quacunque Conventuum translatione ſervanda eſſe Decreta Concilii Tridentini, Clementis VIII, & Gregorii XV. Hæc tamen ſententia diſplicet *Paſſerinu* ad Caput = Cum ex eo = Tom.V in Sext. Decretal. pag.377, & 378. Diſtinguit enim translationem, quæ fit ex una ad aliam Civitatem, a translatione, quæ fit ex uno ad alium locum ejuſdem Civitatis : & docet, quod, ſi translatio fiat ex una ad aliam Civitatem, ſervanda ſunt Decreta, quia hæc translatio vere cenſenda eſt nova Conventus erectio. At ſi ſermo ſit de translatione Conventus ex una ad aliam ejuſdem Civitatis, vel Oppidi, partem, dimiſſo Conventu ibidem præexiſtente, docet, quod talis translatio non comprehenditur ſub Decretis Concilii Tridentini, Clementis VIII, Gregorii XV, Urbani VIII, & Innocentii X. Id probat variis Decretis S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium : ac notat, quod ea, quæ laudantur a patronis opinionis adverſæ, vel data fuerunt, attentis quibuſdam circumſtantiis, *in caſu, & ad effectum, de quo tunc agebatur*, ex quibus ſententia, quam defendit non infirmatur ; vel non agunt de translatione, de qua loquitur ipſe, ſed de nova erectione. Ceteras inter Deciſiones, quas in gratiam ſententiæ *Paſſerini* citat *Franciſcus Monacellus* in Formulario Legali Practico Fori Eccleſiaſtici Par.I Tit.VI Form.XXIX, unam reperire eſt, qua S. Congregatio Epiſcop., & Regular. in cauſa Gerunden. anno 1687 die 19 Septembris reſpondit : nec Conſtitutiones Apoſtolicas, nec oppoſitiones aliorum Regularium obſtare in translatione Conventus, quæ fit in alio ſitu ejuſdem loci. Quædam alia, ab eadem S. Congregatione, hac de re data, Decreta vide apud *Hieronymum Nicolium* in Floſculis : Verbo : *Conventus* pag.98. Et ex tot illis Sac. Congregationis Decretis ſententiæ *Paſſerini* ſubſcribendum videtur.

VII. Notandum Tertio, quod in Provinciis, quas Deſolatas vocant, quia vel hæretici, vel infideles ipſis depopulationem inferunt, ſi Cœnobium deſeratur, ipſius Fratres, ac bona, transferuntur ad Conventum viciniorem : ſic enim legitur in Actis Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1571 Conceſſione I :
,, Conceſſit Sanctiſſimus D.N. (S. Pius V) in Pro-
,, vinciis deſolatis bona mobilia destructi Conventus
,, ad viciniorem Conventum ejuſdem Provinciæ
,, transferenda eſſe : bona etiam immobilia ſub ejuſ-
,, dem Conventus cura redigenda eſſe cum facultate
,, percipiendi fructus : ſic tamen, ut præfatus Con-
,, ventus vicinior teneatur excipere, & alere Fratres
,, ad destructum Conventum pertinentes, & ſubire
,, alia onera, quæ destructo Conventui, vel Eccleſiæ,
,, fuerunt annexa : & hoc Sua Sanctitas declaravit
,, tamdiu durare valle, donec ſit commoditas inſtau-
,, randi destructos Conventus, quæ ſi forte contige-
,, rit, integre ſua bona, quæcunque extant, reſti-
,, tuenda eſſe.

VIII. Notandum Quarto, quod pro Conventibus ſupprimendis Urbanus VIII hac de re ſpeciale conceſſit privilegium Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum. Legitur Tom.VI pag.88. Hujus tenoris eſt :
,, Dilecto filio Magiſtro Generali Ordinis Prædica-
,, torum Urbanus Papa VIII. Dilecte fili, Salutem,
,, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum, ſicut dilec-
,, tus filius Procurator Generalis Ordinis Prædicato-
,, rum Nobis nuper exponi fecit, In eodem Ordine
,, nonnulli parvi Conventus reperiantur, ac in eis
,, Fratrum numerus obſervantiæ regulari ſufficiens
,, nequaquam manuteneri poſſit, & propterea illos
,, ſupprimi, eorumque res, & bona, necnon onera
,, eis incumbentia in majores ipſius Ordinis Conven-
,, tus transferri poſſe, plurimum deſideret, Nobis
,, idcirco humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi de infra-
,, ſcripta facultate providere, de benignitate Apo-
,, ſtolica dignaremur. Nos proſpero ejuſdem Ordi-
,, nis, illiuſque domorum ſtatui, regulariſque diſci-
,, plinæ incremento conſultum eſſe, cupientes, ſup-
,, plicationibus ejuſdem Procuratoris nomine Nobis
,, ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venera-
,, bilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium,
,, negotiis Regularium præpoſitorum, conſilio, tibi
,, parvos Conventus prædictos, illorumque ſtatum,
,, & eſſentiam, regulares, in eis, auctoritate noſtra
,, Apoſtolica, perpetuo ſupprimendi, & extinguen-
,, di, eorumque res, & bona, ac onera quæcunque
,, eis incumbentia in majores ejuſdem Ordinis Con-
,, ventus, etiam perpetuo transferendi, facultatem,
,, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, conce-
,, dimus, & impartimur. Decernentes, præſentes li-
,, teras, & , illarum vigore, faciendas ſuppreſſiones,
,, extinctiones, & translationes prædictas, poſtquam
,, factæ fuerint, validas, firmas, & efficaces exiſtere,
,, & fore, ac majoribus Conventibus hujuſmodi ple-
,, niſſime in omnibus, & per omnia ſuffragari &c. Non
,, obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Ma-
,, jorem ſub Annulo Piſc. die XXI Junii MDCXXXIII,
,, Pontificatus noſtri Anno Decimo. M.A. Maraldus.

IX. Notandum Quinto, quod hoc Privilegium competit aliis Generalibus ſucceſſoribus illius qui per id tempus præerat, nomine ſiquidem Dignitatis conceſſum fuit : quapropter *reale eſt*, & tranſit ad ſucceſſores, uti decernitur Capite = Quoniam Abbas = 14 de Officio, & Poteſtate Jud. Delegat.

X. Idem privilegium ab eodem Urbano VIII conceſſum Correctori Generali Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula vide apud Donatum in Rerum Reg. Praxi Tom.I Parte II Tract I Quæſt.XXXII : ubi Quæſt. XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, & XXXVIII tractat quæ ad hanc materiam ſpectant.

XI. Notandum Sexto, quod Innocentius X quamplura circa parvos Italiæ, ac Inſularum adjacentium, Conventus decrevit in Conſtitutione XXI, data anno 1652 die 15 Octobris = Inſtaurandæ = Tom.VI pag.166 : & in Conſt.XXII, data anno 1654 die 10 Februarii = Ut in parvis = Tom.VI pag.168 : quæ conſulas velim. Habes ibidem a pag.169 ad 173 inſtrumenta, ac Declarationes, ſeu Decreta quædam hac de re data. Sciendum tamen, quod Benedictus XIII Conſt.CXXVIII, data 1729 die 2 Septembris = Exponi nobis = Tom.VI pag.696, cavet, ne Conventus Terracinenſis ſit in illorum numero, quos Innocentius X ſuppreſſos voluit.

XII. Notandum Septimo, quod *Hieronymus Nicolius* in Floſculis : Verbo : *Conventus* : pag. 100. Num.XVIII, & XIX, refert, Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regul. anno 1594 die 4 Julii in Averſana, & anno 1616 die 29 Januarii in Syracuſana decreviſſe, quod in parvis Conventibus, qui penitus extingui, & ſupprimi omnino non poſſunt, collocari non debent, niſi Religioſi ſenes, bonæ vitæ, & ad annum duntaxat : in Nolana vero Olivetanorum 1654 die 20 Novembris, eandem S. Congregationem reſpondiſſe, Eccleſiam Monaſterio unitam, in qua nulla reperitur Monachorum reſidentia, in Innocentii X Decretis ſuppreſſionis non comprehendi : Anno tandem 1628 eandem Sac. Congregationem ſanxiſſe, quod Conventus Miſſionum, licet parvi, non ſupprimuntur.

XIII. No-

Digitized by Google

XIII. Notandum octavo, quod bona Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum, quæ Monialibus deſtituuntur, ſpectant ad ejuſdem Ordinis Fratres: uti liquet ex Sixti IV Conſt.LIII, data anno 1474 die 31 Auguſti = Regimini = Tom.III pag.518: Alexandri VI Conſt.XII, data anno 1493 die 8 Jannarii = His quæ = Tom.IV pag.95: & S. Pii V. Conſtitutione CXX, data anno 1571 die 5 Auguſti = Decet Romanum = Tom.V pag.284.

QUÆSTIO VII.

An Eccleſiæ Fratrum Prædicatorum Conventuales ſint?

SUMMARIUM.

I. Esse, decernit Gregorius IX Conſtitntione = Cum tanquam = data anno 1228.
II. Qui conſenticntem habet Innocentium IV.
III. Cur dicantur Conventuales?

I. Eccleſias Ordinis Fratrum Prædicatorum Conventuales eſſe, declarat Gregorius IX Conſtitut.XXVII, data anno 1228 die 9 Aprilis = Cum tanquam = Tom.I pag.28 dicens: „ Cum tanquam „ veri & fideles Chriſti miniſtri elegeritis vobis in „ Domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, „ ut habitacula veſtra inter alias honorabiles Congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur, „ quod veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium „ auctoritate decernimus, ut Eccleſiæ veſtræ omnes, „ ubi Conventus exiſtunt, Conventuales vocentur.

II. Gregorius IX conſentientem habet Innocentium IV Conſt.XII, data anno 1243 die 5 Septembris = Cum tanquam = Tom.I pag.121: ubi alia ejuſdem Innocentii Conſtitutio hac de re data laudatur Nota I.

III. Iſtud ex eo conceſſum Privilegium, quod Summi Pontifices Eccleſias Fratrum voluerint immunes eſſe moleſtiis quibus, uti videre eſt Capite = *Nimis iniqua* = De Exceſſ. Prælatorum, ſæpius afficiebantur. Quæ ſententia probatur erudito Viro *Lucæ Vvaddingo* in Annal. Minorum ad Annum 1252 Num.XXV: *Conceſſit*, inquit, de Innocentio IV loquens, *Conceſſit, ut Eccleſiæ Fratrum, ubi Conventus ædificabantur, Conventuales appellarentur, idque non alia de cauſa, quam ut Monaſteria diſtinguerentur ab Eremitoriis, & poſſent Fratres uti privilegiis, & gratiis, Eccleſiarum Conventualium, aut Collegiatarum, & aliarum honorabilium Congregationum.... Eandem autem eſſe quoad hoc Eccleſiam Collegiatam, ac Conventualem, conſtat ex Capite* = Nobis fuit = *De Jure Patronatus, ubi Gloſſa*: Conventualis, *inquit*, Eccleſia dicitur, ex quo duo, vel tres in collegio ſunt.

QUÆSTIO VIII.

Utrum plures Campanæ in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum eſſe poſſint?

SUMMARIUM.

I. Plures Campanas in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum eſſe poſſe, decernit Innocentius XI.
II. Qui conſentientes habet Deceſſores ſuos: Alexandrum IV, qui anno 1259 antiquavit tranſactionem, qua Montis Peſſulani Cœnobii Fratres ſpondebant, ſe duas duntaxat Campanas habituros in poſterum.
III. Julium II, qui anno 1508 Conventui S. Severi poteſtatem fecit, ut duas, tres, vel quatuor Campanas haberet.
IV. Clementem VII, alioſque Summos Pontifices.
V. Huc ſpectat Sac. Congregationis Decretum, quo cavetur, ne Ordinarii impediant, quominus Fratres Campanas pulſent, antea quam pulſetur Campana majoris Eccleſiæ.
Excipiendum Sabbatum Sanctum.
VI. De quo legem ſpecialem Leo X tulit.

I. Plures Campanas in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum eſſe poſſe, decernit Innocentius XI Conſt.XXVI, data 12 Februarii 1685 = Exponi Nobis = Tom.VI pag.367 dicens: „ Ut Fratres præfati „ Ordinis Prædicatorum in ſuis reſpective Conventibus, ſeu Domibus Regularibus, ſive Eccleſiis, ubicunque locorum exiſtentibus, plures, & quotquot „ Magiſter Generalis ejuſdem Ordinis, pro tempore „ exiſtens, ſive eorum Prior Provincialis reſpective „ determinaverit, Campanas habere, & retinere, „ illaſque ad excitandam Populi devotionem pulſare, „ & pulſari facere, libere, & licite poſſint, & valeant, „ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus. Decernentes &c. Non obſtantibus &c.

II. Innocentius XI conſentientes habet Deceſſores ſuos, Alexandrum IV qui anno MCCLIX, Conſtitutione CCXXXV = Religionis favor = Tom.I pag.373, antiquavit tranſactionem, qua Montis Peſſulani Cœnobii Fratres ſpondebant, ſe duas duntaxat Campanas habituros in poſterum. *In Eccleſia vero veſtra nonniſi duas Squillas* (Campanas ſcilicet) *habere poſſetis more Canonicis, ut eſt moris.*

III. Julium II Conſt. LVI, data 7 Februarii 1508, = Expoſcit veſtræ = Tom.IV pag.251, qua Fratribus Conventus S. Severi, Adurenſis Diœceſeos in Gallia, conceſſit „ ut duas, tres, vel quatuor campanas „ in campanili Eccleſiæ ipſius Domus, ſeu in ipſa „ Eccleſia, habere, & tenere, ac illas, quoties opportunum fuerit, prout in aliis Eccleſiis convicinis, fieri conſuevit, pulſare, libere, & licite „ valerent.

IV Clementem VII Conſt.CV, data 9 Octob. 1532 = Exponi Nobis = Tom.IV pag.518, qua moleſtias inter, a quibus Epiſcopum Venuſinum (in Regno Neapolitano) abſtinere debere, decernit, iſtam recenſet, quod ſcilicet obſtabat Epiſcopus „ quominus „ Venuſini Cœnobii Fratres „ plures campanas habere, & „ pro ſalutatione glorioſæ Virginis, aut Miſſarum „ celebratione, & veſperarum decantatione, an equam „ Campanæ Majoris Eccleſiæ pulſarent &c. pulſari facerent „. Huc etiam ſpectant XIV Conſtitutiones Innocentii IV a Conſt.C ad CXIV = Nimis iniqua = Tom.I pag.153: & Alexandri IV Conſtit.CLXIX = Nimis iniqua = Tom.I pag.344.

V. Inter Conſtitutiones Sixti V Conſtit.XXXV = Lecto = Tom.VII pag.204 Decretum iſtud legitur S. Congregationis: „ Ordinarii non impediant Fratres pulſare campanas ad Matutinum, Horas, & ad „ Miſſam, antequam pulſetur Campana majoris Eccleſiæ, præterquam in die Sabbati Sancti „ Idem habes Tom.VII pag.275 Num.XXVI.

VI. De campanis pulſandis Sabbato Sancto conſulenda Leonis X Conſt.L = Dum intra = Tom.IV pag.338. Ea inter mandata Paſtoralia, quibus Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis *Proſper Lambertinus*, Bononienſis Archiepiſcopus, hujus ævi decus, ac ſplendidum lumen, dum gregem ſibi commiſſum, ſana doctrina, imbuere pergit ab anno 1732, rem literariam

rariam illuſtrat, & ornat Eccleſiam, unum reperies hac de re datum anno MDCCXXXIII. Quæ jam prodiere, Mandata illa numero multa ſunt. Quiſquis Eccleſiaſtica diſciplina, & eruditione delectatur, ea ſi legerit, experietur certe, quam merito præclarum illud opus hic a me laudetur.

QUÆSTIO IX.

Quænam ſint præcipuæ Indulgentiæ Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſæ?

SUMMARIUM.

I. NOnnullæ recenſentur Indulgentiæ, quas Ordini Prædicatorum conceſſerunt Summi Pontifices: Innocentius IV:

II. Alexander IV:

III. Clemens IV:

IV. Nicolaus IV:

V. Bonifatius VIII:

VI. B. Benedictus XI:

VII. Clemens V:

VIII. Johannes XXII:

IX. Clemens VI:

X. Bonifatius IX:

XI. Eugenius IV:

XII. Nicolaus V:

XIII. Sixtus IV:

XIV. Innocentius VIII:

XV. Idem Innocentius VIII varias Indulgentias elargitur, ac innovat, & firmat a Deceſſoribus ſuis, Johanne XXII: Clemente IV: B. Benedicto XI: Nicolao IV: Urbano V: Benedicto XII: Johanne XXIII: Alexandro IV: Eugenio IV: Nicolao V: & Sixto IV conceſſas Benefactoribus Ordinis Prædicatorum.

Teſtatur, B. Benedictum XI dediſſe Superioribus ejuſdem familiæ facultatem inſtituendi, pro libito, Confraternitates: & ut germanos, ac Confratres facerent participes beneficiorum, gratiarum, & indulgentiarum totius ejuſdem Ordinis.

XVI. Julius II Fratribus, & Sororibus Ordinis, viſitantibus Altaria quinque, concedit Indulgentias Stationum Romæ.

XVII. Indulgentia ab Alexandro VI conceſſa intereſſentibus Salutationi *Salve Regina*.

XVIII. S. Pius V Indulgentiam plenariam concedit Noviciis Ordinis in articulo mortis.

XIX. Idem varias Indulgentias elargitur Conventibus Provinciæ Bæticæ: & Eccleſiæ Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam.

XX. Sixtus V Indulgentiam plenariam concedit pro diebus feſtis S. P. Dominici, S. Petri Martyris, & S. Catharinæ Senenſis.

Conceſſa eſt non ſolum pro Eccleſiis Conventuum Fratrum Prædicatorum, ſed etiam Monaſteriorum Monialium ejuſdem Ordinis.

Non erectis ſolum, ſed etiam erigendis.

Eandem Moniales illæ lucrantur, ſi oraverint in loco ad audiendam Miſſam deputato.

XXI. Clemens VIII Indulgentiam plenariam conceſſit pro diebus feſtis SS. Antonini, Thomæ Aquinatis, & Vincentii Ferrerii.

XXII. Quam Indulgentiam a Clemente VIII conceſſam pro Eccleſiis Fratrum duntaxat, & quidem jam erectis, Paulus V extendit ad quaſcunque Eccleſias ejuſdem Ordinis, non ſolum erectas, ſed etiam erigendas, & pro diebus feſtis SS. Antonini, Thomæ Aquinatis, Vincentii, Hyacinthi, & Raymundi.

XXIII. Eadem Indulgentia pro quibuſcunque Eccleſiis, quorumcunque Conventuum, Monaſteriorum, & domorum Regularium, tam Fratrum, quam Monialium, ejuſdem Ordinis, erectis, & erigendis, pro diebus feſtis S. Ludovici Bertrandi, & S. Roſæ a Clemente X conceſſa fuit.

Pro feſto S. Pii V a Clemente XI.

Pro feſto S. Agnetis a Benedicto XIII.

XXIV. Qui eandem Indulgentiam conceſſit pro feſto omnium Sanctorum Ord. Prædicatorum.

XXV. Et omnes Indulgentiæ iſtæ, a Numero vigeſimo recenſitæ, Perpetuæ ſunt.

XXVI. Aliæ recenſentur, quæ quolibet ſeptennio renovantur.

XXVII. Quælibet Altaria Eccleſiarum Ordinis Prædicatorum ſunt *Privilegiata* pro quibuſcunque Sacerdotibus dicti Ordinis.

XXVIII. Indulgentia quinque annorum, & totidem Quadragenarum, a Johanne XXIII, & a Benedicto XIII, conceſſa ſingulis devote deoſculantibus habitum Ordinis Prædicatorum.

XXIX. S. Pius V nonnullas revocat Indulgentias.

XXX. Paulus V varias Indulgentias elargitur viris Religioſis, & Monialibus: & alias jampridem ipſis conceſſas revocat.

XXXI. Quæ revocatio præ oculis habenda; Alexander enim VII damnavit Propoſitionem aſſerentem: quod *Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ a Paulo V, hodie ſunt revalidatæ*.

XXXII. Nec tamen Paulus V revocavit veteres Indulgentias conceſſas Chriſtifidelibus Eccleſias Regularium viſitantibus.

Quod a S.Congregatione ſæpius declaratum fuit.

Illas igitur Regulares ſicut ceteri Chriſtifideles lucrari poſſunt.

XXXIII. Pauli V Conſtitutio.

XXXIV. Non comprehendit perſonas, quæ ſubſtantialia Religionis vota non emittunt.

Uti S. Congregatio declaravit.

Quam declarationem ſpeciali Conſtitutione firmavit Innocentius XI.

XXXV. Cur ſpecialis pro Comitiis Generalibus Ordinis Prædicatorum Indulgentia petenda ſit, cum ſæpius olim variæ ſint conceſſæ?

XXXVI. Variæ Indulgentiæ pro Comitiis Provincialibus ejuſdem Ordinis.

Quænam ex illis ſint revocatæ?

XXXVII. Feſtis Sanctorum Ordinis Prædicatorum translatis, transferuntur etiam Indulgentiæ.

XXXVIII. Translato Meſſanenſi Conventu, Indulgentias translatas decernit Julius III.

XXXIX. Quid cenſendum de Indulgentiis ſi Eccleſia deſtruatur, vel diruta de novo ædificetur, aut alio transferatur?

XL. Cur ex Indulgentiis alia *Perſonalis*: alia *Localis*: alia *Realis* nuncupetur?

Vulgaris loquendi modus, quo Indulgentia dicitur vel Eccleſiæ, vel alicui rei conceſſa, analogicus eſt.

XLI. Quandonam vi clauſulæ = *Vere pœnitentibus, & confeſſis* = præmittenda ſit actualis confeſſio?

XLII. Quid operetur hæc alia Clauſula = *Volumus autem ut ſi alias &c.* =

XLIII. Quodnam ſit tempus ad Indulgentias acquirendas definitum his verbis = *A primis veſperis uſque ad occaſum ſolis* =

XLIV. Recognitio Brevium Indulgentiarum ad Ordinarios locorum privative ſpectat.

XLV. Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam alicujus

alicujus Religionis, ubicunque conſtitutas, intelligitur conceſſa etiam pro Eccleſiis in poſterum erigendis.

XLVI. Indulgentia conceſſa uni Eccleſiæ Regularium, Eccleſiis aliorum Regularium non competit ex vi communicationis Privilegiorum.

XLVII. Idem dicendum de Altaribus Privilegiatis.

XLVIII. Quomodo intelligenda communicatio Indulgentiarum Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſa a Bonifatio IX: Sixto IV: & Leone X?

XLIX. Indulgentias communicandi modus a S. Congregatione præſcriptus.

L. Confraternitates SS. Nominis Dei, & SS. Roſarii, quas Magiſter Generalis Fratrum Præd. conſtituit, non egent Indulgentiarum communicatione.

I. QUænam ſint præcipuæ Indulgentiæ Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſæ, ex ſequentibus habes. Cavendum tamen, & Annotationes legendæ, ne quaſdam vigere putes, quæ revocatæ fuerunt.

Anno MCCXLVIII *Innocentius IV Conſtit.CXCV* == Vitæ perennis == *Tom.I pag.*181 dedit Indulgentiam *XL* dierum viſitantibus Eccleſiam Barchinonen. die feſto, & per Octavam *S. Catharinæ V. & M.*

Anno MCCLIV idem *Innocentius IV Conſtitutione CCCXXIV* == Cum ad promerenda == *Tom.I pag.*244 eandem Indulgentiam *XL* dierum conceſſit viſitantibus Eccleſiam *Viterbien.* diebus feſtis, & per Octavas *SS. Dominici, & Petri Martyris*. Id eodem anno *Urbevetano* Conventui conceſſum vide *Tom.I pag.*245.

II. Anno MCCLV idem *Alexander IV* Conventui *Toloſano* conceſſit. *Tom.I pag.*283 *Conſt.XXXII*.

Anno MCCLVI idem ſancitum ab *Alexandro IV* pro Cœnobio *Senenſi*. Tom.I pag.296 Conſt.LX.

Anno MCCLVII *Alexander IV* Indulgentiam unius anni, & *XL* dierum dedit viſitantibus ædes ſacras *Mediolanen.* Cœnobii die feſto *S. Petri Martyris*, & diebus ſeptem immediate ſequentibus. *Tom.I pag.*328 *Conſt.CXXXIX*.

Eodem anno *Alexander IV* Indulgentiam *XL* dierum elargitus eſt Eccleſiam Monaſterii *Madriten.* viſitantibus die feſto *S. P. Dominici*, & *S. Petri Martyris*. Tom.I pag.345 Conſt.CLXX.

Anno MCCLVIII *Alexander IV* centum dies Indulgentiarum conceſſit viſitantibus ædes ſacras *Toloſani* Cœnobii ſingulis feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, Beatorum Johannis Baptiſtæ, Dominici, & Petri Martyris, ac ſeptem diebus eaſdem ſequentibus. *Tom.I pag.*360 *Conſt.CCIV*.

Eodem anno idem ab *Alexandro IV* conceſſum fuit *Peruſini* Cœnobii, & Monaſterii *Madriten.* ſacras ædes viſitantibus, ſingulis feſtivitatibus glorioſæ Mariæ Virginis, B. Dominici, & S. Petri Martyris, ac ſeptem diebus ſequentibus. *Tom.I pag.*364 *Conſtitutione CCXII, & pag.*365 *Conſt.CCXV*.

Anno MCCLIX idem ab *Alexandro IV* ſancitum pro *Tranenſi* Cœnobio. Sanctæ Crucis feſtivitas additur ceteris mox laudatis. *Conſt.CCXXX Tom.I pag.*371.

Anno MCCLX idem ab *Alexandro IV* indultum pro *Rotomagenſi* Cœnobio diebus feſtis B. Mariæ Virginis, SS. Jacobi, Matthæi, Dominici, Petri Martyris, S. Agnetis Virginis & Martyris, die Dedicationis ejuſdem Templi, ac per Octavas eorundem. *Conſt.CCLXII Tom.I pag.*390.

Eodem anno idem conceſſum ab *Alexandro IV* pro *Barchinonen.* Cœnobio diebus feſtis B. Mariæ Virginis, SS. Martini, Dominici, Petri Martyris, S. Catharinæ Virginis & Martyris, Dedicationis Eccleſiæ, ac per Octavas eorundem. *Conſt.CCLXX Tom.I pag.*393.

Eodem anno pro *Syracuſano* Cœnobio diebus feſtis B. Mariæ Virginis, BB. Dominici, & Petri Martyris, & Anniverſario die Dedicationis, ac ſeptem diebus ſequentibus. *Conſt.CCLXXXIII Tom.I pag.*399.

III. Anno MCCLXV *Clemens IV* unum annum illis, qui die feſto S. Petri Martyris, centum vero dies Indulgentiarum conceſſit illis, qui per Octavam ejuſdem Sancti Mediolanen. Cœnobii ſacras ædes viſitaverint. *Conſt.VI Tom.I pag.*451.

Eodem Anno *Clemens IV* Indulgentiam centum dierum conceſſit viſitantibus ædes ſacras Ordinis Fratrum Prædicatorum die Dedicationis earum, ejuſdem Anniverſario, & per Octavam, necnon feſtis B. Mariæ Virginis, SS. Dominici, & Petri Martyris, ac Sancti, cui Altare præcipuum dicatur. *Conſt.XXII Tom.I pag.*457.

IV. Anno MCCXCI *Nicolaus IV* unum annum & XL dies Indulgentiarum conceſſit viſitantibus ædes ſacras *Viterbien.* Cœnobii *S. Mariæ ad Gradus* diebus feſtis B. Mariæ Virginis, S. Petri Martyris, B. Dominici, & S. Crucis, ac per octo dies eadem feſta ſequentes, necnon in Anniverſario die Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ. *Conſt.XXVII Tom.II pag.*38.

V. Anno MCCCIII *Bonifacius VIII* Indulgentiam ædes ſacras S. Mariæ de Portiuncula viſitantibus conceſſam, elargitus eſt iis, qui Annunciationis die viſitaverint Eccleſiam Viterbien. Cœnobii S. Mariæ ad Gradus. *Conſt.XXXVII Tom.II pag.*67

VI. Anno MCCCIV *B. Benedictus XI* unum annum, & XL dies Indulgentiarum conceſſit „ omnibus „ vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſias locorum dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, præſentium, & futurorum, ubicunque conſiſtentium, in „ ſingulis B. Mariæ Virginis, S. Dominici Confeſſoris, & S. Petri Martyris, ac aliorum Sanctorum, „ in quorum honore hujuſmodi Eccleſiæ ſunt conſtructæ, vel in poſterum conſtruentur, feſtivitatibus, „ & per octo dies, feſtivitates ipſas immediate ſequentes, necnon in diebus, & Anniverſariis Dedicationum earundem Eccleſiarum, annis ſingulis, „ venerabiliter viſitaverint „. *Conſt.XIII Tom.II pag.*86.

Eodem anno MCCCIV *B. Benedictus XI* eandem Indulgentiam elargitus eſt viſitantibus annuatim ædes ſacras Patavini Cœnobii die Dedicationis ipſarum. *Conſt.XIV Tom.II pag.*86.

VII. Anno MCCCXII *Clemens V* unius anni, & XL dierum Indulgentiam conceſſit vere pœnitentibus & confeſſis viſitantibus Eccleſiam Piſcinen. Monaſterii „ ſingulis Nativitatis, ac Reſurrectionis Domini, „ B. Mariæ Virginis, S. Ludovici, S. Dominici Confeſſoris, ac S. Petri Martyris feſtivitatibus, ac in „ Paraſceve, ac Dedicationis ipſius Eccleſiæ, ac Anniverſario Dedicationis ejuſdem diebus...... per „ octo vero dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes „ elargitus eſt Indulgentiam centum dierum. *Conſt.XIV Tom.II pag.*122.

VIII Idem concedit *Johannes XXII* & addit feſta Nativitatis *B. Johannis Baptiſtæ, & S. Thomæ Aquinatis* Conſt.LXXXV *Tom.II pag.*193.

Johannes XXII Conſt.I Tom.II pag.131 loquens de Indulgentiis a *Bonifatio VIII* conceſſis Cœnobio S. Maximini: „ Prædeceſſor, inquit, prædictus, ut „ eadem Eccleſia congruis honoribus frequentetur, „ omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui quolibet die, videlicet illis de Provinciis Provinciæ „ quadraginta, & aliis extra dictam Provinciam il-

„ luc

Digitized by Google

„ huc accedentibus centum dies, quodque in feſto dic- „ tæ Sanctæ (Mariæ Magdalenæ) ſeu die Transla- „ tionis Corporis, vel per octo dies feſtum, aut diem „ Translationis prædictæ immediate ſequentes viſita- „ verint, annuatim tres annos, & totidem quadra- „ genas de injuncta eis pœnitentia miſericorditer re- „ laxavit „. Id a *B. Benedicto XI*, & a prædicto *Jo- hanne XXII* confirmatum fuit.

IX. Anno MCCCXLIV *Clemens VI* unum annum, & *XL* dies de injunctis pœnitentiis relaxat viſitantibus ædes ſacras Ordinis Fratrum Prædicatorum die feſto *S. Thomæ*, & per octo dies feſtum ipſum immediate ſequentes, hæc addens: „ Et nihilominus illas eiſdem „ Indulgentias elargimur, quæ locorum prædictorum „ Eccleſias in feſtivitatibus B. Dominici Confeſſoris, „ & Petri Martyris, & per Octavas feſtivitatum ip- „ ſorum viſitantibus vere pœnitentibus & confeſſis, „ per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices ſunt „ hactenus conceſſæ „. *Conſt.IV Tom.II pag.*226.

X. Anno MCCCXCI Bonifatius IX „ omnibus „ vere pœnitentibus, & confeſſis, qui a Veſperis ſe- „ cundi diei Menſis Auguſti, uſque ad Veſperas ter- „ tii diei ipſius Menſis, Cœnobii Peruſini Eccleſiam „ devote viſitaverint, annuatim illam Indulgentiam, „ & remiſſionem peccatorum conceſſit, quam viſi- „ tantes Eccleſiam S. Mariæ de Portiuncula Aſſiſinatis „ Diœceſis a Veſperis primi diei dicti Menſis uſque „ ad veſperas ſecundi diei ipſius Menſis conſequun- „ tur „. *Conſt.XI Tom.II pag.*316.

Eodem anno idem *Bonifatius IX* duos annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis relaxavit ædes ſacras Cœnobii Cathanien. viſitantibus diebus Dominicis, & Feriis Sextis. *Conſt.XIV Tom.II pag.*317.

Notandum, quod, ne longum ſit, ceteræ peculiares Indulgentiæ paſſim prætermittuntur.

Anno MCCCXCIV idem *Bonifatius IX* Indulgentiam, conceſſam prima, & ſecunda diebus Auguſti viſitantibus Eccleſiam *B. Mariæ de Portiuncula*, elargitus eſt Eccleſiam Cœnobii *Tiburtini* viſitantibus annuatim die feſto Annunciationis, & per ſex dies ipſum immediate ſequentes. *Conſt.LVIII Tom.II pag.*345.

Anno MCCCXCVIII idem *Bonifatius IX* eandem Indulgentiam die feſto Annunciationis Eccleſiam *S. Mariæ ad Gradus* viſitantibus conceſſit. *Conſtitutione XCVIII Tom.II pag.*370.

Anno MCCCXCIX idem *Bonifatius IX* eandem Indulgentiam conceſſit viſitantibus Eccleſiam Cœnobii *Leowardien.* diebus feſtis Nativitatis *B. Mariæ Virginis*, & per ejus Octavam, ac *S. Petri ad Vincula*, & per ſex dies immediate ſequentes. *Conſt.CXXVII Tom.II pag.*387.

Eodem anno idem *Bonifatius IX* eandem Indulgentiam impertitus eſt Eccleſiam Cœnobii *Droghedenſis* viſitantibus die feſto Annunciationis, & per quatuor dies immediate ſequentes. *Conſtitut.CXXX Tom.II pag.*389.

Anno MCCCC idem *Bonifatius IX* eandem Indulgentiam conceſſit Eccleſiam Cœnobii *Calmarien.* (*Calmar*, in *Svecia*) viſitantibus die feſto Aſſumptionis B. Mariæ, & octo diebus immediate ſequentibus. *Conſt.CLX Tom.II pag.*408.

Anno MCCCCI idem *Bonifatius IX* eandem Indulgentiam elargitus eſt Eccleſiam Cœnobii *Holmien.* viſitantibus Dominica *Lætare*, ac die feſto SS. Trinitatis, & per duos dies ipſum ſequentes. *Conſt.CXCV Tom.II pag.*428.

Anno MCCCCII idem *Bonifatius IX* ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis relaxavit iis, qui *Sermonem Divinum, quoties ipſum* in ſacris ædibus *Uſtenſis* Cœnobii *per Prædicatorem pronunciari contigerit populo, audierint annuatim.* Conſtitutione CCI Tom.II pag.432.

XI. Anno MCCCCXL *Eugenius IV* Indulgentiam, Eccleſiæ B. Mariæ de Portiuncula conceſſam, elargitus eſt die feſto Aſſumptionis viſitantibus ædes ſacras Ferrarien. Cœnobii ejuſdem Beatæ Virginis. *Conſt.CCIV Tom.III pag.*115.

XII. Anno MCCCCXLVII *Nicolaus V* eandem Indulgentiam impertitus eſt eidem *Ferrarienſi* Cœnobio. *Conſt.XIII Tom.III pag.*245.

XIII. Anno MCCCCLXXI *Sixtus IV* Monialibus *Januenſis* Monaſterii Corporis Chriſti conceſſit, quod ipſæ „ præſentes & futuræ, quandiu ſub regu- „ lari obſervantia, & perpetua clauſura vixerint, „ viſitantes devote ſemel in die, tempore Quadrageſi- „ mæ, majus Altare ſitum in Eccleſia dicti Monaſterii „ ſimiles Indulgentias habeant, & conſequantur, „ ac illi, qui in Quadrageſima Eccleſias Urbis, „ in quibus Stationes habentur, viſitant „. *Conſt.V Tom.III pag.*483.

Anno MCCCCLXXVIII *Sixtus IV* Indulgentias, ad Stationes Urbis conceſſas, elargitus eſt *Toletani* Monaſterii *S. Dominici* Monialibus „ ſi diebus illis, „ quibus habetur acceſſus ad Stationes Eccleſiarum „ Urbis pro Indulgentiis conſequendis, Altaria Ec- „ cleſiæ dicti Monaſterii viſitaverint, & ſemel Pſal- „ mum Pœnitentialem coram ſingulo Altari præfatæ „ Eccleſiæ dixerint „. *Conſt.CVI Tom.III pag.*564.

Anno MCCCCLXXVIII *Sixtus IV* indulſit, quod omnes & ſinguli utriuſque ſexus Fratres, & Sorores, etiam Tertii Ordinis „ qui ſub obedientia „ Vicarii Generalis dicti Ordinis Fratrum Prædica- „ torum reformatorum nuncupatorum, in Caſtellæ, „ & Legionis Regnis exiſtunt, & in futurum exiſtent, „ vere pœnitentes, & confeſſi, anno quolibet, in feſto „ ejuſdem S. Dominici, & ſemel in mortis articulo, „ omnium peccatorum ſuorum Plenariam Indulgen- „ tiam, ac omnes Indulgentias, & peccatorum re- „ miſſiones, quas certis anni temporibus nonnullas „ Almæ Urbis Eccleſias, Stationes nuncupatas, vi- „ ſitantes conſequuntur, Ordinis Fratrum Mino- „ rum Profeſſoribus per Sedem Apoſtolicam conceſ- „ ſas, perpetuo conſequantur „. *Conſt.CVII Tom.III pag.*564.

Anno MCCCCLXXIX *Sixtus IV* omnibus „ ve- „ re pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, & „ & Oratoria domorum Fratrum Prædicatorum, & „ Minorum in ſingulis S. Dominici, & S. Franciſci, „ centum annos, & totidem quadragenas, & in Sanc- „ torum Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vin- „ centii, & S. Catharinæ de Senis, ac Sanctorum „ Antonii de Padua, & Ludovici Epiſcopi, Ber- „ nardini, & S. Claræ, & B. Eliſabet feſtivitatum „ diebus, a primis veſperis, & per totam diem ipſa- „ rum feſtivitatum, quinquaginta annos, & totidem „ quadragenas, devote viſitaverint annuatim, & „ manus ad præmiſſa, aut eorum aliqua, porrexerint „ adjutrices, de injunctis eis pœnitentiis miſericor- „ diter in Domino relaxavit „. *Conſt.CXXIV Tom.III pag.*578.

XIV. „ De Piſciacenſi Monaſterio loquens *Innocentius VIII Conſt.LXXXI* = Ex paternæ = *Tom.IV pag.*60 „ eiſdem, inquit, Prioriſſæ, & Monialibus „ nunc, & protempore exiſtentibus, quæ Quadra- „ geſimali, & aliis diebus Stationum Eccleſiarum „ Urbis, tria Altaria, ſive loca Imaginibus Sancto-

rum, vel Sanctarum Dei, depicta, in eodem Monaſterio exiſtentia, viſitaverint, & inibi Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem tribus vicibus, coram eiſdem Altaribus, ſive locis depictis dixerint, omnes illas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, toties quoties id fecerint, conſequantur, quas conſequerentur, ſi in eiſdem diebus Eccleſias Urbis, diebus Stationum prædictarum, perſonaliter viſitarent, eadem auctoritate, tenore præſentium, indulgemus.

XV. „ Præterea, inquit *Innocentius VIII Conſtitutione XXVI*, data 26 Julii 1486 = Sacer Prædicatorum = *Tom.IV pag.*12 „ approbamus, & confirmamus nonnullas literas, & gratias, Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in genere, vel in ſpecie a nonnullis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſas, videlicet: Dudum ſiquidem Johannes XXII per quandam Bullam, quæ incipit: Quia, ut ait Apoſtolus: conceſſit omnibus Chriſtifidelibus Benefactoribus viginti annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis; Clemens IV conceſſit etiam dictis Benefactoribus dicti Ordinis decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis: Benedictus XI, qui fuit aſſumptus ab Ordine Prædicatorum, conceſſit omnibus Benefactoribus viginti annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, & facit eos participes, & conſortes in omnibus bonis, quæ fiunt, & fient in perpetuum in toto Ordine Prædicatorum, & commiſit facultatem Magiſtro Ordinis, & Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ut poſſint inſtituere ſuas Confratrias, ſecundum arbitrium, & voluntatem eorum, & recipere Germanos, & Confratres ad omnia beneficia, & ad omnes gratias, & Indulgentias totius Ordinis Prædicatorum, & facit omnes Benefactores participantes, & conſortes in omnibus, quæ fiunt, & fient in perpetuum, ut dictum eſt. Et in omnibus peregrinationibus Terræ Sanctæ, & Romæ. Nicolaus IV per quandam Bullam, quæ incipit: Devotis in Chriſto: conceſſit dictis Benefactoribus viginti annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, & remittit eis ſeptimam partem ſuorum peccatorum, & facit eos participantes, & conſortes in bonis omnibus, quæ fiunt, & fient in perpetuum in toto Ordine Prædicatorum. Urbanus V conceſſit etiam dictis Benefactoribus decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, & remiſit eis ſeptimam partem ſuorum peccatorum. Calixtus etiam conceſſit eiſdem Benefactoribus decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis. Benedictus XII, conceſſit, quod quiſquis Catholicus Chriſtianus, qui de bonis ſibi a Deo collatis dederit aliquam eleemoſynam, vel acceperit Fratres in ſuo hoſpitio, ſeptem annos de injunctis eis pœnitentiis. Johannes XXIII conceſſit dictis Benefactoribus decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, & remittit eis injurias, Patrum, & Principum, ſine manus injectione violenta, & omnia feſta male obſervata, & omnia juramenta falſa ſine damno alterius, & remittit Sacerdotibus, & Clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis, quatenus ad exemplum aliorum manus ſuas porrexerunt adjutrices, quicquid in divinis Officiis, aut horis canonicis dicere omiſerunt propter infirmitatem, vel negligentiam, ſeu per defectum librorum, conceſſit etiam de gratia ſpeciali, quod hujuſmodi Confratres, & Germani Ordinis, poſſint ſepeliri tempore interdicti in Eccleſia, vel Cœmeterio, niſi fuerint excommunicati publice, vel nominatim, ibique Divina celebrari, & conceſſit oſculantibus habitum dicti Ordinis quinque annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis. Conceſſit etiam, quod animæ defunctorum, pro quibus Ordini, & Fratribus ejuſdem, collata fuit eleemoſyna, admitterentur ad omnia beneficia, & ſuffragia, & ad omnes gratias totius Ordinis, & remittit eis ſeptimam partem ſuorum peccatorum. Alexander IV conceſſit etiam quatuor annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis. Eugenius IV conceſſit decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis. Nicolaus etiam (V) conceſſit eiſdem Benefactoribus ſeptem annos, & totidem quadragenas. Sixtus felicis recordationis Prædeceſſor noſter Papa IV, qui fuit aſſumptus ab Ordine Minorum, ampliavit, extendit, & conceſſit plures gratias ſpirituales, & temporales dicto Ordini Prædicatorum, inter quas conceſſit, quod omnes Benefactores dicti Ordinis, qui pro ſuſtentatione Fratrum, & Sororum, & Domorum reparatione manus ſuas porrexerint adjutrices, & in Fraternitate ſua ſtatuiſſent ſe eſſe Confratres, ſecundum arbitrium, & voluntatem Præſidentium, quod hujuſmodi Benefactores, & Confratres eſſent participes, & conſortes in omnibus bonis, quæ fiunt, & fient in perpetuum per omnes Fratres, & Sorores Ordinis Prædicatorum, & aliorum trium Ordinum Mendicantium, ſcilicet Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum, & conſequerentur etiam gratias, & Indulgentias dictis Ordinibus conceſſas; hujuſmodi vero gratiam conceſſit animabus defunctorum, pro quibus collata fuit eleemoſyna. Nos vero, attenta meditatione penſantes, quantum ad exaltationem Fidei, & Evangelicæ veritatis, ut dictum eſt, Ordinis Prædicatorum Profeſſores attulerunt, & afferre valeant, ac propterea volentes, eorum tranquillitati, ut tenemur, uberius providere, quaſcunque literas, ac ſpirituales, & temporales, conceſſiones, & Indulgentias, ac remiſſiones peccatorum conceſſas deſuper contentas, ac ſi de verbo ad verbum hic insererentur, pro expreſſis haberi volumus, & præſentium tenore approbamus, & robur habere firmitatis perpetuæ decernimus, prout, pro potiori cautela, auctoritate Apoſtolica, de novo, juxta literarum deſuper conceſſarum continentiam, & tenorem, concedimus, & largimur: ut Eccleſiæ, Domus, & Oratoria Prædicatorum Ordinis per univerſum Orbem conſtructæ, & ædificatæ, & quæ conſtrui, & ædificari contigerit in futurum, congrua devotione a Chriſtifidelibus viſitentur, ac quæque imperfecta ſunt perficiantur, & ad complementum deducantur, & completæ conſerventur, necnon ornamentis ad divinum cultum ibi neceſſariis debite ornentur, ipſi Chriſtifideles ad Eccleſias eo libentius confluant, & ad præmiſſa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ ſe conſpexerint refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, utriuſque ſexus Confratribus receptis, & recipiendis ad beneficia Ordinis per literas, concedimus plenariam omnium peccatorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in morte, & eandem Indulgentiam concedimus omnibus dicentibus Pſalterium, quod de Beata Virgi-

„ Virgine, ſive Roſario nuncupatur; & his qui
„ de Confraternitate Pſalterii nuncupantur. Etiam
„ concedimus omnibus viſitantibus domos, & Ora-
„ toria Fratrum Prædicatorum in ſingulis feſtis Sanc-
„ ti Dominici, & Sancti Franciſci centum annos,
„ & totidem quadragenas, & in Sanctorum Petri
„ Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentii, & Sanc-
„ tæ Catharinæ de Senis, Antonii de Padua, Ludo-
„ vici Epiſcopi, Bernardini, & S. Claræ, & Bea-
„ tæ Eliſabeth feſtivitatum diebus, a primis Veſperis,
„ & per totum diem ipſarum feſtivitatum, quinqua-
„ ginta annos, & totidem quadragenas de injunctis
„ eis pœnitentiis, qui devote viſitaverint, annua-
„ tim, & ad præmiſſa, aut eorum aliqua manus por-
„ rexerint adjutrices, miſericorditer in Domino re-
„ laxamus, præſentibus, perpetuis, & futuris tem-
„ poribus valituris. Etiam concedimus, & manda-
„ mus, quod feſtum Sancti Dominici celebretur,
„ & ſervetur, ſicut Feſtum Sancti Franciſci. Con-
„ cedimus etiam omnibus viſitantibus Corpus B. Do-
„ minici, quod jacet in Conventu Bononienſi, a pri-
„ mis Veſperis, uſque ad ſecundas Veſperas eandem
„ plenariam remiſſionem omnium peccatorum ſuo-
„ rum, quemadmodum illis, qui viſitant Corpus
„ B. Franciſci in Civitate Aſſiſii. Et quia difficile
„ foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus
„ expediens fuerit, deferri, volumus, & præfata
„ auctoritate decernimus, quod illarum tranſumpto
„ manu publici Notarii inde rogati ſubſcripto, &
„ ſigillo alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate
„ conſtitutæ munito, ea prorſus in judicio, & extra,
„ fides ubilibet adhibeatur, quæ præſentibus adhi-
„ beretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

XVI. Anno MDV die XIV Novembris Julius II Conſt.LXXXV = Hodie = Tom.VII pag.114 Fratribus, & Sororibus Ordinis viſitantibus quinque Altaria concedit illas Indulgentias, quas conſequuntur viſitantes Stationes Romæ.

XVII. De Indulgentia conceſſa intereſſentibus Salutationi *Salve Regina* die Sabbati legenda Alexandri VI Conſt.XXXI = Gratum credimus = Tom.IV pag.106.

XVIII. Noviciæ Ordinis Prædicatorum in articulo mortis, & in ætate legitima conſtitutæ, etiam ante tempus, emittere poſſunt profeſſionem, & decedentes conſequuntur Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in forma Jubilei profeſſis conceſſas. S. Pius V Conſt.XCV = Summi Sacerdotii = Tom.V pag.249.

XIX. Idem S. Pius V Conſt.CXII, data anno 1571 die 8 Junii = Romanus = Tom.V pag.276 varias Indulgentias elargitur pro Conventibus Provinciæ Bæticæ.

Quas autem conceſſerit Eccleſiæ Romani Conventus S. Mariæ ſupra Minervam conſtat ex ſequentibus verbis inciſis marmori, quod in eadem Eccleſia videre eſt ſupra luſtralis aquæ urceum, ſitum prope majorem portam, ad ingredentium dextram: „ In-
„ dulgentie perpetue, che ſono in queſta Chieſa
„ di S. Maria ſopra la Minerva. Il primo Venerdi
„ doppo Paſqua è la Statione con Indulgentia di an-
„ ni XIIII mila. La ſeconda Domenica doppo Paſqua,
„ che è il dì della conſecratione: la Domenica doppo
„ l'Aſcenſione: il dì d'ogni Santi: tutte le ſette feſte
„ della Madonna, è Indulgentia Plenaria. Tutte
„ le Indulgentie, che ſono tutto l'anno a S. Maria
„ della Ritonda ſono conceſſe qui. Chi dirà, o farà
„ dire la Meſſa all'Altare Maggiore ogni volta libera
„ una Anima del Purgatorio. Tutte le Indulgentie
„ di tutte le Compagnie, e Chieſe di Roma, etiam
„ Plenarie, per li Vivi, & Morti, che ſono quoti-
„ diane, & quaſi infinite, di S. Sanctorum, S. Jaco-
„ po in Auguſta, la Charità, S. Gio: Battiſta,
„ S. Coſimo & Damiano, S. Spirito, Campoſanto,
„ Santa Maria del Populo, ſono conceſſe alla Compa-
„ gnia del Santiſſimo Sacramento, e del Santiſſimo
„ Roſario nella Chieſa della Minerva, viſitando
„ li Altari deputati, come ſe perſonalmente viſitaſ-
„ ſero le ſudette Chieſe dentro, & fuori delle mura
„ di Roma. Ogni prima Domenica del Meſe ha In-
„ dulgentia Plenaria chi è preſente alla Proceſſione
„ del Santiſſimo Roſario. Tutte le Indulgentie, &
„ Privilegj che ſono in ciaſcheduna Chieſa di tutti
„ li Religioſi Mendicanti, & non Mendicanti in ogni
„ luogo del Mondo ſono communicate ſpecialmente
„ a queſta Chieſa, nella quale è il Corpo di S. Ca-
„ therina da Siena. Pio V Pont. Max. dell'Ordine
„ di S. Domenico, nel ſuo Breve delli XXVI di Mar-
„ zo, e nella Bolla delli XV di Giugno MDLXVII
„ ha novamente conceſſo tutte le ſopradette Indulgen-
„ tie alla ſua Chieſa della Minerva, della quale eſ-
„ ſendo Cardinale era Titolare a inſtanza dell'Illuſ-
„ triſſimo Cardinale Aleſſandrino ſuo Nipote del me-
„ deſimo Ordine, & Titolo, Et li Originali ſono
„ nella Sagreſtia.

XX. Sixtus V Conſt.XIX, data anno 1588 die 13 Februarii = Cum ſicut = Tom.V pag.457, Indulgentiam plenariam concedit omnibus Eccleſias Domorum Fratrum Prædicatorum, & Monaſteriorum Monialium ejuſdem Ordinis, tam erectas, quam erigendas, ubique locorum exiſtentes, viſitantibus diebus feſtis SS. Dominici, & Petri Martyris, & S. Catharinæ de Senis. Quam Indulgentiam concedit dicti Ordinis Monialibus, ſi in loco ad Miſſam audiendam deputato oraverint, etiamſi Eccleſias, extra clauſuram ſuorum Monaſteriorum exiſtentes, non viſitaverint.

XXI. Clemens VIII Conſt.V, data anno 1592 die 20 Maii = Salvatoris = Tom.V pag.491, Indulgentiam plenariam elargitur omnibus qui Prædicatorum Ordinis, *Virorum duntaxat Monaſteria*, *Eccleſias*, *& alia loca quæcunque*, *jam erecta*, *in quacunque mundi parte conſiſtentia* viſitaverint diebus feſtis SS. Antonini, Thomæ Aquinatis, & Vincentii Ferrerii.

XXII. Prædictam Indulgentiam a Clemente VIII conceſſam viſitantibus Ordinis Prædicatorum *Monaſteria*, *Eccleſias*, *& alia loca quæcunque jam erecta*, & quidem *Virorum duntaxat*, Paulus V Conſtitutione LXXXIV, data anno 1615 die 28 Julii = Splendor paternæ = Tom.V pag.702, renovavit, & elargitus eſt „ omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui quaſcunque ejuſdem Ordinis Eccleſias, non ſolum erectas, ſed etiam de cetero erigendas, in.... S. Antonini, S. Thomæ Aquinatis, S. Vincentii Confeſſoris, ac S. Hyacinthi, necnon S. Raymundi feſtis diebus.... viſitarent &c.

XXIII. Eadem Indulgentia „ omnibus, & ſingulis, utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcunque Conventuum, Monaſteriorum, & Domorum Regularium, tam Fratrum, quam Monialium Ordinis Prædicato-
„ rum hactenus erectis, & in poſterum quandocun-
„ que erigendis, & ubicunque locorum exiſtentibus
viſitarent, conceſſa eſt pro feſtis S. Ludovici Bertrandi Confeſſoris, & S. Roſæ Limanæ, Virginis, a Clemente X Conſt.XXIII, data anno 1671 die 15 Maii = Redemptoris = Tom.VI pag 297: S. Pii V, Confeſſoris, a Clemente XI Conſt.XLVI, data an.1713 die 13

die 13 Januarii == Redemptoris == Tom.VI pag.491: S. Agnetis de Monte-Politiano, Virginis, a Benedicto XIII Conſt.LXXIV, data anno 1727 die 4 Aprilis == Redemptoris == Tom.VI pag.611.

XXIV. Idem Benedictus XIII Conſt.XLIII, data anno 1726 die 24 Januarii == Alias felicis == Tom.VI pag.577 eandem Indulgentiam plenariam elargitus eſt pro feſto Omnium Sanctorum Ordinis Prædicatorum, quod die IX Novembris celebratur.

XXV. Quam Indulgeutiam perpetuis futuris temporibus valere voluit & decrevit. Perpetuæ etiam ſunt aliæ, quas conceſſas vidimus pro feſtis SS. Dominici, Petri Martyris, Antonini, Thomæ Aquinatis, Vincentii Ferrerii, Hyacinthi, Raymundi, Ludovici Bertrandi, Pii V, & Sanctarum Virginum Catharinæ Senenſis, Roſæ Limanæ, Agnetis de Monte-Politiano.

XXVI. Iſtæ quolibet ſeptennio renovantur: Indulgentiæ ſcilicet pro feſto S. P. Dominici in Suriano: pro quatuor Anniverſariis quotannis celebrandis: pro XV feriis tertiis: pro piis exercitiis ſpiritualibus: pro Fratribus & Sororibus mentis orationi vacantibus: pro Miſſionibus obeundis; pro feriis ſextis ſeptem præſertim præcedentibus feſtum S. Vincentii Ferrerii.

XXVII. Benedictus XIII Conſt.VI, data an.1724 die 22 Septembris == Exponi nobis == Tom.VI p.539 *Privilegium pro liberandis a Purgatorii pœnis fidelium Confratrum* Roſarii *Defunctorum animabus*, a Gregorio XIII Eccleſiæ Domus S. Vincentii, alias Annunciationis B. Mariæ Virginis, loci Racconiſii, Ordinis Prædicatorum, conceſſum „ ad quoſcunque Sacerdotes dicti Ordinis, & ad omnia Altaria Eccleſiarum præfati Ordinis in ſuffragium animarum omnium fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentium: etiamſi in libro Confraternitatis ejuſmodi Sanctiſſimi Roſarii deſcriptæ minime reperiantur, auctoritate Apoſtolica extendit, & ampliat. Quod Indultum renovat & declarat idem Benedictus XIII Conſtit. LXXIX == Pretioſus == Tom.VI pag: 619 §.XXIII.

XXVIII. Indulgentia quinque annorum, totidemque quadragenarum, ſingulis devote deoſculantibus Religioſum Ordinis Prædicatorum habitum benedictum, ſacro ſcilicet ritu luſtratum, conceditur, ſeu potius innovatur in eadem Conſtitutione mox laudata §.XII pag.617: ubi etiam quaslibet Indulgentias, Ordinis Prædicatorum Eccleſias viſitantibus a quocunque conceſſas firmat, & innovat Benedictus XIII. Johannem XXIII eandem Indulgentiam V annorum, & totidem quadragenarum conceſſiſſe deoſculantibus habitum Prædicatorum Ordinis, liquet ex Innocentii VIII Conſtitutione, relata Num.XV, qua ipſam quoque confirmat.

XXIX. Notandum Primo, quod S. Pius V Conſtitut.CXXVII, data anno 1567 die 8 Februarii == Etſi Dominici gregis == Tom.VII pag.173, revocavit Indulgentias omnes, etiam perpetuas, pro quibus conſequendis manus adjutrices ſunt porrigendæ, & quæ facultatem aliquam quæſtuandi continent.

XXX. Notandum Secundo, quod Paulus V, Conſtitutione mox tranſcribenda, varias Indulgentias elargitus eſt omnibus Religioſis Regularibus cujuſvis Ordinis, tam Monaſtici, quam Mendicantis, necnon Monialibus cujuſvis Regulæ approbatæ, & intra clauſtra cum tribus votis ſolemnibus viventibus, & perpetuam clauſuram ſervantibus, tam Ordinariis locorum, quam etiam Regularibus cujuſcunque Ordinis, regulæ, & inſtituti ſubjectis. Eadem tamen Conſtitutione revocavit omnes, & ſingulas Indulgentias quibuſcunque Ordinibus, & inſtitutis regularibus, etiam Mendicantibus, & quibuſcunque perſonis regularibus, tam vigore privilegiorum, & literarum Apoſtolicarum, quam vivæ vocis oraculo, aut alias quovis modo conceſſas, confirmatas, approbatas, & innovatas: quas omnes Indulgentias ad præſcriptum prædictæ Conſtitutionis reduxit.

XXXI. Et hæc revocatio præ oculis habenda, ne Religioſi putent, antiquas Indulgentias, ante annum 1606 Religioſis conceſſas, ſibi prodeſſe. Id docuerunt aliqui, quorum ſententiam proſcripſit Alexander VII, ſequentem propoſitionem damnans in Congregatione generali SS. Inquiſitionis die 18 Martii 1666: *Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ a Paulo V, hodie ſunt revalidatæ.* Hæc propoſitio juſto judicio damnata fuit.

XXXII. Operæ tamen pretium ſit hic annotaſſe, quod Paulus V non revocavit antiquas Indulgentias Eccleſiis Religioſorum conceſſas. Revocavit enim antiquas Indulgentias perſonales Regularibus conceſſas, intuitu Religioſi ſtatus, non autem Indulgentias conceſſas Chriſtifidelibus Eccleſias Religioſorum viſitantibus. Veteres igitur Indulgentiæ, Religioſorum Eccleſiis, & eas viſitantibus conceſſæ, non comprehenduntur in hac Pauli V revocatione. Ita declaravit Sacra Congregatio per literas ab Eminentiſſimo Cardinali Gallo die 21 Auguſti 1615 ſcriptas Vicario Generali Januenſis Archiepiſcopi, quarum meminit *Paſſerinus* De Indulgentiis Quæſt.CVIII Num.869. Idem a Sacra Congregatione Epiſcop., & Regul. declaratum in Panormitana 8 Auguſti 1614, & in alia Minimorum 17 Novembris 1620, refert *Nicolius* in Floſculis; Verbo *Indulgentia* pag.198 Num.6 & ex hoc *Paſſerinus* loco laudato infert Num.870 „ Quod Regulares ex vi dictæ Conſtitutionis non ſunt prohibiti lucrari eas Indulgentias, quæ in eorum Eccleſiis, vel in aliis, communiter conceſſæ ſunt Chriſtifidelibus..... quia hujuſmodi non ſunt propriæ Regularium Indulgentiæ, nec fuit mens Pontificis, ut in his Regulares eſſent pejoris conditionis, quam laici. Et ita tenent citati Doctores (ipſos laudaverat) Item non impediti ſunt Regulares, ut poſſint habere Roſaria, Medalias, & cetera hujuſmodi benedicta, & frui Indulgentiis illis conceſſis.

XXXIII. Pauli V Conſt.XV, de qua loquimur, data fuit die 23 Maii anno 1606. Legitur Tom.V pag.641. Hujus tenoris eſt: „ Romanus Pontifex in Beati Petri Sede conſtitutus, cui inter alia cæleſtis Indulgentiarum theſauri diſpenſandi cura incumbit, ſolicite proſpicere debet, ac ſolerter, ut hujuſmodi Indulgentiarum diſpenſatio, & uſus, ad Dei gloriam, & animarum ſalutem præcipue dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confuſio, aut inanis interpretatio exoriatur. Proinde, cum felicis recordationis Clemens PP. VIII, Prædeceſſor noſter, magna cum diligentia, & ſolicitudine procuraverit, abuſus, & corruptelas, tum in communicando, & diſpenſando Indulgentiarum theſauros, tum in modo illos recipiendi, irreptos tollere, & propterea ſua quadam Conſtitutione formam aggregandi, inſtituendi, & recte adminiſtrandi Societates, & Confraternitates præſcripſerit, licet morte præventus hanc piam ejus voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam, ut cogitaverat, circa Indulgentias a pleriſque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus, Religionibus, & Ordinibus Monaſticis, & Mendicantibus diverſis temporibus conceſſas, aliquid deliberare potuerit: Nos, qui, nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate, ad ſummi Apoſtolatus officium

Digitized by Google

eium vocati ſumus, ſuſceptum a tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum Catholicæ Eccleſiæ regimen ſuſcepimus, Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ad hoc opus a dicto Clemente Prædeceſſore deputatis, de quorum numero, tempore ipſius Clementis Prædeceſſoris, eramus, injunximus, ut in illo opere ad ulteriora progrederentur, & Indulgentias Regularibus conceſſas recognoſcerent, iiſque recognitis rem nobiſcum communicarent. Cum itaque præfati Cardinales privilegia, conceſſiones, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus conceſſas diligenter inſpexerint, & examinaverint, ac eorundem Ordinum Superiores, & Officiales pluries audiverint, ac circa eaſdem Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confuſiones adeſſe compererint, & ex judicio eorundem etiam Regularium, vel aliquorum ex illis, Nobis propoſuerint, valde expedire, pro eorum majori ſecuritate, & beneficio, ut Indulgentias ipſis religionibus, & Ordinibus ad inſtar, vel per communicationem, aut alio modo hactenus conceſſas annullaremus, & revocaremus, ac alias particulares illis concederemus: Nos matura ſuper hoc conſultatione præhabita, cupientes perſonis Regularibus quibuſcunque quorumvis Ordinum, tam Monaſticorum, quam Mendicantium ſpirituale ſolatium, & juvamen afferre, infraſcriptas Indulgentias, & gratias, quas perſonis Regularibus intra clauſtra, aut extra, cum licentia tamen ſuorum Superiorum legitima de cauſa illis conceſſa degentibus, tantummodo ſuffragari debere declaramus, concedendas duximus. Omnibus igitur Chriſtifidelibus, qui canonice, & juxta Ordines cujuslibet Religionis, & Conſtitutiones Apoſtolicas, habitum regularem a legitimis Superioribus cauſa profitendi in illo ſuſceperint, die primo eorum ingreſſus in ipſam Religionem, ſi vere pœnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam; ac cuilibet Novicio, qui pœnitens, & confeſſus, ac Sacra Communione refectus poſt completum probationis annum profeſſionem emiſerit, etiam Plenariam; necnon cuilibet Religioſo intra clauſtra ſui Monaſterii viventi, qui in feſto principali ſui Ordinis confeſſus, & Sacra Communione refectus fuerit, aut Miſſam recitans pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderit, etiam Plenariam: in cujuslibet vero mortis articulo, ſi pariter vere pœnitens, & confeſſus, ac Sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, ſaltem contritus nomen Jeſu ore, ſi potuerit, ſin autem corde, devote invocaverit, etiam Plenariam. Qui vero ad Presbyteratus Ordinem canonice promotus, & confeſſus primam Miſſam celebrabit; necnon etiam iis Religioſis, qui pariter confeſſi, ac Sacra Communione refecti eidem Miſſæ interfuerint, aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebrabunt, etiam Plenariam; iis vero qui de ſuorum Superiorum licentia a negotiis per decem dies alieni in cella commorabuntur, aut ab aliorum converſatione ſeparati in piorum librorum, & aliarum rerum ſpiritualium animos ad devotionem, & ſpiritum inducentium lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpe conſiderationes, & meditationes myſteriorum Fidei Catholicæ, divinorum beneficiorum, quatuor Noviſſimorum, Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & aliorum exercitiorum, orationum jaculatoriarum, aut vocalium, ſaltem per duas horas in diem, & noctem orationibus mentalibus ſeſe exercendo, faciendo eodem tempore confeſſionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut Miſſam celebraverint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præterea iidem Religioſi intra clauſtra viventes, qui ſuam Eccleſiam devote viſitaverint, &, ut præfertur, oraverint, conſequantur eaſdem Indulgentias, quas viſitantes Eccleſias Urbis, & extra eam, diebus Stationum, conſequuntur, in omnibus diebus, perinde ac ſi ipſas Urbis Eccleſias perſonaliter viſitarent. Omnibus item Religioſis intra clauſtra, ut ſupra viventibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante Altare eorum Eccleſiæ in quolibet die quinque annos, & totidem quadragenas; iis vero, qui de ſuorum Superiorum licentia in itinere exiſtentes, aut extra Clauſtra degentes, tanquam Prædicatores, & Lectores, quinquies eandem Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, ante quodlibet Altare ſimiliter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas; necnon etiam eiſdem Religioſis, qui per menſem integrum ſingulis diebus ſpatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, ac confeſſi, & Sacra Communione ultima Dominica menſis hujuſmodi refecti fuerint, ſexaginta annos, & totidem quadragenas: qui vero contrito corde, & pœnitentes, eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis culparum accuſabunt, & ſpiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem Quadragenas: quotieſcunque autem de licentia Summi Pontificis, aut ſuorum Superiorum in ditiones, & terras infidelium, aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles, & hæreticos ipſos ad Fidem Catholicam convertendum, & Eccleſiæ gremio reducendum, miſſi fuerint, ſi pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, vel Miſſam celebraverint, ut melius ad hujuſmodi opus ſeſe parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri ſe accingent, & quando in Provinciam, ubi prædicta opera eis exercenda erunt, ingreſſi fuerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Et inſuper cum Superior in viſitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono viſitationis progreſſu collocare voluerit, iis Religioſis, qui dictis Orationibus ſaltem ſpatio duarum horarum in diverſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, nec non diſciplinæ, & obſervantiæ regularis augmento pias ad Deum preces, ut ſupra dictum eſt, effuderint, ſi confeſſi, & Sacra Communione refecti fuerint, aut Miſſam celebraverint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem, ut præfertur, concedimus. Volumus autem, ut omnes ſupradictæ Indulgentiæ, & gratiæ Religioſis Regularibus cujuſvis Ordinis, tam Monaſtici, quam Mendicantis duntaxat, ut præfertur, conceſſæ, etiam omnibus Monialibus cujuſvis regulæ approbatæ, & intra clau-

„ clauſtra cum tribus votis ſolemnibus viventibus,
„ & perpetuam clauſuram ſervantibus, tam Ordina-
„ riis locorum, quam etiam Regularibus cujuſcunque
„ Ordinis, regulæ, & inſtituti ſubjectis ſuffragentur.
„ Præſentibus perpetuis futuris temporibus duratu-
„ ris. Ceterum omnes, & ſingulas Indulgentias qui-
„ buſcunque Ordinibus, & inſtitutis regularibus hu-
„ juſmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet per-
„ ſonis Regularibus, tam vigore privilegiorum,
„ & literarum Apoſtolicarum, quam vivæ vocis
„ oraculo, aut alias quovis modo per quoſcunque
„ Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos,
„ & Apoſtolicam Sedem hactenus conceſſas, confir-
„ matas, approbatas, & innovatas, auctoritate, &
„ tenore prædictis perpetuo revocamus, caſſamus,
„ annullamus, & abrogamus, & ad præſentium no-
„ ſtrarum literarum præſcriptum reducimus, & mo-
„ deramur. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutio-
„ nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac eorundem
„ Ordinum &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub
„ Annulo Piſcatoris die XXIII Maii MDCVI, Pon-
„ tificatus noſtri Anno Primo.

XXXIV. Notandum Tertio, Sacram Congregationem Indulgentiarum declaraſſe, perſonas, quæ ſubſtantialia Religionis vota non emittunt, intra vel extra clauſtra degentes, non comprehendi in generali Indulgentiarum revocatione, a Paulo V facta in Conſtitutione mox laudata. Quam Congregationis declarationem firmavit Innocentius XI Conſtitutione quæ incipit = Alias emanavit = data anno 1686 die 10 Octobris, uti videre eſt apud Matthæuccium in Offic. Cur. Reg. Tom.II cap.6. Eandem Innocentii XI Conſtitutionem habes Tom.VII hujuſce Bullarii pag.352.

XXXV. Notandum Quarto, quod licet olim variæ conceſſæ fuerint Indulgentiæ pro Comitiis generalibus Ordinis Fratrum Prædicatorum, nova tamen ſemper petitur pro quolibet ex illis Comitiis. Quod optimo conſilio factum, quia vel illæ, priſcis temporibus conceſſæ, plenariæ non ſunt; vel revocatæ fuerunt, quod manus adjutrices exigerent: vel pro uno duntaxat generali Capitulo datæ fuerunt: ut videre eſt Tom.II pag.500, 501, & 646. Tom.III pag.146: 418: & 598. Tom.IV pag.8: 167: 317: 358: 606: & 648. Tom.V pag.23: 51: 98: 358: 414: 483: 538: 568: 619: 653: 673: 684: & 698. Tom.VI pag.8: 53: 56: 115: 129: 258: 517: & 548.

XXXVI. Notandum Quinto, quod etiam pro Comitiis Provincialibus Ordinis Fratrum Prædicatorum, Summi Pontifices quaſdam Indulgentias elargiti ſunt. Boniſatius IX Conſt. CLXII, data anno 1400 die 28 Decembris = Cupientes = Tom.II pag.409 Indulgentias elargitur viſitantibus ædes Sacras Conventus, in quo Capitulum Provinciale Provinciæ Daciæ, quolibet anno, celebrabitur, & Fratres præficit, qui eos abſolvant. Idem Boniſatius Conſt.CLXX, data anno 1401 die 18 Februarii = Licet is = Tom.II p.413 viſitantibus ædes ſacras cujuſcunque Cœnobii, in quo Fratres Ordinis Prædicatorum Capitulum Provinciale habent, Indulgentiam Eccleſiæ B. Mariæ de Portiuncula conceſſam, impertitur. Eugenius IV Conſtit.CCXCIX, data anno 1446 die 27 Aprilis = Sacræ Religionis = Tom.III pag.202 duodecim Fratres delegandos decernit, qui tempore Capituli Provincialis Provinciæ Daciæ Chriſtifideles ab omnibus peccatis abſolvere poſſint. Innocentius VIII Conſt.IV, data anno 1485 die 9 Aprilis = Salvatoris = T.IV pag.3 Indulgentiam a Bonifatio IX conceſſam renovans, ipſam pro Romanæ Provinciæ Comitiis ampliat: verum conſulenda Nota I Numero XXIX.

Indulgentia plenaria quam Paulus V impertitus eſt Conſt.XXI = Cum Capitulum = T.V pag 649, conceſſa fuit duntaxat pro Comitiis Provinciæ Lombardiæ celebrandis anno 1607.

Unam reperio Poloniæ Provinciam, pro cujus Comitiis celebrandis Gregorius XIII Conſt.CXLII, data anno 1580 die 20 Junii = Deſiderantes = Tomo VII pag.198 Indulgentiam Plenariam, quam vigere crediderim, elargitus eſt „ omnibus & ſingulis
„ utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui quotieſcunque,
„ & ubicunque Capitulum Provinciale per dictus
„ Priores & Fratres celebrabitur, Eccleſiam, apud
„ quam Capitulum ipſum pro tempore celebrari con-
„ tigerit, tempore celebrationis illius, a primis Veſpe-
„ ris diei, quo illud celebrari inchoabitur, uſque ad
„ octo dies incluſive, immediate ſequentes, devote
„ viſitaverint, & pias inibi preces &c.

Aliam Indulgentiam pro Comitiis ejuſdem Provinciæ conceſſerat Clemens VII Conſt.CXVIII data anno 1530 die 23 Julii = Cum dudum = Tom.VII pag.129.

XXXVII. Notandum Sexto, quod, feſtis Sanctorum Ordinis Prædicatorum translatis, Indulgentias transferri, decernit Leo X Conſt.XCI, data anno 1518 die 23 Julii = Expoſuit = Tom.IV pag.371 dicens: „ Volumus, ut quoties dictarum feſtivitatum „ (SS. Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, & Vincentii, ac S. Catharinæ Senenſis) „ & Octa-
„ varum earundem celebrationes, qualibet ex cauſa,
„ etiam extra tempus interdicti, transferrentur,
„ etiam Indulgentiæ, dictas Eccleſias (Ordinis Præ-
„ dicatorum) in feſtivitatibus hujuſmodi, & per ea-
„ rum Octavas, viſitantibus pro tempore conceſſæ,
„ ad tempus celebrationis hujuſmodi, ſint & cen-
„ ſeantur translatæ „. S. Pius V Conſt.XXII, data anno 1566 die 13 Auguſti = Paſtoralis officii = Tom.V pag.134, feſto S. Vincentii Ferrerii, in gratiam Placentini Conventus Hiſpaniæ, translato ad ſecundam Dominicam Menſis Julii cujuslibet anni, Indulgentias etiam transfert.

Benedictus vero XIII Conſt.LXXIX, data anno 1727 die 26 Maii = Pretioſus = Tom.VI pag.619 Num.X §.24 Indultum Leonis X renovans hæc habet:
„ Illud Indultum Ordini Prædicatorum alias impar-
„ titum a Leone X in Conſtit. = Expoſuit Nobis =
„ 23 Julii 1518, quod ſcilicet quoties feſtivitates &c.
ut ſupra: „ auctoritate Apoſtolica approbantes, in-
„ nuvantes, & de novo concedentes, ut ſupra,
„ pari ratione extendimus ad alias feſtivitates aliorum
„ ejuſdem Ordinis Sanctorum faſtis adſcriptorum,
„ vel in poſterum adſcribendorum, & ad feſtum
„ omnium ipſius Ordinis Sanctorum, quod die IX
„ Novembris celebrari ſolet, atque ad Octavas,
„ & Indulgentias pro eiſdem a Prædeceſſoribus no-
„ ſtris, vel a Nobis, hactenus conceſſas, ac quan-
„ docunque concedendas, ac etiam ad Feſtum, &
„ Octavam SS. Roſarii, quoties ob occurrentes ma-
„ jores feſtivitates, vel alias cauſas transferri con-
„ tingat.

XXXVIII. Translato Meſſanenſi Conventu, Indulgentias etiam translatas decernit, ac declarat Julius III Conſt.XXIII, data anno 1553 die 15 Maii = Exponi Nobis = Tom.V pag.25.

XXXIX. Notandum Septimo, ex communi Canoniſtarum ſententia, quos laudat, & excipit *Paſſerinus* de Indulgentiis Quæſt.XVIII, quod ſi, juſſu Superioris, Eccleſia deſtruatur, ut deſtructa maneat, tunc ſimul cum Eccleſia ceſſant Indulgentiæ, quæ fuerant ipſi conceſſæ. Si vero, juſſu Superio-
ris,

Digitized by Google

ris, deſtruatur, ut in eodem loco de novo conſtruatur, vel, aliquo caſu diruta, rurſus ædificatur, tunc ubi primum in ea celebrantur divina officia, priſtinas recuperat Indulgentias. Quod idem dicendum putant, ſi, Superioris auctoritate, Eccleſia ſub eodem titulo transferatur ad quemcunque alium locum. Addit tamen *Paſſerinus*, quod ſi Indulgentia eſſet Eccleſiæ conceſſa ratione loci, in quo eſt, tunc, ſi transferretur totaliter extra locum, non recuperaret Indulgentiam illam. Sciendum enim, ex eodem Auctore ibidem Quæſt.XIX, quod ſicut Deus Optimus Maximus in uno potius, quam in alio loco, nonnunquam operatur miracula ad augendam fidelium devotionem erga illum, vel illum Sanctum, & ad exercitium Fidei, & Religionis, ſic Mater Eccleſia, iiſdem de cauſis, peculiares quandoque concedit Indulgentias uni potius, quam alteri Eccleſiæ, uni potius rei, quam alteri, Roſariis, exempli gratia, & id genus ceteris rebus.

XL. Notandum Octavo, quod licet omnis Indulgentia immediate, directe, & proprie concedatur hominibus, quibus remittitur pœna temporalis, quia tamen Indulgentiæ conceduntur ſub alicujus operis conditione, ſi opus illud non ſit alligatum loco, vel rei, Indulgentia dicitur *Perſonalis*: ſi ſit alligatum loco, exempli gratia viſitantibus aliquam Baſilicam, *Localis* vocatur: *Realis* autem nuncupatur cum opus illud alligatum eſt alicui rei. Hinc Indulgentia nonnunquam dicitur alicui Eccleſiæ, vel alicui rei conceſſa. Qui vulgaris loquendi modus analogicus eſt, figuratus, & improprius; ita ut ſenſus duntaxat ſit, quod Indulgentia conceſſa fuerit homini ſub conditione, quod, vel illam viſitet Eccleſiam, vel talem veneretur Imaginem, vel Roſarium deferat: & ſic de ceteris.

XLI. Notandum Nono, quod circa clauſulam iſtam *vere pœnitentibus, & confeſſis*, quæ paſſim legitur in Bullis, ac Brevibus, Indulgentiarum, ſæpius quæritur, utrum ex vi talis clauſulæ præmittenda ſit actualis confeſſio. De qua Quæſtione fuſius differit *Paſſerinus* de Indulgentiis Quæſtione XXVIII pag.47 &c. cujus hæc verba pag.50 Num.240: „ Dicendum........quod clauſula vere pœnitentibus, „ & confeſſis, importat opus injunctum, & formam, „ & conditionem, & ideo, quod ex vi dictæ clauſulæ ſemper ad acquirendam Indulgentiam præmittenda eſt actualis confeſſio reſpectu illius, qui habet peccata mortalia, quæ non fuit confeſſus, & „ non ſufficere contritionem „. Quod probat his verbis: „ Nam nec contritio in jure dicitur confeſſio, „ & tunc jura præter contritionem requirunt etiam „ confeſſionem „. Quod firmat alia ratione dicens Numero 239: „ Cum......non obſtante, quod confeſſio in re, vel in voto ſit ſimpliciter neceſſaria „ peccatori, ut obtineat Indulgentiam, & nihilominus Eccleſia non utatur clauſula: *pœnitentibus, „ & confeſſis*: univerſaliter, ſed ſolum quando concedit præcipuas Indulgentias, & præcipue plenarias, & Jubilæum; & alias eadem clauſula, ex forma „ verborum, importet opus injunctum, & conditionem, dicendum eſt, quod quando Pontifices concedunt Indulgentiam pœnitentibus, & confeſſis, confeſſio ſit neceſſario præmittenda „. Ex his tamen, uti notat prædictus Auctor pag.51 Num.243: „ non „ ſequitur.... quod qui non habet conſcientiam peccati mortalis commiſſi poſt ultimam confeſſionem, „ debeat nihilominus confiteri „. Quod variis argumentis evincit contra nonnullorum ſententiam cui refragatur.

XLII. Notandum Decimo, quod hæc clauſula: „ Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam „ Eccleſiam qualibet anni die viſitantibus, aliqua alia „ Indulgentia, perpetua, vel ad tempus nondum „ elapſum duratura, conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullæ ſint „: quæ cum legatur in Brevibus Indulgentiarum, negotium ſæpius nonnullis faceſſit, a Sacra Congregatione Indulgentiarum anno 1676 die 23 Junii, approbante Sanctiſſimo anno 1677 die 18 Martii, ſic expoſita fuit, ut non comprehendat Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias certo generi perſonarum conceſſas, ut Confraternitati, Regularibus &c. Vide *Monacellum* in Formular. Leg. Pract. Parte I.

XLIII. Notandum Undecimo, circa tempus ad Indulgentias acquirendas in Brevibus definitum: *a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei ſequentis*: quod terminus, a quo tempus iſtud incipit, illud eſt, quo Veſperæ cantari ſolent: nec enim neceſſe eſt quod cantatæ fuerint, aut campana pulſata ſit. Terminus autem, quo deſinit, tempus eſt, quo Sol plene occubuit.

XLIV. Notandum Duodecimo, quod ad locorum Ordinarios privative ſpectat recognitio Brevium Indulgentiarum, quæ de novo conceduntur a Summo Pontifice: nec aliquis ſine eorum licentia, vel auctoritate, poteſt illa publicare, etiamſi pro Regularium Eccleſiis concedantur: uti declaravit Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Firmana 1703 die 12 Junii. Idem declaraverat Congregatio Concilii ſuper Caput 9 Seſs.21 de Reformatione. Huc etiam ſpectant Decreta Congregationis S. Officii 10 Maii, & 24 Auguſti 1616 apud *Thomam Paſcuccium* in Compendio ad Conſultationes Canonicas *Jacobi Pignatelli* Parte I Tit. de Indulgentiis.

XLV. Notandum Decimotertio, quod quando Summus Pontifex Indulgentiam concedit omnibus, qui Eccleſias alicujus Religionis ubicunque conſtitutas viſitaverint, hæc Indulgentia intelligitur conceſſa etiam Eccleſiis in poſterum erigendis, uti declaravit Congregatio Epiſcop., & Regular. in una B. Petri de Piſis 1626 die 3 Aprilis apud *Nicolium* in Floſculis: Verbo: *Indulgentia*: pag.198.

XLVI. Notandum Decimoquarto, quod ex vi communicationis Privilegiorum, Indulgentiæ conceſſæ uni Eccleſiæ Regularium non competunt Eccleſiis aliorum Regularium, niſi ſpecialis, & expreſſa mentio fiat hujuſce communicationis Indulgentiarum. Ratio eſt, quia hæc communicatio Indulgentiarum, utpote conceſſio ſpecialiſſima, non intelligitur comprehenſa ſub generali mentione privilegii, Indulti, exemptionis, immunitatis, facultatis, gratiæ, favoris &c. ſed duntaxat ſub nomine *Indulgentiæ, ac remiſſionis peccatorum*: quo Summi Pontifices utuntur, cum Indulgentias communicare volunt.

XLVII. Idem dicendum de Altaribus Privilegiatis: exorbitantia enim a jure communi, quæ raro conceduntur, qualia ſunt Altaria Privilegiata, non cenſentur communicata per privilegium generaliter conceſſum. Aliunde Altaris Privilegiati conceſſio ex natura ſua eſt gratia localis, quæ cenſetur individualis, ex ſpeciali, & propria quadam ratione, ipſi Eccleſiæ cui conceditur, & ideo non communicatur, uti docet *Paſſerinus* de Indulgentiis Quæſtione CII Num.801 pag.153. Ex quo ſequitur, quod etiam intra eandem Religionem, ſeu eundem Ordinem, quod unius Eccleſiæ Altari conceſſum eſt Privilegium, non intelligitur conceſſum Altari alterius Eccleſiæ, ejuſdem Religionis. Hinc, cum Benedictus XIII

ctus XIII quælibet Altaria Eccleſiarum Ordinis Prædicatorum privilegiata declarare voluit, ſpecialem edidit Conſtitutionem, qua privilegium, a Gregorio XIII conceſſum Altari SS. Roſarii Eccleſiæ Conventus Racconiſii, extendit ad omnia Altaria Eccleſiarum Ordinis Prædicatorum. Uti videre eſt Tom.VI pag.539 Conſt.VI == Exponi Nobis == data 22 Septembris 1724.

XLVIII. Notandum Decimoquinto, quod Bonifatius IX Conſt.CCXI, data 27 Aprilis 1402 == Sacræ Religionis == Tom.II pag.438: Sixtus IV Conſtitutione CXXIV, data 26 Julii 1479 == Sacri Prædicatorum == Tom.III pag.578: & Leo X Conſtitutione IV, data 22 Novemb. 1513 == Cum inter == Tom.IV pag.298: ac Conſt.LXXXVI, data 21 Junii 1518 == Cum inter == Tom.IV pag.365 hanc ſpecialem communicationem Indulgentiarum concedunt Ordini Fratrum Prædicatorum. Sed ſciendum ex *Paſſerino* de Indulgentiis Quæſt.CCII, quod hæc Indulgentiarum communicatio non eſt intelligenda pro Secularibus, ſed pro Religioſis duntaxat. Id probat variis argumentis. Præcipuum petitur ex Conſtitutione CIX Leonis X, data 10 Decembris 1519 == Dudum per Nos == Tom.IV pag.385, ubi Summus Pontifex declarans, quomodo ſit intelligenda Indulgentiarum communicatio, quæ eſt inter Fratres Mendicantes, ſic loquitur: ,, vigore prædictarum ,, literarum Seculares gratiis, & Indulgentiis hu- ,, juſmodi uti, & gaudere non poſſunt ,,. Hinc *Paſſerinus* concludit, quod ,, nec Ordini Prædicato- ,, rum, nec aliis Ordinibus...... conceſſum fuit, ,, quod Seculares viſitantes unam illorum Eccleſiam, ,, lucrentur Indulgentias Eccleſiarum aliorum Or- ,, dinum.

XLIX. Notandum Decimoſexto, quod Sacra Congregatio modum communicandi Indulgentias præſcripſit ſequenti Decreto: ,, Sacra Congregatio, ,, Indulgentiis, & ſacris Reliquiis præpoſita, cujus ,, præcipua cura eſt, ut, ſublatis ambiguitatibus, falla- ,, ciis, & ea, quam multitudo parere ſolet, confu- ,, ſione, unuſquiſque fidelium certis, minimeque ,, dubiis, Indulgentiis perfruatur, inhærendo Apo- ,, ſtolicis Conſtitutionibus, nimirum fel. rec. Cle- ,, mentis VIII cujus initium: Quæcunque &c. & Pau- ,, li V, quæ incipit: Quæ ſalubriter &c., Decla- ,, rat, nulli Ordini, Congregationi, & Societati ,, etiam Jeſu, Capitulo, Archiconfraternitati, Con- ,, fraternitati, vel Cœtui cuicunque, neque eorum ,, Superioribus, Officialibus, ſeu Miniſtris, aliiſque ,, perſonis quibuſcunque, etiam ſpecifica, & indi- ,, vidua mentione, & expreſſione dignis, licuiſſe, ,, nec in poſterum quandocunque liciturum, ullas In- ,, dulgentias aliis communicare, niſi eas, quæ a me- ,, morato Paulo, vel ejus Succeſſoribus Romanis ,, Pontificibus præſcriptæ, & conceſſæ, ſeu antea ,, conceſſæ ſpecialiter, poſtea renovatæ, ſive in ſpecie ,, confirmatæ fuerunt, etiamſi facultas illas commu- ,, nicandi eis a S.Sede Apoſtolica, cum quibuſvis clau- ,, ſulis, & decretis ante emanatam Pauli præfatam ,, Conſtitutionem conceſſa fuiſſet: Communicatio- ,, nes autem Indulgentiarum, eo, quem diximus mo- ,, do, jam hactenus factas, tum quæ deinceps quan- ,, docunque fient, nullas, nulliuſque roboris, & ,, momenti eſſe, & fore: Eaſdem communicationes ,, nullas pariter, minimeque ratas, & validas futuras, ,, niſi, ſervata forma ſupradictæ Conſtitutionis Cle- ,, mentis VIII, cum ſpecifica, & individua expreſ- ,, ſione Indulgentiarum, quæ communicantur, (id ,, eſt, ut ſingulæ nominentur, & exprimantur) fa- ,, ctæ fuerint. Declarat inſuper, Regulares quoſcun- ,, que cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis ,, etiam Jeſu, ac Inſtituti, etiam ſpecifica, & indi- ,, vidua mentione digni, & dignæ, non potuiſſe, ,, nec poſſe Confraternitatibus, Sodalitatibus, aliiſ- ,, que ſimilibus Congregationibus, quibuſvis tam ,, hactenus erectis, & inſtitutis, quam in poſterum ,, quandocunque erigendis, & inſtituendis, ſive ,, quorumcunque privilegiorum vigore aggregatis, ,, & aggregandis, ullomodo communicare Indulgen- ,, tias ipſis Regularibus conceſſas, ſed tantum illas, ,, quas, ut hujuſmodi Confraternitatibus, Sodalita- ,, tibus, ſeu aliis ſimilibus Congregationibus com- ,, municent, facultas eis ſpecifice, & nominatim per ,, Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerit. Die XVI Mar- ,, tii MDCLXXI, & die XIX ejuſdem menſis, facta ,, relatione ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum, San- ,, ctitas Sua ſententiam Sacræ Congregationis appro- ,, bavit, & ita ſervari mandavit.

F. M. Card. Brancatius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secretarius.

L. Quod S. Congregationis Decretum referens *Paſſerinus* de Indulgentiis Quæſt.XCIII Num.812 pag.155, notat pag.157 Num.819, quod Confraternitates SS. Nominis Dei, & SS. Roſarii, quas erigit Ordo Prædicatorum, non habent aggregandi facultatem, ſed ſingulæ Confraternitates hujuſmodi, legitime erectæ, ſtatim de jure, & æque principaliter, ac independenter a quacunque alia ſimili Confraternitate, fruuntur Indulgentiis eis per Sedem Apoſtolicam conceſſis, aut communicatis.

QUÆSTIO X.

Qualis Privilegiorum communicatio conceſſa ſit Ordini Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. EX ipſis Summorum Pontificum verbis exhibetur illa communicatio Privilegiorum.

II. Conceſſa a Bonifatio IX.

III. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: & ceteros inter, Sixtum IV:

Qui inſuper Fratrum Prædicatorum, ac Minorum Privilegia firmat, & innovat:

Ac delegat Conſervatores.

IV. Eoſdem Fratres egregiis laudibus ornat:

Præ ceteris extollit:

Ipſoſque Privilegiis, quæ aliis Ordinibus conceſſa ſunt, donat.

V. Innocentium VIII:

Qui declarat communicationem Privilegiorum, a Sixto IV conceſſam, intelligi debere etiam de gratiis concedendis.

VI. Alexandrum VI:

Qui etiam Privilegia firmat.

VII. Julium II:

Qui declarat, quomodo Privilegiorum communicatio inter Prædicatorum, & Minorum Ordines univerſaliter facta, ſit intelligenda?

VIII. Leonem X:

Qui ampliſſimam communicationem indulget Ordini Prædicatorum, ut, benignitatis exemplo, ceteri promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſolvenda reddantur.

IX. Et inſuper declarat, quomodo communicatio illa, Indulgentiarum præſertim, intelligenda ſit?

X. Ju-

X. Julium III:
XI. Paulum IV:
XII. Urbanum VIII:
XIII. Benedictum XIII:
XIV. Ex quorum Apoſtolicis Conſtitutionibus liquet, Ordinem Fratrum Prædicatorum habere omnia Privilegia ceteris Ordinibus, Mendicantibus, & non Mendicantibus conceſſa.

Quæ tamen Regulæ, Conſtitutionibus, & Statui Religionis non adverſentur.

XV. Nec illa generalis communicatio comprehendit ea, quæ per ſpeciales quaſdam Conſtitutiones ſancita ſunt pro quibuſdam locis, vel perſonis.

Niſi de voluntate concedentis conſtet.

XVI. Ex illis Regularium Privilegiis, ea, quæ S. Concilii Tridentini Decretis contraria ſunt, revocata fuerunt a Pio IV.

Exhibentur ejuſdem Concilii Decreta, quæ de rebus ad Regulares ſpectantibus loquuntur.

XVII. De impreſſione Librorum.
XVIII. De Lectione S. Scripturæ.
XIX. De Prædicatoribus Verbi Dei.
XX. De Regularibus delinquentibus.
XXI. De viſitatione Eccleſiarum.
XXII. De Ordinibus ſuſcipiendis.
XXIII. De obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſarum.
XXIV. De reductione Miſſarum.
XXV. De Feſtis a Regularibus ſervandis.
XXVI. De ſolemni ſupplicatione, ſeu Proceſſione, habenda.
XXVII. De controverſiis circa præcedentiam.
XXVIII. De cenſuris, & interdictis ſervandis.
XXIX. De ſententia Excommunicationis.
XXX. De Conventibus, quibus imminet Secularium animarum cura.
XXXI. De Examinatoribus Synodalibus.
XXXII. De Quarta funeralium.
XXXIII. Quibus Regularibus immobilia Bona poſſidere liceat: & quæ facultas requiratur ad novos Conventus conſtituendos?
XXXIV. Qua ætate Profeſſio fieri debeat?
XXXV. De Donationibus anno Noviciatus faciendis.
XXXVI. De non differendo Profeſſionis tempore.
XXXVII. De Bonis Noviciorum non recipiendis.
XXXVIII. Qualiter Regularis Habitum dimittere poſſit?
XXXIX. De recedentibus a Conventu.
XL. De Oblatis, ſervientibus &c.
XLI. De tempore, quo puellæ Habitum Religioſum ſuſcipere poſſunt.
XLII. Recipiendarum libertati conſulitur.
XLIII. De Monaſteriorum gubernatione.
XLIV. De Electione.
XLV. De ætate eligendarum.
XLVI. De Clauſura Monaſteriorum.
XLVII. De Confeſſione Monialium.
XLVIII. De Confeſſione Secularium.
XLIX. Qua ratione Regulares vitam inſtituere debeant?
L. De Paupertatis voto ſervando.
LI. De Locationibus Eccleſiaſticis.
LII. De Decretis ſervandis, non obſtantibus Regularium Privilegiis, quæ revocantur.
LIII. Propoſitio aſſerens, quod *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti Privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſſe revocata per Concilium Tridentinum*, ab Alexandro VII damnata.

LIV. Ex quo potiſſimum dignoſci poſſit, quandonam Privilegia revocentur non ſolum quoad forum externum, ſed etiam quoad internum?

LV. Eugenius IV decernit, ac declarat, de Privilegiis Ordinis Prædicatorum nunquam derogari, niſi ejuſdem Ordinis, ipſius Generalis Magiſtri, & ipſorum Privilegiorum ſpecialis mentio fiat.

LVI. Quod tamen non obſtat, quominus Ordinis Prædicatorum Privilegia revocata cenſeantur, ſi de Legiſlatoris mente liquido conſtet.

LVII. Vivæ vocis Oracula a Gregorio XV revocata.

Quædam excipiuntur.

Quomodo revocatio illa ſit intelligenda?

LVIII. Quænam præſcriptio requiratur adverſus Regulares, & quid contra non uſum operetur mutua Privilegiorum communicatio?

I. QUalis ſit Communicatio Privilegiorum, quam cum ceteris habet Ordo Fratrum Prædicatorum, & quis hac de re conſenſus Bullarum reperiatur? ex ipſiſmet Summorum Pontificum verbis audiamus, oportet.

II. „ Sacræ Religionis, inquit *Bonifatius IX Conſtitutione CCXI, data 27 Aprilis 1402 Tom. II pag. 438*, „ ſub qua dilecti filii Thomas Magiſter, & univerſi „ Fratres Ordinis Prædicatorum, devotum, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, promeretur ho„ neſtas, ut eos, ac eorum univerſas Eccleſias, Ora„ toria, atque loca ubilibet conſtituta, favoribus, & „ gratiis Apoſtolicis proſequamur. Hinc eſt, quod „ Nos Magiſtrum, & Fratres prædictos, eorumque „ Succeſſores, Eccleſias, Oratoria, atque loca ejuſ„ dem Ordinis, necnon Sorores ſub cura Fratrum „ Prædicatorum, ac Monaſteria, Eccleſias, ac Ora„ toria, atque loca ipſarum, paterno confoventes „ affectu, omnes immunitates, libertates, Indulgen„ tias, & privilegia quæcunque, dilectis filiis uni„ verſis Fratribus Minorum, Eremitarum, Carmeli„ tarum, & Servorum B. Mariæ, Ordinum, ac ipſo„ rum Eccleſiis, Oratoriis, atque locis, & domibus „ quibuſcunque, & ubilibet conſtitutis, vel alicui „ ipſorum conjunctim, vel diviſim, ab Apoſtolica „ Sede conceſſas, atque conceſſa, & quæ in futurum „ per eandem Sedem eis, vel ipſorum alteri, concedi, „ contigerit, eiſdem Magiſtro, & Fratribus, ac So„ roribus, & eorum Succeſſoribus, ac Eccleſiis, „ Oratoriis, atque locis, & domibus ipſorum, in „ quibuſcunque Provinciis, Civitatibus, terris, ſeu „ locis conſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, conce„ dimus per præſentes, ut illis libere, ubique loco„ rum uti, & frui, poſſint; & valeant, ac gaudeant, „ quibus ipſi Minorum, Eremitarum, Carmelitarum, „ Servorum B. Mariæ, vel alterius ipſorum Ordi„ num Fratres, in quibuſvis Provinciis, ſeu locis, „ uti, & frui poſſunt, ſive poterunt, & gaudere, ea„ dem auctoritate, de ſpeciali gratia, indulgemus; „ & inſuper, ut Chriſtifideles ad Eccleſias, ac Orato„ ria, ſeu loca eorundem Fratrum Prædicatorum „ eo libentius cauſa devotionis confluant, quo ex „ hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpe„ xerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericor„ dia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum „ ejus, auctoritate confiſi, omnibus Chriſtifidelibus „ vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, „ Oratoria, & loca hujuſmodi, in ſingulis diebus fe„ ſtivitatum, Titulorum, ſeu vocabulorum, quibus „ Eccleſiæ, Oratoria, & loca hujuſmodi ſunt, vel fue„ rint inſignita, & aliorum Sanctorum, qui ejuſdem

„ Ordi-

„ Ordinis fuerunt Prædicatorum, ſeu fuerint profeſ-
„ ſores, ac aliis feſtivitatibus, & diebus, ac per Octa-
„ vas ipſorum, viſitaverint, illam Indulgentiam, &
„ remiſſionem peccatorum concedimus, quam in eiſ-
„ dem Provinciis, Civitatibus, Terris, ſeu locis, vi-
„ ſitantes ſingulas Eccleſias, Oratoria, atque loca,
„ Fratrum Minorum, Eremitarum, Carmelitarum,
„ vel Servorum B.Mariæ, quæ exiſtunt, vel extiterint
„ inſignita, ac Sanctorum, qui eorundem Ordinum
„ fuerunt, vel fuerint profeſſores, ac aliis certis fe-
„ ſtivitatibus, & diebus, & per Octavas eorundem
„ quomodolibet conſequuntur, ſeu fuerint conſe-
„ quuti.

III. „ Poſtremo, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII, data 31 Auguſti* 1474 = Regimini = *Tom.III pag.518*
„ cum Fratres Ordinis Minorum, ſicut, & prædicti
„ Prædicatorum Ordinis profeſſores, pro Fidei Ca-
„ tholicæ dilatatione, continuo indeſeſſe laborent,
„ fructuſque afferant in Dei Eccleſia ſalutares, &
„ propterea fuerint variis per Sedem prædictam pri-
„ vilegiis decorati, ut quos par labor, pariaque me-
„ rita conjungunt, paria conjungant privilegia, &
„ favores, concedimus eiſdem profeſſoribus Ordinis
„ Prædicatorum, ut conceſſis Fratribus Minoribus,
„ & eiſdem Ordinis Minorum Fratribus, præmiſſis,
„ & aliis conceſſis prædictis Fratribus Prædicatori-
„ bus, privilegiis, Indulgentiis, gratiis, favoribus,
„ & indultis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus,
„ a prædictis, & aliis Romanis Pontificibus, Præde-
„ ceſſoribus noſtris, aut aliis auctoritatem habenti-
„ bus, quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur,
„ haberi hic volumus pro expreſſis, & noſtræ appro-
„ bationis munimine ſolidamus, ac decernimus, ro-
„ bur perpetuæ firmitatis obtinere, potiri, & gaude-
„ re poſſint, & debeant, perpetuis futuris tempori-
„ bus in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine ulla
„ differentia, perinde ac ſi quæ uni ex Ordinibus præ-
„ dictis ſunt conceſſa, utrique ſimul nominatim con-
„ ceſſa fuiſſent, aut concederentur in poſterum. Et quæ
„ de Magiſtro Generali, ac Prioribus Provincialibus,
„ & Conventualibus, ac eorum Vicariis, necnon Mo-
„ naſteriorum Monialium S.Auguſtini, ſub eorundem
„ Fratrum Prædicatorum cura, & ſecundum ipſius
„ Ordinis Fratrum Prædicatorum inſtituta viven-
„ tium, ſunt ſtatuta, pro Generali, & Provinciali-
„ bus Miniſtris, ac Vicariis dicti Ordinis Fratrum
„ Minorum, necnon Monaſteriorum Sororum San-
„ cti Damiani nuncupatarum, cenſeantur eſſe ſtatu-
„ ta; diſtrictius inhibentes eiſdem locorum Ordina-
„ riis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſio-
„ nis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſia-
„ rum, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, &
„ aliis quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ
„ ſententiæ, & privationis earundem Parochialium
„ Eccleſiarum, ac omnium aliorum beneficiorum
„ Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilita-
„ tionis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis,
„ eo ipſo per eos, qui contrafecerint incurrendis,
„ ne Ordines prædictos Fratrum Prædicatorum, &
„ Minorum, ac illorum domus, & profeſſores, præ-
„ ter, aut contra Martini, Gregorii, & Eugenii, aut
„ aliorum quorumcunque Prædeceſſorum noſtro-
„ rum, & præſentium noſtrarum literarum tenorem,
„ inquietare, ſeu moleſtare, & eos, aut teſtamento-
„ rum, ultimarumque voluntatum executores, &
„ hæredes prædictos, ſeu quoſcunque alios, directe,
„ vel indirecte, ad ſolutionem alicujus Quartæ Paro-
„ chialis, ſeu Canonicæ, vel alterius portionis, ſeu
„ oneris, & faciendum celebrari aliquod officium in
„ eorum Eccleſiis, vel alibi, dum apud ipſos Fratres
„ decedentium cadavera tumulantur, ante, vel poſt
„ eorum ſepulturam, cogere, nec confeſſis dictis
„ Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus pro tem-
„ pore, Eucbariſtiæ, ſeu Extremæ Unctionis Sacra-
„ menta, ſine rationabili cauſa, denegare, vel illo-
„ rum exhibitionem malitioſe differre, aut eorum Pa-
„ rochianis, ne dictis Fratribus confiteantur, probi-
„ bere, vel perſuadere, nec etiam ad præmiſſa, ſeu
„ aliquid præmiſſorum, auxilium, conſilium, vel fa-
„ vorem, directe, vel indirecte, dare, quoquomodo
„ præſumant. Et nihilominus cuilibet in Dignitate
„ Eccleſiaſtica conſtituto, & Metropolitanæ, vel al-
„ terius Cathedralis Eccleſiæ Canonico, per univer-
„ ſum Orbem, qui deſuper per dictorum Ordinum
„ Priores, Guardianos, & Fratres, ac illorum, ſeu
„ ad commodum eorum Romanæ Eccleſiæ Syndicos,
„ deſuper fuerint requiſiti, per Apoſtolica ſcripta,
„ in ſolidum, mandamus, quatenus, per ſe, vel
„ alium, ſeu alios, præmiſſa, ubi, & quando opus
„ fuerit, ſolemniter publicantes, ac eiſdem Fratrum
„ Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum
„ domibus, & profeſſoribus in præmiſſis, efficacis de-
„ fenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica
„ poſſeſſione, vel quaſi, privilegiorum, & conceſſio-
„ num hujuſmodi gaudere, non permittentes eos,
„ ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prædi-
„ ctos, aut quoſcunque alios, indebite moleſtari, aut
„ eis gravamina, injurias, atque damna inferri, ſeu
„ quomodolibet irrogari, ac etiam, ſummarie, vel
„ de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti
„ veritate inſpecta, contra quoſcunque, cujuſcunque
„ qualitatis, vel conditionis exiſtant, & quacunque
„ Eccleſiaſtica, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali,
„ vel Epiſcopali, aut mundana, forent dignitate, &
„ exemptione muniti, in quibuſcunque cauſis per
„ eos movendis, quacunque ratione, vel cauſa, quæ
„ excogitari poſſit, eis miniſtrent juſtitiæ comple-
„ mentum, exequendo, quod per eos fuerit ordina-
„ tum, & illos, quos cenſuras, & pœnas prædictas
„ incurriſſe conſtiterit, irretitos eſſe declarent, ac
„ faciant, & mandent, interdictos, ſuſpenſos, &
„ & excommunicatos publice nunciari, ac ab omni-
„ bus arctius evitari: ac, legitimis ſuper his haben-
„ dis, ſervatis proceſſibus, illos, quoties opus fue-
„ rit, iteratis vicibus aggravare procurent, contra-
„ dictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione
„ poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus
„ fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus
„ Conſtitutionibus Bonifatii, quibus cavetur, ne,
„ quis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in
„ certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam diætam,
„ a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu, ne
„ Judices, a Sede Apoſtolica deputati, extra Civita-
„ tes, & Diœceſes, in quibus deputati fuerint, con-
„ tra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis, vices
„ ſuas committere præſumant: Et de duabus diætis
„ in Concilio Generali, necnon quæ incipit: Super
„ Cathedram: Bonifatii: Et: Dudum: Viennen.
„ Concilii, ac Caliſti PP. III, etiam Prædeceſſoris
„ noſtri literis, aliiſque Apoſtolicis, ac etiam in Pro-
„ vincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpe-
„ cialibus, vel generalibus, necnon Ottonis, & Octo-
„ boni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ Sedis Le-
„ gatorum, Conſtitutionibus, Eccleſiarumque, ac
„ locorum quorumlibet Statutis, & conſuetudinibus,
„ & inter quoſcunque dictorum Ordinum Fratrum
„ Prædicatorum, & Minorum profeſſores, ac loco-
„ rum Ordinarios, ſeu Rectores prædictos initis, &

„ con-

„ concluſis, ac hactenus obſervatis, pactis, & con-
„ ventionibus, etiam juramento, confirmatione Apo-
„ ſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, necnon
„ omnibus illis, quæ Gregorius, Martinus, & Eu-
„ genius præfati Prædeceſſores in prædictis eorum li-
„ teris voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcun-
„ que. Quibus omnibus, illa, ac ſi de verbo ad ver-
„ bum insererentur, & derogatoriarum derogatorias
„ clauſulas in ſe continerent, præſentibus pro expreſ-
„ ſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,
„ quoad præmiſſa ſpecialiter, & expreſſe derogamus.
„ Aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Re-
„ ctoribus præſatis, ſeu quibuſvis aliis, communiter,
„ vel diviſim a Sede præſata indultum exiſtat, quod
„ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ultra,
„ vel extra certa loca, ad judicium evocari non poſ-
„ ſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam,
„ & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto
„ hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis
„ Indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque te-
„ noris exiſtat, per quam, præſentibus non expreſ-
„ ſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impe-
„ diri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua,
„ cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis
„ mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc illa, & quæ-
„ cunque alia, quæ in futurum per Nos, vel Sedem
„ Apoſtolicam quomodolibet concedi, ſtatui, decer-
„ ni, vel ordinari contigerit, contra Gregorii, Mar-
„ tini, & Eugenii, aliorumque Prædeceſſorum noſtro-
„ rum prædictorum, & præſentium literarum hujuſ-
„ modi tenorem, necnon ſi ſecus ſuper his a quoquam,
„ quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter con-
„ tigerit attentari, irrita, & inania, ac nullius robo-
„ ris, vel momenti eſſe decernimus.

IV. „ Poſtremo, inquit idem *Sixtus IV Conſtitu-
tione CXXIV* data 26 Julii 1479 = Sacri Prædicato-
rum = *Tom.III pag.*580 „ quia Prædicatorum, &
„ Minorum Fratrum prædictorum Ordinum profeſ-
„ ſores, pro Fidei Catholicæ dilatatione, incremento,
„ & defenſione, continue indefeſſe laborant, & eo-
„ rum exemplari vita, prædicationibus verbi Dei, au-
„ dientia confeſſionum, ſana doctrina, aſſidua ſacra-
„ rum literarum inſtructione, & devota divinorum
„ Officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione,
„ aliiſque innumeris piis operationibus, præ ceteris
„ Ordinum Mendicantium profeſſoribus, fructus in
„ Eccleſia Dei ſalutares copioſius attulerunt hactenus,
„ & continue afferre non ceſſant, atque allaturos in
„ futurum, Deo propitio, ſpe firma, tenemus, &
„ propterea convenit, ut ipſi præ ceteris ampliores
„ favores, & gratiarum prærogativas a præſata Sede
„ recipiant, & reportent, aliorumque Ordinum
„ Mendicantium indultis, & privilegiis apud Sedem
„ præfatam gaudeant, ne illis inferiores eſſe videan-
„ tur; omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, &
„ Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, immu-
„ nitates, exemptiones, facultates, privilegia, &
„ indulta ſpiritualia, & temporalia, qualiacunque
„ ſint, Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmeli-
„ tarum, ac Servorum Beatæ Mariæ Fratrum Ordi-
„ nibus, & illorum Eccleſiis, Oratoriis, & domibus,
„ Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Converſis, &
„ Oblatis, ac utriuſque ſexus perſonis de Pœnitentia
„ nuncupatis, a Prædeceſſoribus noſtris Romanis
„ Pontificibus prædictis, & a Nobis, aut aliis aucto-
„ ritatem habentibus, quæ omnia, ac ſi nominatim
„ exprimerentur, haberi hic volumus pro ſufficienter
„ expreſſis, conjonctim, vel diviſim, in genere, vel
„ in communi conceſſa, eiſdem, & eorum cuilibet
„ Prædicatorum, & Minorum Fratribus, Ordini-
„ bus, domibus, Eccleſiis, Oratoriis, Generali
„ Magiſtro, Miniſtro, Prioribus, & Miniſtris Pro-
„ vincialibus, Conventualibus Prioribus, Guardia-
„ nis, Sororibus, & Oblatis, Converſis, & utriuſque
„ ſexus Tertii Ordinis, ſeu de Pœnitentia nuncupa-
„ tis, & aliis eorundem Ordinum perſonis, de novo
„ concedimus, & in eis locum habere volumus, ac ſi
„ eiſdem nominatim, directe, & expreſſe conceſſa
„ fuiſſent. Mandantes etiam, motu, & ſcientia, &
„ auctoritate prædictis, ut, dum privilegiorum, In-
„ dulgentiarum, prærogativarum, conceſſionum,
„ exemptionum, immunitatum, facultatum, & in-
„ dultorum dictorum Fratrum Eremitarum Sancti
„ Auguſtini, Carmelitarum, & Servorum Sanctæ
„ Mariæ originales literæ, ſeu tranſumpta authenti-
„ ca, ex illis pro, & in favorem Eccleſiarum, do-
„ morum, & Fratrum prædictorum Prædicatorum,
„ & Minorum Ordinum, adducerentur, vel exhi-
„ berentur, eadem fides indubia adhibeatur, tam in
„ judicio, quam extra judicium, & aliis locis, qui-
„ bus opus fuerit, ac ſi pro, & in favorem dictorum
„ Ordinum, Eccleſiarum, domorum, & Fratrum
„ Prædicatorum, & Minorum a Sede Apoſtolica
„ emanaſſent, ac eis, & cuilibet ipſorum fuiſſent im-
„ mediate conceſſæ. Inhibentes diſtrictius ipſis loco-
„ rum Ordinariis, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ,
„ & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ſua-
„ rum Eccleſiarum, ac Parochialium Eccleſiarum
„ Rectoribus, & aliis quibuſcunque ſub excommu-
„ nicationis latæ ſententiæ, & privationis earundem
„ Parochialium Eccleſiarum, & omnium aliorum be-
„ neficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, nec-
„ non inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum ob-
„ tinenda pœnis, eo ipſo quo contrafecerint incur-
„ rendis, ne perſonis quibuslibet Eccleſiaſticis, &
„ Secularibus, in genere, vel in ſpecie, directe, vel
„ indirecte aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent,
„ vel ſtatuant, quominus Ordines prædicti, illorum
„ domus, & profeſſores, prædictis gratiis eis con-
„ ceſſis libere uti poſſint. Non obſtantibus quibuſ-
„ cunque Apoſtolicis ſuſpenſionibus, revocationibus,
„ & reſtrictionibus, ac in Provincialibus, & Syno-
„ dalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecia-
„ libus Conſtitutionibus, necnon Pariſienſis, & alio-
„ rum locorum Generalium ſtudiorum Univerſitati-
„ bus, & Curiæ, Vicegerentiæ Avenionis, & qui-
„ buſvis ordinariis Prælatis, ac perſonæ conceſſis, &
„ concedendis literis, privilegiis, ac per illos depu-
„ tatis in eis Conſervatoribus Privilegiorum hujuſ-
„ modi facultatibus, & juriſdictione, cum quibuſvis
„ clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac
„ fortioribus, & inſolitis, quibus omnibus, illa,
„ etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus, & datis,
„ non per hujuſmodi generales clauſulas, etiam
„ ſpecialem mentionem importantes, ſed ſpecifica, &
„ individua, ac de verbo ad verbum, ſeu quævis
„ alia mentio habenda eſſet, præſentibus pro expreſ-
„ ſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,
„ quoad præmiſſa, ſpecifice, & nominatim, dero-
„ gamus, & ea nemini, in præjudicium præmiſſorum,
„ ſuffragari poſſe, aut debere, ac irritum, & inane
„ quicquid ſecus contigerit attentari, decernimus,
„ necnon omnibus illis, quæ in dictis literis noſtris
„ præfatis Ordinibus conceſſis, volumus non obſtare,
„ ceteriſque contrariis quibuſcunque.

V. „ Quia in Bulla Mare Magnum nuncupata,
inquit *Innocentius VIII Conſt.LXV* data 12 Martii 1489
= Sacræ Religionis = *Tom.IV pag.*45 „ continetur
„ quod

,, quod Fratres Prædicatores, & Moniales ſub eorum
,, cura degentes gaudeant, & gaudere poſſint perpe-
,, tuis futuris temporibus, omnibus, & ſingulis pri-
,, vilegiis, & gratiis Fratribus Ordinis Minorum
,, conceſſis, & a nonnullis vertitur in dubium, an
,, hoc intelligatur de gratiis tempore dictæ Bullæ
,, conceſſis, vel ex tunc in antea concedendis, au-
,, ctoritate, & tenore præmiſſis declaramus, illud etiam
,, intelligi debere de gratiis ex tunc concedendis. Et
,, quod Fratres Prædicatores, & Moniales dictæ Con-
,, gregationis de Obſervantia gaudeant privilegiis, &
,, gratiis concedendis Fratribus Minoribus etiam de
,, Obſervantia, & Monialibus Ordinis Sanctæ Claræ,
,, & Tertiæ Regulæ Sancti Franciſci.

VI. Fratribus Ordinum Prædicatorum, & Mino-
rum ſcribens *Alexander VI Conſt.CIV* data 5 Februa-
rii 1501 *Tom.IV pag.166*: ,, Sacræ, inquit, Reli-
,, gionis, ſub qua devotum, & ſedulum exhibere
,, ſtudetis Majeſtati divinæ famulatum, promeretur
,, honeſtas, ut vos ſpiritualibus favoribus proſequa-
,, mur. Hinc eſt, quod Nos, volentes quieti, &
,, commoditati veſtræ, pro benemeritis veſtris, pa-
,, terna caritate conſulere, vobis, ut de cetero om-
,, nibus, & ſingulis gratiis, & privilegiis, liberta-
,, tibus, immunitatibus, & indultis ſpiritualibus, &
,, temporalibus, tam Fratrum Prædicatorum, quam
,, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & B. Ma-
,, riæ de Monte Carmelo, omnibuſque aliis Ordinibus
,, Mendicantibus, per Sedem Apoſtolicam, vel Lega-
,, tos ejuſdem in genere, vel per literas Apoſtolicas,
,, Mare Magnum nuncupatas, & quoad exemptionem
,, a ſolutione Quartæ locorum Ordinariis, ac Paro-
,, chialium Eccleſiarum Rectoribus debitæ, a qua
,, vos potiori pro cautela de novo eximimus, hacte-
,, nus conceſſis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad
,, verbum præſentibus inſerti eſſent, haberi volumus
,, pro ſufficienter expreſſis, uti, potiri, & gaudere
,, libere, ac licite poſſitis, & debeatis in omnibus, &
,, per omnia, perinde ac ſi vobis conceſſa fuiſſent, Con-
,, ſtitutionibus, & ordinationibus illis, quas in præ-
,, dictis literis conceſſum eſt, non obſtare, ceteriſque
,, contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate
,, Apoſtolica, tenore præſentium, ſpeciali dono gra-
,, tiæ indulgemus, illaque de novo concedimus. Da-
,, tum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris
,, die V Februarii MDI Pontificatus noſtri Anno
,, Nono.

VII. Quomodo Privilegiorum communicatio in-
ter Prædicatorum, & Minorum Ordines univerſali-
ter facta, ſit intelligenda? declarat *Julius II Conſti-
tutione LXV* data 1 Junii 1509 *Tom.IV pag.258*: ſic
enim nonnullis Epiſcopis Hiſpaniæ, hac de re ſcri-
bit: ,, Alias ad ſupplicationem cariſſimi in Chriſto fi-
,, lii noſtri Ferdinandi Regis &c. Quodque in prædi-
,, cta privilegiorum, gratiarum, & indultorum
,, prefatorum communicatione, tam univerſaliter per
,, Prædeceſſores noſtros toti Ordini Minorum, quam
,, etiam per Nos particulariter prædictorum Regno-
,, rum Fratribus facta, ea quæ quoad abſolutionem,
,, diſpenſationem, vel alias ad Priorem Generalem,
,, ſeu Magiſtrum Ordinis Prædicatorum ſpectant, ad
,, Miniſtrum, vel Vicarium Generalem Fratrum Mi-
,, norum pertineant, & ea, quæ ad Priores, ſeu Vi-
,, carios, ac Suppriores, Provinciales, ideſt Præla-
,, tos, qui medii ſunt, quocunque nomine cenſean-
,, tur, & vocentur, inter dictum Generalem, ſeu
,, Magiſtrum Ordinis, & Priores Conventuales, eo-
,, rumque Vicarios, ſimili modo ſpectant, ad Mini-
,, ſtros & Vicarios Provinciales, ac Cuſtodes, qui
,, etiam medii ſunt inter Miniſtrum, & Vicarium
,, Generalem, & Guardianos, eorumque Vicarios,
,, ſimiliter pertineant; Et ſicut de poteſtate Præla-
,, torum, ſcilicet de Prælatis, ad Prælatos dictum
,, eſt, ita de Congregationibus unius ad Congre-
,, gationes alterius Ordinis, & de Fratribus pri-
,, vatis, ideſt ſine Prælatura, ad Fratres priva-
,, tos, & de Feſtivitatibus ad Feſtivitates, in bis
,, caſibus, in quibus Congregationibus, vel Fra-
,, tribus privatis, aut Feſtivitatibus unius Ordi-
,, nis aliquid conceditur, Congregationibus, Fratri-
,, bus privatis, ac Feſtivitatibus alterius Ordinis,
,, nunc, & pro tempore reſpective conceſſum intelli-
,, gatur. Ita quod ea, quæ in honorem Sanctorum
,, Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino,
,, Catharinæ de Senis, Fratribus, vel locis Prædica-
,, torum ſunt conceſſa, omnia illa Fratribus Minori-
,, bus præfatis, eorumque locis, in Feſtivitatibus
,, Sanctorum Franciſci, Antonii, Ludovici, Ber-
,, nardini, Bonaventuræ, quinque Martyrum dicti
,, Ordinis, qui apud Marrochium Martyrii coronam
,, adepti ſunt, & Sanctæ Claræ, & in aliis Feſtivita-
,, tibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint in minori
,, numero, quam Feſta ipſorum Fratrum Prædicato-
,, rum ſint, intelligantur conceſſa, ad tollendum
,, quamcunque hæſitationem, & inde forte ortum
,, ſcrupulum, auctoritate, & tenore præfatis declara-
,, ramus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub
,, annulo Piſcatoris die 1 Junii MDIX, Pontificatus
,, noſtri anno Sexto.

VIII. ,, Thomæ de Vio Cajetano ,, Ordinis Præ-
dicatorum Generali Magiſtro ſcribens *Leo X Conſt.IV*,
data 22 Novembris 1513 *Tom.IV pag.298* ,, Cum, in-
quit ,, inter ceteros operarios, qui ad excolendam vi-
,, neam Domini Sabaoth vocati ſunt, Ordo Prædica-
,, torum magnos, & probitatis, & doctrinæ, & ani-
,, marum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, quoti-
,, dieque afferre cernatur, deceatque ut etiam in hac
,, vita pro tot ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque labori-
,, bus ab Apoſtolica Sede, cujus noſtris quoque peri-
,, culoſis temporibus, pacem, & dignitatem Ordo
,, idem fortiter tutatus eſt, ſpiritualia ſubſidia, or-
,, namentaque accipiat, quibus, & ſancta ſua officia
,, facilius, atque expeditius exequatur, & ceteræ
,, Religioſæ perſonæ, Ordineſque alii exemplo beni-
,, gnitatis promptiores, alacrioreſque ad ſua officia
,, perſolvenda reddantur; Idcirco Prædeceſſorum
,, noſtrorum veſtigia conſectati, qui plurima eidem
,, Ordini beneficia, ac privilegia contulerunt, omnes,
,, & ſingulas gratias, conceſſiones, Indulgentias,
,, peccatorum remiſſiones, prærogativas, favores,
,, immunitates, exemptiones, facultates, privile-
,, gia, indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia
,, qualiacunque illa ſint, quæ Minorum, Eremitarum
,, Sancti Auguſtini, Carmelitarum, Servorum
,, B. Mariæ, ac Minimorum Fratrum Ordinibus, & il-
,, lorum Eccleſiis, Oratoriis, domibus, & Præſi-
,, dentibus, non ſolum Generalibus, ſed etiam Pro-
,, vincialibus, & Conventualibus, Fratribuſque, &
,, Sororibus, necnon Monialibus, & Converſis,
,, Oblatiſque, ac utriuſque ſexus perſonis, de Pœni-
,, tentia, ſeu Tertii habitus, nuncupatis, a Præde-
,, ceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, aut a No-
,, bis, noſtriſque Succeſſoribus, aut aliis auctoritatem
,, habentibus conjunctim, vel diviſim, in genere, vel
,, in ſpecie conceſſa ſunt, aut in poſterum conceden-
,, da, illa omnia, & ſingula, ac ſi nominatim ex-
,, primerentur, pro ſufficienter expreſſis habentes,
,, dicto Ordini Prædicatorum, & illius Eccleſiis,
,, Orato-

,, Oratoriis, ac domibus, Magiſtroque Generali,
,, Provincialibuſque Prioribus, & Conventualibus,
,, Fratribus etiam, & Sororibus, ſive Monialibus,
,, Converſis quoque & Oblatis, & utriuſque ſexus
,, perſonis, de Pœnitentia nominatis, & aliis ejuſdem
,, Ordinis perſonis, motu proprio, non ad alicujus
,, ſuper hoc oblatæ Nobis petitionis inſtantiam, ſed ex
,, mera noſtra ſcientia, & liberalitate, & de Apoſto-
,, licæ auctoritatis plenitudine, communicamus, de
,, novoque concedimus, & ſuffragari volumus, ac
,, ſi eiſdem nominatim, directe, & expreſſe conceſſa
,, fuiſſent, aut in poſterum concederentur; ac manda-
,, mus motu, ſcientia, liberalitate, & auctoritate
,, prædictis, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus,
,, cujuſcunque gradus, conditionis, dignitatis, præ-
,, eminentiæque fuerint, ut dum Indulgentiarum,
,, prærogativarum, favorum, conceſſionum, exem-
,, ptionum, immunitatum, facultatum, privilegio-
,, rum, & indultorum, prædictorum Fratrum, & Or-
,, dinum, aut originales literæ, aut tranſumpta au-
,, thentica ex illis, pro, & in favorem Eccleſiarum,
,, domorum, Fratrum, & utriuſque ſexus perſona-
,, rum Ordinis Prædicatorum adducta, vel exhibita
,, fuerint, eadem illis fides indubia, tam in judicio,
,, quam extra, & aliis locis ubicunque opus fuerit, adhi-
,, beatur, ac ſi pro, & in favorem dicti Ordinis Prædi-
,, catorum a Sede Apoſtolica emanaſſent, ac eidem
,, immediate conceſſa, aut indulta fuiſſent. Non ob-
,, ſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis ſuſpenſionibus,
,, & reſtrictionibus, ſive Conſtitutionibus, & ordi-
,, nationibus, necnon in Provincialibus, & Synodali-
,, bus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus,
,, & quorumcunque Legatorum, etiam a Latere,
,, quibuſvis Regnis, Provinciis, aut locis, Conſtitu-
,, tionibus, Pariſien. que, & aliorum locorum Ge-
,, neralium ſtudiorum Univerſitatibus, & Curiæ Vi-
,, cegeren. Avenionen., & quibuſvis Ordinariis. Præ-
,, latis, & perſonæ, conceſſis, & concedendis literis,
,, privilegiis, ac per illos deputatis in eis Conſervato-
,, ribus privilegiorum hujuſmodi, facultatibus, &
,, juriſdictione, necnon regulis Cancellariæ Apoſto-
,, licæ jam editis, aut forte edendis in futurum, Ec-
,, cleſiarum quoque, ac locorum quorumlibet Statu-
,, tis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque di-
,, ctorum Ordinum profeſſores, & locorum Ordina-
,, rios, ſeu Rectores, initis, & concluſis, ac ha-
,, ctenus obſervatis, pactis, & conventionibus,
,, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
,, quavis alia firmitate roboratis, necnon omnibus
,, illis, quæ Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices
,, in literis privilegiorum, exemptionum, gratiarum,
,, favorum, immunitatum, prærogativarum, con-
,, ceſſionum, facultatum, & indultorum prædicto-
,, rum præfatis Ordinibus conceſſorum, voluerunt
,, non obſtare, quibus omnibus, ac ſi de verbo ad
,, verbum insererentur, & derogatoriarum deroga-
,, torias clauſulas in ſe continerent, pro expreſſis ha-
,, bentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, quo-
,, ad præmiſſa ſpecialiter, & expreſſe derogamus, &
,, ea nemini in præjudicium præmiſſorum ſuffragari
,, poſſe, aut debere decernimus, irritum facientes
,, quicquid ſecus contigerit attentari, ceteriſque con-
,, trariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Pe-
,, trum ſub annulo Piſcatoris die XXII Novembris
,, MDXIII, Pontificatus noſtri anno Primo ,, . Idem
verbis paululum immutatis legere eſt in *Leonis X Con-ſtit.LXXXVI*, data die 21 Junii 1518 ═ Cum inter ═
Tom.IV pag.365.

IX. Quomodo ſit intelligenda Indulgentiarum communicatio, quæ eſt inter Mendicantes Fratres? declarat *Leo X Conſt.CIX*, data 10 Decembris 1519 *Tom.IV pag.385* dicens: ,, Dudum per Nos acce-
,, pto, quod Romani Pontifices, Prædeceſſores no-
,, ſtri, aliqui ad Minorum, alii ad Beatæ Mariæ de
,, Monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum Ordi-
,, num Fratres, & domos, juxta ipſorum vota, de-
,, votionis affectum gerentes, illorum ſingulis non-
,, nullas gratias, conceſſiones, Indulgentias, pecca-
,, torum remiſſiones, prærogativas, favores, immu-
,, nitates, exemptiones, facultates, privilegia, in-
,, dulta, ac dona, tam ſpiritualia, quam temporalia
,, per diverſas ipſorum literas, reſpective conceſſe-
,, runt: Nos ad ſingulos Ordines prædictos, ſingu-
,, laſque ipſorum Ordinum domos, ubi religioſe vi-
,, vitur, indifferenter abſque acceptione perſonarum,
,, devotionis affectum æqua lance gerentes, omnes,
,, & ſingulas gratias, conceſſiones, Indulgentias,
,, peccatorum remiſſiones, prærogativas, favores,
,, immunitates exemptiones, facultates, privilegia,
,, indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia qualia-
,, cunque illa eſſent, quæ Prædicatorum, Minorum,
,, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, Servorum
,, Beatæ Mariæ, ac Minimorum Fratrum domibus,
,, & illorum Eccleſiis, Oratoriis, ac Eccleſias ipſas,
,, & Oratoria pro tempore viſitantibus, cujuſcunque
,, ſtatus, aut ſexus, exiſterent, ſeu pro eorum manu-
,, tentione, & ornatu contribuentibus, necnon do-
,, mibus, & Præſidentibus, non ſolum Generalibus,
,, ſed & Provincialibus, Fratribuſque, & Sororibus,
,, necnon Monialibus, & Converſis, Oblatis, ac utriuſ-
,, que ſexus perſonis de Pœnitentia, ſeu Tertii habi-
,, tus nuncupatis, a dictis Prædeceſſoribus, aut a
,, Nobis, ipſiſque Succeſſoribus, aut aliis auctorita-
,, tem habentibus, conjunctim, vel diviſim, in gene-
,, re, vel in ſpecie, conceſſa fuerint, aut in poſterum
,, concedentur, illa omnia, & ſingula, ac ſi nomi-
,, nanter exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis
,, tunc habentes, ſingulis omnibus prædictis, illorum-
,, que ſingulis Eccleſiis, Oratoriis, & Eccleſias, ac
,, Oratoria viſitantibus, cujuſcunque ſtatus, aut
,, ſexus exiſterent, ſeu pro eorum manutentione, &
,, ornatu contribuentibus, necnon domibus, & Con-
,, ventualibus Fratribus, etiam Sororibus, vel Mo-
,, nialibus, Converſis quoque, & Oblatis, ac utriuſ-
,, que ſexus perſonis de Pœnitentia nuncupatis, &
,, aliis ſingulorum Ordinum prædictorum, motu
,, proprio, & ex mera noſtra ſcientia, & liberalita-
,, te, de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, com-
,, municavimus. Illaque omnia, & ſingula inter di-
,, ctorum Ordinum perſonas pariformiter communia
,, fuiſſe, & eſſe voluimus, prout in ſingulis literis
,, prædictis plenius continetur. Et deinde, ſicut acce-
,, pimus, nonnulli Fratres dictorum Ordinum volen-
,, tes ſapere plus, quam oportet, atque ad ipſorum
,, nutum verba ipſa interpretantes, diverſis tam Se-
,, cularibus, quam etiam aliis perſonis publice, &
,, private ſuggeſſerint, quod ipſi Seculares viſitando
,, unam dictorum Ordinum domum, omnes, & ſin-
,, gulas Indulgentias, & remiſſiones peccatorum, tam
,, per dictos Prædeceſſores noſtros, quam per Nos
,, Domui Beatæ Mariæ de Populo de Urbe conceſſas,
,, conſequi poterant, perinde, ac ſi dictam Domum
,, S. Mariæ de Populo viſitarent, quod præter ipſo-
,, rum Prædeceſſorum, & noſtram mentem fuiſſe, &
,, & eſſe, dignoſcitur. Attendentes igitur, quod In-
,, dulgentia intuitu Religionis conceſſa ad Seculares
,, extendi non debet, volentes mentem dictorum Præ-
,, deceſſorum, & noſtram declarare, & omnem ambi-
,, guitatem

,, guitatem, & occaſionem tollere, motu proprio,
,, & ex certa noſtra ſcientia, volumus, & auctoritate
,, Apoſtolica declaramus, quod univerſi, & ſinguli
,, dictorum Ordinum Fratres, & Moniales, Tertiique
,, Ordinis utriuſque ſexus, & familiares tantum dun-
,, taxat, omnibus, & ſingulis Indulgentiis, & gratiia
,, per eoſdem Prædeceſſores, & Nos Domui B. Mariæ
,, de Populo de Urbe, ut præfertur, conceſſis, &
,, concedendis, utantur, potiantur, & gaudeant, uti,
,, potiri, & gaudere poſſint quomodolibet in futu-
,, rum, perinde ac ſi ipſi dict m Domum B. Mariæ de
,, Populo, his diebus, & feſtivitatibus, quibus Indul-
,, gentiæ hujuſmodi conceſſæ fore dignoſcuntur, per-
,, ſonaliter viſitarent, quodque vigore prædictarum
,, literarum Seculares gratiis, & Indulgentiis hujuſ-
,, modi uti, & gaudere non poſſunt. Inhibentes ni-
,, hilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ex-
,, communicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo per
,, contrafacientes incurrenda, omnibus, & ſingulis
,, Fratribus cujuſcunque Ordinis exiſtentibus, & qui-
,, buslibet aliis perſonis, ne deinceps Indulgentias, &
,, gratias hujuſmodi S. Mariæ de Populo de Urbe ad
,, Seculares extendi prædicent, aut publice, vel pri-
,, vate nuncient. Non obſtantibus præmiſſis, ac qui-
,, buſvis aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, privile-
,, giis quoque, & indultis dictis Ordinibus conceſſis,
,, quæ quoad præmiſſa revocamus, caſſamus, & an-
,, nullamus, ceteriſque in contrarium facientibus
,, quibuſcunque. Volumus autem, & auctoritate
,, Apoſtolica decernimus, quod præſentium tranſum-
,, ptis manu Notarii publici ſignatis, & alicujus Præ-
,, lati, aut perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſti-
,, tutæ, ſigillo munitis, ea fides prorſus in judicio,
,, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes
,, literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ
,, apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die X Decem-
,, bris MDXIX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

X. ,, Sane, inquit *Julius III Conſtitutione XIV*, data 10 Julii 1551 = In ſacra = *Tom. V pag* 15,
,, pro parte dilecti Filii Franciſci Romei de Caſtil-
,, lone Magiſtri Generalis Ordinis Fratrum Prædica-
,, torum Nobis nuper exhibita petitio continebat,
,, quod alias ipſi Ordini, & illius pro tempore exi-
,, ſtenti Magiſtro Generali, ac Fratribus præſertim
,, hæreticæ pravitatis Inquiſitionis officium exercen-
,, tibus, necnon Provinciis, ſeu Congregationibus
,, ipſius, & Monialibus Ordinis Sancti Auguſtini,
,, ſub cura, & habitu Fratrum dicti Ordinis Prædi-
,, catorum degentibus, ac Fratribus, Sororibuſque
,, de Pœnitentia B. Dominici, ſeu Tertii Ordinis
,, nuncupatis, illorumque locis, domibus, Mona-
,, ſteriis, Eccleſiis, & perſonis utriuſque ſexus in
,, favorem Inquiſitionis Cruceſignatis, tam per fe-
,, licis recordationis Sixtum IV, Leonem X, Cle-
,, mentem VII, & Paulum III, quam alios Romanos
,, Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apo-
,, ſtolicam, quamplura, & diverſa privilegia, im-
,, munitates, exemptiones, etiam ab Ordinariorum
,, locorum, & ejuſdem Sedis Legatorum, etiam
,, de Latere, juriſdictione, viſitatione, & corre-
,, ctione, quam etiam ab omni impoſitione, collecta,
,, decima, etiam Epiſcopali ſubſidio, Quarta, &
,, Quinta funeralium, & legatorum partibus, necnon
,, datiis, pedagiis, gabellis, & quibuſcunque aliis
,, gravaminibus per Sedem eandem pro tempore im-
,, poſitis, necnon libertates, prærogativæ, favo-
,, res, conſervatoriæ, declarationes, facultates,
,, gratiæ, conceſſiones etiam contra Apoſtatas, In-
,, dulgentiæ, indulta ſpiritualia, & temporalia
,, etiam per modum communicationis, & extenſionis
,, conceſſa, approbata, & innovata fuerunt, prout
,, in diverſis inde confectis literis plenius dicitur
,, contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſub-
,, jungebat, dictus Franciſcus, cui præ ceteris ſibi
,, demandati Magiſtri Generalis officii incumbentibus
,, ſolicitudinibus, hæc una potiſſima eſt, ut per eoſ-
,, dem Prædeceſſores conceſſa, & approbata, in ſuo
,, robore conſerventur, & firmiter obſerventur,
,, propterea deſideret, præmiſſa omnia, etiam muni-
,, mine noſtro roborari, Nobis humiliter ſupplicari
,, fecit, ut eiſdem privilegiis, immunitatibus,
,, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, fa-
,, voribus, conſervatoriis, declarationibus, facul-
,, tatibus, gratiis, Indulgentiis, Indultis, com-
,, municationibus, & extenſionibus, pro illorum
,, viridi obſervantia etiam robur noſtræ confirmatio-
,, nis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune pro-
,, videre, de benignitate Apoſtolica dignaremur.
,, Nos igitur, ad fructus uberes, quos dictus Ordo
,, Fratrum Prædicatorum in agro Dominico jugiter
,, producit, paterna meditatione attendentes, ip-
,, ſumque Franciſcum a quibuſvis excommunicatio-
,, nis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccle-
,, ſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſti-
,, cis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione,
,, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus
,, exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſe-
,, quendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum
,, fore cenſentes, necnon privilegiorum, faculta-
,, tum, conſervatoriarum, Indulgentiarum, ex-
,, tenſionum, ac aliorum præmiſſorum, necnon
,, ſingularum deſuper confectarum literarum tenorea
,, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi
,, ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula pri-
,, vilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab
,, Ordinariorum locorum, & Legatorum etiam de
,, Latere juriſdictione, & poteſtate, ac libertates,
,, prærogativas, favores, conſervatorias, decla-
,, rationes, facultates, gratias, conceſſiones, In-
,, dulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia,
,, etiam per modum extenſionis, & communicatio-
,, nis, Ordini, Magiſtro Generali, Fratribus,
,, maxime Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, Pro-
,, vinciis, Congregationibus, Monialibus, ac aliia
,, perſonis utriuſque ſexus prædictorum, necnon
,, Monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis qui-
,, buſcunque ipſorum, vel ab eis dependentibus,
,, in genere, & in ſpecie, tam per præfatos, quam
,, quoſcunque alios Romanos Pontifices Prædeceſſo-
,, res noſtros, & Sedem prædictam ſub quacunque
,, forma, & verborum expreſſione hactenus quomo-
,, dolibet conceſſa, ac etiam iteratis vicibus innova-
,, ta, necnon cum omnibus, & ſingulis in eis con-
,, tentis clauſulis, & decretis, deſuper confectas lite-
,, ras, & in eis contenta quæcunque, quatenus ſint
,, in uſu, & auctoritati officii Magiſtri Generalis
,, hujuſmodi non derogant, auctoritate Apoſtolica,
,, tenore præſentium, ex certa ſcientia approbamus,
,, & innovamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis
,, firmitatis robur adjicimus, & ea inviolabiliter
,, obſervari debere decernimus. Et nihilominus po-
,, tiori pro cautela illa omnia, & ſingula, prout
,, per Prædeceſſores, & Sedem prædictos conceſſa,
,, ſtatuta, & ordinata fuerunt, de novo in omnibus,
,, & per omnia, ita quod Ordo, Magiſter, Fratres,
,, Inquiſitores, Moniales, Sorores, ac alii prædicti,
,, necnon Monaſteria, domus, Eccleſiæ, & loca
,, hujuſmodi illis tam in genere, quam in ſpecie
,, conceſſis,

„ conceſſis, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, ac ab ipſis Ordinariis, Legatis, impoſitionibus, gravaminibus, oneribus, decimis etiam Epiſcopalibus, datiis, pedagiis, gabellis, ac omnibus, & ſingulis aliis ſupradictis libera penitus immunia, & exempta exiſtant, concedimus, & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus: necnon Superiores, Fratres, Moniales, Sorores, Perſonas, Monaſteria, domus, Eccleſias, & loca hujuſmodi omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, & gratiis, quibus prædicti, & & aliorum quorumcunque Ordinum Mendicantes, etiam Minores, & de Obſervantia nuncupati, ac Eremitarum Sancti Auguſtini, Carmelitarum, Beatæ Mariæ Servorum, & Minimorum, ac aliorum quorumcunque Ordinum, Congregationum, & Confraternitatum Fratribus, & Perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, domibus, Oratoriis, & aliis piis locis, eorundem Prioribus, Fratribus, Sororibus, Converſis, & Oblatis, Corrigiatis, Mantellatis, ac etiam de Pœnitentia nuncupatis, ac aliis utriuſque ſexus perſonis per eoſdem Prædeceſſorea, ac etiam Nos, hactenus quomodolibet, etiam vivæ vocis oraculo, conceſſis, & in poſterum forſan concedendis, uti, frui, potiri, & gaudere poſſe, & debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi Fratrum Prædicatorum, & aliis ſibi commiſſis, Ordinibus, eorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, Perſonis, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, locis præfatis ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent, auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus, illaque eis, & eorum ſingulis communicamus. Mandantes nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ univerſis locorum Ordinariis, & aliis Eccleſiarum Prælatis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiarum, & ſuſpenſionis a divinis, aliis vero inferioribus quibuſcunque, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, exiſtentibus, & quacunque auctoritate, & poteſtate fungentibus, ſub majoris excommunicationis, eo ipſo incurrendæ, latæ ſententiæ pœnis, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, necnon omnia, & ſingula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conſervatorias, declarationes, conceſſiones, gratias, Indulgentias, & indulta, ac alia præmiſſa inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant, nec contra tenorem ipſarum aliquid attentare præſumant. Ac decernentes, ſic per quoſcunque Judices, etiam Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis perſonis in dignitate conſtitutis, necnon Metropolitan., & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ac eorundem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Vicariis in ſpiritualibus, & Officialibus Generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentea literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Franciſci, & pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis, aut Definitorum, Provincialium, Priorum, Fratrum, & aliarum perſonarum Ordinis Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, ſeu alicujus eorum, deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque plenarium effectum ſortiri, ac ab omnibus firmiter obſervari, necnon Generalem, Definitores, Provinciales, Priores, Fratres, Sorores, & perſonas, omneſque, & ſingulos alios ſupradictos, quos illa quomodolibet concernunt, eis, necnon omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, favoribus, conſervatoriis, declarationibus, facultatibus, gratiis, conceſſionibus, Indulgentiis, & indultis, communicationibus, extenſionibus, & aliis prædictis, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, & eorum quemlibet deſuper quomodolibet perturbari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus &c.

XI. Omnia privilegia Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa firmans *Paulus IV Conſtitutione VII*, data 9 Martii 1556 = Ex Apoſtolicæ = *Tom. V pag* 47: „ Et nihilominus, inquit, pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula, quæ per præfatos Prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, Reges, & Principes, ac Nos, & Sedem eandem, præfato Ordini conceſſa, ſtatuta, & ordinata fuerunt, etiam juxta favorabiliorem illorum interpretationem, & præſertim, ut pro tempore deputati Confeſſores Fratres dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, omnium quarumcunque Diœceſum, utriuſque ſexus Chriſtifidelium ad eos pro tempore recurrentium confeſſiones audire, eoſque, etiam in caſibus, quibus eos per privilegia Sedis Apoſtolicæ, etiam per modum communicationis, & extenſionis, quorumcunque Ordinum, etiam Minorum Fratrum, quorum privilegia eidem Ordini Prædicatorum ſunt communicata, & extenſa, abſolvere conſueverunt, abſolvendi, ac pœnitentiam ſalutarem injungendi, & omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, Sacramentum Euchariſtiæ, tam illis, quam aliis quibuſvis perſonis licite miniſtrandi, facultatem indulgemus, ac de novo concedimus in omnibus, & per omnia, ita quod Ordo, Magiſter, Fratres, Inquiſitores, Moniales, Sorores, & alii prædicti, necnon Monaſteria, domus, & loca hujuſmodi, illis tam in genere, quam in ſpecie, conceſſis, ut præfertur, uti, potiri, & gaudere, poſſint, & debeant, ac ab ipſis impoſitionibus, gravaminibus, oneribus, decimis, Quarta, & Quinta, etiam funeralium, & aliorum quorumcunque, etiam legatorum, & oblatorum, & conceſſorum pro tempore, necnon pedagiis, & gabellis, ac omnibus, & ſingulis aliis ſupradictis, libera penitus, immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, concedimus, ac ſtatuimus, & ordinamus, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque, quavis auctoritate fungentes, Judices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari, atque definiri debere. Irritum quoque &c. Quocirca &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo

„ Piſcatoris die Nona Martii MDLVI, Pontificatus
„ noſtri Anno Primo.

XII. Huc ſpectat *Urbani VIII* Conſt.XVI, da-
ta 13 Maii 1625 == In plenitudinem == *Tom.VI*
pag.36, qua omnia privilegia Ordini Prædicatorum
conceſſa, firmat: Hujus tenoris eſt: „ Urbanus
„ Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam
„ Rei Memoriam. In plenitudinem poteſtatis Apo-
„ ſtolicæ nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benigni-
„ tate aſſumpti, varios in militanti Eccleſia Regula-
„ rium perſonarum Ordines diverſimode pro quo-
„ rumlibet Chriſtifidelium devotione inſtitutos, con-
„ templantes, ad Sacrum Beati Dominici Prædica-
„ torum Patris, & Ducis inſtitutum, quaſi fax ar-
„ dens, & matutinum ſidus irradians, totumque
„ Chriſtianæ Reipublicæ firmamentum illuſtrans,
„ mentis noſtræ potiſſimum dirigimus aciem, ac di-
„ gnum, quinimmo æquum, & rationi conſonum
„ reputamus, ut ea, quæ a compluribus Romanis
„ Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad favorem
„ tam glorioſi inſtituti, illiuſque domorum Regula-
„ rium, & in eis ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo
„ famulantium perſonarum, juſte, rationabiliterque
„ conceſſa fuiſſe dignoſcuntur, ne longævi temporis
„ curſu obveterata ſepeliantur, ſed jugiter in viridi
„ obſervantia firma perſiſtant, favoris noſtri præſi-
„ dio confoveantur, ac etiam gratia Sedis Apoſtolicæ
„ innovata reviviſcant. Exhibita ſiquidem Nobis
„ nuper pro parte dilecti filii Dominici de Molina
„ Ordinem Fratrum Prædicatorum S. Dominici ex-
„ preſſe profeſſi, ac ejuſdem Ordinis pro Provincia
„ Bæthica Procuratoris Generalis, petitio contine-
„ bat, quod dudum diverſa privilegia, immunitates,
„ eorumque confirmationes, ac libertates, præro-
„ gativæ, favores, gratiæ, conceſſiones, etiam
„ contra apoſtatas, Indulgentiæ, & indulta tam ſpi-
„ ritualia, quam temporalia, exemptiones a quacun-
„ que impoſitione, collecta, decima, ſubſidio, Quar-
„ ta, Quinta funerali, aliaque diverſa privilegia
„ etiam per ſolam ſignaturam, & alia diverſimode
„ eidem Ordini, illiuſque Prælatis, Magiſtris, &
„ Vicariis Generalibus, ac Provincialibus, necnon
„ aliis perſonis, & domibus Regularibus, Monaſte-
„ riis, Provinciis, Congregationibus, ac aliis locis
„ Regularibus, locis etiam Monialium ſub cura, &
„ gubernio, ac habitu Fratrum eorundem degentium
„ per felicis recordationis Urbanum II, Alexan-
„ drum III, ac Innocentium etiam III, necnon Grego-
„ rium IX, & Innocentium IV, ac Alexandrum
„ etiam IV, necnon Urbanum ſimiliter IV, ac Cle-
„ mentem pariter IV, & Benedictum XI, ac Cle-
„ mentem VI, & Urbanum V, necnon Gregorium
„ etiam XI, ac Eugenium etiam IV, & Sixtum iti-
„ dem IV, ac Innocentium VIII, & Alexandrum
„ etiam VI, & Julium etiam II, necnon Leonem X,
„ ac Clementem VII, & Paulum pariter III, ac Ju-
„ lium etiam III, necnon Paulum pariter IV, &
„ Pium etiam IV, necnon Pium etiam V, ac Grego-
„ rium XIII, & Sixtum ſimiliter V, necnon Clemen-
„ tem pariter VIII, & Paulum ſimiliter V, & Gre-
„ gorium XV, ac etiam tam per alios Romanos Pon-
„ tifices Prædeceſſores noſtros, quam per Nos con-
„ ceſſa fuerunt. Et licet illa hactenus in viridi obſer-
„ vantia fuerint: & ſint, nihilominus dictus Domi-
„ nicus procurator pro firmiori illorum omnium ro-
„ bore, & ſubſiſtentia plurimum cupit, ſibi, dicto-
„ que Ordini, ut infra, per Nos, & Sedem Apoſto-
„ licam provideri. Quare pro parte ejuſdem Domi-
„ nici Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus
„ privilegia, aliaque præmiſſa approbare, & con-
„ firmare, ac etiam illa innovare, & denuo conce-
„ dere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos
„ igitur dictum Dominicum a quibuſvis excommuni-
„ cationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Ec-
„ cleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure,
„ vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis,
„ ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effe-
„ ctum præſentium duntaxat conſequendum, harum
„ ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes,
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, &
„ ſingula privilegia, exemptiones, libertates, con-
„ firmatorias, facultates, Indulgentias, gratias, &
„ indulta quæcunque tam ſpiritualia, quam tempo-
„ ralia dicto Ordini, illiuſque Magiſtris, & Vicariis
„ Generalibus, ac illius Superioribus, & perſonis,
„ & præcipue dictæ Provinciæ Bæthicæ, Congrega-
„ tionibus, Monialibus, & aliis perſonis utriuſque
„ ſexus, ejuſdem Ordinis, & ab eo dependentibus
„ Monaſteriis, domibus, Conventibus, Eccleſiis,
„ & locis quibuſcunque conjunctim, vel ſeparatim,
„ in genere, vel in ſpecie, etiam per ſolam ſignatu-
„ ram ad favorem præfati Ordinis facta, & quæ ſuum
„ ſortita fuerunt effectum, aut alias tam per prædi-
„ ctos Romanos Pontifices, quam etiam per Nos,
„ & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque verborum
„ formis, & expreſſionibus, ac cum quibuſvis clau-
„ ſulis, & decretis quomodolibet conceſſa, necnon
„ ipſorum privilegiorum, & indultorum declara-
„ tiones, & decreta a Congregationibus Venerabi-
„ lium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinalium, deſuper legitime emanata, dummo-
„ do tamen privilegia hujuſmodi ſint in uſu, nec
„ hactenus revocata, nec ſub aliqua revocatione
„ comprehenſa, Sacrique Concilii Tridentini Decre-
„ tis minime adverſentur, Apoſtolica auctoritate,
„ tenore præſentium approbamus, confirmamus, &
„ innovamus, ac denuo concedimus, illiſque invio-
„ labilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac
„ omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, & quoſ-
„ vis alios quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui
„ deſuper intervenerint, ſupplemus. Et nihilominus,
„ pro potiori Fratrum ejuſdem Ordinis cautela, om-
„ nia, & ſingula privilegia, gratias, & illorum con-
„ firmationes, exemptiones, & indulta prædicta
„ dicto Ordini conceſſa, & in ſpecie illa, quæ in qui-
„ buſdam Urbani II incipientibus == Cum univerſis ==
„ & aliis Eugenii IV == Et ſi Monaſteria == ac aliis
„ ejuſdem Eugenii IV incipientibus == Injunctum ==
„ & aliis ipſius Eugenii IV incipientibus == Regula-
„ rem == necnon aliis dicti Eugenii IV incipientibus
„ etiam == Regularem == necnon aliis Sixti IV inci-
„ pientibus == Regimini univerſalis == ſub datum
„ Romæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo
„ quarto, & aliis ejuſdem Sixti IV incipientibus
„ == Dum attenta meditatione penſamus == ſub da-
„ tum Romæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſi-
„ mo ſexto, ac aliis ipſius Sixti IV incipientibus
„ Sacri Prædicatorum, & Minorum == ſub datum
„ Romæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo
„ nono: necnon aliis ejuſdem Sixti IV incipientibus
„ == Circumſpecta Apoſtolicæ Sedis == ſub datum
„ Romæ MCCCCLXXX Kalendis Decembris, & aliis
„ Innocentii VIII incipientibus == Sacræ Religio-
„ nis == ac aliis Julii II incipientibus == Nihil ==
„ ſub datum Romæ XXIV Septembris MDVIII, aliiſ-
„ que Leonis X incipientibus == Univerſis == ſub da-
„ tum Romæ XXV Junii MDXVIII, & aliis Julii III
„ incipientibus == In Sacra Beati Petri Sede == ſub

„ datum

datum Romæ MDLI die decima Menſis Iulii : ac aliis Pauli IV incipientibus = Ex Apoſtolicæ Sedis = necnon aliis Pii V incipientibus = Etſi Mendicantium Ordines = ſub datum Romæ VI Octobris MDLXVII, Pontificatus ejuſdem Pii V Anno Secundo, aliiſque Gregorii XIII incipientibus = Nibil in unaquaque religioſa = ac aliis ejuſdem Gregorii XIII pro Societate Jeſu incipientibus = Æquum reputamus = ſub datum Romæ MDLXXXV, Kalendis Maii, ac aliis Clementis VIII incipientibus = Ex injuncti = ſub datum Romæ Anno MDXCVII die decima Septembris: necnon aliis Pauli V incipientibus = In ſuperemiuentis = aliiſque ejuſdem Pauli V incipientibus = Divina diſponente clementia = ac aliis Sixti IV, & Pii V, & Sixti V præfatorum, aliiſque Alexandri IV incipientibus = Neque inſolitum eſt = ac aliis recolendæ memoriæ Bonifatii VIII incipientibus = Sacræ Religiuiæ = necnon aliis ſimilis memoriæ Adriani VI incipientibus = Dilecti = ſub datum Romæ duodecimo Septembris MDXXII, aliiſque paris memoriæ Gregorii XIV incipientibus = Ex injuncto = ſub datum XXIV Septembris Anno MDXCI, aliiſque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam aliis a Nobis emanatis literis Apoſtolicis incipientibus = In Sacra Beati Petri Sede = ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem MDCXXIV, Nonis Julii, necnon etiam privilegia, gratias, indulta, & immunitates in literis Apoſtolicis, quæ appellantur, Mare magnum, Ordinis Prædicatorum, ceterorumque præfatorum Fratrum, ac quibuſdam literis bonæ memoriæ Leonardi tituli S. Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis de Forlivio, nuncupati ſuper gratia ab eodem Leone X ad favorem dicti Ordinis facta pro Provincia Bæthica ejuſdem Ordinis conceſſa, ſub datum Romæ quarto Idus Septembris, Pontificatus dicti Leonis X Anno quinto, continentur, auctoritate, & tenore præmiſſis de novo concedimus, ſeu innovamus, decernentes privilegia, exemptiones, & indulta hujuſmodi ſemper, & perpetuo valida, & efficacia eſſe, & fore, ac a locorum Ordinariis, ac quibuſcunque aliis, quavis auctoritate fungentibus inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Theſaurario, ac Archidiacono Eccleſiæ Hiſpalen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, quoties, ubi, & quando pro parte Magiſtri, vel Vicarii, aut Procuratoris Generalis ejuſdem Ordinis, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcunque ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum, firmiter, & inviolabiliter obſervari, non permittentes eoſdem Magiſtrum, aut Vicarium, vel Procuratorem Generalem, aut aliquam ejuſdem Ordinis perſonam, vel aliquos eorum deſuper, a quoquam quomodolibet moleſtari, indebite impediri, aut perturbari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis contravenientes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, necnon alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper bis habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi, etiam iteratis vicibus, ſervata forma ejuſdem Concilii Tridentini, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Non obſtantibus præmiſſis, ac ejuſdem Bonifatii VIII, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim niſi in certis caſibus tunc expreſſis, & in illis ultra unam diætam a fine ſuæ Diœceſis ad Judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerunt contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & in Concilio Generali edita de duabus diætis, dummodo ultra tres diætas quis vigore earundem præſentium ad judicium non trahatur, necnon quibuſcunque Apoſtolicis, etiam in Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis, & domorum, ac locorum Regularium hujuſmodi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, illorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, etiam de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia babenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, bac vice duntaxat harum ſerie derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Per præſentes autem non intendimus approbare, & confirmare alia privilegia dicti Ordinis, quam illa duntaxat, quæ ſunt in uſu, nec ſub ullis revocationibus comprehenſa, nec etiam ejuſdem Concilii Tridentini Decretis contraria eſſe dignoſcuntur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, conceſſionis, roboris, adjectionis, ſuppletionis, decreti, mandati, derogationis, & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Sexceniteſimo Vigeſimo Quinto, Tertio Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XIII. Huc etiam pertinebat *Benedicti XIII Conſtitutio LXXIX*, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = *Tom.VI pag.*630 §.77. Quæ Conſtitutio quomodo eſſet intelligenda, declaratum fuerat in ejuſdem Benedicti XIII Conſt.LXXXIX, data 1 Septembris 1727 = Cum in Sacra = Tom.VI pag.649. Vide Clementis XII

mentis XII Conſt.X, datam 30 Martii 1732 = Romanus Pontifex = Tom.VI pag.723 : & Conſt.XIX, datam 10 Aprilis 1733 = Cum, ſicut = Tom.VI pag.733, qua declaratur, per Conſtitutionem = Romanus Pontifex = mox laudatam, nullum præjudicium generatum Privilegiis Ordini Prædicatorum legitime competentibus ante Conſtitutionem = Pretioſus = datam.

XIV. Notandum Primo, quod, ex Conſtitutionibus laudatis, una Doctorum ſententia eſt, Ordinem Prædicatorum, vi communicationis, habere omnia privilegia ceterorum Ordinum, tum Mendicantium, tum non Mendicantium: non ſolum conceſſa, verum etiam concedenda. Quod ſic intelligendum, ut ipſi competant omnia privilegia prout, & quando ceteris Ordinibus conceduntur: *adaptando congrua congruis, quæ non repugnent Regulis, Conſtitutionibus, & Statui Religionis*, uti notat *Donatus* de Communicatione Privileg. Tract.VII Quæſt.III pag.74. Nec omittendum, quod idem *Donatus* Quæſtione VII pag.78 docet, Religioſos Mendicantes, uti poſſe, ac frui privilegiis Societati Jeſu conceſſis. Id probat, & varios Doctores ejuſdem ſententiæ patronos laudat. Quæſtione vero VIII pag.79, & 80, variis argumentis, ac Doctorum placitis evincere conatur, quod *procedit prædicta deciſio, non obſtante illa clauſula, qua dicitur, ut Patrum Jeſuitarum privilegia ſint incommunicabilia, vel quod aliis non communicarentur eorum privilegia*. Hinc pag.80 Num.X loquens de ſpeciali privilegio, quod Ordinandos ſpectat, hæc habet: „ Ac proinde per privilegia dictæ Societati conceſſa, ceteri Regulares ad Ordines poſſunt promoveri, abſque interſtitiis, & extra tempora, & ſine examine de cantu, & hoc ob ampliſſimam confirmationem, & extenſionem, & innovationem privilegiorum factam per ſubſequentes, & antecedentes Romanos Pontifices, quibus caritative placuit, gratias, & privilegia Societatis præfatæ, ad alios Regulares extendere, illiſque non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie, & nominatim, & de novo, ſine aliqua limitatione concedere „. Hæc Donatus, quem conſulas velim.

Ceterum præter Summos Pontifices, qui ante *Donatum* vixere, *Alexander VIII* Conſtitutione XIX = Inſcrutabili æternæ Sapientiæ arcano = Data XXI Julii MDCXC, Pontificatus Anno Primo, quæ legitur Tomo IX Bullarii Romani pag.35 Ordini B. Mariæ de Mercede concedit omnia Privilegia *Clericorum Regularium ...... etiam Societatis Jeſu ..... Ita quod omnes, & ſinguli dicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, & illius domorum, locorumque Regularium Superiores, & Miniſtri, quocunque nomine appellati, eoſdem favores, gratias Apoſtolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jeſu, Monaſteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & Familiarum, Generales, Superiores, Præpoſiti, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Clauſtrales, Viſitatores, Guardiani, Cuſtodes, aut alio quocunque nomine, titulo, aut dignitate inſigniti, habent, ſimiliter, ut ſupra habeant &c.* Ubi notandum, quod Summus Pontifex Alexander loquitur de quibuſcunque Privilegiis, *quamvis illa ſint ſpeciali nota digna, difficiliſque conceſſionis, & quæ in generali conceſſione non veniunt &c.* Quam Alexandri VIII Conſtitutionem firmat, & innovat Benedictus XIII Conſtitutione LXXX = Æternus = data Septimo Idus Julii MDCCXXV, Pontificatus Anno Secundo, uti videre eſt Tomo XII Bullarii Romani pag.12.

Quod ſpectat Ordinem Fratrum Prædicatorum, non abs re fuerit annotaſſe, quod Urbanus VIII in Conſtitutione, quæ ſupra legitur *Numero XII*, decernit, varia privilegia Societati Jeſu ab ipſomet Gregorio XIII conceſſa, competere eidem Prædicatorum Familiæ.

XV. Notandum Secundo, quod in generali communicatione privilegiorum non cenſentur communicata, quæ vel alicui loco, ſeu Monaſterio, vel particulari perſonæ, ſpecialiter conceſſa ſunt: generalis ſiquidem conceſſio non comprehendit ea, quæ per ſpeciales Conſtitutiones ſancita fuerunt, nec in privilegiis ſic ab homine conceſſis ſit extenſio de loco ad locum, vel de perſona ad perſonam, niſi de voluntate concedentis ita conſtet, ut nominatim exprimat loca, vel perſonas, juxta LXXXI Regulam juris in Sexto: *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus*. Hinc cum Summi Pontifices privilegia, conceſſa uni, vel quibuſdam Conventibus, alicujus Ordinis, extendunt ad ceteros omnes Conventus ejuſdem Religionis, quibus in ſpecie conceſſa non ſunt, hæc communicatio privilegiorum de illis tantum debet intelligi, quæ ſpectant Ordinem in communi, non autem de privilegiis, quæ, ſi ſint Realia particularia, reſpiciunt determinatum locum, & præſcriptum habent territorium, ſi vero ſint perſonalia, reſpiciunt determinatas perſonas. Exempli gratia ſupponamus, quod Summus Pontifex concedat unicuique Conventui Fratrum Prædicatorum omnia privilegia, quibus gaudet Conventus iſte Minervitanus; hæc conceſſio non extenditur ad privilegia particularia: nec enim, ex eo, quod Conventus Minervitanus habeat annexam curam Animarum, ſequeretur ex hac communicatione, quod omnes Fratrum Prædicatorum Conventus annexam haberent eandem curam. Idem dicendum de Privilegiis perſonalibus. Ponamus enim, quod Summus Pontifex Privilegia conceſſa uni ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, vi generalis communicationis extendat ad ceteros omnes ejuſdem Ordinis Alumnos, &, exempli gratia, mentem ſuam declaret his verbis, quæ leguntur in Conſtitutione LXXIX Benedicti XIII Tom.VI pag.619 Num.XXX §.77: „ Inhærentes præterea veſtigiis Prædeceſſorum noſtrorum, qui Privilegia, Indulta omnia, & ſingula, gratias, exemptiones, immunitates, & communicationem intraneam, ſive ampliationem, aut extenſionem intra ipſum Ordinem Prædicatorum, adeo ut conceſſa, vel concedenda uni Fratri, Sorori....... aliis Fratribus, Sororibus........ pariformiter.... conceſſa perpetuo ſint, & intelligantur.... confirmarunt, innovarunt, de novo conceſſerunt..... confirmamus quoque, innovamus, ac, ſi opus ſit, de novo concedimus Magiſtro Ordinis, Capitulis Generalibus, Definitoribus eorum, cunctiſque Fratribus, ſive Clericis, ſive Laicis, etiam Oblatis, Monialibus quibuſcunque, ac Tertii Ordinis utriuſque ſexus perſonis &c. „. Hæc generalis communicatio non extenditur ad Privilegia, quæ *Perſonalia particularia* dicuntur, nec ex vi talis communicationis, quia Petrus ſpeciali quodam privilegio donatus eſt, ſequitur, quod eodem fruantur ceteri omnes, qui eandem cum Petro Regulam Fratrum Prædicatorum profitentur. Adeas *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Tract.VII Quæſt.XIV pag.82 &c.

XVI. Notandum Tertio, quod omnia Regularium Privi-

Prlvilegia quæ Statutis, & Decretis S. Concilii Tridentini contraria ſunt, revocata fuerunt, & ad ejuſdem Concilii terminos, atque limites, redacta ſunt a *Pio IV Conſt.LIX*, data 17 Februarii 1565 = In Principis = *Tom.VII pag* 170. Hinc non abs re fuerit annotare, quænam ſint Concilii præcipua Decreta in quibus de Regularium privilegiis, vel de rebus ad Regulares ſpectantibus mentio fit. Quæ omnia varii ſcriptores exhibent quidem, & ex eodem S. Concilio facile diſci poſſunt; illa tamen, lectoris commodo conſulens, hic tranſcribenda duxi.

XVII. De impreſſione librorum Seſſ.4 in Decreto: De editione, & uſu Sacrorum librorum: ,, Decernit,
,, & ſtatuit, ut poſt hac Sacra Scriptura, potiſſimum
,, vero hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quam emen-
,, datiſſime imprimatur; nullique liceat imprimere,
,, vel imprimi facere quoſvis libros de rebus Sacris ſi-
,, ne nomine Auctoris; neque illos in futurum vende-
,, re, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum exa-
,, minati, probatique fuerint ab Ordinario, ſub pœna
,, anathematis, & pecuniæ in Canone Concilii noviſ-
,, ſimi Lateranenſis apposita. Et, ſi Regulares fue-
,, rint, ultra examinationem, & probationem hujuſ-
,, modi, licentiam quoque a ſuis Superioribus impe-
,, trare teneantur, recognitis per eos libris, juxta
,, formam ſuarum Ordinationum. Qui autem ſcripto
,, eos communicant, vel evulgant, niſi antea exami-
,, nati, probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubjaceant
,, quibus impreſſores. Et qui eos habuerint, vel le-
,, gerint, niſi prodiderint Auctores, pro Auctoribus
,, habeantur. Ipſa vero hujuſmodi librorum probatio
,, in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel
,, ſcripti, vel impreſſi authentice appareat: idque to-
,, tum, hoc eſt, & probatio, & examen gratis fiat,
,, ut probanda probentur, & reprobentur impro-
,, banda.

XVIII. De lectione S. Scripturæ: Seſſ.5 cap.1. de Reformatione: ,, In Monaſteriis quoque Monacho-
,, rum, ubi commode fieri queat, etiam lectio Sacræ
,, Scripturæ habeatur, qua in re ſi Abbates negligen-
,, tes fuerint, Epiſcopi locorum, in hoc ut Sedis Apo-
,, ſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis
,, compellant. In Conventibus vero aliorum Regula-
,, rium, in quibus ſtudia commode vigere poſſunt,
,, Sacræ Scripturæ lectio ſimiliter habeatur, quæ le-
,, ctio a Capitulis Generalibus, vel Provincialibus
,, aſſignetur dignioribus magiſtris.

XIX. De Prædicatoribus verbi Dei: Seſſ.5 cap.2 de Reformatione ,, Regulares vero cujuſcunque Ordi-
,, nis, niſi a ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcien-
,, tia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum
,, licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, præ-
,, dicare non poſſint; Cum qua licentia perſonaliter
,, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictio-
,, nem petere teneantur antequam prædicare inci-
,, piant. In Eccleſiis vero, quæ ſuorum Ordinum non
,, ſunt, ultra licentiam, ſuorum Superiorum, etiam
,, Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in
,, ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo
,, prædicare poſſint: ipſam autem licentiam gratis Epi-
,, ſcopi concedant. Si vero, quod abſit, Prædicator
,, errores, aut Scandala diſſeminaverit in populum,
,, etiam ſi in Monaſterio ſui, vel alterius Ordinis præ-
,, dicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat. Quod
,, ſi hæreſes prædicaverit, contra eum, ſecundum
,, juris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem pro-
,, cedat, etiam ſi Prædicator ipſe generali, vel ſpe-
,, ciali privilegio exemptum ſe eſſe prætenderet: quo
,, caſu Epiſcopus, auctoritate Apoſtolica, & tan-
,, quam Sedis Apoſtolicæ delegatus procedat. Curent
,, autem Epiſcopi, ne quis Prædicator, vel ex falſis
,, informationibus, vel alias contumelioſe vexetur,
,, juſtamve de eis conquerendi occaſionem habeat.
,, Caveant præterea Epiſcopi, ne aliquem vel eorum,
,, qui, cum ſint nomine Regulares, extra clauſtra
,, tamen, & obedientiam Religionum ſuarum vivunt,
,, vel Presbyterorum Secularium, niſi ipſi noti ſint,
,, & moribus, atque doctrina probati, etiam quo-
,, rumlibet privilegiorum prætextu, in ſua Civitate,
,, vel Diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis
,, Epiſcopis ſuper ea re S. Sedes Apoſtolica conſu-
,, latur, a qua privilegia hujuſmodi, niſi tacita verita-
,, te, & expreſſo mendacio, ab indignis extorqueri ve-
,, riſimile non eſt. Quæſtores vero eleemoſynarii, qui
,, etiam Quæſtuarii vulgo dicuntur, cujuſcunque con-
,, ditionis exiſtant, nullo modo, nec per ſe, nec per
,, alium prædicare præſumant, & contrafacientes ab
,, Epiſcopis, & Ordinariis locorum, privilegiis qui-
,, buſcunque non obſtantibus, opportunis remediis
,, omnino arceantur.

Huc etiam ſpectat quod legitur Seſſ.24 cap.4 de Reformatione: ,, Nullus autem Secularis, ſive Regu-
,, laris, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradi-
,, cente Epiſcopo, prædicare præſumat.

XX. De Regularibus delinquentibus Seſſ.6 de Reformatione: cap.3 ,, Eccleſiarum Prælati ad corrigen-
,, dum ſubditorum exceſſus prudenter, ac diligenter
,, intendant, & nemo Secularis Clericus, cujuſvis per-
,, ſonalis, vel Regularis extra Monaſterium degens,
,, etiam ſui Ordinis privilegii prætextu, tutus cenſea-
,, tur, quominus, ſi deliquerit, ab Ordinario loci,
,, tanquam ſuper hoc a Sede Apoſtolica delegato, ſe-
,, cundum Canonicas Sanctiones viſitari, puniri, &
,, corrigi valeat.

Et Seſſ.25 de Regularibus, & Monialibus cap.14:
,, Regularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra clau-
,, ſtra Monaſterii degit, & extra ea ita notorie deli-
,, querit, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante,
,, a ſuo Superiore, intra tempus ab Epiſcopo præfi-
,, gendum, ſevere puniatur, ac de punitione Epi-
,, ſcopum certiorem faciat: Sin minus, a ſuo Supe-
,, riore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo
,, puniri poſſit.

XXI. De Viſitatione Eccleſiarum Seſſ.7 cap.8: ,, Lo-
,, corum Ordinarii Eccleſias quaſcunque, quomodo-
,, libet exemptas, auctoritate Apoſtolica ſingulis an-
,, nis viſitare teneantur, & opportunis juris reme-
,, diis providere, ut, quæ reparatione indigent, re-
,, parentur: & cura animarum, ſi qua illis immineat,
,, aliiſque debitis obſequiis minime defraudentur;
,, appellationibus, privilegiis, conſuetudinibus,
,, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, Judi-
,, cum deputationibus, & illorum inhibitionibus pe-
,, nitus excluſis.

Conſulenda etiam Seſſio 21 de Reform. cap.8 & Seſſ.24 cap.9. Huc ſpectat Seſſ.25 de Reform. cap.20:
,, Abbates, qui ſunt Ordinum capita, ac ceteri præ-
,, dictorum Ordinum Superiores, Epiſcopis non ſub-
,, jecti, quibus eſt in alia inferiora Monaſteria, Prio-
,, ratuſve, legitima Juriſdictio, eadem illa ſibi ſub-
,, dita Monaſteria, & Prioratus, ſuo quiſque loco,
,, atque ordine, ex officio viſitent, etiam ſi commen-
,, data exiſtant. Quæ, cum Ordinum ſuorum capitibus
,, ſubſint, declarat Sancta Synodus, in iis, quæ
,, alias de viſitatione Monaſteriorum commendato-
,, rum definita ſunt, non eſſe comprehenſa; tenean-
,, turque quicunque prædictorum Ordinum Mona-
,, ſteriis præſunt, prædictos Viſitatores recipere, &
,, illorum

Digitized by Google

,, illorum ordinationes exequi. Ipſa quoque Mona-
,, ſteria, quæ ſunt Ordinum capita, juxta Sanctæ Se-
,, dis Apoſtolicæ, & cujuſque Ordinis Conſtitutiones
,, viſitentur. Et quamdiu durabunt hujuſmodi Com-
,, mendæ, Priores clauſtrales, aut in Prioratibus
,, Conventum habentibus, Subpriores, qui corre-
,, ctiones, & ſpirituale regimen exerceant, a Capi-
,, tulis generalibus, vel ipſorum Viſitatoribus inſti-
,, tuantur. In ceteris omnibus præfatorum Ordinum
,, privilegia, & facultates, quæ ipſorum perſonas,
,, loca, & jura concernunt, firma ſint, & illæſa:
XXII. De Ordinibus ſuſcipiendis Seſſ.14 de Re-
form. cap.2: ,, Nemo Epiſcoporum, qui Titulares vo-
,, cantur, etiam ſi in loco nullius Diœceſis, etiam
,, exempto, aut aliquo Monaſterio cujuſvis Ordinis
,, reſederint, aut moram traxerint, vigore cujuſvis
,, privilegii ſibi de promovendo quoſcunque ad ſe
,, venientes pro tempore conceſſi, alterius ſubditum,
,, etiam prætextu familiaritatis, continuæ commenſali-
,, tatis ſuæ, abſque ſui proprii Prælati expreſſo con-
,, ſenſu, aut literis dimiſſoriis, ad aliquos ſacros,
,, aut minores Ordines, vel primam Tonſuram, pro-
,, movere, ſeu ordinare valeat. Contrafaciens ab
,, exercitio Pontificalium per annum, taliter vero pro-
,, moti ab executione Ordinum ſic ſuſceptorum, do-
,, nec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo jure ſint ſuſ-
,, penſi.
Seſſ.23 de Reform. cap.10: ,, Abbatibus, ac aliis
,, quibuſcunque, quantumvis exemptis, non liceat
,, in poſterum intra fines alicujus Diœceſis conſiſtenti-
,, bus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempta eſſe di-
,, cantur, cuiquam, qui Regularis ſubditus ſibi non
,, ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, nec
,, ipſi Abbates, & alii exempti, aut Collegia, vel
,, Capitula quæcunque, etiam Eccleſiarum Cathe-
,, dralium, literas dimiſſorias aliquibus Clericis Se-
,, cularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant: Sed
,, horum omnium Ordinatio, ſervatis omnibus quæ in
,, hujus Sacroſanctæ Synodi Decretis continentur, ad
,, Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtant,
,, pertineat; non obſtantibus quibuſvis privilegiis,
,, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus, etiam im-
,, memorabilibus, pœnam quoque impoſitam iis, qui
,, contra hujus Sanctæ Synodi ſub Paulo III Decre-
,, tum a Capitulo Epiſcopali Sede Vacante literas di-
,, miſſorias impetrant, ad illos qui eaſdem literas non
,, a Capitulo, ſed ab aliis quibuſvis, in juriſdictione
,, Epiſcopi, loco Capituli Sede vacante, ſuccedentibus
,, obtinerent, mandat extendi: Concedentes autem
,, dimiſſorias contra formam Decreti ab Officio, &
,, beneficio per annum ſint ipſo jure ſuſpenſi.
Ibid. cap.11: ,, Minores Ordines iis, qui ſaltem
,, latinam linguam intelligant, per temporum inter-
,, ſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videre-
,, tur, conferantur, ut eo accuratius, quantum ſit
,, hujus diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in
,, unoquoque munere juxta præſcriptum Epiſcopi, ſe
,, exerceant; idque in ea, cui adſcripti erunt, Ec-
,, cleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint, atque
,, ita de gradu in gradum aſcendant, ut in eis cum
,, ætate vitæ meritum, & doctrina major accreſcat:
,, quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum
,, in Eccleſia miniſterium, atque major erga Presby-
,, teros, & Superiores Ordines reverentia, & cre-
,, brior, quam antea, Corporis Chriſti communio
,, maxime comprobabunt. Cumque hinc ad altiores
,, gradus, & Sacratiſſima Myſteria ſit ingreſſus, ne-
,, mo iis initietur, quem non ſcientiæ ſpes majoribus
,, Ordinibus dignum oſtendat. Hi vero non niſi poſt
,, annum a ſuſceptione poſtremi gradus Minorum
,, Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur, niſi
,, neceſſitas, aut Eccleſiæ utilitas, judicio Epiſcopi
,, aliud expoſcat.
Ibid. cap.12: ,, Nullus in poſterum ad Subdiaco-
,, natus Ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Dia-
,, conatus ante vigeſimum tertium, ad Presbyteratus
,, ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promo-
,, veatur. Sciant tamen Epiſcopi; non ſingulos, in
,, ea ætate conſtitutos, debere ad hos Ordines aſſumi,
,, ſed dignos dumtaxat, & quorum probata vita
,, ſenectus ſit. Regulares quoque nec in minori ætate,
,, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur:
,, privilegiis quibuſcunque, quoad hoc, penitus
,, excluſis.
Ibid. cap.13: ,, Duo Sacri Ordines, non eodem
,, die, etiam Regularibus, conferantur: privilegiis
,, ac indultis quibuſvis conceſſis non obſtantibus qui-
,, buſcunque.
Ibid. cap.14: ,, Cum promotis per ſaltum, ſi non
,, miniſtraverint, Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit
,, diſpenſare.
Ibid. cap.17: ,, Ut Sanctorum Ordinum a Dia-
,, conatu ad Oſtiaratum functiones, ab Apoſtolorum
,, temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & plu-
,, ribus in locis aliquandiu intermiſſæ, in uſum juxta
,, Sacros Canones revocentur: nec ab hæreticis, tan-
,, quam otioſæ, traducantur; illius priſtini moris re-
,, ſtituendi deſiderio flagrans Sancta Synodus, decer-
,, nit, ut in poſterum hujuſcemodi miniſteria non
,, niſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur.
XXIII. De obſervandis, & evitandis in celebra-
tione Miſſarum Seſſ.22 in Decreto hac de re lato:
,, Quanta cura adhibenda ſit, ut Sacroſanctum Miſſæ
,, Sacrificium omni Religionis cultu, ac veneratio-
,, ne celebretur, quivis facile exiſtimare poterit,
,, qui cogitarit, maledictum in ſacris literis eum
,, vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod
,, ſi neceſſario fatemur, nullum aliud opus adeo
,, Sanctum, ac divinum a Chriſtifidelibus tractari
,, poſſe, quam hoc ipſum tremendum Myſterium,
,, quo vivifica illa hoſtia, qua Deo Patri reconci-
,, liati ſumus, in Altari per Sacerdotes quotidie
,, immolatur; ſatis etiam apparet omnem operam,
,, & diligentiam in eo ponendam eſſe, ut quanta
,, maxime fieri poteſt interiori cordis munditia,
,, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pie-
,, tatis ſpecie peragatur. Cum igitur multa jam,
,, ſive temporum vitio, ſive hominum incuria, &
,, improbitate irrepſiſſe videantur, quæ a tanti Sacri-
,, ficii dignitate aliena ſunt; ut ei debitus honor, &
,, cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificatio-
,, nem reſtituatur: decernit Sancta Synodus, ut Or-
,, dinarii locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, at-
,, que e medio tollere ſedulo curent, ac teneantur;
,, quæ vel avaritia, idolorum ſervitus, vel irreve-
,, rentia, quæ ab impietate vix ſejuncta eſſe poteſt,
,, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix, indu-
,, xit. Atque ut multa paucis comprehendantur: in
,, primis, quod ad avaritiam pertinet, cujuſvis generis
,, mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Miſſis
,, novis celebrandis datur, necnon importunas, at-
,, que illiberales eleemoſynarum exactiones, potius
,, quam poſtulationes; aliaque hujuſmodi, quæ a Si-
,, moniaca labe, vel certe a turpi quæſtu non longe
,, abſunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreve-
,, rentia vitetur, ſinguli in ſuis Diœceſibus interdi-
,, cant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas ce-
,, lebrare liceat. Neminem præterea, qui publice, &
,, notorie

„ notorie criminoſus ſit, aut Sancto Altari miniſtra-
„ re, aut ſacris intereſſe permittant; neve patiantur
„ privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam,
„ & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab
„ eiſdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſan-
„ ctum hoc Sacrificium a Secularibus, aut Regulari-
„ bus quibuſcunque peragi: ac niſi prius qui interſint
„ decenter compoſito corporis habitu, declaraverint
„ ſe mente etiam, ac devoto cordis affectu, non ſo-
„ lum corpore, adeſſe. Ab Eccleſiis vero muſicas eas,
„ ubi, ſive organo, ſive cantu laſcivum, aut impu-
„ rum aliquid miſcetur, item Seculares omnes actio-
„ nes, vana, atque adeo profana colloquia, deam-
„ bulationes, ſtrepitus, clamores arceant: ut domus
„ Dei vere domus orationis eſſe videatur, ac dici poſ-
„ ſit. Poſtremo, ne ſuperſtitionis locus aliquis detur,
„ edicto, & pœnis propoſitis caveant, ne Sacerdo-
„ tes aliis, quam debitis horis, celebrent, neve ritus
„ alios, aut alias cæremonias, & preces in Miſſarum
„ celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccle-
„ ſia probatæ, ac frequenti, & laudabili uſu receptæ
„ fuerint. Quarundam vero Miſſarum, & candela-
„ rum certum numerum, qui magis a ſuperſtitioſo
„ cultu, quam a vera Religione, inventus eſt, om-
„ nino ab Eccleſia removeant, doceantque populum
„ quis ſit, & a quo potiſſimum proveniat Sanctiſſimi
„ hujus Sacrificii tam pretioſus, ac cæleſtis fructus.
„ Moneant etiam eundem populum, ut frequenter ad
„ ſuas Parochias, ſaltem diebus Dominicis, & ma-
„ joribus feſtis accedant. Hæc igitur omnia, quæ
„ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Or-
„ dinariis ita proponuntur, ut non ſolum ea ipſa,
„ ſed quæcunque alia huc pertinere viſa fuerint, ip-
„ ſi, pro data ſibi a Sacroſancta Synodo poteſtate,
„ ac etiam, ut delegati Sedis Apoſtolicæ, prohibeant,
„ mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea invio-
„ late ſervanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis,
„ quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem popu-
„ lum compellant: non obſtantibus privilegiis, exem-
„ ptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus
„ quibuſcunque.

XXIV. De Reductione Miſſarum Seſſ. 25 de Re-
form. cap. 4: „ Contingit ſæpe in quibuſdam Eccleſiis,
„ vel tam magnum Miſſarum celebrandarum nume-
„ rum ex variis defunctorum relictis impoſitum eſſe,
„ ut illis pro ſingulis diebus, a teſtatoribus præſcri-
„ ptis, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſynam hujuſ-
„ modi pro illis celebrandis adeo tenuem eſſe, ut non
„ facile inveniatur, qui velit huic ſe muneri ſubjice-
„ re; unde depereunt piæ teſtantium voluntates; &
„ eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant,
„ onerandi occaſio datur. Sancta Synodus cupiens
„ hæc, ad pios uſus relicta, quo plenius, & utilius
„ poteſt, impleri, facultatem dat Epiſcopis, ut in
„ Synodo Diœceſana, itemque Abbatibus, & Ge-
„ neralibus Ordinum, ut in ſuis Capitulis Generali-
„ bus, re diligenter perſpecta, poſſint pro ſua con-
„ ſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac proviſione
„ indigere cognoverint, ſtatuere circa hæc, quic-
„ quid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ec-
„ cleſiarum utilitatem viderint expedire: ita tamen
„ ut eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat,
„ qui pro ſuarum animarum ſalute legata ea ad pios
„ uſus reliquerunt.

Nota quod S. Congregatio Concilii declaravit,
facultatem hic conceſſam intelligi de onere Miſſarum
duntaxat ante Concilium impoſito.

XXV. De Feſtis a Regularibus ſervandis Seſſ. 25
de Regular. & Monial. cap. 12 „ Dies etiam feſti,
„ quos in Diœceſi ſua ſervandos idem Epiſcopus præ-
„ ceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus,
„ ſerventur.

XXVI. De Solemni ſupplicatione, ſeu Proceſſio-
ne habenda Ibid. cap. 13: „ Exempti autem omnes,
„ tam Clerici Seculares, quam Regulares, quicun-
„ que etiam Monachi, ad publicas Proceſſiones vo-
„ cati, accedere compellantur: iis tantum exceptis,
„ qui in ſtrictiori clauſura perpetuo vivunt.

XXVII. De Controverſiis circa præcedentiam
Ibid.: „ Controverſias omnes de præcedentia, quæ
„ perſæpe maximo cum ſcandalo oriuntur inter Ec-
„ cleſiaſticas perſonas, tam Seculares, quam Regu-
„ lares, cum in Proceſſionibus publicis, tum in iis,
„ quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus,
„ & in deferenda umbella, & aliis ſimilibus, Epiſco-
„ pus, amota omni appellatione, & non obſtanti-
„ bus quibuſcunque componat.

XXVIII. De Cenſuris, & interdictis ſervandis,
Ibid. Cap. 12: „ Cenſuræ, & interdicta, nedum a
„ Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis
„ promulgata, mandante Epiſcopo, a Regularibus
„ in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſerventur.

XXIX. De Sententia Excommunicationis ferenda
Seſſ. 25 de Reform. Cap. 3: „ Quamvis Excommunica-
„ tionis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, &
„ ad continendos in officio populos valde ſalutaris: ſo-
„ brie tamen, magnaque circumſpectione exercendus
„ eſt: cum experientia doceat, ſi temere, aut levi-
„ bus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam for-
„ midari; & perniciem potius parere, quam ſalutem.

XXX. De Conventibus quibus imminet animarum
cura Secularium, Seſſ. 25 de Regular. & Monial.
Cap. 11: „ In Monaſteriis, ſeu domibus virorum,
„ ſeu Mulierum, quibus imminet animarum cura
„ perſonarum Secularium, præter eas, quæ ſunt de
„ illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, per-
„ ſonæ, tam Regulares, quam Seculares, hujuſmodi
„ curam exercentes, ſubſint immediate in iis, quæ ad
„ dictam curam, & Sacramentorum adminiſtratio-
„ nem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & cor-
„ rectioni Epiſcopi in cujus Diœceſi ſunt ſita. Nec
„ ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, deputen-
„ tur, niſi ejuſdem conſenſu, ac prævio examine,
„ per eum, aut ejus Vicarium faciendo, excepto
„ Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & ex-
„ ceptis etiam iis Monaſteriis, ſeu locis, in quibus
„ Abbates, Generales, aut Capita Ordinum Sedem
„ ordinariam principalem habent, atque aliis Mona-
„ ſteriis, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alii
„ Regularium Superiores juriſdictionem Epiſcopa-
„ lem, & temporalem in Parochos, & Parochianos
„ exercent: ſalvo tamen eorum Epiſcoporum jure,
„ qui majorem in prædicta loca, vel perſonas juriſ-
„ dictionem exercent.

Seſſ. vero 24 de Reform. cap. 2: „ Synodi quoque
„ Diœceſanæ quotannis celebrentur, ad quas exem-
„ pti etiam omnes, qui alias ceſſante exemptione,
„ intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus
„ ſubduntur, accedere teneantur; ratione tamen
„ Parochialium, aut aliarum ſecularium Eccle-
„ ſiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illa-
„ rum curam gerunt, quicunque illi ſint, Synodo
„ intereſſe.

XXXI. De Examinatoribus Synodalibus, Ibidem
Cap. 19: „ Sint vero hi examinatores, Magiſtri, ſeu
„ Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Ju-
„ re Canonico, vel alii Clerici, ſeu Regulares,
„ etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam Secula-

„ res,

„ res, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque
„ omnes ad Sancta Dei Evangelia, ſe, quacunque hu-
„ mana affectione poſtpoſita, fideliter munus execu-
„ turos: caveantque, ne quidqnam prorſus, occaſio-
„ ne hujus examinis, nec ante, nec poſt accipiant:
„ alioqui Simoniæ vitium tam ipſi, qnam alii dantes
„ incurrant; a qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis
„ Beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obti-
„ nebant, & ad alia in poſternm inhabiles reddantur.
„ Et de his omnibus non ſolum coram Deo, ſed etiam
„ in Synodo Provinciali, ſi opus erit, rationem
„ reddere teneantur; a qua ſi quid contra officinm eos
„ feciſſe compertum fuerit, graviter ejus arbitrio
„ puniri poſſint.

XXXII. De Quarta funeralinm, Seſſ.25 de Reformatione Cap.13: „ Decernit Sancta Synodus, ut
„ quibuſcunqne in locis, jam ante annos quadraginta,
„ Quarta quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut
„ Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolvi, ac poſtea
„ fuerit, ex quocunque privilegio, aliis Monaſte-
„ riis, Hoſpitalibus, aut quibuſcunque locis piis
„ conceſſa, eadem poſt hac integro jure, & eadem
„ portione, quæ antea ſolebat, Cathedrali, ſeu Pa-
„ rochiali Eccleſiæ perſolvatur: non obſtantibus
„ conceſſionibus, gratiis, etiam, Mari magno, nun-
„ cnpatis, aut aliis quibuſcunque.

XXXIII. Quibus Regularibus bona immobilia poſſidere liceat: & quæ facultas requiratur ad novos Conventus conſtituendos? Seſſ.25 de Regular. & Monial. Cap.3.: „ Concedit Sancta Synodus omnibus
„ Monaſteriis, & domibus tam virorum, quam Mu-
„ lierum, & Mendicantium, exceptis domibus Fra-
„ trum Sancti Franciſci Capucinorum, & eorum,
„ qui Minores de Obſervantia vocantur, etiam qui-
„ bus, aut ex Conſtitutionibus ſuis erat prohibitum,
„ aut ex privilegio Apoſtolico non erat conceſſum,
„ nt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat.
„ Quod ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctorita-
„ te Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum
„ erat, eis ſpoliata ſunt; eadem omnia illis reſtituen-
„ da eſſe decernit. In prædictis autem Monaſteriis,
„ & domibus tam Virorum quam Mulierum, bona
„ immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus,
„ is tantum nnmerus conſtituatur, ac in poſterum
„ conſervetur, qui vel ex reddtibus propriis Mona-
„ ſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commode
„ poſſit ſuſtentari: nec de cetero ſimilia loca erigan-
„ tur ſine Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda ſunt,
„ licentia prius obtenta.

XXXIV. Qua ætate Profeſſio fieri debeat? Ibidem Cap.15: „ In quacunque Religione, tam Virorum,
„ quam Mulierum, Profeſſio non fiat ante decimum
„ ſextum annum expletum, nec qui minore tempore,
„ quam per annum poſt ſuſceptum habitum in proba-
„ tione ſteterit, ad Profeſſionem admittatur. Pro-
„ feſſio autem, antea facta, ſit nulla; nullamque
„ inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Re-
„ ligionis, vel Ordinis obſervationem, aut ad alios
„ quoſcunque effectus.

XXXV. De Donationibus anno Noviciatus faciendis, Ibid. Cap.16: „ Nulla quoque renunciatio,
„ ant obligatio, antea facta, etiam cum juramento,
„ vel in favorem cujuſcunque cauſæ piæ, valeat,
„ niſi cnm licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii, fiat
„ intra duos menſes proximos ante Profeſſionem, ac
„ non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi ſe-
„ cuta Profeſſione: aliter vero facta, etiamſi cum
„ hujus favoris expreſſa renunciatione, etiam jura-
„ ta, ſit irrita, & nullius effectus.

XXXVI. De non differendo Profeſſionis tempore, Ibidem: „ Finito tempore Noviciatus, Superio-
„ res, Novicios, quos habiles invenerint, ad profi-
„ tendum admittant, aut e Monaſterio eos ejiciant:
„ per hæc tamen Sancta Synodus non intendit ali-
„ quid innovare, aut prohibere, quin Religio Cle-
„ ricorum Societatis Jeſu, juxta pium eorum inſti-
„ tutum, a Sancta Sede Apoſtolica approbatum, Do-
„ mino, & ejus Eccleſiæ inſervire poſſit.

XXXVII. De Bonis Noviciorum non recipiendis, Ibidem „ Sed neque ante Profeſſionem, excepto victu,
„ & veſtitu, Novicii, vel Noviciæ illius temporis,
„ quo in probatione eſt, quocunque prætextu, a
„ Parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus ejus,
„ Monaſterio aliquid ex bonis ejuſdem tribuatur: ne
„ hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel
„ majorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſſi-
„ deat; nec facile, ſi diſceſſerit, id recuperare poſ-
„ ſit: quin potius præcipit Sancta Synodus ſub ana-
„ thematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc
„ nllo modo fiat, & ut abeuntibus ante profeſſionem
„ omnia reſtituantur quæ ſua erant: quod ut recte
„ fiat, Epiſcopus, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas,
„ ſi opus fuerit, compellat.

XXXVIII. Qualiter Regularis habitum dimittere poſſit? Seſſ.25 de Regular. & Monial. Cap.19: „ Qui-
„ cunque Regularis prætendat, ſe per vim, & me-
„ tum, ingreſſum eſſe Religionem; aut etiam dicat,
„ ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe; aut quid
„ ſimile; velitque habitum dimittere quacunque de
„ cauſa; aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia
„ Superiorum: non audiatur, niſi intra quinquen-
„ nium tantum a die profeſſionis, & tunc non aliter,
„ niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram
„ Superiore ſuo, & Ordinario. Quod ſi antea habi-
„ tum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum
„ quamcunque cauſam admittatur; ſed ad Monaſte-
„ rium redire cogatur; & tanquam Apoſtata punia-
„ tur: interim vero nullo privilegio ſuæ Religionis
„ juvetur. Nemo etiam Regularis cujuſcunque fa-
„ cultatis vigore transferatur ad laxiorem Religio-
„ nem; nec detur licentia cuiquam Regulari occulte
„ ferendi habitum ſuæ Religionis.

XXXIX. De Recedentibus a Conventu, Ibidem Cap.4: „ Prohibet Sancta Synodus, ne quis Regularis,
„ ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, vel le-
„ ctionis, aut cujuſvis pii operis prætextu, ſubjiciat
„ ſe obſequio alicujus Prælati, Principis, vel Uni-
„ verſitatis, vel Communitatis, aut alterius cujuſ-
„ cunque perſonæ, ſeu loci, neque ei aliquod pri-
„ vilegium, ant facultas, ab aliis ſuper iis obtenta,
„ ſuffragetur. Quod ſi contrafecerit, tamquam ino-
„ bediens, arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat
„ Regularibus a ſuis Conventibus recedere, etiam
„ prætextu ad Snperiores ſuos accedendi, niſi ab
„ eiſdem miſſi, aut vocati fuerint. Qui vero ſine
„ prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus
„ fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam deſertor
„ ſui inſtituti puniatur. Illi autem, qui ſtudiorum
„ cauſa ad Univerſitates mittuntur, in Conventibus
„ tantum habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos
„ procedatur.

XL. De Oblatis, Servientibus &c. Seſſ.24 Cap.11:
„ Quoniam privilegia, & exemptiones, quæ variis
„ titulis pleriſque conceduntur, hodie perturbatio-
„ nem in Epiſcoporum juriſdictione excitare, &
„ exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere digno-
„ ſcuntur; decernit Sancta Synodus, ut, ſi quando
„ juſtis, gravibus, & fere neceſſariis ſuadentibus
„ cauſis,

,, cauſis, aliquos honorariis titulis Protonotariatus,
,, Acolytatus, Comitis Palatini, Capellani Regii,
,, aut aliis hujuſmodi in Romana Curia, vel extra,
,, inſignibus decorandos eſſe placuerit; necnon alios
,, cuicunque Monaſterio Oblatos, vel quomodocun-
,, que addictos, aut ſub nomine Servientium Militiis,
,, ſeu Monaſteriis, Hoſpitalibus, Collegiis, aut quo-
,, cunque titulo aſſumi, nihil ex iis privilegiis detra-
,, ctum eſſe Ordinariis intelligatur; quo minus ii,
,, quibus ea jam conceſſa ſunt, vel in poſterum con-
,, cedi contigerit, ipſis Ordinariis, tanquam Apo-
,, ſtolicæ Sedis Delegatis, plene in omnibus, & quoad
,, Cappellanos Regios, juxta Conſtitutionem Inno-
,, centii III, quæ incipit: Cum Capella: ſubjecti exi-
,, ſtant: exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut
,, Militiis actu ſerviunt, & intra eorum ſepta, ac
,, domos reſident, ſubque eorum obedientia vivunt,
,, ſive iis, qui legitime, & ſecundum Regulam ea-
,, rundem Militiarum profeſſionem fecerint, de qua
,, Ordinario conſtare debeat: non obſtantibus privi-
,, legiis quibuſcunque etiam Religionis S. Joannis
,, Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum. Quæ
,, vero privilegia reſidentibus in Curia Romana vi-
,, gore Eugenianæ Conſtitutionis, ant familiaritatis
,, Cardinalium competere ſolent; ea in iis, qui Bene-
,, ficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum
,, Beneficiorum minime intelligantur; ſed Ordinarii
,, juriſdictioni ſubjecti permaneant: non obſtantibus
,, quibuſcunque inhibitionibus.

XLI. De Tempore habitum a Puellis ſuſcipiendi: Seſſ.25 de Regular. & Monial. Cap.17: ,, Libertati
,, profeſſionis Virginum Deo dicandarum proſpiciens
,, Sancta Synodus, ſtatuit, atque decernit, ut, ſi
,, Puella, quæ habitum Regularem ſuſcipere volue-
,, rit, major duodecim annis ſit, non ante, eum
,, ſuſcipiat, nec poſtea ipſa, vel alia profeſſionem
,, emittat, quam exploraverit Epiſcopus, vel, eo
,, abſente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis
,, eorum ſumptibus ab eis deputatus, Virginis vo-
,, luntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit,
,, an ſciat, quid agat, & ſi voluntas ejus pia, ac li-
,, bera cognita fuerit, habueritque conditiones re-
,, quiſitas, juxta Monaſterii illius, & Ordinis Re-
,, gulam, necnon Monaſterium fuerit idoneum, li-
,, bere ei profiteri liceat, cujus profeſſionis tempus,
,, ne Epiſcopus ignoret, teneatur Præfecta Monaſte-
,, rio eum ante menſem certiorem facere; quod ſi Præ-
,, fecta Epiſcopum certiorem non fecerit; quamdiu
,, Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.

XLII. Recipiendarum libertati conſulitur, Ibid. Cap.18: ,, Anathemati Sancta Synodus ſubjicit om-
,, nes, & ſingulas perſonas, cujuſcunque qualita-
,, tis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam
,, laicos, Seculares, vel Regulares, atque etiam
,, qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunque
,, coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut
,, aliam quamcunque Mulierem invitam, præter-
,, quam in caſibus in jure expreſſis, ad ingrediendum
,, Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cu-
,, juſcunque Religionis, vel ad emittendam profeſ-
,, ſionem, quique conſilium, auxilium, vel favo-
,, rem dederint; quique ſcientes eam ſponte non in-
,, gredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut
,, profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui
,, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem
,, interpoſuerint. Simili quoque Anathemati ſubjicit
,, eos, qui Sanctam Virginum, vel aliarum Mulie-
,, rum voluntatem veli accipiendi, vel voti emitten-
,, di, quoquo modo ſine juſta cauſa impedierint. Ea-
,, que omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem,
,, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſerventur
,, non ſolum in Monaſteriis ſubjectis Epiſcopo, ſed
,, & in aliis quibuſcunque. Ab his tamen excipiuntur
,, Mulieres, quæ Pœnitentes, aut Convertitæ ap-
,, pellantur: in quibus Conſtitutiones earum ſer-
,, ventur.

XLIII. De Monaſteriorum gubernatione. Ibidem Cap.9: ,, Monaſteria Sanctimonialium, Sanctæ Sedi
,, Apoſtolicæ immediate ſubjecta, etiam ſub nomine
,, Capitulorum S. Petri, vel S. Joannis, vel alias
,, quomodocunque nuncupentur, ab Epiſcopis, tan-
,, quam dictæ Sedis Delegatis, gubernentur, non
,, obſtantibus quibuſcunque: Quæ vero a Deputatis
,, in Capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus
,, reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relin-
,, quantur.

XLIV. De Electione, Ibid. Cap.6: ,, In electio-
,, ne quorumcunque Superiorum, Abbatum tempo-
,, ralium, & aliorum Officialium, ac Generalium,
,, & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum,
,, quo omnia recte, & ſine ulla fraude fiant; in pri-
,, mis Sancta Synodus diſtricte præcipit, omnes
,, ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, itaut
,, ſingulorum eligentium nomina nunquam publicen-
,, tur. Nec in poſterum liceat, Provinciales, aut
,, Abbstes, Priores, aut alios quoſcunque Titula-
,, res ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut
,, voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Si vero
,, contra hujus Decreti conſtitutionem aliquis electus
,, fuerit, electio irrita ſit; & is, qui ad hunc ef-
,, fectum ſe in Provincialem, Abbatem, aut Prio-
,, rem creari permiſerit, deinceps ad omnia Officia,
,, in Religione obtinenda, inhabilis exiſtat; faculta-
,, teſque ſuper his conceſſæ, eo ipſo abrogatæ cen-
,, ſeantur; &, ſi in poſterum aliæ concedantur,
,, tanquam ſubreptitiæ habeantur.

Seſſione vero 22 Cap.4: ,, Quicunque in Cathe-
,, drali, vel Collegiata, Seculari, vel Regulari
,, Eccleſia, divinis mancipatus Officiis, in Subdiaco-
,, natus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem
,, in hujuſmodi Eccleſiis in Capitulo non habeat,
,, etiamſi hoc ſibi ab aliis libere fuerit conceſſum.

XLV. De Ætate eligendarum Seſs.25 de Regular. & Monial. Cap.7: ,, Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quo-
,, cunque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita ap-
,, pelletur, eligatur non minor annis quadraginta,
,, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem lau-
,, dabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non re-
,, periatur in eodem Monaſterio, ex alio ejuſdem
,, Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum
,, Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex iis,
,, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum ex-
,, ceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſio-
,, nem recte vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore
,, conſentiente, eligatur. Duobus vero Monaſteriis
,, nulla præficiatur. Et, ſi qua duo, vel plura quo-
,, cunque modo obtinet, cogatur, uno excepto,
,, intra ſex menſes cetera reſignare. Poſt id vero
,, tempus, niſi reſignaverit, omnia ipſo jure vacent.
,, Is vero, qui electioni præeſt, Epiſcopus, ſive
,, alius Superior, Clauſtra Monaſterii non ingredia-
,, tur; ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſin-
,, gularum audiat, vel accipiat. In reliquis ſerven-
,, tur ſingulorum Ordinum, vel Monaſteriorum
,, Conſtitutiones.

XLVI. De Clauſura Monaſteriorum, Ibid. Cap.5:
,, Bonifatii Octavi Conſtitutionem, quæ incipit:
,, Periculoſo: renovans Sancta Synodus, univerſis

„ Epiſcopis ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monaſteriis, ſibi ſubjectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, Clauſuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi inviolata eſt, conſervari maxime procurent: inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur Sancta Synodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus Magiſtratibus Secularibus injungit. Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire e Monaſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis quibuſcunque, & privilegiis non obſtantibus. Ingredi autem intra ſepta Monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque alius ullo modo poſſit, etiam vigore cujuſcunque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. Et, quia Monaſteria Sanctimonialium, extra mœnia Urbis, vel Oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus ſine ulla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita; curent Epiſcopi, & alii Superiores, ſi ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex eis ad nova, vel antiqua Monaſteria intra Urbes, vel Oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachii ſecularis. Impedientes vero, vel non obedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas parere compellant,

XLVII. De Confeſſione Monialium, Ibid. Cap. 10: „ Attendant diligenter Epiſcopi, & ceteri Superiores Monaſteriorum Sanctimonialium, ut in Conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus Confeſſionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, ut eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter ſuperandas. Præter ordinarium autem Confeſſorem alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confeſſiones audire debeat. Quod vero Sanctiſſimum Chriſti Corpus intra Chorum, vel ſepta Monaſterii, & non in publica Eccleſia conſervetur, prohibet Sancta Synodus, non obſtante quocunque indulto, aut privilegio.

XLVIII. De Confeſſione Secularium, Seſs. 23 Cap. 15: „ Quamvis Presbyteri in ſua Ordinatione a peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, poſſe Confeſſiones Secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegiis, & conſuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obſtantibus.

XLIX. Qua ratione Regulares vitam inſtituere debeant? Seſs. 25 Cap. 1: „ Quoniam non ignorat Sancta Synodus, quantum ex Monaſteriis, pie inſtitutis, & recte adminiſtratis, in Eccleſia Dei ſplendoris, atque utilitatis oriatur; neceſſarium eſſe cenſuit, quo facilius, ac maturius, ubi collapſa eſt, vetus, & regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantius, ubi conſervata eſt, perſeveret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit, ut omnes Regulares, tam Viri, quam Mulieres, ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant, atque in primis, quæ ad ſuæ Profeſſionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicujus Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpective eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum obſervanda pertinentia, fideliter obſervent. Omniſque cura, & diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis Generalibus, & Provincialibus, quam in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur: cum compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exacte non fuerint conſervata; totum corruat ædificium neceſſe eſt.

L. De Paupertatis voto ſervando, Ibid. Cap. 2: „ Nemini igitur Regularium, tam Virorum, quam Mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuſcunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus, poſſidere, vel tenere; Sed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſumfructum, vel uſum, adminiſtrationem, aut commendam: Adminiſtratio autem bonorum, Monaſteriorum, ſeu Conventuum ad ſolos Officiales eorundem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium vero uſum ita Superiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat; nihilque ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur. Quod ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus, aut convictus fuerit: is biennio activa, & paſſiva voce privatus ſit; atque etiam juxta ſuæ Regulæ, & Ordinis Conſtitutiones, puniatur.

LI. De Locationibus Eccleſiaſticis, Seſs. 25 de Reform. Cap. 11: „ Magnam Eccleſiis perniciem afferre ſolet, cum earum bona, repræſentata pecunia, in Succeſſorum præjudicium aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fient, nullatenus in præjudicium Succeſſorum validæ intelligantur: quocunque indulto, aut privilegio non obſtante: nec hujuſmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat etiam, juriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios ea exercere: aliterque conceſſiones, etiam a Sede Apoſtolica factæ, ſubreptitiæ cenſeantur. Locationes vero Rerum Eccleſiaſticarum, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, Sancta Synodus irritas decernit, quas a triginta annis citra, ad longum tempus, ſeu, ut in nonnullis partibus, ad viginti novem, ſeu bis viginti novem annos, vocant, factas, Synodus Provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas Sanctiones contractas fuiſſe judicabunt.

LII. De Decretis ſervandis, Seſs. 25 de Regular. & Monial. Cap. 22: „ Hæc omnia, & ſingula in Su-

„ perioribus

„ perioribus Decretis „ (ejuſdem Seſſionis vigeſimæ
quintæ de Regularibus, & Monialibus) „ contenta,
„ obſervari Sancta Synodus præcipit in omnibus Cœ-
„ nobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac domibus
„ quorumcunque Monachorum, ac Regularium,
„ necnon quarumcunque Sanctimonialium Virgi-
„ num, ac Viduarum, etiamſi illæ ſub gubernio Mi-
„ litiarum, etiam Hieroſolymitanæ, vivant, &
„ quocunque nomine appellentur, ſub quacunque
„ Regula, vel Conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel
„ gubernatione vel quavis ſubjectione, & annexione,
„ vel dependentia cujuſcunque Ordinis, Mendican-
„ tium, vel non Mendicantium, vel aliorum Regula-
„ rium Monachorum, aut Canonicorum quorumcun-
„ que: non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum
„ privilegiis, ſub quibuſcunque formulis verborum
„ conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam
„ in fundatione obtentis, necnon Conſtitutionibus,
„ & Regulis etiam juratis, atque etiam conſuetudi-
„ nibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabi-
„ libus. Si qui vero Regulares tam Viri, quam Mu
„ lieres ſunt, qui ſub arctiori Regula, vel Statutis
„ vivunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia
„ in communi, eos ab eorum inſtituto, & obſervan
„ tia Sancta Synodus amovere non Intendit. Et quia
„ Sancta Synodus deſiderat, ut omnia, & ſingula
„ ſupradicta quamprimum executioni demandentur,
„ præcipit omnibus Epiſcopis, in Monaſteriis ſibi
„ ſubjectis, & in omnibus aliis, ipſis in Superioribus
„ Decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Ab-
„ batibus, ac Generalibus, & aliis Superioribus Or-
„ dinum ſupradictorum, ut ſtatim prædicta exe-
„ quantur. Et, ſi quid executioni mandatum non
„ ſit, Epiſcoporum negligentiam Concilia Provin-
„ cialia ſuppleant, & coerceant. Regularium vero
„ Capitula Provincialia, & Generalia, & in defectum
„ Capitulorum Generalium Concilia Provincialia
„ per deputationem aliquorum ejuſdem Ordinis pro-
„ videant. Hortatur etiam Sancta Synodus omnes
„ Reges, Principes, Reſpublicas, & Magiſtratus,
„ & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit, ut velint
„ prædictis Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus,
„ & ceteris Præfectis in ſuperius contentæ reforma-
„ tionis executione ſuum auxilium, & auctoritatem
„ interponere, quoties fuerint requiſiti, ut ſine ullo
„ impedimento præmiſſa recte exequantur ad laudem
„ Dei Omnipotentis.

LIII. Qua de re Alexander VII die 18 Martii 1666 ſequentem Propoſitionem damnavit: *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti Privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſſe revocata per Concilium Tridentinum*. Alexandri Conſtitutio, qua Propoſitio illa damnatur, legitur in Bullario Romano. Eſt CLXVII. Incipit = *Sanctiſſimus* =

LIV. Notandum Quarto, quod cum cauſa finalis ſit illa, quæ reſtringit, aut ampliat privilegia, ut ex Cap. = Cum ceſſante cauſa ceſſet effectus = de Appell. probant Doctores, & videre eſt apud *Donatum* de Rerum Regul. Praxi Tom.I Tract.XI Quæſtione XVII Num.XIX pag.134, attendenda non ſolum verba, quibus aliqua Conſtitutio revocat privilegium, ſed etiam illa, quibus cauſa revocationis exprimitur, ut liquido conſtet, utrum privilegium revocetur non ſolum quoad forum externum, ſed etiam quoad internum, ſeu conſcientiam. Ne autem erret aliquis, diſtinguat oportet inter verba narrativa, & verba diſpoſitiva. „ Proprie loquendo, inquit *Paſſerinus Tom.V in Sext. Decret. ad Caput* = Si Papa = *Num.II pag.390* „ illa verba narrativa dici
„ debent, per quæ Legiſlator nihil diſponit, ſed re-
„ fert quæ, vel facta ſunt, vel dicta, vel a ſuppli-
„ cantibus repræſentata. Unde non ſunt verba pra-
„ ctice practica, ſed ſpeculativa ex modo, quæ non
„ ſignificant voluntatem, vel imperium Legiſlatoris.
„ Illa vero verba diſpoſitiva ſunt, & legis, vel pri-
„ vilegii inductiva, quæ ſignificant Legiſlatoris im-
„ perium, & voluntatem, ſcilicet obligantem, ut
„ fiat, vel non fiat aliquid, vel ut duret, quod prius
„ diſpoſitum fuit, vel ut ſit conceſſum, quod prius
„ ex lege erat prohibitum. Et ideo verba narrativa,
„ ſicut non continent vim legis, vel privilegii, ſic
„ nec probant privilegium, ſed narrata probari de-
„ bent .... Notandum eſt ſecundo circa illa ver-
„ ba Textus: Cum verba aliquid operari debeant:
„ quod verba diſpoſitiva in legibus, & privilegiis,
„ ſemper ſic intelligi debent, ut aliquid operentur.
„ Significant enim imperium, ſeu efficacem volunta-
„ tem Superioris, vel inducentem novam obligatio-
„ nem, vel confirmationem prioris obligationis, vel
„ novam conceſſionem, aut antiquæ conceſſionis effi-
„ cacem confirmationem „. Hæc *Paſſerinus*, quibus addas velim, quod ipſamet etiam verba *narrativa* nonnihil operari dici poſſunt, ex eo quod ex ipſis mens, voluntas, imperium Legiſlatoris facilius intelligi poſſunt.

LV. Notandum Quinto, quod de privilegiis Ordinis Prædicatorum nunquam derogari, niſi ejuſdem Ordinis, ipſius Generalis Magiſtri, & eorundem privilegiorum ſpecialis mentio fiat, decernit *Eugenius IV Conſtit.CLXXXV* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*100 dicens: „ Nos, veſtris (Fratribus Prædicatoribus præſentibus, & futuris inſcribitur hæc Conſtitutio) „ in hac parte ſupplicationibus inclinati, vo-
„ lumus, & Apoſtolica vobis auctoritate concedimus,
„ necnon etiam ex certa ſcientia decernimus, & de-
„ claramus, quod nulla per Nos, vel Sedem Apo-
„ ſtolicam, ſub quibuſvis formis, aut quorumcun-
„ que etiam Mendicantium Ordinum, & illorum
„ Religioſorum, ſeu aliorum verborum expreſſioni-
„ bus, & cum quibuslibet derogatoriis privilegio-
„ rum eiſdem Mendicantium Ordinibus, & Religio-
„ ſis per Nos, vel Sedem eandem conceſſorum clau-
„ ſulis, etiam motu proprio, quibuſvis perſonis, cu-
„ juſcunque gradus, ſtatus, vel conditionis exiſtant,
„ etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſco-
„ pali, Epiſcopali, Abbatiali, vel alia quavis aucto-
„ ritate, præfulgeant, necnon Collegiis, Capitulis,
„ Univerſitatibus, ſeu Conventibus conceſſa, aut in
„ eorum favorem, vel alias quomodolibet facta, &
„ a Nobis, vel a Sede prædicta emanata hactenus, vel
„ in poſterum concedenda, facienda, & a Nobis
„ emananda, literæ, privilegia, facultates, & in-
„ dulta vobis, & Ordini veſtro, veſtriſque domi-
„ bus, atque locis, ſeu veſtrum, aut eorum alicui,
„ contra, vobis, & eis, tam per plures Summos
„ Pontifices, Prædeceſſores noſtros, quam etiam
„ Nos, ſeu alias quomodolibet conceſſorum privile-
„ giorum, literarum, gratiarum, & indultorum
„ tenores, præjudicent, vel præjudicare poſſint, niſi in
„ literis, privilegiis, facultatibus, & indultis cum
„ expreſſione generali Ordinum, etiam Mendican-
„ tium, & illorum Religioſorum conceſſis, & con-
„ cedendis, ac factis, ſeu faciendis, ſeu emanatis,
„ vel emanandis hujuſmodi, de Ordine Fratrum Præ-
„ dicatorum, & illius, ac ejus domibus, & vobis,
„ privilegiis, literis, gratiis, & indultis præfatis,
„ necnon quoad ipſa concedenda privilegia, literas,
„ facultates, & indulta de Generali Magiſtro dicti

K 2
„ Ordinis

„ Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui erit pro tem- „ pore, ſignanter, & notanter, ac ſpecialiter, & „ expreſſe, necnon de verbo ad verbum, mentio fa- „ cta fuerit, omnium quoque, & ſingulorum privi- „ legiorum, literarum, facultatum, & indultorum „ conceſſorum prædictorum tenores, præſentibus „ pro expreſſis habentes, ac decernentes ex nunc om- „ nes, & ſingulos proceſſus, quaſcunque excommu- „ nicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, & alias „ quaſvis ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe conti- „ nentes, ac quicquid contra voluntatem, & decla- „ rationem noſtram hujuſmodi, ac tenorem præſen- „ tium, ſcienter, vel ignoranter a quoquam, qua- „ vis auctoritate haberi, fulminari, ſeu proferri „ contigerit, irrita, & inania, nulliuſque roboris „ vel momenti exiſtere.

LVI. Notandum Sexto, quod hæc *Eugenii* Conſtitutio non obſtat, quominus Ordinis Prædicatorum Privilegia revocata cenſeantur, ſi de Legislatoris mente liquido conſtet. Hinc, exempli gratia, licet in generali revocatione Privilegiorum Regularium, quæ Decretis S. Synodi Tridentinæ contraria ſunt, idem Concilium nec Ordinis Prædicatorum, nec ipſius Generalis Magiſtri, nec ejuſdem Ordinis Privilegiorum ſpecialem fecerit mentionem; quia tamen ex Concilii verbis liquido conſtat, quod ipſius Ordinis Prædicatorum, non ſecus ac ceterorum Ordinum Regularium Privilegia, Decretis ſuis contraria, reſciſſa voluit, hinc jure ac merito abrogata cenſentur.

LVII. Notandum Septimo, quod *Gregorius XV*, Conſt.IX, data die II Julii MDCXXII = Romanus = Tom.VI pag.8 revocat conceſſiones quaſcunque vivæ vocis Oraculo, non tamen S. R. E. Cardinalibus factas, vel ipſorum manu firmatas. Quomodo autem hæc revocatio ſit intelligenda, habes ibidem pag.9 & ex *Urbani VIII* Conſtit.LVII, data die 20 Decembris MDCXXXI = Alias felicis = Tom.VI pag.79. Eadem de re conſulenda ejuſdem *Urbani* Conſtitutio CXXIX, data die XXVI Maii MDCXXV = Admodum illuſtri = Tom.VII pag.271, & 273. Ex his enim liquet, quod quando vivæ vocis Oracula, Magiſtris Generalibus, & Vicariis, ac Procuratoribus Generalibus, conceſſa, ante revocationem, ſortita ſunt effectum, licet effectus tractum habeat ſucceſſivum, vel alias peculiares perſonas ſpectent illa vivæ vocis Oracula, non cenſentur tamen revocata, nec indigent aliqua revalidatione, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus. De vivæ vocis Oraculis vide *Donatum* Tomo I Praxis Rerum Regularium Tract.XVI.

LVIII. Notandum Octavo, quod ex Senatus conſulto Romanæ Rotæ dato die XV Junii MDCLXVIII, adverſus Regulares requiritur præſcriptio centenaria, & ſtante mutua communicatione Privilegiorum inter Religiones, Privilegium conceſſum Ordini, per non uſum etiam longi temporis, non amittitur. Vide Deciſion. Recent. Parte XV Deciſ.285 Num.17.

QUÆSTIO XI.

Quænam pœna conſtituta ſit in adhibentes violentiam Cœnobiis, Eccleſiis, vel locis quibuslibet Ordinis Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. Excommunicationis pœna in ipſos lata a Bonifatio IX.

II. Qui conſentientem habet Deceſſorem ſuum Clementem IV.

I. Adhibentes violentiam Cœnobiis, Eccleſiis, vel cuilibet loco Fratrum Prædicatorum excommunicatos eſſe, liquet ex Boniſatii IX Conſtitutione CCXX, data anno 1402 die 27 Aprilis = Sacræ Religionis = Tom.I pag.447, cujus hæc verba: „ Perpetua, & irrefragabili Conſtitutione conſtitui- „ mus, & etiam ordinamus, quod de cetero perpe- „ tuis futuris temporibus, quæcunque perſonæ, cu- „ juſcunque ſtatus, vel conditionis extiterint, quæ „ Eccleſias, ſive loca quæcunque dicti Ordinis viola- „ re, ſeu in eis violentiam damnabilem exercere præ- „ ſumpſerint, eo ipſo, excommunicationis ſententia „ ſint innodatæ, a qua niſi per Sedem Apoſtolicam, „ vel Conſervatores, eiſdem Fratribus contra infe- „ rentes eis injurias, vel jacturas, ab eadem Sede „ deputatos, injuriam paſſis prius debite ſatisfacto, „ nequeant abſolvi.

II. Bonifatius IX conſentientem habet Deceſſorem ſuum Clementem IV Conſt.IV, data anno 1265 die 9 Maii = In quibuſdam locis = Tom.I pag.451 & Conſt.XLIV, data anno 1266 die 9 Martii = In quibuſdam = Tom.I pag.473.

QUÆSTIO XII.

Utrum Bona poſſidere poſſit Ordo Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. Id ipſi conceſſum ab Honorio III.

II. Qui conſentientes habet Deceſſorem ſuum Innocentium III, & Succeſſores ſuos, quorum nonnulli recenſentur.

III. Quandonam Fratres Prædicatores nuncium remiſerint poſſeſſionibus, & redditibus?

Quis auctor hujuſce Conſtitutionis = *Poſſeſſiones, ſeu redditus, nullomodo recipiantur* =?

Quæ variis Conſtitutionibus Apoſtolicis reſciſſa fuit.

Et in primis a Sixto IV: & a Concilio Tridentino.

IV. Licet autem redditus poſſideat Prædicatorum familia, vere tamen Mendicantium Ordo cenſetur.

Uti declarat S. Pius V.

I. Ordinem Fratrum Prædicatorum prædia, & id genus cetera bona, cum immobilia, tum mobilia poſſidere poſſe, conceſſit Honorius III prædictum Ordinem confirmans anno 1216 die 22 Decembris, Conſt.I = Religioſam vitam = Tom.I pag.2: & Conſt.II = „ Nos attendentes, Fratres Ordinis tui (Patriarcham Dominicum alloquitur) „ fu- „ turos Pugiles Fidei, & vera mundi lumina, con- „ firmamus Ordinem tuum, cum omnibus Caſtris, & „ poſſeſſionibus, habitis, & habendis, & ipſum Or- „ dinem, ejuſque poſſeſſiones, & jura, ſub noſtra „ gubernatione, & protectione, ſuſcipimus. „ Huc ſpectat ejuſdem Honorii Conſt.VII, data anno 1218 die 30 Martii = Religioſam vitam = Tom.I pag.6 ubi Monſterium Prulianum privilegiis ornans, ipſius poſſeſſiones ratas habet, ac firmat.

II. Honorius III hac de re conſentientes habet, Deceſſorem ſuum Innocentium III Conſt.I, data anno 1215 die 8 Octobris = Juſtis petentium = Tom.I pag.1, ubi Monaſterium Prulianum ſuo, Sanctæque Sedis præſidio tutatur, ac ejuſdem poſſeſſiones confirmat: Succeſſoreſque Romanos Pontifices, Gregorium IX Conſt.CXLVIII, data anno 1236 die 14 Martii

tii = Juſtis petentium = Tom.I. pag.85, ubi Monaſterii Madritenſis poſſeſſiones confirmantur: Innocentium IV Conſt.LI, data anno 1244 die 1 Martii = Sacroſancta Romana = Tom.I pag.134, qua Romanum Monaſterium S. Sixti privilegiis ornat: Et Conſt.LXXXIV, data an. 1245 die 8 Aprilis = Cum tibi = Tom.I pag.148, qua Montargien. Monialibus indulget, ut redditus & poſſeſſiones habere poſſint: Alexandrum IV Conſt.CCV, data anno 1258 die 12 Aprilis = Religioſam vitam = Tom.I pag.361, qua Monaſterii Staynaecenſis poſſeſſiones confirmantur: Conſt.CCLII, data anno 1259 die 10 Novembris = Sacroſancta = Tom.I pag.381, qua ratas habet poſſeſſiones Santaranenſis Monaſterii: & Conſtitutione CCXCVIII, data anno 1261 die 1 Aprilis = Religioſam vitam = Tom.I pag.408, qua Monaſterium Vallis-Gratiæ privilegiis donat: B. Gregorium X Conſt.XX, data anno 1274 die 7 Martii = Religioſam vitam = Tom.I pag.518, qua Muciallienſis Monaſterii poſſeſſiones confirmantur: Bonifatium IX Conſt.XIII, data anno 1391 die 6 Martii = Exhibita Nobis = Tom.II pag.317, qua concedit, ut Fratres Cœnobii S. Mariæ de Victoria veniant in poſſeſſionem bonorum mobilium, & non mobilium: & Conſtitutione LXXVI, data anno 1396 die 5 Januarii = Religionis zelus = Tom.II pag.356, qua poteſtatem facit Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut poſſeſſiones habere poſſint: Martinum V Conſt.XIV, data anno 1418 die 7 Julii = Dilectarum = Tom.II pag.547, qua Moniales Monaſterii Staviacenſis in bonorum alienatorum poſſeſſionem mittit: Conſtitutione CLXXVII, data anno 1425 die 6 Septembris = Sinceræ devotionis = Tom.II pag.654, qua Conventui B. Mariæ *de Nieva* quorundam bonorum poſſeſſionem aſſerit: & Conſt.CLXXXI, data anno 1425 die 21 Novembris = Eccleſiarum = Tom.II pag.656, qua Chienſi Conventui poſſeſſionem bonorum immobilium quæ ipſi legantur permittit: Nicolaum V Conſt.CIX, data an.1454 die 16 Aprilis = Sacræ Religionis = Tom.III pag.325, qua Cœnobio Bononienſi quædam reſtituenda jubens, bona immobilia a Conventibus Fratrum Prædicatorum poſſideri poſſe, declarat: Caliſtum III Conſt.IV, data anno 1455 die 7 Junii = Sacræ Religionis = Tom.III pag.340, qua bona immobilia, & redditus quoſcunque permittit Florentino Conventui S. Marci, *ut obſervantia in præfata domo ſemper vigeat, & manuteneatur*: Pium II, ex cujus Conſtitutione LXVI, data anno 1464 die 5 Maii = Humilibus = Tom.III pag.431 liquet, Bononienſes Fratres jam ab antiquo bona immobilia poſſediſſe: Paulum II Conſt.XXIII, data anno 1467 die 16 Januarii = Benigna = Tom.III pag.456, qua concedit, ut Ferrarienſe Cœnobium S. Mariæ ab Angelis immobilia bona quæcunque, ac redditus annuos habere poſſit, *ut obſervantia in eadem domo ſemper vigeat, & manuteneatur*: Sixtum IV Conſtitutione LXVIII, data anno 1475 die 1 Julii = Conſiderantes = Tom.III pag.528, qua facultas ampliſſima poſſeſſiones habendi conceditur omnibus Ordinis Prædicatorum Conventibus præſentibus, & futuris: & Conſt.XCII, data anno 1477 die 13 Aprilis = Nuper = Tom.III pag.550, qua poteſtatem facit iiſdem Conventibus, poſſeſſiones emendi ex pecuniis ipſis legatis: Innocentium VIII Conſt.LXIV, data anno 1489 die 28 Februarii = Ratio exigit = Tom.IV pag.43, qua Conventibus Hiſpanis poſſeſſiones, & redditus permittit: Paulum III Conſt.CVII, data anno 1547 die 26 Februarii = Romanus Pontifex = Tom.IV pag.651, qua Toloſanæ Provinciæ, & Congregationis Franciæ Conventus immobilia bona retinere poſſe, declarat: cetera mitto, ne longum ſit: huc enim ſpectant tot illæ Conſtitutiones pro Monaſteriis datæ, quarum initium eſt = Apoſtolicæ Sedis = & = Religioſam vitam = quas conſulere poteris, ſi per otium licet. Huc etiam pertinent Conſtitutiones laudandæ Quæſtione ſequenti.

III. Notandum Primo, quod circa hoc privilegium nulla prorſus difficultas eſt. Licet enim Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus in Comitiis Generalibus, anno 1220 Bononiæ coactis, nuncium remiſerit poſſeſſionibus, Caſtris, redditibus, & id genus ceteris, cum quibus Ordo Prædicatorum confirmatus fuerat ab Honorio III, & anno 1228 in Comitiis Generaliſſimis, Lutetiæ Pariſiorum celebratis a B. Jordano, ſancitum ſit, ne Fratres in poſterum poſſeſſiones & redditus reciperent, & ex hoc in Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.I Text.III legantur hæc verba: *Item poſſeſſiones, ſeu redditus nullo modo recipiantur*: ex Pontificiis tamen Decretis ſupra laudatis, & in primis Sixti IV Diplomate, hæc noſtra Conſtitutio fuit abrogata; quod etiam liquet ex Concilio Tridentino Seſſ.25 de Regul. Cap 3, ubi hæc habentur: „ Concedit S. Synodus omnibus Monaſteriis, & domibus „ tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium (exceptis domibus Fratrum S. Franciſci Capucinorum, & eorum qui Minorum de Obſervantia „ vocantur) etiam quibus, aut ex Conſtitutionibus „ ſuis erat prohibitum, aut ex privilegio Apoſtolico „ non erat conceſſum; ut deinceps bona immobilia „ eis liceat poſſidere. Quod ſi aliqua loca ex prædictis, quibus ex auctoritate Apoſtolica permiſſum „ erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe, decernit „. Vide Conſt. noſtras Diſt.II Cap.I Textu III Lit.H.

IV. Notandum Secundo, ex verbis Tridentini Concilii mox laudatis, & ex S. Pii V Conſt.XLIV, data anno 1567 die 1 Octobris = Romanus Pontifex = Tom.V pag.171, quod licet Fratres Prædicatores immobilia bona poſſideant, hoc tamen non obſtat, quominus vere ſint e numero *Mendicantium*. Quod S. Pius declarat his verbis: „ Ex certa noſtra „ ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, „ omnes, & ſingulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet S. Dominici, & S. Franciſci, ac „ Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum, „ & quos etiam recenſeri volumus Servorum B. Mariæ nominibus comprehenſos Fratres, eorumque „ domos, Monaſteria, & loca, etiamſi in Communi „ propria bona, tam mobilia, quam immobilia, & „ ſtabilia, ac alia quæcunque poſſederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus, & ſingulis, Mendicantium privilegiis, eis quomodolibet conceſſis, „ uti poſſe, & debere, nec ſuper præmiſſis, ullo „ unquam tempore moleſtari poſſe, auctoritate Apoſtolica, per præſentes ſtatuimus, ac declaramus, „ ac tam Concilii Tridentini, quam omnia, & ſingula alia Decreta, Statuta, Ordinationes, privilegia, & jura de Mendicantibus loquentia, ad omnes „ & ſingulos Ordines præfatos, eorumque domos, „ & loca, etiam propria bona, in Communi tamen, „ retinentes, extendimus, & ampliamus, illaque de „ illis loqui, omni auctoritate præfata, per eaſdem „ præſentes declaramus. „ Conſule Conſtitutiones noſtras Diſt.II Cap.XVIII Texto V Lit.B.

QUÆ-

QUÆSTIO XIII.

Num Bona poſſint, hæreditaria jure, abvenire Fratribus Ordinis Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. POſſe, declarat Clemens IV,
II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos, quorum nonnulli recenſentur.
III. Et hoc Privilegium, variis in locis, etiam nunc temporis viget.
IV. Nec adverſatur ipſi Concilium Tridentinum.
V. Nec contrarius eſt Clemens VIII.
Qui, ex Concilii Tridentini præſcripto, voti Paupertatis obſervantiæ conſulit.
VI. Huc ſpectant S. Concilii Congregationis Declarationes.
VII. Id unum etiam cavet Regula S.P. Auguſtini, quam profitemur.
Scilicet, Religioſos bona adipiſci poſſe, permittens, modum præſcribit, quo Monaſterii commodo cedere debeant.
VIII. Hic unicus ſcopus eſt Conſtitutionum Ordinis Fratrum Prædicatorum.
IX. Nec iſtud Privilegium eſt præter jus commune.
Ut ex S. Gregorii verbis probatur.
Et ex Lege ab Imperatore Juſtiniano lata evincitur.
X. Nec obſtat huic Privilegio noſtro vulgare placitum, quo Religioſus cenſetur mortuus.
Hujuſce Placiti triplex interpretatio.
XI. De Bonis Fratrum, qui extra Provincias ſuas decedunt.
XII. Quæ tempore promotionis habent Regulares ad Epiſcopatum, vel alias dignitates Eccleſiaſticas promoti, omnia Superioribus permittere debent.
Id a Benedicto XIII ſancitum.
Qui Deceſſores ſuos conſentientes habet.
XIII. Ne donationes Religioſis factæ, ipſis mortuis, ad proprietatem donantium revocentur, cavet Gregorius IX.

I. BOna, hæreditario jure, obvenire poſſe Fratribus Ordinis Prædicatorum, declarat Clemens IV Conſt.XXXIX, data an.1266 die 12 Februarii = Obtentu divini = Tom.I pag.470. Sic enim Fratres Prædicatores alloquitur: „ Auctoritate Apoſtolica declaramus, quod vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſeculo exiſtentes, licite poteſtis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere, prout vobis melius videbitur expedire. Univerſas autem interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, quas contra præſentis declarationis tenorem per quemcunque fieri contigerit, decernimus irritas & inanes.

II. Clemens IV hac de re conſentientes habet Nicolaum IV Conſt.XXII, data anno 1290 die 9 Novembris = Cum olim = Tom.II pag.30, ubi Clementinam Conſtitutionem renovans, declarat, Fratres Prædicatores hæreditates adire, ac tenere poſſe: Bonifatium IX Conſtit.CCXII, data anno 1402 die 27 Aprilis = Sacræ Religionis = Tom.II pag.439, ubi concedit „ Quod iidem Fratres bona temporalia, quæ „ ipſis, ſeu locis quibuslibet dicti Ordinis, pro tempore largientur, ſeu ad Fratres, ſeu loca hujuſmodi, ex ſucceſſione, vel aliunde provenerint: de licentia ſuorum Superiorum apprehendere, eaque vendere, & ea, ſeu pretium ipſorum, in communes, vel particulares uſus convertere, prout eis conceſſum fuerit per Superiores antedictos, poſſint, ac valeant: Martinum V Conſt.XVIII, data anno 1418 die 28 Julii = Dudum felicis = Tom.II pag.550, ubi ex Clementis IV Diplomate decernens, bona Fratribus Prædicatoribus hæreditario jure obvenire poſſe, Conſervatores hujuſce privilegii conſtituit Archiepiſcopos Lugdunenſem, ac Biſuntinum, & Monaſterii Cluniacenſis Abbatem: & Conſt.XCIII, data anno 1421 die 24 Octobris = Sacræ Religionis = Tom.II pag.603, ubi, Moniales Monaſterii Leovallenſis, quod Provincialis Saxoniæ juris eſt, hæreditates, & bona quæcunque, adire, ac illis, in communi duntaxat, uti, & gaudere, eaque pacifice poſſidere, poſſe, decernit: Eugenium IV Conſtitut.CCLXIX, data anno 1443 die 3 Septembris = Humilibus = Tom.III pag.176, ubi ad reſtituendum compellendum mandat Hugonem quendam, qui tenebat hæreditatem, quæ F. Wilhelmo Clopper, Trajectenſis Conventus alumno, obvenerat: Sixtum IV Conſt.XL, data anno 1473 die 27 Julii = Regimini = Tom.III pag.505, ubi bona Fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum, hæreditario jure venire poſſe, declarans, irritas facit quarundam Monialium Nurembergenſium renunciationes: & Conſt.CI, data anno 1477 die 21 Auguſti = Humilibus = Tom.III pag.559, qua jubet, Zamorenſe Monaſterium B. Mariæ mittendum in eorum poſſeſſionem, quæ cuidam Moniali venerant hæreditario jure. De eodem ſucceſſionis jure conſulendæ ejuſdem Sixti IV Conſtitut.CXLIV, data anno 1481 die 27 Martii = His quæ = Tom.III pag.597, & Gregorii XIII Conſtitutiones I, datæ an.1572 = Ex injuncto = Tom.V pag.304, ac III = His quæ = ibid. pag.307.

III. Notandum Primo, quod licet hoc Privilegium Fratribus Ordinis Prædicatorum, in toto qua late patet terrarum orbe conſtitutis, conceſſum ſit, & multis in locis, etiam nunc temporis, vigeat; variis tamen in Regnis antiquatum fuit. Hinc Martinus V in Conſtitutione XVIII mox laudata Conſervatores creans, qui hoc privilegium ſervandum curarent in Gallia, hanc addit clauſulam: *Si, & poſtquam, vobis ..... legitime conſtiterit .:... ei per diſſuetudinem, vel alias canonice fore detractum, evidenter non appareat*. In Gallia certe nullius impræſentiarum roboris eſt. In Italia vim legis habet, ſi tamen nonnullas Civitates excipias.

IV. Notandum Secundo, quod Concilium Tridentinum non obſtat, quo minus bona, hæreditario jure, obvenire poſſint Religioſis, ſed modum præſcribit, quo votum paupertatis ſartum tectum ſervandum ſit: uti videre eſt ex ejuſdem Concilii verbis, quæ relata ſunt *Quæſtione X Num.L.*

V. Notandum Tertio, quod nec Clemens VIII in Decreto de Reformatione huic noſtro Privilegio derogat, ſed, ex Concilii Tridentini præſcripto, voti paupertatis obſervantiæ conſulit, his verbis: „ Quo „ Tridentini Concilii Decreta de Paupertatis voto „ cuſtodiendo fidelius obſerventur, præcipitur, ut „ nullus ex Fratribus, etiamſi Superior ſit, bona „ immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, cenſus, eleemoſynas, ſive ex concionibus, „ ſive ex lectionibus, aut pro Miſſis, tam in propria „ Eccleſia, quam ubicunque celebrandis, aliove „ ipſorum juſto labore, & cauſa, etiam quocunque

nomine

Digitized by Google

„ nomine acquiſita, etiamſi ſubſidia conſanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus, poſſidere poſſit: ſed ea omnia ſtatim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & veſtitus omnibus ſuppeditari poſſit. Neque Superioribus, quicunque illi ſint, ullo pacto liceat, eiſdem Fratribus, aut eorum alicui, bona ſtabilia, etiam ad uſumfructum, vel uſum, adminiſtrationem, aut commendam, etiam depoſiti, aut cuſtodiæ, nomine, concedere. Eorum vero, quæ ad neceſſitatem conceſſa erunt, nullus quidquam poſſideat, ut proprium, neque ut proprio utatur. Qui in præmiſſorum aliquo deliquerit, pœnas nedum a Concilio Tridentino præſcriptas, ſed alias quoque multo graviores, Superiorum arbitrio, imponendas, incurret. Nulla quorumcunque Superiorum diſpenſatio, nulla licentia quantum ad bona mobilia, vel immobilia, Fratres excuſare poſſit, quo minus culpæ, & pœnæ, ab ejuſdem Concilii Decretis impoſitæ, & ipſo facto incurrendæ, obnoxii ſint, etiamſi Superiores aſſeverent, hujuſmodi diſpenſationes, aut licentias concedere poſſe, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

VI. Notandum Quarto, quod circa præcedentium Decretorum intelligentiam Sacri Concilii Congregatio ſequentes edidit Declarationes, quas refert *Paſſerinus* noſter Tom.I de Statibus, & Officiis hominum Quæſt.CLXXXVI Art.VII Num.309: „ Quæritur, Primo: An, ex diſpenſatione inferiorum Summo Pontifice, liceat Regularibus poſſidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona, immobilia videlicet, & mobilia ſuperflua, non obſtante Decreto Concilii Tridentini Seſſione XXV de Regularibus Capite II?

„ Secundo: An propter talem diſpenſationem, ſeu ſcientiam Superiorum, poſſidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia ſuperflua, a culpa, vel a pœna excuſentur?

„ Tertio: An Superioribus aſſeverantibus hujuſmodi licentias poſſe concedere, fides adhibenda ſit?

„ Quarto: An Superiorum arbitrio, & præfinitioni ſtare debeant Regulares, quoad mobilium ſuperfluitatem, & convenientiam?

„ Quinto: An, Superiore quantumvis requiſito, neceſſaria ſuis Regularibus negante, vel ſubtrahente, liceat ipſis clam, vel invito eo, illa ſibi comparare, ſeu retinere?

„ Sexto: Et, quatenus liceat, an itidem liceat, cum neceſſaria ideo negantur, vel ſubtrahuntur, quia Monaſterii facultates non ſuppetunt?

„ Septimo: An dicti Superiores Regulares dictum Caput Secundum declarare, & interpretari poſſint?

„ Ad Primum Congregatio Concilii reſpondit, non licere.

„ Ad Secundum, non excuſari, neque a culpa, neque a pœna, ipſo facto incurrenda.

„ Ad Tertium, minime adhibendam.

„ Ad Quartum, niſi de exceſſu arbitrii conſtiterit, utique ſtare debere, habita videlicet ratione perſonæ, Officii, & Regulæ, ſtatuſque paupertatis, quam profeſſi ſunt, & ceterarum itidem qualitatum.

„ Ad Quintum, non licere.

„ Ad Sextum, licere, ſi præciſa neceſſitas ſit ad individui ſuſtentationem: ceterum communem penuriam ab omnibus percipiendam uſque adeo, ut ſi quid privatim alicui delatum, vel ab ipſo partum fuerit, id omne ad Superiorem recta deferri oporteat, qui ex eo primum ſuccurrat ejus neceſſitati, cujus intuitu illud obvenerit, ſi peculiari, aliaque neceſſitate ultra communem prematur, reliquum Conventui incorporetur, & in communem cedat utilitatem.

„ Ad Septimum, non poſſe.

„ Hier. Card. Matthæjus.

Huc etiam ſpectant ſequentes Declarationes, quæ apud eundem Auctorem leguntur Numero 310. „ In aliquibus Monaſteriis Monialium reperiuntur nonnullæ Moniales, quæ cenſus, & annuos quoſdam redditus, & proventus, ſeu fructus percipiunt, ſub diverſis contractuum ſpeciebus: Nam:

„ Aliquæ in ipſarum perſonam emerunt certos redditus a perſonis laicis.

„ Aliquæ ab aliis Monialibus.

„ Aliquæ ab ipſis Monaſteriis.

„ Aliæ vero dederunt pecuniam Monaſterio, ut ex earum pecuniis fieret emptio nomine Monaſterii ad rationem ſeptem, vel octo procentenario, & Abbatiſſæ dabant dictis Monialibus illos redditus, quos ex dictis emptionibus exigebant ſingulis annis.

„ Aliquæ Monaſteriis, ſeu eorum Superioribus certas pecuniarum ſummas manualiter pro Monaſterii indigentiis dederunt, pacto adiecto, vel etiam tacita conventione adhibita, ut Monaſterium, ſeu Abbatiſſa certos redditus ad rationem tot pro centenario, earum vita durante concedat:

„ Quæritur, an in hujuſmodi caſibus liceat Monialibus, dictos redditus, fructus, & proventus recipere abſque incurſu proprietatis, vel potius tanquam proprietariæ incurrant pœnas per Concilium Tridentinum, Seſſione XXV Capite II de Regularibus proprietariis, inflictas, etiamſi de licentia Abbatiſſæ, & ad Abbatiſſæ nutum, vel Conventus, ſeu Monaſterii, nomine percipiant.

„ Congregatio Concilii cenſuit, in nullo ſupradictorum caſuum licere Monialibus dictos fructus, ſeu redditus, percipere, &, ſi perceperint, incidere in pœnas propoſitas Decreto dicti Capitis Secundi Seſſionis XXV de Regularibus. Neque ab hujuſmodi pœnis excuſari ob licentiam Abbatiſſæ, quæ etiam dicti Concilii Decreto in ſupradictis caſibus concedere quidem prohibetur, ſed debet pro ſuo munere ex Monaſterii redditibus, vel eleemoſynia, Monialium neceſſitatibus in dies ſubvenire.

„ Hier. Card. Matthæjus.

VII. Notandum Quinto, quod nec etiam Regula S. P. Auguſtini, quam profitemur, adverſatur huic privilegio, ſed cavet duntaxat, ne quis votum paupertatis perſtringat. Sic enim loquitur: *non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia*: Item: *qui vero aliquid habebant in ſeculo, quando ingreſſi fuerint Monaſterium, libenter velint, illud eſſe commune*: Item: *Cum quis* (in ſeculo degens) *filiis ſuis, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus* (Religioſis) *aliquam contulerit veſtem, aut quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occulte arripiatur, ſed ſit in poteſtate Præpoſiti, ut in rem communem redactum, cui neceſſe fuerit præbeatur*. Item: *nec extollantur* (Religioſi) *ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt, nec de ſuis divitiis magis ſuperbiant, quia eas in Monaſterio partiuntur, quam*

ſi eis

Digitized by Google

ſi eir in ſeculo fruerentur. Quibus ſane verbis tantum abeſt, ut S. P. Auguſtinus inhibeat, ne bona Religioſis obvenire poſſint, ut potius modum decernat, quo Monaſterii commodo cedere, & in commune conferri debent. Scilicet voti paupertatis obſervantiæ conſuluit, dum Religioſos bona adipiſci poſſe permittit.

VIII. Idem dicendum de Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIV Textu IV Lit.H, ubi ex Concilii Tridentini præſcripto modum declarant, quo Fratres *omnia ſibi commiſſa Prioribus ſuis exponere, pariter & exhibere, eorumque diſpoſitioni relinquere debent*: Cum enim præter cetera, quæ pro voto paupertatis ſervando præſcribunt, ex decreto Capituli Generalis, Romæ celebrati anno 1589, præcipiant: „ ut qui „ apud ſe habent, vel apud quoſcunque quomodoli- „ bet retinent, vel quempiam habere, aut retinere, „ ſciunt livellaria inſtrumenta, ſeu contractus, aut „ pecuniarum...... inveſtituras, ſive nomine pro- „ prio, aut in propria perſona, ſive nomine alicu- „ jus Conventus, quovis modo factas, infra ſpa- „ tium XXIV horarum revelare teneantur, ſive „ reſpective conſignare, & effectualiter tradere Prio- „ ri, vel Præſidenti Conventus: ipſi vero Priores, „ vel Præſidentes, teneantur hujuſmodi ſcripturas „ eis traditas in Archivo Conventus fideliter colloca- „ re „: argumento eſt, quod Conſtitutiones noſtræ non obſtant, quo minus Fratres, ac Moniales, hæreditario jure, poſſint aſſequi bona, quæ juris tamen, ac poteſtatis erunt Conventus, quicquid enim acquirit Monachus, acquirit Monaſterio. Hinc Petrus Martyr Feſtus Urceanus in Summario Conſtitutionum Parte II Cap.28 pag.123: „ advertant, inquit, „ Fratres, quando renunciant bonis ſuis ante Pro- „ feſſionem, & ſibi aliquid reſervant dum vivunt, „ quod jus illud exigendi remanet in Prælato: & „ ſi apponerent conditionem, quod a Conventu, „ vel Officialibus ejus, exigi non poſſit, agerent „ contra votum paupertatis, & nulla eſſet illa condi- „ tio, quia non poteſt Religioſus habere aliquid „ tanquam proprium, a Communitate ſeparatum, „ & quicquid habet, vel acquirit Monachus, Mona- „ ſterii eſt.

IX. Notandum Sexto, quod tantum abeſt ut iſtud Privilegium ſit præter jus commune, ut potius ex eodem jure Monaſterio competant omnia bona, a Religioſo, ante, vel poſt ſolemne votum quæſita quomodocunque, titulo ſcilicet vel emptionis, vel donationis, vel ſucceſſionis &c. Ut enim legitur Cauſa XIX Quæſt.III Can.VII: *Quia ingredientibus Monaſterium, convertendi gratia, ulterius nulla ſit teſtandi licentia, ſed res eorum ejuſdem Monaſterii juris fiant, aperta legis definitione decretum eſt*. Hæc S. Gregorius Papa, quem Gratianus excepit loco laudato. Vide ejuſdem Gregorii Epiſtolam olim VII Lib VII Indictione II; nunc VII Lib.IX Indictione II: & Epiſt. olim VI Lib.III Indictione XII: nunc VI Lib.IV Indictione XII. Legis definitio, cujus meminit S.Gregorius, lex eſt ab Imperatore Juſtiniano lata anno 541. Habetur in Authenticis Collatione IX Tit.VI Novella CXXIII Cap.38: „ Si qua Mulier, aut Vir, „ Monaſticam elegerit Vitam, & intraverit Mona- „ ſterium; filiis non extantibus, Monaſterio quod „ ingreditur res ejus competere jubemus. Si vero „ talis perſona filios habeat, & non, antequam intret „ Monaſterium, de ſuis rebus fecerit diſpoſitionem „ & legitimam partem filiis deputaverit: etiam ſic „ liceat ei poſtquam Monaſterium ingreditur, ſuam „ facultatem in proprios dividere filios; ita tamen, „ ut nulli filiorum ſuorum minuat legitimam partem; „ quam vero non dederit filiis partem, Monaſterio „ competat. Si vero omnem ſubſtantiam inter filios „ dividere voluerit: propria ſua perſona filiis connu- „ merata, unam ſibi partem omnibus modis retineat, „ quæ debeat juri Monaſterii competere. Si vero in „ Monaſterio degens moriatur, antequam inter filios „ ſuos proprias diſtribuat res, legitimam partem filii „ percipiant, reliqua vero ſubſtantiæ pars Monaſterio „ competat.

X. Notandum Septimo, quod huic privilegio non obſtat vulgare placitum, quo Religioſus, a die qua vota ſolemnia nuncupavit, mortuus ita dicitur, ut mors civilis eoſdem operetur effectus, quos naturalis; id, inquam, non obſtat; primo, quia, ut dixit Rota in Romana Fideicommiſſi de Cuppis coram Meltio anno 1659 die 2 Maii, ſi Religio capax ſit bonorum in communi, qui profitetur ipſam, non habetur pro mortuo: Secundo, non obſtat, quia licet Religioſus ille mortuus cenſeatur, quoad conſervationem familiæ, retinet tamen jura ſanguinis ad effectum ſuccedendi, ut anno 1628 die 5 Junii dixit Rota in Novarien. Legitima, coram Pirovano Decano: Quæ duo ſapientiſſime dicta ſi minus arrideant; deinr, per me licet, quod Religioſus omnino mortuus cenſendus eſt, modo concedas, quod illius mortui vices, ita gerit Religio, quæ ſucceſſit ipſi, ut ex demortui perſona bona ſint acquiſita Religioni.

XI. Notandum Octavo, quod habetur Declaratione V Capituli Generalis Bononienſis 1706, cujus hæc verba: „ Bona Religioſorum extra Provincias „ ſuas decedentium, ſi quæ fuerint Provinciæ ſuæ, „ declaramus illa ad eam pertinere: particularia ve- „ ro bona ipſorum (licet ſint, vel fuerint Provinciæ „ ſuæ Procuratores) ad commune Ordinis depoſitum „ ſpectare pariter declaramus, juxta pridem, factam „ declarationem Ordinatione 10 Capituli Generalis „ Romæ 1629. Salva tamen diſpoſitione gratioſa fa- „ cta a Reverendiſſimo P. Magiſtro Generali pro Pa- „ tribus Magiſtris Fundationis Caſanatenſis.

XII. Quæ vero tempore promotionis habent, omnia Superioribus permittere debent Regulares ad Epiſcopatum, vel alias dignitates Eccleſiaſticas promoti: uti decernitur a Benedicti XIII Conſtitutione XV = Poſtulat = Tom.VI pag. 548, in qua Deceſſores ſuos, quos habet conſentientes, excipit, ac laudat.

XIII. Notandum Nono, quod Gregorius IX Conſtit.CLI, data anno 1236 die 27 Martii = Ex parte = Tom.I pag.87, cavet, ne donationes Religioſis perſonis factæ, ipſis mortuis, ad proprietatem donantium revocentur. Qua de re conſulendus *Donatus* noſter in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.XI de Succeſſione Monaſterii a pag.209 ad 237.

QUÆSTIO XIV.

Quænam pœna ſtatuta ſit adverſus alienantes Eccleſiaſtica bona?

SUMMARIUM.

I. PAulus II, Deceſſorum ſuorum veſtigiis inhærens, alienationem bonorum Eccleſiaſticorum prohibet.

II. Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Ex quorum Conſtitutionibus Apoſtolicis recenſentur pœnæ ſtatutæ adverſus alienantes Eccleſiaſtica bona.

IV. Bullæ Paulinæ mentio in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum.

Quæ

Quæ decernunt pœnam abſolutionis ab officio.

V. Quamut Prælatus ejuſdem Ordinis incurrat, requiritur declaratio facti in Foro externo.

De ceteris pœnis.

VI. Alienationis definitio, & diviſio.

VII. Ubi ſimpliciter, & abſolute probibetur alienatio, id intelligitur de alienatione communiter dicta.

VIII. Quæ dicantur alienari: & quid in Ordine Prædicatorum requiratur, ut alienatio licita ſit?

IX. Facultas ea de re Generali Magiſtro ejuſdem Ordinis a Leone X, & a Clemente VII conceſſa.

X. De Contractu Emphyteotico.

I. PRædeceſſorum ſuorum Conſtitutiones de bonis Eccleſiaſticis non alienandis innovans *Paulus II Conſt.XXV* data 1 Martii 1468 *Tom.III pag.458.* hæc habet: ,, Paulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ambitioſæ cupiditati, illorum præcipue, qui divinis, & humanis affectatia, damnatione poſtpoſita, immobilia, & pretioſa mobilia, Deo dicata, ex quibus Eccleſiæ, Monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtrantur que, & eorum Miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis uſibus applicare, aut cum maximo, illorum, ac divini cultus detrimento, exquiſitis mediis, uſurpare præſumunt, occurrere cupientes; omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium, (transfertur) conceſſionem, bypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel Contractum emphyteoticum, præterquam in caſibus a jure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum Eccleſiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura Conſtitutione fieri prohibemus, Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, prohibitionibus, & Decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innovamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris. Si quis contra hujus noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quidquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio hujuſmodi, nullius omnino ſit roboris, vel momenti; & tam qui alienat, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat; alienanti vero bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus; & ſi per ſex menſea immediate ſequentes ſub interdicto hujuſmodi, animo, quod abſit, perſeveraverit indurato, lapſis menſibus eiſdem, a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterii, cui præſidet, in ſpiritualibus, & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus: inferiores vero Prælati, Commendatarii, & alii Eccleſiarum Rectores, Beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, Officiis, Canonicatibus, præbendis, aliiſque Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine, ſecularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt duntaxat, ipſo facto privati exiſtant, illaque, abſque declaratione aliqua, vacare cenſeantur, poſſintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis, illis exceptis quæ propterea privatæ fuerint, libere de jure conferri, niſi alias diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſervata: & nihilominus alienatæ res, & bona hujuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem hujuſmodi pertinebant, libere revertantur. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadrigenteſimo Sexageſimo Septimo, Kalendis Martii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

II. Paulus II consentientes habet Succeſſores ſuos Romanos Pontifices Julium III: Paulum IV: S.Pium V: Clementem VIII: & Urbanum VIII, quorum Conſtitutiones laudat *Donatus* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract XIV Quæſt.II Num.V pag 321. Eadem de re conſulendum S. Concilium Tridentinum Seſſ. XXII cap.XI. Huc etiam ſpectant, Decretum S.Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Eſt inter Conſtitutiones Urbani Octavi CXXIII, data 7 Septembris 1624 = Sacra Congregatio = Tom.VII pag.2671 & aliud, quod ibidem legitur pag.288, inter Conſtitutiones Urbani Octavi CXXXIV. Incipit = *Cum poſt* = Datum fuit 21 Martii 1626. Cavet, ne Regulares pecunias ad cambium, vel mutuo accipiant, cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis. Idque prohibet, ut indemnitati Religionum conſulatur: id enim fiebat cum obligatione, ſeu hypotheca bonorum, aut dato pignore. Nec omittendum Decretum a S.Congregatione datum die 3 Martii 1666 = Ut in Ordine Patrum Prædicatorum = Tom.VII pag.483.

III. Ex quibus habetur, quænam ſint pœnæ adverſus alienantes Eccleſiaſtica bona ſtatutæ. Prima eſt, nullitas actus. Secunda eſt, Excommunicatio latæ ſententiæ. Tertia eſt, Interdictum. Quarta eſt, Privatio beneficiorum. Quinta eſt, Suſpenſio ipſo jure. Sexta eſt, Privatio vocis, ſeu ſuffragii, Officiorum &c., & inhabilitas. Septima (quæ habetur in Conſtitutione S. Pii V, quæque non pertinet ad materiam quam tractamus, ſed ad illos ſpectat, qui Caſtra Civitates, & id genus cetera S. R. Eccleſiæ bona alienant) pœna eſt Excommunicationis latæ ſententiæ, Summo Pontifici reſervatæ; rebellionis, & læſæ Majeſtatis in primo Capite; proditoris Civitatum, & locorum quæ alienantur; confiſcationis bonorum; privationis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum, exilii a Civitatibus & locis; & infamiæ perpetuæ. Octava tandem eſt, Depoſitio, ſententiæ ferendæ. De quibus conſulendi *Paſſerinus* Tom.I de Hominum Statibus & Officiis Quæſt.CLXXXV Art.VII Inſpect.X Num.664 &c. & *Donatus* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.XIV Quæſt.LXXXIX pag.368.

IV. Bullæ Paulinæ meminerunt Conſtitutiones noſtræ Diſt.II Cap.I Textu III Lit.H pag.165 his verbis: ,, Denunciamus, quod nullus Prælatus poteſt bona immobilia, poſſeſſiones, aut redditus perpetuos Conventus, ſub pœna excommunicationis, vendere, aut quovis modo alienare: quemadmodum Paulus II in ſua Conſtitutione his verbis præcepit; omnium rerum &c. (ut ſupra) Item denunciamus in Capitulo Barcinonenſi 1574 ordinatum, & Romæ 1580, necnon Venetiis 1592 confirmatam fuiſſe Ordinationem, qua præcipitur omnibus Prælatis noſtri Ordinis ſub pœna abſolutionis ab Officio, ne bona ſtabilia, aut fundos (quos vocant) alienare, & aliqua pecuniæ ſumma recepta, rationes, & prætenſiones Conventuum extinguere audeant.

V. Circa pœnam illam *abſolutionis ab Officio*, non abs re fuerit annotaſſe, quod ad hoc ut Prælatus Regularis incurrat in pœnam illam, & id genus ceteras, de quibus ibi dictum fuit, requiritur declaratio facti in foro externo, prout reſcripſit Sacra Congregatio Concilii die 1 Octobris 1672 in Dubio: incurſionis in pœnas: apud Eminen. Cardinalem Petra in Comment. ad Conſt. Apoſt. Tom.IV de Conſt.VI Benedicti XII Num.XXIII.

Sciendum inſuper quod illæ, quæ Numero III recenſentur, pœnæ, ſecundum diſtributionem, quam vocant *accommodam*, ſunt intelligendæ. Etenim S. Pius V, exempli gratia, loquitur in primis de alienatione Feudorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum &c. ad Apoſtolicam Sedem pertinentium. *Paſſerinus loco citato Num.677.*

Privatio etiam Beneficiorum, & Adminiſtrationum Eccleſiarum, non afficit niſi Prælatos, & Adminiſtratores, Epiſcopis, ac Abbatibus inferiores: nec extenditur niſi ad Beneficia, quorum bona alienantur. Et quamvis hæc pœna ſit latæ ſententiæ, nihilominus in conſcientiæ foro locum non habet ante ſententiam declaratoriam, uti docent Auctores quos laudat *Paſſerinus ibidem Num.673.*

Quod ſpectat Excommunicationis pœnam, *Paſſerinus ibidem a Numero 4 ad 14* notat, quod licet olim Sententiæ ferendæ fuerit, nunc, vi Conſtitutionis Paulinæ, Sententiæ latæ eſt. Quoad perſonas eſt univerſalis: Locum tamen non habet niſi contra *Præſumentes*. Hinc ſi fiat alienatio ex ignorantia, quantumvis craſſa, quæve dici non poſſit alienatio præſumpta, & temeraria, non ſubditur excommunicationis pœnæ a Paulo Secundo latæ. Nec illa Excommunicatio reſervata eſt: nec incurritur niſi tradatur res Eccleſiæ: nec afficit niſi alienationes præſumptas, ſine beneplacito Apoſtolico legitime impetrato. Monet ibidem *Paſſerinus*, abſolutionem non dari, niſi ſatisfacta parte, id eſt Eccleſia, cujus bona ſunt alienata.

Addit *Numero 672*, quod Interdicti pœna, quoad perſonas non eſt univerſalis, ſed afficit ſolum Epiſcopos, & Abbates, præſumptionem requirit, nec eſt reſervata.

Suſpenſionis etiam pœnam latam eſſe ipſo jure in *Clementina*, notat *Paſſerinus ibidem Numero 674*. Hæc autem, inquit, ſic intelligenda, *ut ſit ſuſpenſio ab Officio Divino, & juriſdictione, ac adminiſtratione.* Quantum ad perſonas afficit Religioſos adminiſtrantes Eccleſiæ bona, nec enim comprehendit omnes, ſed illos duntaxat, qui, cum præſint Monaſteriis, aut eorundem bonorum adminiſtrationem habent, ipſa bona, vel redditus Monaſterii, tradunt contra præſcriptum ejuſdem *Clementinæ*. Addit *Num.675*, quod hæc ſuſpenſio non eſt reſervata.

VI. Notandum Primo, quod alienatio dicitur omnis actus, per quem dominium transfertur. Dividitur in alienationem propriiſſime, proprie, & communiter dictam. Alienatio propriiſſime dicta eſt actus, per quem transfertur Dominium tam utile, quam directum. Alienatio proprie dicta eſt illa, per quam transfertur dominium utile tantum, non vero directum, ut in Emphyteuſi, & infeudatione. Alienatio large, & communiter ſumpta, eſt illa, per quam tranfertur in alium quodcunque jus in re, ut in hypotheca, pignore, uſufructu, ſervitute &c.

VII. Quibus ſuppoſitis, ſciendum, quod ubi ſimpliciter, & abſolute prohibetur alienatio, accipitur alienatio communiter dicta. Hinc in Extravaganti Paulina dicitur, quod prohibitum ſit omne pactum, per quod alicujus boni Eccleſiaſtici dominium transfertur, & ſub nomine boni Eccleſiaſtici nedum veniunt prædia, domus, poſſeſſiones &c., ſed omne jus utile, & Eccleſiaſticum. Hinc ibi prohibetur expreſſe conceſſio, & hypotheca, locatio ultra triennium, emphyteuſis (vide Notam III Num.X) & infeudatio. Quod pro Regularibus clarius apparet ex Decreto S. Congregationis, cujus ſupra memini. Ex *Paſſerino* loco laudato, quem conſulas velim a Num.136 Inſpectionis Primæ ad 698 Inſpectionis Duodecimæ: ubi lato calamo quicquid hac de re deſiderari poteſt proſequitur.

VIII. Hæc, brevitati ſtudens, miſſa facio, ut ea duntaxat quæ noſtri ſunt inſtituti eodem *Paſſerino* duce, paucis exhibeam. Docet igitur primo: quod donatio inter Regulares ejuſdem Conventus ex his legibus non eſt prohibita. Ubi notanda verba = *ex his legibus* = ſupponit enim, hanc donationem fieri debere ſervatis ſervandis, vi ceterarum legum, quæ vel votum paupertatis, vel id genus cetera ſpectant. Secundo: quod non omnis locatio, quæ fit ultra triennium prohibita eſt. Id patet in locatione rei, quæ nullatenus fructus reddit ſingulis annis. Sylva cedua, exempli gratia, quæ quolibet novennio duntaxat ſolet cedi, debet ultra triennium locari. Hinc circa locationem, conſuetudinem legitime præſcriptam ſervandam cenſet. Cavendum tamen, ne ſolutiones anticipentur damno Succeſſoris, ut ex Concilio Tridentino videre eſt Seſſ.XXV Cap.XI de Reformatione. Tertio: quod impoſitio cenſus eſt etiam ſpecies alienationis, quia per hunc contractum venditur libertas bonorum Eccleſiæ. Idem dicendum de ſervitutis impoſitione, quia per eam jus aliquod transfertur ſuper eadem re. Quarto: quod mobile pretioſum, res ſcilicet magni valoris, alienari non poteſt. Quinto: quod præter neceſſitatem, & utilitatem indubiam, ut aliquid licite, ac valide poſſit alienari, in Ordine Prædicatorum requiritur conſenſus Generalis, vel reſpective Provincialis, ac tractatus Capitularis, & conſenſus Prioris localis, & Vocalium Conventus de quo agitur. En *Paſſerini* verba loco laudato Num.567. ,, In Ordine Prædicatorum
,, bona immobilia, & perpetui redditus non poſſunt
,, vendi, aut alienari, ſine licentia Magiſtri Ordinis,
,, niſi aliqua Provincia ſuper hoc habeat ſpeciale in-
,, dultum. Ex Ordinatione Capituli Generalis Ro-
,, mæ 1553. Addit Camillus in Summario, Verbo:
,, *Bona*: quod Romæ 1501, & Mediolani 1505, ſub
,, pœna excommunicationis, prohibitum fuerit, ne
,, bona immobilia, & redditus, alienentur, ſine li-
,, centia Generalis, ſola excepta permutatione, quæ
,, fieri permiſſa fuit de conſenſu Provincialis. Sed in
,, dicto Capitulo Romano 1553 hæc permiſſio non
,, continetur. Ad alienandum vero bona mobilia
,, pretioſa non eſt neceſſaria licentia Generalis, ſed
,, ſufficit licentia Provincialis, ſine qua tamen, ſub
,, pœna carceris, & aliis pœnis, alienari non poſſunt,
,, ut habetur ex Capitulo Generali Norimbergenſi
,, 1405 Ordin. 14, & Coloniæ 1428 Ordin. Ultima.
,, Requiritur vero etiam conſenſus Capituli, itaut
,, immobilia alienari non poſſint ſine conſilio Patrum,
,, & conſenſu duarum ex tribus partibus Vocalium
,, Conventus, ut ſtatutum fuit Valliſoleti anno 1605
,, Ordin. 27. Et quidem datus in viſitatione Provin-
,, cialis, aut alterius Viſitatoris. Quamvis crediderim,
,, hoc intelligendum de conſenſu deliberativo,
,, qui datur in Tractatu. Hoc enim requirit illa Ordi-
,, natio, ut non fiat alienatio ſtabilium, niſi prius in
,, viſitatione a Patrum conſilio, & duabus partibus
,, Vocalium Conventus expedire fuerit judicatum ,,.
Hæc *Paſſerinus*. Sed attendas velim quod in Conſtitutionibus noſtris legitur Diſt.II Cap.I Textu III Lit.H pag.166,

pag.166, ubi hæc babentur: „ Quia ſæpe conting t „ propter evidentem utilitatem Conventuum, bona „ elocare, & vendere, meminerint OMNES Præſi- „ dentes Conventuum, ut a Magiſtro Ordinis licen- „ tiam prius in ſcriptis obtineant „ . Et ibidem Textu VII Lit.M pag.177: „ Nec poſſeſſiones, ceteraque „ immobilia, & pretioſa, abſque ſpeciali Reveren- „ diſſimi licentia alienare præſumant Fratres. Et hæc addita ſint *Paſſerini* verbis, abſque præjudicio facultatis, aliquibus Provincialibus ex ſpeciali indulto conceſſæ, vel ex quovis alio legitimo titulo, cui non fuerit derogatum, nonnullis, uti fertur, aſſertæ. Sexto: quod, etiam conſtito de neceſſitate, aut utilitate, ſeu cauſa juſta, alienationis, hac de re neceſſarium eſt beneplacitum Apoſtolicum. Vide Notam ſequentem.

His omnibus addendum, quod ſub Decreto, quo prohibentur alienationes, comprehenduntur non ſolum immobilia, & mobilia pretioſa, uti jam dictum fuit, ſed etiam ipſimet Codices manu exarati antiqui, & pretioſi, itemque Picturæ magni valoris, uti declaravit S. Congregatio Concilii in Florentina 23 Februarii 1647.

Eadem tandem de re legenda Alexandri VIII Conſt.I, data 7 Novembris 1689 = Alias pro parte = Tom.VI pag.389, qua Summus ille Pontifex quæ de reſtituendo Aueſienſi Cœnobio ſancita fuerant firmavit: ac præ oculis habenda Declaratio X Capituli Generalis Romæ 1694. Hujus tenoris eſt: „ Declaramus, nullum Superiorem, aut Fratres „ cujuſcunque Conventus poſſe aliquam partem Con- „ ventus ipſius, aut bonorum earundem domorum, „ hortorum, Terrarum, aliorumque hujuſmodi „ alienare, aut quomodolibet alienationi conſen- „ tire, ſub pœna excommunicationis ipſo facto in- „ currendæ, a Sacris Canonibus ſæpius indicta, „ necnon privatione officiorum, vocis activæ, & „ paſſivæ, ipſo facto abſque nova declaratione, „ nec poſſe rebabilitari niſi prævia abſolutione „ ab excommunicatione: quin etiam declaramus, non „ poſſe Magiſtros Generales pro tempore cedere re- „ gimini Conventuum ſibi commiſſorum, & illius „ immediatæ curæ ſubjectorum, neque aliis juribus „ Officii ſui, nec bona Cameræ Magiſtri Generalis „ alienare, nec bonis mobilibus ſpoliari, etiam in „ caſu mortis, aut amotionis ejuſdem: &, ſi quæ ſit „ ceſſio facta regiminis domorum, aut Conventuum, „ pro tempore ſui Generalatus, ad ſummum, fieri poſſe „ dicimus: nihil enim in præjudicium Succeſſorum „ facere poſſunt, ſicque quæcumque ceſſio facta per „ ipſos intelligenda eſt.

IX. Notandum Secundo, quod, ut in Conſtitutionibus noſtris legitur Diſt.II Cap.I Textu III Litt.H pag.166, „ Magiſtro Generali pro tempore, Leo X, „ & poſtea Clemens VII, auctoritate Apoſtolica, in- „ dulſit: ut poſſit dare licentiam, bona Conventuum, „ & locorum, ſibi in toto Ordine ſubjectorum, ad „ certum tempus, ac in perpetuum locandi, vel in „ emphyteuſim ad lineam maſculinam concedendi, „ ſive commutandi, aut vendendi, vel quocunque „ alio titulo alienandi, bona immobilia, & pretioſa „ mobilia, minus utilia, quæ nunc habent, & in po- „ ſterum juſto titulo habituri ſunt; tam pro ſatisfa- „ ctione debitorum, aut pro utilitate, aut neceſſitate „ Conventuum, ſive locorum prædictorum, contra- „ ctorum, aut etiam utilitate ſuggerente contrahen- „ dorum, quam alia evidenti utilitate. Proviſo ta- „ men. quod pretium bonorum immobilium, ſi ven- „ dantur, aut quovis modo alienentur, centum du- „ catorum auri de Camera, ſecundum communem „ æſtimationem, valorem annuum non exeedat, & in „ emptionem, reparationem, aut augmentum alio- „ rum bonorum immobilium, ſeu præfatorum debi- „ torum realem ſolutionem, cum effectu convertatur, „ & accedat aſſenſus majoris partis Vocalium Con- „ ventus „ . Vide Sixti IV Conſt.CLII, data 24 Junii 1481 = Pro Paſtorali = Tom.III pag.603. Indulget, ut Congregationis Lombardiæ Fratres, Vicarii Generalis permiſſu, bona abalienare poſſint, quibuſdam adjectis conditionibus.

Leonis X Conſtitutio, de qua mox dictum fuit, eſt XIX, data 15 Junii 1514 = Pro Paſtorali = T.IV pag.307: Clementis vero Septimi Conſt. eſt LXVIII, data 25 Februarii 1531 = Exponi = Tom.IV pag.484.

His non obſtantibus, attendenda Decreta recentiora, & in primis, Urbano VIII Summo Pontifice data, quibus Apoſtolica facultas requiritur.

In Italia ſibi duntaxat licitum putant quod permittitur Capite = *Terrulas* =

X. Notandum Tertio, quod Alexander VI Conſtitut. XLVIII, data 14 Maii 1496 = Motu proprio = Tom.IV pag.121, inhibens, ne poſſeſſiones Cœnobii Viterbienſis alienentur, ſic ejuſdem Conventus Fratres alloquitur circa emphyteuſim. „ Vo- „ lumus autem, quod domos, & vineas in emphy- „ teuſim, ſeu ad livellum, concedi conſuetas, cum „ conſenſu Capituli veſtri locare, vel allivellare, „ poſſitis, ſicut hactenus conſueviſtis. Conſtitutio- „ nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque „ in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſ- „ cunque. Præſentibus perpetuis temporibus dura- „ turis „ . Hæc Alexander VI pro Conventu Viterbienſi: & obſervandum quod ipſemet Paulus II in Conſtitutione = Ambitioſæ = loquens de Contractu emphyteotico, caſus excipit a jure permiſſos, & res, ac bona in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolita dicens: „ Vel contractum emphyteoticum, præter- „ quam in caſibus a jure permiſſis, ac de rebus, & „ bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & „ tunc cum Eccleſiarum evidenti utilitate „ . Et licet Paulus IV Conſtitutione, data 14 Julii 1555, quæ legitur in Bullario Romano, & incipit = Injunctum = reſciderit & annullaverit alienationes, quæ per contractum emphyteuticum, & id genus ceteros, a Regularibus fiunt: ſciendum tamen quod hæc Pauli IV Conſtitutio ad terminos juris reducta fuit a Pio IV Conſt.LII, data 11 Septembris 1560 = Provida = Tom.VII pag.163. Nec omittendum quod ipſummet Decretum Sacræ Congregationis, juſſu Urbani VIII editum, de emphyteuſi loquens, excipit caſus a jure permiſſos. Si autem quæras, quinam ſint illi caſus a jure permiſſi? & quænam bona dicantur in emphyteuſim concedi ſolita? Reſpondet *Paſſerinus* Tom.I de Hominum Statibus, & Officiis Quæſtione CLXXXV Art.VII Inſp.I Num.198 „ Quod res „ Eccleſiæ ſemel conceſſa in emphyteuſim, vel alie- „ nata per conceſſionem ſolemnem, & validam, di- „ citur ſolita alienari, vel locari, & hoc ſufficit ad „ hoc, ut poſſit poſtea ſine ſolemnitate, cum devol- „ vitur, iterum concedi in emphyteuſim, vel locari ad „ longum tempus. Concluſionem hanc tanquam „ communem tradidit Rota &c. „ Hæc *Paſſerinus* qui Rotæ Deciſiones, & quamplures Doctores laudat. De caſibus a jure permiſſis lato calamo diſſerit idem Auctor, quem conſulas velim ibidem Inſpect. II a Num.309 ad 326. Adeas etiam *Lezanam* Tom.I Cap.X. De iiſdem caſibus paſſim tractant Auctores.

QUÆSTIO XV.

Num Beneficia Secularia erigi poſſint in ædibus Sacris Ordinis Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, liquet ex Conſtitutione Julii II. Qui Prædicatorum familiæ Privilegium iſtud concedit ob ipſius egregia in Sanctam Sedem merita.

I. DE Beneficiis Secularibus non erigendis in ædibus Sacris Ordinis Fratrum Prædicatorum ſequens Conſtitutio loquitur. Generali enim Vicario Ordinis Fratrum Prædicatorum ſcribens *Julius II Conſt.LIV data 9 Octobris* 1507 == Etſi ab Apoſtol·ca == *Tom.IV pag.*249 „ Sane, inquit, exponi
„ Nobis feciſti, quod alias quondam Chriſtophorus
„ de Rагonibus nobilis Eques, & utriuſque juris Do-
„ ctor Mutinen. per ſuum ultimum teſtamentum cor-
„ pus ſuum ſepeliri voluit in Eccleſia Domus tui Or-
„ Ordinis Mutinen. in loco, ubi multipliciter idem
„ diſponens fecerat ſermonem eum Prioribus, & Fra-
„ tribus dictæ Eccleſiæ, & Domus, & quod in eo-
„ dem loco fieret una Capella, & dotaretur de non-
„ nullis bonia per eum in teſtamento ſpecificatis, cu-
„ jus tenorem bic pro expreſſo haberi volumus, &
„ dilecti filii Prior, & Fratres dictæ Eccleſiæ, & do-
„ mus poſt mortem præfati Chriſtophori bona pro
„ dote Capellæ relicta per nonnullos annos poſſede-
„ runt, & pro ipſius Chriſtophori anima celebra-
„ runt. Vigore tamen quarundam ſententiarum bona
„ prædicta reſtituerunt, animo tamen illa recuperan-
„ di, prout de jure, & poſtmodum per Nos cum
„ idem Prior, & Fratres obtinuiſſent committi cau-
„ ſam contra detentores, & occupatores prædicto-
„ rum bonorum, ac ſuper reſtitutione, & conſtru-
„ ctione dictæ Capellæ hujuſmodi lite pendente in
„ Auditorio Roiæ, ad ſupplicationem dilecti filii Pe-
„ tri Gecii de Aretio familiaris noſtri, ut unam per-
„ petuam Capellaniam in dicta Eccleſia pro uno Cle-
„ rico ſeculari, qui ſemel in hebdomada Miſſam pro
„ ſalute animæ dicti Chriſtophori in dicta Eccleſia
„ celebrare teneretur, & alias juxta voluntatem, &
„ ordinationem dicti teſtatoris perpetuo erigere, &
„ inſtituere, ac illi ſic erectæ pro ejua dote bona
„ prædicta perpetuo applicare, & aſſignare, ac de-
„ tentores bonorum prædictorum ab illis amovere,
„ aliaſque in præmiſſis opportune providere de beni-
„ gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui de præmiſ-
„ ſis certam notitiam non habebamus, quibuſdam Judi-
„ cibus in partibus illis dedimua in mandatis, ut vo-
„ catis Priore, & Conventu dictæ domus, ac deten-
„ toribus prædictis, & aliis, qui eſſent vocandi, ſi
„ de narratis per præfatum Petrum legitime conſtite-
„ rit, Capellaniam prædictam in dicta Eccleſia pro
„ uno Clerico Seculari, qui inibi qualibet hebdoma-
„ da Miſſam pro Anima dicti Chriſtophori celebrare
„ teneretur, & alias juxta teſtatoris ordinationem,
„ ſine tamen alteriua præjudicio, auctoritate noſtra
„ erigerent, & inſtituerent, ac illi ſic erectæ bona
„ pro dote aſſignata applicarent, & appropriarent,
„ & ſi forſan erectionem, & applicationem hujuſmo-
„ di fieri per illos contingeret, Capellaniam prædi-
„ ctam, quæ ſine cura erat a primæva erectione, ſic
„ vacantem cum omnibus juribus, & pertinentiis
„ ſuis eidem Petro Gecii conferre, & aſſignare au-
„ ctoritate noſtra curarent, prout alias in eiſdem li-
„ teris ſub Datum Romæ apnd Sanctum Petrum ter-
„ tio Nonas Decembris MDV, Pontificatus noſtri
„ anno Tertio, ac aliis perinde valere ſub Datum ter-
„ tio Nonas Junii MDVII, Pontificatus noſtri anno
„ Quarto, plenius continetur, quarum tenores hic
„ de verbo ad verbum pro expreſſis haberi volumus.
„ Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat,
„ erectio, inſtitutio, bonorum applicatio, provi-
„ ſio, & literæ prædictæ in grave damnum, & præ-
„ judicium dicti Ordinis tendant, & illius deſtructio
„ ſequi poſſet ſi Capellæ per Chriſtifideles tam reli-
„ ctæ, & conſtructæ, quam etiam in futurum con-
„ ſtruendæ in Eccleſiis tui Ordinis in Beneficia ſecula-
„ ria erigerentur, & inſtituerentur, pro parte tua
„ fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut Eccleſiæ, &
„ Conventui tuo in præmiſſis opportune providere
„ de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur,
„ attendentes, quod Ordo prædictus a primævo ſuæ
„ inſtitutionis pro Eccleſia, & ſtatu Sedis Apoſtolicæ
„ laboraverit in divini verbi in toto Orbe propalatio-
„ ne, ac ſacrarum literarum, & virorum eruditio-
„ ne, fructuſque ſalubres produxerit, & de conti-
„ nuo producere non ceſſat, merito inducimur, ut
„ ad illum ſpecialem affectionem geramus, & in his,
„ quæ ſtatum, & conſervationem illius concernunt,
„ benigne ſuccurramus. Motu igitur proprio, & non
„ ad tuam, vel alterius ſuper hoc Nobis oblatæ peti-
„ tionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate,
„ & ex certa ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine,
„ erectionem, inſtitutionem, bonorum applicatio-
„ nem, proviſionem, ac literas prædictaa, quod
„ ſuum complementum, & exequutionem non ha-
„ buerunt, per minus veram informationem extortas,
„ & noſtræ intentionis eidem Petro concedere nulla-
„ tenus fuiſſe, atteſtamur, &, quatenus opus ſit, illas
„ revocamus, caſſamus, & annullamus, nulliuſque
„ roboris, & momenti eſſe, & per illas nullum jus
„ eidem Petro quæſitum fuiſſe, decernimus, & de-
„ claramus, litemque ipſam deſuper hujuſmodi lite-
„ ris pendentem, cujus litis ſtatum hic pro expreſſo
„ haberi volumus, & ad Nos advocamus, & peni-
„ tus extinguimas, & ſuper illis eidem Petro perpe-
„ tuum ſilentium imponimus, declarantes Capellam
„ in dicta Eccleſia erigendam, & conſtruendam, ac
„ bona pro dote aſſignata, ad Fratres, & Conven-
„ tum prædictum, ſi alias legatum de jure valet, de-
„ beri, & pertinere juxta conſuetudinem aliarum
„ Capellarum in Eccleſiis tui Ordinis: ac etiam mo-
„ tu ſimili mandantes quibuſcunque Judicibus tam
„ Romanæ Eccleſiæ, etiam Sacri Palatii cauſarum
„ Auditoribus, quam aliis ubique exiſtentibus, ut
„ declarationem, revocationem, & annullationem,
„ caſſationem, & litis extinctionem, perpetui ſilen-
„ tii impoſitionem obſervent, & declarent, ſublata
„ eis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac
„ per alios per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatio-
„ ne poſtpoſita, obſervari mandent, quoties opus
„ fuerit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Or-
„ dinationibus Apoſtolicis, liteve deſuper introdu-
„ cta, ac quibuſcunque Regulis, etiam de non tol-
„ lendo jus quæſitum per quamcunque ſignaturam,
„ ſeu conceſſionem, quæ pro commiſſionibus, ſeu
„ mandatis, aut declarationibus, etiam motu pro-
„ prio, & ex certa noſtra ſcientia emanaverint,
„ quam in his terminis eſſe omnino impertinentem
„ volumus, & nullatenus conſiderandam tanquam
„ per hanc noſtram atteſtationem, & diſpoſitionem
„ jus aliquod non tollatur, ſed verius nullum quæſi-
„ tum declaretur, & nihilominus alias eidem omnino

„ dero-

„ derogamus, & derogatum eſſe volumus, in contrarium facientibus non obſtantibus dictæ Regulæ, & aliorum omnium hic exprimendorum tenoribus, quos pro ſufficienter expreſſis habemus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes irritum, & inane quicquid in contrarium per quemcunque attentatum fuerit.

QUÆSTIO XVI.

Domus Religioſæ ſuntne immunes ab hoſpitio Militum?

SUMMARIUM.

I. ID a Clemente VII ſancitum.

II. Qui conſentientem habet S. Pium V.

III. Et Sacram Congregationem Immunitatis Eccleſiaſticæ,

I. DE Militaribus viris hoſpitio non recipiendis, Firmani Cœnobii Fratribus ſcribens *Clemens VII Conſt. XXII Tom. IV pag.* 432 „ Exponi, inquit, „ Nobis nuper feciſtis, quod Commiſſarii, vel alii Officiales, & quandoque etiam dilecti filii Communitas Civitatis noſtræ Firman., minus prudenter, quam deceat, ſæpeſæpius vobis præcipere, & mandare præſumpſerunt, ut in Clauſtro, & Cameris domus veſtræ Seculares, & alias perſonas, etiam militiam exercentes, ad Civitatem ipſam pro tempore accedentes, recipiatis, non attendentes, perſonas ipſas in ipſa Domo, ejuſque clauſtro, & interdum cantare cantilenas minus honeſtas, ac etiam ludere ludis probibitis, aliaſque multas inſolentias perpetrare, ex quibus inhoneſta, variaque delicta, quandoque ſequuntur, ac Eccleſiaſticum plerumque perturbatur officium, in divinæ majeſtatis offenſam, & adſtantium ſcandalum populorum, ad Eccleſiam ipſam confluentium, & non modicum veſtrum, & domus veſtræ præjudicium. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut omnibus, & ſingulis Commiſſariis, & Officialibus, ſingularibuſque perſonis Communitatis hujuſmodi ſub excommunicationis latæ ſententiæ, Vicelegato autem, etiamſi Archiepiſcopali, vel Epiſcopali fulſerit dignitate, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis, pœnis, ut a præmiſſis abſtineant, præcipere, & mandare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, attendentes, non convenire in religioſis domibus perſonas Laicales, præſertim militares hoſpitari, & hoſpitium habere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Commiſſariis, Officialibus, ſingularibuſque perſonis dictæ Communitatis, & Vicelegato pro tempore exiſtenti, ſub excommunicationis, & interdicti, & ſuſpenſionis, pœnis, prædictis reſpective per præſentes præcipimus, & mandamus, ne de cetero in clauſtro, & aliis locis domus veſtræ perſonas ſeculares, præſertim militiam exercentes, ac arma deferentes, introducere, ſeu eas ad inibi habitandum mittere, aut eis hoſpitium aſſignare, quoquomodo præſumant, & ſi Vicelegatus, cum eum Provinciam viſitare, & ad dictam Civitatem ſe conferre, contigerit, in domo veſtra pro eo tempore, quo in ipſa Civitate permanſerit, manſionem habere voluerit, in virtute S. Obedientiæ, ac ſub dictis interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a divinis, pœnis inhibemus, ne armatos in ea teneat, nec cauſas audire, aut juriſdictionem exercere præſumat, quod ſi contrafecerint, vobis per præſentes etiam concedimus, ut liceat vobis tales contrafacientes, & propterea excommunicationis, ac interdicti, & ſuſpenſionis hujuſmodi pœnas incurrentes, in Eccleſia veſtra excommunicatos, ac interdictos, & ſuſpenſos reſpective publicare, & pœnis hujuſmodi irretitos eſſe populo nunciare, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXIV Novembris MDXXIV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

II. S. Pius V Conſt. CXXXVIII = Cum ſicut = Tom. VII pag. 188 Regulares quoſcunque ab hoſpitio, ſeu Hoſpitatione militum, etiam pro bello adverſus Turcas collectorum, prorſus eximit.

III. Domus Monaſterii ab hoſpitatione militum, & aliorum, etiam ex capitulatione Honorii, exemptas eſſe, Sacra Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ reſcripſit 23 Auguſti 1633 in Cotronen. apud *Riccium* in Sinopſi Decretorum dictæ Congregationis, Verbo: *Domus quoad exemptionem*: Num. IV.

QUÆSTIO XVII.

Poſſuntne Fratres extra Cœnobia commorari ſine Superiorum permiſſu?

SUMMARIUM.

I. ID inhibet Julius II.

Qui cavet, ne Prædicatorum, vel Minorum Ordinum Fratres, cujuſcunque cauſa, occaſione, vel reſpectu, etiam ſtudii, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ, Prælatis ſuis invitis, extra Cœnobia ſua commorentur.

II. Julius II conſentientes habet Succeſſores ſuos, &, eos inter, Leonem X:

Qui declarat, Indulta quæcunque ab Apoſtolica Sede conceſſa, & in poſterum concedenda Fratribus Prædicatorum Familiæ, illis duntaxat ſuffragari, qui, ex ejuſdem Sedis indulto, proprias obtinent Parochiales Eccleſias, vel earum perpetuas Vicarias, quibus actualiter deſerviunt in Divinis. Contra ceteros autem quoſcunque, tanquam contra Apoſtatas, & fugitivos, per cenſuram Eccleſiaſticam, eſſe procedendum.

III. Idem decernit alia Conſtitutione:

Qua cavet, ne de cetero perpetuis futuris temporibus, Fratres Prædicatores, ægritudinis, aut ſubveniendi Parentum inopiæ, ſive quavis alia occaſione, etiam ſtudii, vel diſpenſationis ad obtinendum Beneficia, quavis auctoritate, etiam Apoſtolica, ipſis conceſſa, niſi Beneficium ipſum fuerint canonice aſſecuti, ſive familiaritatis, aut Capellaniæ, alicujus ex Cardinalibus, vel cujuſcunque Nobilis a Sede Apoſtolica privilegiati, niſi actu fuerint eorundem Cardinalium continui commenſales, ſine licentia Generalis Magiſtri, extra Ordinem commorentur, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ, vel prætextu cujuſvis Indulti Apoſtolicæ Sedis: quibus non obſtantibus, in eoſdem Fratres procedi debet.

Quid in ipſos, qui, ſe Profeſſionem nunquam, aut infra pubertatis annum, per vim, aut metum, emiſiſſe, aſſerunt, agendum ſit? præſcribit.

Et locorum Ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, Univerſitatum vero Rectoribus, ac illarum Conſervatoribus, & Eccleſiarum

Paro-

Parochialium Rectoribus, & aliis quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis Beneficiorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſternm obtinenda, pœnis, ipſo facto incurrendis, inhibet, ne Superioribus Ordinis impedimento ſint, qnominus prædictos Fratres capiant, & carceribus mancipent.

IV. Clementem VII:

Qui ſpeciali Conſtitutione cavet, ne Fratres Congregationis S. Marci, Apoſtolicæ facultatis prætextu, infra decem a Civitate Florentina, & quinque milliaria a domibus ejuſdem Congregationis permanere poſſint.

V. Et alia Conſtitutione, pro univerſo Prædicatorum Ordine data, literas Apoſtolicas vitæ Regulari contrarias reſcindens, eadem præcipit, quæ Leo X, eaſdemque decernit pœnas:

Quas inſuper conſtituit in locorum Ordinarios, & Rectores Eccleſiarum Parochialium, ſi quemquam ex illis Fratribus, ſine Superiorum Ordinis licentia, ad exercitium curæ animarum Parochianorum ſuorum, & adminiſtrationem Sacramentorum admiſerint.

Quod Decretum ſe feciſſe, aſſerit, ne tantæ peſtis morbus in Eccleſia undique pullulet.

VI. Paulum IV, qui contra Religioſos extra Clauſtra vagantes varia præſcribit.

VII. Gregorium XIII in Conſtitutione pro Hiſpaniæ Provincia data.

VIII. Urbanum VIII, qui cavet, ne Fratres extra Cœnobia degant in Indiis.

IX. Non dicuntur autem degere extra Clauſtra, qui pro erectione novi Conventus, in aliqua privata domo commorantur.

Nec ille, qui, juſſu Superiorum, in Prioratu ſuæ Religionis reſidet, licet ſolus.

X. Religionis Cœnobiticæ definitio.

Ex ejuſdem Cœnobitici ſtatus natura, Religioſus quilibet in Cœnobio vivere debet.

Ad idem tenetur ex obedientiæ voto, ne ſcilicet alibi commoretur ſine Superiorum licentia.

Hinc uſus antiquus, ne Religioſis exire liceat e Conventu ſine Superiorum permiſſu.

XI. Quæ culpa cenſenda ſit furtivus exitus e Conventu?

XII. Diſtinguendus diurnus exitus a nocturno.

Qui nocturnus exitus, ſi furtivus ſit, inter caſus reſervatos a Clemente VIII recenſetur.

XIII. Quæ facultas neceſſaria ſit, & ſufficiat, ut Religioſus exire poſſit e Conventu?

Clemens VIII ſpecialem facultatem requirit a Superiore concedendam.

XIV. Ut autem Religioſus degat extra Clauſtra, ex eodem Clemente requiritur graviſſima cauſa, a Sede Apoſtolica comprobanda.

XV. Clementis VIII Decretum, juſſu Urbani VIII, confirmatum:

Univerſaliter intelligitur a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium.

Quæ declaravit, & cenſuit, Superiores Regularium, etiam Generales, non poſſe ſuis Subditis dare licentiam degendi extra Clauſtra.

XVI. Quænam ſit illa commoratio extra Clauſtra?

XVII. Quid hac de re ſancitum a Sacro Concilio Tridentino?

XVIII. Quid ab Alexandro III decretum contra Religioſos exeuntes e Cœnobiis ad audiendas Leges, vel Medicinam?

XIX. Excommunicationem in ipſos decretam latæ ſententiæ eſſe, definit Honorius III.

Actio propter quam cenſura illa incurritur non eſt una, ſed ex pluribus integratur.

XX. Nec ex his Canonibus vetitum, ne Religioſi ſuis in Cœnobiis diſcant Legem Civilem, vel Medicinam.

Quam utilitatem Legis Civilis, & Medicinæ, notitia habeat in rebus Theologicis?

Ex jure Civili Sacri Canones penitius intelligi poſſunt.

XXI. Medicinæ notitia Theologo prodeſſe poteſt, ut vera miracula ſecernantur a falſis.

Brevis digreſſio in Janſeniſtas, qui nunc temporis ſanationes quaſdam pro Miraculis venditare conantur.

XXII. De Religioſis, qui, prætextu nullitatis Profeſſionis, egrediuntur e Clauſtro.

XXIII. De Fugitivis, & Apoſtatis.

I. NE Fratres commorentur extra Cœnobia, cavent Apoſtolicæ Conſtitutiones, quarum conſenſum ex ſequentibus habes: „ In ſupremæ, inquit *Julius II Conſtitutione LX*, data 8 Auguſti 1508 *Tom.IV pag.254* „ dignitatis ſpecula, meritis licet
„ inſufficientibus, conſtituti, inter curas multiplices,
„ quibus rerum, negotiorumque varietatibus obrui-
„ mur, illa potiſſimum Nos ſollicitant, per quæ
„ ſuave regularis mendicitatis jugum, ſub quo dilecti
„ filii Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum
„ degunt, in dies magis proſpere, de bono, in me-
„ lius dirigatur, ac ut Regularis vitæ, & Eccleſiaſti-
„ cæ diſciplinæ norma, ſublatis quibuſvis obſtaculis,
„ præfulgeat, id ſalubriter ſtatuimus, & ordinamus,
„ prout in Domino conſpicimus rationabiliter expe-
„ dire. Sane pro parte dilectorum filiorum moder-
„ norum Magiſtri, ſive Prioris Generalis, ac Prio-
„ rum, & Vicariorum Provincialium Ordinis Prædi-
„ catorum, necnon Miniſtrorum, & Vicariorum
„ tam Generalium, quam Provincialium Ordinis Fra-
„ trum Minorum, juxta morem dictorum Ordinum,
„ Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet
„ tam ſecundum Canonica, quam etiam dictorum
„ Ordinum Regularia Inſtituta, Fratres eorundem
„ Ordinum, quacunque cauſa, etiam ſtudii, ſeu
„ alia occaſione, vel recedere abſque licentia Supe-
„ riorum ſuorum, vel poſt ejuſdem licentiæ revo-
„ cationem extra domos dictorum Ordinum mo-
„ rari non poſſint, nihilominus nonnulli ex Fratri-
„ bus dictorum Ordinum, occaſione, & prætextu
„ ſtudii, ad ſtudiorum, præſertim Salmantin., Uni-
„ verſitates, obedientiæ regularis laxatis habenis,
„ abſque licentia Superiorum hujuſmodi, ſeu eadem
„ licentia revocata, accedere, & inibi morari præ-
„ ſumunt, ac, quod deterius eſt, privilegiis, Uni-
„ verſitatibus hujuſmodi, illarumque Scholaribus,
„ conceſſis, ut liberius in ſua damnata præſumptione
„ permanere poſſint, ſe tueri nituntur, excommu-
„ nicationis, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas
„ juxta Canonicas Sanctiones, & Regularia inſtituta
„ contra inobedientes hujuſmodi promulgatas, dam-
„ nabiliter incurrendo. Quare pro parte Magiſtri,
„ ac Priorum, Miniſtrorum, & Vicariorum prædi-
„ ctorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut de ce-
„ tero, perpetuis futuris temporibus, ne Fratres
„ eorundem Ordinum, extra domos hujuſmodi qua-
„ cunque cauſa, vel occaſione, vel reſpectu etiam
„ ſtudii hujuſmodi, in Salmanticen., vel quacunque
„ ex dictis Univerſitatibus, abſque licentia Superio-
„ rum hujuſmodi, & illa durante, etiam de licentia
„ Sedis Apoſtolicæ, & prætextu quarumcunque fa-
„ cultatum, indultorum, aliarumque literarum Apo-
„ ſtoli-

,, ſtolicarum, eiſdem Salmantin., & aliis Univerſi-
,, tatibus pro tempore conceſſorum, commorari poſ-
,, ſint, ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis
,, opportune providere, de benignitate Apoſtolica di-
,, gnaremur. Nos igitur, attendentes, quam gra-
,, tus Deo ſit, & acceptus obedientiæ fructus, quod-
,, que inter alia Religionis merita, abnegatio propria-
,, rum voluntatum, præcipuum eſt, ac quod Prælati
,, ipſi, optime ſcire præſumuntur, qui Fratres lite-
,, rarum ſtudio, & quanto tempore, & qui aliis Re-
,, ligionis occupationibus, vacare debent, omnium-
,, que præſertim Religioſarum perſonarum tranquilli-
,, tatem, ac illis evagandi materiam, occaſionemque
,, præcludi, eorumque exceſſibus obviari, ſupremis
,, exoptantes affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus
,, inclinati, quod de cetero perpetuis futuris tempo-
,, ribus, Fratres prædicti extra dictas domos, cujuſ-
,, cunque cauſa, occaſione, vel reſpectu, etiam
,, ſtudii, ſive in Salmantin., ſive in aliis Civitatibus,
,, & locis, in quibus literarum ſtudia vigeant, præter,
,, & abſque licentia Provincialium Priorum, ac Mi-
,, niſtrorum, vel eorum Vicariorum reſpective, &
,, illa durante, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ
,, prædictæ, etiam prætextu quarumcunque faculta-
,, tum, indultorum, ac aliarum literarum Apoſto-
,, licarum, Salmantin., & aliis Univerſitatibus præ-
,, dictis, pro tempore conceſſorum, prædictis Præ-
,, latis invitis, commorari non poſſint. Quodque Su-
,, periores prædicti, dum, & quoties opus fuerit,
,, Fratres extra domos modo prædicto commorantes,
,, ut ad eorum domos hujuſmodi redire debeant,
,, compellere valeant, Apoſtolica auctoritate, te-
,, nore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus. Præ-
,, terea Rectoribus, & Scholaribus dictarum Uni-
,, verſitatum, ne prætextu facultatum, & indulto-
,, rum, ac aliarum literarum Apoſtolicarum eis con-
,, ceſſarum, Superioribus, ſeu Prælatis Ordinis hu-
,, juſmodi, quominus Fratres prædictos, illis reſpe-
,, ctive ſubjectos, aut ſub eorum obedientia profeſſos,
,, extra dictas domos commorantes, ad domos hujuſ-
,, modi vocare, & reducere, ac prout ſecundum
,, Deum, & eorum conſcientias expedire viderint,
,, mutare, & convocare poſſint, prohibere, nec
,, eiſdem Fratribus ad habitandum, ſeu commoran-
,, dum in eiſdem Univerſitatibus contra voluntatem
,, Superiorum hujuſmodi, auxilium, conſilium,
,, vel favorem, directe, vel indirecte, quovis quæ-
,, ſito colore, præſtare præſumant, ſub excommu-
,, nicationis pœna, ipſo facto incurrenda, eiſdem
,, auctoritate, & tenore diſtrictius inhibemus. Et
,, nihilominus Venerabilibus Fratribus Salmantin.,
,, & Zamoren. Epiſcopis, ac dilecto filio Priori Mo-
,, naſterii S. Vincentii, per Priorem ſoliti gubernari
,, Salmantin., per Apoſtolica ſcripta mandamus, qua-
,, tenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel
,, alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis con-
,, tenta quæcunque, ubi, & quoties opus fuerit, ac
,, pro parte Magiſtri, Priorum, Miniſtrorum, &
,, Vicariorum prædictorum, vel eorum quemlibet
,, deſuper requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes,
,, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſi-
,, ſtentes, faciant, eos, auctoritate Apoſtolica præ-
,, fata, pacifica poſſeſſione, vel quaſi, Statuti,
,, Ordinationis, & inhibitionis, ac literarum hujuſ-
,, modi, gaudere, non permittentes eos, per Fra-
,, tres extra domos commorantes, ac Rectores,
,, & Scholares prædictos, ſeu quoſcunque alios,
,, contra literarum hujuſmodi tenorem, quomodoli-
,, bet moleſtari, aut impediri, Contradictores per
,, cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris re-
,, media, appellatione poſtpoſita, compeſcendo,
,, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio
,, brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recorda-
,, tionis Bonifatii Papæ VIII, Prædeceſſoris noſtri,
,, de una, & in Concilio Generali edita, de duabus
,, diætis, necnon de perſonis ultra certum numerum,
,, ad judicium non evocandis, ac quibuſvis aliis Con-
,, ſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac
,, Statutis, & conſuetudinibus Univerſitatum hujuſ-
,, modi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
,, quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque,
,, indultis, ac literis Apoſtolicis illis conceſſis, qui-
,, bus omnibus, & ſingulis, etiamſi ad illorum ſuffi-
,, cientem derogationem de illis, eorumque totis
,, tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indi-
,, vidua, ac de verbo ad verbum, non autem per
,, clauſulas generales, id importantes, mentio, ſeu
,, quævis alia expreſſio, habenda foret, illorum om-
,, nium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis
,, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,
,, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, &
,, expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſ-
,, cunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die VIII Auguſti MDVIII, Pontificatus
,, noſtri Anno Quinto.

II. Univerſis, & ſingulis, Domorum, ac Provinciarum Ordinis Prædicatorum Præſidentibus ſcribens *Leo X Conſt. XXXVIII*, data 21 Julii 1515 *Tom. IV pag. 325*: ,, Intelleximus, inquit, non ſine gravi
,, animi noſtri diſplicentia, quod multi veſtri Ordi-
,, nis profeſſores, conceſſis ſibi a Sede Apoſtolica
,, diſpenſationibus, per quas eis indulgetur, ut Be-
,, neficium Eccleſiaſticum ſeculare curatum, ſi ſibi
,, alias canonice conferatur, recipere, & retinere,
,, & interim alicui Beneficio Eccleſiaſtico cum cura,
,, vel ſine cura, de illius Rectoris conſenſu, deſervi-
,, re poſſint, nequiter abutentes, exigua paſſim mer-
,, cede conducti, & quandoque gratis, ſervitiis hu-
,, juſmodi ſe involvunt, & eo prætextu quaſi a veſtra
,, lege ſoluti per Laicorum hoſpitia, & ſeculares cir-
,, culos vagi palantes tota die diſcurrunt, & hujuſ-
,, modi licentia freti, ea committere non verentur,
,, quæ in divinæ cedunt majeſtatis offenſam, eorum
,, animarum exitium, Religionis opprobrium, per-
,, nicioſum quoque exemplum, & ſcandalum pluri-
,, morum: Et cum vos reprehendere eos, aut corri-
,, gere ſtruitis, diſpenſationum prædictarum vigore,
,, ſe a veſtra juriſdictione, & ſuperioritate eſſe aſſe-
,, rentes prorſus exemptos, mandatis veſtris non ſo-
,, lum parere contemnunt, ſed etiam per locorum
,, Ordinarios, aut alios ſibi in diſpenſationum hujuſ-
,, modi literis executores deputatos, per cenſuras,
,, & alias pœnas contra vos procedi procurant, ſicque
,, per impunitatis audaciam evadunt quotidie nequio-
,, res. Nos igitur ſuper his opportune providere vo-
,, lentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium,
,, declaramus, diſpenſationes, & indulta quæcun-
,, que quibuſvis veſtri Ordinis Profeſſoribus per Nos,
,, & Sedem prædictam conceſſa hactenus, & in poſte-
,, rum concedenda, illis ex eiſdem Profeſſoribus ſuf-
,, fragari, duntaxat, qui proprias obtinent Paro-
,, chiales Eccleſias, vel earum perpetuas Vicarias,
,, & illis actualiter deſerviunt in divinis, prædica-
,, tionis officium, & alia, quæ ad illarum Parochia-
,, norum animarum curam pertinent, honeſte, &
,, laudabiliter exercendo. Reliquos vero omnes,
,, quibuſvis videantur a dicta Sede privilegiis, exem-
,, ptionibuſque ſuffulti, ut donec ipſis Eccleſiæ, aut
,, Benefi-

Beneficia, ad quæ diſpenſationes obtentæ ſe extendunt, canonice ſint collata, in domibus dicti Ordinis, ſub illarum Superiorum obedientia, ſecundum morem dicti Ordinis degant, & veſtris, & aliorum Superiorum hujuſmodi præceptis ſalutaribus ſe conforment, cogi, & compelli debere. Quocirca diſcretioni veſtræ per hæc ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, omnes, & ſingulos dicti Ordinis profeſſores extra ejuſdem Ordinis domos prætextu diſpenſationum, aut indultorum Apoſtolicorum nunc, & pro tempore degentes, & proprias Eccleſias, aut earum perpetuas Vicarias, ut præmittitur, non obtinentes, auctoritate veſtra, quam habetis, vel, ſi opus eſt, noſtra, moneatis ut infra triduum ad domos veſtri Ordinis revertantur, & contra eos, qui monitioni hujuſmodi non paruerint cum effectu, tanquam contra Apoſtatas, & fugitivos per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia, etiam juxta regularia dicti Ordinis inſtituta, conſueta remedia, appellatione quavis omnino poſtpoſita, procedatis, invocato etiam ad hoc, quoties opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis diſpenſationibus, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, quaſcunque etiam derogatoriarum derogatorias, aliaſque fortiores, efficaciores, & inſolitas clauſulas, irritantiaque decreta in ſe continentibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſis, & concedendis, quibus omnibus, illa pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXI Julii MDXV, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

III. Generali Magiſtro Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ac eorum Vicariis Ordinis Prædicatorum ſcribens *Leo X Conſtit.LIII data 6 Aprilis* 1517 *Tom.IV pag.*341: Accepimus, inquit, non ſine animi noſtri diſplicentia, quod licet tam ſecundum Canonicas Sanctiones, quam etiam veſtri Ordinis regularia inſtituta, dicti Ordinis Fratres quacunque cauſa, etiam ſtudii, ſeu alia occaſione, recedere a domibus veſtris abſque licentia Superiorum, vel poſt ejuſdem licentiæ revocationem, extra domos eaſdem morari non poſſint, nihilominus nonnulli e dicti Ordinis Fratribus ægritudines, aut corporum, & animorum ſimulantes paſſiones, alii ſubveniendæ Parentum inopiæ colore quæſito, alii vero ad ſtudiorum Univerſitates abſque licentia Superiorum hujuſmodi, ſeu eadem licentia revocata, accedere, & inibi morari, & quod deterius eſt, privilegiis Univerſitatibus hujuſmodi, illarumque Scholaribus conceſſis, ut liberius in ſua damnata præſumptione permanere poſſint, ſe tueri, alii vero propriæ ſalutis obliti, Apoſtolicas, in quibus, ſe profeſſionem, aut nunquam aut infra pubertatis annos, ſeu per vim, & metum feciſſe aſſerunt, literas impetrare, &, habitu abjecto, per ſecularium perſonarum habitacula, & loca inhoneſta diſcurrendo, cum laicis converſari non verentur, alii vero ſub prætextu habilitatis, ſeu diſpenſationis ad obtinendum Eccleſiaſticum, ſeu Eccleſiaſtica, beneficium, ſeu beneficia per dictos Seculares obtineri ſolitum, vel ſolita, per literas Apoſtolicas ſibi conceſſas, nonnulli autem alicujus ex S.R.E. Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, vel alicujus Nobilis a Sede Apoſtolica privilegiati Capellaniæ, vel familiaritatis literas exhibentes, laxatis habenis, extra Ordinem, & obedientiam ſuorum Prælatorum in Parentum, ſeu conſanguineorum ſuorum domibus, aut alias extra dicti Ordinis domos morari, & permanere, & beneficiis Eccleſiaſticis pro Capellanis deſervire, & per ſeculum vagari præſumunt, cum animarum ſuarum pernicie, Religionis vituperio, Dei contemptu, & populorum ſcandalo: Nos igitur attendentes, quam gratus ſit Deo, & acceptus obedientiæ fructus, & quod, inter alia Religionis merita, abnegatio propriarum voluntatum præcipuum eſt, quodque Præſidentes Religionis ſcire præſumuntur, qui Fratres literarum ſtudio, & quanto tempore, & qui aliis Religionis occupationibus vacare debeant, omniumque, præſertim religioſarum perſonarum tranquillitatem parere, & conſervare, ac illis evagandi materiam præcludi, eorumque exceſſibus, & ſcandalis, ac animarum periculis obviare, ſupremis exoptantes affectibus, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, & ex certa ſcientia, quod de cetero perpetuis futuris temporibus Fratres prædicti, ægritudinis, aut ſubveniendi Parentum inopiæ, ſive quavis alia occaſione, cauſa, etiam ſtudii, vel diſpenſationis ad obtinendum beneficia, noſtra, ſeu quavis alia auctoritate ſibi conceſſa, niſi beneficium ipſum fuerint canonice aſſecuti, ſive familiaritatis, aut Capellaniæ alicujus ex dictis Cardinalibus, vel cujuſcunque privilegiati a Sede Apoſtolica Nobilis, præterquam ſi actu continui commenſales fuerint eorundem Cardinalium, extra prædictum Ordinem veſtrum, præter, vel abſque licentia Magiſtri Generalis, & illa durante, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ prædictæ, etiam prætextu quarumcunque facultatum, indultorum, & aliarum literarum Apoſtolicarum, quibuſvis Univerſitatibus conceſſarum, commorari non poſſint, quodque unuſquiſque veſtrum in ſua Provincia, dum, & quoties opus fuerit, Fratres extra Ordinem prædictum, quavis occaſione, vel cauſa commorantes ad Ordinem hujuſmodi redire, cogere, & compellere poſſitis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus. De illis vero, qui ſe profeſſionem nunquam, aut infra pubertatis annum, per vim, aut metum emiſiſſe aſſerentes, Apoſtolicas, vel a Pœnitentiaria noſtra literas obtinuerint, aut obtenturi ſunt in poſterum, quarum vigore, habitu Religionis demiſſo, & ſeculari aſſumpto, extra jugum obedientiæ vagantur, aut vagaturi ſunt, committimus vobis, ut, niſi ad aliam Religionem, in qua actu vita regularis obſervetur, tranſierint, non obſtantibus literis Apoſtolicis, vel Pœnitentiariæ noſtræ, proceſſibuſque deſuper habitis, vel habendis, quas eis, etiamſi vera narraſſent, nonniſi in foro conſcientiæ, & nullomodo contra Religionis veſtræ jura, & conſuetudines, ſuffragari volumus, ad Ordinem, & Ordinis loca revocetis, Bullas, & proceſſus auferatis, habitum ſacrilege relictum reſumere, ac pœnitentiam ſubire cogatis, invocato etiam, ſi, & quoties opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, qui niſi vobis paruerint, & infra octo dies mandato veſtro proximos habitum perpetuo geſtandum aſſumpſerint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrant, a qua per ſolum Romanum Pontificem, aut Magiſtrum Generalem dicti Ordinis, niſi in mortis articulo, abſolvi poſſint. Eiſdemque, auctoritate, & motu,

ſcien-

„ ſcientia, ſtatuimus, & ordinamus, quod in quibuſcunque literis ad ipſorum Fratrum inſtantiam, ſive ſub Annulo Piſcatoris, aut ſub plumbo, vel per Pœnitentiariam ſuper præmiſſorum aliquo in obedientiæ regularis derogationem, etiam ſub quibuſvis ſupplicationibus, a Nobis, aut Romano Pontifice, quomodocunque in poſterum impetrandis, ſemper, & indifferenter ſubintelligi debere, etiamſi appoſita non fuerit clauſula hujuſmodi: de licentia Superioris, & ea durante: decernentes literas prædictas, hujuſmodi clauſula carentes, nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, nec his noſtris literis derogari poſſe, niſi motu, & ſcientia ſupradictis. Inhibentes diſtrictius locorum Ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, necnon Univerſitatum Rectoribus, ac illarum Conſervatoribus, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, & aliis quibuſcunque ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis earum Parochialium Eccleſiarum, & omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis, eo ipſo, ſi contrafecerint, incurrendis, ne vos, quo minus Fratres dicti veſtri Ordinis ſub indultorum, exemptionum, gratiarum, & literarum Apoſtolicarum ſpecie, extra domos, & obedientiam veſtram vagantes, capere etiam violenter, illoſque ad domos, & loca unde receſſerint reducere, & carceribus mancipare valeatis, quovis modo per ſe, vel alium, ſeu alios, directe, vel indirecte impedire præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ſuſpenſionibus, revocationibus, reſtrictionibus, indultis, privilegiis, facultatibus, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis, & deſuper habitis, vel habendis proceſſibus, præfatis Fratribus, aut quibuſcunque, Nobilibus, vel ſtudiorum generalium Univerſitatibus conceſſis, aut in poſterum concedendis, cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, & inſolitis, quibus omnibus, illa, etiamſi de eis, earumque totis tenoribus, & datis, non per hujuſmodi generales clauſulas, etiam ſpecialem mentionem importantes, ſed ſpecifica, & individua, ſeu quævis alia mentio habenda eſſet, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ex certa ſcientia, ſpecialiter, & nominatim derogamus, nullique in præjudicium præmiſſorum quomodolibet ſuffragari volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque: decernentes, proceſſus, ſi qui facti ſunt, vel fient in poſterum ſuper literis a Fratribus hujuſmodi obtentis, & obtinendis, in quibus vobis, aut aliis quibuſcunque, ſub quibuſvis etiam excommunicationis latæ ſententiæ, pœnis præcipietur, ne contra earum tenorem Fratres ipſos inquietare præſumatis, nullius eſſe, & fore roboris, & eos, qui juxta harum literarum tenorem Fratres ipſos &c. ad Ordinis diſciplinam revocant, & revocare curarint, hujuſmodi pœnis, & ſententiis non ligari. Et quia difficile foret præſentes literas noſtras originaliter ad ſingula loca, quo opus foret, deſtinari, volumus, & decernimus, quod earum tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, eadem fides indubia in judicio, & extra, ubicunque exhibita fuerint, detur, & eiſdem ſtetur, ac ſi originales literæ ipſæ exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die VI Aprilis MDXVII, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

IV. Vicario Generali Congregationis *S. Marci* ſcribens *Clemens VII Conſt. XLV* data 26 Julii 1528 *Tom.4 pag.465*: „ Exponi, inquit, Nobis nuper feciſti, quod ſi ſtatueretur, & ordinaretur, quod Fratres Domorum Congregationis S. Marci Tuſciæ, Regularis obſervantiæ, quibus a Vicario ejuſdem Congregationis extra illius domos, aut per literas in forma Brevis, aut ſacræ Pœnitentiariæ permanendi licentia conceſſa eſſet, infra decem a Civitate Florentin., & quinque milliaria a domibus ejuſdem Congregationis permanere non poſſent, decori, & honori ipſius Congregationis, ac illius Fratrum paci, & quieti plurimum conſuleretur. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſa ſtatuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui Congregationem iſtam, & illius Fratres, tanquam peculiares filios noſtros, gerimus in viſceribus caritatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quod Fratres dictæ Congregationis a Vicario ejuſdem pro tempore exiſtente, aut per literas in forma Brevis, aut ſacræ Pœnitentiariæ hujuſmodi extra domos ipſius Congregationis permanendi licentiam hactenus, & in poſterum obtinentes, infra decem a Civitate Florentina, & infra quinque milliaria a domibus ejuſdem Congregationis permanere non poſſint, &, ſi a Vicario ipſius Congregationis pro tempore exiſtente moniti non receſſerint, tam Vicario, quam Prioribus Domorum pro tempore exiſtentibus Congregationis hujuſmodi licentiam concedimus, eos capiendi, carceribus mancipandi, & juxta regularia inſtituta ejuſdem Congregationis etiam puniendi, ad hoc, ut alii eorum exemplo diſcant ſtatutum hujuſmodi, pro honore, & decore ejuſdem Congregationis per Nos editum, inviolabiliter obſervare. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus &c. Datum Viterbii ſub annulo Piſcatoris die XXVI Julii MDXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

V. Fratres Prædicatores alloquens *Clemens VII Conſt.LXXVI*, data 13 Septembris 1531 *Tom.IV pag 491*: „ Sedis, inquit, Apoſtolicæ providentia circunſpecta, indulta, & alias gratias, a Religioſis utriuſque ſexus perſonis inadvertenter, vel per importunitatem, extorta, quæ plerumque vagandi occaſionem præbuiſſe, noſcuntur, ſecundum varietatem temporum reformare, moderare, reſtringere, & limitare conſuevit, prout animarum ſaluti, & Religionis honori, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli veſtri Ordinis Fratres, ac quæ ſub cura, & inſtitutis veſtris, degunt Moniales, vel Sorores Provinciarum veſtrarum, vigore indultorum Apoſtolicorum per literas Confeſſionales particulariter conceſſas, alios quam per vos, ad id pro tempore deputatos, abſque licentia veſtra, ſibi in Confeſſores eligere, & alii, quibus magis expediret viam Domini non agnoviſſe, ad ſeculum, retento habitu, remeare cupientes, nonnunquam ſe ægros, aut corporum, & animi languoribus vexari ſimulantes, alii Parentum ſuorum inopiæ ſubveniendi quæſito colore, alii ſapientiæ avidos ſe fingentes, ad ſtudiorum Univerſitates, citra ſuorum Superiorum licentiam, ſeu illa eis expreſſe revocata, accedentes, ac privilegiis, & exemptionibus Scholarium abutentes, reliqui Beneficia Eccleſiaſtica per Clericos obtineri

,, ſolita, aſſeqoi, alii ad prædicatiooem Apoſtolicam,
,, etiam pro miniſterio prædicandi Indulgentias Cru-
,, ciatæ contra Infideles in ſubſidium Terræ Sanctæ
,, pugnaturis, eligi, & aſſumi, ao nonnulli alii ſe
,, Acolitos, Notarios Palatii, & Aulæ Lateranen.
,, Comites, & Capellanos noſtros creari, & ad oo-
,, ſtram, vel alicujus ex Fratribus noſtris S.R.E. Car-
,, dinalibus, ſeu Principis, vel alterius Domioi tem-
,, poralis, aut Archiepiſcoporum, Patriarcharum,
,, Epiſcoporum, ac aliorum inferiorum Prælatorum,
,, & perſonarum quarumcunque, familiaritates re-
,, cipi, & admitti, ac ad deſervieodum in Divinis
,, Beneficiis ſecularibus deputari, reliqui vero, qui
,, babitum veſtri Ordiois in totum dimiſerunt, ſeu
,, dimittere intendunt, quorum vel aliqui ſimulan-
,, tes, ſe regularia inſtituta ſervare, & ſub jugo
,, veſtro ulterius vivere non poſſe, vel ſe in dicto Or-
,, dine, profeſſionem ounquam, aut infra pubertatis
,, annos, ſeu per vim, & metom reniteoter, nulliter
,, emiſiſſe, ſeque ad dictum Ordinem, & illius re-
,, gularem obſervantiam, in genere, vel in ſpecie,
,, minime teneri, Apoſtolica auctoritate declarari,
,, & alii ad S. Auguſtini Canonicorum Regularium,
,, & aliom, Ordines traosferri, aut numero, & con-
,, ſortio Fratrum Hoſpitalis noſtri S. Spiritus io Saxia
,, de Urbe aggregari obtinoeruot, & alias diverſi-
,, mode libertatum, & exemptionum literas Apoſto-
,, licas per veri ſuppreſſionem, & falſi ſuggeſtionem,
,, inadvertenter, aut per importunitatem, extortas,
,, a Sede prædicta impetraſſe ooſcantur, & illarum
,, prætextu Religionis laxatis habenis, in Parentum,
,, & cooſanguioeorum, ac aliorum domibus per ſecu-
,, lum vagari, non vereantur, in animarum ſuarum
,, periculum, Religionis opprobrium, perniciosum
,, quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum;
,, Nos, qui Paſtoris æterni vices, licet immeriti,
,, io terris gerimus, cupieotes, gregem Nobis divina
,, diſpoſitione creditum, ſecundum propriam cu-
,, juſque vocationem ad ovile reduci, motu proprio,
,, noo ad alicujus Nobis ſuper boc oblatæ petitionis
,, inſtantiam, ſed de mera deliberatione, ac ex certa
,, ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, noſtris, vobis, & veſtrum ſingulis per præſentes
,, committimus, & mandamus, quateous vos, &
,, quilibet veſtrum, per vos, ac ſingulos domorum
,, Provinciarum veſtrarum, Priores, eorumque
,, pro tempore Vicarios, Præſidentes, ac Procura-
,, tores, ſi, & poſtquam aliquæ literæ Apoſtolicæ,
,, ad ipſorum Fratrum, vel aliorum inſtantiam, ſive
,, ſub annulo Piſcatoris, aut ſub plumbo, vel per Pœ-
,, niteotiariam, vel alias ſuper præmiſſorum aliquo,
,, ſingula præmiſſa conceroentes, aut aliqua alia,
,, veſtris regularibus inſtitutis, quomodolibet dero-
,, gaotia, ſeu repugnantia, in ſe continentes, etiamſi
,, in illis claoſula de licentia ſui Superioris petita,
,, & non obtenta, reperiatur, a Nobis, vel Sede
,, prædicta, aut pro tempore illius majori Pœniten-
,, tiario, etiam motu proprio, & cujuſvis, etiam
,, Imperatorum, Regum, Ducum, Marchiooum,
,, ac Comitum, etiam utriuſque ſexus perſonarum
,, intuitu, vel contemplatione, ſub quacunque ver-
,, borum forma, ſive bullatæ, aut ſub annulo Piſca-
,, toris, etiam ſuper quibuſvis ſupplicationibos a Ro-
,, mano Pontifice quomodocunque pro tempore ema-
,, natæ, ſeu impetratæ, vobis præſentatæ fuerint,
,, ipſas, ac in eis contenta qoæcunque, ſummarie,
,, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpe-
,, cta diligenter examioetis, & illis minus veris, aut
,, inſufficientibus compertis, literas prædictas, cum
,, falſo impetratæ fuerint, ac etiamſi bene, recteque
,, impetratæ eſſent, io foro cooſcientiæ duntaxat,
,, non in foro contentioſo, nec cootra Religionis
,, conſuetudinem valere, ſed eas taoquam ſubrepti-
,, tias, & obreptitias, ac inteotioois defectui ſubja-
,, centes, cum omnibus inde ſequotis, oullas, & in-
,, validas fuiſſe, & eſſe, illaſque eiſdem impetraoti-
,, bus oullateous ſuffragari debere, auctoritate, & te-
,, oore prædictis, declaretis, ipſoſque Fratres, &
,, Moniales, quos falſo impetraſſe, aut literis ſibi,
,, ut præfertor, conceſſis, contra teoorem præſeo-
,, tium, ubi repereritis, ablatis ab eis, etiam violeo-
,, ter, dictis literis, capi, & ad domos, ac Monaſte-
,, ria propria redire omnino manu executiva cogatis,
,, alioquin cauſis hujuſmodi, veris, & comprobatis
,, exiſtentibus, illarum impetratores cum eiſdem
,, literis ſuis a gremio veſtro ejiciatis. Et quateous
,, ipſi Fratres, & Moniales, retento habitu, extra
,, obedientiam veſtram, vivere malueriot, ut alium
,, prorſus a veſtro diſtinctum habitum diverſorum
,, colorum, cæſuræ, longitudinis, & latitudiois,
,, arbitrio veſtro ſub excommunicationis majoris latæ
,, ſententiæ, quam Nos ex tunc, & e contra, in eos,
,, & ipſorum ſingulos, tanquam in Apoſtatas ab habitu,
,, ſi cootrafecerint, auctoritate, & teoore præmiſſis,
,, ferimus, & promulgamus, tam extra, qoam intra
,, domum, & publice deferre teneantur, & deferant,
,, eadem auctoritate noſtra, ſtatuatis, & ordioetis:
,, & ioſuper univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus
,, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus perſonis,
,, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel condi-
,, tionis exiſtentibus, quatenus abſque conſenſu
,, Priorum Provincialium, & ipſis mortuis, vel
,, amotis, de liceotia Vicariorum hujuſmodi Provin-
,, ciarum reſpective, prætextu aliquarum literarum
,, Apoſtolicarum in Monaſteriis Monialium dicti Or-
,, dinis, etiam de licentia illius pro tempore Prio-
,, riſſæ, & Monialium conſenſu, etiam conventua-
,, liter præſtito, intrare, aut per ipſam pro tempore
,, Prioriſſam, & Cooventum, nullatenus recipi,
,, vel admitti poſſint, ſub excommunicationis, aliiſ-
,, que Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, arbitrio ve-
,, ſtro imponendis, quas contrafacientes eo ipſo,
,, non expectata alia declaratione, aut conſultatione,
,, noſtris, incurrere volumus, diſtrictius inhibendo,
,, mandetis. Decernentes præſentes literas ſub qui-
,, buſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitatio-
,, nibus, reſtrictionibus, & modificationibus gratia-
,, rum utriuſque ſexus Religionis, & Secularibus
,, perſonis, hactenus cooceſſarum, & in poſterum
,, coocedendarum nullatenus comprebendi, ſed ſem-
,, per ab illis exceptas, & quoties emanaverint, to-
,, ties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenarie rein-
,, tegratas fuiſſe, & eſſe, & in dictis gratiis, præter-
,, quam quoad forum conſcientiæ, ſalvis præſentibus,
,, ac de licentia Superiorum, petita, & obtenta,
,, etiamſi expreſſe non appooantur, clauſulas ſubin-
,, telligi. Inhibeotes diſtrictius locorum Ordinariis
,, ſub ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine,
,, & adminiſtratiooe ſuarum Eccleſiarum, inferiori-
,, bus vero, etiam Univerſitatum Rectoribus, ac il-
,, larom Conſervatoribus, & aliis quibuſcunque
,, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & priva-
,, tionis Parochialium Eccleſiarum, & omnium alio-
,, rum Beoeficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent,
,, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum
,, obtinenda, pœnis, eo ipſo, ſi contrafecerint,
,, incurrendis, ne vos, quo minus Fratres dicti Or-
,, dinis ſub indultorum, exemptionis, gratiarum,
,, ac alia-

„ ac aliarum Apoſtolicarum prædictarum ſpecie, extra domos, & obedientiam veſtram vagantes juxta tenorem præſentium capere, & apprehendere, etiam violenter, illoſque ad domos, & loca, unde receſſerint, reducere, & carceribus mancipare volentes, & mandantes, quovis modo, per ſe, vel alium, ſeu alios, directe, vel indirecte impedire præſumant, nec quemcunque talium, ad exercitium curæ animarum Parochianorum ſuorum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſolis Curatis ſpectan., abſque eo, quod illis de licentia prædicta, legitime conſtiterit, admittant, nec eoſdem Fratres exemptos de cetero in diſtrictu Parochiarum ſuarum ſuperpellicium ſuper habitum ipſorum geſtare permittant. Necnon mandantes pro tempore exiſtenti almæ noſtræ Urbis in ſpiritualibus Vicario, & quibuſvis aliis Curiæ prædictæ Ordinariis, ac omnibus, & ſingulis ubique terrarum exiſten. reſpective Judicibus, necnon univerſis, & ſingulis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, aut Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, ac Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, ut quoties pro parte alicujus Prioris Provincialia, vel Conventualis, aut Præſidentis, ſive Procuratoris alicujus Conventus domorum dictarum Provinciarum, & Ordinis reſpective, deſuper requiſiti fuerint, nemini deferentes, ſeu indulgentes, præſentes literas, ubi, & quando opus fuerit, publican., & eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes literas, & in eis contenta, ſub prædictis ſententiis, cenſuris, & pœnis, non obſtantibus literis, contra tenorem præſentium impetratis, firmiter ab omnibus inviolabiliter obſervari. Contradictores &c. de quibus tibi Priori Provinciali, vel Conventuali, ſive Præſidenti, aut Procuratori ſupradictis reſpective videbitur, appellatione &c. invocato &c. ſicque per quoſcunque Judices, etiam Palatii noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores judicari, definiri, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, irritum quoque &c. a quocunque, & per Nos, & Sedem prædictam, quavis auctoritate contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibua Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis indultis, literis Apoſtolicis, etiam ſub plumbo, aut in forma Brevis, vel per Pœnitentiariam, aut alias prædictis Fratribus conceſſis, aut in poſterum concedendis, etiamſi expreſſe in eis caveatur, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, privilegiis quoque, etiam Scholarium, aut Oppidorum Univerſitatibus, Hoſpitalibus, Capitulis, Collegiis, necnon Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis, ceteriſque utriuſque ſexus perſonis, etiam Dominis temporalibus, libertates, immunitates, & exemptiones ipſorum Religioſorum quomodolibet concernentibus, cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, ac inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis Decretis, ſub quacunque verborum forma, etiam motu proprio, conceſſis, quibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ac datis expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales id importantes, mentio fieri deberet, illorum omnium tenores, & formas, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, deliberatione, & ſcientia ſimilibus, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe, harum ſerie derogamus, nulliſque in præjudicium præmiſſorum ſuffragari volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volentes, & decernentes, quod hujuſmodi ſtatuto, & voluntati, nullatenus derogari poſſit, præterquam, ſi præſentes, de verbo ad verbum inſertæ fuerint, proceſſuſque ſi facti ſunt, vel fient in poſterum, ſuper literis a Fratribus hujuſmodi obtentis, & obtinendis, in quibus vobis, aut aliis quibuſcunque ſub quibuſvis excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, præcipiatur, ne contra earum tenorem, Fratres ipſos, inquietare præſumatis, ſi contra tenorem præſentium fuerint, nullius eſſe, & fore roboris, vel momenti, & eos, qui juxta earundem præſentium tenorem, Fratres ipſos, ad Ordinis diſciplinam revocant, & revocare curaverint, hujuſmodi ſententiis, cenſuris, & pœnis, non ligari. Ne igitur tantæ peſtis morbus, in Eccleſia undique pullulet, hoc noſtrum Decretum fecimus. Præſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Harum autem literarum tranſumptis, manu Notarii publici, aut alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel Priorum Provincialium, aut Conventualium ſigillo munitis, non minorem fidem adhiberi volumus, quam ſi præſentes eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XIII Septembris MDXXXI, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

VI. De Religioſis vagantibus extra Clauſtra legenda etiam Pauli IV *Conſtit. XIV*, data 20 Julii 1558 = Poſtquam = *Tom. VII pag. 153*.

VII. „ Exponi Nobis, inquit, *Gregorius XIII Conſt. CXXXI*, data 16 Auguſti 1583, *Tom. V pag. 424*, nuper fecit dilectus filius Johannes de las Cuevas, Procurator Generalis, & Provinciæ Hiſpaniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod licet nonnullia utriuſque ſexus perſonis Ordinem ipſum expreſſe profeſſis Provinciæ Caſtellæ, extra eorum Clauſtra & in domibus propinquorum ſuorum, vel aliarum perſonarum, infirmitatis, aut quacunque alia de cauſa manendi, licentiam conceſſerimus, nihilominus perſonæ prædictæ, licentia noſtra abutentes, in domibus ſecularium, prætextu infirmitatis hujuſmodi, per multum temporis ſpatium, permanere, non verentur, in grave Religionis incommodum. Quare pro parte dicti Johannis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus incommodis prædictis occurrere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad ea, quæ religioſum earundem perſonarum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram intendentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas facultates, & licentias ipſis Fratribus, & Monialibus dictæ Provinciæ Caſtellæ, manendi extra eorum Monaſteria, & domos, per Nos, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus haberi volumus, pro expreſſis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, revocamus, caſſamus, & annullamus, & caſſas irritas, & inanes eſſe, decernimus, diſtricte prohibentes Fratribus, & Monialibus prædictis, licentias hujuſmodi habentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua non

,, poſſint, niſi a Nobis, aut Romano Pontifice, qui
,, pro tempore fuerit, abſolvi, præterquam in mor-
,, tis articulo, ne in ſeculo remaneant, ſed infra duo-
,, rum menſium ſpatium, poſtquam harum literarum
,, notitiam babuerint, ad eornm Monaſteria, & domos
,, revertantur, necnon qnibuſvis perſonis, tam Secu-
,, laribus, quam Regularibus cujuſcunque ſtatus, gra-
,, dus, conditionis, & quacunque dignitate, & præ-
,, eminentia præditis, ne dictum Johannem, ſeu pro
,, tempore exiſtentem Provincialem dictæ Provinciæ,
,, cui deſuper omnimodam facultatem tribuimus, re-
,, ducendi Fratres, & Moniales prædictas ad eorum
,, domos, ſeu Monaſteria, moleſtare, perturbare,
,, aut inquietare audeant, vel præſumant, ſub eiſdem
,, pœnis, per contrafacientes eo ipſo incurrendis.
,, Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutio-
,, nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque
,, contrariis quibuſcunque. Ceterum quia difficile fo-
,, ret, præſentes literas, ad ſingula, quæque loca,
,, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, ut tranſumptis
,, tranſcriptis, vel impreſſis, ac manu alicujus Nota-
,, rii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati
,, munitis, eadem fides adhibeatur, ac ſi præſentes exhi-
,, bitæ eſſent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud San-
,, ctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die X Auguſti
,, MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

VIII Ne Fratres extra Cœnobia degant in Indiis, cavet Urbanus VIII Conſt.LXXIV, data 8 Novembris 1634 == Injunctum nobis == Tom.VI pag.95.

IX. Notandum Primo quod Regulares ſub Superiore degentes in aliqua domo pro erectione Monaſterii non dicuntur degere extra Clauſtra, ut anno 1588 die 26 Martii declaravit S. Congregatio Epiſcoporum & Regular. apud *Nicolium* in Floſculis, Verbo: *Clauſtrum*: pag.68: ubi notat inſuper, S. Congregationem Concilii in Polycaſten. 6 Novembris 1621 reſpondiſſe: Priorem, ſuorum Superiorum juſſu, in Prioratu ſuæ Religionis reſidentem, licet ſolum, & unicum, minime cenſeri degere extra clauſtra, ac proinde non poſſe ab Epiſcopo puniri in vim Cap.3 Seſſ.VI Concilii Tridentini.

X. Notandum Secundo, ex *Paſſerino* de Hominum Statibus, & Officiis T.III Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Inſpect.I Num.387, quod cum Religio Cœnobitica ſit
,, unum corpus viventium in loco ſibi proprio, ſin-
,, gulis de tali corpore communi exiſtentibus ſub obe-
,, dientia Superioris......ad illam ſpectat vita ſocia-
,, lis, & ex conſequenti communis domus, in qua
,, Religioſi ſimul vivant ſub obedientia unius Supe-
,, rioris. Præterea vero votum obedientiæ aliud re-
,, quirit, nimirum ut Religioſus non ſit alicubi niſi
,, ſciente, & volente Superiore....... igitur ex vi
,, ſtatus Cœnobitici Religioſus quilibet debet vivere
,, in domo communi, & ſociali, & ex vi voti obe-
,, dientiæ non poteſt ex hac domo exire niſi ſciente,
,, & conſentiente Superiore, quia ſi exeat, ſimul exit
,, ab obedientia, quam vovit, quia ponit ſe in ſtatu
,, in quo Superior pro eo tempore illi non valeat præ-
,, cipere: qui enim tenetur obedire pro quocunque
,, tempore Superiori, debet pro quocunque tempore
,, eſſe ſub oculis Superioris in loco, in quo Superior
,, poſſit illum habere, & ei præcipere, ſeu in loco
,, obedientiæ, & ad vitam obedientialem deputato,
,, qui locus eſt clauſtrum ,, (Clauſtrum apud Canoni-
ſtas idem eſt ac Monaſterium, Conventus, Cœnobium) ,, quod eſt domus Religioſorum in communi
,, ſub obedientia viventium. Ideo clauſura eſt ex con-
,, naturali lege intrinſeca vitæ Cœnobiticæ Religioſæ;
,, unde, ſuppoſita profeſſione, jam de jure naturali
,, eſt quod Religioſus nullibi ſit, niſi ſciente & vo-
,, lente Superiore.........ideo nil mirum, ſi uſus
,, Religionum ab antiquis Monachis uſque ad hæc
,, tempora obtinuit, ut non liceat Religioſis exire de
,, clauſtro ſine licentia, & hujus tranſgreſſio in omni
,, Religione magni facta fuit, & fit: & graviter fuit,
,, & eſt punita. Ideo bene verum eſt, tranſgreſſio-
,, nem hujus obligationis non eſſe menſurandam tan-
,, tum juxta formam Statutorum hujus, vel illius Re-
,, ligionis, obligantium, vel non obligantium, ad
,, culpam; ſed juxta efficaciam voti obedientiæ, & juris
,, communis, & altioris, nec poſſe ab aliqua culpa
,, excuſari, quia jus commune ad culpam obligat.

XI. Num.389 Quærit ,, an violatio clauſuræ in vi-
,, ris Religioſis per egreſſum a clauſtro ſit ex ſuo
,, genere culpa mortalis ,, ? Relatis variis opinionibus, mentem ſuam ſic aperit Num.390: ,, Præ-
,, ſcindendo............a contemptu, pravo fine,
,, ſcandalo, & gravi damno: & ſimul præſcindendo
,, a ſpecialibus Statutis Religionum particularium, in
,, quibus ſub majori, vel minori, rigore clauſura
,, præcipitur, dicitur, quod violatio clauſuræ per
,, exitum virorum Religioſorum a clauſtro eſt de ſua
,, natura culpa mortalis, ſpectata, & ſuppoſita, gra-
,, vi, & notabili quantitate talis violationis.......
,, violatio enim clauſuræ per exitum furtivum a
,, clauſtro continet peccatum cujuſdam injuſtitiæ
,, contra Prælatum, & Religionem, & ſacrilegii
,, contra Deum, & opponitur promiſſioni, & pro-
,, feſſioni Religioſæ, per ſe, & ab intrinſeco, & ex
,, natura ſua, independenter a quolibet proprio cu-
,, juſcunque Religionis Statuto......cum vero inju-
,, ſtitia & ſacrilegium ſint ex genere peccatum morta-
,, le, ideo exitus furtivus a clauſtro eſt ex ſuo genere,
,, & per ſe peccatum mortale......verum tamen eſt,
,, quod quia non eſt eadem profeſſio in quacunque
,, Religione, nec violatio clauſuræ eſt eodem modo
,, culpa mortalis in quacunque Religione, & ad hoc
,, judicandum attendi debet praxis cujuſcunque Reli-
,, gionis: cum etiam hæc obligatio maxime per conſue-
,, tudinem ſit roborata, & ideo per eam explicanda.

XII. Ea inter quæ ex hac doctrina ſequi docet,
,, colligitur ,, inquit Num.396 ,, quod non peccat
,, mortaliter Religioſus, qui de die ad breve tempus
,, exit a clauſtro......... Numero 397. Colligitur
,, quarto, non eſſe eandem rationem de egreſſu fur-
,, tivo, & nocturno. Et quidem hunc eſſe peccatum
,, mortale docent Suarez ,, aliique ibidem laudati.
,, Et præcipuum fundamentum hujus ſententiæ eſt De-
,, cretum Clementis VIII de caſibus reſervatis, ubi in
,, tertio caſu ponit egreſſionem nocturnam, & furti-
,, vam. Reſervatio vero ſupponit peccatum mortale.
,, Eſt autem hic primo certum, requiri ad hunc caſum
,, reſervatum utramque conditionem, ſcilicet quod
,, egreſſio ſit nocturna, & furtiva: nec alteram tan-
,, tum ſufficere, quia utramque conjunctim requirit
,, Decretum Clementis VIII ,, . Fuſius hac de re
diſſerit, ac tandem pag.457 Num.401 concludit his verbis: ,, Mihi certum eſt quod regulariter ex circum-
,, ſtantia mala nocturnus, & furtivus, exitus a clau-
,, ſtro eſt peccatum grave: & quod præſumptive ſem-
,, per eſt tale, & merito reſervabile. Sed etiam nega-
,, ri non poteſt, quod hujuſmodi exitus non poſſit
,, exui ab omni mala circumſtantia, immo veſtiri cir-
,, cumſtantia bona, & juſta cauſa, etiamſi ſit furtivus,
,, & ſolum exui non poſſit circumſtantia nocturni. An
,, vero hic exitus ſine licentia, ex eo præciſe quod fur-
,, tivus, & nocturnus, ſit peccatum mortale, ſi ſit ad
,, unam noctem tantum, vel, ut Palaus vult, ſi ſit tan-

tum

„ tum ad boram? relinquo definiendum Superioribus.
XIII. Ibidem Num.403 quærit „ quænam licentia
„ requiratur, & ſufficiat ad boc ut Religioſus poſſit
„ exire e clauſtro? Et quidem ſufficere licentiam Su-
„ perioris expreſſam, vel tacitam, vel rationabiliter
„ præſumptam, vel in ſpeciali, vel etiam in genera-
„ li conceſſam, tradit Navarrus Com.4 de Regulari-
„ bus. Secundum Decreta Clementis VIII de Refor-
„ matione Regularium requiritur licentia ſpecialis
„ data toties quoties, & ita ut non ſufficiat generalis.
„ De jure tamen communi generalis ſufficeret. Anto-
„ nius a Spiritu Sancto Tract.3 D.6 Num.1386. Et
„ non poteſt negari, ut aliquando non ſufficiat im-
„ plicita, ut ſi occurrat neceſſitas miniſtrandi Sacra-
„ mentum Pœnitentiæ, defendendi innocentem, ſuc-
„ currendi domui vicinæ comburenti. In his enim &
„ ſimilibus caſibus, in quibus præponderat lex cari-
„ tatis, adeſt licentia implicita exeundi........In
„ Ordine Prædicatorum ex Capitulo Romano 1608
„ ſtatutum eſt, quod cuicunque Fratri exeunti no-
„ minatim Socius deputetur, & quod licentia toties
„ quoties detur, & quod revertentes a Superiore
„ Benedictionem accipiant. Gloſſa D.I Cap.17 de
„ Gravi culpa Lit.H.
XIV. Notandum Tertio, quod ex Clementis VIII
Conſt.LXIX, data 25 Julii 1599 = Nullus omnino =
Tom.V pag.557, ut Superiores concedere poſſint fa-
cultatem degendi extra clauſtra requiritur graviſſima
cauſa, a Sede Apoſtolica probanda. En Decreti
verba: §.XIX: „ Ineatur ratio qua, ſublatis licentiis,
„ ac facultatibus hactenus quibuſcunque conceſſis,
„ degentes extra Conventus clauſtra, ad ea quam-
„ primum revocentur: nec de cetero niſi ex graviſſi-
„ ma cauſa, a Sede Apoſtolica probanda, hujuſmo-
„ di facultates concedi poſſint. „ Si gravis adſit cau-
ſa, facultatem illam concedit S. Congregatio. nego-
tiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita. Faculta-
tis tamen executionem remittit conſcientiæ, & arbi-
trio Provincialium. Cavet, ne vir Religioſus, cui
conceditur, ſeſe negotiis immiſceat vetitis Regulari-
bus. Mandat, habitum Religionis retineat, & ad vo-
luntatem, nutumque Superiorum ſeſe accommodet.
Inhibet, ne pernoctet extra Conventum ſuæ Religio-
nis, ſi adſit, ſin minus, alterius Ordinis. Rariſſime
vero contingit, quod per Sacram Congregationem
Religioſo viro, graviſſimis etiam de cauſis, & ad bre-
ve tempus, facultatem de qua loquimur concedendo,
liceat extra Cœnobium pernoctare.
XV. *Paſſerinus* de Hominum Statibus, & Officiis
T.III Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Inſpect.II Num.459,
relatis variis Auctorum opinionibus, de prædicto De-
creto quod Urbani VIII juſſu confirmatum fuit, hæc
habet: „ Nihilominus quia praxis S. Congregationis
„ Epiſcoporum & Regularium eſt, ut Decretum il-
„ lud Clementis VIII intelligatur univerſaliter, &,
„ ut babetur ex Nicolio ad Titul. de Regular. Num.26
„ pag.161 S. Congregatio Epiſcop. & Regul. declara-
„ vit, & cenſuit, Superiores Regularium, etiam
„ Generales, non poſſe ſuis ſubditis dare licentiam
„ degendi extra clauſtra, ſed hanc licentiam ſolum
„ a Pontifice concedi poſſe, ut in Caſalen. 26 Augu-
„ ſti 1597, & 8 April. 1600, & in Bituntin. 22 No-
„ vemb. 1604, & Procuratorum Regularium 23 De-
„ cembris 1617: &, ſi alicui Regulari data ſit licen-
„ tia manendi extra clauſtra, revocatur, ſi querelæ
„ audientur, ut in Aſculan. 20 Januarii 1601, & ſi
„ revocatus non redeat, declaratur Apoſtata, & de-
„ nunciatur Ordinario ſententia, ut non permittat
„ eum celebrare, &, ſi poteſt, illum carcerari faciat,
„ 27 Maii 1603: ideo in bac parte Superiores Regu-
„ larium abſolutam licentiam manendi extra clauſtra
„ dare non poſſunt, & Decretum Clementis VIII de-
„ bet univerſaliter intelligi.
XVI. Advertendum tamen ex eodem ibidem
Num.460, quod „ aliud........eſt directe licentia-
„ re Religioſum ad degendum extra clauſtra, & aliud
„ eſt boc præſtare indirecte dando licentiam ad ali-
„ quod opus, quod baberi non poteſt in Conventu.
„ Nam ſunt aliqua opera Religioſorum propria, ad
„ quæ tenentur ex Regula, & inſtitutione ſuorum
„ Ordinum, quæ non poſſunt haberi intra clauſtra,
„ quale opus eſt prædicatio in locis ubi non ſunt Con-
„ ventus. Ideo etiam nunc Superiores dant licentiam
„ prædicandi extra loca, ubi ſunt Conventus,
„ & habendi miſſiones per vicos, & Caſtella, & Pro-
„ vincias (ſervatis ceteris de jure ſervandis).......
„ Item etiam conſiderandum eſt, quod degere extra
„ clauſtra importat permanentiam quandam, ideo ho-
„ die etiam praxis eſt, ut Superiores concedant ſuis
„ ſubditis licentiam eundi ad loca, ubi Religio non
„ habet Conventum, ad aliquod tempus, nimirum
„ V.G. ad aliquot menſes, vel eundi ad patriam,
„ vel cauſa ſanitatis recuperandæ, vel ad inviſendos,
„ & conſolandos Parentes. Et quod negari non poſſit,
„ quin Superiores poſſint impertiri licentiam ſubditis
„ ſuis morandi extra clauſtra ad tempus ex rationabili
„ cauſa, docuit Reverend. Fagnanus ad cap. Inſinuan-
„ te Num.39. Hæc *Paſſerinus*.
XVII. Quibus addendum Decretum S. Tridentin.
Synodi Seſſ.25 cap.4 de Regularibus, cujus bæc ver-
ba: „ Prohibet Sancta Synodus, ne quis Regularis,
„ ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, vel le-
„ ctionis, aut cujuſvis pii operis prætextu, ſubjiciat
„ ſe obſequio alicujus Prælati, Principis, vel Uni-
„ verſitatis, vel communitatis, vel alterius cujuſcun-
„ que perſonæ, ſeu loci, neque aliquod privilegium
„ ab aliis ſuper iis obtentum ſuffragetur. Quod ſi con-
„ tra fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris
„ puniatur. Quæ verba Concilii cum retuliſſet *Paſſe-
rinus* ibidem Num.453 addit: „ Cum igitur Conci-
„ lium probibeat Religioſo, ne ex hujuſmodi cauſis
„ maneat extra Conventum ſine licentia Superioris,
„ ſupponit, admittit, & permittit, id cum licentia
„ fieri poſſe „. Caveant tamen, & cautiſſime ſe ge-
rant Superiores propter Clementis VIII Decretum,
quod ab Urbano VIII firmatum fuit, uti jam dictum
eſt, & S. Tridentini Concilii Decreto poſterius eſt.
Et ſane, ſi Religionis bono conſulere velint Superio-
res, quod, experientia duce, nemo neſcit, fatean-
tur, neceſſe eſt: Religioſos ſcilicet extra Cœnobium
degentes, plerumque Secularibus ipſis, quibuſcum
morantur, pejores fieri.
XVIII. Notandum Quarto, quod Religioſi exeun-
tes e Cœnobio ad audiendas leges, vel Phyſicam, Me-
dicinam ſcilicet, niſi intra duos menſes ad Clauſtrum
redeant, ſicut excommunicati, ab omnibus habendi
ſunt: & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare vo-
luerint, audiri debent. Reverſi autem, in Choro,
Capitulo, Menſa, & ceteris, ultimi Fratrum exiſtent,
& (niſi forte ex miſericordia Sedis Apoſtolicæ) totius
ſpem promotionis amittent: ut decernit Alexander III
Cap. = Non magnopere = Lib.III Decretal. Tit.L.
XIX Hanc autem excommunicationem eſſe latæ
ſententiæ, definit Honorius III ibidem Cap. = Super
Specula = Adeas *Paſſerinum* Tom. III De Hominum
Statibus & Officiis Quæſtione CLXXXIX Art. VIII
Num.466 &c. ubi fuſius de Decretalibus illis differit.
Hic unum notabo, quod ſcilicet actio, propter quam
hæc

hæc Cenſura incurritur, non eſt una, ſed ex pluribus integratur. Non enim ſufficit exitus a Clauſtro, vel etiam habitatio extra Clauſtrum, quia per hos Canones illi duntaxat excommunicantur qui exeunt a Clauſtro ut audiant Legem Civilem, vel Medicinam, & hac de cauſa per bimeſtre degunt extra Clauſtrum.

XX. Caveas etiam, ne putes, quod ex his Sacris Canonibus vetitum ſit, ne Religioſi ſuis in Cœnobiis diſcant Legem Civilem, vel Medicinam. Scientiæ ſiquidem iſtæ nec ex ſe malæ ſunt, nec probibitæ: immo nemo neſcit, quanto Lex civilis adminiculo ſit, ut Sacri Canones penitius intelligantur. Quid ratio naturalis doceat, ob oculos ponit. Et, ut verbo dicam, Lege Civili ſæpius uti poteris, ut quas circa mores laxitates obtrudere nonnulli tentarunt, eaſdem ab ipſiſmet Paganis prædamnatas fuiſſe probes. Experto crede. Nec opponas, quod Religioſo vix ſuppetit tempus ſacris ſcientiis tribuendum. Id unum peto, bonas horas ne male colloces: cuique certe ſtudio dandum tempus erit tibi. Quod Medicinam ſpectat, quid mibi contigerit olim, dicam ingenue. In America degens, infirma ſic affliƈtabar valetudine, ut vix Apoſtolici præconis obire munia valens, ex privato Medicinæ ſtudio levamen habuerim, quod a Medicis non habebam: nec unquam religio mibi fuit, quo minus illi ſcientiæ per aliquod tempus vacarem.

XXI. Et ſane, ut cetera mittam in quibus Medicina Theologo prodeſſe poteſt; quo vera miracula ſecernantur a falſis, juvat certe Medicinæ ſtudium. Hoc uno noviſſimis iſtis diebus Janſeniſtæ, Queſnellianique novatores diſcere potuiſſent, quantum aberrarint a vero, cum pro miraculis venditare conati ſunt ſanationes quaſdam, quæ vel fiƈtæ, vel nullius ferme momenti fuerunt, nec ullo modo poſſunt inter miracula recenſeri. Magnifice præ ceteris etiam iaƈtarunt convulſiones, quas (proh pudor, quæ res in terris indignius geſta!) Divinas diƈtitarunt: cum monſtra quædam fuerint, id omne quod pietatem redolet oppugnantia. Id genus convulſiones ex imaginationis læſæ phantaſmatibus in primis ortum ſæpius ducere, Medicina docet. Si quid pejus audire velint Qeſnelliani, & ejuſdem furfuris viri, a quorum erroribus quiſquis Catholicus eſt abhorrere debet, adeant Joannem de Palas Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſorem, in opere cui titulus: *Supplementum Cælifodinæ*. Ineunte ſeculo decimoſexto typis editum fuit. Secundis curis elaboratum, Lipſiæ, vulgo *Leipſic*, vel, ut olim ſcribebant, & in opere illo legitur, *Lyptzigk*, typis Bacalaurei Martini Lantzperg Herbipolenſis prodiit anno 1516: antea ſcilicet quam impius Lutherus anno 1517 teterrimæ hæreſeos ſignum daret famoſis editis illis Concluſionibus, eodem anno propugnatis. Opus illud legant a pag. 159 ad 166. Diſcent, quod hæreſiarchæ Luthero, Dæmonis opera, pueri, fœminæ, viri, id genus convulſionibus aƈti, proluſerunt. Id annotaſſe, nos abs re ſit, cum ex Catholicis Scriptoribus, qui Queſnelliſtas debellarunt, nullum repererim, qui operis prælaudati meminerit. Ceterum ignoſcat eruditus leƈtor, quod, hac occaſione data, dum de Medicina loqui contigit, Janſeniſtas & Queſnelliſtas paucis aggreſſus ſim. Scilicet Conterraneorum meorum malis mederi peroptarem.

XXII. Notandum Quinto, quod Regulares qui e Clauſtris egrediuntur, & Monaſteria relinquunt (retento, vel dimiſſo habitu) prætextu nullitatis Profeſſionis non audiuntur (quamvis ad Urbem accedant) ſuper eadem prætenſa nullitate ex quacumque cauſa, niſi prius redeant ad clauſtra, prout reſcripſit Sacra Congregatio Concilii in Giennen. die 9 Aprilis 1701, & antea in Claromontan. 29. Novembris 1692: ac etiam in Bononien. 4 Junii 1689, juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini Seſſ. 25 cap. 19: etiamſi egreſſi vellent tranſire ad aliam Religionem, uti declaravit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regular. in una Provinciæ Bæticæ 30 April. 1700: immo, licet tanquam incorrigibiles, ſervata forma Conſtitutionum Apoſtolicarum, fuiſſent ejeƈti, prout cenſuit Sac. Congregatio Concilii in Papien. 15 Mart. 1692.

XXIII. Notandum Sexto, ut variæ ſolvantur difficultates, quæ ſpeƈtant Religioſos, qui commorantur extra Clauſtra, quod licet ille qui degit extra Clauſtra, ut ſe celet Superiori, fugitivus dicatur: quia tamen ex hoc fugitivus non diſtingueretur ab Apoſtata qui recedit a Clauſtro, ut, quantum in ſe eſt, Religioſus non ſit: hinc proprie loquendo fugitivus dicendus eſt Religioſus qui ex aliqua alia cauſa recedit a Clauſtro cum animo redeundi, & non niſi poſt notabile tempus revertitur. Si enim ſponte redeat intra triduum, licet animo fugiendi receſſerit, in foro externo non præſumitur voluiſſe fugere, nec punitur ut fugitivus. In Ordine Prædicatorum fugitivi carcerari debent, privari voce, & damnari ad pœnas gravioris culpæ, ut ex Conſtitutionibus, & ex Aƈtis Capitulorum Generalium probat *Paſſerinus* loco mox laudando. Hinc ſub pœnis gravibus, etiam abſolutionis ab Officio, præceptum eſt ejuſdem Ordinis Superioribus, ut vagantes de una ad aliam Provinciam, vel de uno ad alios ejuſdem Provinciæ Conventus, ſeu fugitivos, includant in carcere, ipſos puniant, & punitos ad proprios Conventus remittant. Addit *Paſſerinus* quod in Ordine noſtro fugitivi nec ſunt ipſo facto excommunicati, nec ſunt ſuſpenſi (vide inferius) ſi tamen redire noluerint, poſſunt a Superioribus, etiam localibus, per excommunicationem, & pœnas ceteras cogi, ut ex Apoſtolicis Conſtitutionibus ſupra relatis videre eſt. Adeas *Paſſerinum* Tom. III de Hominum Statibus & Officiis Quæſt. CLXXXIX Art. VIII Inſpeƈt. II, III, & IV: & *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom. I Parte II Traƈtatu VII. pag. 122 &c., & lege Confirmationem XVIII Capituli Generalis Romæ 1694 quæ poſterior eſt ſcriptis *Donati* & *Paſſerini*, Hujus tenoris eſt: „ Confirmamus
„ quæ in præcedenti Capitulo confirmatione 3, quæ-
„ que fere in omnibus Capitulis Generalibus ſtatuta
„ ſunt ad coercendos vagos, frequenteſque Fratrum
„ diſcurſus abſque Superiorum licentia, & quæ in
„ Conſtitutionibus noſtris Diſt. a Capite 13 Textu 2,
„ & in Gloſſa ipſius Lit. C., ne Fratres abſque licen-
„ tia Provincialis intra limites ſuæ Provinciæ vagari
„ præſumant, & ſi aliquando intra limites Regni ob
„ gravia negotia ire alicui Fratri neceſſe ſit, urgen-
„ te gravi cauſa, poterit Provincialis licentiam ipſis
„ concedere; ſed raro id faciat. Studentes vero po-
„ terunt etiam Reverendi Patres Provinciales ad ſtu-
„ dia mittere, ad quæ Provinciæ jus mittendi habent:
„ alias nullo modo licentiam dare e Provincia exeun-
„ di licebit Provincialibus. Innovantes Admonitio-
„ nem primam Capituli Generalis Toloſæ 1628, qua
„ admonentur Reverendi Patres Provinciales, ne
„ Studentes mittant ad ſtudia Italiæ, niſi pro rata ſuæ
„ Provinciæ. Romam autem accedere nulli liceat,
„ ut toties ordinatum eſt, niſi cum licentia Magiſtri
„ Ordinis. Quod ſi aliqui iocedant abſque literis te-
„ ſtimonialibus, cum in aliquem pervenerint Con-
„ ventum, carceri mancipentur, impoſita etiam ipſis
„ pœnitentia coram toto Conventu, nempe diſcipli-
„ næ, & ſeſſionis in terra cum pane, & aqua per tres
„ dies, qua peraƈta, aut detineantur in carcere quoad
„ uſque

,, uſque Magiſter Ordinis aliter diſpoſuerit, vel re- ,, mittantur ad ſuam Provinciam, & eo ſenſu intelli- ,, genda eſt præfata confirmatio Capituli præcedentis. *Iubibentes omnibus Superioribus Ordinis noſtri ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis per tres menſes, ne quocuuque prætextu, aut quæſito colore, permittant Fratribus noſtris, qui incedunt abſque literis teſtimonialibus ſuorum Superiorum, Miſſam, aut in Conventibus, aut extra Conventus in Civitate celebrore: qui enim ſic incedunt abſque literis teſtimonialibus ſuorum Superiorum ipſo facto ſuſpenſos a Divinis dicimus, donec a Patre Provinciale illius Provinciæ, cujus ſunt filii, vel a Magiſtro Ordinis reintegrati, & reſtituti fuerint*: ,, Eos ,, autem, qni ita e Provinciis ſuis recedunt, ad tres ,, annos voce activa, & paſſiva privatos dicimus, & ,, ad quatuor menſes in carceribus detineri demanda- ,, mus: qui vero Romam aeeeſſerint, ea etiam pœna ,, plectendos eſſe decernimus,& in carceribus Conven- ,, tus S. Xiſti de Urbe detinendos eſſe declaramus ex- ,, penſis ſuorum Conventuum: ſupplicantes Magiſtro ,, Ordinis ne in his pœnis ullo modo diſpenſare velit, ,, cum Fratrum diſcurſus, ex quibus tot damna, & ,, & ſcandala Ordini eveniunt, niſi pœnarum rigore ,, coerceri non poſſint. Quare mandamus Superiori- ,, bus Conventuum, quod itinerantium teſtimonia- ,, les literas indiſpenſabiliter legant, ut jnxta condi- ,, tionem uniuſcujuſque Fratris eos ad hoſpitalitatis ,, officia ſuſcipiant.

Huc etiam ſpectat Ordinatio IX Capitnli Generalis Bononienſis 1706: Hujus tenoris eſt: ,, Quanta Or- ,, dini mala, & ſcandala ohveniant ex vagis Fratrum ,, noſtrorum diſcurſibus nimium experimur, & in dies ,, cum dolore percipimus: quibus proinde coercendis, ,, ſevere prohibemus Conventuum Prioribus, & quo- ,, rumvis locorum noſtrorum Superioribus,ne Fratres ,, noſtros præſertim ignotos recipiant, multominus ad ,, celebrandum Miſſæ Sacrificium admittant, niſi prius ,, viſis, & lectis, atque examinatis ipſornm literis, ,, ſeu facultatibus. Facultates porro a Magiſtro Or- ,, dinis, abſque præfixo termino latæ, intra Euro- ,, pam ad ſex duntaxat menſes a die datarnm valeant: ,, Quæ autem dantur a Provincialibus ad dnos ſolum ,, menſes valere decernimus. Fugitivi vero, & ſcan- ,, daloſi incarcerentur, & eorum expenſis tempore ,, incarcerationis providere teneantur Conventus, ,, quorum ſnnt filii, ſub pœna abſolutionis ah officio ,, eorum Prioribus infligenda.

QUÆSTIO XVIII.

Poſſuntne Mulieres ingredi ſepta Cœnobiorum?

SUMMARIUM.

I. ID Apoſtolicis Conſtitutionibus vetitum.
Conſtitutio a S. Pio V hac de re data.
II. Ipſius declaratio.
III. De Cœnobiis omnibus intelligenda.
IV. Gregorius XIII qnaſcunque licentias ingrediendi non ſolum Monialium Monaſteria, ſed etiam Virornm Cœnobia, revocat.
V. Nec tamen derogat declarationihus a S. Pio V datis.
VI. Eiſdem declarationibns favet Urbanus VIII.
VII. Ad Num.XV. Quamplnres Sacræ Congregationis declarationes.
XVI. An Conventnum Fnndatrices in S. Pii V Conſtitutione comprehendantur?
XVII. Qnid Conſtitutiones Ordinis Fratrum Prædicatorum circa præſentem materiam doceant?

I. APoſtolicis Conſtitutionibus cautum eſt, ne Mulieres ingrediantur ſepta Cœnobiorum. ,, Regularium,, inquit *S. Pius V Conſt.XXIX*, data die 24 Octobris 1566 *Tom.V pag.*14: : ,, perſona- ,, rum, quæ relicto ſeculo, Dei ſe obſequio dedica- ,, cunt, pro commiſſo Nobis officio quieti conſulere ,, cnpientes, ad ea removenda, qnæ religioſum ea- ,, rum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram ,, libenter impendimus, ut nulla re, quæ eas a divino ,, cultu avocet, præpeditæ, ſecundum Ordinum ,, ſuorum regularia inſtituta, & Decretum Sacri Con- ,, cilii Tridentini, tranquillis mentibus gratum Al- ,, tiſſimo impendere poſſint famulatum. Quia igitur, ,, & Carthuſienſium Ordinis, & aliorum regularem ,, vitam profeſſorum, quies non parum ſolet, ſicut ,, accepimus, perturbari, propterea quod Mulieres, ,, modeſtiæ matronalis oblitæ, Domus, ae Monaſte- ,, ria eorum, contra ipſornm inſtituta, prætextu ,, Confeſſionalium, aut aliarum literarum Apoſtoli- ,, carum, ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, ,, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus ali- ,, quando reeuſantibus, & renitentibus, non ſine ,, magna eorum moleſtia, nec ſine gravi laicorum ,, etiam offenſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti ,, nimis facile videantur, huic rei providere volentes ,, motu proprio, & ex propria ſcientia, ac de Apo- ,, ſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas ,, facultates, ac licentias ingrediendi Monaſteria, ,, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcun- ,, que Regularium Ordinum, etiam Mendicantium, ,, Mulieribus cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, ,, eonditionis, & quacunque dignitate, & præemi- ,, nentia præditis, Comitiſſis, Marchioniſſis, Du- ,, ciſſis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & ,, formis, & cum quibuſcunque, etiam derogatoria- ,, rum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacio- ,, ribus, & inſolitis elauſulis, neenon irritantibus ,, decretis, ab Apoſtoliea Sede quomodocunque ,, conceſſas, quarum tenores perinde, ac ſi de verbo ,, ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volu- ,, mus pro expreſſis, tenore præſentium, revocamus, ,, & caſſas, irritas, & inanes eſſe decernimns, di- ,, ſtricte prohibentes, Mulieribus quidem prædictas ,, facultates, & licentias prætendentibus, ſub excom- ,, munieationis latæ ſententiæ pœna, poſtquam harum ,, literarum notitiam habuerint, a qua non poſſint niſi ,, a Nobis, aut a Romano Pontifice, qui pro tempore ,, fuerit, abſolvi, præterquam in mortis articulo, ,, ne dictas domos, & Monaſteria ingredi audeant, ,, ipſis vero Monaſteriorum, & Conventuum Abba- ,, tibus, Præpoſitis, Prioribns, & aliis Præſidenti- ,, bus, quocunque nomine vocentur, & eorum Mo- ,, nachis, Canonicis, & Fratribus, ſive Mendican- ,, tibus, ſive non Mendicantibus, ſuh privationis ,, officiornm, quæ in præſenti obtinent, & inhabili- ,, tatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpen- ,, ſionis a divinis, ipſo facto ſine alia declaratione, ,, incurrendis pœnis, ne eas introducere, vel admit- ,, tere præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, ac ,, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ,, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus au- ,, tem, quod hæ literæ ad valvas Baſilicæ Beati Petri ,, Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra, ,, atque in Acie Campi Floræ de more publieentur. ,, Quia vero difficile foret has literas ad omnia loca ,, deferri, volumus, & declaramus, nt earum exem- ,, plis, & tranſumptis manu ſcriptis, vel impreſſis, ,, & manu alienjus Notarii publiei ſubſcriptis, & ſi- ,, gillo alicnjus Prælati munitis, ubique fides ha- ,, beatur,

,, beatur, ac ſi præſentes exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ.
,, Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris
,, die XXIV Octobris MDLXVI, Pontificatus noſtri
,, Anno Primo.

II. Quonam modo ſit intelligenda Conſtitutio, quæ prohibuit, ne Mulieres ingrediantur ſepta Cœnobiorum, declarat *S. Pius V Conſt. XCII*, data die 16 Julii 1570 *Tom.V pag.244* dicens: ,, Decet Roma-
,, num Pontificem, certiſſimum mentis ſuæ interpre-
,, tem, ſi quandoquidpiam dubietatis in literis ab eo
,, emanatis occurrit, ſuæ declarationis oraculo quam-
,, primum explanare. Cum alias a Nobis emanave-
,, rint quædam literæ in ſimili forma Brevis, ſub die
,, vigeſima quarta Octobris MDLXVI, Pontificatus
,, noſtri Anno Primo, in quibus Mulieribus quibuſ-
,, cunque Monaſteriorum Regularium ingreſſus cum
,, derogatoriis clauſulis, & irritantibus decretis pro-
,, hibetur, & alias, prout in illis plenius continetur.
,, Nos intuitu, & in favorem Congregationis Montis
,, Virginis, aliquas dubitationes, quæ circa dicta-
,, rum literarum, & mentis noſtræ intelligentiam
,, oriri poſſent, elucidare, & ſubmovere volentes,
,, ſupplicationibus dictæ Congregationis Nobis ſuper
,, hoc humiliter porrectis inclinati, Apoſtolica aucto-
,, ritate, tenore præſentium, dicimus, & declara-
,, mus, fuiſſe, & eſſe mentem, & intentionem no-
,, ſtram, quod dictæ noſtræ literæ non ſolum compre-
,, henderent, & comprehendant Mulieres habentes,
,, & habere prætendentes facultatem, & indulta in-
,, grediendi Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſ-
,, cunque Mulieres alias tam in genere, quam in
,, ſpecie, ſignificantes nihilominus, prout ſi-
,, gnificamus, quod propter hoc, & prædictas no-
,, ſtras literas non intelleximus, nec intelligimus,
,, quod Mulieribus præcluderetur, nec præcludatur
,, aditus ad Monaſteria, & loca Regularia dictæ Con-
,, gregationis, ac eorum Clauſtra, quando in eis
,, Miſſæ, & alia Divina Officia celebrantur, ac dum
,, Proceſſiones fiunt, & quando Chriſtifidelium ca-
,, davera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia
,, fiunt, ſed libere perpetuo concedimus eiſdem om-
,, nibus Mulieribus facultatem, ut ad illa loca dictæ
,, Congregationis, in quibus dicta pia opera exer-
,, centur cum aliis Catholicis perſonis accedere libere,
,, & licite poſſint, & valeant, & ſimiliter quod quan-
,, do Divinum verbum in Clauſtris Monaſteriorum,
,, & Regularium locorum Congregationis hujuſmodi
,, proponitur, vel per aliam quamcunque cauſam
,, tantus concurſus populi fuerit, quod commode in-
,, gredi non poſſint, & egredi per portam Eccleſiæ,
,, perpetuo concedimus, ut dictæ Mulieres una cum
,, aliis Secularibus perſonis poſſint ingredi, & egre-
,, di per portam Clauſtri Monaſteriorum, & locorum
,, Regularium Congregationis hujuſmodi, dummodo
,, recto tramite accedant ad portam, qua exitur e Mo-
,, naſterio, ſicque volumus pariter, & indulgemus,
,, decernentes præſentes de ſubreptionis, vel obreptio-
,, nis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ,
,, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari non
,, poſſe, ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, &
,, ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis
,, auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuili-
,, bet, quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-
,, cultate, & auctoritate, judicari, & definiri debe-
,, re, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his
,, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel igno-
,, ranter contigerit attentari.

III. Quod in præcedenti Conſtitutione de Monaſteriis Congregationis Montis Virginis legitur, id etiam de ceteris omnibus Cœnobiis intelligendum, declaravit idem S. Pius vivæ vocis oraculo, quod habetur inter ipſius Conſtitutiones. Eſt CXXXII, data fuit die 27 Januarii 1568 = Nos Alexander = Tomo VII pag.181.

IV. Quaſcunque licentias ingrediendi non ſolum Monialium Monaſteria, ſed etiam Virorum Cœnobia, revocaſſe Gregorium XIII, liquet ex ipſius Conſtitutione CXXXVII, data die 13 Junii 1575 = Ubi gratiæ = Tom.VII pag.189.

V. Hæc tamen Conſtitutio Gregoriana nullatenus derogat præcedentibus declarationibus a S. Pio V datis: Quin immo ipſemet Gregorius XIII non diſſimilem dedit pro Toletano Cœnobio S. Petri Martyris, uti videre eſt ex ipſius Conſt.CL, data 26 Julii 1583 = Antonius = Tom.VII pag.197. Adeas *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.IV Quæſt.XIX pag.60.

VI. Urbanus etiam VIII Conſtit.LXXII, data 8 Maii 1634 = Nuper pro parte = Tom.VI pag.94, proceſſiones, ſeu ſupplicationes, non ſolum per primum, ſed etiam per ſecundum clauſtrum Cremonenſis Cœnobii, cum interventu tam virorum, quam mulierum, fieri, libere, ac licite poſſe, conceſſit.

VII. Quibus addenda quæ *Nicolius* refert in Floſculis; verbo: *Clauſtrum*: pag.68 ex S. Congregationis Epiſcop. & Regular. Regeſtis. ,, Debent Fratres
,, eorum clauſuras terminare, ſignaque apponere,
,, quæ ſi ulla mulier tranſgrediatur, incidat in pœnas
,, Conſtitutionis Pii V,,. In una Cappuccinorum die 18 Aprilis 1605.

VIII. ,, Quoad Monaſteria quæ fabricantur de no-
,, vo, in quibus adhuc non habetur Conventus for-
,, matus, non incidunt: & generaliter nulli, ubi nun-
,, quam fuit ſolitum tenere niſi unum Monachum, &
,, unum Converſum, neque Hoſpitia, quo deferun-
,, tur Regulares ægroti. In aliis vero ſic; licet ingre-
,, diantur occaſione fabricæ, ut cæmentariis deſer-
,, viant. In Eugubina 8 Aprilis 1577: & 29 Novembris 1576: ac 1584. Vide inferius.

IX. *Nec incidunt, qui vadunt in prima clauſtra ad hauriendam aquam, modo Conventus habeat alia clauſtra invia mulieribus*. In Veneta 16 Maii 1582: & in Aſſiſien. 27 Septembris 1583.

X. *Nec quæ in hortum a clauſura ſeparatum clave, & muro convenienti: ſecus in conjunctum*. In una Dominicanorum 24 Aprilis 1582: & in Lauden. 13 Septembris 1583: ac in Arben. 3. Junii 1606.

XI. *Maxime ſi ſit muro cinctus, vel fovea circumdatus*. Die 16 Octobris 1578.

XII. *SS. D. N. die 4 Novembris 1579 declaravit, puellam quatuor annorum, in Regularium Monaſterium ingreſſam, non incurriſſe: & ad hoc quod incurrat, oportere puellam eſſe majorem ſeptennio*. In Terdonen.

XIII. Circa Cœnobiorum fabricam *Lantuſca* in Theatro Regular. Verbo: *Clauſura Conventuum*: Num.1, aliud S. Congregationis Epiſcop. & Regular. Decretum anno 1588 die 4 Octobris datum refert his verbis: ,, In locis ubi tres tantum, vel quatuor Fra-
,, tres morantur ad curam Fabricæ, ibi non eſt clau-
,, ſura, tam in Sylvis, quam in Hortis: nihilominus
,, ſi Fratres introduxerint Mulieres ubi ipſi habitant,
,, dormiunt, edunt, ſint pœnitentiati, & eorum offi-
,, ciis priventur, ac inhabiles reddantur in futurum.
,, Verum quidem eſt, quod ubi eſt conſuetudo, quod
,, Mulieres deferant calcem, & petras, ac ſimilia,
,, licet ibi adeſſet Guardianus, & Mulieres ingreſſæ
,, fuiſſent pro expeditione Fabricæ in Hortum, vel
,, Sylvas, aut partem Monaſterii clauſi, qua ſit Fa-

,, brica

,, brica, dummodo non ſe conferant in partem ubi ha- ,, bitant, vel dormiunt, aut comedunt dicti Fratres, ,, non incidunt in Excommunicationem, prout de- ,, claravit Congregatio Epiſcop. & Regular. ,, Vide *Donatum* loco mox laudando, Quæſt.XVIII pag.60.

XIV. Sacriſtiam, Choro Monaſterii Religioſorum contiguam, comprehendi ſub clauſura, declaravit S. Congregatio Epiſcop. & Regular. anno 1615. die 10 Auguſti in Sulmonen., apud *Barboſam* in Concilium Tridentinum Seſs.25 de Regul.& Monial.Cap.5 pag.393. Verum ſi Sacriſtia ſit Eccleſiæ ſic conjuncta, ut ab illa minime ſeparetur, & ab Eccleſia ad illam directe fiat acceſſus, tunc quia pars Eccleſiæ, & illius officina cenſetur, Mulieres Sacriſtiam ingredi poſſe, docet *Donatus* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.IV Quæſt.XII pag.57, & hoc eſſe ſine controverſia, dicit.

XV. Verba Pontificii Brevis concedentis Indulgentiam omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus Capellam intra Clauſtra Regularium ſitam viſitantibus, non eſſe ſic accipienda, ut comprehendant Capellam in ipſo dormitorio conſtructam, ideoque nullam per illa verba tribui facultatem Mulieribus ingrediendi Clauſtra, declaravit Sacra Congregatio Indulgentiarum die 13 Maii 1679, apud *Monacellum* in Formular. Leg. Pract. Parte I in Appendice pag.462.

XVI. Conventuum Fundatrices in Conſtitutione S. Pii V comprehendi docet *Donatus* loco laudato Quæſt.X pag.56. Verum notat ibidem: ,, Quod prædictum Statutum Pii V non derogat Regulæ Sancti ,, Franciſci de Paula, nec alterius, ſi qua ſit illi ſi- ,, milis, qua cavetur, ut ſingulæ Dominæ de Stirpe ,, Regia procreatæ, ac etiam omnes dicti Ordinis ,, Fundatrices, cum honeſta comitiva, poſſint ſepta ,, communiora viſitare, prout Sacra Congregatio, ,, juſſu Gregorii XIII, declaravit: & habetur in acti- ,, bus trium Capitulorum, a Patre Paſſarello compi- ,, latis: & refert authentice quoad totum factum Lau- ,, rentius Peyrinus Tom.I Privileg. Minimor. in Con- ,, ſtitut.VI Julii II Num.VI §.III, ſubdie 21 Novem- ,, bris 1577 Rodriq.Tom.I Quæſt.XLVIII Art.I:& Fe- ,, ſtus in Summar. Conſt. Dominican. Cap.XVI de ,, ingreſſu Mulierum in fine.

XVII. Quid Conſtitutiones Ordinis Fratrum Prædicatorum circa præſentem materiam doceant, habes Diſt.II Cap.I Textu V, ubi Lit.K Gloſa meminit Brevium S. Pii V, & Gregorii XIII, ac vivæ vocis Oraculi ejuſdem S. Pii, de quibus ſupra dictum fuit. Quibus relatis, ſic loquitur Gloſa: ,, Iſtud vivæ ,, vocis Oraculum fuit factum Illuſtriſſimo, ac Re- ,, verendiſſimo D. Cardinali Alexandro Cribello an- ,, no Domini 1568: cui etiam declaravit Sua Sancti- ,, tas, in ceteris ſervandum eſſe ſuum motum pro- ,, prium ,, (incipien. *Regularium*, de quo ſupra) ,, in omnibus Conventibus noſtri Ordinis, ſub pœnis ,, ibidem expreſſis ,,. Ex quo liquet, nihil opponi poſſe, ut iſtius vivæ vocis Oraculi vis eludatur. Primo ſiquidem, inſtar legis habetur in Conſtitutionibus noſtris. Secundo, Cardinalis iſte per id tempus Familiæ noſtræ Protector, & Officialis erat Summi Pontificis: quod unum ſatis eſſet, ut evincerem, ex alibi dictis, iſtud vivæ vocis Oraculum non eſſe recenſendum ea inter quæ revocata fuerunt. Vigent igitur hodie quoque pœnæ latæ contra Mulieres temere ingredientes Cœnobia, & Religioſos ipſas præſumptuoſe, vel introducentes, vel admittentes. Quænam ſint illæ pœnæ, habes ex ipſiſmet Diplomatibus Apoſtolicis. Si quid aliud hac de re peroptes, adeas *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.IV a Quæſt.XXVI ad XXXIV, ubi fuſiori calamo de pœnis illis diſſerit. Huc ſpectat Confirmatio V Capituli Generalis Romæ 1686, cujus hæc verba: ,, Confirmamus, quod in poſtremo Capitulo ordina- ,, tum eſt Ordinatione quinta de ſtricta in noſtris ,, Conventibus Clauſura ab ingreſſu Fœminarum, ,, ſub Excommunicatione interdicta, comprehen- ,, dendo ſub clauſura omnes cameras, & officinas, ,, quæ licet extra commune dormitorium exiſtant, ,, nihilominus a Religioſis inhabitantur..... Priores ,, autem, vel Præſidentes, qui ſub quocunque præ- ,, textu perſonam diſparis ſexus ad clauſuram admi- ,, ſerint, ipſo facto ſuis officiis privati exiſtant, ,, abſque alia Superiorum declaratione.

QUÆSTIO XIX.

Quid Mendicantium Ordinum Protectoribus ſit agendum, & quænam ipſorum auctoritas?

SUMMARIUM.

I. Id a Sixto IV præſcriptum.
Qui Conſtitutionem a Gregorio XI editam renovat.

II. Eaſdem Gregorii XI, ac Sixti IV Conſtitutiones, & aliam Julii II confirmat Innocentius XII:
Qui inſuper ea de re varia præſcribit.

I. QUid Protectoribus Ordinum Mendicantium ſit agendum, & quænam eorundem auctoritas? decernit *Sixtus IV Conſt.XXIV Tom.III pag.495*: Hujus tenoris eſt: ,, Sixtus Epiſcopus, Ser- ,, vus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memo- ,, riam. Sacra Minorum Religio, quæ agrum mi- ,, litantis Eccleſiæ, ſanctis operibus, & exemplis ,, copioſiſſime fœcundat, & ſapientiæ ſplendore Ca- ,, tholicam illuſtrat Eccleſiam, tanto uberioribus ,, fructibus fertilior eſſe conſpicitur, quanto in ſe ,, quietior permanet, & conſilii, & major, prom- ,, ptiorque a ſubditis ejuſdem Ordinis Fratribus ſuis ,, Prælatis obedientia exhibetur, nulliuſque extrin- ,, ſeci impedimenti perturbationibus agitatur, & mo- ,, leſtatur, quin in ea caput unum ſit, & eſſe videa- ,, tur, a quo omnia dictæ Religionis negotia, & cau- ,, ſæ adminiſtrentur, & cui omnes, & ſinguli dicti ,, Ordinis Fratres pareant, & illius ſubiaceant diſci- ,, plinæ. Dudum ſiquidem Gregorius XI Prædeceſſor ,, noſter, cognito, quod nonnulli dicti Ordinis ,, Protectores. dum majorem, quam eis ex ejuſdem ,, Ordinis Regula conceditur, auctoritatem vindica- ,, re, & uſurpare ſibi ipſis voluerunt, vera ſubdito- ,, rum præfati Ordinis ad ſuos Prælatos obedientia ,, ſubmovebatur, unde perturbationes, inconve- ,, nientia multa, inutiles Fratrum diſcurſus, & gra- ,, via ſcandala fuerant exorta, in magnam ipſius Or- ,, dinis jacturam, præjudicium, & detrimentum, ,, literas ſequentis edidit tenoris: Gregorius Epiſco- ,, pus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei ,, Memoriam. Cunctos Chriſtifideles, ſuper quibus ,, curam ex debito officii Summi Pontificis gerere ,, obligamur, per Præſidentes eiſdem, ſic caritative, ,, ſicque provide, ac juſte cupimus gubernari, quod ,, illi in viam mandatorum Domini dirigantur, & hi ,, ex merito præſidialis ſolicitudinis, uberius ſupernæ ,, remunerationis præmium nanciſcantur. Sed Nos ,, nimirum in illis deſideramus ardentius, & affectuo- ,, ſiori ſtudio procuramus, quorum alii a mundanis ,, abſtracti, & gravibus pœnitentiis dediti, cæleſtibus,

,, inhiant

,, inhiant, & ad illa, per contemplationis pennas,
,, ſuavius, & altius elevantur, ut Aquilæ, & cum
,, Maria parte optima perfruuntur. Alii vero ſan-
,, ctam ſolicitudinem Marthæ ſectantes, celebrationi
,, divinoram vacant ſolertius. Alii diſcunt, & do-
,, cent Dei ſcientiam, & alii plebem inſtruunt in ea-
,, dem, aliique ferventioris ſpiritus ardore ſuccenſi,
,, non timentes, ſed amantes, barbaras Nationes,
,, ad illarum converſionem pergunt intrepidi, ut va-
,, leant ad Dominicam aream multos afferre manipu-
,, los, & de talentis eis creditis, bonam Domino red-
,, dere rationem. Hi profecto ſunt Fratres Minorum
,, Ordinis, in Dei Eccleſia multiplicibua ſplendori-
,, bus radiantes, quorum ſonus prædicationis, &
,, ſanctitatis opera, præ ceteris Religionum profeſſori-
,, bus, uſque ad extremum terræ noſcitur exiviſſe.
,, Hi ſunt, quos Deus numero multiplicavit, &
,, meritis, quibuſqne, ſicut & aliis bene currentibus
,, in ſtadio militantis Eccleſiæ, æternum bravium,
,, quod certatim apprehendere ſatagunt, elargitur.
,, Et propterea Nos de ipſis digne curam vigilem ge-
,, rimus, ut eos in his ſanctis operibus, nil impediat,
,, nil perturbet, ſed ipſi opportuna quietis dulcedine
,, potiantur. Sane cum in B. Franciſci Regula, cu-
,, jus iidem Fratres exiſtunt, hæc verba continean-
,, tur expreſſe videlicet: Per obedientiam ad hoc in-
,, jungo Miniſtris, ut petant a DD. Papa unum
,, de S. R. E. Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Pro-
,, tector, & Corrector iſtius Fraternitatis, ut ſemper
,, ſubditi, & ſubjecti pedibus ejuſdem S. R. E., ſtabi-
,, les in Fide Catholica, paupertatem, & humilita-
,, tem, & S. Evangelium D. N. J. C., quod firmiter
,, promiſimus, obſervemus. Iidem Fratres exiſten-
,, tes pro tempore hujuſmodi Protectores dictæ Ro-
,, manæ Eccleſiæ Cardinales ſucceſſivis temporibus
,, petierunt a Sede Apoſtolica, & etiam habuerunt,
,, ſed aliqui eorundem Protectorum, putantes forte,
,, bene, & licite, a certis temporibus citra, ſuam
,, potaſtatem nimium extendiſſe dicuntur in pluribus,
,, ex quibus in ipſo Ordine gravia, perturbationes,
,, & ſcandala ſunt exorta. Nos igitur, ut idem Or-
,, do, in ſua primæva quiete, remaneat, de virtute,
,, in virtutem ear aſſidue, & quibuslibet amotis
,, præpedimentis, ecadicatiſque ſpinis, & tribulis, fru-
,, ctum non ſolum conſuetum, ſed etiam uberiorem
,, afferat, ad radicalem ſubmotionem turbationum,
,, & ſcandalorum hujuſmodi, jam exortorum, &, ne
,, oriantur in poſterum, providere, ac ejuſdem Or-
,, dinis Protectoribus, qui erunt pro tampore, cum
,, nullus ſit ad præſens Ordinis præfati Protector,
,, tranſgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere,
,, efficaci remedio cupientes, auctoritate Apoſtolica,
,, eiſdem Protectoribus diſtrictius inhibemus, ne
,, præſumant, quæcunque ordinata, ſtatuta, ſive
,, diſpoſita, aut ordinanda, ſtatuenda, ſeu diſpo-
,, nenda per Generalia, vel Provincialia, aut Cuſto-
,, dialia Capitula, infringere, reprobare, corrigere,
,, ſuſpendere, diſpenſare ſuper ipſis, ſeu contra ea,
,, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, niſi
,, contra præmiſſos articulos in præfata Regula, ut
,, præfertur, poſitos, vel aliquem ipſorum exiſteret
,, manifeſte, aut quemeunque Prælatum, ſeu Officia-
,, lem dicti Ordinis, ſeu alicujus loci ejuſdem, quocun-
,, que nomine nuncupetur, ponere, ſeu inſtituere,
,, aut deponere, deſtituere, ſeu privare, aut a ſuo
,, officio ſuſpendere, ſeu impedire ſuper ejus libero
,, exercitio quovis modo, aut aliquem Fratrem Or-
,, dinis antedicti ad Lectoratum, aut quamcunque
,, lecturam, ſeu ſtudium, vel gradum promovere,
,, aut promotos ab eis, removere, ſeu etiam revo-
,, care, aut de loco ad locum mittere, aut mutare,
,, ſive alicui Fratrum eorundem eundi ad quodcun-
,, que Monaſterium, vel locum alium, aut domi-
,, nium, vel aliquam perſonam, licentiam impertiri.
,, Et, ne inſuper, quemvis ſingularem Fratrem
,, memorati Ordinis, de quocunque crimine, vel
,, delicto punire, vel a pœna, ſeu pœnitentia libe-
,, rare, aut eam minuere, augere, vel immutare,
,, aut etiam alicui Fratri, locum, cameram, cellam,
,, libros, aut alias res dicti Ordinis concedere, vel
,, ejus uſui deputare, aut quæcunque per Prælatos
,, ejuſdem Ordinis, aut alios deputata, quomodoli-
,, bet amovere. Nec etiam de rebus, aut correctione
,, Fratrum dicti Ordinis, niſi in caſibus præmiſſis,
,, contentis in præfata Regula, ſeu eorum aliquo,
,, ſe aliquatenus intromittere, quovis modo, ita
,, quod dictus Ordo, ſeu Fratres ejuſdem Ordinis
,, in nullo ſubſint futuris Protectoribus, niſi dunta-
,, xat in caſu, quo ipſorum Fratrum Communitas,
,, vel Generale Capitulum, quod abſit, a prædictis
,, articulis, vel eorum aliquo, deviarent; Alioquin,
,, ſi ſecus fecerint, id decernimus, irritum, & inane.
,, Et nihilominus Fratres, qui contra hujuſmodi inhi-
,, bitionem noſtram, quidquam impetrabunt, ſeu
,, poſt inhibitionem hujuſmodi, utentur etiam per
,, alios impetratis, puniantur illis pœnis, quibus
,, eſſent pro gravibus culpis ſecundum ſtatuta dicti
,, Ordinis puniendi, & ſint nihilominus actibus pri-
,, vati legitimis, a ſuis, ſi quæ habent, ſuſpenſi offi-
,, ciis ipſo facto. Ceterum Nos eoſdem futuros Pro-
,, tectores hortamur attentius, quod per facti effica-
,, ciam, ſic nominis ſui officii procurent effectum,
,, quod Ordo ipſe, per eos non lædatur in aliquo,
,, ſed potius ab adverſis, ſi quando forſitan immine-
,, bunt, ſuo opportuno defenſionis clypeo protega-
,, tur, & a noxiis præſervetur, ſic acturi proinde,
,, & æquitatis, ac modeſtiæ limites, ſervaturi, ut non
,, trahatur ad noxam, quod proviſum extitit ad ſalu-
,, tem, ſed ex caritativis geſtis eorum, Ordo præfatus,
,, quietem, & conſolationem percipiat, & Protecto-
,, res magnum apud Deum præmium ſortiantur, &
,, ſuper contrario non oporteat, dictæ Sedis provi-
,, dentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo
,, omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhi-
,, bitionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu
,, temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
,, præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,
,, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe nove-
,, rit incurſurum. Datum apud Pontem Sorgiæ,
,, Avenionen. Diœceſis, VI Kal. Junii, Pontificatus
,, noſtri Anno III. Nos autem, cum in minoribus
,, conſtituti ipſius Ordinis Generalis Nobis cura, &
,, & adminiſtratio incumberet, ſaluberrimum, ac
,, opportunum, & neceſſarium dicto Ordini eſſe
,, conſpeximus, ut Protectores ultra præfixum ab
,, ejuſdem Ordinis Regula auctoritatem non exten-
,, derent, nam experti ſumus, & vidimus, quanta
,, pax, quies, utilitas, quantaque commoda præfato
,, Ordini, ac Fratribus ejuſdem ex firma, & incon-
,, cuſſa dictarum literarum obſervantia provenerunt,
,, quæ, & quantæ perturbationes, jacturæ, in-
,, commoda, damna, & gravia ſcandala, in dicto Or-
,, dine ſuſcitata ſunt, quoties dicti Ordinis Protecto-
,, res, ſuæ auctoritatis limites excederunt, atten-
,, tantes in particularibus dicti Ordinis, & Fratrum
,, ejuſdem cauſis, & negotiis ſe intromittere, &
,, uſurpata ſibi auctoritate, ea videre, cognoſcere,
,, judicare, & decernere voluerunt; Cupientes, ut
,, Religio,

„ Religio, & Ordo præfatus, quem affectuoſiſſima caritate complectimur, utpote quia in eo a tenaria annis enutriti, & doctrina, ac Regularibus diſciplinis, & moribus, inſtituti fuimus, ac, uti firma fide tenemus, certiſſimiſque in Nobis experimentis didicimus, ad officia, & dignitates, ad quas in minoribus promoti fuimus, & ad hunc ipſius Summi Pontificatus apicem, meritis, & precibus Seraphici illius Patriarchæ Franciſci ejuſdem Ordinis Patris, & Fundatoris, provecti ſumus, quieto conſiſtens ſtatu, virtutibus, & meritis, augeatur, & multiplicetur, ac ſolidum fundamentum ex ejuſdem Ordinis Fratrum operibus, & exemplis, ſapientiæ ſplendore, & fructuoſis ſtudiis, & prædicationibus proveniat, promptiſſimo, & liberali animo, ut dignum cenſemus, & debitum, ea, quæ pro ipſius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & proſperitate, a Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, provide ſtatuta, & ordinata ſunt, ut illibata perdurent, noſtræ approbationis munimine ſolidamus, interpretamur, & declaramus, prout ipſius Ordinis tranquillitati conſpicimus ſalubriter expedire. Ut igitur de cetero ipſius Ordinis profeſſoribus omnibus evagandi extra Religionem occaſio tollatur, & vera ſuis Prælatis obedientia, in qua ipſius Religionis verius, & ſolidum firmamentum, & robur conſiſtit, exhibeatur, præfatique Ordinis, & Fratrum ejuſdem negotia, & cauſæ non alibi, neque per alios, quam in ipſo Ordine, & ipſius Prælatos tractentur, agitentur, judicentur, & determinentur, dilecti filii Zaneti de Utino Generalis dicti Ordinis Miniſtri, & totius Generalis Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinati, inhibitionem, & literas prædictas Prædeceſſoris præfati, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & per eas Protectori præfato, qui in tempore erit, niſi in illis caſibus, & articulis in Regula dictorum Fratrum expreſſis, & præfati Prædeceſſuris literis declaratis, neque in illis, dum non univerſi, ſed aliqui ipſius Ordinis profeſſores, in quovis numero, a Fidei unitate, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia, deviarent, vel Regulam præfatam non ſervarent, ſed de eorundem deviantium, & non obſervantium Regulam, correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet cauſis, & negotiis dicti Ordinis, ſe impediat, inhibitum fore, dicta auctoritate decernimus, & declaramus. Hortamurque illum, qui ad officium Protectoris hujuſmodi, quod impræſentiarum per obitum bonæ memoriæ Beſarionis Epiſcopi Sabinen. dicti Ordinis olim Protectoris, nuper vita functi, vacat, aſſumi, & deputari contigerit, & ipſius Succeſſores dicti Ordinis Protectores, ac eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo inhibemus, ne extra prædictos articulos, & caſus in Regula prædicta contentos, & expreſſos, nec etiam in illis, cum non univerſus Ordo, ſed aliqua ipſius pars, & ſpecialis perſona erraret, ipſorum Fratres querelas audire, ſeu de ipſorum cauſis, & negotiis, contra literas, & declarationem hujuſmodi intromittere ſe quoquomodo præſumant, ſed curent, ut eſt eorum proprium officium, & præfati Sancti Franciſci, & Apoſtolicæ Sedis intentio extitit, ipſum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico ſtatu conſervare, & augere, & ab impugnantibus, moleſtantibus, & perturbantibus defendere, & tueri, ne ſecus agendo, Ordinem præfatum non ſolum non protegant, conſervent, & exaltent, ut tenentur, ſed in animarum ſuarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & ſcandalum, confundant, & deſtruant. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Secundo, Quinto Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

II. Innocentius XII. Conſt.XI, data 16 Februarii 1694 = Chriſti fidelium = Tom.VI pag.404 prælaudatas Gregorii XI, ac Sixti IV, & aliam Julii II, Conſtitutiones renovat, & firmat; ac ſtatuit, ut in omnibus & ſingulis quorumcunque Regularium Ordinibus, hujuſmodi Protectorum curæ commiſſis, una & eadem pariformis talium Protectionum ſit, & perpetuo debeat eſſe regula, & diſciplina: ipſiſque Protectoribus multa adimit, ut ex ipſius Conſtitutione videre eſt. „ Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Chriſtifidelium, qui ſpretis ſeculi hujus illecebris ſub ſuavi Religionis jugo divini Numinis ſeſe mancipaverunt obſequiis, ſalubriori regimini, & felicioribus in Domino progreſſibus, quantum Nobis ab alto conceditur, proſpicere ſatagentes, inter multiplices curas, quibus occurentium rerum, negotiorumque varietatibus obſidemur, ad illam quoque noſtræ conſiderationis aciem dirigimus, per quam hujuſmodi Religioſorum Ordines S.R.E. Cardinalium protectioni commiſſi, ita ejuſdem protectionis perfruantur ſubſidio, ut clauſtralis diſciplinæ vigor illibatus permaneat, inſtitutique obſervantia ſarta, tecta ſervetur, ac propterea quæ curæ hujuſmodi Protectorum, & quæ cenſuræ Superiorum regularium reſpective, & magis apte conveniunt, congrua diſtinctione ordinentur, ſeu potius, quæ reſpectu alicujus Ordinis, per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros provide deſuper ordinata noſcuntur, quo ad illum confirmationis noſtræ munimine conſtabiliantur, & quo ad eundem, & alios Ordines, præfatis Protectoribus, ſive ſimiliter, ſive diſſimiliter commendatos, pro una, eademque regula, ad limites tamen præſentium, pariformiter conſtituantur. Sane licet Sanctus Franciſcus de Aſſiſio in ejus Regula, per Sedem Apoſtolicam confirmata, hiſce verbis præceperit: Per obedientiam ad hoc injungo Miniſtris, ut petant a Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis, ut ſemper ſubditi, & ſubjecti pedibus ejuſdem S.R.E., ſtabiles in Fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus: Nihilominus nonnulli Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri Protectoris hujuſmodi facultates declarandas, fineſque, quibus illæ concludi deberent, præſcribendos eſſe, in Domino exiſtimarunt, ſuiſque deſuper editis literis decreverunt. Cum enim aliqui eorundem Protectorum ſuam poteſtatem nimium extendiſſe dicerentur in pluribus, ex quibus in Ordine Minorum graves perturbationes, & ſcandala fuiſſent exorta, felicis recordationis, Gregorius Papa XI Prædeceſſor noſter ſuis Sexto Kal. Junii, Pontificatus ſui anno tertio, expeditis literis, ut idem Ordo in ſua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret aſſidue, & quibuslibet amotis præpedimentis, eradicatiſque ſpinis, & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiam uberiorem afferret, ad radicalem ſubmotionem turbationum, & „ ſcanda-

„ ſcandalorum ejuſmodi jam exortorum, &, ne orirentur in poſterum, providere, ac ejuſdem Ordinis pro tempore exiſtentibus Protectoribus transgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupiens, auctoritate Apoſtolica eiſdem Protectoribus diſtrictius inhibuit, ne præſumerent quæcunque ordinata, ſtatuta, ſive diſpoſita, aut ordinanda, ſtatuenda, ſive diſponenda per Generalia, vel Provincialia, aut Cuſtodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, ſuſpendere, aut diſpenſare ſuper ipſis, ſeu contra ea, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, niſi contra præmiſſos articulos in præfata Regula, ut præfertur, poſitos, vel aliquem ipſorum, exiſteret manifeſte. Aut quemcunque Prælatum, ſeu officialem dicti Ordinis, ſeu alicujus loci ejuſdem quocunque nomine nuncuparetur, ponere, ſeu inſtituere, aut deponere, deſtituere, ſeu privare, aut a ſuo officio ſuſpendere, ſeu impedire ſuper ejus libero exercitio quovis modo. Aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad lectoratum, aut quamcunque lecturam, ſeu ſtudium, vel gradum promovere, aut promotos ab eis removere, ſeu etiam revocare, aut de loco ad locum mittere, aut mutare, ſive alicui Fratrum eorundem eundi ad quodcunque Monaſterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam perſonam, licentiam impartiri. Et, ne inſuper quemvis ſingularem Fratrem memorati Ordinis de quocunque crimine, vel delicto punire, vel a pœna, ſeu pœnitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare: Aut etiam alicui Fratri locum, cameram, cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus uſui deputare: Aut quemcunque per Prælatos ejuſdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere: Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum dicti Ordinis, niſi in caſibus præmiſſis contentis in præfata Regula, ſeu eorum aliquo, ſe aliquatenus intromittere quovis modo, ita ut dictus Ordo, ſeu Fratres ejuſdem Ordinis in nullo ſubeſſent futuris Protectoribus, niſi in caſu, in quo ipſorum Fratrum Communitas, vel Generale Capitulum, quod abeſſet, a prædictis articulis, vel eorum aliquo, deviaſſent, alioquin ſi ſecus feciſſent, id decrevit irritum, & inane. Et nihilominus Fratres, qui contra ejuſmodi inhibitionem quidquam impetraſſent, ſeu poſt inhibitionem ejuſmodi uſi fuiſſent etiam per alios impetratis, punirentur illis pœnis, quibus fuiſſent pro gravibus culpis ſecundum ſtatuta dicti Ordinis puniendi, & nihilominus eſſent actibus privati legitimis, & a ſuis, ſi quæ habuiſſent, ſuſpenſi officiis ipſo facto. Ceterum memoratus Gregorius Prædeceſſor eoſdem futuros Protectores hortatus fuit attentius, quod per facti efficaciam ſic nominis ſui officii procurarent effectum, ut Ordo ipſe per eos non læderetur in aliquo, ſed potius ab adverſis, pro tempore forſan imminentibus, ſuo opportuno defenſionis clypeo protegeretur, & a noxiis præſervaretur, ſic acturi provide, & æquitatis, ac modeſtiæ limites ſervaturi, ut non traheretur ad noxam, quod proviſum fuerat ad ſalutem, ſed ex caritativis geſtis eorum Ordo præfatus quietem, & conſolationem perciperet, & ipſi protectores magnum apud Deum præmium ſortirentur, & ſuper contrario non oporteret dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere. Succeſſive recolendæ memoriæ Sixtus Papa IV, etiam Prædeceſſor noſter, qui cum ſibi in minoribus conſtituto memorati Ordinis generalis cura, & adminiſtratio incubuiſſet, ſaluberrimum, opportunum, & neceſſarium dicto Ordini fuiſſe conſpexerat, ut Protectores ultra præfixum ab ejuſdem Ordinis Regula auctoritatem non extenderent, nam expertus fuerat, & viderat, quanta pax, quies, utilitas, quantaque commoda præfato Ordini, & Fratribus ejuſdem ex firma, & inconcuſſa præfatarum literarum dicti Gregorii pariter Prædeceſſoris obſervantia provenerant, quæ, & quantæ perturbationes, jacturæ, incommoda, damna, & gravia ſcandala in dicto Ordine ſuſcitata fuerant, quoties illius Protectores ſuæ auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus dicti Ordinis, & Fratrum ejuſdem cauſis, & negotiis ſe intromittere, & uſurpata ſibi auctoritate ea videre, cognoſcere, judicare, decernere voluerant: Cupiens, ut Religio, & Ordo præfatus, quem affectuoſiſſima caritate complectebatur, utpote quia in eo a teneris annis enutritus, & doctrina, ac regularibus diſciplinis, & moribus inſtitutus fuerat, quieto conſiſtens ſtatu, virtutibus, & meritis augeretur, & multiplicaretur, ut Fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Reipublicæ augmentum, & multiplex, ac ſolidum fundamentum ex ejuſdem Ordinis Fratrum operibus, & exemplis, ſapientia, & ſplendore, ac fructuoſis ſtudiis, & prædicationibus provenirent, promptiſſimo, & liberali animo, uti dignum cenſuit, & debitum, ut ea, quæ pro ipſius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & proſperitate a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus provide ſtatuta, & ordinata fuerant, illibata perdurarent, ſuæ approbationis munimine ſolidavit, interpretatus fuit, & declaravit, prout ipſius Ordinis tranquillitati conſpexit ſalubriter expedire. Præmiſſa igitur dictarum memorati Gregorii Prædeceſſoris literarum inſertione; ac prævia hujuſmodi narrativa, idem Sixtus Prædeceſſor, ut de cetero ipſius Ordinis profeſſoribus omnis evagandi extra Religionem occaſio tolleretur, & vera ſuis Prælatis obedientia, in qua Religionis verum, & ſolidum firmamentum, & robur conſiſtit, exhiberetur, præfatique Ordinis, & Fratrum ejuſdem, negotia, & cauſæ, non alibi, neque per alios, quam in ipſo Ordine, & per ipſius Prælatos tractarentur, agitarentur, judicarentur, & determinarentur, tunc exiſtentis Generalis dicti Ordinis Miniſtri, & totius Generalis Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinatus, inhibitionem, & literas præfatas memorati Gregorii Prædeceſſoris, auctoritate Apoſtolica ſuarum tenore literarum approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit: Et per eas Protectori præfato pro tempore exiſtenti, niſi in illis caſibus, & articulis in Regula dictorum Fratrum expreſſis, & præfati Gregorii Prædeceſſoris literis declaratis, neque in illis, dum non univerſi, ſed aliqui ipſius Ordinis profeſſores, in quovis numero, a Fidei unitate, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deviarent, vel Regulam præfatam non ſervarent, ſed de eorundem deviantium, & non obſervantium Regulam, correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet cauſis, & negotiis dicti Ordinis ſe intromitteret, inhibitum fuiſſe, dicta auctoritate decrevit, & declaravit. Hortatuſque fuit illum, qui ad officium protectionis hujuſmodi, quod tunc per obitum bonæ memoriæ Beſſarionis Epiſcopi Sabinenſis dicti Ordinis, dum viveret, Protectoris, vacabat, aſſumi, & deputari contigiſſet, & ipſius ſucceſſores dicti Ordinis Protectores, ac eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo inhibuit, ne

„ extra

,, extra prædictos articulos, & caſus in Regula præ-
,, fata contentos, & expreſſos, nec etiam in illis,
,, cum non univerſus Ordo, ſed aliqua ipſius pars,
,, vel ſpeciales perſonæ errarent, ipſorum Fratrum
,, querelas audire, ſeu de ipſorum cauſis, & negotiis
,, contra literas, & declarationes hujuſmodi intro-
,, mittere ſe, quoquo modo præſumerent, ſed cura-
,, rent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum
,, Officium, & prædicti S. Franciſci, & præfatæ Se-
,, dis intentio fuerat, ipſum Ordinem in quieto,
,, tranquillo, & pacifico ſtatu conſervare, & auge-
,, re, & ab impugnantibus, moleſtantibus, & per-
,, turbantibus protegere, defendere, & tueri, ne-
,, ſecus agendo Ordinem præfatum non ſolum non
,, protegerent, conſervarent, & exaltarent, ut te-
,, nebantur, ſed in animarum ſuarum perniciem, &
,, dicti Ordinis detrimentum, & ſcandalum, perturba-
,, rent, deſtruerent, & confunderent, ut in ejuſ-
,, dem Sixti Prædeceſſoris Anno Incarnationis Domi-
,, nicæ milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo ſe-
,, cundo, quinto Kalendas Februarii, Pontificatus
,, ſui anno ſecundo, expeditis literis continetur.
,, Quas, ac alias præfatas memorati Gregorii Præ-
,, deceſſoris literas, piæ memoriæ, Julius Papa II
,, etiam Prædeceſſor noſter, qui in minoribus con-
,, ſtitutus, Cardinalatus honore fulgens, dicti Or-
,, dinis Protector viginti ſex annis, & ultra fuerat,
,, dictoſque Fratres tanquam peculiares filios in
,, viſceribus caritatis gerens, eadem commoda, &
,, tranquillitatem ſinceris affectibus exoptabat, præ-
,, via ambarum præfatarum inſertione, aliis ſuis
,, literis ſub Datum Anno Incarnationis præfatæ
,, milleſimo quingenteſimo octavo, Idibus Octo-
,, bris, Pontificatus ſui Anno Quarto, approba-
,, vit, ac earundem ſuarum literarum patrocinio
,, communivit. Cupientes itaque, ut pluries animo
,, attente revolvimus, etiam in hac parte Apoſtolicæ
,, ſolicitudinis ſtudium apponere, ac nolentes ſalu-
,, taris proviſionis remedium jamdiu a Nobis præme-
,, ditatum, ac etiam a quampluribus diverſorum Or-
,, dinum Regularibus ſuppliciter petitum, diutius
,, differre, dictorumque Romanorum Pontificum
,, Prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, Motu proprio,
,, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris,
,, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon de
,, nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum
,, S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Ro-
,, manæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, pru-
,, dentia, & rerum uſu præſtantium, ad hunc effe-
,, ctum de mandato noſtro congregatorum, conſilio,
,, præfatas memoratorum Gregorii, Sixti, & Julii
,, Prædeceſſorum literas tenore præſentium approba-
,, mus, confirmamus, innovamus, & ad primævum
,, ſtatum, priſtinumque uſum reducimus, & reinte-
,, gramus, illiſque in omnibus, & per omnia perpe-
,, tuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.
,, Inſuper, ut in omnibus, & ſingulis quorumcun-
,, que Regularium Ordinibus memoratorum Prote-
,, ctorum curæ commiſſis, ſeu committi conſuetis,
,, una, eademque, & pariformis, hujuſmodi prote-
,, ctionum ſit, & perpetuo eſſe debeat regula, & di-
,, ſciplina, omnia, & quæcunque tam in præfatorum
,, Prædeceſſorum, ut præfertur, confirmatis, quam
,, in præſentibus noſtris literis contenta, in omnibus,
,, & ſingulis, ſive Sancti Franciſci, ſive cujuſcunque
,, alterius Regulæ, vel Inſtituti, ac quomodocunque
,, erectis, reformatis, ſeu exiſtentibus, ac erigen-
,, dis, reformandis, ſeu futuris, & quomodolibet
,, nuncupatis, ſeu nuncupandis Ordinibus, Religio-
,, nibus, Congregationibus, vel Reformationibus
,, tam virorum, quam mulierum, curæ Protectorum
,, Ordinis, cujus illi, ſeu illæ exiſtunt, generaliter
,, commiſſorum, ſeu commiſſarum, obſervanda, atten-
,, denda, ac omnimodæ executioni demandanda eſſe,
,, & fore, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine pa-
,, ribus, hac in perpetuum valitura Conſtitutione ſan-
,, cimus, & mandamus. Et nihilominus, ne hujuſmo-
,, di Protectores in aliquibus negotiis, cauſis, ſeu re-
,, bus, quæ univerſum Ordinem, ſeu totum corpus
,, Religionis non concernunt, ex quacunque cauſa,
,, occaſione, titulo, ſeu prætextu, ſeſe quoquo modo
,, intromittant, ſeu ingerant, etiam tenore præſentium
,, penitus prohibemus, ſtatuimus, atque decernimus.
,, Hinc cum, retento præfatarum a Nobis confirmata-
,, rum, & ad omnes Ordines Regulares extenſarum,
,, ac præſentium noſtrarum literarum themate, con-
,, gruere, & in conſequentiam venire videatur, ut
,, memorati Protectores etiam a cognitione, & defi-
,, nitione cauſarum, ſeu litium, vel negotiorum
,, dictos Regulares, vel eorum bona, jura, domos,
,, aliaque, ut præfertur, particulariter concernen-
,, tium pariter, ſeu magis abſtinerent: Vice autem
,, verſa cauſæ, lites, inſtantiæ, petitiones, vel ne-
,, gotia hujuſmodi, ſive ex indultis, privilegiis, aut
,, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſive ex Regulis, vel
,, Statutis, ſeu Ordinationibus aliquorum Ordinum,
,, ſive ex Declarationibus, vel Decretis dictæ S.R.E.
,, Cardinalium aliquibus Congregationibus præpoſi-
,, torum, ſive ex uſu, vel quacunque conſuetudine,
,, in aliqua inſtantia, ſeu gradu cujuſcunque appella-
,, tionis, vel recurſus a memoratis Protectoribus, ſeu
,, eorum aliquibus hactenus cognita, examinata, ſeu
,, judicata fuerint, vel cognoſci, examinari, ſeu
,, judicari potuiſſe, vel debuiſſe dignoſcerentur, ſeu
,, prætenderentur: Propterea ut modus, forma, &
,, ordo in præfatis confirmatis, & extenſis, ac præ-
,, ſentibus noſtris literis conſtituti, ſuum plenarium,
,, & conſimilem etiam in hac parte ſortiantur effectum,
,, omnibus, & ſingulis præfatis Indultis, Privilegiis,
,, Conſtitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinatio-
,, nibus, Declarationibus, Decretis, uſibus, & con-
,, ſuetudinibus, quorum omnium, & ſingulorum
,, tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent,
,, pro plene, & ſufficienter expreſſis habemus, ple-
,, niſſime, & ampliſſime, motu, ſcientia, & poteſta-
,, tis plenitudine ſimilibus derogamus, & derogatum
,, eſſe volumus, & mandamus, illis alias in ſuo ro-
,, bore permanſuris, ac quamcunque inſtantiam, ſive
,, gradum cujuſcunque appellationis, vel recurſus
,, coram Protectoribus, ſeu ad Protectores hujuſmo-
,, di, removentes, tollentes, ſeu reſecantes, quam-
,, cunque inſtantiam, prout de jure, & juxta Ordinis
,, inſtituta relinquimus, & cujuſcunque appellationis,
,, ſeu recurſus gradum, quem ſingulis Cardinalibus
,, Protectoribus tenore præſentium omnino, & abſo-
,, lute adimimus, ipſis Cardinalibus, inſimul tamen
,, in Congregatione, negotiis, & conſultationibus
,, Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, convenien-
,, tibus, earundem tenore præſentium reſtituimus,
,, concedimus, tribuimus, & impartimur, ſeu verius
,, utrumque, ſeu duplicem appellationis gradum, qui
,, ſuper præmiſſis prius ad Cardinales Protectores
,, præfatos, & ſucceſſive, vel reſpective omiſſo me-
,, dio, ad memoratam Congregationem devolveban-
,, tur, in eadem Congregatione conſolidamus, an-
,, nectimus, & unimus, & ad unum cognitionis, ſeu
,, appellationis gradum reducimus. Ad hæc cum pa-
,, riter ex Indultis, Privilegiis, ſeu Conſtitutioni-
,, bus Apo-

,, bus Apoſtolicis, vel ex Regulis, Statutis, ſeu Or-
,, dinationibus, ſive ex uſibus, & conſuetudinibus,
,, vel alias quoquo modo, aliqua nonnullos Prælatos,
,, Superiores, ſeu alios in aliquibus Ordinibus eligen-
,, di, ſeu deputandi, vel alia quæque facultas, ſen
,, auctoritas, nonnulla quæcunque gerendi, commit-
,, tendi, mandandi, demandandi, ſeu ordinandi præ-
,, fatis Protectoribus, ſeu aliquibus eorum quomo-
,, dolibet attributa, commiſſa, commendata, ſeu de-
,, mandata ſpecialiter, vel generaliter contra formam
,, præfatarum Gregorii, & Sixti Prædeceſſorum lite-
,, rarum exiſtat, binc Nos hujuſmodi electiones, ſeu
,, deputationes ad limites Sacrorum Canonum, ſeu
,, Regularnm, & Inſtituti, vel ad modum, & for-
,, mam in Comitiis Generalibus, ſeu per Nos auctori-
,, tate Apoſtolica ſtatuendum, & ſtatuendam reduci-
,, mus, & reductas eſſe volumus, & mandamus. Quo
,, vero ad cetera, facultatem, ſeu auctoritatem, quam
,, iiſdem ſingulis Cardinalibus Protectoribus in præ-
,, miſſis, & circa ea penitus adimimus, eorundem Car-
,, dinalium Congregationibus, juxta cujuslibet Con-
,, gregationis facultates, congrua congruis referen-
,, do, ſimiliter reſtituimus, concedimus, tribuimus,
,, & impartimur; ſub ea tamen moderatione, ſeu
,, declaratione, ut præfatæ Congregationes in illis
,, duntaxat, quæ ad Protectores hujuſmodi ex Con-
,, ſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſeu
,, ex Statutis, Regulis, vel Conſtitutionibus cujuslibet
,, reſpective Ordinis, non autem ex uſu, conſuetu-
,, dine, vel alias ſpectarunt, loco eorundem Prote-
,, ctorum ſubrogentur, & ſubrogatæ ſint, & intelli-
,, gantur. Quia vero ſæpe ſæpius contingit, ut in
,, cauſis, ſeu negotiis, quæ in memoratis dictorum
,, Cardinalium Congregationibus proponuntur, ex-
,, quiratur ſuper expoſitis informatio, ac quandoque
,, etiam votum, ſeu delegetur reſolutorum executio,
,, eandem proportionem, ſeu diſtinctionem, quam,
,, præmiſimus, etiam in hac parte ſervari mandamus,
,, ut nimirum in reſpicientibus totum Ordinem Pro-
,, tectorum curæ, ut præfertur, commiſſis, ſeu re-
,, lictis, iiſdem Protectoribus; In ceteris vero cauſis,
,, & negotiis, Superiori Generali, ſive Procuratori,
,, Generali, & in utroque, ſeu alterutro caſu, etiam
,, Congregationi ſive Aſſiſtentium, ſive Definitorum,
,, ſive Conſultorum, ſive aliter quomodocunque
,, nuncupatæ hic in Urbe, vel in alio Italiæ loco exi-
,, ſtenti, in qua Ordinis negotia tractantur, ſeu tra-
,, ctari ſolent, vel debent, & quoad illos Ordines,
,, in quibus hujuſmodi inſimul, & continue conve-
,, niens Congregatio non exiſtit, ſeu exiſtit, ſed ex-
,, tra Italiam, eidem Procuratori Generali, vel ſoli,
,, vel inſimul etiam nonnullis aliis ejuſmodi Ordinis
,, Superioribus, ſeu Prælatis, tametſi in diverſis lo-
,, cis in Italia, ſeu extra eam reſpective, ut præfertur,
,, commorantibus, arbitrio ſemper cujuslibet ex præ-
,, fatis Cardinalium Congregationibus, juxta rerum,
,, locorum, & perſonarum qualitates, & circumſtan-
,, tias, reſpective, informatio, & votum, ut præ-
,, fertur, necnon executio hujuſmodi, congrua con-
,, gruis referendo, & ſervata ceteroquin quoad ſin-
,, gulos Ordines forma propriæ Regulæ, ſtatutorum,
,, ſeu Inſtituti, remittatur, delegetur, ſeu commit-
,, tatur. Perpendentes etiam Chriſtianæ Reipublicæ
,, præ ceteris expedire, ut Ordinibus Regularibus
,, Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate,
,, virtutibus, meritis, rerumque experientia præ-
,, ſtantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc ef-
,, fectum omnimodam, & ab humanis reſpectibus un-
,, dequaque immunem, & ſacroſanctam libertatem in
,, illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre,
,, ſed requiri, memoratos Protectores in Domino
,, hortamur, & enixe obſecramus, ac Electoribus pa-
,, riter in Domino, & in virtute Sanctæ Obedientiæ
,, diſtricte præcipimus, ſeu hortationes, obſecratio-
,, nes, & præcepta hujuſmodi renovamus, ut in Co-
,, mitiis, præſertim Generalibus, quibus eoſdem pro
,, tempore præſidere, & reſpective intereſſe conti-
,, gerit, nedum inter ſe, & aliis intra clauſtra de-
,, gentibus, ſed exteris ipſis quibuſcunque etiam Lai-
,, cis, quacunque majeſtate, præeminentia, gradu,
,, & dignitate fulgentibus, propriæ indifferentiæ, ac
,, unici in Dei gloriam, & Religionis bonum reſpe-
,, ctus, ita ſe præbeant ſingulare ſpecimen, & exem-
,, plar, talemque hujus rectæ intentionis, & melio-
,, ris operationis odorem diffundant, ut illi propte-
,, rea vexationes, & importunas commendationes,
,, ubi Spiritus Paraclitus ſpirat, & præſidet, inuti-
,, les, & incongruas eſſe, ſeu fore, certius agno-
,, ſcentes, ab iiſdem prorſus abſtineant, ſeu deſiſtant,
,, indeque tam intrinſecus, quam extrinſecus, omni-
,, bus vexationibus, commendationibus, machina-
,, tionibus, humaniſque finibus eliminatis, & explo-
,, ſis, integra, illibata, & intacta Vocalibus rema-
,, neat eligendi facultas, & tam Superioris Generalis
,, quam aliorum reſpective Prælatorum, undequa-
,, que libera, optima, & canonica ſequatur electio,
,, ad quam cum voto, ſi quod, & eo modo, quo
,, Protectori juxta cujuſque Ordinis Regulas, Sta-
,, tuta, vel alias competit, Deum, ejuſque hono-
,, rem, & gloriam duntaxat præ oculis habens, con-
,, currat. Nolumus tamen abſentium vota, nec
,, Protectoris, nec cujuſcunque alterius, nec etiam
,, ipſarum Cardinalium Congregationum, auctori-
,, tate ſuppleri, ſeu alios Vocales eorundem abſen-
,, tium loco, ſeu vice ſubrogari, deputari, ſeu
,, eligi, ſed jus eligendi in ſolis juxta juris, &
,, Inſtituti regulas ad hunc effectum aſſumptis, &
,, in deſtinatis loco, & tempore convenientibus,
,, conſolidari, ſeu alias, prout de jure, perma-
,, nere omnino volumus, & mandamus. Ut autem
,, præmiſſa omnia, & ſingula eo magis debitum
,, conſequantur effectum, & executioni demanden-
,, tur, ac ad majorem cautelam, ſeu declarationem,
,, omnia, quæcunque, & ſingula, quæ in præmiſſis,
,, confirmatis, ac extenſis, & præſentibus noſtris li-
,, teris ſunt quoquo modo explicite, vel implicite,
,, memoratis Protectoribus interdicta, in poſterum
,, annullamus, caſſamus, & irritamus, ſeu potius
,, nulla, caſſa, inania, irrita, nulliuſque roboris,
,, & momenti ipſo jure, & ipſo facto omni meliori
,, modo declaramus, atque decernimus. Mandantes
,, iiſdem nunc, & pro tempore in futurum exiſtenti-
,, bus Protectoribus, ne cuncta, vel ſingula præmiſſa
,, quoquo modo injungant, faciant, mandent, com-
,, mittant, permittant, ſive tolerent; necnon quibuſ-
,, cunque Regularibus utriuſque ſexus, tum Supe-
,, rioribus etiam Generalibus, tum Subditis ne iiſ-
,, dem omnibus, & ſingulis, ut præfertur, præmiſ-
,, ſis pareant, obediant, morem gerant, adhæreant,
,, ſeu illa tolerent, vel permittant, ſive omnia, vel
,, ſingula præmiſſa quæcunque fiant, ſeu attententur
,, per ſententias, vel decreta, ſive in forma judicia-
,, li, ſive extrajudiciali, tam per patentes, quam
,, per privatas literas, ſeu epiſtolas, ſive per ſe
,, ipſos, ſive per quoſcunque alios, nedum per
,, viam præcepti, juſſionis, mandati, vel commiſ-
,, ſionis, ſed etiam commendationis, & ſive palam,
,, ſive ſecrete, tum in quibuſcunque ſcriptis, tum

,, oretenus,

„ oretenus, & tam directe, quam indirecte, media-
„ te, vel immediate, ac aliis quibuſcunque formis,
„ & modis, nihil penitus omiſſo, præfatorum om-
„ nium conſcientias deſuper onerantes. Propterea
„ omnes, quaſcunque, & ſingulas facultates, aucto-
„ ritates, & juriſdictiones quomodocunque, quali-
„ tercunqne, & quandocunque, tam in genere,
„ quam in ſpecie omnibus, & ſingulis antehac, ſive
„ nunc exiſtentibus Protectoribus hujuſmodi, & tam
„ eorum perſonis, qnam gradui, muneri, vel offi-
„ cio conceſſas, & attributas, vel communicatas,
„ ſeu ab illis quoqno modo exereeri conſuetas, etiam
„ ſpeciali, & individua mentione, moderatione, ſeu
„ revocatione dignas, earundem omnium, & ſingu-
„ larum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſ-
„ ſent, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes,
„ in omnibus, & ſingulis, quæ præmiſſis adverſan-
„ tur, moderamur, reformamus, & ad limites, mo-
„ dum, formam, & tenorem præſentium reducimus,
„ & pro ſic moderatis, reformatis, & reductis habe-
„ ri, cenſeri, & intelligi volumus, & decernimus;
„ Sicque pariter, & non alias quam ſervata forma
„ præſentium, & omnium, ac ſingulorum in illis
„ contentorum facultates, juriſdictiones, & aucto-
„ ritates hujuſmodi, necnon deputationes eorundem
„ Protectorum in poſterum quomodocunque conce-
„ dendas, attribuendas, ſeu communicandas, & re-
„ ſpective faciendas, obſervari, attendi, intelligi,
„ & exequi omnino volumus, & mandamus. Quo cir-
„ ca præfatæ Congregationi memoratorum negotiis,
„ & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium
„ præpoſitorum Cardinalium, & dilecto filio Cu-
„ riæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Audi-
„ tori per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus,
„ quatenus omnibus, & ſingulis præmiſſis ſemper
„ ſalvis, & in ſuo robore permanentibus, Congre-
„ gatio, vel Auditor præfati præſentes literas in ea
„ parte, quæ prædictam moderationem, ſeu limita-
„ tionem facultatum Protectorum hujuſmodi, ac in
„ contrarium deſuper ab iiſdem Protectoribus geren-
„ dorum, nullitatem, ſeu irritationem duntaxat
„ concernunt, ubi, & quando opus fuerit, quoties
„ pro parte quorumcunque deſuper intereſſe haben-
„ tium Congregatio, vel Auditor præfati fuerint re-
„ quiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque deſuper effica-
„ cis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctorita-
„ te noſtra eaſdem præſentes in dicta parte duntaxat
„ firmiter obſervari, & ſingulos, quos eædem literæ
„ in dicta parte concernunt, illis pacifice gaudere,
„ non permittentes eos quomodolibet indebite mole-
„ ſtari, contradictores, auctoritate noſtra, appella-
„ tione poſtpoſita, compeſcendo. Decernentes,
„ eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcun-
„ que, etiam ex eo quod omnes, & ſinguli ſupradi-
„ cti, ac alii qnicunque cujusvis ſtatus, gradus, or-
„ dinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis, ſeu
„ alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione
„ digni in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe
„ habentes, ſeu habere prætendentes, iiſdem præ-
„ miſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu au-
„ diti fuerint, tametſi ſuornm indultorum, vel pri-
„ vilegiorum vigore conſentire, ſeu vocari, & au-
„ diri ſemel, vel pluries quoquo modo debuiſſent,
„ aut ex alia quacunque juridica, privilegiata, &
„ & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum vali-
„ ditatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret,
„ cauſa, & occaſione, colore, prætextu, titulo
„ etiam oneroſo, & capite, etiam in corpore juris
„ clauſo, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel
„ obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis
„ noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, alioque
„ quolibet etiam maximo, ſubſtantiali, eſſentiali,
„ & formali, aut incogitato defectu notari, impu-
„ gnari, infringi, invalidari, retractari, reſcindi,
„ in controverſiam revocari, ad terminos juris reduci,
„ ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in
„ integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gra-
„ tiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu etiam
„ motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus
„ conceſſo, quempiam in Judicio, vel extra illud
„ uti, ſen ſe juvare nullatenus poſſe, ſed eaſdem
„ præſentes literas, & in eis contenta quæcunque
„ ſemper, & perpetuo firma, valida, & efficacia exi-
„ ſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effe-
„ ctus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad
„ quos ſpectat, & pro tempore quandocunque, &
„ quomodocunque ſpectabit, inviolabiliter, & in-
„ concuſſe obſervari; Sicque, & non aliter per quoſ-
„ cunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam
„ cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & quoſ-
„ cunque Nuncios, & Cardinales, etiam de latere
„ Legatos, necnon quaſcunque eorundem Cardina-
„ lium Congregationes, & quoſvis alios qualibet au-
„ ctoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes,
„ & quandocunque functuros, ſublata eis, & eorum
„ cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi
„ facultate, judicari, & definiri debere, irritum
„ quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quo-
„ quam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoran-
„ ter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus,
„ & ſingulis præmiſſis, &, quatenus opus ſit, noſtris,
„ & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, & ſignanter illa
„ de jure quæſito non tollendo, & alia, quod Cardi-
„ nales in Conſtitutionibus, & Regulis per Nos eden-
„ dis non comprehendantur, niſi illæ eorundem Car-
„ dinalium favorem concernant, vel ipſæ edendæ
„ Conſtitutiones de illorum, ſeu majoris partis eo-
„ rum conſilio editæ fuerint, aliiſque quibuſcunque
„ etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synoda-
„ libus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus
„ Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam Apo-
„ ſtolicis, necnon quorumcunque, & ſingulorum
„ Ordinum Regularium, Religionum, Congrega-
„ tionum, ſeu Reformationum inſtitutis, regulis,
„ ſtatutis, decretis, & ordinationibus quibuſcun-
„ que, etiam in limine erectionis, fundationis, ſeu
„ reformationis, etiam in Comitiis Generalibus quo-
„ quo modo factis, ac uſibus, ſtylis, & conſuetu-
„ dinibus quibuſcnnque, etiam centenariis, & im-
„ memorabilibus, privilegiis quoque, & indultis,
„ ac literis Apoſtolicis quibuſcunque ſub quibuſvis
„ tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam
„ derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciori-
„ bus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irri-
„ tantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie,
„ etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine
„ ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomo-
„ dolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis,
„ editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, &
„ quantiſcunque vicibus innovatis. Quibus omnibus,
„ & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti deroga-
„ tione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis,
„ ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo
„ ad verbum, non autem per clauſulas generales
„ idem importantes, mentio, ſeu quævis alia ex-
„ preſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma
„ ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſin-
„ gulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones,
„ ac ſi

„ ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, &
„ forma in illis tradita obſervata exprimerentur, &
„ infererentur, iiſdem præſentibus pro plene, & ſuf-
„ ficienter expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecifi-
„ catis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore
„ permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſe-
„ rie ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime, & am-
„ pliſſime derogamus, & derogatum eſſe, volumus,
„ & mandamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque.
„ Volumus autem, ut earundem præſentium litera-
„ rum, tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis,
„ manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo
„ perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ muni-
„ tis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud
„ habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent
„ exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino homi-
„ num liceat paginam hanc noſtrarum approbationis,
„ confirmationis, innovationis, reductionum, rein-
„ tegrationis, ſanctionis, mandatorum, prohibitio-
„ nis, ſtatuti, decretorum, derogationum, volun-
„ tatum, ademptionum, reſtitutionum, conceſſio-
„ num, conſolidationis, annexionis, unionis, hor-
„ tationis, obſecrationis, præcepti, renovationis,
„ annullationis, caſſationis, irritationis, declara-
„ tionis, onerationis, moderationis, & reforma-
„ tionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.
„ Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna-
„ tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
„ & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.
„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno In-
„ carnationis Dominicæ Milleſimo Sexcenteſimo No-
„ nageſimo Tertio, Quartodecimo Kalendas Martii,
„ Pontificatus noſtri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus.
B. Card. Prodatarius.
Viſa de Curia J. Sacripantes.
D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.
Regiſtrata in Secretaria Brevium.

TITULUS

T I T U L U S II.

De Noviciis, & Profeſſis Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Huic Titulo Quæſtiones IX ſubjectæ ſunt.

PRima, Quandonam Prædicatorum Familiæ conceſſum fuerit, ut Clericos, & Laicos in Religioſorum numerum recipere poſſet?

II. De Noviciorum educatione, & Profeſſione.

III. Quid agendum de his, quæ Novicii reſtituere tenentur perſonis, quæ ſciri, aut inveniri non poſſunt?

IV. Poteſtne aliquis alius Ordo Religioſus Habitum noſtrum, vel ipſi conſimilem, deferre?

V. Poſſuntne Fratres Prædicatores in terris Excommunicatorum degere?

VI. Jus præcedendi fuitne Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſertum?

VII. Poſſuntne Fratres, quos Converſos vocant, fieri Clerici?

VIII. Quid Apoſtolicis Conſtitutionibus ſancitum ſit de perſonis, extra Ordinem conſtitutis, non adhibendis, ut vel gratiam, vel veniam, aliquis conſequatur in Ordine?

IX. Largitio munerum fuitne utriuſque ſexus Regularibus interdicta?

Q U Æ S T I O I.

Quandonam Prædicatorum Familiæ conceſſum fuerit, ut Clericos & Laicos in Religioſorum numerum recipere poſſet?

S U M M A R I U M.

I. ID Anno MCCXVI ipſi conceſſum ab Honorio III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Quos inter, Alexander IV antiquavit tranſactionem Montis-Peſſulani Conventus, quæ huic Privilegio contraria videbatur.

IV. Et rata habuit vota ſolemnia in Ordine Prædicatorum nuncupata ab illis, qui jurejurando, vel voto, ſeſe aliis Religioſis Familiis obligarant.

V. Poſſunt autem Novicii recipi ſine Ordinariorum approbatione.

Uti declararunt Clemens VIII, & Urbanus VIII.

VI. Nec contrarium eſt Decretum S. Concilii Tridentini de Puellarum voluntate exploranda editum.

Nec enim viros comprehendit.

Etiamſi parentes contendant, ipſos coactos fuiſſe.

Uti declaravit Sacra Congregatio Concilii.

VII. Receptio ſe habet per modum contractus.

VIII. Quis in Ordine Fratrum Prædicatorum recipere poſſit ad Habitum, & Profeſſionem?

Utrum, & quandonam hæc facultas Supprioribus, & Vicariis competat?

IX. Facultatem illam Prior Conventualis delegare nequit.

X. Id poſſunt Provincialis in ſua reſpective Provincia, & Generalis Magiſter in toto, qua late patet, Ordine.

XI. Quandonam id conceſſiſſe cenſeantur Vicariis ab ipſis delegatis?

XII. Qui poſſunt recipere, rejicere poſſunt.

Sed hæc ejectio facienda de conſilio graviorum Patrum.

XIII. Cur, diſſentiente Prælato, nullus poſſit ad Habitum recipi?

XIV. De conſenſu Conventus ad receptionem requiſito.

XV. Quis requiratur?

XVI. Per vota ſecreta dari debet ex Conſtitutione Leonis X.

XVII. Capitulariter dandus eſt.

Quandonam talis cenſeatur?

XVIII. Qui ejectus eſt ab uno Conventu, ab alio recipi nequit.

Niſi Generalis Magiſtri facultas accedat.

Nec enim Provincialis ea de re aliquid poteſt.

Multo minus Prior Conventualis:

XIX. Licet Prioribus Conventualibus facultatem Clericos recipiendi reſtituerit Gregorius XIV:

Ipſis a Sixto V denegatam.

XX. Nihil etiam idem Gregorius innovavit circa conſenſum Conventus neceſſarium ad Profeſſionem.

XXI. Novicius ejiciendus non eſt ab Ordine, inſcio Conventu, pro quo indutus eſt Habitu Ordinis.

Qui Conventus ſi reclamaverit, litem dirimat Provincialis, de conſilio Patrum.

Excipiendæ quædam Provinciæ.

Ita declaratum a Capitulo Generali Romæ 1694.

XXII. Quæ Declaratio jure communi nititur.

XXIII. Sicut alia, qua ſancitur ibidem, ut, ſi Novicius a Conventu Noviciatus ad Profeſſionem emittendam idoneus judicatus, ab affiliationis Conventu rejiciatur, Provincialis ea de re ſententiam ferat, oportet.

XXIV. Non poteſt tamen Provincialis facultatem concedere, ut Novicius, qui pro uno Conventu receptus eſt, Profeſſionem emittat pro alio Conventu.

XXV. Si autem receptus fuerit ſine determinatione Conventus, filius illius cenſendus eſt, in quo Habitum Ordinis ſuſcepit.

XXVI. De qualitatibus Recipiendorum varia ſancita a Sixto V: Gregorio XIV: & Clemente VIII.

XXVII. Quod de criminoſis recipiendis in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum legitur, ante Sixtinas Conſtitutiones editas ſancitum fuerat.

XXVIII. Qui criminoſi cenſeantur ex jure communi?

Quinam ſint de quibus Sixtus V loquitur?

XXIX. Quandonam Cenſuræ impedimento ſint, ne quis adſcribatur cœtui Religioſorum?

XXX. Quid de infamia?

XXXI. Num Clemens VIII eos ab ingreſſu Religionis arceat, quos infamia Parentum reddit indignos?

XXXII. Speciales Apoſtolicæ Conſtitutiones ea de re pro variis Conventibus datæ.

Clementis VII pro Toletano Conventu S. Mariæ de Nivibus.

Pauli III pro Abulenſi Conventu.

Ejuſdem Pauli III, & Urbani VIII pro Aragoniæ Provincia.

XXXIII. Clementis VIII pro Salmanticenſi Conventu.

XXXIV. Ejuſdem Clementis VIII, & Pauli V pro Hiſpalenſi Conventu.

XXXV. Clementis X pro Malacitano Conventu.

XXXVI. Benedictus XIII declarat, quam caute recipiendi ſint, qui a Judaica perfidia, vel a Mahometica ſuperſtitione converſi ſunt.

XXXVII. Neophyti ſiquidem ſunt irregulares.

Secus dicendum de Neophytorum, vel Infidelium filiis, qui Neophyti non ſunt.

XXXVIII. Nec, ex jure communi, aliquid impedimento eſt, quominus filii Judæorum, & aliorum infidelium valide, & licite recipiantur in numerum Religioſorum.

XXXIX. Huc ſpectant S. Pii V, & Gregorii XIII Conſtitutiones.

XL. Idem dicendum de filiis Hæreticorum.

Quid Innocentius IV ea de re decreverit?

XLI. Ex Gregorii XIV Conſtitutione Illegitimi ſolemnia vota nuncupare poſſunt.

Nec obſtat Sixtina Conſtitutio.

XLII. In Ordine tamen Fratrum Prædicatorum nullus Prior Illegitimos recipere poteſt ſine ſpeciali facultate.

Quis eam concedere poſſit?

XLIII. Clementis XI Conſtitutio cavens, ne Illegitimi adſcribantur numero Fratrum Angelopolitanæ Provinciæ, nihil pro ceteris Provinciis ea de re præſcripſit.

XLIV. Religioſa Profeſſio irregularitatem illegitimorum tollit.

XLV. Quænam ætas, & ſcientia, Recipiendis neceſſariæ ſint ex Clementis VIII Decreto?

XLVI. Quo anno, ex eodem Decreto, Fratres Converſi vota ſolemnia nuncupare poſſint?

XLVII. Ex Innocentii X, Alexandri VII, & Clementis X Decretis nullus Converſus, vel Oblatus &c. recipi poteſt niſi vigeſimum ætatis annum expleverit?

Clericos iidem excipiunt.

XLVIII. Poſſunt enim, expleto XV ætatis anno, recipi.

XLIX. Quæ ſcientia ex Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum requiratur, ut aliquis ad habitum Clericalem recipiatur?

L. Quænam ſint ex iiſdem Conſtitutionibus ceteræ Recipiendorum qualitates?

LI. Quomodo de ipſis interrogandi Recipiendi?

Utrum eorundem Profeſſio nulla ſit, & invalida, ſi non prodiderint impedimenta, de quibus interrogantur?

Gravis circa hoc difficultas ex proteſtatione, quam Prior facit.

LII. Quæſtio paucis abſolvitur ex Sacræ Congregationis Decreto.

LIII. Sixtus V, Gregorius XIV, & Clemens VIII Inquiſitiones de Recipiendis habendas præſcribunt.

Sufficit ut extrajudiciales ſint.

LIV. Ut puella, quæ duas Sorores germanas habet in Monaſterio, ibidem recipiatur, requiritur, ſpecialis facultas.

LV. De numero Religioſorum, cuique Monaſterio præfigendo.

I. FRatres Prædicatores in Religioſorum numerum ſuſcipere poſſe Clericos, & Laicos, conceſſit Honorius III, Ordinem confirmans, Conſt.I; data 22 Decembris 1216 = Religioſam = Tom. I pag.2, dicens: *Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & abſolutos, e ſæculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.*

II. Idem legere eſt ceteris in Conſtitutionibus quæ verbis eiſdem = Religioſam vitam = incipiunt, quæque pro variis Monaſteriis & Cœnobiis, vel ab ipſomet *Honorio III*, vel a Succeſſoribus ipſius, datæ ſunt. Et ex hoc habes ea de re conſenſum Bullarum, nec circa facultatem illam in ſe ſpectatam difficultas aliqua poteſt eſſe. Quæ circa Recipientes, & Recipiendos quæri poſſent, paucis abſolvam.

III. Notandum Primo, quod unus ex Articulis Tranſactionis Montis-Peſſulani Conventus, quam Alexander IV Conſt.CCXXXV, data 28 Aprilis 1259 = Religionis favor = Tom.I p.373 antiquavit, hujus tenoris eſt: „ Quod in Cæmeterio veſtro non ſepeliretis
„ tis aliquem niſi eſſet Frater veſtri Ordinis, vel Con-
„ verſus, & ſanus propriis pedibus ad vos accederat,
„ vobiſcum in veſtro Ordine moraturus. Nullum
„ etiam ea occaſione in Converſum reciperetis, vel
„ Fratrem, ut ipſum poſſetis, eum decederet, in
„ veſtro Cæmeterio ſepelire: Clericoſque, & Secu-
„ lares de Monte-Peſſulano, infirmos in Fratres re-
„ cipere non poſſetis „. Quæ ad ſepeliendi jus in hac tranſactione ſpectant, expendentur *Tit.VII.*

IV. Notandum Secundo, quod Alexander IV Conſt.CCLX, data 13. Januarii 1260 = Petitio veſtra = Tom.I pag.389, de his qui juramento, vel voto, alteri familiæ Religioſæ dediti, in Ordine noſtro vota nuncuparunt, hæc ſcribit Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum: „ Petitio veſtra, nobis exhi-
„ bita, continebat, quod nonnulli Fratrum veſtri
„ Ordinis, antequam Ordinem ipſum intrarent, quod
„ alium ingrederentur Ordinem, eorum aliqui jura-
„ mento, quidam autem ſolemni voto, & alii pro-
„ miſſione ſimplici ſe ligarunt. Quare Nobis humili-
„ ter ſupplicaſtis, ut cum tales Ordinem veſtrum in-
„ greſſi, jam ſint in eo vinculo profeſſionis adſtricti,
„ curaremus ſuper hoc ſalubriter providere. Nos
„ igitur, & ſaluti talium, & paci veſtræ in hac parte
„ conſulere cupientes, ac hujuſmodi eorum ingreſ-
„ ſum, contra præmiſſa taliter attentatum, ratum
„ habentes, & firmum, præſentium auctoritate, con-
„ cedimus, ut, juramentis, votis, & promiſſionibus
„ hujuſmodi, nequaquam obſtantibus, illi, qui ſic ju-
„ rarunt, exceptis iis qui fuerant Ciſtercienſem, & Mi-
„ norum Fratrum Ordines profeſſi, poſſint in Ordine
„ veſtro permanere.

V. Notandum Tertio, quod Novicii recipi poſſunt, & in numerum Religioſorum a Fratribus Prædicatorum familiæ cooptari ſine approbatione Ordinariorum, prout declaravit Clemens VIII uti videre in Urbani VIII Conſt.CXXIX, data 26 Maii 1625 = Admodum = Tom.VII pag.276 Num.XXXI. Huc etiam ſpectat Urbani VIII Conſt. CXXIV, data 21 Sept. 1624 = Sacra Congregatio = Tom.VII pag.268, ubi Clementis VIII Decreta ad Regularium reformationem, ac Noviciorum receptionem, profeſſionem, atque inſtitutionem ſpectantia firmans Urbanus „ excipiendum
„ cenſuit Caput illud, quo decernitur, ne in Conventi-
„ bus, ſeu Monaſteriis ad Novicios recipiendos hacte-
„ nus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſi-
„ gnandis, & approbandis, Novicii ad Habitum ul-
„ laterius recipi poſſint, niſi prius a Congregatione
„ Reformationis Apoſtolicæ, vel a propriis locorum
„ Ordinariis expreſſe, & nominatim approbati fue-
„ rint. A cujus quidem Decreti obſervatione S. Con-
„ gregatio, juſtis de cauſis, cenſuit, Regulares eſſe
„ abſolvendos, prout, auctoritate SS. Domini Noſtri,
„ abſolvit, atque exemit.

VI. Sacra

VI. Saera etiam Congregatio Concilii in una Explorationis 1 Octobris 1667 declaravit, Decretum S. Tridentini Synodi Seſſ. 25 Cap.17 de Regular. & Monial. jubens, puellas Profeſſionem emittere non poſſe antequam voluntatem ipſarum exploraverit Epiſcopus, non comprehendere viros, etiamſi in ingreſſu Religionis, antequam Habitum ſuſcipiant, prætendatur a Parentibus, ſeu Conſanguineis, vel Curatoribus, ipſos non liberos, ſed coactos fuiſſe. Apud *Paſcucciam in Compendio ad Conſult. Canonic. Jacobi Pignatelli Parte 2 de Regularibus*.

VII. Notandum Quarto, quod aliquem recipere vel ad habitum, vel ad profeſſionem, non eſt ſimplex actus juriſdictionis, ſed illa receptio ſe habet per modum contractus, quo quis ſe obligat, aut tradit Religioſæ familiæ, quæ ſuo Collegio cooptat ipſum. Quapropter Profeſſionem acceptans, habeat, oportet, Superioritatem dominativam, quæ ſita eſt in eo, qui caput eſt Religioſæ familiæ. Hic autem eſt Superior, qui corpus Religionis repræſentat, & locum ejus tenet.

VIII. Hinc in Ordine noſtro Generalis Magiſter, Provincialis, & Prior localis, ſervatis de jure ſervandis, ad habitum, & profeſſionem recipiunt. Supprior autem, & Vicarius Conventus, hanc facultatem nullatenus habent, niſi certis in caſibus, in quibus ex præſcripto Conſtitutionum noſtrarum comperit ipſis facultas omnis, quam Prior de jure ordinario habet. Vide Conſtitutiones noſtras, quas eacipit *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſtione CLXXXIX Tract. de Novieiatu Inſpectione VII Num 190 &c. Hine, exempli gratia, vacante Prioratu, in Ordine noſtro Supprior, vel Vicarius electus a Patribus, Conventu Suppriorem non babente, vel Vicarius quem dicunt in Capite a Generale, vel Provinciale inſtitutus, recipere poſſunt ad habitum, vel Profeſſionem, quia tunc penes ipſos reſpective reſider Ordinaria juriſdictio. Sed ſi Prioratus non vacet, licet Prior abſens ſit, nec Supprior, nec Vicarius Prioris, nec etiam Vicarius electus a Patribua antiquioribus in abſentia Superioris localis, recipere poſſunt ad habitum vel Profeſſionem, quia tunc non habent Ordinariam juriſdictionem, quæ reſidet penea Priorem, licet abſentem.

IX. Prior autem in Ordine noſtro hanc recipiendi facultatem delegare nequit Suppriori, vel Vicario, ut declaratur in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.13 Textu 3 litt.H pag.72, his verbis: „ Interdictum eſt
„ omnibus Prioribus in poſterum, ne ſuis Suppriori-
„ bus, vel Vicariis, licentiam committant recipiendi
„ quemquam ad habitum, vel profeſſionem, ſine
„ licentia Provincialis.

X. Ubi notes velim hæc ultima verba: *ſine licentia Provincialis*. Enimvero Provincialis in ſua reſpectiva Provincia, & Generalis in toto qua late patet Ordine, hanc facultatem delegare poſſunt.

XI. Hinc Vicarius miſſus a Generale ad regimen univerſale Provinciæ, & Vicarius miſſus a Provinciale ad univerſale regimen Conventus, hanc facultatem habent, niſi reſtricta ſit ipſorum poteſtas ad aliqua duntaxat ſpecialia. Id exemplo fiet clarius. Vacante Provincialatu, is ipſe ad quem de jure pertinet gubernium totius Provinciæ, Vicarius dicitur, & habet Ordinariam juriſdictionem. Hinc recipere poteſt ad habitum, & Profeſſionem. Si vero Generalis Magiſter, vel Capitulum Generale, alteri committant univerſale gubernium totius Provinciæ, tunc Ordinaria juriſdictio penes iſtum eſt, & iſte facultatem habet de qua loquimur. Si Provincialatus non vacet, licet Provincialis abſens ſit, penes ipſum Provincialem reſidet ordinaria juriſdictio, & Vicarius ab eodem inſtitutus, niſi ſpecialem ac delegatam habeat facultatem, non poteſt ex vi juriſdictionis ordinariæ, qua caret, recipere ad habitum, vel Profeſſionem. Idem dicendum de Vicario, quem Generalis Magiſter inſtitueret, abſente Provinciale. Vel enim Generalis committeret ipſi univerſale regimen totius Provinciæ, vel ipſi daret duntaxat facultatem, quam Vicarius Provincialis habuiſſet; ſi primum, recipere poſſet ad habitum & profeſſionem; ſi ſecundum; non poſſet, niſi ſpecialem, & delegatam haberet ad hoc facultatem. Adeas *Paſſerinum* loco laudato: & in Tractatu de Profeſſione Articulo X Inſpect. VII.

XII. Ceterum ſicut de receptione, ac profeſſione dictum fuit quod ſpectant ad Prælatos Regulares, ſic idem dicendum de ejectione. Qui enim poſſunt recipere, poſſunt ejicere. In Ordine noſtro ejectio, ſine conſilio graviorum Patrum, fieri nequit. Hinc Ordinatione VI Capituli Generalis Bononienſis 1706 legitur: „ Ad evitanda gravia, quæ ſubinde naſcun-
„ tur, ſcandala ex Fratrum Ordini ineptorum, etiam
„ Tertiariorum, ante profeſſionem dimiſſione, ſi id
„ fiat paulo præcipitantius, & abſque debita præcau-
„ tione: quemquam ex Ordine noſtro dimitti no-
„ lumus, niſi poſt maturam deliberationem, & ha-
„ bito conſilio, atque reſolutione Patrum in libro
„ Conventus ſcribenda: Et niſi dimittendus habitu
„ Ordinis coram Capitulo, aut ſaltem duobus teſti-
„ bus, prius fuerit exutus, & habitu ſeculari indutus,
„ itaut non niſi ſub hoc habitu Conventum egredia-
„ tur. Advertant porro Superiores, & alii, ad quos
„ ſpectat, ne hujuſmodi ineptos, quos e ſeculo tan-
„ quam inutilia familiarum pondera ad Religionis
„ ſtatum deſtinari, & quodammodo detrudi contin-
„ git, ad habitum noſtrum, quovis modo recipiant,
„ multo minus ad Profeſſionem Religioſam admittant
„ ex quibus non niſi gravamen, dedecus, & pertur-
„ batio Ordini accedere ſolet: eorum proinde hac in
„ parte conſcientiam in diem judicii aggravamus.

Hic apprime notandum, quod dum Conventus Novicium, quem ad Habitum jam receperat, non admittit ad Profeſſionem, ſed ipſum ejicit, nec ipſi Novicio, nec ipſius parentibus cauſas ejectionis aperire tenetur. Licet enim receptio, uti dictum fuit Numero VII Nota Quarta, ſe habeat per modum contractus quo quis ſeſe tradit Religioſæ familiæ, quæ Collegio ſuo cooptat ipſum, hic tamen contractus adjunctam ſemper habet conditionem, qua, ſicut Novicius ante Profeſſionam nuncium remittere poteſt, ſi velit, Religioſæ familiæ, ſic etiam Conventui integrum eſt, ipſum ejicere, ſi velit. Ut enim ex Innocentio IV dicetur Quæſtione ſequenti, *Non ſolum in favorem Converſi* (id eſt Novicii) *ſed etiam Monaſterii, Probationis tempus a Sanctis Patribus eſt indultum, ut ille aſperitates iſtius, & iſtud mores illius valeat* experiri. Hinc ſicut Novicius valedicens Religioni, non tenetur dicere cur ad ſeculum remeet, ita Conventus non tenetur eidem exponere cur ipſum expellat.

XIII. Notandum Quinto, quod, diſſentiente Prælato, nullus poteſt ad habitum recipi, quia poteſtas illa, ſaltem principaliter, reſidet in ipſo. Hinc in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIII Textu III legitur: „ Nullus recipiatur in Fratrem Clericum ad
„ probationem, vel profeſſionem, niſi a Priore Pro-
„ vinciali, vel ab eo, cui ſuper hoc dederit licen-
„ tiam ſpecialem: vel a Priore Conventuali, cum
„ aſſenſu totius, vel majoris partis Capituli. Con-
„ verſum autem non recipiat Prior Provincialis, nec

„ aliquis de ejus licentia, niſi de conſenſu Prioris, &
„ duarum partium Fratrum, qui ſunt de Conventu
„ pro quo fuerit induendus. Nec Conventus aliquis
„ recipiat Converſum ſine licentia Prioris Provin-
„ cialis.

XIV. Ex quibus habes etiam, quid in Ordine no-
ſtro dicendum ſit de conſenſu Conventus, quandonam
ſcilicet, & quis requiratur ad receptionem? *Paſſeri-
nus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſtio-
ne CLXXXIX Inſpect. VII Tractatu de Noviciatu
Num.195 „ obſervat quod in Provincia utriuſque
„ Lombardiæ ex Cap. Valent. 1647 nullus ad habitum
„ Clericalem recipi debet, qui a Provinciali exami-
„ natus, & de Patrum conſilio approbatus non ſit „.
Et ibidem Num.219 notat, quod in Ordine noſtro
„ ex duplici cauſa poteſt eſſe neceſſarius Conſenſus
„ Conventus, vel ſcilicet ratione incorporationis ad
„ Religionem, quia juſtum videtur, ut non incor-
„ poretur aliquis Religioni, niſi ex conſenſu com-
„ muni ſaltem alicujus Conventus: vel ratione affi-
„ liationis, quia non debet Conventus gravari filia-
„ tione alicujus ſine ejus conſenſu. Sic ergo dicitur,
„ certum eſſe, quod nec Prior, nec Provincialis
„ poſſunt affiliare Fratres Conventibus, quod de
„ Prioribus eſt manifeſtum, & de Provincialibus eſt
„ expreſſum in Cap. Valen. 1596 Admon.7 (quid au-
tem de Generali Magiſtro tenendum ſit, alibi dicetur)
„ Ideo, ad hoc ut Novicius ſit filius alicujus Conven-
„ tus, neceſſarius eſt illius Conventus conſenſus, &
„ ſine hoc conſenſu affiliatio nulla erit, & inanis. Ve-
„ rum hujuſmodi conſenſus non eſt de ſubſtantia rece-
„ ptionis ad habitum: nam aliquando recipiuntur
„ Novicii nomine Provinciæ, & poſtea affiliantur
„ Conventui „. Hæc potiſſimum verba notes velim:
*Hujuſmodi conſenſus non eſt de SUBSTANTIA re-
ceptionis ad habitum &c.* Huc ſpectat Declaratio VI
Capituli Generalis Romæ 1694: „ Declaramus, quod
„ quicunque receptus fuerit ad Habitum Ordinis abſ-
„ que alicujus Conventus determinatione, ipſe erit
„ filius illius Conventus in quo Habitum Ordinis ſu-
„ ſcepit „. Quibus addenda cenſeo quæ *Paſſerinus*
docet loco laudato, quærit enim Num.222: „ An
„ ſaltem in caſu neceſſitatis, & periculi, ſolus Su-
„ perior poſſit aliquem ad Habitum ſuſcipere, ſi com-
„ mode non poteſt requirere conſenſum aliorum „?
Relatis variis opinionibus „ ego, inquit, exiſtimo,
„ quod non tam de facili poſſit adeſſe tanta neceſſitas
„ recipiendi ad Habitum, ut non poſſit haberi con-
„ ſenſus Vocalium. Sed in caſu hujus neceſſitatis, &
„ quia contingere poteſt ex multiplici cauſa, ut ob
„ Religionis commodum, & Recipiendi conditionem,
„ expediat ſtatim in momento recipere aliquem ad
„ Habitum, ſi recipiatur, ſit valida receptio. Nam
„ & regulæ illæ quod forma ſit omnino in omni caſu
„ ſervanda, nec poſſit ſuppleri per æquipollens „
(hoc potiſſimum momento ducti negabant aliqui)
„ ſunt Regulæ fallaces: cum formæ hujuſmodi indu-
„ cantur a jure poſitivo, quod non poteſt omnes caſus
„ reſpicere, & alias in caſibus ſingularibus de raro
„ contingentibus non intendit excludere majus bo-
„ num „. In Ordine noſtro id intelligendum cen-
ſerem de Generali Magiſtro duntaxat, ac de Provin-
cialibus illarum Provinciarum in quibus, ut aſſerit
Paſſerinus loco laudato, *aliquando recipiuntur Novicii
nomine Provinciæ, & poſtea affiliantur Conventui*, non
autem de Priore Conventuali, ſi de Clericis recipien-
dis agatur: ſi vero de Converſis, nec ipſe Provincia-
lis ipſos recipere poterit ſine conſenſu Prioris, & dua-
rum partium Fratrum qui ſunt de Conventu, pro quo
eſt induendus Converſus. Hujuſce diſtinctionis fun-
damentum habes in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I
Cap.XIII Textu III, cujus verba relata ſunt initio hu-
jus annotationis: loquens enim de Converſis, inhi-
bet, Conſtitutio, ne, vel Prior, & Conventus,
ipſos recipiant ſine conſenſu Provincialis, vel ipſe-
met Provincialis, aut aliquis ab ipſo delegatus, illos
recipiat ſine conſenſu Prioris, & duarum partium Fra-
trum, qui ſunt de Conventu, pro quo fuerit induendus.
Ubi vero de Clericis ibidem ſermo eſt, majorem pote-
ſtatem hac de re facit Provinciali: aſſenſum ſiquidem
Capituli requirit duntaxat dum de Priore loquitur,
non autem cum facultatem illos recipiendi aſſerit Pro-
vinciali, & ei cui ſuper hoc dederit licentiam ſpecia-
lem. Huic ſententiæ favet *Paſſerinus* loco laudato
Num 228, ubi queritur quod *Donatus* in Rerum Re-
gularium Praxi Tom.II Parte IV Tract.I Quæſt.IV af-
firmans, in Ordine Prædicatorum irritam eſſe rece-
ptionem factam ſine conſilio, & conſenſu Capituli,
non referat in particulari aliquem locum Conſtitutionis.
Verum, crediderim, quod *Donatus* loco laudato lo-
quitur ſecundum diſtinctionem mox datam; & Prio-
ri Conventuali duntaxat denegat facultatem recipien-
di Clericum ſine conſenſu majoris partis Capituli, non
autem Generali Magiſtro, vel Provincialibus illis,
de quibus loquitur *Paſſerinus*. Nam *Donatus* ipſe in
eodem Tractatu Quæſtione II Num.8, & 9, ex variis
Summorum Pontificum Bullis evincit, quod Novi-
ciorum receptio *in Ordine Prædicatorum pertinet ad
Supremos Prælatos*. Idem probat Numero X ex verbis
Conſtitutionum noſtrarum ſupra relatis. Numero
autem XIII aſſerit quod illud *ſtatutum noſtræ Regulæ
valde nimis correſpondet juri communi*. Quod vero
addit ibidem dicens: „ etenim de jure communi Pa-
„ tres Generales Ordinum habent auctoritatem ad
„ recipiendum, & incorporandum Fratres in Reli-
„ gionibus, & Provinciales in Provinciis ſibi com-
„ miſſis, de conſenſu tamen Capituli „; id intelli-
gendum crediderim ſecundum diſtributionem accom-
modam. *Donatus* ſiquidem de variis Religioſorum fa-
miliis locutus fuerat. Docuerat enim: Primo, Quod
quia de jure communi recipere ad habitum Regularem
pertinet ad Prælatum & Conventum ſimul; nec Con-
ventus ſine Abbate, nec Abbas ſine Conventu poteſt
ad Religionem recipere: Secundo, Quod regulari-
ter hac in re debent attendi conſuetudines & privile-
gia: Tertio, Quod in Ordine Minorum receptio No-
viciorum pertinet ad ſolos Miniſtros Generales, &
Provinciales: Quarto, Quod in Ordine Minimorum
ſpectat ad Generalem, Vigiles, Provinciales, & alios
ab eiſdem delegatos. Quinto, Quod in Ordine Præ-
dicatorum pertinet ad Supremos Prælatos &c. Quod
intelligas velim modo ſæpius explicato.

Si minus arrideat hæc interpretatio, Scriptores
hac de re conciliari poſſunt, dicendo, quod, cum
denegant cuilibet Ordinis noſtri Superiori facultatem
recipiendi ad Habitum, vel Profeſſionem, ſine con-
ſenſu Capituli, non loquuntur de facultate abſoluta,
qua Generalis Magiſter uti poſſet, ſi vellet, ſed de Re-
ceptionibus quæ fiunt a Prioribus Conventualibus,
qui nihil hac de re poſſunt ſine conſenſu Capituli. Hinc
ipſiuſmet *Paſſerini*, qui nonunquam ea de re titubaſſe
videtur, licet apprime ſibi conſtet, loca quædam in-
terpretarer. Et ex his habes, quandonam in Ordine
Fratrum Prædicatorum receptio facta ſine conſenſu
Capituli ſit irrita, nulla, & invalida. Ceterum in re
tanti momenti præ oculis habenda, & omnino ſervan-
da Declaratio VII Capituli Generalis Bononien-
ſis 1706, cujus hæc verba: „ Quoniam ex vaga po-
„ ſtulan-

Digitized by Google

,, ſtulantium receptione ad habitum Religionis con-
,, tingit, eos, qui ſic recepti ſunt, poſt ſuam Pro-
,, feſſionem de Conventu in Conventum vagari, fixam
,, non habentes alicubi ſedem, aut manſionem, ex
,, quo ſequitur maxima Fratrum iſtorum diſſipatio,
,, & Conventuum perturbatio; Declaramus, nemi-
,, nem recipi debere ad habitum, ſive Clericorum,
,, ſive Converſorum, niſi prius pro aliquo ſpeciali
,, Conventu ſit receptus ad affiliationem, quod, ſub
,, pœnis Superioribus contrafacientibus infligendis,
,, ubique volumus obſervari, prout jam declaratum
,, fuit Romæ anno 1694 Declaratione 6.

XV. In ordine noſtro pro Clericis recipiendis ſufficit major pars Capituli: ſed pro Converſis requiritur licentia Provincialis, & conſenſus duarum partium Vocalium, ut dictum eſt ſupra. Vide inferius Num.XXV.

XVI. Conſenſus ille Capituli debet dari per vota ſecreta: uti legitur in Conſt. noſtris Diſt.I Cap.XIII Textu V pag.77 Lit.P. ,, Declaramus in Capitulo
,, Salmanticen.1551 acceptatam fuiſſe Conſtitutio-
,, nem Leonis X, in qua ſtatutum eſt, ut in juvenum
,, ſuſceptione ad Habitum & Profeſſionem, ſuffragia
,, per vota ſecreta, ſeu per fabas in Capitulo ab om-
,, nibus ferantur: quod idem in Capitulo Valen-
,, tiæ 1596 ordinatum fuit. Hæc Leonis X Conſtitutio eſt XXIX. Data fuit 23 Februarii 1515 = Expoſuit Nobis = Tom.IV pag.316. Adeas *Fontanam* De Recipiendis pag.539 Num.14: & *Paſſerinum* loco laudato Num.225, ubi notat quam varia fuerit hac de re Ordinis noſtri conſuetudo.

XVII. Conſenſus ille Vocalium debet dari Capitulariter, & præſente Superiore. *Paſſerinus* ibidem Num.228. Qui conſenſus Capitularis etiam pro Tertiariis, quos vocant, requiritur, ut habetur ex Ordinatione V Capituli Generalis Bononienſis 1706, cujus hæc verba: ,, Nullus laicus tunica Tertiario-
,, rum induatur, niſi ſit receptus Capitulariter,
,, & prævio examine, & in ætate præſcripta in De-
,, cretis Clementis VIII, & Sacræ Congregationis,
,, ſub pœna ſuſpenſionis ab Officiis Superioribus infli-
,, genda, & ejectionis Tertiarii ab Ordine, abſque
,, ulla ſpe, ut iterum recipiatur. ,, Ille Conſenſus Capitularis cenſendus eſt, etiamſi non adſint niſi Superior, & unus alius: ut enim docet *Gloſſa* in C.a de Poſtulationibus, jus Capituli remanere poteſt in uno ſolo. *Paſſerinus* ibid. Num.227.

XVIII. Quærit idem auctor Num.234, utrum, ſi adſit legitima cauſa, qui admiſſus eſt rejici poſſit, & e contra. Id fieri poſſe, probat, quia ſapientis eſt mutare conſilium. Sed id intelligendum de uno, & eodem Capitulo, nam qui rejectus eſt ab uno Conventu, ab alio recipi nequit, niſi per Magiſtrum Ordinis liceat, ut habetur Declaratione VIII Capituli Generalis Romæ 1694: ,, Declaramus, & inhærendo Ordi-
,, nationi ſextæ Capituli Valentini 1647 inhibemus,
,, ne juvenis, non admiſſus ad Habitus noſtri rece-
,, ptionem in uno Conventu, poſſit in alio Conven-
,, tu admitti & recipi: ſimiliter & qui ejectus eſt ab
,, uno Conventu, in alio nullo modo recipiatur:
,, irritam, & inanem Profeſſionem cujuſcunque de-
,, cernentes, ſi ſecus factum fuerit, etiamſi accedat
,, aſſenſus Provincialis; ſed omnino requiritur licen-
,, tia Magiſtri Ordinis, ut qui ejectus eſt ab uno Con-
,, ventu, in alio recipi poſſit.

XIX. Ceterum ſi quis contra Conſtitutionum noſtrarum verba, ex quibus potiſſimum hactenus in hac Annotatione dicta firmantur, objiciat, quod Sixtus V Conſtitut.XL, data 21 Octobris 1588 = Ad Romanum = Tom.VII pag.208 Prioribus Conventualibus denegat facultatem Clericos recipiendi, ſciendum, quod Gregorius XIV Conſt.IV, data 15 Martii 1591 = Circunſpecta = Tom.VII pag.212, facultatem illam reſtituit Prioribus Conventualibus Ordinum in quibus filiationes habentur. Quod etiam declaravit Sac. Congregatio Concilii Tridentini, cujus decretum refert *Paſſerinus* loco laudato Num.255.

XX. Hanc Gregorii Conſtitutionem nihil circa Conſenſum Conventus neceſſarium ad Profeſſionem innovaſſe merito cenſet *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſt.CLXXXIX Inſpect.VIII Num.258 pag.169.

XXI. Ut autem variæ difficultates hac de re ſolvi poſſint, præ oculis habendæ Declarationes III, IV, & V Capituli Generalis Romæ 1694. Tertia hujus tenoris eſt: ,, Declaramus, quod ſi contigerit, Con-
,, ventum Noviciatus judicare Novicium, ſibi ad
,, probationem commiſſum, eſſe incapacem ad emit-
,, tendam Profeſſionem, non illico ab Ordine ejicia-
,, tur, inſcio Conventu, pro quo juvenis habitu Or-
,, dinis indutus eſt. Quod ſi Conventus reclamet, ut
,, non ab Ordine expellatur, tunc recurrendum erit
,, ad R.P. Provincialem, qui cum conſilio gravium
,, Patrum definiat, quid hoc caſu agendum ſit, vel
,, an parendum ſit judicio Conventus, in quo juve-
,, nis annum probationis peregit, vel Conventui re-
,, clamanti, pro quo habitu indutus eſt..... Salva
,, tamen conſuetudine Provinciæ Toloſanæ, & San-
,, cti Ludovici Regis, aut aliarum Provinciarum,
,, ſi quæ ſint, ubi ex vi ipſius judicii Patrum Novicia-
,, tus, in quo annum Probationis peregit, de inſuf-
,, ficientia lati, ipſo facto, & abſque nova Provin-
,, cialis conſultatione juvenis ille cenſetur legitime
,, ejectus.

XXII. Hæc Declaratio jure communi nititur. Ut enim longe antea docuerat *Paſſerinus* loco laudato Inſpectione III Num.40: ,, Neceſſe quidem eſt, quod
,, adſit..... Conſenſus, ſeu judicium Capituli Con-
,, ventus deſignati, in quo Novicius fuit probatus,
,, ſed tamen hic conſenſus poſitivus & expreſſus non
,, eſt de ſubſtantia Profeſſionis: unde, etiam in eo-
,, dem Conventu, ſi Capitulum omittit diſcuſſionem
,, hanc, & non ſe congregat ad approbandum Novi-
,, cium, expleto anno, Novicius tacitam Profeſſio-
,, nem incurrit. Et ſic ad ſubſtantiam Profeſſionis
,, ſufficit, quod Capitulum non diſſentiat, ſed nega-
,, tive ſe habeat. Si vero Capitulum Conventus deſi-
,, gnati diſſentiat, juſte Novicius in alio Conventu
,, non poteſt valide profiteri. Quod tamen aſſeritur
,, in ſuppoſitione, quod Conſenſus Capituli ſit de ſub-
,, ſtantia validæ Profeſſionis. Nam ubi hic non ſit
,, de ſubſtantia, diſſenſus Conventus deſignati non ir-
,, ritabit Profeſſionem. Et in eo caſu ſufficeret ſi Su-
,, perior legitimus informationes acciperet ſufficien-
,, tes de idoneitate Novicii ad Profeſſionem, & tunc
,, non Conventus, ſed ejus eſſet ferre judicium ap-
,, probationis, præmiſſo Noviciatu in Conventu de-
,, ſignato. Imo ſi conſenſus Conventus eſſet de ſub-
,, ſtantia Profeſſionis, ſi iſte negaretur injuſte, poſ-
,, ſet Superior in gradu appellationis, vel compelle-
,, re Conventum ad conſenſum, vel, Conventu in-
,, vito, ſibi conſtito de injuſtitia, ipſum Novicium
,, admittere ad Profeſſionem. ,, Hæc *Paſſerinus* ex jure communi. Idem docet ibidem Inſpectione VIII Num.259, ubi hæc habet: ,, In caſu.... Appellatio-
,, nis poteſt Provincialis, vel Generalis, injuſte re-
,, probatum a Conventu Noviciatus, conſtito de in-
,, juſtitia, ad Profeſſionem admittere, præcipiendo
,, Conventui

,, Conventui Noviciatus, ut illum approbet, ut
,, vult Bordon..... Quod tamen non exiſtimo neceſ-
,, ſarium. Nam, ut Novicius admittatur ad Profeſ-
,, ſionem ſufficiunt informationes, ex quibus conſtat
,, de injuſtitia diſſenſus, & reprobationis habitæ per
,, Conventum Noviciatus, per quas etiam conſtat de
,, habilitate Novicii ad Profeſſionem, & ſic intrat
,, neceſſitas illum admittendi, etiam ex Decreto Con-
,, cilii Tridentini Seſſ.25 Cap.16 de Regularibus. Et
,, ex parte Religionis ſufficit ille conſenſus, qui datus
,, fuit in receptionem ad Habitum, qui fuit etiam
,, conſenſus in Profeſſionem ſub conditione habilita-
,, tis ad illam. ,, Ex quibus liquet, quod Declaratio
ſupra laudata jure communi nititur.

XXIII. Idem dicendum de Quarta Declaratione ejuſdem Capituli Generalis, in qua ſic legitur: ,, De-
,, claramus, quod ſi, poſt receptionem ad Habitum
,, factam in Conventu affiliationis, contingeret,
,, quod, peracto anno Probationis, juvenis in No-
,, viciatu ad emittendam Profeſſionem admitteretur,
,, & tamen Conventus affiliationis juvenem appro-
,, batum in Noviciatu renueret recipere, & appro-
,, bare, tunc eo caſu Provincialis, adhibito gra-
,, vium Patrum conſilio, exquirat de momentis, &
,, motivis, ob quæ Conventus affiliationis juvenem
,, ſic approbatum renuit acceptare. Quod ſi illa mo-
,, tiva, & momenta, audito etiam Conventu Novi-
,, ciatus, nulla eſſe, judicabit: juvenem poſſe Pro-
,, feſſionem emittere, ultimo & definitive declara-
,, bit, itaut filius illius Conventus ſit, pro quo Ha-
,, bitu Ordinis indutus eſt, ſi Profeſſionem emittat.
Id apprime juri conſonum eſſe liquet ex his quæ docet *Paſſerinus* loco laudato Inſpectione VIII Num.259:
,, Si, inquit, Conventus Noviciatus conſentiat, &
,, approbet, & Conventus affiliationis diſſentiat, exa-
,, minanda eſt res per Provincialem. Sed, ſi nihil
,, reperiatur quod reddat Novicium indignum Pro-
,, feſſione, nihili faciendus eſt diſſenſus Conventus
,, affiliationis: quia ille non poteſt negare quod con-
,, ceſſit, neque annus probationis inductus eſt ad
,, approbandum Novicium, niſi an ſit dignus Profeſ-
,, ſione, quod pertinet ad Conventum Noviciatus,
,, &, quo viſo, per Provincialem Novicio non po-
,, teſt negari Profeſſio, &, ſi non poteſt negari Pro-
,, feſſio, non poteſt negari conceſſa affiliatio, quia
,, ejus conceſſio non fuit, nec potuit eſſe conditio-
,, nata niſi hac conditione, ſi Novicius receptus fue-
,, rit dignus Profeſſione, quia nec aliter eſt condi-
,, tionata receptio ad habitum.

XXIV. Quærit poſtea *Paſſerinus*, utrum Conventus Noviciatus poſſit affiliare ſibi Novicium ſine conſenſu Conventus nomine cujus ſuſcepit Habitum. Quæſtionem illam erudite tractat eo prorſus modo, quo deinde definita fuit a Capitulo Generali Romæ 1694 Declaratione Quinta, cujus hæc verba: ,, Declaramus,
,, quod, uti Barcinone 1574 Declaratione 13, & Ro-
,, mæ 1580 Confirmatione 23 ſtatutum eſt, ſi contin-
,, gat quod Conventus, in quo juvenis aliquis annum
,, Probationis peragit uti filius alterius Conventus
,, pro quo Habitu Ordinis fuerit indutus, inducat eun-
,, dem juvenem ad deſerendum Conventum affiliatio-
,, nis ut in eo Conventu, in quo Noviciatum peragit,
,, Profeſſionem emittat uti filius illius Conventus No-
,, viciatus, ſine prioris Conventus aſſenſu, translatio
,, illius affiliationis hoc modo facta nulla erit, etiamſi
,, aſſenſus Provincialis acceſſerit. Unde ſtatuimus,
,, ſicuti in prænominatis Capitulis Generalibus ſtatu-
,, tum eſt, juvenem illum, emiſſa Profeſſione hoc
,, modo, eſſe filium illius Conventus, pro quo ſuſce-
,, pit Habitum, etiamſi faciat Profeſſionem in Con-
,, ventu Noviciatus, non requiſito illo Conventu
,, pro quo Habitum ſuſcepit: ſicque intelligendam
,, eſſe Ordinationem Nonam Capituli Generalis Bo-
,, noniæ celebrati 1302, etiamſi Conventus Novi-
,, ciatus eſſet ſtudium Generale. ,, Quod intelligendum, ſalva Magiſtri Generalis auctoritate. Si enim per ipſum liceat ut Novicius, qui habitum pro uno Conventu ſuſcepit, profeſſionem emittat pro alio, iſtius filius cenſendus eſt.

XXV. ,, Sexto Delaramus, quod quicunque rece-
,, ptus fuerit ad Habitum Ordinis abſque alicujus
,, Conventus determinatione, ipſe erit filius illius
,, Conventus, in quo Habitum Ordinis ſuſcepit. ,, Si de his quæ Profeſſionem ſpectant majorem notitiam deſideres, adeas *Paſſerinum* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſt.CLXXXIX Tract. de Profeſſione Art.X. Inſpect.VII &c. Hic unum addam quod habetur in Actis Capituli Generalis Bononiæ 1706 Declaratione XIV, cujus hæc verba: ,, Neminem de-
,, bere in Fratrem Clericum recipi ad probationem,
,, vel profeſſionem, niſi cum aſſenſu totius, vel majoris
,, partis Capituli, ſacra noſtra habet Conſtitutio Diſt.I
,, de Recipiendis Cap.XIII Textu 3: ſed quia contin-
,, git, Capitulum in æqualia ſuffragia dividi, dubi-
,, tatum eſt, an candidatus eo in caſu cenſeatur eſſe
,, rejectus, & declaratum a nobis, prout præſenti
,, Decreto declaramus, talem, nec receptum, nec
,, rejectum cenſeri debere, adeoque poſſe iterum ad
,, receptionem proponi eidem, vel alteri Conven-
,, tui.

XXVI. Notandum Sexto, circa qualitatem Recipiendorum, quod Sixtus V Conſt.XXXVIII, data 26 Novembris 1587 = Cum de omnibus = Tom.VII pag.206 prohibet, ne illegitimi, vel criminoſi recipiantur a Fratribus Mendicantibus. Conſtitutione vero XL, data 21 Octobris 1588 = Ad Romanum = Tom.VII pag.208 idem Sixtus V reſpondet dubiis circa Conſtitutionem in illegitimos latam. Gregorius autem XIV Conſt.IV, data 15 Martii 1591 = Circumſpecta = Tom.VII pag.212 prædictas Sixti V Conſtitutiones moderatus eſt, & ad terminos juris, quantum ad aliqua, reduxit. De quibus omnibus conſulenda Clementis VIII Conſt.CXXXV, data 2 Aprilis 1602 = In ſuprema = Tom.VII pag.229. Illarum mentio in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIII Textu I Lit.B. pag.68, ubi hæc habentur:
,, Declaramus, quod fel. record. Sixtus Papa V edi-
,, dit Conſtitutionem de non recipiendis ad Ordinem
,, criminoſis, ære ingenti alieno oppreſſis, ratioci-
,, niis obligatis, homicidis, & reliquis facinoroſis:
,, & ſi fuerint tales recepti, receptionem, & profeſ-
,, ſionem eorum annullavit. Gregorius etiam XIV
,, declaravit, aliquam informationem recipi debere
,, ante habitus ſuſceptionem, dummodo ante profeſ-
,, ſionem plena, atque eo modo, quo Sixtus V di-
,, ſponebat, informatio caperetur: ſimulque de-
,, claravit, ſufficere, ut Superiores Conventuum,
,, cum tribus, aut quatuor, de Capitulo, per vota
,, ſecreta captas informationes approbent. Tandem
,, fel. record. Clemens VIII caſus, in quibus profeſſio
,, a Sixto V nulla declarabatur, reduxit ad terminos
,, juris: ſalvas tamen omnino voluit eſſe pœnas con-
,, tra Superiores non ſervantes in reliquis formam
,, prædictarum Conſtitutionum de criminoſis, &
,, aliis ſupra nominatis non recipiendis ad Ordinem
,, decretas.

XXVII. Circa criminoſos ſciendum, id quod legere eſt in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIII Textu II

TextuII Lit.F pag.71 : ,, Facinoroſi , & homicidæ ,, non recipiantur ad habitum , niſi maximam ſuo- ,, rum errorum pœnitentiam oſtenderint : aut fer- ,, ventiſſimo ſpiritu ducti , ad Religionem venerint. ,, Idque non ſine licentia Magiſtri Ordinis ſpeciali : deſumptum fuiſſe ex Actis Capituli Romani coacti anno 1583 ante editas Sixti V Conſtitutiones . Quod licet conſentaneum ſit juri communi , quo nullus criminoſus excluſus eſt a Religione, cum Religio ſit ſtatus, & locus pœnitentium , ut habetur ex Cap. = *Admonere* = 33. Quæſt.2: ex vi tamen Conſtitutionum Sixti V non licet criminoſos Religioſorum numero cooptare . Qui ſi recipiantur , valida quidem erit receptio tam ad habitum quam ad Profeſſionem , quia Clemens VIII in Conſtitutione mox laudata pœnam abſtulit nullitatis ; ſed graviter peccant Superiores, qui ſic ſe gerunt, & ſubduntur pœnis a Sixto V latis.

XXVIII. Qui criminoſi cenſeantur , ſi juris legumque peritos conſulamus , illi ſunt qui crimen perpetrarunt , cui in foro externo civili , aut canonico , debetur pœna gravis , aut mortis , vel mutilationis , aut Triremium , vel exilii perpetui , aut fuſtigationis , vel inhabilitatis ad Ordines , aut privationis beneficii , vel id genus alia . Verum Sixtus V loquitur duntaxat de criminoſis , qui homicidia , furta , latrocinia , vel alia ſimilia , aut majora crimina perpetrarunt . Nec omnes illi ſunt inhabiles ad Religionis ingreſſum , ſed requiritur ut crimen ſit publicum publicitate juris . itaut Primo, publicis actibus ſaltem conſtet vel accuſatio , vel inquiſitio illius : Secundo, quod inquiſitio ſit in particulari: Tertio, quod ſit juſta: Quarto , quod ſit ante habitus ſuſceptionem . Quintam conditionem addunt aliqui , quod ſit coram judice ſeculari . Adeas *Paſſerinum* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſt.LXXXIX Art.I Inſpect.II Num.37 &c.

XXIX. Cenſuræ impedimento ſunt , ne quis adſcribatur cœtui Religioſorum , quatenus arcent ipſum a divinis , vel ab ingreſſu Eccleſiæ , vel a quocunque munere , quod pertinet ad Religioſum . Sed attendas velim , quod circa recipiendos a Cenſuris ſolvendos varia privilegia Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſa fuerunt , uti videre eſt Titulo III hujuſce Tractatus . Idem dicendum de Irregularitate , quæ impedimento eſt , ne quis ad habitum Clericorum recipiatur . Nec enim impedit quominus aliquis habitum Converſorum ſuſcipiat , vel etiam Clericorum , qui honoris cauſa duntaxat , non autem ut Clericorum officia fungantur , eodem induerentur .

XXX. Infamia quoque , non ſolum juris , ſed etiam facti (duplex enim diſtinguitur) naturale quoddam impedimentum eſt , ne quis recipiatur ad habitum Religionis . Id variis momentis evincunt Auctores . Hæc potior ratio , quia ſtatus Religioſus quandam excellentiam , ac dignitatem præ ſe fert ex eo quod ordinatur ad Sacerdotalia munia , & ad Animarum ſalutem . Schola perfectionis eſt , Licet igitur infames vota ſolemnia valide nuncupare poſſint : Indecens tamen , ac indecorum prorſus eſſet , ut viris , quos infamia reddit inhabiles ad Sacerdotalia munia , pateret ingreſſus ad Ordinem Religioſum . Secus dicendum , ſi ſanctitate morum , per pœnitentiam diuturnam , infamia facti jampridem ſublata fuerit.

XXXI. Clemens VIII Conſt.CIII, data 19 Maii 1603 = Cum ad regularem = *Tom.V pag.605* decernens : ,, ut quibus in Monaſteriis , & Conventibus , ex Apo- ,, ſtolica facultate Noviciatus fuerint inſtituti , in iis ,, ad Religionem nullus in poſterum admittatur , qui , ,, & ex honeſtis parentibus natus non ſit , & condi- ,, tiones a Sacris Canonibus , Summorumque Pontifi- ,, cum Conſtitutionibus præſcriptas non habeat , juxta ,, Decretum ſuper forma recipiendi Novicios die XIX ,, Maii MDCII editum ,, ab ingreſſu Religionis arcere videtur eos , quos infamia parentum reddit indignos . *Quod tamen Decretum* , uti notat *Paſſerinus* Tom.III de Hominum Statibus , & Officiis Quæſtione CLXXXIX Art.I Inſpect.II Num.54 , *non continet clauſulam irritantem , immo nec pœnam ipſo facto incurrendam , de tranſgreſſoribus enim Conſtitutionis illius loquens Pontifex in fine ſic ait* : Officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt privationem , gravioreſque pro modo admiſſæ culpæ pœnas ſe ſubituros certo ſciant : *Nec prohibitio illa debet in tanto rigore intelligi , ut , ſi adſit ſpecialis , & juſta , ac gravis cauſa , non poſſint recipi ad habitum , & profeſſionem iſti filii patrum publice infamium* . Hæc ille .

XXXII. Qua de re cavendum, ne ſpecialis Apoſtolica Conſtitutio data ſit pro Conventu , de quo agitur. Clemens enim VII Conſt.CXXI , data 23 Decembris 1531 = Exponi Nobis = Tom.VII pag.*134*, cavet , ne oriundi ex Hebræis , vel Saracenis , adſcriberentur numero Fratrum Toletani Cœnobii S. Mariæ de Nivibus . Ne quis oriundus ex Judæis Collegio Fratrum Abulenſis Conventus cooptetur , inhibet Paulus III Conſt.LVII , data 5 Martii 1540 = Exponi Nobis = Tom.IV pag.590 . Idem pro Aragoniæ Provincia decernit Paulus III Conſt.LXXIV , data 3 Junii 1542 = Hodie = Tom.IV pag.608 . Cavet enim ne trahentes originem ex Judæis , vel ab Inquiſitoribus damnati adſcribantur Aragoniæ Provinciæ , & adſcriptos ab officiis repellendos , jubet . Idem ſancitum Urbani VIII Conſt.CXLIII , data 9 Septembris 1635 = Laurentius = Tom.VII pag.295 .

XXXIII. Clemens VIII Conſt.LXXXI , data 3 Novembris 1600 = Decet Romanum = Tom.V pag.570, jubet , in Salmanticenſi Conventu , *non ſolum non debere recipi , aut aſſignari , illos , qui ab Hebræorum ſanguine originem trahunt , verum neque illos , qui deſcendunt a Mauris , aut Saracenis , aut Turcis , aut ab his , qui S. Inquiſitionis Officio puniti ſunt* .

XXXIV. Ne quis ex Judæis, Saracenis , vel Indis, originem ducens , alumnus Hiſpalenſis Conventus eſſe poſſit , prohibet idem Clemens VIII Conſtitutione LXXXIX , data 14 Martii 1601 = Quæ ad conſervandum = Tom.V pag.579 . Huc ſpectant ejuſdem Clementis Conſt.XCII , data 27 Julii 1601 = Nuper a Nobis = Tom.V pag.593 : & Pauli V Conſt.LVII, data 27 Maii 1611 = Votis illis = Tom.V pag.682 .

XXXV. Clementis X Conſtitutione XLIII , data 8 Martii 1673 = Ex injuncto = Tom.VI pag.313, ſancitum eſt, ut in Regali Malacitano Conventu nullus recipiatur ad habitum , aut ad profeſſionem , *qui ex Hebræorum , aut Saracenorum , vel noviter Converſorum , ſanguine originem traheret* , nec ibi tanquam aſſignatus , aut deputatus , commorari poſſit , aut Præfecturas , ſeu officia obtinere .

XXXVI. Benedictus etiam XIII Conſt.CXIV , data 20 Decembris 1728 = Quam gerimus = Tom.VI pag.683 , declarat , quam caute ſint recipiendi , qui a Judaica perfidia , vel a Mahometica ſuperſtitione converſi ſunt.

XXXVII. Qua de re notes velim , quod Neophyti ſunt irregulares . Vide Can. = *Quoniam multa* = & Can. = *Sicut Neophytus* = Diſt.XLVIII . Secus dicendum de Neophytorum , vel Infidelium , filiis, qui ſi Neophyti non ſint , irregulares non ſunt .

XXXVIII. Quapropter *Cajetanus* Tom.I Opuſc. Tract.XXXI Reſp.VI multis probat , nihil ex jure communi impedimento eſſe, quo minus filii Judæorum ,

rum, & aliorum Infidelium, valide, & licite recipiantur in Religioſorum numerum.

XXXIX. Huc ſpectat S. Pii V Conſtitutio, quæ incipit = Paſtoralis = data anno 1571, decernit enim, deſcendentes a Saracenis, Mahometanis, Judæis &c. Religionem ingredi poſſe, Ordines ſuſcipere, & ad dignitates promoveri. Idem ſanxiſſe Gregorium XIII Conſtitutione, quæ incipit = Muneris noſtri = data anno 1583, auctor eſt *Peyrinus*, qui eam refert Tom.II Privileg. Minimorum.

XL. Idem de filiis hæreticorum dicendum, cenſet *Paſſerinus* loco laudato Num.54, & addit: „ quod „ nedum recipere hos filios non eſt prohibitum, vel „ indecens, ſed ſi alias ſint idonei, valde hoc decet, „ & eſt Eccleſiæ utile „. Et ibidem Num.55: „ In „ Ordine, inquit, Prædicatorum eſt ſpeciale privi- „ legium recipiendi ad habitum hæreticos ad Fidem „ converſos. Cum enim Pontifex dicto Ordini hoc „ prohibuiſſet, poſtea ad Fratrum inſtantiam hoc illis „ conceſſit in Bulla, quæ incipit = Ut preſſi = data ad ſavorem Conventus Mediolanen. „. Hæc ille, qui *Donatum* noſtrum excipit. Verum, pace clariſſimorum Virorum, quos ceu eruditiſſimos Magiſtros apprime veneror, dictum ſit; Innocentius IV nec inhibuerat, quominus Hæretici ad Fidem converſi Ordini Fratrum Prædicatorum nomen darent, nec hac de re facultatem fecit iiſdem Fratribus; ſed cum Summus ille Pontifex Conſtitutione LXXIV, data 17 Junii 1244 = Non ſolum = Tom.I pag.144 caviſſet, ne quis in Ordine Fratrum Prædicatorum, ſolido probationis anno nondum expleto, vota ſolemnia nuncuparet; poſtmodum Conſt.CLXII, data 13 Septembris 1246 = Ut preſſi = Tom.I pag.168, Fratribus Mediolanenſis Conventus indulſit, ut ii, qui, ejurata hæreſi, ad Ordinem fuerint adſcripti, infra annum tirocinii, vota ſolemnia nuncupare poſſint. In Ordine igitur noſtro, hac de re, ſtandum juri communi; ſecundum quod, ſi filius hæretici Fratrum numero cooptetur, valida erit profeſſio. Ut ex *Paſſerino* ſupra laudato videre eſt.

XLI. Illegitimos infames eſſe infamia facti, conſtat ex *L. Fratres C. de Inoffic. Teſtam.*. Hinc quæri poſſet, an hæc infamia obſtet, quominus adſcribantur Religioſorum numero. Verum, quia jus civile in ordine ad ſpiritualia non debet attendi, ubi jus Canonicum aliter diſponit, cum ex Gregorii XIV Conſt.IV, data 15 Martii 1591 = Circumſpecta = Tom.VII pag.212, illegitimi poſſint ad profeſſionem recipi, „ (dummodo tamen filius illegitimus in Religione, „ in qua Pater, ſive ante, ſive poſt nativitatem dicti „ filii, profeſſus fuerit, ipſo Patre vivente non ad- „ mittatur.) „ nulla circa hoc difficultas eſt. Nec obſtant Conſtitutiones Sixti V, de quibus ſupra: quia Gregorius XIV ipſa ea de re ad terminos juris reduxit: ex jure autem communi poterant illegitimi Religioſam vitam profiteri, ut habetur ex Can. = *Presbyterorum filios* = Diſt.LVI.

XLII. In Ordine tamen Fratrum Prædicatorum nullus Prior illegitimos recipere poteſt ſine licentia ſpeciali, uti legitur in ejuſdem Ordinis Conſtitutionibus Diſt.I Cap.XIII Textu IV pag.72. Hinc ſi ſecus actum fuerit, valida quidem, ſed illicita foret receptio. Et ibidem Lit.N. pag.75 hæc habentur: „ Declaramus, quod nullatenus illegitime natus po- „ teſt recipi ad Ordinem ſine licentia Provincialis, „ vel Magiſtri Ordinis, &, ſi fuerit receptus, non „ poterit eſſe Supprior, nec Vicarius Prioris in al- „ quo Conventu, etiam Priore illius Conventus mor- „ tuo, vel amoto, niſi eum eo fuerit diſpenſatum. „ Apud Podium 1344 declaratum fuit, quod illegiti- „ me natus non poteſt fieri Prior, nec Supprior, nec „ Viſitator ſine diſpenſatione. Et ſi diſpenſatum fue- „ rit, quod poſſit eſſe Prior; non poterit tamen pro- „ pter hoc eſſe Vicarius Provincialis, aut Provinciæ, „ nec Definitor Capituli Generalis, niſi in diſpenſa- „ tione de prædictis facta fuerit expreſſa mentio. „ Item denunciamus Sixtum V olim prohibuiſſe &c. „ Addenda Declaratio XV Capituli Generalis Bononienſis 1706, cujus hæc verba: „ Prohibemus...... „ ne ullus, ſive illegitimus, ſive ex alio Ordine, „ ante, vel poſt profeſſionem, dimiſſus, in Ordinem „ noſtrum admittatur, prout variis in Capitulis Ge- „ neralibus, quin & in ſacris noſtris Conſtitutioni- „ bus reſpective prohibitum eſt.

XLIII. Clemens XI Conſt.LXXX, data 15 Januarii 1706 = Exponi Nobis = Tom.VII pag.372, inhibet, ne illegitimi adſcribantur numero Fratrum Angelopolitanæ Provinciæ. Sed hoc pro illa duntaxat Provincia ſancitum, non autem pro ceteris, in quibus ſtandum legi mox ex Conſtitutionibus noſtris laudatæ.

XLIV. *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Conſtitutionum, Declarationum, & Ordinationum Ordinis Prædicatorum Parte II Cap.VII pag.91, ubi retulit prædictam Declarationem, quæ in Conſtitutionibus noſtris legitur, notat *ex Silveſtro*, illegitimum „ ob ingreſſum Religionis reddi aptum ad Or- „ dines, quia ingreſſus Religionis irregularitatem „ tollit; non tamen redditur aptus ad Prælaturas, „ vel curam animarum, ſine diſpenſatione, & ob id „ puto, inquit, Conſtitutionem nullam mentionem „ feciſſe de diſpenſatione ad Ordines ſuſcipiendos. In „ omnem caſum tamen, cum Prælati Religionis poſ- „ ſint diſpenſare cum Fratribus ſuis ſuper quacunque „ irregularitate, excepta contracta per homicidium „ voluntarium, mutilationem membrorum, & Bi- „ gamiæ, juxta Bullam, quæ Mare Magnum dicitur, „ poterunt etiam ſuper hac „. Hæc ille. Verum, ut illegitimi, qui vota ſolemnia nuncuparunt Ordinibus initientur, diſpenſatione non indigent, quia Profeſſio Religioſa irregularitatem illam tollit, ut idem Auctor notaverat.

XLV. De Recipiendorum ætate, ac ſcientia loquens Clemens VIII Conſt.CIII, data 19 Maii 1603 = Cum ad Regularem = Tom.V pag.605 „ Quiſ- „ que, inquit, recipiendus in aliquo Ordine Regu- „ lari, etiam Mendicantium, in ea ſit ætate conſti- „ tutus, quam ejus Ordinis in quo recipiatur, regu- „ laria inſtituta, & ordinationes requirunt: eam ve- „ ro literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcen- „ dæ ſpem indubiam præſeferat, ut minores, & ſuis „ temporibus majores Ordines juxta Decreta Sacri „ Concilii Tridentini ſuſcipere valeat. Sed ſi quis „ annum vigeſimum quintum excedens ad Habitum „ Regularem admitti poſtulaverit, & talis eruditionis „ expers inventus fuerit, in Converſorum tantum, „ quibus literarum ſcientia non eſt neceſſaria, nume- „ rum referatur. Ipſi autem Converſi non recipiantur „ ante vigeſimum ætatis ſuæ annum, & niſi ſaltem „ præcipua Doctrinæ Chriſtianæ Capita noverint.

XLVI. Ex quo Clementis VIII Decreto liquet, quo ætatis anno Converſi vota ſolemnia valide nuncupare poſſint. Cum enim pro receptione Converſi ætatis annum vigeſimum definiat Clemens & annus unus pro Noviciatu formali conſtitutus a jure communi cenſeatur, ſequitur, quod, expleto vigeſimo primo ætatis anno, Converſus valide emittere poteſt profeſſionem. Hinc ubi in Conſtitutionibus noſtris

Diſt.I

Diſt.I Cap.XIII Textu IV legitur: *Nullus Converſus recipiatur infra decem, & octo annos*: Declaratur quidem Lit.K pag.73, nunc ex Clementis VIII decreto, Converſos „ non eſſe recipiendos ante annum viceſimum „ ſed ut omnes intelligant, id non obſtare, quominus Converſi Profeſſio ſit valida, ſi per Magiſtrum Ordinis liceat ipſi, vota ſolemnia nuncupare, expleto Probationis anno, qui ipſi pro Noviciatu formali fuerit aſſignatus ſtatim poſtquam Ordini nomen dederit, additur ibidem t „ Tempore vero „ probationis elapſo, qui Religioſæ perfectionis ca„ paces ſunt, & ad laborem corporalem apti, dum„ modo ætatis ſuæ annum vigeſimum primum exceſſe„ rint, Profeſſionem emittant.

XLVII. Ceterum, quamvis Converſi vota ſolemnia valide nuncupare poſſint expleto vigeſimo primo ætatis anno; quia tamen in Ordine noſtro (niſi Magiſter Generalis ipſos aliquo Tercinatus, quem vocant, anno immunes fecerit) poſt tertium duntaxat annum a receptione Profeſſionem emittunt, & hæc receptio juxta Clementis Decretum ſit ætatis anno vigeſimo expleto: hinc liquet quod in eodem Ordine Converſi plerumque vota ſolemnia nuncupant anno duntaxat ætatis vigeſimo tertio expleto: uti videre eſt in Conſtitutionibus noſtris mox laudatis ex Actis Capituli Generalis Bononien.1615. Huc ſpectat Clementis X Conſt.LXXII, ſeu Decretum S.Congregationis = Etſi Decretis = Tom.VII pag.338, ubi ex Conſtitutionibus Innocentii X, & Alexandri VII præcipitur „ omnibus, & ſingulis Superiori„ bus Generalibus, Provincialibus, & localibus.... „ ut de cetero neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, „ ſeu Donatis, aut Commiſſis, vel ſervientibus, nec „ pro hoſpitibus, ſeu poſtulantibus, aut alio quo„ cunque nomine nuncupatis, ac quovis habitu indu„ tis, vel induendis, ſub quovia prætextu, vel cau„ ſa, aut quæſito colore recipiant, ſeu admittant ad „ habitandum intra clauſtra, niſi vigeſimum ætatis „ ſuæ annum expleverit, omneſque ſic receptos „ (Nota verba: excipiuntur ſiquidem Novicii Clerici; & iſti ætatis anno decimo quinto expleto recipi poſſunt ad habitum) „ ſeu admiſſos (iis tantum exceptis, qui „ completa ætate annorum quindecim pro Clericis, „ ſeu Choriſtis in habitu Noviciorum annum probatio„ nis agunt) a Monaſteriis, ſeu domibus Regularibus, „ omnino amoveant, & ejiciant &c. „ Id quibuſdam propoſitis pœnis præcipitur: verum, nec in iſto S. Congregationis Decreto, nec in alio Clementis VIII, de quo mox dictum fuit, reperitur *clauſula* quam vocant *irritans* ſeu Profeſſionem Converſorum irritam & nullam reddens.

XLVIII. Quod Clericos ſpectat, cum Clemens ætatem illam pro receptione Clericorum requirat, quam Ordinis in quo recipientur regularia inſtituta, & Ordinationes decernunt, conſulendæ Conſtitutiones noſtræ in quibus Diſt.I Cap.XIII Textu II Lit.C pag.69 ſic legere eſt: „ Nullus Clericus poteſt profi„ teri, niſi completo Sextodecimo anno juxta Con„ ſtitutionem Concilii Tridentini Seſſ.25 Cap.15. Si „ quis autem infra annum probationis, vel infra æta„ tem a jure taxatam, aliquem ad profeſſionem rece„ perit, aut tali receptioni una cum effectu conſenſe„ rit, ſuſpenſus eſt a receptione cujuſcunque No„ vicii, donec a Magiſtro Ordinis, vel Definitori„ bus Capituli Generalis, vel Provincialis fuerit „ reſtitutus. Et præter hæc peccat mortaliter faciens „ contra præceptum Eccleſiæ, & debet puniri pœna „ gravioris culpæ, ut habetur in Cap. Non ſolum: „ & Cap. Conſtitutionum, de Regular. Lib.6: & in „ Capitulo Carcaſſonæ 1312 Ordinat.7 „. Inſuper, ut in iiſdem Conſtitutionibus noſtris ibidem legitur Textu IX Lit.O pag.99: „ Bononiæ 1564 Fratribus „ denunciatum fuit, Profeſſionem ante annum Deci„ mumſextum expletum deinceps fieri non poſſe, &, „ ſi ſecus fiat, irritam eſſe. Et Conventuum Præſi„ dentibus mandatum fuit, quantum fieri poteſt, ne „ ad habitum recipiant pueros ante decimumquintum „ annum inchoatum. Et cuicunque Novicio, cum „ recipitur ad habitum, explicetur coram omnibus, „ Profeſſionem nonniſi prædicto tempore eſſe facien„ dam. Quod ſi pueri ante decimumquartum annum „ expletum fuerint aliquando recepti, adhuc noſtra „ Conſtitutio obſervetur, ut ultra decimumſextum „ annum tres alii menſes ſuperaddantur, quibus de „ aſſumendo ſtatu Religionis commodius poſſint deli„ berare „. Conſtitutio, cujus hic mentio, legitur ibidem Textu IX, & X. Sed de his iterum dicetur, ubi de anno Noviciatus, & de Profeſſione ſermo erit.

XLIX. Quæ ſcientia requiratur, ut aliquis ad habitum Clericalem in Ordine noſtro recipi poſſit, habetur in Conſtitutionibus Diſt.I Cap.XIII Textu I Lit.B pag.69, & Cap.XIV Textu VIII Lit.N pag.98. Diſtinctione vero ſecunda Cap.XV Textu II Lit.C pag.329 additur, quod „ ſi quis autem eſſet nobilis „ Laicus, literarum ignarus, qui propter ſuam cla„ ritatem reciperetur ad Habitum clericalem, iſte, „ non ad perſolvendas horas Canonicas, ſed ad reci„ tanda Pater Noſter teneretur, nec poſſet eligere, „ neque eligi, neque frui gratiis Clericorum &c. „ Legenda Ordinatio I Capituli Generalis Romæ 1686.

L. De ceteris qualitatibus Recipiendorum hæc in Conſtitutionibus noſtris habentur Diſt.I Cap.XIII Textu II pag.69: „ Nullus recipiatur, niſi ſit requiſi„ tus, an ſit conjugatus, an Servus, an ratiociniis „ obligatus, an alterius Profeſſionis, vel occultam „ habeat infirmitatem „. Circa quæ conſulendæ Declarationes quæ leguntur ibidem Lit.E, F, & G. Huc etiam ſpectat Declaratio VII Capituli Generalis Romæ 1694, cujus hæc verba: „ Declaramus ſta„ tuendo, quod in poſterum nullus ad habitum noſtri „ Ordinis recipi poſſit, qui ex quacunque altera Re„ ligione, etiam ante Profeſſionem ſolemnem emiſſam „ expulſus fuerit, uti ordinatum fuit Valentiæ 1596. „ Inhibentes Superioribus ſub pœna abſolutionis ab „ Officiis ipſo facto incurrenda, & Patribus, ac Fra„ tribus ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ „ ad triennium, ne ejectum ex quocunque Ordine re„ gulari, etiam ante Profeſſionem emiſſam in ea Re„ ligione, a qua ejectus eſt, vel eam ſua ſponte de„ ſeruerit, ad habitum Ordinis noſtri recipiant; &, „ ſi receptus fuerit, inhibemus etiam, ne ad profeſ„ ſionem in Ordine noſtro admitti poſſit, ſed per „ RR. PP. Provinciales compellantur Superiores „ Conventuum ſub pœnis jam latis eos ab Ordine ex„ pellere, & in hoc ſenſu Declarationem VI Capitu„ li 1629 temperandam duximus.

LI. Nonnihil difficultatis eſſe poſſet in his quæ Cap.XIV Textu IX Lit.O pag.100 denunciantur ex Actis Capituli Generalis Romæ 1558: „ Sub pœna „ abſolutionis ab Officiis omnibus Prælatis præcipi„ mus, ut interrogatoria de impedimentis in Capite „ ſuperiori expreſſis circa recipiendos ad habitum & „ Profeſſionem „ (quæ ſcilicet mox relata ſunt) „ eodem modo faciant, & in eodem libro reſponſio„ nes recipiendorum ad Profeſſionem ſcribant: quæ „ a teſtibus ſubſcribantur, cum proteſtatione juridi„ ca de nullitate profeſſionis, quotieſcunque aliquid „ in poſte-

„ in poſterum compertum fuerit in contrarium „ : Cum enim ibi pœna *Nullitatis Profeſſionis* proponatur quæri poteſt, an illorum omnium, de quibus ibi ſermo eſt, Profeſſio nulla ſit & invalida, ſi quis reſpective non prodat id genus impedimenta. Difficultatem augent Acta Capituli Romæ 1644, quibus ſancitum eſt, Priores de nullitate Profeſſionis „ aperte, „ clare, ac diſtincte proteſtari debere „. Sic enim legitur Ordin.VII: „ Ordinamus, ut in poſterum „ Priores Conventuum, aliique Superiores, quotieſ„ cunque Fratrem aliquem ad Profeſſionem ſolemni„ ter emittendam ſuſcipiunt, inter alias interrogatio„ nes, ac proteſtationes præmitti ſolitas, eidem quo„ que aperte, clare, ac diſtincte proteſtentur, Pro„ feſſionem ipſius nullam fore, ſi forſitan ipſe gra„ vem aliquem defectum ob quem merito rejiciendus „ fuiſſet, ſubdole ante votorum emiſſionem ſubticuiſ„ ſe, aut occultaſſe, poſtmodum deprehendatur. „ Hæc Ordinatio ſervatur in Ordine noſtro, & Proteſtationem illam fieri, ſæpius vidi. Quid operetur fuſius docet *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſpectionis III Capite Secundo a Num.115 ad 129.

LII. Brevitati ſtudens paucis hic ego quæſtionem abſolvam, obſervando ex *Proſpero Fagnano* ad Cap. Qui Presbyterum: Num.123 de Pœniten. & Remiſſ. quod licet illa proteſtatio fiat, ſi tamen executioni poſtea dari non ſit ſolita proteſtata nullitas, Profeſſio, tali proteſtatione non obſtante, emiſſa, valida eſt: ut habetur ex Decreto S. Congregationis Concilii, quod Fagnanus refert ibidem. Hujus tenoris eſt: „ In Con„ gregatione Minimorum extabat ſtatutum, quod „ originem ducentes a Judæis, & Saracenis, ad Reli„ gionem non recipiantur, &, ſi qui recipiendi fue„ rint, quorum progenies ignoratur, admittantur, „ cum proteſtatione, quod ſi poſtea comperiatur, eos „ a Judæis, vel Saracenis originem duxiſſe, eorum „ Profeſſio ſit nulla. Quæſitum fuit, an originem „ trahentes a Judæis, admiſſi ad Religionem cum illa „ proteſtatione, ſint legitime profeſſi, vel ſecus. San„ ctiſſimus reſpondit, habendos eſſe Profeſſos, nec „ ejici debere, cum hactenus nemo fuerit ejectus „. Hæc ultima verba notanda, ideo enim, non obſtante proteſtatione, Profeſſio valida declaratur, quia, licet proteſtatio fieret, nullus tamen hactenus fuerat ejectus tanquam nulliter profeſſus. Hinc attendendum crederem, quandonam ejiciendi viget conſuetudo. Exempli gratia, ſi quis *alterius Profeſſionis* in Ordine noſtro receptus fuerit, (idem dic de aliis caſibus, de quibus *Paſſerinus* ſupralaudatus, quem conſulas velim) ubi primum id compertum habetur, ejicitur, etiamſi vota ſolemnia nuncupaſſet, ut habetur ex Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Capite XIII Textu II Lit.G pag.71. „ Statuimus, ut nullus in alia Reli„ gione Profeſſus, vel ab ea ejectus, ad habitum Re„ ligionis noſtræ a quoquam recipiatur. Quod ſi re„ ceptus fuerit, præterquam quod recipientes gravi„ ter puniantur, receptio, ſicut & Profeſſio (ſi ta„ men poſtmodum fuerit ſubſecuta) pro nulla ha„ beatur: & talis ſtatim ad ſeculum remittatur. Va„ lentiæ 1596. Romæ 1601. Valliſoleti 1605 „. Sed ſi quis, emiſſa Profeſſione *ratiociniis obligatus* dignoſcatur, licet ipſius receptio, & Profeſſio ſint illicitæ ex his quæ habentur in Conſtitutionibus noſtris loco mox laudato Lit.F, Profeſſio tamen non cenſetur invalida, nec ille, qui, ratiociniis obligatus, vota ſolemnia nuncupavit, ejicitur. Hinc *Donatus* noſter de iiſdem, & id genus ceteris qui ære alieno gravantur loquens in Rerum Regularium Praxi Tomo II Parte IV Tract.III Quæſt.XIII pag.43 Num.XII „ Re„ ſpondeo, inquit, quod licet Profeſſio iſtorum ſit „ valida, juxta Decreta Clementis, & ſecundum an„ tiqua jura Cap.2 de Obligat. ad Ratiocin. Navarrus „ Lib.3 Conſil. de Regul. Conſ.26, nihilominus Su„ periores in pœnas incurrunt, quas Sixtus præſcripſit „ & Monaſterium tenetur ſatisfacere de his, quæ Pro„ feſſus contulit Monaſterio. 19 Quæſt.3 Cap. Si qua „ mulier. & C. de Epiſcopis & Clericis L. Deo Nobis „ §.1 Secus, ſi nihil contulit, quia nihil habebat. Nam „ Monaſterium ſe habet ut hæres Profeſſi: hæres au„ tem non tenetur ultra vires hæreditarias. Julius „ Clar. in §. Final. Quæſt 36 Num.45 „. De matrimonio junctis, ſervis, infirmis, & id genus ceteris conſulendi *Donatus* in Tractatu III mox laudato, & *Paſſerinus* loco ſupra citato Inſpectione III, IV &c. De valida, vel invalida Profeſſione fuſius diſſeretur, occaſione data. De Profeſſis alterius Religionis non recipiendis vide *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* in Summario Conſtitutionum &c. Parte II Cap.6, & Conſtitutiones ipſas Diſt.I Cap.XIII Textu IV Lit.M pag.74. Conſulenda etiam Declaratio VII Capituli Generalis Romæ 1694.

Debitorem, facta ceſſione bonorum, ad Profeſſionem admitti poſſe, non obſtante Sixtina Conſtitutione, S. Congregatio Epiſcop. & Regular. declaravit 1 Octob. 1601 in una Carthuſian. apud *Nicoliũm* in Floſculis Verbo: *Profeſſio*.

LIII. Notandum Septimo, quod Sixtus V, & Gregorius XIV in Conſtitutionibus ſæpius laudatis plura decernunt circa informationes, ſeu inquiſitiones habendas de Recipiendis. Clemens etiam VIII Conſtitutione CXXIX, data 10 Septembris 1597 = In his = Tom.VII pag.225 præſcribit, quomodo inquirendum ſit in eos qui Ordini Prædicatorum nomen dare, volunt. Hac de re fuſiori calamo diſſerens *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſtione CLXXXIX Inſpect.IX „ Tam ante receptionem, inquit Num.284 „ ad habitum, quam ante admiſſio„ nem ad Profeſſionem, juxta præſcriptum cujuſcun„ que Ordinis ſumendæ ſunt informationes de idonei„ tate Recipiendorum, ſed hujuſmodi ſufficit, ſi ſint „ extrajudiciales, nec eſt neceſſe, ut ſumantur per „ Notarios publicos, ſed ſufficit, eſſe tales, ut va„ leant prudenter dirigere receptionem ad Habitum, „ & Profeſſionem. Quid in Conſtitutionibus noſtris ſancitum ſit, habes Diſt.I Cap.XIII. Adeas *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* in Summario Conſtitutionum Parte II Cap.IX pag.93 &c. *Pontanum* de Recipiendis pag.537 Num.4, ac 540 Num.XIII: & *Donatum* De Rerum Regularium Praxi Tomo II Parte IV Tractatu IV pag.69 &c. Huc ſpectat Ordinatio I pro Regimine lata a Capitulo Generali Romæ 1694, cujus hæc verba: „ Ordinamus, neminem ad Ordinem „ noſtrum recipiendum eſſe, niſi ex legitimo ma„ trimonio procreatus, uti in Conſtitutionibus no„ ſtris Diſt.I Cap.13 Textu IV ſtatutum eſt, mori„ buſque probatus, & in literis grammaticis ſufficien„ ter inſtructus, ac ex honeſta familia natus ſit, fiat„ que diligens horum omnium inquiſitio, & examen „ ſicut ex Clemente VIII demandatur, (ac) in Glo„ ſa Conſtitutionum Capite, & Diſtinctione ſupra„ dictis Textu II Litera F fuſius declaratum eſt. Hoc „ autem examen in parvis Conventibus fieri non poſ„ ſe decernimus inconſulto Priore Provinciali, qui „ Examinatores deſignet cum integro conſilio Pa„ trum majoris Conventus, ſalvis earum Provincia„ rum legibus, ubi in Capitulis Provincialibus reci„ piendorum Examinatores deputantur, aut ubi in „ majori-

Digitized by Google

„ majoribus etiam Conventibus Provincialis aſſenſus „ ad receptionem exigitur „ . Huc etiam ſpectat Ordinatio I pro Regimine facta in Capitulo Generali Romæ 1721 . Verum attendenda nuperrima Declaratio 3 Capituli Generalis Bononienſis 1725 , cujus hæc verba : „ Declaramus propter graviſſimas rationes, quod „ Examen Recipiendorum ad Habitum Clericalem in „ quacunque Provincia Ordinis reduci debeat ad terminos Conſtitutionum noſtrarum : non obſtante „ quocunque Decreto in contrarium ab aliquo Reverendiſſimo Ordinis Generali Magiſtro emanato. „ Nolumus tamen , per Generalem hanc Declarationem infirmari illa, quæ pro particulari aliqua „ Provincia a Nobis ſancita propter ſpecifica motiva „ in ſequentibus recitabuntur.

LIV. Notandum Octavo Puellam , quæ duas germanas Sorores Moniales habet in Monaſterio , etiam Regularibus ſubjecto , in ipſo recipi non poſſe ſine licentia S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium , uti declaravit eadem S. Congregatio in Aretina 4 Novembris 1596 , & in Mutinen. 1600 apud *Nicolium* in Floſculis : verbo : *Soror*.

LV. De numero Religioſorum cuique Monaſterio, Conventui , ac Domui Regulari præfigendo legenda Pauli V Conſt.X = Cum ex plurimis = Tom.V pag.636. Pro Toletano Cœnobio S. Petri Martyris legenda Urbani VIII Conſtit.LI = Cum ſicut = Tom.VI pag.73 . Conſulenda quæ dicta ſunt Titulo I Quæſt.2 Num.15.

QUÆSTIO II.

De Noviciorum educatione, & Profeſſione.

SUMMARIUM.

I. Conſenſus Bullarum circa Noviciorum educationem exhibetur ex ipſis Summorum Pontificum verbis.

II. Eos inter Sixtus V præcipit, Novicios, qui in minoribus Conventibus habitum ſuſceperint , ad majores , & Regulares, mittendos , ut in numero ſaltem ſenario educentur : ibi vota ſolemnia nuncupent : & a cura Magiſtri Noviciorum non amoveantur , niſi poſt biennium ſaltem integrum ab emiſſa Profeſſione.

Ac cavet, ne Magiſter Noviciorum inſtituatur a Priore Provinciali , vel Conventuali , aut ab ipſis amoveatur, niſi de conſenſu Definitorum, vel majoris partis Patrum a conſiliis.

III. Clemens VIII inhibet , ne , intra Italiæ, & Inſularum adjacentium fines , Novicii recipiantur in Conventibus , quos ipſe pro unaquaque Provincia non deſignaverit.

IV. Quoſdam tamen Ordines excipit.

V. Et pro Ordine Prædicatorum nonnullos Conventus exceptos decernit.

VI. Amplam ea de re facultatem locorum Ordinariis faciens , poſtea revocatam :

VII. Ac præſcribens, quid in Noviciorum receptione , eorumque educatione , ſervandum ſit.

Quomodo ſcilicet inquirendum de uniuſcujuſque natalibus , corporis habitudine , moribus , & vita ante acta , an criminoſi ? an ære alieno gravati ? &c. Quæ ſit eorum ætas? Quæ literatura ? Quo ſpiritu , qua mente , vitam Religioſam elegerint ?

Quomodo Converſi, & Oblati examinandi , ac inſtituendi ſint ?

Quiſnam Noviciatus locus , forma , qualitates ?

Quodnam Magiſtri Noviciorum munus , electio, qualitates ?

Quis Noviciorum confeſſiones excipere poſſit ?

Eorundem exercitationes.

Quæ Converſorum inſtitutio , & educatio ?

Quo anno Novicii Clerici , & Converſi Profeſſionem emittere poſſint ?

Quis Profeſſionis actum ſubſcribere debeat ?

Novicius Profeſſionem emittere debet pro Conventu , cujus nomine , veſtes Religionis induit.

Numerus Religioſorum cuique Conventui præfiniendus.

Noviciis Profeſſis peculiaris locus aſſignandus .

Nec debent negotiis Conventus, aut communibus tractatibus ſe intromittere.

VIII. Urbanus VIII Novicios , in Galliarum Regno, ad habitum & Profeſſionem recipiendos decernit in Conventibus duntaxat ſtrictioris obſervantiæ.

IX. Clementinam Conſtitutionem , pro Noviciis editam, ſervandam jubet.

X. Declarat, quinam ſint Italiæ Conventus, in quibus Novicii inſtituendi ſunt.

Huc ſpectant Alexandri VII Conſtitutiones.

De Noviciis , & Profeſſis contra formam Decretorum Clementis VIII quædam ſancita ab Urbano VIII.

XI. Innocentius XII,Clementis VIII, Innocentii X, & Alexandri VII Decreta renovans quædam præſcribit, quæ Novicios inſtituendos, & Conventus Noviciis Profeſſis aſſignandos , ſpectant.

XII. Definitio Noviciatus ex Apoſtolicis Conſtitutionibus exhibetur.

Cur *mutuum experimentum* dicatur, habetur ex Gregorio IX , & Innocentio IV.

Quid, hujus *experimenti* gratia , ſit agendum , præſcribit Clemens VIII.

XIII. Cur ſuſcipi dicatur in Religione approbata ?

XIV. Suſcipiendum in Habitu Religionis :

XV. In ætate legitima :

XVI. Loco debito :

XVII. Tempore continuato.

XVIII. Num integritas anni Noviciatus Mathematice ſumi debeat , vel Moraliter tantum?

XIX. Anno Biſſextili Noviciatus annus conſtat diebus 366 , ſi compleatur poſt diem 23 Februarii.

XX. Noviciatus annus Fratrum Clericorum computandus ab ipſo ingreſſu in Noviciatum.

XXI. Nullus præter Summum Pontificem contrahere , ſeu breviare poteſt annum Probationis.

Uti liquet ex Gregorii IX , & Innocentii IV Conſtitutionibus , & ex Decreto Concilii Tridentini.

XXII. Quo Decreto revocatum videtur privilegium ab Innocentio IV conceſſum.

XXIII. Non obſtat tamen , quo minus Novicii, in articulo mortis , & in ætate legitima , conſtituti, ex Privilegio a S. Pio V dato , Vota ſolemnia nuncupare poſſint.

XXIV. Quæ Profeſſio valida erit , non in foro conſcientiæ tantum , ſed etiam in foro fori.

XXV. Quod Privilegium a Benedicto XIII renovatum fuit.

Nec revocatum eſt a Clemente XII. Sicut nec revocatum fuerat a Gregorio XIII.

XXVI. Licet autem Probationis annus contrahi nequeat, prorogari tamen poteſt ad arbitrium viri prudentis.

Nec obſtant Decreta , ſed potius favent.

XXVII. Trimeſtre , Noviciis , qui Sacras Religionis veſtes ante XV ætatis annum induerunt , aſſignandum eſt poſt annum XVI expletum.

XXVIII. Converſi triennio probantur.

Hujus triennii, unus duntaxat annus eſt Noviciatus formalis.

Qui peragi debet in Conventu Noviciatus, ſeparatis tamen Converſis a Noviciis Clericis.

Ut ex Decreto Clementis VIII videre eſt,

XXIX. Et habetur ex alio Decreto S. Congregationis.

XXX. Quæ rationem aſſignat, quia Converſi *debent inſervire Officiis manualibus*.

XXXI Nec iſtud obſtat, quo minus de rebus ſpiritualibus inſtitui poſſint.

Utrumque ſiquidem præſcribit Clemens VIII.

XXXII. Quo ſenſu continuitas anni Probationis dicatur Moralis?

XXXIII. Infirmitas illi continuitati non obſtat.

XXXIV. Nec ipſi impedimento eſt animi fictio.

XXXV. Quandonam Probationis annus interruptus cenſendus ſit?

XXXVI. Sibi nullatenus contrariæ ſunt Declarationes Congregationis Concilii ea de re datæ.

XXXVII. Varia Noviciorum privilegia recenſentur.

Primum eſt, quod in favorabilibus, non autem in odioſis, nomine Religioſorum comprehenduntur a jure.

XXXVIII. Secundum eſt, quod Novicii gaudent gratiis, & privilegiis, Profeſſorum.

XXXIX. Tertium eſt, Privilegium Canonis, & Fori.

XL. Quartum eſt, quod Indulgentias Profeſſis conceſſas lucrantur.

XLI. Quintum eſt, quod immunes ſunt Tributis ſolvendis.

XLII. Sextum eſt, ex nonnullorum opinione, quæ non probatur, quod vi ingreſſus Religionis tollatur irregularitas orta ex defectu natalium.

XLIII. Septimum admittunt aliqui, & legatum ſpectat factum ſub conditione ingreſſus in Religionem.

XLIV. Octavum eſt, quod Novicii poſſunt abſolvi a caſibus Epiſcopo reſervatis, & a cenſuris, etiam ante ingreſſum incurſis.

Quis Noviciorum confeſſiones poſſit excipere, ex Clementis VIII Decreto habetur.

XLV. Nonum eſt, quod poſſint Ordines ſuſcipere

Non tamen titulo paupertatis.

XLVI. Decimum eſt, quod Noviciorum vota poſſint a Prælato Regulari ſuſpendi, vel commutari.

XLVII. Undecimum eſt, quod Novicii, ubi neceſſitas urget, poſſunt immunes fieri præceptorum jejunii, Officii Divini &c., quibus Profeſſi ſolvi poſſunt a Prælato Regulari.

XLVIII. Duodecimum eſt, quod, ſervatis ſervandis, ſi Sacerdotes ſint, poſſint confeſſiones excipere, & conciones habere.

XLIX. Decimum tertium, quod in articulo mortis, ſi annum XVI ætatis expleverint, poſſint emittere Profeſſionem.

L. Decimum quartum, quod Novicii non ſubjiciantur Interdicto perſonali contra Laicos lato.

LI. Decimum quintum, quod Novicii non ſubdantur legibus pœnalibus contra Religioſos præciſe latis.

LII. Ne quis adſcribendus Religioſo cœtui aliquid, vel etiam epulas dare teneatur, cavet Gregorius XI.

Id antea ab Urbano V vetitum.

LIII. Huc ſpectat Decretum Sacri Concilii Tridentini.

LIV. Ex cujus tamen verbis liquet, quod licitum ſit aliquid accipere pro victu, & veſtitu Novicii, quo tempore in probatione eſt.

Nec in hoc aliqua Simoniæ ſpecies reperitur.

LV. Sicut nec etiam ſimoniacum eſt, accipere dotem pro veſtibus, & alimentis dandis Moniali, tempore vitæ ſuæ.

Sacri Canones ea de re loquentes conciliantur.

LVI. Sacrum Concilium Tridentinum non obſtat, quo minus Parentes de bonis propriis aliquid dare poſſint.

LVII. Quicquid autem Novicius detulerit in Monaſterium, ipſi ad ſeculum redeunti, reſtituendum decernit.

LVIII. Id longe antea præſcriptum fuerat a Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum,

Idem ſancitum a variis Capitulis Generalibus.

LIX. Quid ſit *Renunciatio*? Quid *Obligatio*, de quibus Tridentina Synodus loquitur: & quandonam, & quomodo, a Novicia fieri poſſint ex ejuſdem Concilii præſcripto?

LX. Ex Gregorii IX, & Innocentii IV Conſtitutionibus, nullus obſtare poteſt, quo minus Novicii, ſi velint, revertantur ad ſeculum.

LXI. Idem in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum ſancitum,

LXII. Quam graviter peccent illi, qui viros, vel recipiunt, vel retinent invitos, inferri poteſt ex his, quæ pro Monialibus ea de re Concilium Tridentinum decernit.

LXIII. Ex S, Thoma, qui ceteros ad Religionem inducit, tripliciter peccare poteſt.

LXIV. Quam neceſſaria ſit libertas ad validitatem Profeſſionis, ex ipſius definitione, & ex Sacri Concilii Tridentini Decreto liquet.

LXV. Hinc Profeſſio facta per vim, & metum, nulla eſt.

Si tamen metus ſit gravis.

Quis ille ſit?

LXVI. Quid cenſendum de Profeſſione facta ex ignorantia, fraude, deceptione, dolo, vel fictione?

LXVII. Quænam conditiones neceſſariæ ſint ex parte Profitentis, ut licite, & valide, vota ſolemnia nuncupare poſſit?

LXVIII. Quænam requirantur ad Profeſſionem, quam *Tacitam* vocant?

Quid illa ſit?

LXIX. Quænam eſſe debeant ex parte Religionis?

LXX. An Profeſſio, quæ defectu alicujus ſolemnitatis nulla eſt, valida ſit in foro conſcientiæ, donec ab Eccleſia reſcindatur, & nulla declaretur?

Quæſtio ſolvitur.

LXXI. Exemplis illuſtratur.

LXXII. Eadem de re loquentes Sacri Canones conciliantur.

LXXIII. Quandonam Profeſſio ratificari dicatur?

LXXIV. An nulliter Profeſſus teneatur Profeſſionem ratificare?

LXXV. Ut rata fiant vota ſolemnia, jampridem nuncupata, non requiri novam Fratrum Vocalium acceptationem, declaravit Urbanus VIII.

LXXVI. Quæ Declaratio intelligenda de Vocalium acceptatione, quæ Capitulariter fit.

Quid cenſendum de ſimplici conſenſu?

Variæ circa conſenſum illum difficultates ſolvuntur.

LXXVII. Sicut Profeſſio dividitur in expreſſam, & tacitam, ita Ratificatio.

LXXVIII. Utrum ad ratificandam Profeſſionem novus Noviciatus neceſſarius ſit?

LXXIX. Qui

Google

LXXIX. Qui Profeſſionem ratificavit contra illam reclamare non poteſt.

Quid ſit reclamatio?

Quid de illa ſancitum a Sacro Concilio Tridentino?

LXXX. Ea de re varias difficultates ſolvit Sacra Congregatio Concilii, cujus Decretum exhibetur.

LXXXI. Quinquennium a die Profeſſionis tam tacitæ, quam expreſſæ, numerandum, etiamſi Profeſſio fuerit emiſſa ante legitimam ætatem.

LXXXII. Hac Quinquennii lege Concilium præſcriptionem induxit.

Quid operetur illa præſcriptio?

LXXXIII. Talis eſt, ut, expleto Quinquennio, qui prætendit, Profeſſionem ſuam irritam eſſe, non audiatur, niſi reſtituatur in integrum.

LXXXIV. Quid ſit illa reſtitutio?

LXXXV. Quibus concedatur?

LXXXVI. Quandonam, & quomodo audiendus ille, qui contra Profeſſionem ſuam reclamat?

LXXXVII. Cauſas nullitatis deducere debet coram Ordinario, & Superiori locali.

Quinam ſint illi?

LXXXVIII. Uterque conjunctim procedere debet.

Si non conveniat inter ipſos, lis illa per Sedem Apoſtolicam dirimenda erit.

LXXXIX. Ad quem ſpectet onus probandi?

XC. Omnes intereſſe habentes citari debent.

XCI. Qui, ob non ſervatam formam Concilii Tridentini, nulliter dimittuntur, habentur tanquam Apoſtatæ præſumpti.

XCII. Si legitime dimiſſi redeant, recipi debent ſicut alii Seculares.

XCIII. Qui ſint effectus Profeſſionis validæ?

Eos inter recenſenda præcedentium votorum extinctio.

XCIV. Quæ, ipſo jure, ſequitur ex Profeſſione.

XCV. Anteaquam Profeſſionem emittant Novicii, Prior, & Magiſter Noviciorum, eorundem vota ſuſpendere, vel commutare poſſunt.

XCVI. Quis, ubi, quomodo Magiſter Noviciorum inſtituendus ſit, vel deſtituendus?

I. QUid de Noviciis inſtituendis ſancitum ſit, habes ex ſequentibus Bullis, quarum conſenſum exhibent ipſamet Summorum Pontificum verba.

II. Ea de re *Sixtus V Conſt.XXV*, data 27 Auguſti 1588 = Notum facimus = *Tom.V pag.466* quædam decrevit vivæ vocis oraculo. „ Nos Frater Michael Bonellus miſeratione divina tituli S. Mariæ ſupra Minervam S.R.E. Presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, totius Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum Protector, univerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas lecturis, inſpecturis, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam, ac eiſdem præſentibus fidem adhibere indubiam. Notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter D. Sixtus Divina Providentia Papa V, vivæ vocis Oraculo, Nobis facto die XXII Auguſti MDLXXXVIII, Apoſtolica auctoritate corroboravit, decrevit, & præcepit, perpetuis temporibus obſervanda in univerſo Prædicatorum Ordine infraſcripta pro regulari obſervantia valde neceſſaria, & ejuſdem Ordinis multis, & antiquis Ordinationibus nimis conformia. Primo de cetero Novicii, qui in minoribus Conventibus habitum Religionis aſſumpſerint, ad Conventus Majores, & Religioſos tranſmittantur, ubi in dormitorio communi cum debita clauſura, & ſaltem in numero ſenario poſſint educari, ſub Magiſtro diſcreto, & religioſo: Quod ſi aliquis Prælatus in poſterum Profeſſiones alicujus Novicii recipere præſumpſerit, qui juxta tenorem hujus Decreti non fuerit inſtitutus, & educatus, vel intra menſem, ut dictum eſt, ſcienter Novicium non tranſmiſerit ad Conventum, in quo religioſe juxta dicta inſtituatur, ipſo facto ſit excommunicatus, & a gradu, & officio Ordinis indiſpenſabiliter privatus. Ut autem Ordinatio iſta debite obſervetur, præcipitur in virtute Spiritus Sancti, & ſub ſanctæ obedientiæ præcepto formali, Provincialibus, ſeu Vicariis, quod in ſuis Provinciis, vel Congregationibus, infra ſpatium duorum menſium a notitia præſentium, Conventus aliquos religioſe deſignent, ad quos tranſmittantur, qui in minoribus, & non aptis pro illorum inſtitutione ſunt veſtiti, ubi annum probationis peragent, & ſuo tempore profeſſionem facient, pro illis tamen Conventibus, in quibus Habitum Ordinis ſuſceperunt. Et ſic profeſſi, ab illa religioſa, vel conſimili Societate, & a cura Magiſtri Noviciorum, non amoveantur ad minus poſt biennium integrum ab emiſſa profeſſione. Secundo præcipitur ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, ne Prior Provincialis, ſeu Conventualis; poſſit ad nutum inſtituere Magiſtrum Noviciorum, vel jam inſtitutum ab officio amovere, niſi ex conſenſu Definitorum, ſi de hoc in Capitulo Provinciali tractetur, vel ex conſenſu majoris partis Patrum a conſiliis illius Conventus, in quo Magiſter Noviciorum eſt inſtituendus, vel amovendus, quando de hoc extra Capitulum tractatur.

III. „ Regularis, inquit *Clemens VIII Conſt.LI*, data 12 Maii 1595 *Tom.V pag.540* „ diſciplinæ reſtitutioni, pro qua potiſſimum juxta noſtri muneris debitum laborare non deſiſtimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano uſu compertum eſt, quod in omnibus Conventibus, iis præſertim, qui majori reformatione indigent, ſinguli ad Religionem venientes, paſſim recipiuntur. Unde fit, ut quo magis Nos variis Conſtitutionibus male affectas radices amputare ſtudemus, eo magis in dies depravata, infructuoſaque ejuſmodi noviter profitentium germina ſuccreſcant. Cui quidem malo occurrere volentes, præſenti Decreto ſtatuimus, diſtricteque præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, ceteriſque Superioribus Conventuum intra Italiæ, & Inſularum adjacentium fines exiſtentium quibuſcunque, & quorumcunque Ordinum Mendicantium, ut de cetero neminem ſub quovis prætextu, aut colore, ad habitum regularem admittant, niſi in Conventibus auctoritate noſtra propediem in unaquaque Provincia deſignandis. Inſuper ſancimus, ut quoad ejuſmodi Conventus, ut præfertur, qui per Nos deputati non fuerint, omnes præfatorum Ordinum Superiores a receptione quorumcunque Noviciorum, ſive ad Habitum, ſive ad Profeſſionem omnino abſtineant. Superior, qui hujus Decreti tranſgreſſor extiterit, ipſo facto pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſque activæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum ſe noverit incurriſſe, ac aliis etiam pœnis arbitrio noſtro ſubjaceat. Receptiones vero, & Profeſſiones quaslibet eorum, qui contra hujuſmodi Decretum noſtrum admiſſi fuerint, nullas, & irri-

„ tas eſſe

„ ta eſſe nunc decernimus, & declaramus. Privile-
„ giis, ſtatutis, & conſuetudinibus, quibuſcunque
„ in contrarium minime obſtantibus. Datum Romæ
„ ſub annulo Piſcatoris die XII Martii MDXCVI,
„ Pontificatus noſtri Anno Quinto.

IV. Huc ſpectat *Clementis VIII Conſt.LXVII*, data 20 Junii 1599 *Tom.V pag.554*. Hujus tenoris eſt:
„ Sanctiſſimus in Chriſto, & D. N. D. Clemens Divi-
„ na Providentia Papa VIII, cum jamdudum ani-
„ madverteret collapſæ regularis diſciplinæ reſtitu-
„ tioni, pro qua potiſſimum juxta ſui muneris debi-
„ tum, vigilare, ac laborare non deſiſtit, illud in pri-
„ mis magnum impedimentum afferre, quod in om-
„ nibus Monaſteriis, & Conventibus, iiſque præſer-
„ tim, qui majori indigent reformatione, ſinguli
„ ad Religionem profitendam accedentes, paſſim, ac
„ ſine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo ma-
„ gis variis Conſtitutionibus male affectas radices
„ evellere ſtudet, eo magis infructuoſa noviter pro-
„ deuntium germina quotidie ſuccreſcant; cumque
„ ob zelum, ac deſiderium, quo tenetur Sanctitas
„ Sua, omnes Regulares ad vetus ſuæ cujuſque Re-
„ ligionis inſtitutum redigendi, diſtricte prohibue-
„ rit, ne quis in certis Monachorum, & Mendican-
„ tium Ordinibus ad ſuſcipiendum habitum Religio-
„ nis admitteretur, profiteretur ve, quouſque Mona-
„ ſteria, & Conventus aliquot deſtinarentur, in qui-
„ bus poſſet commodius Regularis obſervantia, ſe-
„ cundum reformationem a Sanctitate Sua inſtitutam
„ introduci. Quia tamen non obſtante tali prohibi-
„ tione, cognovit nonnullos fuiſſe, vel ſub colore
„ facultatis, & licentiæ a Sanctitate Sua obtentæ,
„ vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non
„ pervenit, receptos, & admiſſos præter mentis ſuæ
„ ſenſum; Idcirco huic malo proſpicere volens, ne
„ licentiarum, ac facultatum hujuſmodi ſubreptione,
„ ac prætextu, Decretum Sanctitatis Suæ irritum
„ reddatur, nunc denuo diſtricte præcipit, ac man-
„ dat omnibus Generalibus, & Provincialibus, Com-
„ miſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus,
„ Prioribus, & Guardianis quibuſcunque, ceteriſque
„ Superioribus Conventuum, Monaſteriorum, ac
„ Domorum, quocunque nomine appellentur, intra
„ Italiam, & Inſularum adjacentium fines exiſten-
„ tium, quorumcunque Ordinum Mendicantium,
„ & non Mendicantium, exceptis tamen Carthuſia-
„ norum, Fratrum Minorum de ſtrictiori obſervan-
„ tia, necnon Cappucinorum Sancti Franciſci, Re-
„ formatorum Sancti Dominici, Diſcalceatorum Or-
„ dinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congrega-
„ tionis Fulienſis Ciſtercienſis Ordinis, & Eremita-
„ rum Eremi Camaldulenſis Montis Coronæ, Cleri-
„ corum Regularium Theatinorum, Societatis Jeſu,
„ Sancti Pauli Decollati, & aliorum de Somaſcha,
„ Miniſtrorum Infirmorum, reſpective Ordinibus,
„ Societatibus, ſeu Congregationibus nuncupatis,
„ quæ etiam exceperat, & nunc iterum excipiendo,
„ voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo ex-
„ tendi, ne ſubcujuſvis licentiæ, & facultatis impe-
„ tratæ, vel impetrandæ obtentu, niſi per literas
„ in forma Brevis duntaxat, & non alias, quemquam
„ ad habitum Regularem ſuſcipiendum, nec etiam
„ Converſos, niſi in Conventibus, Monaſteriis, &
„ Domibus, auctoritate ejuſdem Sanctiſſimi Domini
„ Noſtri propediem in unaquaque Provincia deſi-
„ gnandis, recipere, aut receptos ad profeſſionem
„ admittere, ullo modo audeant. Quinimmo contra
„ primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos,
„ etiamſi imperfectum Habitum, aut ſine Caputio
„ gerant, poſt præſentis Decreti in Romana Curia
„ publicationem, omnino ejicere debeant. Superio-
„ rem autem, qui hujus Decreti tranſgreſſor extite-
„ rit, ipſo facto pœnam privationis omnium officio-
„ rum, quæ tunc obtinebit, vocis activæ, & paſſi-
„ væ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum
„ obtinenda, eo ipſo incurrere voluit, ac decrevit,
„ & aliis etiam pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ im-
„ ponendis ſubjacere. Receptiones vero, & Profeſ-
„ ſiones quaſlibet eorum, qui contra hujuſmodi De-
„ cretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe,
„ ad quemcunque effectum, & nunc decernit, &
„ declarat. Hoc autem Decretum noluit Sanctitas
„ Sua eos Ordines comprehendere, qui Conventus,
„ Domos, & Monaſteria a ſe probata pro Novicio-
„ rum receptione, & educatione hactenus permiſſione
„ ſua conſtituerint. Ceteras vero licentias, ſive par-
„ ticulares, quæ in hanc diem effectum non ſunt ſor-
„ titæ, revocat, & annullat. Vult autem Decretum
„ hoc ſuum in ſolitis locis Urbis publicatum, ita præ-
„ dictorum ſingulos afficere, ac ſi cuilibet perſona-
„ liter fuiſſet intimatum; privilegiis, ſtatutis, &
„ conſuetudinibus quibuſcunque in contrarium mini-
„ me obſtantibus. Datum Romæ apud Sanctum Mar-
„ cum die XX Menſis Junii MDXCIX.

V. Legenda *Clementis VIII Conſt.LXXX*, data 31 Octobris 1600 *Tom.V pag.569*. Hujus tenoris eſt:
„ Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter
„ Dominus Clemens divina providentia Papa Octa-
„ vus, cum regularem diſciplinam reſtituere, atque
„ in priſtinum ſtatum revocare maxime cuperet; Re-
„ gulareſque omnes, vitam, moreſque ſuos ad ra-
„ tionem ejus inſtituti, quod quiſque profeſſus eſſet,
„ ita componere, ut quæ ad votorum vim, habitum,
„ victumque communem pertinent, ea potiſſimum
„ ſinguli religioſiſſime obſervarent, generali De-
„ creto, quod, die tertia menſis Junii editum, tertia Ju-
„ lii anni MDXCIX promulgatum fuit, Ordinum
„ Religioſorum Superioribus, nonnullis exceptis,
„ prohibuit, ne aut Novicios reciperent, aut quem-
„ quam ad Profeſſionem ante admitterent, quam
„ a Sanctitate Sua Monaſteria aliquot ad eam rem
„ præſcripta eſſent, in quibus obſervantia Regularis
„ vigeret. Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum
„ etiam Ordinariis, quibus id muneris demandave-
„ rat, certior facta, in infraſcriptis Monaſteriis, &
„ Conventibus Ordinis Prædicatorum præfinitum eſſe
„ numerum duntaxat eorum, qui vel ipſius Mona-
„ ſterii cenſibus, vel conſuetis eleemoſynis ſuſten-
„ tari ibi commode poſſunt, atque in iis omnia fideli-
„ ter obſervari, quæ ſunt cum illorum profeſſionia
„ perfectione conjuncta, nempe caſtitatis, pauper-
„ tatis, & obedientiæ vota, una cum ceteris de-
„ cretis particularibus, vel inſtituti ipſius, vel
„ Pontificiis, etiam ad victum, veſtitumque com-
„ munem ſpectantibus, ipſo Decreto, ut ſupra, edi-
„ to, & promulgato, nequaquam obſtante, poteſta-
„ tem facit Superiori ejuſdem Ordinis Noviciatus
„ in infraſcriptis Monaſteriis, & Conventibus eri-
„ gendi, Novicios recipiendi, educandi, atque
„ ad profeſſionem admittendi: modo tamen id ad præ-
„ ſcriptum inſtructionis, juſſu Suæ Sanctitatis edi-
„ tum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea eſt
„ Suæ Sanctitatis mens, & voluntas, ut in iis Mona-
„ ſteriis, & Conventibus, ad alendos Novicios præfi-
„ nitis, Regularis obſervantia perpetuo retineatur,
„ mandat, & præcipit, ut in ipſis præſcriptus jam
„ perſonarum numerus in poſterum conſervetur:
„ Nulluſque omnino Superior, cujuſvis conditionis,
„ perſona-

perſonarum, & Noviciorum numerum augere, præſumat, & audeat; ea pœna propoſita, ut omnibus privatus officiis, vocis activæ, & paſſivæ jus omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua hujuſmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apoſtolicæ hoc ſimplici Decreto Secretarii manu ſubſcripto concedi, non obſtante Decreto, ut ſupra, promulgato. Datum Romæ die Ultima Octobris MDC.

VI. Huc ſpectat *Clementis VIII Conſt.C*, data 19 Maii 1602 *Tom.V pag.602*. Hujus tenoris eſt: „ Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D.N.D. Clemens divina providentia Papa VIII. Qui alias pro regularis diſciplinæ reſtitutione, ſingulis Regularium Ordinibus, quibuſdam exceptis, prohibuit, ne ad regularem habitum Novicios in poſterum reciperent, receptoſve ad profeſſionem admitterent, quouſque in aliquibus cujuſvis Ordinis, Monaſteriis, ſeu Conventibus, in quibus Noviciatus pro recipiendis, & educandis Noviciis deſignarentur, & approbarentur, ad ejus, quam profeſſi ſunt Regulæ præſcriptum, vitam, moreſque reſtituerent, & componerent. Certior deinde factus quoſdam omnium fere Ordinum Conventus, ſeu Monaſteria ad priſtinam illam regularem vivendi formam, & diſciplinam, quam diutius deſideraverat, fuiſſe redacta, in eiſdem Monaſteriis, & Conventibus, ut Noviciatus erigi, Noviciique recipi poſſent, ſub certis tamen legibus, ac ea præſertim, ut licentia a Congregatione reformationis Apoſtolicæ prius obtenta eſſet, conceſſit, & ad illa deſignavit, & approbavit. Nunc volens, ut ea, quæ pro Noviciorum receptione, & inſtitutione, de mandato Sanctitatis Suæ præſcripta fuerunt, in poſterum accuratius, & exactius obſerventur, ultra formam traditam in Conſtitutionibus felicis recordationis Sixti Papæ V, & etiam Sanctitatis Suæ ſuper receptione Noviciorum, decrevit, ac præſentis Decreti virtute mandavit, ne in Conventibus, ſeu Monaſteriis ad Novicios recipiendos, de Sanctitatis Suæ, ſeu dictæ Congregationis Reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, Novicii ad habitum recipi nullatenus poſſint, vel admitti, niſi prius ab ipſa Congregatione, vel a propriis locorum Ordinariis, in quorum Diœceſi Noviciatus exiſtunt, in quibus Novicii ipſi recipiendi fuerint, expreſſe, & nominatim Novicii recipiendi approbati fuerint, & ut recipi, & admitti poſſint, licentiam in ſcriptis, gratis tamen in omnibus, etiam quoad ſcripturam, concedendam, obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, ut circa ætatem, conditionem, educationem, ſcientiam, vitam, & mores, ceteraſque qualitates in ipſis Noviciis requiſitas, obſerventur inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ. Neque aliter, nec alio modo, aliquem ad habitum recipi permittant. Ordinariorum ipſorum conſcientiam onerando, ſi quempiam approbaverint, vel admitti permiſerint, qui non ſit idoneus, & juxta Conſtitutiones, & inſtitutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum qui in admittendis ad habitum, & profeſſionem Noviciis, & formam Conſtitutionum, & inſtitutionum prædictarum non ſervaverint, aut Novicium aliquem, quantumvis idoneum approbatum, in quovis alio Conventu, & loco, ſeu Monaſterio, præterquam in hactenus a Sua Sanctitate, vel a dicta Congregatione deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum ſingulis præſcriptum, ſeu præſcribendum, receperint, vel admiſerint, ſeu alias præmiſsis quovis modo contrafecerint. Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid ſecus, vel alias quavis auctoritate a quovis geſtum, vel attentatum fuerit. Non obſtantibus quibuſcunque &c. Datum Romæ apud S. Petrum die XIX Maii Milleſimo Sexcenteſimo Secundo, Pontificatus ejuſdem S. D. N. Anno undecimo. Vide Quæſtionem I hujuſce Tituli Num.V.

VII. Eadem de re lata fuit *Clementis VIII Conſtitut.CIII*, data 19 Maii 1603 *Tom.V pag.605*: „ Cum ad Regularem Diſciplinam in ſingulis Religioſorum Monaſteriis propagandam Noviciorum inſtitutio maxime utilis ſit, ac neceſſaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatiſſimam priſcorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuiſſe compertum ſit, quam vel nimiam in recipiendis Noviciis facilitatem ſupra numerum quem capere atque alere Monaſteria ipſa poſſent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum Spiritu, an vere eſſet ex Deo, atque ex præcipuo deſiderio illi inſerviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque inſtituendis: Idcirco, ut hujuſmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, ut in recipiendis Noviciis, & in eorum inſtitutione atque educatione, necnon in Magiſtri, & aliorum Miniſtrorum electione præter alia, quæ in Sacris Canonibus, ac Decretis, præſertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cujuſcunque Ordinis, aut inſtituti Conſtitutionibus continentur, tam in aliis deſignatis, quam nunc, & in poſterum ad hoc deſignandis Monaſteriis, & Conventibus, hæc quæ ſequuntur inviolate obſervari, & exequi perpetuo curent. Primum quod attinet ad Noviciorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquiſitionem, quæ habenda erit de uniuſcujuſque Natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita anteacta, ac præcipue eorum, qui ſextum decimum ætatis ſuæ annum excedent, an criminoſi, an ære alieno gravati, vel reddendæ alicujus adminiſtrationis rationi obnoxii ſint, juxta formam Conſtitutionis felicis recordationis Sixti V, & moderationem ſubſecutam: illud etiam Superiores, ad quos ſpectabit, ſedulo perquirant, ut quibus in Monaſteriis, & Conventibus ex Apoſtolica facultate Noviciatus fuerint inſtituti, in iis ad Religionem nullus in poſterum admittatur, qui & ex honeſtis parentibus natus non ſit, & conditiones a Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Conſtitutionibus præſcriptas non habeat, juxta Decretum ſuper forma recipiendi Novicios die XIX Maii MDCII editum. Quiſque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea ſit ætate conſtitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia inſtituta, & ordinationes requirunt, eam vero literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præſeferat, ut minores, & ſuis temporibus majores Ordines juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini ſuſcipere valeat. Sed ſi quis annum vigeſimum quintum excedens ad habitum regularem admitti poſtulaverit, & talis eruditionis expers inventus fuerit, in Converſorum tantum, quibus literarum ſcientia non eſt neceſſaria, numerum referatur.

„ feratur. Ipſi autem Converſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum, & niſi ſaltem præcipua Doctrinæ Chriſtianæ capita noverint. Demum Superiores diligenter exquirant, quo Spiritu, qua mente, ac voluntate, id regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberius famulari poſſint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum parentes, ope, & ſubſidio ipſorum indigentes, deſtituantur. Provideant quoque, ut omnes, etiam Converſi, recipiendi, priuſquam ad habitum regularem admittantur, ab iis quibus munus hoc incumbit, de regula quam profeſſuri ſunt, tribus votis eſſentialibus, ſtatuque regulari, & aliis cujuſque Ordinis peculiaribus inſtitutis, & Conſtitutionibus diligenter inſtruantur. Et quia quarundam Religionum moris eſt nedum converſos ad profeſſionem admittendos, verum & Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipſorum Oblatorum receptionem unaquæque Religio ſuas peculiares Conſtitutiones, ſpecialiaque inſtituta obſervare teneatur. Statim atque Novicii ad habitum recepti, & in locum Noviciatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confeſſionem totius anteactæ vitæ conſcientiam diſcutiant, & expurgent. Quod vero ad loci qualitatem uniuſcujuſque Noviciatus ſpectat, locus hujuſmodi propria clauſura ab ea parte Conventus, & Monaſterii, in qua degunt profeſſi, ſegregatus ſit, atque diſtinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas ſeparatas, quot erunt numero Novicii, vel Dormitorium ita capax, ut pro ſingulis, ſinguli lectuli commode ſterni poſſint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magiſtro, ejuſque Socio reperiatur. In eo etiam præter alias communes commoditates aptus locus adſit ad ſpirituales collationes, ſeu conferentias, faciendas, ac lectiones, inſtructioneſque Magiſtri audiendas, & in quem hiemis tempore ad calefaciendum ſe igne communi recipiant. Oratorium inſuper, ſeu Capella, ſi commode fieri poterit, ad Novicios in Spiritualibus, præſertim in cæremoniis, Eccleſiaſticiſque functionibus exercendos. Hortus quoque peculiaris ad honeſtam recreationem, bene concluſus, atque munitus adſit, ſin minus hortum ceteris Fratribus communem, recreationis tempore, ingrediantur. Ipſis vero Noviciis ibi commorantibus, curabit Magiſter cum loci Superioris auctoritate, ſi opus fuerit, ne in eundem quiſquam alius ingrediatur. Ad hujuſmodi locum Noviciatus nemini ejuſdem, vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conventus, & Monaſterii officiali, ullo unquam tempore ſub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magiſtro, ejuſque Socio, ac etiam Monaſterii, aut Conventus Superiori ſi quandocunque ingrediendum ſibi neceſſario exiſtimaverit, quo tamen caſu aliquem ſemper ex ſenioribus Conventus, vel Monaſterii Patribus ſocium aſſumat. Hujus loci clauſuræ clavis apud Magiſtrum ſemper aſſervetur, illique ſoli liceat, ex gravi tantum cauſa, ingreſſum illuc alicui permittere. Si quis autem Noviciorum quempiam alloqui voluerit, Magiſtro præſente, & non aliter alloquatur. Noviciorum Magiſtro Socius, ſi per Noviciorum inſtruendam multitudinem neceſſarius fuerit, vita, & moribus quoad fieri poterit, conſimilis deputetur, qui in his, quæ ad Noviciatus regimen ſpectant, dicto Magiſtro immediate ſubjectus exiſtat, eliganturque tam Magiſter quam Socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujuſmodi ſubituri. Quod ſi aliquo caſu extra tempus Capitulare nova loca Noviciatus concedi contingat, tunc electionem Magiſtri Noviciorum, & Socii hujuſmodi, in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, ſeu Miniſtrum, aut eorum Viſitatores, ſeu Vicarios, de Definitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum conſenſu, fieri permittitur, idemque ſervetur ſi intra triennium alterum, vel utrumque, urgenti aliqua de cauſa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cujus vel quorum locum alii conſimiles ſubrogari debeant. Tam Noviciorum Magiſter, quam Socius, ab iis omnibus officiis, oneribuſque vacationem habeant, quæ Noviciorum curam, & regimen impedire valeant. Ipſe Magiſter Sacerdotali Ordine ſit initiatus, ac in quinto ſaltem ſupra trigeſimum ætatis ſuæ anno conſtitutus, & per decennium a profeſſione emiſſa in Religione perſtiterit. Socius vero trigeſimum annum excedat, ſintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires, fieri poterit, vitæ etiam anteactæ exemplo præſtantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, caritateque referti, non ſine affabilitate graves, zelum Dei cum manſuetudine præferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præſertim, & indignatione, quæ in ſe, & erga alios caritatem impedire conſueverunt, quam longiſſime alieni, & tales demum, qui in omnibus ſe ipſos bonorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ ſubſunt, illos non tam metuant, quam revereantur, nec illis unquam detrahere quicquam poſſint. Habeat etiam Magiſter plenam, & abſolutam poteſtatem circa Noviciorum inſtitutionem, ac Noviciatus regimen, itaut in illis nemini, Viſitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis, quovis colore ſe ingerere liceat. Curam adhibeat diligentem, ut Novicii omnes in regulari diſciplina ſedulo exerceantur, agnoſcantque præcipue divinæ qua digni facti ſunt, vocationis præſtantiam, & excellentiam, quæ vera ſit, atque perfecta votorum ſolemnium, & quam neceſſaria cujuſque Ordinis Conſtitutionum obſervantia, modum in oratione tum vocali tum mentali fructuoſe perſiſtendi, illicitas paſſiones, & vitia, ad quæ natura per peccatum labefactata omni tempore prona eſt, atque proclivis, per ſenſuum cuſtodiam, & mortificationem cohibendi, auſteritatem, jejunia, cilicia, diſciplinas, conſcientiæ puritatem, crebram illius diſcuſsionem, Sacramentorum frequentiam, confeſsionis præſertim, quæ bis ſaltem ſingulis menſibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifeſtationem, per exercitium humilitatis circa viliora miniſteria, per modeſtiam in omnibus actionibus diuturnumque ſilentium. Quilibet Novicius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, unuſquiſque ſecundum propriam capacitatem & ordinem ſibi a Magiſtro præſcriptum. Pluries in die propriam conſcientiam unuſquiſque examinare intendat. Ipſi autem Magiſtro ſoli Noviciorum confeſſiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, ſi ita expedire judicaverit, vel per ſe ipſum, vel per alium ab eo deputandum, ſemel, aut bis, in anno eorundem Noviciorum confeſſiones audire. Quotidie Miſſæ Sacrificio interſint, & ſtatutis horis in choro, noctur-

„ nis,

nis, diurniſque, divinis officiis aſsiſtant. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel ſcribant res ſpirituales, modeſtam animi recreationem interponant, quæ in ſolitario loco, & commodo, extra Noviciatum ſemel in hebdomada, vel in alternis ſaltem hebdomadibus, longior ſtatuatur: Fiatque ſemper Magiſtro præſente, vel Socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore, cujuſque in quam natura feratur, propenſionem ſcrutentur. Non liceat eis, durante Noviciatus, & probationis tempore una cum Profeſsis, niſi in Choro, in Eccleſia tempore officiorum, in Proceſsionibus, aut in cœnaculo cauſa refectionis, commorari, nec permittatur, eis Profeſſos domo exeuntes comitari. Pro communibus, & propriis cujuſque neceſsitatibus, quæ accidere poſſunt, unus ex Noviciis ipſis ætate moribuſque provectior deputetur, qui abſente Socio, Magiſtro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat; cui etiam januæ cuſtodia, & rerum levioris momenti proviſio intra Noviciatum committi poterit. Cum autem licet Clericorum bene inſtituendorum cura debeat eſſe præcipua, Converſorum tamen religioſa inſtructio non ſit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandoquidem ſatis exploratum eſt, iſtorum etiam cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Chriſtifidelibus ædificationem, exemplum, atque utilitatem afferre, Converſis ipſis a Clericorum Noviciatu ſeparatus ad dormiendum locus, quantum commode fieri poterit, aſsignari præcipitur. Illi tamen, hac ſeparatione non obſtante, Magiſtro Noviciorum, ſeu Superioribus Monaſteriorum, & Conventuum, juxta cujuſque Ordinis Statuta, & Conſtitutiones ſubditi eſſe, & obedientiam præſtare debebunt, a quo non tantum circa corporalia obſequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de ſpiritualibus, præſertim de modo mentaliter orandi, diligenter inſtruendi erunt; quod ut commodius fiat, ad capitula, & ſpirituales conciones, quæ per Magiſtros Noviciis fieri ſolent, accerſiri debeant, & in Eccleſiis ſtatutis horis conveniant, niſi tunc in ſuis officiis actualiter occupati fuerint. Tempore vero probationis elapſo, ii tantum, qui non ſolum religioſæ perfectionis capaces, ſed ad laborem corporalem apti, novo, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodo ætatis ſuæ annum, quoad Clericos decimum ſextum, quo vero ad Converſos vigeſimum primum exceſſerint, ad profeſsionem admittantur. Sed qui ad Converſorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum ſtatum tranſire etiam durante tempore probationis non poſsint. Superior cujuslibet Conventus, in quo Noviciatus fuerit conſtitutus, particularem librum habeat, in quo uniuſcujuſque Novicii Profeſsio regiſtretur, illamque Novicius Profeſſus propria manu, & duo teſtes, qui præſentes fuerint, ſubſcribant. Converſus vero literarum ignarus, Profeſſus in eorundem teſtium, qui ſe ſubſcripſerint, præſentia, propria manu, ſignum Crucis apponat, aſſerveturque liber, & cuſtodiatur in archivo ubi Scripturæ ad Monaſterium, ſeu Conventum pertinentes, reponi conſueverunt. Quia vero in quibuſdam Ordinibus filiationis uſus eſt receptus, declaratur quod licet decretum ſit, ut Noviciis educandis certa Monaſteria, aut Conventus deſignata quilibet Ordo habere debeat: licitum tamen ſit Superioribus Monaſteriorum, & Conventuum hujuſmodi Ordinum, in quibus filiationis uſus receptus eſt, eos, quos prænarratis qualitatibus ſuffultos repererint, in ſuorum locorum Filios juxta cujuſque Ordinis Conſtitutiones adſcribere, ſicque adſcriptos, cum juxta præſentes inſtitutiones, & alias ſervatis ſervandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Noviciatuum cum teſtimonialibus literis tranſmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, ſeu Monaſteriorum filii, eorundem nomine, & inſtantia, recipi, ac in Noviciatu probari, & deinde antequam ad eadem Monaſteria, ſeu Conventus filiationis hujuſmodi remittantur, in Profeſſorio ad perfectionem, ut præmiſſum eſt, exerceri debebunt. Porro ne loca unius Monaſterii, ſeu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli Generalis, aut Provincialis partes erunt, numerum præſcribere pro omnibus, & eam ſimiliter rationem circa alimentorum contributionem, ſi opus fuerit, inire, ac ſingulis Conventibus, & Monaſteriis præſcribere, quæ magis expedire videbuntur. Ut autem Novicii jam in profeſſorum numerum, ſicut præmittitur, recepti, melius in bono ſpiritu, regulariſque diſciplinæ obſervantia ſtabiliantur, & confirmentur, mandatur, ut ſtatim poſt profeſsionem emiſſam, ſi in Conventibus, aut Monaſteriis pro Noviciatibus aſsignatis, locus aderit ſecundi Noviciatus, ſive Profeſſorii, ab ea, quæ Noviciorum eſt, atque antiquorum profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Monaſterium, aut Conventus eos alere queat, ſin minus in alium commodiorem Conventum, aut Monaſterium transferantur, in quo is locus cum requiſitis ad Noviciatum ſupranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo conſtruatur. Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ ſuarum Conſtitutionum, ſeu inſtitutionum vigore, majoris temporis curſu novos profeſſos intra Noviciatum detinere conſueſcunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut, prædictis earum Conſtitutionibus non obſtantibus, idipſum facere poſsint, ſi id rationi, ac Religioni magis expedire adjudicaverint, quibus in locis degant ſub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quam ſervent antiquiores profeſsi; ita quod in negociis Monaſteriorum, aut Conventuum non ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant quouſque ad ætatem Sacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem devenerint, vel ſaltem per triennium poſt profeſsionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo etiam debebunt literarum ſtudiis operam navare ſub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Noviciorum Magiſtrum præditum eſſe oportere dictum eſt. Declaratur tamen, quod propter præmiſſa non cenſeatur conceſſa licentia recipiendi Novicios, niſi in locis pro Noviciatu deſignatis, aut in poſterum deſignandis, & pro numero duntaxat in eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo. Denique ſi illi, qui inter Religioſos gradu, & ordine Superiores ſunt, & alii, ad quos ſpectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, ſeu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ nunc obtinebunt, privationem, gravioreſque pro modo admiſſæ culpæ pœnas, ſe ſubituros certo ſciant. Datum Romæ apud S. Petrum die XIX Martii MDCIII.

VIII. Urbanus VIII Conſt.XLVII, data 28 Auguſti 1629. = Ut ea = Tom.VI pag.69, Novicios in Galliarum Regno, nonniſi in Conventibus ſtrictioris obſervantiæ, ad habitum, & profeſſionem recipiendos decernit.

IX. Idem Conſt.LII, data 2 Aprilis 1631 = Religioſos viros = Tom.VI pag.73 Clementinam Conſtitutionem pro Noviciis editam ſervandam, jubet.

X. Idem Conſt.LXXV, data 27 Januarii 1635 = Exponi nobis = Tom.VI pag.95 declarat, quinam ſint Italiæ Conventus, in quibus Novicii ſunt inſtituendi. Eadem de re conſulendæ Alexandri VII Conſtitutiones LIV, & LV Tom.VII pag.310, & 311

De Noviciis inſtituendis vide ejuſdem Alexandri VII Conſt.I, datam 11 Maii 1655 = Ad propagandam = Tom.VI pag.178.

De Noviciis & profeſsis contra formam Decretorum Clementis VIII vide etiam Urbani VIII Conſtitut.CXLIV, datam 5 Januarii 1636 = Sanctiſsimus = Tom.VII pag.295.

XI. Innocentius XII Conſtit.XLIII, data 18 Julii 1695 = Sanctiſsimus = Tom.VII pag.361 Clementis VIII, Innocentii X, & Alexandri VII Decreta renovans, quædam præſcripſit quæ Novicios inſtituendos ſpectant,

In ejuſdem Innocentii XII Conſt.XLVII, data 2 Octobris 1698 = Cum Sacræ = Tom.VII pag.365 agitur de Conventibus aſsignandis Noviciis, qui vota ſolemnia nuncuparunt. Qua de re conſulenda confirmatio 19 Capituli Generalis Romæ 1694.

XII. Notandum Primo, quod ex his quæ Summi Pontifices in Conſtitutionibus prælaudatis decernunt Noviciatus definiri poteſt: Mutuum experimentum quod ſuſcipitur in habitu Religionis approbatæ, in ætate legitima, in loco debito, & tempore continuato. Dicitur *mutuum experimentum*, quia, ut Gregorius IX Conſt.CLVII, data 11 Julii 1236 = Non ſolum = Tom.I pag.90: & Innocentius IV Conſtit.LXXIV, data 17 Junii 1244 = Non ſolum = Tom.I pag.144 teſtantur „ non ſolum in favorem con„ verſi, ſed etiam Monaſterii, probationis tempus a „ SS. Patribus eſt indultum, ut ille aſperitates iſtius, „ & iſtud mores illius valeat experiri.„ Quid, hujus *experimenti* gratia, ſit agendum, præſcribit Clemens VIII Conſt.CIII = Cum ad Regularem = cujus verba retuli. Huc ſpectant quæ jubent Conſtitutiones *noſtræ* Diſt.I Cap.XIII, & XIV. Adeas etiam *Petrum Martyrem Feſtam Urceanum* in Summario Conſtitutionum Parte II Cap.17 pag.106: & *Fontanam* Tit. de Noviciis pag.446 &c., & Titulo de Recipiendis pag.537 &c.

XIII. *Illud experimentum ſuſcipitur in Habitu Religionis approbatæ*, quia, ſi Religio non ſit approbata, Noviciatus in ea non valet ad hoc ut Novicius Religionem illam valide profiteatur, vota ſolemnia nuncupando: nec enim vota ſolemnia dici poterunt, quæ facta non fuerint ea ſolemnitate, cum qua ex inſtitutione Eccleſiæ fieri debent. Porro quæ ſolemnitas erit, ſi nec ipſa Religio fuerit approbata?

XIV. In Habitu Religionis illud experimentum ſuſcipitur, licet enim antiquitus valida eſſet Profeſſio, quæ facta fuiſſet ſine ſuſceptione Habitus Religioſi, uti videre eſt cap. = *Porrectum* = de Regular., & Cap. = *Quia ingredientibus* = de Teſtamen., nunc tamen annus Noviciatus, quem *Formalem* vocant, ante ſuſceptionem Habitus incipere nequit. Concilium ſiquidem Tridentinum inhibet Seſſ.25 Cap.15 de Regularibus, ne *qui minori tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad Profeſſionem admittatur*. Si ſecus actum fuerit, Profeſſionem irritam eſſe, jubet.

XV. In ætate legitima illud experimentum fiat, oportet. Hinc ante pubertatem nequit haberi Noviciatus validus. Qua de re conſulendus *Paſſerinus* de Hominum Statibus, & Officiis Tom.III Qu.CLXXXIX Inſpect.II. Vide dicta Num. XLVI: XLVII: & XLVIII. Quæſt.I.

XVI. Locus etiam debitus requiritur, ut illud experimentum tale ſit, quale præſcribitur ad validitatem Profeſſionis. Conſulendæ Sixtina, Clementinæ, ac Urbani VIII Conſtitutiones ſupra laudatæ. Sixtinæ mentio in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIII Textu V pag.76. Ubi legas velim Declarationes quæ habentur Lit.P. Ceterum Noviciatus annus integer peragi debet in Conventu ad Noviciatum deſignato: ſin minus aderit impedimentum perpetuum Profeſsioni emittendæ, nec enim poteſt emitti Profeſsio, niſi præſupponatur Noviciatus validus; Noviciatus autem validus non eſt ex defectu loci deſignati. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Inſpect.III &c. *Donatum* De Rerum Regularium Praxi Tomo II Parte IV Tractatu VIII. pag.109 &c., & *Fagnanum* ad Caput = *Inſinuante* =. Quapropter ſi Novicius veſtes Religioſas induerit in Cœnobio in quo non eſt Noviciatus, ad Conventum Noviciatus ſtatim mittendus eſt, ut in iſto Noviciatus formalis annum peraget, & per annum integrum Religioſæ vitæ præceptis imbutus, emenſo tyrocinio, vota ſolemnia nuncupare poſsit. Expleto probationis anno, expedit, ut in ipſomet Conventu Noviciatus emittatur Profeſsio. Quæ tamen, cum ſit actus tranſitorius, valida erit ſi fiat in alio Conventu, dummodo præceſſerit approbatio Conventus Noviciatus, in quo probationis annus integer, & continuus peractus fuerit.

XVII. *Mutuum illud experimentum* non ſolum *ſuſcipitur in Habitu Religionis approbata, in ætate legitima, in loco debito*, ſed etiam *tempore continuato*. Ut enim ſæpius dictum fuit, annus Noviciatus integer ſit, oportet. Ita ſancitum a S. Tridentina Synodo Seſſ.25 Cap.15 de Regularibus, cujus hæc verba; „ In quacunque Religione tam virorum quam mulie„ rum Profeſsio non fiat ante decimum ſextum annum „ expletum, nec qui minori tempore quam per an„ num poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, „ ad Profeſsionem admittatur. Profeſsio autem, antea „ facta, ſit nulla, nullamque inducat obligationem „ ad alicujus, Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis „ obſervantiam, vel ad alios quoſcunque effectus.

XVIII. Inter Auctores non convenit, an integritas illius anni *Mathematice* ſumi debeat de momento ad momentum, vel *Moraliter* tantum. Relatis variis Doctorum ſententiis, *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſtione CLXXXIX Inſpect.IV Num.45 hæc habet: „ exiſtimo, quod in praxi non „ ſit recedendum a ſententia communiori, & quod „ debeat ſervari probationis annus integer de momen„ to ad momentum: ſed ſi contingat factam fuiſſe Pro„ feſſionem ante completum *Mathematice* hunc an„ num, non video unde in rigore juris non ſit admit„ tendus defectus levis hujus integritatis, & non ſuffi„ ciat annus *Moraliter* integer: maxime ubi adſit ne„ ceſſitas urgens, ut ſi in ultimo die anni ante horas „ aliquas inſtaret mors Novicii.

XIX. Anno Biſſextili, cum tam ex jure Eccleſiaſtico, quam civili, & ex uſu communi, dies vigeſimus nonus Februarii pertineat ad illius anni integritatem, Noviciatus annus conſtet 366 diebus, ſi compleatur hoc anno poſt diem XXIII Februarii.

XX. Si

XX. Si Novicius Sacras Ordinis veſtes induerit in Conventu Noviciatus, initium anni probationis ducitur ab ipſa ſuſceptione Habitus: ſi vero Religioſas veſtes induat in alio Conventu, probationis annus computandus eſt ab ipſo ingreſſu in Noviciatum, uti declaratur in Actis Capituli Generalis Romæ 1694 Declaratione VI, cujus hæc verba: „ Declarantes probationis annum Fratrum Clericorum computandum eſſe ab ipſo ingreſſu in Noviciatum, quem quidem annum expleri neceſſe eſt in Noviciatu, ut Profeſſionem ſolemnem emittere poſſit, Itaut occaſione, aut prætextu recreationis nec in Granciis, ut vocant, aut parvis Conventibus, aut villis Conventuum pernoctare Noviciis ſimplicibus fas ſit: abolentes hanc conſuetudinem, ſi in aliquibus Provinciis introducta eſſet, quam perniciosum abuſum dicimus, &, ſi Priores, aut Magiſtri Noviciorum has in poſterum laxitates permiſerint, ut Novicii ſimplices in Granciis, aut villis Conventuum pernoctent, omnino a ſuis Officiis abſolvantur, & ad triennium ad eadem per RR. PP. Provinciales, aut Congregationum Vicarios, inhabiles declarentur.

XXI. Nec ab ipſo Novicio, nec a Conventu Noviciatus, nec ex ipſorum mutuo conſenſu, nec ab alio quam a Summo Pontifice contrahi, ſeu breviari poteſt annus ille Noviciatus. Id liquet primo ex Gregorii IX Conſt.CLVII, data 11 Julii 1236 = *Non ſolum* = Tom.I pag.901 & ex Innocentii IV Conſtitutione LXXIV, data 17 Junii 1243 = *Non ſolum* = Tom.I pag.144. Secundo, idem conſtat ex Sacra Tridentina Synodo. Cum enim Concilii Tridentini lex, hac de re lata, expreſſa ſit per verba negativa; lex illa univerſalis, negative expreſſa, univerſaliter intelligenda eſt, quia negatio totum deſtruit quod poſt ſe reperit. Hinc inferunt Doctores, quod, ſi Sponſa duodennis poſt matrimonium ratum, ſed non conſummatum, ingrediatur Monaſterium, ſponſus expectare debet per quadriennium, quouſque, anno XVI expleto, ſponſa profiteatur, ſi velit.

XXII. Ex illa Concilii Tridentini lege reſciſſum crediderim privilegium, quo Innocentius IV Conſtitutione CLXII, data 13 Septembris 1246 = *Ut profeſſi* = Tom.I pag.168 conceſſerat, ut qui, ejurata hæreſi, ad Ordinem Fratrum Prædicatorum fuiſſent adſcripti, infra annum tyrocinii, vota ſolemnia nuncupare poſſent.

XXIII. Ex privilegio tamen, quo S. Pius V Conſt.XCV, data 23 Auguſti 1570 = Summi Sacerdotii = Tom.V pag.249, indulſit, ut Ordinis Prædicatorum Noviciæ, in articulo mortis, & in ætate legitima conſtitutæ, etiam ante tempus, poſſint emittere Profeſſionem, & decedentes conſequantur Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in forma Jubilei Profeſſis conceſſas, quilibet Novicius, in articulo mortis, & in ætate legitima conſtitutus, tyrocinio, ſeu probationis anno, nondum expleto, vota ſolemnia nuncupare poterit.

XXIV. Quæ Profeſſio valida erit non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro fori, & proprietates omnes, quæ ad eſſentiam veræ Profeſſionis conſequuntur, habebit: nec Novicius ille, ſi convaleſcat, tenebitur ad explendum probationis annum, nec vota iterare debebit, ſed vere Religioſus erit, etiamſi poſt dies aliquot ab Habitus ſuſceptione profiteretur. *Paſſerinus* loco laudato Inſpect.IV Num.53. Quod autem hic de Probationis anno non explendo, & de votis non iterandis dicitur, intelligas velim de Noviciis illis, quibus vere ac abſolute, nulla conditione adhibita, nullaque conteſtata denunciatione, ſeu proteſtatione, quam vocant, facta, per Superiores licet, ut extrema jam in morte conſtituti profeſſionem emittant, & hocce privilegio qua late patet frui valeant. Qua de re prudenter ſe gerant oportet Superiores, & dum Novicio, quem propediem moriturum putant, conſulere ſatagunt, conſulant etiam neceſſe Religioni, ne ſcilicet ipſi præmatura Profeſſio damno eſſe poſſit, ſi Novicius convaleſcat.

XXV. Hoc a S. Pio V conceſſum Privilegium a Benedicto XIII Conſtit.LXXIX, data 26 Maii 1727 = *Pretioſus* = Tom.VI pag.622 §.40 renovatum fuit. Nec abrogatum dici poteſt a Clemente XII Conſtit.X = *Romanus Pontifex* = Tom.VI pag.723: uti liquet ex ejuſdem Summi Pontificis Clementis XII Conſtitutione XIX = *Cum ſicut* = Tom.VI pag.733: ſicut nec etiam revocatum fuerat a Gregorio XIII Conſtitutione = *In tanta rerum* = ut evincit *Paſſerinus* ibidem Num.52.

XXVI. Licet autem Probationis annus contrahi non poſſit, poteſt tamen prorogari ad arbitrium viri prudentis. Id fuſiori calamo probat *Paſſerinus* loco laudato Num.57 &c., & cenſet, quod, ſtante juſta cauſa, poterit differri Profeſſio, etiam ultra ſextum menſem. Nec obſtant, ex ejuſdem auctoris ſententia, vel Decretum S. Concilii Tridentini, vel Declaratio S. Pii V, vel Denunciatio Capituli Generalis Bononienſis 1564, de quibus mentio in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XIV Textu IX Lit.O pag.100, vel aliqua alia lex; quia nullam prorſus reperire eſt, ut ipſe cenſet, prohibentem, ne extendatur Probationis annus, ſi adſit cauſa legitima. Adeas *Petrum Martyrem Felium Vreccavum* in Summario Conſt. Parte II cap.15 pag.103. Sententiam *Paſſerini* firmat Declaratio Sacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium 31 Maii 1597. Ipſam refert Peyrinus de Privilegiis Regular. Tom.I ad Conſt.II Sixti IV pag. 25

XXVII. In Ordine Prædicatorum ſancitum eſt, „ ut ei, cui ante quintum decimum annum Religionis Habitus datus eſt, nunquam elabatur annus Probationis (quantocumque decurrente temporis ſpatio) niſi vocatus poſt annum decimum ſextum expletum, a Prælato in Capitulo coram Conventu, terminum ad minus trium menſium acceperit addeliberandum, an profiteri velit: ita quod annus probationis cum taxato illo termino terminetur: ac per hoc ex tunc incurratur Profeſſio tacita „. Ex Conſtit. Diſt.I Cap.XIV Textu IX pag.98. Illud trimeſtre de ſubſtantia anni Probationis ita eſt pro Noviciis, qui Sacras Religionis veſtes ante quintum decimum annum induerunt, ut, niſi Generalis Magiſter ſuper hac Conſtitutione ex legitima cauſa diſpenſaverit, ante illud trimeſtre Probationis annus non expleatur, & Profeſſio nulla, ac irrita ſit, ſi contra prædictæ Conſtitutionis tenorem emiſſa fuerit: continet enim Decretum æquivalenter irritans. *Paſſerinus.* Ibidem Num.67. Nota, quod ex Decretis Apoſtolicis nullus impræſentiarum Novicius Clericus recipi poteſt ante annum XV expletum. Vide Notam ſextam Num.XLVII Quæſt.I.

XXVIII. De triennio Probationis, quod in Ordine Prædicatorum pro Converſis conſtitutum fuit, ſciendum, quod, licet Converſis, poſt biennium duntaxat ab Habitus ſuſceptione, annus tertius pro probatione aſſignetur, uti videre eſt ex Actis Capituli Bononienſis 1615 in Conſt. Diſt.I Cap.XIII Textu IV pag.73 Lit.K: quia tamen Statutum illud non continet Decretum irritans: quilibet hujuſce triennii annus, validus eſſe poterit probationis, ſeu Noviciatus formalis, annus; ſi nihil ex ceteris requiſitis deſit. *Paſſe-*

rinus ibidem Num. 71 &c. Illud in primis requiritur ut annus Noviciatus formalis peragatur in Conventu Noviciatus. Licet enim neceſſe non ſit, Converſos *educari in domo Noviciorum*, ut habetur in Actis Capituli Generalis Romæ 1629 Declaratione IV: id eſt, ut explicat *Donatus* loco laudato Tractatu XIV de Converſis Quæſt. IV, „ in una & eadem domo, ſeu „ parte, & loco Conventus deſignati, ubi educan„ tur Novicii Clerici: ſed ſeparatim, prout colligi„ tur ex ſupradictis Decretis „ (loquitur de Conſtitutione Clementis VIII = Ad Regularem = in qua ſic legitur: „ Converſis ipſis a Clericorum Novicia„ tu ſeparatus ad dormiendum locus, quantum com„ mode fieri poterit, aſſignari præcipitur. „) ex hoc tamen non ſequitur, quod Converſi poſſint annum Probationis in quocunque Conventu peragere. Vide Numerum XXXI.

XXIX. Acta Capituli Generalis, de quo mox dictum fuit, nituntur Declaratione, quam die 20 Julii 1602 S. Congregatio Reformationis Regularium dedit. Legitur Tom. VII hujuſce Bullarii pag. 276 Num. XXXII.

XXX. Sacra Congregatio declarans, *Converſos non teneri educari in Noviciatibus, nec comprehendi ſub Decretis, de hoc loquentibus*; rationem aſſignat dicens: *cum ipſi debeant inſervire officiis manualibus, & aliis ſimilibus eorum Religionis, & hac de cauſa eſſe alios Converſos, & Fratres, qui eos in talibus exercitiis inſtruant.*

XXXI. Nec illud obſtat, quo minus, opportuno tempore, de rebus ſpiritualibus inſtituendi ſint. Utrumque Clemens VIII præſcribit in Conſtitutione præfata: ſic enim loquitur poſt verba relata: „ Illi „ tamen (Converſi) hac ſeparatione non obſtante, „ Magiſtro Noviciorum, ſeu Superioribus Monaſte„ riorum, & Conventuum, juxta cujuſque Ordinis „ Statuta, & Conſtitutiones ſubditi eſſe, & obedien„ tiam præſtare debebunt, a quo non tantum circa „ corporalia obſequia probandi, & exercendi; ve„ rum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, „ de ſpiritualibus, præſertim de modo mentaliter „ orandi, diligenter inſtruendi erunt. Quod ut com„ modius fiat, ad Capitula, & ſpirituales conciones, „ quæ per Magiſtros Noviciis fieri ſolent, accerſiri „ debeant, & in Eccleſiis ſtatutis horis conveniant, „ niſi tunc in ſuis officiis actualiter occupati fuerint „. Ex quibus verbis, ſi recte perpendantur, liquet profecto, quod, quamvis *Clemens* noluerit, Converſos *teneri educari in Noviciatibus*, in ea ſcilicet Conventus parte, quæ Noviciis Clericis educandis deſtinatur, vult tamen quod Probationis annum peragant in Conventibus, in quibus Noviciatus exiſtit. Hanc ſententiam tanquam certam tuetur *Donatus*: jure ac merito, conſtat enim ea Decretis S. Congregationis ſuper Diſciplina Regulari, & ex praxi, uſu nempe quotidiano. Hinc in Actis Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1656 Declaratione XXXIII legitur: „ Decla„ ramus, Novicios Converſos unico ad minus anno (nempe ultimo ſuæ Probationis) „ omnino debere „ educari, & probari in Conventibus, ubi ſunt do„ mus Noviciorum „. Cui declarationi ſuffragatur Ordinatio XV Capituli Generalis Romæ 1670, cujus hæc verba: „ Ordinamus, Fratres Converſos ad ſo„ lemnem Profeſſionem in Religione noſtra nullo mo„ do deinceps admitti, niſi prius per duos integros „ annos in habitu Tertiariorum, ubi mos eſt, vel in „ habitu Converſorum, Conventui probe, religio„ ſe, & caritative inſervierint, & annum probatio„ nis ſub cura Magiſtri Converſorum in Conventibus „ deſignatis laudabiliter expleverint, juxta Ordinatio„ nem VIII Generalis Capituli Bononiæ 1615, quam „ inviolabiliter obſervari volentes, diſpenſare Pro„ vinciales ſuper hoc omnino non poſſe decernimus. Hinc in Actis Capituli Generalis Romæ 1694 Confirmatione X legitur: „ Confirmamus Declarationem 33 „ Capituli Generalis anni 1656, qua conformiter ad „ Decretum Clementis Octavi die 29 Junii 1599, & „ Reſcriptum Sacræ Congregationis Interpretis Con„ cilii Tridentini, ſtatutum fuit, ut Fratres Conver„ ſi mittantur ad Conventus ſtrictioris obſervantiæ, „ in quibus Novicii Clerici ſimplices educantur, ut „ ad minus per annum integrum, antequam emittant „ Profeſſionem ſolemnem, probentur, alias Profeſſio„ nem eorum nullam declaramus, & Priores, qui eos „ ad Profeſſionem admiſerint, a ſuis Officiis abſolvan„ tur, & per tres annos priventur voce activa, & „ paſſiva; declarantes quod in iis Conventibus habita„ re non debent in domo Noviciorum Clericorum, „ & eo ſenſu loquitur Capitulum Generale anno 1629 „ Declaratione Quarta „. Vide Clementis VIII Conſtitut. LXVII = Sanctiſſimus = Tom. V pag. 554.

XXXII. Illud etiam requiritur, ut annus Probationis continuus ſit. Quæ continuitas moralis cenſenda eſt in hoc ſenſu quod admittat quandam parvitatem materiæ, quæ pro nihilo judicanda ſit ex prudentum exiſtimatione. Non enim Noviciatus carcer eſt, nec interrumpitur ex quolibet egreſſu, vel e Cœnobio, vel e Noviciatu materialiter ſumptis. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Inſpect. V Num. 85 &c. & Inſpect. VI Num. 155 &c. ubi erudite probat, quod Conſtitutio illa Fratrum Prædicatorum, quæ legitur Diſtinctione I Cap. XIV Textu XI pag. 99: *Novicios quoque recedentes &c.* nullatenus adverſatur S. Concilii Tridentini Decretis. Caute tamen ſe gerant Superiores, ſi caſus ille contingat, &, ne reclamationi, de qua poſtea dicetur, anſa præbeatur; ipſis auctor ſum, ut anni Noviciatus exordium ducant a die quo Novicius reverſus fuerit, & in Noviciorum domo conſtitutus. Vide inferius Num. XXXV, & XXXVI.

XXXIII. Infirmitas etiam non obſtat continuitati Noviciatus, nec impedit quo minus Novicius, ſi alias ſit habilis, emenſo tyrocinii anno, poſſit ad Profeſſionem admitti. Quid de amentibus ſit dicendum, *Paſſerinus* docet loco laudato.

XXXIV. Nec illi continuitati impedimento eſt animi fictio, qua quis, exempli gratia, Religionis habitum ſuſcipit ſine animo profitendi, & ad cor reverſus poſtea mutat conſilium, ac ex animo vota ſolemnia nuncupat. In hoc, & ſimili caſu, ſi nihil aliud obſtet, validus erit Noviciatus annus. Lex enim præcipiens Noviciatus annum, non præcipit illum ſuo aliqua metaphyſica formalitate conſideratum, ſed quatenus eſt phyſica quædam mutua probatio Religionis ex parte Novicii, & morum Novicii ex parte Religionis: Quæ mutua probatio reperitur (ex quocunque tandem animo quis annum Noviciatus peragat) dummodo ſervetur exterius, quod Eccleſia ſervandum præcepit. „ Pro principio conſtanti, & manifeſto habe„ ri debet „ inquit, *Paſſerinus* ibidem Num. 124, „ quod nulla interior interpolatio, & diſcontinuitas „ ſi exterius judicio Eccleſiæ non appareat, diſconti„ nuat annum Noviciatus, vel eum irritat......

XXXV. „ Secundo, inquit Num. 125, haberi de„ bet pro Regula certa, per illud externum diſcon„ tinuari annum Probationis, quod, penſatis penſan„ dis, in facie Eccleſiæ eſt mutatio ſtatus, & eſt receſ„ ſus ab incohato ſtatu Religionis ad priſtinum ſtatum „ ſeculi...... vel ad ſtatum a ſtatu illius Religionis, „ cujus erat Novicius diverſum „. Huc ſpectat ſequens Declaratio S. Congregationis Concilii.

„ Romana

„ Romana Noviciatus.
„ Ad ſerenitatem, & quietem Religioſæ con-
„ ſcientiæ Noviciorum, ac ſubinde Profeſſorum
„ comparandam, quorum animi non raro dubitatio-
„ nibus, & ſcrupulis circa integritatem, & conti-
„ nuationem anni Probationis torquentur, ſupplex
„ ex S. Congregatione quærit P. Procurator Gene-
„ ralis Ordinis Prædicatorum.
„ Primo. An per exitum extra Conventum di-
„ miſſo Habitu, & cum animo relinquendi Religionem
„ ita interrumpatur Noviciatus, ut, etiamſi poſt
„ unum, aut alterum diem, vel etiam poſt aliquot
„ horas tantum, Novicius redeat ad Conventum,
„ teneatur denuo Probationis annum inchoare.
„ Secundo. An Noviciatus poſsit, cum Supe-
„ rioris Regularis licentia, & juſta cauſa fieri partim
„ in uno Conventu ad Noviciatum deſignato, & par-
„ tim in alio itidem deſignato.
„ Die 21 Julii 1663 Sacra Congregatio Eminen-
„ tiſsimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridenti-
„ ni Interpretum.
„ Ad Primum, cenſuit: Teneri.
„ Ad Secundum, reſpondit: Affirmative.
„ F. Card. Ghiſius Præſ.
„ Loco ✠ Sigilli.
„ C. de Vecchiis Epiſc. Cluſinus S. C. C. S.

XXXVI. Nec illa Declaratio Sacræ Congregationis contraria eſt alteri, quæ legitur Tom.VII pag.241: cujus hæc verba: „ Congregatio Concilii cenſuit,
„ eum, qui anno integro, probationis cauſa, in
„ Religione manſit, ac deinde, non emiſſa Profeſ-
„ ſione, inde receſſit, vel ejectus fuit, poſſe abſque
„ alio Noviciatu in eadem Religione recipi, ac pro-
„ fiteri, niſi perſonæ conditio, aut Religionis ſit
„ immutata „: Cum enim Declaratio iſta loquatur de integro Noviciatus anno, nullatenus adverſatur illi, quæ de Noviciatu duntaxat incæpto meminit. Ceterum quandonam perſonæ, aut Religionis conditio immutata cenſenda ſit, & novus Noviciatus ſit habendus, diſces ex *Paſſerino* loco laudato Inſpectione VI. Adeas *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tomo II Parte IV Tract.IX.

XXXVII. Varia recenſentur Noviciorum Privilegia. Primum eſt, quod in favorabilibus, non autem in odioſis, nomine Religioſorum comprehenduntur a jure. Id probant Auctores ex Capite = *Religioſo* = de Sententia Excomm. in Sexto: & ex Regula juris Capite = *Odia* = in Sexto. Hinc ſi quæ Beneficia, Officia, Dignitates habeant Novicii non ſolum non vacant, cum per Concilium Tridentinum omnia jura Noviciorum ſarta tecta ſervantur, & illæſa manent tempore Noviciatus, ſed etiam Beneficia Regularia poſſunt illis conferri. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Quæſt.CLXXXIX de Statu Noviciorum Art.X Inſpectione V Num.70 &c.

XXXVIII. Secundum Privilegium eſt, quod Novicii gaudent gratiis, & privilegiis Profeſſorum: Cum enim quadam fictione juris ſint Religioſi, ſunt ſub poteſtate Religionis, & pro ſua parte ſuſtinent onera illius, debent igitur illius Privilegiis frui juxta Regulam juris Cap. = *Qui ſentit onus* = in Sexto. Quomodo Novicii ſint ſub poteſtate Religionis, & ad ipſius Statuta Regularia teneantur, vide apud *Paſſerinum* loco mox laudato Inſpect.II.

XXXIX. Tertium eſt, Privilegium Canonis, & Fori. Id habetur ex Cap. = *Religioſo* = de Sententia Excommunicationis in Sexto. Ratio eſt, quia Religioſi cenſentur, ut dictum eſt; jam enim ſunt a Matre Religione concepti, in ejus utero geſtantur, & ad illam ſpectant, ut filii. Hinc nec poſſunt ante Judices Laicos conveniri, nec in ipſos juriſdictionem habet Epiſcopus, ſed domicilium habent in Monaſterio, & ibi debent a Prælato Regulari puniri, ſi deliquerint. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Inſpectione I Num.2 &c.

XL. Quartum Privilegium eſt, quod Novicii lucrantur Indulgentias conceſſas Profeſsis. Comprehenduntur enim nomine Religioſorum, & Profeſſorum Privilegiis gaudent, ut dictum fuit.

XLI. Quintum Privilegium eſt, quod ſint immunes a Gabellis. Sunt enim pars Communitatis Eccleſiaſticæ, cujus privilegiis frui poſſunt.

XLII. Sextum Privilegium admittunt aliqui, quod ſcilicet vi ingreſſus Religionis tollatur irregularitas ex defectu natalium orta. Verum ex Profeſsione duntaxat illam irregularitatem tolli, crediderim. Illud enim Privilegium conceſſum fuit intuitu Status Religioſi: Status autem non dicitur Habitus ſuſceptio, ſed importat perſeverantiam.

XLIII. Idem cenſendum videtur de Septimo Privilegio: putant enim aliqui, quod, etiamſi Novicius a Religione receſſerit, ex vi tamen ſuſceptionis habitus acquirit legatum ſibi factum ſub conditione ingreſſus in Religionem. Sed verba legati probe conſideranda. Quæ niſi clara ſint, & de ſimplici habitus ſuſceptione loquantur: legatum factum crediderim intuitu Status Religioſi, qui non habetur ſine perſeverantia.

XLIV. Octavum Privilegium eſt, quod Novicii poſsint abſolvi a caſibus reſervatis Epiſcopo, & a cenſuris, etiam ante ingreſſum incurſis. Vide Bullas laudatas Tit.IV.

De Noviciorum Confeſſario ſic loquitur Clemens VIII Conſt.CIII = *Cum ad Regularem* = Tom.V pag.605: „ Statim atque Novicii ad habitum recepti,
„ & in locum Noviciatus introducti fuerint, per ge-
„ neralem omnium peccatorum confeſsionem totius
„ anteactæ vitæ conſcientiam diſcutiant, & expur-
„ gent..... Ipſi autem Magiſtro ſoli Noviciorum
„ Confeſsiones audiendi cura committatur. Liceat
„ tamen Superiori, etiam locali, ſi ita expedire ju-
„ dicaverit, vel per ſeipſum, vel per alium ab eo
„ deputandum, ſemel, aut bis, in anno eorundem
„ Noviciorum Confeſsiones audire „. Ex quibus habes, cuinam committenda ſit cura Confeſsiones excipiendi Noviciorum. De his fuſius differit *Paſſerinus* loco laudato Inſpect.III Num.38 &c. Addenda Admonitio VII Capituli Generalis Romæ 1694, cujus hæc verba: „ Admonemus RR. PP. Priores Conventuum,
„ in quibus ſunt Novicii, ſive ſimplices, ſive Pro-
„ feſsi, ut quoties ipſis Confeſſarii extraordinarii
„ concedendi ſunt, de conſilio Patrum deputentur
„ viri ætate graves, obſervantiæ Regularis retinen-
„ tiſsimi, & in rebus ſpiritualibus inſtructi, & enu-
„ triti, quique eos per ſemitas ſanctitatis, vocatio-
„ niſque noſtræ ducere, & inſtruere valeant.

XLV. Nonum Privilegium eſt, quod Novicii poſſint Ordines ſuſcipere. Non tamen ipſos ſuſcipere poterunt ſub titulo paupertatis, ſed ſub titulo, vel Beneficii, vel Patrimonii, vel penſionis juxta S.Concilii Tridentini Decretum Seſſ.21.Cap.2. Vide Conſtitutiones Apoſtolicas, quas laudat *Paſſerinus* ibidem Inſpect.IV Num.55 &c.

XLVI. Decimum Privilegium eſt, quod Noviciorum vota poſſunt a Prælato Regulari ſuſpendi, vel commutari. Ratio eſt, quia licet Prælatus, ante Novicii Profeſſionem, non habeat in ipſum poteſtatem illam dominativam perfectam, per quam, vi

Profeſ-

Profeſſionis, dominus erit voluntatis Novicii, & ideo non poſſit ipſius vota reſcindere, habet tamen in ipſum juriſdictionem Spiritualem, quaſi Epiſcopalem, a Summo Pontifice conceſſam ad rectum gubernium Communitatis Regularis, ab Epiſcopi juriſdictione exemptæ: ratione cujus Prælatus ſibi ſubditos cenſuris ſolvere poteſt, & ea præcipere, quæ ad quietem, ad pacem, & ad commune bonum pertinent. Hinc Prælatus vota Noviciorum commutare poteſt. Habet etiam Prælatus aliqualem poteſtatem dominativam in Novicios, non quidem perfectam, quæ fundatur in obedientiæ voto, ut dictum eſt, ſed imperfectam, fundatam in natura Noviciatus, ipſique intrinſecam. Cum enim Noviciatus ſit ſtatus perſonæ volentis experiri Religionem ſub directione Superioris; ex hoc habet Superior quandam poteſtatem dominativam, vel ſaltem gubernativam, & directivam Novicii in experimento Regulæ. Hinc Superior vota Noviciorum ſuſpendere poteſt. Vide inferius Num.XCV.

XLVII. Undecimum Privilegium eſt, quod Novicii poſſint immunes fieri præceptorum, etiam Eccleſiæ, quibus Profeſſi ſolvi poſſunt a Prælato Regulari. Poteſt enim Prælatus uti circa Novicios juriſdictione quaſi Epiſcopali, quam habet circa Profeſſos. Hinc ubi neceſſitas urget, ipſos ſolvere poteſt præceptis jejunii, Officii Divini, Miſſæ, abſtinentiæ a carnibus &c. *Paſſerinus* ibidem Art. X Inſpect. VI Num.CXI.

XLVIII. Duodecimum Privilegium eſt, quod, ſervatis ſervandis; ſi Sacerdotes ſint, poterunt confeſſiones excipere, & conciones habere.

XLIX. Decimum tertium Privilegium eſt, quod in articulo mortis conſtitutus, ſi XVI ætatis annum expleverit Novicius, poterit emittere Profeſſionem, ut alibi dictum fuit.

L. Decimum quartum Privilegium eſt, ut Novicii non ſubjiciantur Interdicto perſonali contra Laicos lato: cenſentur enim Religioſi.

LI. Decimum quintum Privilegium eſt, ut Novicii non ſubdantur legibus pœnalibus contra Religioſos præcise latis. De quibus omnibus vide *Paſſerinum* loco laudato Art.X Inſpect.VI Num.95 &c., & *Donatum* in Rerum Regular. Praxi Tom.II Parte IV Tract.VI de Privilegiis Noviciorum pag.75 &c.

LII. Notandum Secundo, quod Gregorius XI, ne quis adſcribendus Religioſo cœtui aliquid, vel etiam epulas, dare teneatur, cavet Conſt.XLV, data 18 Februarii 1372 = *Tenorem* = Tom.VII pag.64; ubi literas ab Urbano V hac de re datas innovat.

LIII. Huc ſpectat Decretum Sacri Concilii Tridentini Seſs.25. Cap.16: „ Sed neque ante Profeſſionem, excepto victu, & veſtitu, Novicii, vel „ Noviciæ, illius temporis, quo in probatione eſt, „ quocunque prætextu, a parentibus, vel propin„ quis, aut curatoribus ejus, Monaſterio aliquid „ ex bonis ejuſdem tribuatur, ne, hac occaſione, „ diſcedere nequeat, quod totam, vel majorem par„ tem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſſideat; nec fa„ cile, ſi diſceſſerit, recuperare poſſit. Quin potius „ præcipit S. Synodus, ſub anathematis pœna danti„ bus, & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat, &, „ ut abeuntibus ante Profeſſionem, omnia reſtituan„ tur, quæ ſua erant, quod ut recte fiat, Epiſcopus „ etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, „ compellat.

LIV. Antea quam videamus, quid ea de re in Ordine noſtro ſancitum fuit, quid ex hoc Sacri Concilii Tridentini Decreto colligi poſſit, perpendamus, oportet. Ex his enim verbis *excepto victu, & veſtitu &c.* liquet, quod licitum ſit aliquid accipere pro victu, & veſtitu Novicii, tempore quo in probatione eſt. Nec in hoc aliqua Simoniæ ſpecies eſt. Victus ſiquidem, ac veſtitus ſumuntur hic materialiter pro veſtibus, ac alimentis Novicii, quæ profecto res ſpirituales non ſunt, ſed corporales.

LV. Ex quo liquet etiam, quod Simoniacum non ſit, accipere dotem pro veſtibus, & alimentis dandis Moniali tempore vitæ ſuæ. Nec hoc prohibuit Concilium, & experientia notum eſt, quod ubique licite fit. Ratio eſt, quia, cum Monialis vota ſolemnia nuncupat, Monaſterium ſuſcipit onus illam nutriendi, ac veſtiendi. Onus illud res temporalis eſt. Cum igitur Monaſterium non teneatur ad onus illud gratis ſuſcipiendum, ſine omni prorſus Simoniæ labe dotem recipere poteſt. Audiendus hac de re S. Thomas 2. 2. Quæſt.100 Art.3 ad 4. „ Dicendum, in„ quit, quod pro ingreſſu Monaſterii non licet aliquid „ exigere, vel accipere, quaſi pretium. Licet tamen, „ ſi Monaſterium ſit tenue, quod non ſufficiat ad tot „ perſonas nutriendas, gratis quidem ingreſſum Mo„ naſterii exhibere, ſed accipere aliquid pro victu „ perſonæ, quæ in Monaſterio fuerit recipienda, ſi „ ad hoc non ſufficiant Monaſterii opes „. Vides, S. Thomam diſtinxiſſe *ingreſſum Monaſterii*, ſeu cooptationem in Ordinem Religioſum, *a victu perſonæ, quæ in Monaſterio fuerit recipienda*. Si pro victu iſto, ac veſtitu, dos recipiatur, nulla Simoniæ labes eſt: Secus dicendum, ſi pro ingreſſu ſeu cooptatione in Ordinem Religioſum, aliquid reciperetur: iſtud enim variis modis ſimoniacum eſſe poteſt. Primo, ſi nullum fiat pactum, ſed taxatum ſit quantum debeat dari pro ingreſſu iſto mox explicato: Cap. = *Sicut pro certo* = de Simonia. Secundo, ſi fiat pactum de ſervanda conſuetudine. Cap. = *Veniens* = de Simonia. Tertio, ſi gratis recipiatur, & poſtea compellatur ad ſervandam conſuetudinem. Cap. = *Jacobus* = de Simonia. Ceteros Canones, de variis aliis modis ſimoniacis loquentes, paſſim reperies apud Auctores. Sed, ut illos concilies, præ oculis habenda diſtinctio mox data.

LVI. Ex verbis iſtis: *aliquid ex bonis ejuſdem &c.* liquet, quod Concilium inhibuit duntaxat, ne aliquid ex bonis Novicii tribuatur, quia conſulere voluit omnimodæ libertati, quam Novicius habere debet, ut in ſeculum redire poſſit. Sed non obſtant verba Concilii, quo minus Parentes de bonis propriis, quæ voluerint dare poſſint, eodem prorſus modo, quo liceret ipſis, ſi filius ipſorum ne cogitaſſet quidem de Monaſterii ingreſſu.

LVII. Omnia, quæ Novicius detulit in Monaſterium, ipſi, ad ſeculum redeunti, reſtituenda eſſe, decernit S. Synodus dicens: *omnia reſtituantur*: cum dixit: *omnia*, nihil excepit. Caveant ergo Superiores, ne (deductis expenſis, quæ pro victu, & veſtitu, factæ fuerint) de cetero, vel minimum retineant, & attendant, quod hæc præcepit S. Concilium, anathematis pœna propoſita. Quæ licet nec latæ ſententiæ ſit, nec reſervata Summo Pontifici, ut docet *Fagnanus* ad Cap. = *Statuimus* = de Regularibus: timenda tamen, & ſceleris immanitatem declarat.

LVIII. Longe ante Concilium in Conſtitutionibus noſtris cautum erat, ut, quæ Novicii detulerant, ipſis ad ſeculum redeuntibus, omnia reſtituerentur. Sic enim legitur Diſt.I Cap.XIV Textu VIII: „ Mandamus univerſis Fratribus, quatenus Novicios, „ volentes redire ad ſeculum, libere permittant ire, „ redditis ſibi omnibus, quæ ſecum detulerant „. Hæc exponens Gloſſa ibidem Lit.M. pag.97 meminit

Decre-

Digitized by Google

Decreti Concilii mox laudati : alterius, quod dona-
tiones, & renunciationes Noviciorum ſpectat: & Or-
dinationis Capituli Generalis Bononienſis 1564, quam
conſulas velim, ut liquido conſtet, quam probe,
propriis commodis, & utilitate neglectis, ſaluti ani-
marum unice ſtudeat Ordo noſter. Idem ex aliis Ca-
pitulorum Generalium Statutis videre eſt. In Ordi-
natione VIII Capituli Generalis Bononienſis 1706
hæc habentur. „ Quoniam viros Religioſos, pauper-
„ tatem profeſſos, decet, quam maxime eſſe ab om-
„ ni ſpecie Avaritiæ, & Simoniæ, alienos, ordina-
„ mus, & ordinando prohibemus, ne pro recipien-
„ dis in habitum Ordinis ulla pecuniæ ſumma taxetur,
„ aut ab ipſis exigatur, ne quidem veſtium, ſeu ali-
„ mentorum prætextu, ſed iis contenti ſint Superio-
„ res, quæ ſecum deferant Religionis Candidati:
„ qui ſi ea ſint paupertate, ut nec de veſtibus ſibi
„ poſſint providere, Conventus, pro quo recipiun-
„ tur (juxta facultatem) eas ultro conferat: Con-
„ ventus vero Noviciatus, cui toto probationis
„ anno deſerviunt, de victu, aliiſque neceſſariis ipſis
„ provideat „. In Actis Capituli Barcinonen. 1461
Ord. 12 ſic legitur: „ Item volumus, quod Prio-
„ res Provinciales, & Definitores Capitulorum Pro-
„ vincialium ordinent, quod ſic provideatur volen-
„ tibus ingredi Ordinem, qui ſunt idonei, & paupe-
„ res, & ad ſuas Provincias pertinentes, quod pro-
„ pter defectum veſtium non repellantur „. In Actis
Capituli Nurimbergenſis 1405 Ord.3 hæc habentur:
„ Ut vitium Simoniæ in receptionibus Fratrum, &
„ Sororum, attentius caveant, Præſidentes adver-
„ tant, & Priores Conventuum, quod non recipia-
„ tur pecunia pro prædictis. Nam, ſi ex pacto, vel
„ cum exactione, aut cum tali intentione, ſeu condi-
„ tione, quod, niſi ſic ſolveretur, non fieret hujuſ-
„ modi receptio, quantumcunque ſit modici valoris
„ pecunia, ſive paſtus, aut menſalia, vel quæcun-
„ que alia, quælibet perſona ſic recipiens per Extra-
„ vagantem Urbani V eſt ipſo facto excommunicata,
„ nec abſolvi poteſt, niſi per Summum Pontificem:
„ & ſic receptus, aut recipiens, ſunt Simoniaci, &
„ debent expelli de Ordine, atque cogi, ut arctio-
„ rem Regulam, ſeu Ordinem intrent, ut habetur Ex-
„ tra. de Simonia C. Cum. Et tam ipſe Præſidens,
„ quam Conſiliarii, Simoniæ labem incurrunt ipſo
„ facto, & debent ſuſpendi a Divinis, & alias gra-
„ viter puniri, ut habetur eo titulo C. Dilectus.
„ C. Veniens. C. Simonia. C. Non ſatis. C. De
„ Regularibus „. In Actis Capituli Romani 1608 Or-
dinatione X ſic de victu, & veſtitu loquuntur Patres:
„ In Conventibus ubi alii ſolent Novicii in determi-
„ nato numero, non recipiatur aliquid pro Novicio
„ induendo, vel pro tempore probationis, etiam
„ pro victu, & veſtitu, aut quovis alio titulo: ſed,
„ ubi neceſſitas adeſt Monaſterii, poterit quidem
„ juxta formam Concilii Tridentini Seſſ.25 Cap.16
„ accipi aliquid pro victu, & veſtitu, reali, non au-
„ tem quidpiam aliud, etiam ſponte oblatum, ſub
„ pœna accipientibus privationis officii, & utriuſque
„ vocis, & inhabilitatis ad illud, & ad aliud offi-
„ cium in poſterum obtinendum, ipſo facto incurren-
„ da, ultra illam præfixam ibi a Concilio „. Id Pa-
riſiis confirmatum fuit 1611 Confirm.7. Adeas *Pe-
trum Martyrem Feſtum Urceanum* in Summario Conſt.
Parte II Cap.XVI: *Paſſerinum* de Hominum Statibus
& Officiis Tom.III Quæſtione CLXXXIX Art.IX
Num.50 &c. *Donatum* loco laudato de Bonis Novicio-
rum Tract.VII.

LIX. Aliud Sacri Concilii Tridentini Decretum,
cujus meminit Gloſſa Conſtitutionum noſtrarum legi-
tur Seſſ.25 Cap.16 de Regularibus. Hujus tenoris eſt:
„ Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea fa-
„ cta, (loquitur de diſpoſitione bonorum Novicii)
„ etiam cum juramento, & in favorem cujuſcunque
„ cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive
„ ejus Vicarii, fiat intra duos menſes proximos ante
„ Profeſſionem, ac non alias intelligatur effectum
„ ſuum ſortiri, niſi ſecuta Profeſſione, aliter vero
„ facta, etiam ſi cum hujus favoris expreſſa renun-
„ ciatione, etiam jurata, ſit irrita, & nullius effe-
„ ctus „. Renunciatio fit, cum quis cedit bonis ſuis
ad favorem alterius, in perpetuum, & irrevocabiliter.
Obligatio vero hic intelligitur quicunque contractus,
per quem aliquis alteri ſe, vel bona ſua obligat irre-
vocabiliter. Id ut licite fiat a Novicio, ſervanda
Concilii forma, ut ſcilicet non fiat ante decimum pro-
bationis menſem, & ut fiat de licentia Epiſcopi. Sed
contra neceſſitatem hujus licentiæ præſcribi poſſe legi-
tima conſuetudine, docent Auctores, quos conſulas
velim apud *Paſſerinum* loco laudato Art.X Inſpectio-
ne VIII, qui Num.129 &c. hanc materiam erudite
tractat.

Sciendum inſuper, quod Renunciationes, quæ a
Noviciis, profeſſionem emiſſuris, factæ fuerint, non
ſubjacent formæ, Laicali ſtatuto præſcriptæ, quia No-
vicii cenſentur Eccleſiaſticæ perſonæ, legibus Laico-
rum non ſubditæ, uti reſpondit S. Congregatio Con-
cilii in Ferrarien. anno 1606 die 2 Martii apud *Eminen.
Cardinalem Petra* Tom.III. Commentar. Conſt. Apo-
ſtol. ad Conſt.I. Clementis IV.

LX. Notandum Tertio, quod ex Gregorii IX
Conſtitut. CLVII, data 11 Julii 1236 = Non ſo-
lum = Tom.I. pag.90: & Innocentii IV Conſtitut.
LXXIV, data 17 Junii 1244 = Non ſolum = Tom.I.
pag.144, diſtrictius inhibetur, ne quis *ad ſuſceptio-
nem noſtri Ordinis, ante profeſſionem aliquem obliga-
re, vel infra probationis ſpatium ...... quemquam
facto, vel verbo, ad profitendum, ſeu ad renunciandum
de neceſſitate ſeculo inducere præſumat: nec conſtitutum
in probatione Novicium aliquatenus impedire, quomi-
nus infra tempus probationis ad aliam Religionem, quam
maluerit, tranſeat, ſicut de ſua proceſſerit libera vo-
luntate*. Si ſecus actum fuerit, pœnas decernit Inno-
centius IV dicens: „ Quod ſi forte contra hujuſmodi
„ inhibitionem quemquam recipere præſumpſeritis,
„ decernimus, eum, qui taliter receptus fuerit, nul-
„ latenus veſtro Ordini eſſe alligatum, voſque a re-
„ ceptione quorumlibet ad profeſſionem ejuſdem Or-
„ dinis fore ipſo facto ſuſpenſos, & inſuper pœnæ
„ ſubjiciendos, quæ Fratribus ipſius Ordinis pro cul-
„ pis infligi gravioribus conſuevit.

LXI. Hinc in Conſt. noſtris Diſt.I. Cap.XIV Tex-
tu VIII pag.96 legitur: „ Mandamus univerſis Fra-
„ tribus, quatenus Novicios volentes redire ad ſe-
„ culum, libere permittant ire: redditis ſibi omnibus
„ quæ ſecum detulerant. Nec ſint eis moleſti propter
„ hoc, exemplo illius, qui, Diſcipulis aliquibus
„ recedentibus, aliis remanentibus dixit: Numquid
„ & vos vultis abire?

LXII. Huc ſpectat S. Concilii Tridentini Decre-
tum Seſſ.25 Cap.18, quod licet de mulieribus duntaxat
loquatur, argumento tamen eſt, quam graviter pec-
cent illi, qui viros vel recipiunt, vel retinent invitos.
Hujus tenoris eſt: „ Anathemati S. Synodus ſubjicit
„ omnes, & ſingulas perſonas, cujuſcunque qualita-
„ tis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam
„ Laicos, Seculares, vel Regulares, atque etiam
„ qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunque
„ coege-

„ coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut „ aliam quamcunque Mulierem invitam, præterquam „ in caſibus in jure expreſsis, ad ingrediendum Mo- „ naſterium, vel ad ſuſcipiendum Habitum cujuſcun- „ que Religionis, vel ad emittendam profeſsionem; „ quique conſilium, auxilium, vel favorem dede- „ rint: quique ſcientes eam non ſponte ingredi Mo- „ naſterium, aut Habitum ſuſcipere, aut profeſsio- „ nem emittere, quoquomodo eidem actui, vel præ- „ ſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem inter- „ poſuerint. Simili quoque anathemati ſubjicit eos, „ qui ſanctam Virginum, vel aliarum Mulierum vo- „ luntatem, veli accipiendi, vel voti emittendi, „ quoquomodo, ſine juſta cauſa, impedierint. Ea- „ que omnia, & ſingula, quæ ante profeſsionem, „ vel in ipſa profeſsione fieri oportet, ſerventur non „ ſolum in Monaſteriis ſubjectis Epiſcopo, ſed, & in „ aliis quibuſcunque. Ab his tamen excipiuntur Mu- „ lieres, quæ Pœnitentes, aut Convertitæ appellan- „ tur, in quibus Conſtitutiones earum ſerventur.

LXIII. Eadem de re conſulendus S. Thomas 2. 2. Quæſt.189 Art. 9 ubi docet: „ quod (*licet*) inducen- „ tes alios ad Religionem non ſolum non peccent, ſed „ magnum præmium mereantur. Dicitur enim Jaco- „ bi ultimo: Qui converti fecerit peccatorem ab er- „ rore vitæ ſuæ ſalvabit animam ejus a morte, & ope- „ rit multitudinem peccatorum....... Poſſet tamen „ contingere circa hujuſmodi inductionem triplex „ inordinatio. Primo quidem ſi violenter aliquis „ alium ad Religionem cogeret: quod prohibetur in „ Decr.20 Quæſt.3 (*& in Conſtitutionibus, ac Decre- to, mox laudatis*) „ Secundo, ſi aliquis Simoniace „ alium ad Religionem trahat muneribus datis, ut „ prohibetur in Decr. ibid. Quæſt.2 Cap. Quam Pio... „ Tertio, ſi mendaciis eum alliciat „. Hæc omnia fuſe proſequitur *Paſſerinus* De Hominum Statibus, & Officiis Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.IX a pag.541 ad 557. Adeas etiam *Donatum* De Rerum Regularium Praxi Tom.2 Parte 4 Tract.I. Brevitati ſtudens hæc prætermitto, ut quæ profeſsionem ſpectant, paucis abſolvam.

LXIV. Notandum Quarto, quod Profeſsio definiri poteſt, Votum ſolemne, quo Religioſus libere ſe Deo in holocauſtum immolat, tradens ſe in Religionum filium, & ſervum, & promittens vitam regularem uſque ad mortem. Libertas, cujus hic mentio, perfecta ſit oportet.

Hinc, ut ille, qui vota ſolemnia nuncupaturus eſt, perfectiori deliberatione ſe totum Deo devoveat, ad validitatem profeſſionis S. Tridentinum Concilium requirit, ut annum ætatis Decimum ſextum expleverit: per annum unum tyrocinium, ſeu Noviciatum ſit emenſus: & libera voluntate, nullo cogente, profiteatur. Si unum ex illis tribus deſit, irrita eſt profeſsio. De Noviciatus anno, & ætate legitima, dictum fuit ſupra. De libero conſenſu Profitentis paucis dicendum.

LXV. Certum eſt quod profeſsio facta per vim, & metum, nulla eſt, ſi metus ſit gravis, & cadens in conſtantem virum: ſed metus, ut illum ſortiatur effectum nullitatis, gravis eſſe debet, tum ex parte objecti, mali ſcilicet quod timetur, quale eſt mors, membrorum mutilatio, atrocia tormenta, carcer perpetuus &c. tum ex parte modi, quia nempe malum imminet: tum ex parte ſubjecti, minor enim metus ſufficit in puero, vel in muliere, quam in viro, ut dicatur gravis. Ex parte etiam cauſæ metum incutientis requiritur, ut cauſa metum incutiens, ſit cauſa libera, quæ injuſte ſic metum incutiat ad extorquendam profeſsionem, ut vera ſit cauſa profeſsionis, & illam reddat involuntariam, ac per conſequens irritam, & nullam. Si vero cauſa metum incutiens ſit cauſa naturalis: vel libera quidem, ſed juſte metum incutiens, tunc, quantumvis gravis metus ſit, profeſsio irrita non erit. Id exemplis fiet clarius. Mortem filio minatur pater, niſi ſeſe recipiat in aliquod Cœnobium, & ibi Religioſæ familiæ nomen det. Ut imminens malum filius effugiat, Religionem aliquam profitetur. Metus ille gravis eſt. Cauſa metum incutiens libera eſt. Metus injuſte, & ad extorquendam Profeſſionem incutitur. Hinc Profeſſio irrita eſt, ac nulla, non ſolum ſi filius fingens profiteri, interius non conſentiat: ſed etiam ſi profitens, vere, & ex animo profeſſionem emittat quidem, ſed propter vim ſibi illatam, ſeu propter metum gravem. Zoſimus gravi morbo laborans, metu mortis vovet, ſe Religioſæ Familiæ nomen daturum, ſi convaleſcat: in illam ſe recipit, ac profitetur. Cauſa illa naturalis eſt, nec Profeſſionem irritam facit. Idem dicendum de Didaco, qui conſcientia ſcelerum ductus, nullo cogente, ſed pœnas tamen, quas pro delictis luere poſſet degens in ſeculo, metuens, Religionem aliquam profitetur: metus enim ille cauſam naturalem habet, quæ nullatenus irritam reddit Profeſſionem. Andronicus reus eſt mortis. Judex ad miſericordiam flectitur, ea tamen conditione, quod Andronicus Religionem aliquam profiteri debeat. Ipſam profitetur. Valida eſt Profeſſio, ſi nihil aliud obſtet: licet enim metus ille gravis incutiatur a cauſa libera, juſte tamen incutitur, quia Judex utitur jure ſuo, nec cogit ad Profeſsionem, ſed, illius intuitu, mitius ſe gerit erga Andronicum. Adeas Auctores, quos excipiunt *Paſſerinus* de Hominum Statibus & Officiis Tom.III Quæſtione CLXXXIX Tract. de Profeſsione Art.X Inſpectione III: & Inſpectione V: & *Donatus* de Rerum Regular. Praxi Tom.II Parte IV Tract.XI pag.155 &c.

LXVI. Ubi etiam fuſiori calamo diſſerunt de Profeſsione facta ex ignorantia, fraude, deceptione, dolo, vel fictione. Huc ſpectant, quæ habentur in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.XV Textu I Lit.C pag.104 &c. *Paſſerinus* loco laudato Num.98 notat: „ Quod moraliter fere non eſt dabilis caſus, in quo „ aliquis invalide profiteatur, quia neſciens, vel „ fraude ductus, aut dolo profitetur, & propterea „ dicitur, quod regulariter Profeſsio ex ignorantia, „ & fraude, & dolo non eſt irrita, niſi profitens ex- „ preſſe ſuam intentionem limitet ad ſuam expreſſam „ notitiam, vel aliam limitationem apponat repu- „ gnantem Profeſsioni „. Addit ex *Fagnano*, quod licet ex Concilio Tridentino Seſs.25 Cap.17: „ explo- „ rari debeat voluntas Puellæ profeſſuræ, an libere „ velit profiteri? tamen non per hoc eſt invalida Pro- „ feſsio, ſi vel ſeducta profiteatur, vel id fiat explo- „ ratione non præmiſſa, quam non eſſe neceſſariam „ de forma, declaravit Sacra Congregatio.

LXVII. Notandum Quinto, quod licet ex his, quæ de Recipiendis, ac Noviciis dicta ſunt, nullo negotio dignoſci poſſit, quænam conditiones neceſſariæ ſint ex parte profitentis, ut licite, ac valide vota ſolemnia nuncupare poſſit, non abs re tamen fuerit, conditiones illas hic enumeraſſe. Prima eſt, ut ſit Baptiſmi Sacramento renatus. Hinc ſi quis, emiſſa Profeſſione, dubitet, an baptizatus fuerit, ſi Baptiſmus ad cautelam ſuſcipiendus decernitur, iis profeſſionem de novo emittere debet. Secunda eſt, ætas annorum ſexdecim expletorum. Ætatem illam tam pro viris, quam pro mulieribus requirit S. Concilium Tridentinum. De Converſis dictum eſt ſupra. Tertia eſt, ut annus Noviciatus integer habeatur ante pro-

feſsionem

feſſionem. Quarta eſt, ut qui profitetur ſit ejuſdem ſexus cujus eſt Monaſterium in quo profitetur: Nec enim Mulier in Conventu Virorum, nec Vir in Monaſterio Mulierum valide profiteri poſſunt. Quinta, ut qui profeſſionem emittit non ſit actu amens: Nec per vim, aut metum gravem coactus: Ad valorem enim profeſſionis neceſſarius eſt conſenſus liber, quem nullus amentia laborans præſtare poteſt: Et quem non præſtat ille, qui per vim, aut metum cogitur. Si una ex his quinque conditionibus deſit, irrita prorſus, ac nulla erit profeſſio. Quid de infirmis, de ſervis, ac illegitimis cenſendum ſit? dictum eſt, ubi de Recipiendis ſermo fuit. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Inſpectione IV: Ubi etiam de Hermaphroditis, ac illis qui parentes relinquunt in gravi neceſſitate, ſermonem habet.

LXVIII. Quas ad validitatem profeſſionis ſolemnis neceſſarias dixi conditiones, eædem requiruntur ad Profeſsionem quam Tacitam vocant. Eſt autem Profeſsio tacita: Conſenſus internus, & interna promiſsio, ac votum, confirmans Contractum incorporationis Profeſsi ad Religionem, ut ſenſibiliter ſignificatus per facta. Dicitur *Conſenſus internus*, quia neceſſe eſt, ut actus inductivus Profeſsionis tacitæ ſcienter habeatur, ac libere. Dicitur *interna promiſſio*, quia non ſufficit ut, qui tacitam Profeſsionem emittit, negative ſe habeat, ſed Profeſsionem poſitive velit, oportet. Hinc dicitur *votum*, quia qui profitetur, veram habet intentionem profitendi, & hanc intentionem ſenſibiliter ſignificat per facta. Dicitur tandem, quod *votum illud confirmat contractum incorporationis Profeſſi ad Religionem*, & ratione illius contractus requiritur, quod actus, per quem Tacita Profeſsio induci dicitur, fiat auctoritate, & conſenſu ejus, ad quem ſpectat admittere ad Profeſsionem. Conſenſus autem ille præſumitur, ſi, expleto integro probationis anno, nec ex parte Conventus, nec ex parte Novicii, præceſſerit contraria declaratio. Id liquet ex Conſtit. noſtris Diſt.I Cap.XIV Textu X pag.99, ubi dicitur, quod „ Quando vocatus fuerit „ Novicius ad terminum probationis ſuſcipiendum „ Prælatus eidem expreſſe proteſtari debet „ quod ſtatim elapſo termino ſibi taxato (niſi contradictum „ ab ipſo, vel a Religione fuerit) incurret Profeſ„ ſionem, etiamſi aliter non profiteatur. „ Hinc ibidem Cap.XV Lit.B. pag.103 de Profeſsione Tacita loquens Gloſſa, ſit, inquit „ in Ordine noſtro, quan„ do quis, poſt annum quintum decimum comple„ tum, portaverit habitum Noviciorum per unum „ annum integrum, & continuum. „ De Profeſsione Tacita *Paſſerinus* differit loco laudato Inſpect.VI

LXIX. Præter conditiones prædictas ex parte Profitentis requiſitas, aliæ ſint oportet ex parte Religionis; requiritur enim ut ſit una ex Religionibus approbatis, & ut acceptet Profeſsionem. Hinc qui, nomine Religionis, Profeſsionem recipit, legitimam poteſtatem habere debet.

LXX. Hic quæri poteſt, an Profeſsio, quæ defectu alicujus ſolemnitatis nulla eſt, valida ſit in foro conſcientiæ, donec ab Eccleſia reſcindatur, ac nulla declaretur? cui quæſito reſpondendum videtur, quod ſi Profeſsio nulla ſit, defectu alicujus ſubſtantialis, jure naturali, vel Divino, requiſiti, ſi Vir, exempli gratia, profiteatur in Religione mulierum, vel ſi ille qui profitetur ſit amens: tunc ſine dubio Profeſſio nullatenus obligat in conſcientia, cum amens ſui compos non ſit; nec Vir licite poſſit in cœtu Virginum degere, ſed e Monaſterio ſit expellendus ſine mora, ne ſcandalo ſit. Verum, ſi Profeſſio nulla ſit ex defectu duntaxat alicujus ſolemnitatis requiſitæ jure poſitivo, quia, exempli gratia, fuit emiſſa ante annum XVI expletum, vel non expleto Probationis anno &c. tunc in foro conſcientiæ valida eſt, donec ex ſententia nullitatis, in foro fori danda, ceſſet obligatio, & profeſſus maneat liber, etiam in foro conſcientiæ; ſi tamen nihil aliud obſtet. Adeas *Fagnanum* ad Caput = *Si quis* = de Regularibus.

LXXI. Id ut manifeſtius fiat, ſciendum, quod ubi Profeſſio nulla eſt defectu alicujus ſubſtantialis, jure naturali, vel divino, requiſiti, tunc donatio & traditio, quæ eſt materia voti Profeſſionis, irrita prorſus eſt ac nulla: ſi hæc donatio & traditio nulla ſit, votum etiam nullum eſt. Si votum nullum ſit, nullam per ſe loquendo, inducit obligationem. Hinc præter exempla jam laudata, ſi quis extrinſece profiteatur, ſed fingat, & intrinſece non conſentiat, ſed diſſentiat, quia tunc deerit conſenſus profitentis, qui jure naturali requiritur, Profeſſio nulla erit, & per ſe loquendo nullam inducet obligationem coram Deo, vel ad Religionem in ſpecie, vel ad Religionem in genere, vel ad votorum, aut Regulæ Obſervantiam: licet per accidens qui ſic profitetur multas contrahere poſſit obligationes, vel juſtitiæ, ut reſtituat, ſi damna intulerit Religioni: vel caritatis, ut teneatur ſe habere velut Religioſus ad ſcandalum vitandum: vel etiam juſtitiæ legalis, & obedientiæ legis, ut, dum vivit intra Monaſterium, leges Monaſterii ſervet: vel tandem ratione præcepti, quo juxta Decretum Sac. Tridentinæ Synodi, qui nullitatem Profeſſionis non probat intra quinquennium, in Religione perſeverare tenetur.

LXXII. Ubi vero Profeſsio nulla eſt, defectu duntaxat ſolemnitatis, jure poſitivo requiſitæ, tunc in foro conſcientiæ valida dicitur donec in foro fori reſcindatur, & nulla declaretur. Ratio eſt, quia tunc ex mutuo conſenſu manet connaturalis obligatio, qua Profeſſus obſtringitur Religioni, & iſta Profeſſo. Quapropter utraque pars juſte poſſidet donec irritam Profeſſionem faciat judex. Id autem poteſt, quia hæc eſt conditio contractuum, ut, qui nulli ſunt defectu ſolemnitatis, etiamſi contineant obligationem naturalem, reſcindi poſsint. Hinc qui, ratione nullitatis, legitime dimittitur, liber eſt etiam in foro conſcientiæ: ſi tamen nihil aliud obſtet. Ut enim cetera taceam, contingit aliquando quod Profeſſionem concomitetur votum ſimplex a Profeſſione diſtinctum, ratione cujus, independenter a voto Profeſſionis, aliquid vitæ regularis promittitur abſolute. Quo fit ut in aliquibus caſibus Eccleſia præſumens exiſtentiam talis voti, judicet, nulliter Profeſſum ad illius voti effectus obligari. Quæ omnia ſi præ oculis habeas, nullo negotio conciliabis Sacros Canones, qui ſibi contrarii videntur, licet nullatenus adverſentur ſibi. De effectibus Profeſſionis nullæ lato calamo differit *Paſſerinus* loco laudato de Profeſſione Art.X. Inſp.X.

LXXIII. Notandum Sexto, quod licet, durante impedimento irritante, ratificari non poſsit Profeſsio (nec enim, exempli gratia, demens, amentia durante, ratificare poteſt Profeſsionem: vel Profeſsio facta in Religione non approbata ratificari poterit, niſi approbetur Religio) ſublato tamen impedimento, Profeſsio ratificari poteſt. Dicitur autem ratificari, cum Profeſsio, quæ nulla eſt ac irrita, valida fit, vel per novum Profitentis conſenſum, & votum, vel per ratihabitionem, aut novam acceptationem Religionis Profeſsionem admittentis.

LXXIV. Quæri poteſt, an, qui nulliter Profeſſus eſt, teneatur Profeſsionem ratificare? Reſpondet

Paſſerinus loco laudato Tract. de Profeſsione Art.X Inſpect.VIII, quod vel ille dubius eſt, vel certus de nullitate Profeſsionis. Si dubius: licet non teneatur ratificare Profeſſionem, quia tamen melior eſt conditio Religionis poſsidentis, ille ſe gerere, ac ſe habere debet ut Profeſſus; &, ſi dubitet, an aliquando Profeſsionem ratificare intenderit, cenſendus eſt, illam ratificaſſe. Si vero certus ſit de nullitate Profeſsionis; unanimis eſt Doctorum ſententia, quod iſte tenetur, vel ratificare Profeſſionem, vel, ſtatim ac poteſt, exire a Religione. Si ſecus ſe geſſerit, peccat. Quid agendum ut exeat licite, poſtea dicetur.

LXXV. Ut rata fiant vota ſolemnia, jampridem nuncupata, non requiri novam Fratrum Vocalium acceptationem, declaravit Urbanus VIII Conſtitut.LXXVI, data 31 Jannarii 1635 = Alias = Tom.VI pag.97 dicens:„ Statuimus, atque ordinamus, quod
„ in ratificationibus, ſive novis Profeſsionibus facien-
„ dis in manibus Prælati, nova Fratrum Vocalium ac-
„ ceptatio nullatenus requiratur, ſed ſtatim Profeſſus
„ intelligatur, & filius ejus Conventus, in quo Pro-
„ feſsionem fecerat, ſupplendo eum ſimplici ratifica-
„ tione, ſeu nova Profeſsione, qualecunque requi-
„ ſitum, quod de jure requireretur, ſeu de facto oc-
„ curreret, cum retentione eorum graduum, officio-
„ rum, honorum, dignitatum, vel præeminentia-
„ rum, quibus ad præſens gaudet, ita tamen, ut,
„ qui de facto habitum regularem dimiſerint, reci-
„ piantur, ſalva Ordinis diſciplina.

LXXVI. Hæc Urbanus VIII de nova Fratrum Vocalium acceptatione, quæ Capitulariter fit, quamque neceſsariam non eſſe, decrevit. Quid autem de ſimplici conſenſu dicendum ſit, ex ſequentibus *Paſſerini* verbis videre eſt.

Docet enim primo Num.391 &c., quod „ Quando-
„ cunque aliqua pars conſenſum dedit naturaliter in-
„ validum, & nullum, ut quia ficte conſenſit, & ſimula-
„ te, vel conſenſit ex errore circa ſubſtantiam, & vere
„ irritante conſenſum, vel non habuit facultatem
„ conſentiendi, ut ſi Profeſsio fuit acceptata a non
„ habente facultatem conſentiendi, neceſſe eſt, quod,
„ qui nulliter conſenſit, novo conſenſu, tacito,
„ vel expreſſo, valide conſentiat. In hac concluſio-
„ ne omnes conveniunt.

Docet ſecundo, quod „ Quotieſcunque conſen-
„ ſus in Profeſsione fuit nullus ex parte profitentis,
„ licet fuerit nullus ſolum ex non ſervata aliqua ſo-
„ lemnitate juris, vel quia qui profeſſus fuit erat
„ inhabilis, cum vel non haberet ætatem XVI anno-
„ rum, vel non habuerat integrum Noviciatum,
„ vel conſenſit per metum cadentem in conſtantem
„ virum, ſemper neceſſe eſt, ut ille novo conſenſu,
„ tacite, vel expreſſe in Profeſsionem conſentiat,
„ tempore habili, & ſublato impedimento.

Docet tertio, quod „ Ex quacunque parte Pro-
„ feſsio ſit nulla, & nullus conſenſus datus, ſi Præla-
„ tus admittens conſenſu naturaliter valido conſenſit,
„ ceſſante impedimento, etiamſi ex defectu alicujus re-
„ quiſiti ex jure poſitivo conſenſus recipientis ſit nul-
„ lus, non eſt neceſſe, quod admittens, ſeu Religio, aut
„ Conventus novo conſenſu ratificet Profeſsionem,
„ ſed ſufficit, quod Profeſſus ex parte ſua ratificet,
„ & quod in admittente, aut Conventu, conſenſus
„ primo datus perſeveret. Hanc concluſionem puto
„ certam, & indubitatam.

Docet „ quarto, quod, ſi contingat, Profeſsio-
„ nem eſſe nullam tantummodo ex impedimento poſi-
„ to ex parte Religionis, ut quia Conventus ficte
„ conſenſit, vel qui acceptavit Profeſsionem non
„ habebat ad id facultatem, ſufficit novus conſenſus
„ ex parte Religionis, ſeu nova ratihabitio, & ex
„ parte Profeſsi ſufficit quod conſenſus prius datus
„ perſeveret. Ita communiter Doctores.

Docet quinto, quod cum Doctores communiter aſſerunt, ad ratificandam Profeſsionem requiri ſcientiam nullitatis ejus, ſic „ debet intelligi, ut ratifica-
„ tio, ſeu actus, ex quibus illa præſumitur, non
„ ſint ex ignorantia nullitatis præcedentis Profeſsio-
„ nis, manente ratificatione valida, ſi ea ignoran-
„ tia ſit concomitans, ut Rever. Fagnanus probat ad
„ Cap. Significatum. De Regular. Suppoſito vero
„ conſenſu prius dato, licet nulliter, in ſoro exter-
„ no præſumetur, ignorantiam eſſe concomitantem,
„ niſi hæc præſumptio efficaciori præſumptione vin-
„ catur. Et ſic v.g. annalis geſtatio habitus poſt æta-
„ tem legitimam ratificat profeſsionem emiſſam ante
„ ætatem, etiamſi Profeſſus ignoret, Profeſsionem
„ ſuam fuiſſe nullam, quia præſumitur, quod hæc
„ ignorantia ſit concomitans, & quod non minus il-
„ lam ratam habuiſſet, ſi id ſciviſſet. In ſoro tamen
„ conſcientiæ, ſi vere ignorantia non eſt concomi-
„ tans, ſed eſt antecedens, ratificatio eſt nulla.

Docet ſexto, quod cum „ ad ratificationem Pro-
„ feſsionis eſt neceſſarius conſenſus tam Profitentis,
„ quam admittentis mutuo datus, tunc hic conſenſus
„ debet eſſe externe ſignificatus, ut partibus de eo
„ conſtet. Ceterum abſolute in aliis caſibus ſufficit
„ novus conſenſus internus, quia ſufficit innovare,
„ quod defuit, & deficit, non eſt vero neceſſe inno-
„ vare, quod durat. Modo ſignificatio externa præ-
„ ceſsit, & vis ejus adhuc durat, & hoc quod defuit
„ fuit internus conſenſus, ſufficit igitur illum inno-
„ vare....... quia ergo in quampluribus caſibus ad
„ revalidandam Profeſsionem non eſt neceſſe quod al-
„ tera pars ſciat nullitatem Profeſsionis, & quod ſibi
„ innoteſcat, conſenſum prius defuiſſe, & nunc ſup-
„ pleri: neque eſt neceſſaria nova expreſsio conſenſus,
„ quia hæc non eſt neceſſaria, niſi ut ratificatio inno-
„ teſcat alteri parti, & jam ſupponitur, quod ratifica-
„ tio vim habeat etiam ſi alteri parti non innoteſcat „.
Hæc *Paſſerinus*, quæ, longiora licet, tranſcripta volui, ut innumeræ difficultates ex his ſolvi poſsint.

LXXVII. Sicut Profeſſio dividitur in expreſſam, & tacitam, ita & Ratificatio. Expreſſa ratificatio non indiget quidem ſolemnitatibus illis, quæ adhiberi ſolent in Profeſsione expreſſa, fit tamen verbis, &, ſi opus ſit, quod illam, nomine Religionis, acceptet Superior aliquis, illam acceptare debet Prælatus, ad quem ſpectat Profeſsionis acceptatio. Tacita ratificatio tot modis fieri poteſt, quot fit tacita Profeſsio; immo facilius, cum enim ratificatio ſupponat conſenſum jam pridem datum, dum Profeſſus ſe ingerit actibus propriis Profeſſorum, tunc vel ex novo conſenſu formali, vel ex præcedenti, virtualiter exercente durante in aliqua humana actione, ratificat Profeſsionem. Sed nota, quod excluditur illa ratificatio tacita, ſi quis expreſſe proteſtetur, ſe per actus hujuſmodi non intendere Profeſsionem ratificare.

LXXVIII. Nec ad ratificandam Profeſsionem neceſſarius eſt novus Noviciatus, ſi prior validus fuerit. Si vero prior Noviciatus fuerit nullus, quia non integer, ſufficit illum perficere. Si fuerit integer, & in ſubſtantia validus, extrinſece vero nullus, quia, exempli gratia, Novicius Habitum ſuſcepit ab aliquo, qui facultatem non habebat, vel quia Novicius Habitum ficte ſuſcepit &c., ſufficit, quod prior Noviciatus validus fuerit in ratione mutui experimenti Religionis, & Novicii. Verum ſi Lex aliqua

aliqua ſpecialis, Decreto irritante munita, nullam declaret Profeſsionem, quam non præceſſerit Noviciatus, cujus, vel locum, vel tempus, vel modum ſpecialem definierit, ratificari non poteſt Profeſsio ſine novo Noviciatu, quem lex illa præſcripſit.

LXXIX. Notandum Septimo, quod ille qui Profeſsionem ratificavit, vel etiam dubius eſt an illam ratificaverit, contra Profeſsionem reclamare non poteſt. Eſt autem Reclamatio, petitio facultatis dimittendi habitum, & ſtatum religioſum, allegando cauſam, vel cauſas nullitatis ſuæ Profeſsionis. Quid hac de re ſit agendum, præſcripſit S. Synodus Tridentina Seſſ.25 cap.19 dicens: „ Quicunque Regularis prætendat, ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacunque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur, niſi intra quinquennium tantum a die Profeſsionis, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcunque cauſam admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur, & tanquam Apoſtata puniatur, interim vero nullo privilegio ſuæ Religionis juvetur.

LXXX. Ut hac de re difficultates quædam ſolvantur, præ oculis habenda Clementis IX Conſt.LIV, data 15 Decembris 1668 = Procurator = Tom.VII pag 325. Hujus tenoris eſt: „ Procurator Generalis „ Ordinis Prædicatorum infraſcriptas ponit dubitationes, quas per Sacram Congregationem definiri „ ſupplicat, ad occurrendum inconvenientibus, quæ „ ad præſens in quadam Provincia Ordinis emergere „ comperit.

I. „ An quinquennium poſt cujus lapſum juxta „ Decretum S.Concilii Regulares Profeſsi prætendentes reclamare contra ſuam Profeſſionem non debent „ audiri, intelligi debeat de quinquennio, numerando „ a die Profeſſionis tacitæ, vel expreſſæ eorundem „ Religioſorum?

II. „ An habentes impedimentum, etiam perpetuum, ex quo Profeſſio de jure eſt nulla, poſſint „ audiri poſt quinquennium?

III. „ An illi, qui intra quinquennium impediti „ fuerunt reclamare, vel ignorarunt cauſam nullitatis ſuæ Profeſſionis, poſsint ſimiliter poſt quinquennium audiri?

IV. „ An Superiore Regulari impedito, vel etiam „ nolente cum Epiſcopo convenire, ad audiendum „ Reclamantem contra Profeſſionem, Epiſcopus ſolus poſſit reclamationis cauſam cognoſcere, ac definire?

V. „ An Epiſcopus poſſit Superiorem Regularem „ compellere, vel per cenſuras, vel per alias pœnas, „ ut conveniat cum illo ad audiendum reclamantem „ contra Profeſſionem, & ad cauſam reclamationis „ cognoſcendam, ac definiendam?

„ Die XV. Decembris MDCLXVIII S. Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum reſpondit.

„ Ad I. Dubitationem, quinquennium numerandum eſſe a die Profeſſionis tam tacitæ, quam „ expreſſæ.

„ Ad II. Exprimendos caſus particulares.

„ Ad III. IV. V. Negative.

„ A. Cardinalis Celſus Præfectus.

„ Loco ✻ Sigilli.

„ I. Archiep. Adrianopolitan. Secretarius.

Bull. O.P. Tom.VIII.

LXXXI. Quinquennium a die Profeſſionis tam tacitæ, quam expreſſæ numerandum crediderim, etiamſi Profeſſio fuerit emiſſa ante legitimam ætatem. Nec enim lex, quam de quinquennio tulit S. Synodus Tridentina, adæquate fundatur in præſumptione quod Novicius, qui per quinquennium ab anno XVI expleto permanſerit in Religione, Profeſſionem ſuam ratam habuerit aliquando, ſed fundatur præcipue ſupra bonum commune, propter quod Concilium limitandum cenſuit tempus, ne lites de valore Profeſſionis forent æternæ.

LXXXII. Hac quinquennii lege Concilium præſcriptionem induxit, vi cujus, Religio ſupra nulliter Profeſſum ſuperioritatem & juriſdictionem, quinquennio expleto, ſic habet, ut ille non poſſit exire, ſed teneatur tanquam ſubditus obedire, & leges Ordinis ſervare: Nulliter vero Profeſſus præſeribit contra Religionem jus, ut habeatur tanquam Religioſus, nec poſſit ejici. Et hæc præſcriptio valet non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ. Exempla Præſcriptionis quinquennalis habes apud *Paſſerinum* loco laudato de Profeſſione Art. X Inſpect. VIII Num.358.

LXXXIII. Hæc præſcriptio talis eſt, ut, expleto quinquennio, non audiatur, qui prætendit, Profeſſionem ſuam irritam eſſe, ac nullam, ſive cauſa nullitatis de ſe temporanea fuerit, ſive ſit perpetua, & duret expleto quinquennio Ut enim habetur ex Regeſtis S. Congregationis Concilii „ Felicis Recordationis Gregorius XIII ex Sententia Congregationis „ Concilii declaravit, eos qui per vim, & metum, „ ſe Religionem profeſſos prætenderent, niſi intra „ quinquennium reclamaverint, eo elapſo non eſſe „ audiendos, tametſi allegarent vim, & metum ſemper duraſſe. Ita reperitur in Regeſto autographo „ Decretorum S. Congregationis Concilii in quorum &c. Datum Romæ hac die 13 Septembris 1665. „ C. de Vecchis, Epiſcopus Cluſinus S. Congregationis Concilii Secretarius. Gratis etiam quoad „ ſcripturam. Libro Decretorum IX pag.75 „. Quapropter, niſi reclamatio fiat intra quinquennium; ipſo expleto, nec ille, qui per vim, & metum profeſſus eſt, ac prætendit cauſam metus ultra quinquennium duraſſe, niſi per viam beneficii reſtitutionis in integrum, quam Summus Pontifex concedere quidem poteſt, ſed raro concedit, audiendus eſt.

LXXXIV. Reſtitutio in integrum, cujus hic ſermo, eſt facultas illa, qua Summus Pontifex ex mera gratia concedit, ut nulliter Profeſſus, qui intra quinquennium, vel fuit impeditus ne reclamaret, vel intra quinquennium nullitatem ſuæ Profeſſionis ignoravit, ceſſante impedimento, vel ignorantia, poſt quinquennium reclamare poſſit.

LXXXV. Non conceditur ei, qui Profeſſionem ſuam aliquando ratificavit, vel expreſſe, vel tacite. Hæc enim clauſula poni ſolet in expeditionibus hujuſce reſtitutionis in integrum: *dummodo expreſſe, vel tacite, Profeſſionem non ratificaverit*: Nec etiam conceditur ei, cujus Profeſſionis nullitas notoria eſt notorietate facti permanentis, ut, exempli gratia, ſi vir profeſſus eſt in Religione mulierum; tunc enim nec Reclamatione indiget, ut exeat, ſed ſine mora debet expelli. Quid de Hermaphroditis dicendum ſit, habes apud *Paſſerinum* loco laudato de Profeſsione Art X Inſpect.IX Num.455 &c.

LXXXVI. Excepto igitur caſu nullitatis notoriæ notorietate facti permanentis, nullus, quantumvis nulliter Profeſſus, exire poteſt a Religione, niſi ſervata forma Concilii. Sin minus, puniendus eſt ut

Apoſtata, nec audiri poteſt, niſi redux in Monaſterium. Nec audiendus extrajudicialiter, ſed nullitatis cauſas ſi quas habet, deducere debet coram Ordinario, & Superiore locali.

LXXXVII. Ordinarius hic dicitur ille, qui præeſt Diœceſi in qua eſt Conventus ille cujus Superior hac de re Sententiam ferre debet; & hic Conventus ille eſt in quo Novicius Profeſſionem emiſit. Nec Provinciales, nec ipſe Generalis ſunt in hac cauſa judices competentes, ſed ipſe Superior localis eſt judex Ordinarius, & Epiſcopus, vel ille qui præeſt Diœceſi, eſt judex a S. Tridentina Synodo delegatus.

LXXXVIII. Uterque conjunctim procedere debet, ita quod nec Superior ſolus, nec ſolus Epiſcopus poſſit hac de re Sententiam ferre. Si non conveniat inter ipſos ſed in contrarias eant ſententias, lis illa per Sedem Apoſtolicam dirimenda erit. Si ſecus egerit Epiſcopus, & ſolus aliquem dimiſerit „ peccat mortaliter, inquit *Donatus* de Rerum Regular. Praxi Tom. 2 Parte 4 Tract. 8 Quæſt. 12. pag. 124..... & eſt eo ipſo excom-
„ municatus, prout ex multis Bullis colligit Conſe-
„ ctius in Cap. 7, & 9 Tit. 5, & Tit. 13. Et ultra hoc
„ in conſcientia ex poſſe tenetur illum de novo e Se-
„ culo revocare, & Religioni reſtituere, prout col-
„ ligitur ex duplicatis literis a S. Congregat. ad Vi-
„ carium Generalem Civitatis Brixiæ, & ad Epiſco-
„ pum Caſalen. ſub anno 1633 die 1 Julii. Item, &
„ incurrit in pœnas appoſitas.... Decreto S. Con-
„ gregationis lato ſub anno 1636. die 5 Januarii, ad
„ quod Judices remitto. „ Hæc Donatus. Decretum, quod laudat habes Tomo VII hujuſce Bullarii pag. 295.

LXXXIX. Onus probandi nullitatem Profeſſionis, in hoc judicio, ſpectat ad eum, qui dimitti petit tanquam nulliter Profeſſus, vel ad Religionem, ſi ipſa agat ad excludendum Profeſſum: nec juramentum nulliter Profeſſi ſufficit.

XC. Meminerint etiam judices, quod omnes intereſſe habentes citari debent, & præſertim Religio collegialiter, ſeu Procurator Conventus ad hoc ſpecialiter delegatus.

XCI. Ceterum qui nulliter dimittuntur ob non ſervatam formam Concilii ſub ejuſdem Concilii Decreto comprehenduntur tanquam Apoſtatæ præſumpti. Qui ſi redeant debent recipi, ſalva Ordinis diſciplina. Adeas *Paſſerinum* loco laudato de Profeſſione Art. X Inſpectione X Num. 493.

XCII. De legitime dimiſſis dicendum eſt, ipſos, ſi redeant, poſſe, & debere recipi ſicut alios Seculares. Unde neceſſaria prorſus erit nova Profeſſio, nam dimiſſio priſtinam annullavit Profeſſionem. Jus autem ad Ordinis privilegia iſtis competit a die novæ Profeſſionis.

XCIII. Qui ſint effectus Profeſſionis validæ, diſces ex *Paſſerino* ſæpius laudato de Profeſſione Art. X Inſpect. X Cap. ſecundo a pag. 761 ad finem uſque. De nonnullis alibi ſermo erit; ceteros norunt omnes. De votis, quæ vi Profeſſionis extinguuntur differit a Num. 554 ad 585. Audiendus hac de re S. Thomas 2. 2. Quæſt. 188 Art. 12 ad 1 ubi hæc habet: „ Dicendum,
„ quod omnia alia vota ſunt quorundam particula-
„ rium operum, ſed per Religionem homo totam vitam
„ ſuam Dei obſequio deputat. Particulare autem in
„ univerſali includitur, & ideo Decretalis dicit, quod
„ reus voti fracti non habetur, qui temporale obſe-
„ quium in perpetuam Religionis obſervantiam
„ commutat. Nec tamen Religionem ingrediens te-
„ netur implere vota, vel jejuniorum, vel oratio-
„ num, vel aliorum hujuſmodi, quæ exiſtens in Se-
„ culo fecit: quia Religionem ingrediens moritur
„ priori vitæ. Et etiam ſingulares obſervantiæ Reli-
„ gioni non competunt, & Religionis onus ſatis ho-
„ minem onerat, ut alia ſuperaddere non oporteat. „
Hæc D. Thomas, quæ etiam intelligenda de votis, quæ Novicius ante Profeſſionem emiſerit, quæque non repugnant Profeſſioni. Quænam ſint excipienda vide apud *Paſſerinum* loco laudato.

XCIV. Hanc extinctionem votorum operatur Profeſſio, quia Profitens mundo moritur, & priori vitæ. Hinc extinctio illa ſequitur, ipſo jure, independenter ab intentione Profitentis. Sed ante Profeſſionem Novicius obſtringitur votis, quæ prius in Seculo degens nuncupaverat.

XCV. Quærunt Auctores, utrum Prior, vel Magiſter Noviciorum poſſint illa vota reſcindere? Quod neuter id poſſit, cenſet *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tomo 2 Parte 4 Tract. 5 Quæſt. 11 pag. 71, *quia neuter ante ſolemnem Profeſſionem habet dominium* (perfectum) *ſuper Novicios, nec ſpiritualem judiciariam poteſtatem, quæ neceſſario prærequiritur ad irritandum vota Subditorum*. Addit tamen Quæſt. 12. quod uterque poteſt illa vota ſuſpendere, vel commutare. Id probat ex Decreto Clementis VIII. Conſulenda Urbani IV Conſt. II == Qui ex Apoſtolici == Tom. I pag. 416. Vide ſupra Num. XLVI.

XCVI. Quis, ubi, quomodo Magiſter Noviciorum inſtituendus ſit, vel deſtituendus? habes ex eadem Conſtitutione Clementis VIII == Cum ad Regularem == & ex XXV Conſtitutione Sixti V ſupra relatis. Utriuſque mentio in Conſtitutionibus noſtris Diſt. I Cap. XIV Textu I Lit. A. pag. 78. Quid de Magiſtris Noviciorum ſancitum ſit a Capitulis Generalibus, refert *Fontana* Tit. de Magiſtris Noviciorum pag. 396 &c. Conſulendus etiam *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Conſt. Parte II Cap. XI pag. 97 &c. Nullam, vel parvam, circa hæc difficultatem reperire eſt. Si quam habes, adeas *Donatum* in Tractatu de Magiſtris Noviciorum mox laudato. Vide ſupra Num. II & VII.

QUÆSTIO III.

Quid agendum de his, quæ Novicii reſtituere tenentur perſonis, quæ ſciri, aut inveniri non poſſunt?

SUMMARIUM.

I. Id a Prioribus in pios uſus convertendum, decernit Alexander IV.
II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

I. QUid agendum ſit de his, quæ Novicii reſtituere tenentur perſonis, quæ ſciri, & inveniri non poſſunt, præſcripſit Alexander IV Conſtitut. CXLVIII, data 23 Martii 1257 == De meritorum == Tom. I pag. 338; Sic enim Magiſtrum, Priores, ac Fratres Ordinis Prædicatorum alloquitur:
„ Cum itaque nonnulli veſtræ Religionis habitum
„ aſſumentes, diverſis perſonis, quæ, prout aſſeritis,
„ ſciri, & inveniri non poſſunt, aliqua bona inter-
„ dum reſtituere teneantur, Nos, veſtris ſupplica-
„ tionibus annuentes, vobis, filii Magiſter, & Prio-
„ res, præſentium auctoritate concedimus, ut ſin-
„ guli veſtrum, in locis ſibi commiſſis, bona ipſa
„ in pios uſus convertere valeant, prout ſecundum
„ Deum viderint expedire.

II. Idem ſancitum ab eodem Alexandro IV Conſtitu-

Digitized by Google

ſtitutione CCXCVII = Virtute conſpicuos = Tom.I pag.407. Qua in re Alexander IV conſentientes habet Succeſſores ſuos in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus: Clementem IV Conſt.VIII Tom.I pag.452: Honorium IV Conſt.VI Tom.II pag.9: Bonifatium VIII Conſt.XIII Tom.II pag.50: Johannem XXII Conſt.V Tom.II pag.132: Clementem VI Conſtitutione XII Tom.II pag.231: Gregorium XI Conſtit.XX Tom.II pag.278: Bonifatium IX Conſtitut.CCXXII Tom.II pag.448 &c.

QUÆSTIO IV.

Poteſt ne aliquis alius Ordo Habitum noſtrum, vel ipſi conſimilem, deferre?

SUMMARIUM.

I. ID a Gregorio IX vetitum.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Eos inter Alexander IV id inhibuit Ordini Eremitarum S. P. Auguſtini.

IV. Ceteriſque omnibus, ſive ſint in Religionis Ordine, ſive extra Ordinem conſtituti.

V. Idem ſancitum ab aliis Summis Pontificibus.

VI. Quorum Conſtitutiones firmavit Clemens VIII: Ac juſſit, ut Prædicatores Fratres Cappam nigram, Fratres vero Eremitæ S. Auguſtini Tunicam nigram deferrent.

VII. Urbanus vero VIII inbibet, ne Fratres Ordinis SS. Trinitatis Cappas deferant conſimiles Cappis Fratrum Prædicatorum.

VIII. Nec obſtat Decretum, quo Raynutius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis colorem Cappæ a Fratribus Ordinis SS. Trinitatis, Provinciæ Caſtellæ deferendæ præſcripſerat.

IX. Litem enim illam definiens Alexander VII, inbibuit, ne Fratres ejuſdem Ordinis SS. Trinitatis Cappam nigri coloris deferant.

X. Earundem Conſtitutionum Apoſtolicarum meminit Benedictus XIII.

XI. Jure communi nititur hoc Privilegium. Sacris enim Canonibus caotum eſt, ut unuſquiſque propriæ Religionis habitum deferat.

XII. Quinam ſit proprius Habitus Ordinis Prædicatorum, & quænam pœna lata ſit in eundem temere dimittentes?

I. NE aliquis alius Ordo Habitum noſtrum, vel ipſi conſimilem, deferat, inhibet *Gregorius IX Conſt.CXCV*, data 25 Octobris 1239 *Tom.I pag.*107 dicens: „ Quia confuſio Habitus ſemper confuſionem inducit Ordinum, & etiam animorum, auctoritate Apoſtolica, diſtricte duximus inhibendum, ut nulli Ordinum, ſi quos de cetero creari contigerit, vel hactenus poſt Ordinem dilectorum filiorum Fratrum Prædicatorum fuere creati, Habitum ipſorum deferre liceat abſque noſtra licentia ſpeciali. Volumus igitur, & Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, illos, qui dictum Habitum contra inhibitionem noſtram deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum, cum a prædictis Fratribus requiſiti fueritis, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis obſtaculo, compellatis.

II. Succeſſores ſuos conſentientes habet Gregorius IX: etenim ejuſdem fere tenoris ſunt *Innocentii IV Conſtitutiones LVIII*, & *LIX* = Quia confuſio = *Tom.I pag.*138: & *Alexandri IV Conſt.XCIII*, & *XCIV* = Quia confuſio = *Tom.I pag.*304.

III. Generali, & univerſis Provincialibus Prioribus Eremitarum S. Auguſtini ſcribens idem *Alexander IV Conſt.CCXLVIII Tom.I pag.*380. „ Meminimus, inquit, Nos per literas noſtras inhibuiſſe diſtrictius, ut nulli, ſive ſit in Religionis Ordine, vel extra Ordinem conſtitutus, Habitum dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum, aut ita conſimilem, quod propter eum Frater Prædicator credi poſſit, deferre liceat, abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Statuimus quoque, ut hi, qui Habitum prædictum, vel ſibi prædicto modo conſimilem, deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, cum eſſent ab eiſdem Fratribus requiſiti, monitione præmiſſa, per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, cogerentur. Sed vos, prout accepimus, prædictum Fratrum Prædicatorum Habitum, vel ei ita conſimilem defertis, quod quando tunicam ſuperiorem deponitis Fratres Prædicatores credimini, & ab eis in hujuſmodi Habitu non videmini diſcrepare, quod in eorundem Fratrum redundat ſcandalum, & fidelium plurimorum. Volentes igitur confuſionem Habitus evitare, quæ ſæpe confuſionem inducit Ordinum, & etiam animorum, & vobis univerſis, & ſingulis, necnon, & Fratribus omnibus veſtræ curæ commiſſis, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtricte præcipiendo, mandamus; quatenus, omni dilatione, ac difficultate, remotis, Habitum hujuſmodi penitus deponatis, eum nullo unquam tempore reaſſumpturi, & vos, filii Priores, veſtros Subditos ſimili modo eum ſine mora deponere compellatis, de alio vobis, & Religioni veſtræ Habitu congruo providentes, ita quod contra vos, & eoſdem Subditos propter hoc durius procedere, vel ſuper hoc providere aliter non cogamur.

IV. Inhibemus etiam, Inquit idem *Alexander IV Conſtitut.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*407: „ Ut nulli, ſive ſit in Religionis Ordine, ſive extra Ordinem conſtitutus, Habitum veſtrum, aut ita conſimilem, quod propter eum Frater Prædicator credi poſſit, deferre liceat, abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, &, ut dicta inhibitio majorem conſequatur effectum, ſtatuimus, ut ii, qui Habitum veſtrum, vel ſibi prædicto modo conſimilem deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, cum a vobis requiſiti fuerint, monitione præmiſſa, per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur.

V. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus, VIII ſcilicet Clementis IV Tom.I pag.452: VI Honorii IV Tom.II pag.9: XIII Bonifatii VIII Tom.II pag.50: V Johannis XXII Tom.II pag.132: XII Clementis VI Tom.II pag.231: XX Gregorii XI Tomo II pag.278: CCXXII Bonifatii IX Tomo II pag.448 &c.

VI. „ Ex Injuncto Nobis, inquit *Clemens VIII Conſt.CVII*, data 2 Octobris 1603 *Tom.V pag.*609: „ paſtoralis muneris debito, Religioſorum Hominum, qui, contemptis illecebris ſeculi, divinis ſe obſequiis manciparunt, quieti, & tranquillitati præcipua quadam, & ſingulari ſolicitudine, providere tenemur, ut, iis omnibus ſublatis, quæ illorum in via Domini progreſſum retardare poſſunt, majori alacritate, divinis laudibus perſolvendis, & Chriſtifidelium ſaluti promovendæ io-

„ cum-

Digitized by Google

„ eumbant. Alias ſiquidem, cum inter dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum S. Dominici, & Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini de Habitus albi delatione, quo ita conſimiles viderentur, ut ſi abſque veſte ſuperiori nigra incedant vix alter ab altero diſcerni queat, controverſiæ non ſine ipſorum Fratrum perturbatione, & Laicorum offenſione ſæpius ortæ fuiſſent, nonnullæ Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, præſertim vero felicis recordationis Alexandri Papæ IV Conſtitutiones ſuper ea re prodierunt, & nuper eadem pene controverſia in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum inſurgente, ac Fratribus Sancti Dominici, de præjudicio ab Ordine S. Auguſtini ipſum Habitum, etiam extra Clauſtra deferente, ſibi allato, conquerentibus: Nos ejuſdem Alexandri, & aliorum Romanorum Pontificum Privilegia deſuper conceſſa per literas noſtras ſub datum Romæ apud S. Petrum die duodecima Martil MDXCVII ſervari mandavimus, prout in illia continetur. Verum quia ſecuta ipſarum literarum promulgatione, dilectus filius noſter Antonius tituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis Saulius, Protector, & dilectus etiam filius Magiſter Franciſcus Pereira Aſſiſtens pro Ultramontanis Provinciis ejuſdem Ordinis Sancti Auguſtini, Nobis nomine prædicti Ordinis Sancti Auguſtini expoſuerunt, neque per noſtrorum prædictorum Prædeceſſorum Conſtitutiones, neque per hujuſmodi noſtras literas ſuis Fratribus interdici amictum proprio inſtituto congruentem, & ab ineunte fere Ordine geſtari ſolitum, atque etiam ab eo, quo Fratres S. Dominici utuntur, ſi uterque Ordo intra ſuos limites conſiſtat, valde diſſimilem, ex exhibitis ſui Ordinis Conſtitutionibus, & juribus nuper Nobis humiliter ſupplicarunt, ut huic, tam diutinæ quæſtioni, & moleſtiæ, auctoritate noſtra Apoſtolica, finem tandem imponere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Propterea Nos juſſimus utriuſque Ordinis Privilegia, Conſtitutiones, & Statuta per dilectos filios noſtræ viſitationi, & reformationi Apoſtolicæ Præfectos diligentius axaminari, partiumque ipſarum jura, & prætenſiones audiri, ac maturius ponderari. Qui Reformatores, auditis Magiſtro P. F. Ferdinando de Caſtro Procuratore Provinciæ Portugalliæ Ordinis Prædicatorum, ac ſupradicto Franciſco, viſiſque Conſtitutionibus, aliiſque juribus utrinque deductis, Nobis retulerunt, comperiiſſe, veſtes albas, tanquam interiores per amborum Ordinum Fratres, ex propriis inſtitutis deferri poſſe, neque ullam inde oriri confuſionem, ſi ſuperiorem illam nigram, qua inter ſe optime diſtinguuntur, ſinguli juxta proprias inſtitutiones geſtarent. Nos, controverſiæ hujuſmodi perpetuum ſilentium imponere, & utriuſque Ordinis prædictorum, ex quibus in Eccleſia Dei uberes in dies fructus prodire ſolent, quieti proſpicere volentes, motu proprio, non ad dictorum Fratrum, aut aliorum inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie, ſtatuimus, & ordinamus, ut perpetuis futuris temporibus dicti Fratres Prædicatores Sancti Dominici cum Cappa nigra, Fratres vero Eremitæ Sancti Auguſtini cum Tunica etiam nigra ad inſtar propriarum Conſtitutionum, non ſolum in dictis Regnis, ſed ubique locorum, tam ſi in propriis Conventibus, & Eccleſiis eos actus exerceant, in quibus Habitum nigrum Conſtitutiones jubent adhiberi, præcipue vero in Eccleſia, dum Confeſſiones audiunt, Conciones, ſeu Lectiones ad Populum habent, quam extra Clauſtra, in quibuſcunque actionibus, & functionibus, etiam in itinere, & ad prædia, licet Urbibus, Oppidis, aut Monaſteriis viciniora, animi gratia, accedentes, ſemper incedere debeant, & teneantur. Ac propterea, in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub indignationis noſtræ pœna, eiſdem utriuſque Ordinis Fratribus diſtrictius inhibemus, ne abſque Habitu nigro, utrique Ordini conſtituto, ac propriæ Profeſſionis proteſtativo, etiam dum in Conventibus, & Eccleſiis ſupradictas actiones exercent, neque extra Clauſtra, præterquam in ædibus, & viridariis, prædiorum ſuorum, ullo unquam tempore, aut quovis prætextu, patenter deambulare, & ulterius dictorum Ordinum Superioribus, & Fratribus univerſis, & ſingulis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo incurrenda, mandamus, ne deinceps in perpetuum, ſuper hoc litem, aut moleſtiam aliquam, Superiores nimirum, & Fratres Ordinis Prædicatorum Superioribus, & Fratribus Ordinis Eremitarum; nec viciſſim Superiores, & Fratres Ordinis Eremitarum ipſis Superioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum hujuſmodi inferre audeant, ſeu præſumant. Nos enim quamcunque litem ſuper hac motam, ad Nos, harum ſerie, avocamus, illamque penitus extinguimus, ac utrique parti per hanc noſtram Conſtitutionem perpetuum ſilentium imponimus, ac impoſitum eſſe volumus, & declaramus. Ac præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, ex eo, quod dicti Fratres ad hoc vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra, omnia, & ſingula præmiſſa inviolabiliter obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

VII. Ne Fratres Ordinis SS. Trinitatis Cappas deferant noſtris conſimiles, inhibet Urbanus VIII Conſtit. CXXXIX, data 13 Julii 1630 = Ex incumbenti = Tom. VII pag. 291.

VIII. Colorem Cappæ ab iiſdem Fratribus Ordinis SS. Trinitatis, Provinciæ Caſtellæ, deferendæ præſcripſerat Raynutius S. R. E. Cardinalis, uti videre eſt

dere eſt Conſt.LIII Pii IV, data 3 Julii 1561 == Ex
parte veſtra == Tom.VII pag.164.

IX. Lis tandem illa definita fuit ab Alexandro VII,
qui Conſtitutione XLVIII, data 8 Februarii 1666
== Ex injuncto == Tom.VI pag.218, inhibuit, ne
Fratres ejuſdem Ordinis SS. Trinitatis Cappam nigri
coloris deferant. Hujus tenoris eſt: „ Alexander
„ PP. VII. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Ex in-
„ juncto Nobis cælitus Apoſtolicæ ſervitutis officio
„ controverſias inter viros Religioſos exortas, ne
„ pacis, fraternæque caritatis ſerenitatem obnubilent,
„ opportunis rationibus dirimere ſatagimus, quem-
„ admodum, omnibus mature conſideratis, arbitramur
„ in Domino rationi eſſe conſentaneum. Exponi
„ ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magiſter
„ Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod
„ licet dictus Ordo a S. Dominico fundatus proprio,
„ & peculiari habitu decoretur, nempe tunica, &
„ ſcapulari albis cum caputio pariter albo, & Cappa
„ nigra cum Caputio item nigro, eumque habitum
„ ſub præſcriptis forma, colore, modo, & diſpoſi-
„ tione, publice, & privatim Fratres Prædicatores
„ deferre conſueverint, illoque ab aliis Religionibus
„ diſtinguantur, & ex ſpeciali privilegio decem Ro-
„ mani Pontifices felicis recordationis Prædeceſſores
„ noſtri ſeveriſſime præceperint, ne aliquis, ſive ſit
„ in Ordine, ſive extra Ordinem conſtitutus, defe-
„ rat habitum Fratrum Prædicatorum, aut ita conſi-
„ milem, quod propter eum Frater Prædicator credi
„ poſſit, abſque ſpeciali Apoſtolicæ Sedis mandato,
„ addito decreto irritanti, ſi quid in contrarium fa-
„ ctum fuerit, & committendo Diœceſanis locorum,
„ ut per cenſuras Eccleſiaſticas, omni appellatione
„ poſtpoſita, cum requiſiti fuerint, compellant
„ quemcunque ad eum deponendum, prout ex eorun-
„ dem Prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis
„ deſuper expeditis conſtare dicitur, nihilominus
„ Provinciæ Caſtellæ, Aragoniæ, & Bethicæ Ordi-
„ nis Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis
„ Captivorum contra tenorem tot Conſtitutionum
„ Apoſtolicarum, immo & contra uſum majoris par-
„ tis Provinciarum ſuæ Religionis cum ſuo Capite
„ Miniſtro Generali mutavere Habitum album pri-
„ mitivum ſuæ Religionis, & deferunt Cappas,
„ & Caputia nigri coloris in nullo diſſimilia ab illis,
„ quibus utuntur Fratres Prædicatores, præter-
„ quam in ſigno Crucis, quod minime, aut parum
„ diſcernit eos a Fratribus Prædicatoribus, nec facit
„ quin habeantur pro Fratribus Prædicatoribus, con-
„ tendentes uſum Cappæ, & Caputii nigri coloris ſibi
„ eſſe licitum per modificationem Regulæ factam a re-
„ colendæ memoriæ Clemente PP. IV, Prædeceſſore
„ pariter noſtro ſub datum Viterbii VII Idus Decem-
„ bris anni MCCLXVII, & per conceſſionem factam
„ per literas Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ſub piæ memo-
„ riæ Pio PP. IV, etiam Prædeceſſore noſtro ſub da-
„ tum Romæ V Nonas Julii, Pontificatus ejus anno
„ primo, in quibus, ut aſſerunt, conceditur color
„ brunus in Cappis. Et quoniam hoc eſt libere dictum,
„ quia talis permiſſio non ſolum non reperitur in præ-
„ dicta modificatione, immo in eadem præcipitur
„ contrarium, quia in illa ſolummodo leguntur hæc
„ verba: Veſtimenta ſint lanea, & alba: ut conſtat
„ ex regeſto originali in Archivo Apoſtolico Vatica-
„ no exiſtente, & hoc alias a ſimilis recordationis In-
„ nocentio PP. III, in primitiva Regula diſpoſitum
„ erat per ejus literas, quarum initium: Operante
„ divinæ diſpoſitionis clementia: datas Laterani
„ VI Kal. Januarii MCXCVIII, Pontificatus ſui an-
„ no primo. Et in præcitatis literis Pœnitentiariæ
„ Apoſtolicæ permittitur Provinciæ tantum Caſtellæ
„ uſus bruni coloris determinati, illius nimirum qui
„ in illis partibus vulgo dicitur, Buriel, in vim cu-
„ jus aſſertæ permiſſionis, ſive proprio arbitratu, ſive
„ alias prædicti Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis
„ addiderunt Regulæ, & Conſtitutionibus in locis
„ ubi tractatur de veſtimentis Fratrum, aliquas clau-
„ ſulas in grave dictorum Fratrum Prædicatorum
„ præjudicium, & contra diſpoſitionem tot Summo-
„ rum Pontificum, & ſignanter in Regeſto num. VI
„ §. Veſtimenta, ad illa verba, Excepta Cappa, &
„ in eodem Text. relato cap. XIV titulo de veſtitu, &
„ honeſtate habitus, & in declaratione ejuſdem Text.
„ cap. citato §. II ad illa verba, ſed in modificatione,
„ uſque ad fin. §., & in Cap. XVI Tit. de ſignis in habitu
„ ponendis. Tex. VIII §. I, ad illa verba, ſed neque Cap-
„ pa. Nobis propterea memoratus Magiſter Generalis
„ tam ſuo, quam totius ſui Ordinis Prædicatorum no-
„ mine humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis op-
„ portune providere, & ut infra indulgere, de beni-
„ gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſum
„ Magiſtrum Generalem ſpecialibus favoribus, &
„ gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommu-
„ nicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque
„ Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a ju-
„ re, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa
„ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad
„ effectum præſentium duntaxat conſequendum, ha-
„ rum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes,
„ hujuſmodi ſupplicationibus, inclinati, de Venera-
„ bilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium,
„ negotiis, & conſultationibus, Epiſcoporum, &
„ Regularium præpoſitorum, qui rem de mandato
„ noſtro, pluries partibus auditis, mature diſcuſſe-
„ runt, & examinarunt, conſilio, viſiſque per eoſ-
„ dem Cardinales Brevibus Apoſtolicis, & ſignanter
„ Regeſto originali literarum prædicti Clementis IV
„ Prædeceſſoris, quarum initium: In Ordine veſtro:
„ ſub datum Viterbii VII Idus Decemb. MCCLXVII,
„ Pontificatus ſui anno tertio, necnon privilegiis,
„ ſcripturis, & inſtrumentis hinc inde exhibitis,
„ aliiſque videndis, auctoritate Apoſtolica, tenore
„ præſentium decernimus, & declaramus, non licere
„ Fratribus Trinitariis tam dictarum, quam aliarum
„ quarumcunque Provinciarum, uti Cappa niſi albi
„ coloris, excepta tamen Provincia Caſtellæ, in qua
„ ad præſcriptum literarum Pœnitentiariæ Apoſtoli-
„ cæ memorati Pii IV Prædeceſſoris ſub datum Romæ
„ V Nonas Julii, Pontificatus ejus anno primo, lice-
„ re uti Cappa coloris bruni, ejus nimirum, qui in
„ illis partibus, vulgo dicitur Buriel, non autem
„ nigri coloris, & ad tenorem præſentium literarum
„ corrigendas eſſe Regulam, & Conſtitutiones dicti
„ Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis reſpective in locis,
„ textibus, capitulis, & declarationibus, in quibus
„ tractatur de veſtimentis Fratrum. Ut autem earun-
„ dem literarum executioni firmius conſulatur, au-
„ ctoritate prædicta committimus, & injungimus
„ Ordinariis locorum, ut, quoties pro parte dictæ Re-
„ ligionis Prædicatorum fuerint reſpective requiſiti,
„ ſeu quilibet eorum fuerit requiſitus, Fratres dicti
„ Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, qui Cappam nigri
„ coloris, ſeu alias contra præſentium literarum for-
„ mam deferre præſumpſerint, ad ipſam deponendam
„ per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque juris, & facti
„ remedia, omni appellatione poſtpoſita, invocato
„ etiam, quatenus opus ſit, brachii ſecularis auxilio,
„ per ſe, vel per alios dicta auctoritate cogant, &
„ com-

„ compellant, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium. Decerneutes ipſus præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & ſore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & dicto Ordini Prædicatorum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus in contrarium deductis, etiam ſpeciali expreſſione dignis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ejuſque Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulia, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, & inſertia habentes, illis alias iu ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium tranſumptia, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ iu Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII Februarii MDCLXVI, Pontificatus noſtri Anno Undecimo. „ S. Ugolinus.

X. Earundem Conſtitutionum meminit Benedictus XIII Conſt.LXXIX, data 16 Maii 1727 = Pretioſus = Tom.VI pag.626 cap.XXII §.62.

XI. Jure communi nititur hoc privilegium. Sicut enim Habitus Religioſi diuturna geſtatio ſuppeditat teſtimonium juridicum, & legale Status Religioſi, ita & habitus Religionis Religiones diſtingnat, oportet, cum ſit de ipſarnm ſubſtantia, uti communiter docent Auctores, & jure communi, ac Sacris Canonibus cautum ſit, ut unuſquiſque propriæ Religionia habitum deſerat.

XII. Quiſnam ſit Habitus proprius Ordinis noſtri, & quænam pœna lata ſit in temere dimittentes habitum Ordinis, habes in Conſtitutionibus noſtris Diſt.I Cap.X. Ibid. Cap.XIV Textu III Lit.E pag.86: & cap.XX Tex.I Lit.A pag.149. Adeas *Petrum Martyrem Feſtum Vrceanum* iu Summario Conſt. Parte I cap.XXXIX pag.70 &c. & *Paſſerinum* de Hominum Statibus & Officiis Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Tract. de Apoſtatis Inſpect.III Num.317 &c.

QUÆSTIO V.

Poſſunt ne Fratres Prædicatores in terris Excommunicatorum degere?

SUMMARIUM.

I. Poſſe, concedit Gregorius IX.
II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

I. Quod Fratres Prædicatores in terris excommunicatorum degere poſsint, conceſsit *Gregorius IX Conſt.CCV Tom.I pag.*112 cujus hæc verba: „ Vobis extremam patientibus pro Chriſti nomine paupertatem, digne conceditur ab Apoſtolicæ Sedis gratia, per quod, & neceſsitati veſtræ conſulitur, & benefactoribus veſtris ſalutis meritum procuratur: hinc eſt, quod Nos, quorum depoſcit officium juſtis annuere deſideriis devotorum, veſtræ precibus humilitatis inducti; ut vos, qui exhortationis piæ ſtudio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter revocatis, in excommunicatorum terris libere commorari, & ab eis tunc etiam, quando vos per ipſas tranſire contingit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium, concedimus facultatem.

II. Gregorius IX Succeſſores ſuos hac de re conſentientes habet.

Ejuſdem enim tenoris ſunt *Innocentii IV Conſtitut. XXXII* Tom. I pag.124: & *Alexandri IV Conſtit.XCII* Tom.I pag.303

Daciæ, Norvvegiæ, Sueciæ, & Rigiæ Fratribus ſcribens idem *Alexander IV Conſt.CCXCV Tom.I pag.*404. „ Attendentes, inquit, quod neceſsitas legibus non arctatur, devotionis veſtræ precibus inclinati, auctoritate vobis præſentium, indulgemus, ut ſi vos ad domos aliquorum Clericorum, qui pro detentione concubinarum ſunt excommunicationis vinculo innodati, declinare contigerit, licite cum eiſdem Clericis hoſpitari poſsitis, nec propter hoc excommunicationis laqueus vos involvat.

Univerſos inſuper Fratres Prædicatores alloquens *Alexander IV Conſt.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*406: „ Et quia vos, inquit, extremam patientes pro Chriſti nomine paupertatem, exhortationis piæ ſtudio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter revocatis concedimus, ut in excommunicatorum terris libere commorari, & ab eis tunc, & etiam quando vos per ipſos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, & recipere valeatis.

Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII Clementis IV Tom.I pag.452: VI Honorii IV Tom.II pag.9: XIII Bonifatii VIII Tom.II pag.48: V Johannis XXII Tom.II pag.132: XII Clementis VI Tom.II pag.231: XX Gregorii XI Tom.II pag.278: CCXXII Bonifatii IX Tom.II pag.448 &c.

QUÆSTIO VI.

Jus præcedendi fuit ne Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſertum?

SUMMARIUM.

I. Bullarum conſenſus circa jus illud ex Summorum Pontificum verbis exhibetur.
II. Quos inter Martinus V firmat Decretum, quo Gratianopolitanus Epiſcopus, Fratres Ordinis Minorum præcedendi, jus aſſeruerat Fratribus Ordinis Prædicatorum Camberiacen.
III. Jus idem ab eodem Martino V aſſertum Fratribus Prædicatoribus Viennen.
IV. Eugenius vero IV decernit, Fratres Minores principaliorem, & digniorem locum Fratribus Ordinis Prædicatorum cedere debere.
V. Idem quibuſcunque aliis Mendicantium Ordinum Profeſſoribus a Leone X præſcriptum.

VI. Quod

VI. Quod etiam a S. Pio V ſancitum fuit.

VII. Declarationem tamen ea de re dedit Gregorius XIII.

Qua non obſtante, S. Congregatio, Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, ad tollendas lites, ſervandum ubique, cenſuit, quod in Urbe Roma, omnium Magiſtra, ſervatur.

Quæ Congregationis ſententia Sanctiſsimo placuit, &, *jure eam in caſibus occurrentibus ſemper reſcribi*, mandavit.

VIII. Hinc Clemens VIII anno 1592 declaravit, quod Ordo Fratrum Prædicatorum, poſt Ordines Monachales, primum, digniorem, & honorabiliorem locum obtinere debet:

Ut in Urbe Roma, omnium Capite, obtinet:

Et ita ſervandum juſsit, non obſtante Gregorii XIII Conſtitutione.

IX. Cui Gregorianæ Conſtitutioni etiam derogat, S. Pii V literas firmans, quibus Ordini Fratrum Prædicatorum primus, dignior, & honorabilior locus aſſeritur.

X. Quod inſuper alia Conſtitutione decernit idem Clemens VIII, præcedentem ſervandam jubens anno 1600.

XI. Huc ſpectat Decretum S. Congregationis datum anno 1618.

XII. Alio Decreto Præcedentia ſupra Generalem Congregationis S. Georgii in Alga aſſeritur Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum.

XIII. Cui etiam, alio Decreto, aſſeritur Præcedentia ſupra Referendarios utriuſque Signaturæ.

XIV. Innocentii vero XI Conſtitutione jus præcedendi Fratres Minores aſſeritur Fratribus Ordinis Prædicatorum Quiten. in Indiis Occidentalibus.

XV. De Conſtitntionibus Deceſſorum ſuorum ea de Præcedentia datis meminit Benedictus XIII.

XVI. Huc tandem ſpectat S. Congregationis Decretum in cauſa Mileten. datum die 20 Januarii 1736.

XVII. Et aliud Decretum die 26 Januarii ſ671 datum.

I. Quiſnam ſit de jure præcedendi, Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſerto, conſenſus Bullarum, ex ſequentibus Summorum Pontificum oraculis nullo negotio dignoſcere quiſque poterit.

II. ,, Gratianopolitano Epiſcopo ſcribens *Martinus V Conſt.XXXI*, data 21 Junii 1419 *Tom.II pag.559*, Juſtis petentium, inquit, votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum domus Ordinis Fratrum Prædicatorum loci Chamberiaci, tuæ Diœceſis, petitio continebat, quod, cum olim inter ipſos, & dilectos filios Guardianum, & Fratres domus Ordinis Fratrum Minorum, dicti loci ſuper prioritatis, vel poſterioritatis ordine incedendi in Proceſſionibus, & aliis Eccleſiaſticis actis, orta fuiſſet materia quæſtionis, tu conſiderans, quod Ordo dictorum Fratrum Prædicatorum prius, quam idem Ordo Fratrum Minorum extitit per Sedem Apoſtolicam approbatus, quodque juxta morem, & conſuetudinem in ſimilibus Proceſſionibus, tam in tua Civitate Gratianopolitana, quam alibi hactenus generaliter obſervatos, Minorum cum ſua Cruce præcedunt, & poſt illos Prædicatorum Ordinum Fratres prædicti immediate ſubſequuntur, & ſic in aliis actibus Eccleſiaſticis inter eos obſervari conſueverat, ſtatuiſti, & ordinaſti, ſcilicet inter eoſdem Fratres dictarum domorum Prædicatorum, & Minorum Ordinum dicti loci Chamberiaci deberi in perpetuum obſervari, non obſtante, quod dicta domus Fratrum Minorum primo in dicto loco, quam domus Ordinis Prædicatorum prædicta extitit fundata: prout in tuis literis inde confectis, tuo ſigillo munitis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Fratrum Ordinis Prædicatorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut Statuto, & Ordinationi, prædictis, robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, & illa in perpetuum obſervari facere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſtatutum, & ordinationem prædicta, & quæcunque inde ſecuta, Auctoritate noſtra, confirmes, & approbare facias, illaque perpetuis futuris temporibus per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Non obſtantibus ſi præfatis Fratribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

III. Archiepiſcopo *Lugdunen.* & Epiſcopo *Gratianopolitan.* ſeribens idem *Martinus V Conſt.CXVII*, data 2 Martii 1423 = Humilibus ſupplicum = *Tom.II pag.617*: ,, Exhibita ſiquidem, inquit, Nobis pro parte dilectorum filiorum Prioris Fratrum domus Viennen., Ordinis Fratrum Prædicatorum, petitio continebat, quod licet dicta domus, quæ inter alias a Venerabili Fratre noſtro Johanne Epiſcopo Oſtien. S. R. E. Vicecancellario, ut aſſeritur, fundata, ac alii Priores, & Fratres dicti Ordinis de antiqua, approbata, ac hactenus pacifiee obſervata conſuetudine, in ſingulis mundi partibus, præſertim in Romana Curia, ac Comitatibus, & Diœceſibus, ubi ſtudia vigent Generalia, priorem, & ſuperiorem locum proceſſionaliter incedendo, ac alias, ad funeralia, & exequias mortuorum eundo, redeundo, atque alias ſtando, & ſedendo ſuper alios Fratres Mendicantes Ordinum quorumcunque habuerint, & habeant, tamen dilecti filii Guardianus, & Fratres domus Ordinis Fratrum Minorum etiam Viennen. de, & ſuper hujuſmodi prioritate, & conſuetudine dictos Priorem, & Fratres Prædicatores Viennen. hactenus impedire præſumpſerunt, prout præſumunt, in eorundem Fratrum Ordinis Prædicatorum diſpendium pariter, & jacturam. Quare pro parte dictorum Prioris, & Fratrum Prædicatorum, aſſerentium, quod ipſi propterea accedere ad Proceſſiones aliquas cum dictis Fratribus Minoribus ſe retraxerunt, & hoc eis in præjudicium quam grave ceſſerit, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper præmiſſis; & alias opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, vocatis præfatis Guardiano, & Fratribus Minoribus, ac aliis, qui fuerint evocandi, ſuper præmiſſis diligenter vos informetis, &, ſi per informationem hujuſmodi, dictam conſuetudinem ita eſſe repereritis, vos Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum hujuſmodi, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem Fratres Ordinis Prædicatorum contra præfatam conſuetudinem per prædictos

,, Guardianum, & Fratrea Ordinia Minorum, aut
,, quoſvis alioa, vexari, ſeu quomodolibet mole-
,, ſtari,

IV. De jure præcedendi loquitur *Eugenius IV Conſtit.XVIII* == Juſtis, & honeſtia == *Tom.III pag.*12, Huc etiam ſpectat diploma ad cjuſdem Conſtitutionis calcem relatum.

Fratres Minorea principaliorem, & digniorem locum Fratribus Ordinis Prædicatorum cedere debere decernit idem Eugeniua IV Conſt.CCCIX == Fide digna == Tom.VII pag.82.

V. Fratribua Congregationis *Lombardiæ* ſcribena *Lea X Conſt.LXXXIX*, data 3 Julii 1518 *Tom.IV pag.*369:
,, Accepimua, inquit, nuper quod licet in Proceſſio-
,, nibus, & defunctorum funeralibus, ac quibuſvis
,, aliis actibus publicis, vos, tanquam Religioſi an-
,, tiquiorem Ordinem profeſſi, digniorem locum aliia
,, Fratribus Ordinum Mendicantium habere, & tene-
,, re, conſueveritis; tamen a certis temporibus citra,
,, in pluribua Civitatibus, caſtris, & locis, nonnul-
,, li Mendicantium Ordinum profeſſores ſuper præ-
,, cedentia, ſcu in habendo digniori loco in Proceſ-
,, ſionibus, funeralibua, ac actibus prædictis, eo
,, prætextu, quod eorum domua, & Eccleſiæ inibi in
,, conſtructione, & ædificatione antiquiores domibus,
,, & Eccleſiis veſtris exiſtant, impedire, & moleſta-
,, re præſumunt, ex quo inter vos, & alios Fratrea
,, prædictos quamplurimæ diſſenſiones, cum magno
,, Chriſtifidelium ſcandalo, ſæpe, & ſæpius exoriantur.
,, Nos igitur, hujuſmodi ſcandalis, & diſſenſionibus
,, providere volentes, motu proprio, ex certa noſtra
,, ſcientia, ac mera deliberatione, vobis, & pro tem-
,, pore exiſtentibus Vicario Generali, & Fratribus
,, Ordinis Prædicatorum Congregationia Lombardiæ,
,, ſucceſſoribus veſtris, ut in quibuſvis proceſſioni-
,, bus, funeralibus, & actibus prædictis, quotica il-
,, lia interfueritis, & cum veſtris crucibus, & vexil-
,, lis, locum digniorem quibuſcunque aliis Mendi-
,, cantium Ordinum profeſſoribus tenere, & habere
,, valeatis & alii Fratres Mendicantes illum vobis re-
,, linquere teneantur, auctoritate Apoſtolica, teno-
,, re præſentium, de ſpeciali gratia, indulgemus,
,, diſtrictius inhibentea eiſdem Mendicantium Ordi-
,, num profeſſoribua, & quibuſcunque aliis, etiam
,, Archiepiſcopali, & Epiſcopali dignitate, ac Car-
,, dinalatus honore, & Apoſtolicæ Legationis mune-
,, re fungentibua ſub pœna excommunicationia, quam
,, contrafacientea, eo ipſo incurrere volumua, & a
,, qua niſi per Romanum Pontificem pro tempore exi-
,, ſtentem, præterquam in mortis articulo conſtituti,
,, abſolvi non poſſint, ne vos, & pro tempore exi-
,, ſtentes Viearium, & Fratres prædictos ſuper di-
,, gniori loco hujuſmodi indebite moleſtare, turbare,
,, vel inquietare præſumant; decernentes ex nunc ir-
,, ritum, & inane, quicquid in contrarium ſuper
,, his, a quocunque, quavis auctoritate, ſcienter,
,, vel ignoranter, contigerit attentari. Et nihilomi-
,, nus omnibus, & ſingulis perſonis in dignitate Ec-
,, cleſiaſtica conſtitutis, & Metropolitanen., ac alia-
,, rum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis per præ-
,, ſentes, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel
,, aliquis, ſeu unus corum, per ſe, vel alium, ſeu
,, alios, vobis, & ſucceſſoribua prædictia, in præmiſsis
,, efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant,
,, vos, ac illos, conceſſione hujuſmodi pacifice gaude-
,, re; non permittentes, vos, ac eoſdem Succeſſores
,, per quoſcunque deſuper quomodolibet moleſtari;
,, contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appella-
,, tione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad
,, hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularia. Non
,, obſtantibua præmiſsis, ac Conſtitutionibus, & Or-
,, dinationibus Apoſtolicis, etiam juramento, confir-
,, matione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia robo-
,, ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quo-
,, que, indultia, & literis Apoſtolicis, ſingulis Ordi-
,, nibus præmiſsis conceſsis, & confirmatis, quibus,
,, illarum tenores præſentibua pro expreſſis habentes,
,, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe deroga-
,, mus; ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi
,, aliquibus, communiter, vel diviſim ab Apoſtoli-
,, ca ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel
,, excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas
,, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo
,, ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Da-
,, tum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoria
,, die III Julii MDXVIII, Pontificatus noſtri Anno
,, Sexto.

VI. ,, Controverſiaa autem, inquit *S. Pius V Conſt.XXXIX* == == Et ſi Mendicantium == *Tom.V pag.*160 ,, omnes de præcedentia, quæ eadem Seſſio-
,, ne XXV Cap. vero XIII per Epiſcopum terminari
,, mandantur, nonniſi durantes per illum dirimi, fini-
,, tas autem nullo pacto innovari poſſe ſtatuimus.
,, Divina diſponente clementia, inquit idem *S. Pius V Conſt.LVIII*, data 27 Auguſti 1568 *Tom.V pag.*195,
,, omnium mortalium judices in terris conſtituti,
,, Nos id potiſſimum curare decet, ut unicuique quod
,, ſuum eſt, ſublatis quibuſvis jurgiis, & litium
,, diſpendiis, tribuatur, veritas, juſtitia, & pax,
,, invicem ſe amplexentur, honorque, & ordo debi-
,, tus inter omnes, præſertim Religioſos, nobiſcum
,, ſub uno, & eodem vexillo Deo militantes, ſerve-
,, tur. Cum itaque nuper acceperimus, quod Sacer
,, Ordo Fratrum Prædicatorum præ ceteria aliis Fra-
,, trum Mendicantium Ordinibus, a Sede Apoſtoli-
,, ca primo, & approbatus, & confirmatus fuerit,
,, illiuſque Profeſſores in Proceſſionibus, & aliis acti-
,, bus, ac miniſteriis publicis, & privatia, tam co-
,, ram Romano Pontifice in ejus Capella, Genera-
,, liumque Conciliorum Seſſionibus, & Congrega-
,, tionibua, quam pleriſque aliis Chriſtifidelium par-
,, tibus, primum locum inter alios Fratrea Mendican-
,, tes obtineant, tamen ſi ad Religionia propagatio-
,, nem, in Civitatibus, & aliis locis, in quibus alio-
,, rum Ordinum Mendicantium Religioſi, Conven-
,, tus, & domos, prius habebant, domos, aliave
,, religioſa loca pro eorum habitatione ædificarunt,
,, ſeu conſtrui fecerunt, aut jam ædificata receperunt,
,, ſæpe contingit, quod aliorum Ordinum Fratres
,, Mendicantes, antiquitatis Eccleſiarum, vel ſuo-
,, rum Conventuum, & domorum, quas in eiſdem
,, locis prius habuerunt, ſeu aliis prætextibus, dictoa
,, Ordinis Prædicatorum Fratrea, in Proceſſionibus,
,, & aliis actibua, ac miniſteriis præfatis contingenti-
,, bus præcedere ſatagunt, præeminentiamque, &
,, locum debitum eiſdem, denegant, & impediunt,
,, quo fit, ut non ſolum inter eos inteſtina odia, &
,, diſſenſiones, in eorum animarum perniciem, ac
,, ceterorum Chriſtifidelium ſcandalum non modi-
,, cum, ſed etiam forſan lites, & controverſiæ judi-
,, ciales, quandoque ſubortæ ſint, & indeciſæ pen-
,, deant. Nos qui de antiquitate, & præeminentia
,, cujuslibet Ordinis Fratrum Mendicantium, plenam,
,, & indubitatam notitiam habuimua, & habemus, eo-
,, rum honorem, & jurium conſervationem, ac pa-
,, cem, & quietem inter eos confovere, necnon ſcan-
,, dala inde quomodolibet orta, quæque oriri poſſent,
,, removere, paterno affectu zelantea, motu pro-
,, prio,

,, prio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ peti-
,, tionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac mera
,, deliberatione noſtris, Apoſtolica auctoritate, te-
,, nore præſentium, litem, & cauſam quamcunque,
,, ſeu quæſtionis, & controverſiæ materiam, ſi quæ
,, deſuper ubilibet in Romana Curia, vel extra eam,
,, etiam in noſtro cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-
,, torio, in quacunque inſtantia, inter quoſcunque
,, quomodolibet pendeant, illarum ſtatum, & meri-
,, ta, etiamſi aliqua ſententia, etiam in contradictorio
,, judicio, a quovis Judice ordinario, vel delegato,
,, quæ in rem tranſivit judicatam, contra ipſos Fra-
,, tres Prædicatores ſuper hoc prolata fuerit, ac alia,
,, etiam neceſſario magis exprimenda, præſenti-
,, bus pro expreſſis habentes, ad Nos avocamus,
,, & penitus extinguimus, ac Fratribus aliorum
,, quorumcunque Ordinum Mendicantium ſuper his
,, perpetuum ſilentium imponimus. Et nihilominus
,, Fratres ipſos Ordinis Prædicatorum, primum,
,, digniorem, & honorabiliorem locum inter cetero-
,, rum quorumcunque aliorum Ordinum Mendican-
,, tium Religioſos, etiamſi tales eſſent, qui non ge-
,, nerali ſermone comprehenderentur, ſed nota, &
,, expreſſione ſpeciali indigerent, tam in Seſſionibus,
,, & Congregationibus quorumcunque Generalium,
,, Provincialium, & Synodalium Conciliorum, quam
,, proceſſionibus, miniſteriis, & aliis actibus publi-
,, cis, vel privatis, in quibuſcunque Civitatibus,
,, Oppidis, terris, caſtris, & aliis locis obtinere, &
,, ſpeciali præeminentia omnino gaudere perpetuo de-
,, bere, etiamſi illic Eccleſias, Domos, aut Con-
,, ventus, non habuerint, ſeu habeant, aut aliorum
,, Ordinum Mendicantium Fratres, & Religioſi in
,, eiſdem Civitatibus, & locis, antiquiores pro tem-
,, pore, eorumque Eccleſiæ, Cappellæ, Domus, &
,, loca regularia, ibi primo inſtituta, & fundata fue-
,, rint, eoſdemve Fratres Prædicatores, adhuc etiam
,, per centum annorum, aut diuturnius, vel alias
,, quantumvis longe magis immemorabile tempus
,, præcedere conſueverint, declaramus, ſtatuimus,
,, & etiam definimus, diſtricte, in virtute ſanctæ obe-
,, dientiæ, & ſub excommunicationis majoris, eo
,, ipſo incurrenda pœna, omnibus, & ſingulis quo-
,, rumcunque aliorum Mendicantium Ordinum pro
,, tempore Religioſis inhibentes, ne de cetero, præ-
,, miſſorum occaſione, Ordinem Fratrum Prædica-
,, torum hujuſmodi, illorumque pro tempore Reli-
,, gioſos quoſcunque moleſtare, inquietare, pertur-
,, bare, aut quoquo modo impedire audeant, vel præ-
,, ſumant, ſupplen. in hoc citationum, omneſque
,, alios, tam juris, quam facti, & quarumcunque
,, aliarum ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, &
,, proceſſuum defectus, ac decernen., præſentes no-
,, ſtras literas de ſubreptionis, vel obreptionis, in-
,, tentioniſve noſtræ, aut alio quovis vitio, ſeu de-
,, fectu, nullo unquam tempore, impugnari poſſe,
,, ac Conſtitutionem noſtram de non tollendo cui-
,, quam, per quamcunque gratiam, ſeu conceſſio-
,, nem, aut declarationem, jus quæſitum, adverſus
,, eas, locum ſibi vendicare non poſſe, nec debere,
,, ſicque in præmiſſis, omnibus, & ſingulis per quoſ-
,, cunque Judices, & Commiſſarios, quavis aucto-
,, ritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, & cau-
,, ſarum dicti Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis
,, cauſa, & inſtantia, etiam per appellationem pen-
,, dente, judicari, & definiri debere, ſublata eis,
,, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & in-
,, terpretandi facultate, ac irritum, & inane, quic-
,, quid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate,

,, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Ce-
,, terum, ut declaratio, ſtatutum, definitio, inhibi-
,, tio, aliaque omnia, & ſingula præmiſſa inviolabi-
,, liter obſerventur, omnibus, & ſingulis Venerabi-
,, libus Fratribus noſtris Patriarchis, Epiſcopis, &
,, dilectis filiis Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Præ-
,, latis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitu-
,, tis, necnon Metropolitan., & aliarum Eccleſiarum
,, Cathedralium Canonicis, eorundemque Archiepi-
,, ſcoporum, & Epiſcoporum, Officialibus, ſeu Vicariis
,, in ſpiritualibus Generalibus, ubilibet conſtitutis, per
,, Apoſtolica ſcripta, in virtute ſanctæ obedientiæ
,, committimus, & mandamus, ut has literas noſtras,
,, & in eis contenta quæcunque inviolabiliter obſer-
,, vent, ipſique duo, aut unus eorum, per ſe, vel
,, alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit,
,, & pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum, vel
,, aliquorum ex eis fuerint requiſiti, eis efficacis de-
,, fenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate
,, noſtra, eos hujuſmodi literis noſtris, & in eis conten-
,, tis quibuſcunque, pacifice frui, & gaudere; non per-
,, mittentes a Religioſis quorumcunque aliorum Or-
,, dinum Mendicantium, vel quibuslibet aliis, qua-
,, cunque auctoritate fungentibus, ſuper præeminen-
,, tia, & aliis antedictis, contra earundem noſtrarum
,, tenorem quomodolibet inquietari, moleſtari, per-
,, turbari, aut impediri. Contradictores, & rebel-
,, les quoſcunque ſtatus, gradus, & ordinis, condi-
,, tionis, & dignitatis cujuſvis exiſtentes, per cen-
,, ſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, etiam pecuniarias,
,, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, qua-
,, cunque appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et
,, nihilominus eos, qui ſententiam excommunicatio-
,, nis antedictam, cenſuras, & alias pœnas per eos,
,, & aliquem eorum pro tempore latas, incurrerint,
,, legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus,
,, in illas incidiſſe declarent, necnon aggravare etiam
,, iteratis vicibus curent, invocato ad id, ſi opus
,, fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus
,, præmiſſis, & tam hujuſmodi noſtra de non tollen-
,, do cuique jus quæſitum, & aliis Apoſtolicis, quam
,, in quibuſvis Generalibus, Provincialibus, & Sy-
,, nodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel gene-
,, ralibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, Or-
,, dinum, domorum, & locorum præfatorum, etiam
,, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
,, firmitate alia roboratis, fundationibus, ſtatutis,
,, uſibus, naturis, & conſuetudinibus, privilegiis
,, quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Fratri-
,, bus Mendicantibus, aliorum Ordinum quorumvis,
,, eorumque Eccleſiis, Capellis, domibus, & locis,
,, & Superioribus in ſpecie, vel in genere, tam per
,, felicis recordationis Sixtum Papam IV, quam alios
,, quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores no-
,, ſtros, etiam Bulla aurea, Mare magnum nuncupa-
,, ta, contentis, ac per Nos, motu proprio, conſi-
,, ſtorialiter, etiam per modum legis, & ſtatuti per-
,, petui, iteratis vicibus cum quibuſvis, etiam dero-
,, gatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus
,, clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis conceſſa
,, pro tempore, in contrarium forſan revocantibus,
,, etiamſi eis expreſſe caveretur, quod niſi per trinas
,, diſtinctas literas, cum temporis intervallo compe-
,, tenti ternis diſtinctis vicibus, illis, quos concernunt,
,, intimandas, derogatum eſſe non cenſeatur, aut alia
,, forma in id ſervanda ſit, conceſſis, approbatis, &
,, innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi
,, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ex-
,, preſſa, & individua mentio habenda eſſet, illorum

,, omnium, & ſingulorum tenores, vim, & effectum,
,, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo,
,, formaque in eis tradita, obſervata inſererentur, pro
,, ſufficienter expreſſis babentes, illis alias in ſuo ro-
,, bore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, &
,, expreſſe, latiſſime derogamus, & ceteris contrariis
,, quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel
,, diviſim ab Apoſtolica ſi. Sede indultum, quod inter-
,, dici, ſuſpendi, vel excommunieari non poſſint per
,, literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & ex-
,, preſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmo-
,, di, ac eorum perſonis, locis, Ordinibus, & nomi-
,, nibus mentionem. Et quia difficile foret, præſentes
,, literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus,
,, & eadem Apoſtolica auctoritate, etiam decernimus,
,, quod illarum exemplis, etiam impreſſis, manu No-
,, tarii publici ſubſcriptis, ſigilloque alicujus Prælati,
,, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,
,, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, in judicio, & ex-
,, tra, ubi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibea-
,, tur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus originali-
,, bus, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur. Datum
,, Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris
,, die XXVII Auguſti MDLXVIII, Pontificatus noſtri
,, Anno Tertio.

VII. Declarationem circa præcedentiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum Laicorum, datam a Gregorio XIII Conſt.CXLIX = Expoſcit = habes Tom.VII pag.195.

Sed nota quod, hac Gregorii Conſtitutione non obſtante ,, Die 26 Auguſti 1592 Sacra Congregatio
,, Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD.S.R.E.
,, Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſco-
,, porum, ac Regularium præfecta, ad tollendas omnes
,, lites, & controverſias, quæ inter Regulares plerum-
,, que ſolent oriri ſuper eorum præcedentia in proceſ-
,, ſionibus, ceteriſque actibus, tum publicis, tum priva-
,, tis, illud in futurum obſervandum ubique cenſuit,
,, quod in hac Alma Urbe, omnium Magiſtra, ſervatur.

Quæ Congregationis ſententia Sanctiſſimo placuit ,, & jure eam in caſibus occurrentibus ſemper
,, reſcribi ,, mandavit, non obſtan. Gregoriana Conſtitutione = *Expoſcit* = ceteriſque contrariis. Vide Clementis VIII Conſt.CXXIV = Noverint = Tom.VII pag 219.

VIII. Quod poſt antiquos Ordines Monachales Ordo Fratrum Prædicatorum primum, digniorem, & honorabiliorem locum obtineat, declarat *Clemens VIII Conſt.XVIII*, data 25 Septembris 1592 *Tom.V pag.497* dicens: ,, Inter cetera cordis noſtri deſiderabilia id
,, intenſis exoptamus affectibus, ut controverſiarum,
,, ac litium materia inter perſonas Eccleſiaſticas e me-
,, dio tollatur. Sane Nobis nuper innotuit, quod
,, in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Cataloniæ, ac
,, tota demum Provincia Aragoniæ, Ordinis Fra-
,, trum Prædicatorum, & præſertim in Civitate
,, Orioleníi, & Oppido, Civitate nuncupato, Ali-
,, cante, ac loco de Caſtello della Plana, prædi-
,, cti Regni Valentiæ, nonnullæ lites, cauſæ,
,, quæſtiones, & controverſiæ inter prædictos Fra-
,, tres ex una, & alios Mendicantes, ſive Regula-
,, res quoſcunque, ſuper præcedentia, ac ritu ince-
,, dendi in actibus, & Proceſſionibus, tam publicis,
,, quam privatis, occaſione, ſeu intuitu quarundam
,, literarum felicis recordationis Gregorii PP. XIII,
,, Prædeceſſoris noſtri, in forma Brevis ſub die XV Ju-
,, lii MDLXXXIII, quæ incipiunt = Expoſcit =
,, confectarum, partibus ex altera, motæ ſunt, & mo-
,, veri, ſeu oriri facile poſſunt. Nos conſiderantes
,, lites, cauſas, & controverſias hujuſmodi, præſer-
,, tim inter Religioſas perſonas, quæ, relictis mundi
,, vanitatibus, votum ſuum in humilitatis ſpiritu
,, Domino Deo noſtro perſolvere profitentur, non
,, modicam infundere labem, populiſque ſcandalum
,, generare, ac in hac Urbe noſtra, omnium Capite,
,, & unde in omnia regimen ſervari conſuevit, eum
,, ritum, & ordinem ſervari, quod in actibus, &
,, & Proceſſionibus, tam publicis, quam privatis
,, poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, & antiquos
,, Ordines Monachales, Fratres Ordinis Prædicato-
,, rum hujuſmodi primum, digniorem, & honorabi-
,, liorem locum obtinent, & ceteros alios Fratres
,, Mendicantes, ſive alios quoſcunque Regulares
,, præcedunt, atque de antiquitate, & præeminentia,
,, cujuslibet Ordinis Fratrum Mendicantium, & alio-
,, rum Regularium quorumcunque plenam, & indu-
,, bitatam notitiam habentes, ac eorum honoris, &
,, jurium conſervationem, ac pacem, & quietem
,, inter eos confovere, & ſcandala hujuſmodi amo-
,, vere, paterno affectu cupientes, ac ſtatum litium,
,, & merita cauſarum hujuſmodi, nominaque, & co-
,, gnomina Judicum, & collitigantium, & eorum
,, jura, & prætenſiones, necnon tenorem literarum
,, dicti Gregorii Prædeceſſoris, perinde acſi de ver-
,, bo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ex-
,, preſſis babentes, de Venerabilium Fratrum noſtro-
,, rum S. R. E. Cardinalium, ſuper ſtatu Regularium
,, Deputatorum, conſilio, & Nobis attributæ pote-
,, ſtatis plenitudine, motu proprio, & ex certa
,, ſcientia, lites, & cauſas quaſcunque tam motas,
,, quam movendas, ſeu quæſtionum, & controver-
,, ſiarum materias omnes in quibuſcunque inſtantiis
,, coram quibuſcunque Judicibus indeciſas pendentes,
,, ad Nos, harum ſerie, advocamus, & penitus ex-
,, tinguimus, & aliis Mendicantibus, ſive quibuſ-
,, cunque aliis Regularibus, ſuper his ſilentium per-
,, petuum imponimus, ac volumus, & decernimus,
,, in prædictis Regnis Aragonum, Valentiæ, & Ca-
,, taloniæ, & tota demum Provincia Aragoniæ Or-
,, dinis Fratrum Prædicatorum, & præſertim in Ci-
,, vitate Oriolen., & Oppido, Civitate nuncupato,
,, Alicante, & loco de Caſtello della Plana hujuſmodi,
,, eum Ritum, & ordinem inter Fratres S. Dominici
,, prædictos, ac alios Mendicantes, ſive alios Regu-
,, gulares quoſcunque, cujuſvis Ordinis, vel Reli-
,, gionis, exiſtentes, ſervari debere, qui in hac Urbe
,, noſtra, omnium Capite, ſervatur, videlicet, quod
,, in omnibus actibus, & Proceſſionibus tam publicis,
,, quam privatis, poſt Canonicos, & Clericos Secu-
,, lares, & antiquos Ordines Monachales, ſi qui in-
,, ceſſerint, dicti Fratres Ordinis Prædicatorum pri-
,, mum, digniorem, & honorabiliorem locum obti-
,, neant, ita ut dicti Fratres S. Domioici immediate
,, poſt modo dictos ſubſequantur, poſt quos omnes
,, alii Regulares tam Mendicantes, quam non Men-
,, dicantes, cujuſcunque Ordinis, vel Religionis
,, exiſtant, incedent, & ſubſequentur, etiamſi Ec-
,, cleſiæ, vel Capellæ, Conventus, Domus, & loca
,, Regularium dictorum Fratrum Prædicatorum in
,, locis prædictis primo inſtituta, & fundata non fue-
,, rint, prout Nos id de facto obſervari volumus, &
,, præcipimus diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ,
,, & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ,
,, eo ipſo per contrafacientes incurrenda pœna, om-
,, nibus, & ſingulis quorumcunque aliorum Ordi-
,, num pro tempore Religioſis, ſive Regularibus
,, inhibentes, ne de cetero, præmiſſorum occaſione,
,, Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, il-
,, liuſque

Digitized by Google

,, liuſque Fratres pro tempore exiſtentes moleſtare,
,, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impe-
,, dire, audeant, vel præſumant, ſicquc per quoſ-
,, cunque Judices, & Commiſſarios, quavis aucto-
,, ritate fungentes, ctiam cauſarum Palatii Apoſto-
,, lici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis,
,, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & in-
,, terpretandi ſacultate, & auctoritate, ubique ju-
,, dicari, & definiri debere, necnon irritum, & ina-
,, ne, ſi ſecus ſuper his a qnoquam, quavis auctori-
,, tate, ſcienter, vel ignoranter cnntigerit attentari.
,, Quocirca univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fra-
,, tribus Patriarcbis, Archiepiſcopis, Epiſcnpis, &
,, dilectis filiis Abbatibns, Prioribus, & aliis perſo-
,, nis quibuſcunque in dignitate Eccleſiaſtiea conſti-
,, tutis, per præſentes, motn ſimili mandamus, qua-
,, tenus ipſi, vel enrum quilibet, per ſe, vel alium,
,, ſive alios, ubi, & quando opus ſuerit, & quotics
,, pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum fuerint
,, requiſiti, eis efficacis defenſinnis præſidio aſsiſten-
,, tes, ſaciant, auctoritate noſtra, præmiſſa omnia
,, obſervari, juxta præſentium continentiam, & te-
,, nnrem, contradictores quoslibet, & rebelles, &
,, præmiſsis non parentes, per ſententias, cenſuras,
,, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris,
,, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, com-
,, peſcendo, invocato ctiam ad hoc, ſi opus fucrit,
,, auxilio bracbii Secularis; Non obſtantibus literis
,, dicti Gregorii Prædcceſſoris noſtri, aliiſque præ-
,, miſsis, necoon quibuſvis Conſtitutionibus, & Or-
,, dinationibus Apoſtolicis, ac Conventuum, domo-
,, rum, locorum, & Ordinum Mendicantium, ſive
,, aliorum quorumcunque Regularium bujuſmodi,
,, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
,, firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudini-
,, bus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-
,, ſtolicis, Mendicantibus Fratribus, ſive aliis Re-
,, gularibus quibuſcunque, & illorum Superioribus,
,, per quoſcunque Romanos Pontifices, Prædeceſſo-
,, res noſtros, etiam Bulla aurca, Mare Magnum,
,, nuncupata, contentis, ac motu ſimili, conſiſto-
,, rialiter, etiam per modum legis, & ſtatuti perpe-
,, tuorum, etiam iteratis vicibus, cum quibuſvis,
,, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque effi-
,, cacibus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus,
,, & aliis decretis, pro tempore in contrarium forſao
,, revocantibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe,
,, quod niſi per trinas diſtinctas literas cum temporis
,, intervallo competenti ternis diſtinctis vicibus illis,
,, quos concernunt, intimandas, derogatum eſſe,
,, non cenſeatur, conceſſis, approbatis, & innovatis.
,, Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de eis, eo-
,, rumque totis tenoribns, ſpecialis, ſpecifica, ex-
,, preſſa, & individua, non autem per clauſulas ge-
,, nerales, idem importantes, mentio, ſeu quævis
,, alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præ-
,, ſentibus pro expreſſis babentes, illis alias in ſuo ro-
,, bore permanſuris, bac vice duntaxat, ſpecialiter,
,, & expreſſe, latiſſime derogamus, contrariis qui-
,, buſcunque, aut ſi aliqnibus communiter, vel divi-
,, ſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdi-
,, ci, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per li-
,, teras Apoſtolicas non ſacientes plenam, & expreſ-
,, ſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi
,, mentionem. Volumus autem, & dicta auctoritate
,, decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam
,, impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis,
,, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica
,, conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur,
,, quæ præſentibus adbiberetur ſi forent exhibitæ,
,, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Marcum ſub an-
,, nulo Piſcatoris die XXV Septembris MDXCII,
,, Pontificatus noſtri Anno Primo.

IX. Eadem de re conſulenda ejuſdem *Clemen-
tis VIII Conſt. XIX*, data 28 Septembris 1592 *Tom. V
pag.* 498: Hujus tenoris eſt: ,, Regimini militantis Ec-
,, cleſiæ, diſponente Domino, præſidentes, circa
,, ſtatum Religinſorum proſpere dirigendum, & ad
,, ea removenda, quæ pinm enrum propoſitum impe-
,, dire poſſunt, intendentes, iis, quæ propterea,
,, per Prædceeſſnres noſtros conceſſa ſunt, ut firmius
,, ſubſiſtant, Apoſtolici muniminis præſidium pro-
,, penſius impartimur, aliaſque deſuper diſponimus,
,, prout cnnſpicimus in Domino ſalubriter cxpedire.
,, Cum itaque, ſicut Nobis nuper expoſitum fuit,
,, pro parte Fratrum Prædicatornm in Regnis Portu-
,, galliæ nonnullæ lites, cauſæ, & controverſiæ inter
,, eoſdem Fratres Prædicatores, & Fratres Eremitas
,, S. Auguſtini, ſuper præcedentia, vel jure præce-
,, dendi, ortæ, & nonnullæ ſententiæ in illis partibus
,, ad ſavorem dictorum Fratrum Prædicatorum, &
,, contra Fratres Eremitas prædictos in cauſis hujuſ-
,, modi latæ ſuerint, Nos, cooſiderantes, Fratres
,, ipſos Prædicatores primum, digniorem, & hono-
,, rabiliorem locum inter ceterorum quorumcunque
,, aliorum Ordinum Mendicantium Religioſos obti-
,, nere, & attendentes eum ritum, & ordinem in Ur-
,, be obſervari, quod immediate poſt antiquos Ordi-
,, nes Monacbales ſubſequuntur Fratres Prædicatores,
,, ac lites, cauſas, & controverſias non modicum,
,, perpetuo ſcandalum generare, ac de antiquitate,
,, & præeminentia cujuslibet Ordinis Fratrum Men-
,, dicantium certiores ſacti, necnon pacem, & quie-
,, tem inter eos conſovere, & ſcandala removere pa-
,, terno affectu aelantes, cauſarum bujuſmodi ſtatum,
,, & merita, nominaque, & cognomina judicum, &
,, colligigantium, eorumque jura, & prætenſiones,
,, ac literarum felicis recordationis Pii Papæ Præde-
,, ceſſoris noſtri. quæ incipiunt = Divina = ſub die
,, XXVII Auguſti, ac Pontificatus ſui anno Tertio,
,, & aliarum quarumcunque deſuper confectarum,
,, ac ſententiarum in cauſis hujuſmodi latarum teno-
,, res, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſereren-
,, tur præſentibus pro expreſſis habentes, ipſaſque li-
,, teras Pii Prædeceſſoris cum omnibus, & ſingulis
,, in eis contentis clauſnlis, decretis, & derogationi-
,, bus approbantes, & confirmantes, de conſilio Ve-
,, nerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium
,, ſuper ſtatu Regularium deputatorum, & Nobis at-
,, tributæ poteſtatis plenitudine, ac motu proprio,
,, & ex certa noſtra ſcientia, Apoſtolica auctoritate,
,, tenore præſentium, lites, & cauſas ſupradictas,
,, ac quaſcunque quæſtionum, & controverſiarum ma-
,, terias, ſi quæ deſuper ubilibet, in Romana Curia,
,, vel extra eam, etiam in noſtro cauſarum Palatii
,, Apoſtolici Auditorio, io quibuſcunque inſtantiis,
,, ioter quoſcunque etiam indeciſæ pendent, ad Nos
,, advocamus, & penitus extinguimus, ac Fratribus
,, aliorum quorumcunque Ordinum Mendicantium,
,, ſeu Regularium, ſuper bis perpetuum ſilentium im-
,, ponimus, necnon ſtatuimus, & ordinamus, ut ſe-
,, cundum ritum, & ordinem in Urbe, omnium Capite,
,, & in qua omnium regimen ſervari conſuevit, &
,, actu ſervatur, ſervari ſolitum tam in Seſſionibus,
,, & Congregationibus quorumcunque Generalium,
,, Provincialium, & Synodalium Conciliorum, quam
,, Proceſſionibus, Miniſteriis, & aliis actibus publi-
,, cis, vel privatis, in quibuſcunque Civitatibus,
,, Oppidis,

Google

„ Oppidis, Terris, Caſtris, & aliis locis dicti Regni Portugalliæ ſervari debere, itant dicti Fratres Prædicatores immediate poſt antiquos Ordines Monachales in prædictis actibus ſubſequantur, & omnes alios Ordines tam Mendicantium, quam Regularium præcedant, etiamſi illic Eccleſias, Domos, aut Conventus primi habuerint, ſeu habeant, aut aliorum Ordinum Mendicantium Regularium Fratres, & Religioſi in eiſdem Civitatibus, & locis antiquiores pro tempore, eorumque Eccleſiæ, Capellæ, Domus, & loca Regularia ibi primum inſtituta fuerint, diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris, eo ipſo incurrenda pœna, omnibus, & ſingulis quorumcunque aliorum Mendicantium, & Regularium Ordinum pro tempore Religioſis inhibentes, ne de cetero præmiſſorum occaſione Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, illorumque pro tempore Religioſos quoſcunque, moleſtare, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impedire audeant, ſeu præſumant, ac decernentes, ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa, & inſtantia, etiam per appellationem pendente, judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, in dicto Regno Portugalliæ exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut has noſtras literas, & in eis contenta quæcunque inviolabiliter obſervent, & obſervari curent, & præcipiant auctoritate noſtra, ac ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum, aut aliquorum ex eis fuerint requiſiti, eis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra; præmiſſa omnia obſervari, contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus literis præfatæ memoriæ Gregorii Papæ XIII, etiam Prædeceſſoris noſtri, ſub die XV Julii, Pontificatus ſui Anno Duodecimo, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinum quorumcunque, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ dictus Pius Prædeceſſor in ſuis literis Apoſtolicis voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum, quia difficile foret, præſentes noſtras literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXV Septembris MDXCII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

X. „ Romanum Pontificem, inquit idem *Clemens VIII Conſt.LXXV*, data 16 Martii 1600 *Tom.V pag.563* „ æqui, bonique aſſertorem, decet litibus, & controverſiis quibuſcunque inter Eccleſiaſticas, & Religioſas Perſonas vigentibus, ut ii in vocatione ſua quietius Deo ſervire ſtudeant, finem perpetuum imponere, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Alias ſiquidem a Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Regimini militantis Eccleſiæ, diſponente Domino &c. Datum Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die XXVIII Septembris MDXCII, Pontificatus noſtri Anno Primo. Cum autem poſtea dictarum literarum executionem ex cauſis tunc expreſsis, & donec nos aliud mandatum dediſſemus, per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas ſuſpenderimus, & deinde etiam per literas dilecti filii Petri Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, noſtri ſecundum carnem ex Fratre Germano nepotis, Venerabili Fratri Fabio Patriarchæ Jeroſolymitano, tunc in eiſdem Regnis Vicelegato, & Collectori Generali directas, mandaverimus, ut donec hujuſmodi cauſa a Nobis terminaretur, ne interim aliqua ſcandala orirentur, & pro majori divini cultus ſervitio, Fratres dictorum Ordinum in proceſsionibus alternatim præcederent, prout in dictis noſtris, & dicti Petri Cardinalis literis plenius continetur. Cumque Nos interim, & poſtea Fratrem Andream Texeira Ordinis Prædicatorum, & Fratrem Alvarum de Jeſu Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, dictorum Regnorum Procuratores, audiverimus, ac eorum jura, & prætenſiones primum dilectis filiis noſtris Camillo SS. Johannis, & Pauli Burgheſio, & Cæſari SS. Nerei, & Achillei Baronio, ac deinde etiam poſtquam iidem Camillus, & Cæſar, ſuam Nobis ſententiam ad favorem dictorum Fratrum Prædicatorum retulerunt, Laurentio S. Laurentii in pane, & perna Blanchetto, necnon Pompejo, S. Balbinæ Tit., Arigonio nuncupat. S. R. E. Cardinalibus, diligenter iterum examinanda, & Nobis referenda commiſerimus, ipſique Camillus, & Cæſar, Laurentius, & Pompejus Cardinales, denuo Procuratores præfatos, ac eorum Advocatos, pluries ſimiliter audiverint, ac documenta, ſcripta, jura, & prætenſiones quaſcunque hinc inde deductas, diligentiſsime examinaverint, demumque omnes idem Nobis retulerint; Nos, in ſupremo juſtitiæ throno, divina diſponente clementia, conſtituti, lites, & controverſias hujuſmodi inter Religioſos præfatos diutius vigere nolentes, ac propterea lites, differentias, & cauſas hujuſmodi de novo, quatenus opus ſit, ad Nos, harum ſerie, avocantes, illaſque penitus perpetuo extinguentes, dictiſque Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ejuſdem Regni, perpetuum deſuper ſilentium imponentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præinſertas literas, ac omnia, & ſingula in illis contenta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo confirmamus, & approbamus, & innovamus, illaque perpetuis futuris temporibus valere, ac a præfatis Fratribus Eremitis, & quibuſcunque aliis, quos concernunt, inviolate obſervari debere, ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtrictius in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis in eiſdem præinſertis literis contentis, necnon privationis vocis activæ, & paſsivæ, & Officio-

„ rum,

,, rum, ac dignitatum quorumcunque, ac perpetuæ
,, ad illa, & alia obtinenda inhabilitatis, eo ipſo,
,, abſque alia Judicis declaratione, incurrendis, om-
,, nibus, & ſingulis quorumcunque Mendicantium,
,, & aliorum Regularium Ordinum pro tempore Re-
,, ligioſis inhibentes, ne de cetero præinſertis, ac
,, præſentibus literis, quovis prætextu, vel quæſito
,, colore, contravenire, aut Ordinem Fratrum Præ-
,, dicatorum hujuſmodi, illiuſque pro tempore Re-
,, ligioſos, ulterius quoquomodo moleſtare, inquie-
,, tare, aut perturbare, vel impedire audeant, ſeu
,, præſumant, irritum nihilominus, & inane decer-
,, nentes quicquid ſecus ſuper his ab eis, aut quibuſ-
,, cunque aliis, contigerit attentari. Mandantes
,, propterea univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fra-
,, tribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis,
,, & dilectis filiis eorum Officialibus, nec non Abba-
,, tibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in
,, dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis ejuſdem Regni, ut
,, præinſertas, ac præſentes literas noſtras, & in illis
,, contenta quæcunque, perpetuo inviolabiliter ob-
,, ſervent, & obſervari faciant, necnon ut ipſi, aut
,, duo, vel unus eorum, ubi, quando, & quoties
,, opus fuerit, aut pro parte dictorum Fratrum Præ-
,, dicatorum, aut aliquorum ex eis fuerint requiſiti,
,, eaſdem præſentes ſolemniter publicantes, illiſque in
,, præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,
,, faciant auctoritate noſtra, illos, eorundem præmiſ-
,, ſorum effectu, pacifice frui, & gaudere; non per-
,, mittentes eos deſuper a præfatis Fratribus Ordinis
,, Eremitarum, aut quibuſcumque aliis quomodolibet
,, moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradi-
,, ctores &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus
,, illis, quæ in præinſertis literis, volumus non ob-
,, ſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum
,, Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris
,, die XVI Martii MDC, Pontificatus noſtri Anno
,, Nono.

G. Gualterius.

XI. S. Congregatio, negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, jus præcedendi Carmelitanos Fratribus Ordinis Prædicatorum loci Turris Græci, Neapolitan. Diœceſeos, aſſeruit anno 1618 die 8 Junii, uti videre eſt ex ejuſdem Congregationis Decreto Tom.VII pag.260, & anno 1624 die 23 Septembris, ut ex ejuſdem Congregationis Decreto habetur Tomo VII pag.454.

XII. Ibidem pag.295 aliud Decretum habes, datum 1 Aprilis 1634 pro præcedentia Magiſtri Ordinis Fratrum Prædicatorum ſupra Generalem Congregationis S. Georgii in Alga.

XIII. Clementis X Conſtitutione LXXI, data 9 Junii 1674 == Orta jam == Tom.VII pag.338 Præcedentia ſupra Referendarios utriuſque Signaturæ aſſeritur Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum.

XIV. Innocentius XI Conſt.XXVII, data 26 Martii 1685 == Emanavit == Tom.VI pag.368, jus præcedendi Franciſcanos aſſeruit Fratribus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Quiten. in Indiis Occidentalibus.

XV. Eadem de re conſulenda Benedicti XIII Conſtitut. LXXIX, data 26 Maii 1727 == Pretioſus == Tom.VI Cap.XXIII §.64 pag.626.

XVI. Huc etiam ſpectat Clementis XII Conſtitut. XXXVI, data 20 Januarii 1736 == In cauſa Mileten. == Tom.VII pag.391.

XVII. Decreti a S. Rituum Congregatione dati die 26 Januarii 1671 == Cum Sacra == Tom.VII pag.331, meminerunt Acta Capituli Generalis Romæ 1670, quæ typis edita ſunt anno 1671. Legenda Ordinatio XXI, cujus hic tenor: ,, Tandem ordina-
,, mus, & diſtricte præcipimus omnibus Prioribus,
,, ſive Provincialibus, ſive Conventualibus, ut omni
,, diligentia, ac ſtudio, ſedulo incumbant in conſer-
,, vatione noſtrorum Privilegiorum, præcipue cir-
,, ca Privilegium Præcedentiæ, qua gaudet Ordo no-
,, ſter, utpote antiquior, ſuper reliquos Ordines
,, Mendicantes, etiam Clericales Regulares, ex plu-
,, ribus Pontificiis Decretis, & Conſtitutionibus,
,, præſertim ex ſpeciali indulto, ſeu Declaratione San-
,, ctiſſimi Pontificis Pii V, ſub Datum Romæ 27 Au-
,, guſti 1568, necnon Clementis VIII Conſtitutio-
,, ne XIII, incipien. == *Inter cetera* == Sub die 25
,, Septembris 1592. Qua in re ad tollendas omnes, &
,, quaſcunque dubietates in futurum noviſſime ema-
,, navit Decretum Sacrorum Rituum Congregationis,
,, quo declarat, præcedentiam Hierarchicam ſerva-
,, tam in ultima Canonizatione quinque Sanctorum,
,, nempe Cajetani Thienæi, Franciſci Borgiæ, Philip-
,, pi Benitii, Ludovici Bertrandi, ac Roſæ de Sancta
,, Maria, nullum præjudicium afferre præcedentiæ Or-
,, dini noſtro ex Privilegiis Apoſtolicis ſuper reliquos
,, Ordines Mendicantes, etiam Clericales, quomo-
,, dolibet competenti. Tenor Decreti eſt iſte: Ordinis
,, Prædicatorum, & Servorum B. Virginis. Cum
,, Sacra Rituum Congregatio declaraverit ſub die 29
,, Menſis Novembris, ita etiam annuente Sanctiſſimo
,, die 6 Menſis Decembris, proxime præteritorum,
,, in futura proxima Canonizatione ſervandum eſſe
,, ordinem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, nempe antece-
,, dere debere, primo, illos Status Clericalis; ſe-
,, cundo, illos Status Regularis; tertio, inter plu-
,, res ejuſdem Ordinis attendendum eſſe tempus mor-
,, tis. Attamen ſupplicantibus tam Patribus Ordinis
,, Prædicatorum, quam Servorum Beatæ Virginis,
,, tantum attendi debere tempus mortis, quo Beati
,, obdormierunt in Domino juxta ſtylum hactenus
,, ſervatum; & auditis illis de Statu Clericali, eadem
,, Congregatio Sacrorum Rituum, ſtando in Decre-
,, tis, declaravit, prædictum Decretum intelligi de-
,, bere ſine præjudicio Præcedentiæ tam Patribus Præ-
,, dicatorum, quam Servorum Beatæ Virginis quo-
,, modolibet in omnibus, & quibuſcunque actibus, &
,, functionibus publicis, & privatis, de jure, ac ex
,, conſuetudine hactenus competentis. Hac die 24
,, Januarii 1671.

,, Et facta de prædictis relatione Sanctiſſimo per
,, me infraſcriptum Secretarium, Sanctitas ſua annuit
,, die 26 ejuſdem Menſis Januarii, & anni 1671.

,, M. Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Ginettus.
,, Loco ✠ Sigilli.
,, Bernardinus Caſalius Sacrorum Ri-
,, tuum Congregationis Secretarius.

QUÆSTIO VII.

Poſſuntne Fratres, quos Converſos vocant, fieri Clerici?

SUMMARIUM:

I. NE Converſi fiant Clerici, & ne Converſæ recipiantur in numerum Sororum, quas Velatas vocant, Apoſtolicis Conſtitutionibus cautum eſt.

II. Sixtus IV inhibet, ne Converſæ Piſani Monaſterii S. Dominici adſcribantur numero Velatarum.

III. Huc ſpectat Julii II Conſtitutio.

IV. Ne Converſi ad Clericorum ſtatum, etiam tempore Probationis, tranſire poſſint, a Clemente VIII vetitum.

V. Quæ

V. Quæ Clementina Conſtitutio ab Urbano VIII firmata fuit.

VI. Idem ab Alexandro VII cautum.

VII. Eadem de re conſulendæ Ordinis Fratrum Prædicatorum Conſtitutiones.

VIII. Utrum ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate Converſi poſſint ad ſtatum Clericorum tranſire?

IX. In hac facultate, dum conceditur, reperitur Clauſula = *De licentia ſuperiorum* = vi cujus requiritur conſenſus tum Generalis, tum Provincialis.

Uti declaravit S. Congregatio.

X. Si Converſus, vel Oblatus, inconſultis Superioribus Ordinis, obtento Brevi, fiat Sacerdos, *ab executione Ordinum ſuſpendendus eſt*.

Ut de Oblatis declaravit S. Congregatio.

XI. Quibus pœnis ſubjaceat Converſus, qui ſine licentia debita ſacros Ordines ſuſcipit?

Quid dicendum de Superioribus?

I. NE Converſi Fratres fiant Clerici, neque Converſæ recipiantur in numerum Sororum quas Velatas vocant, cautum eſt Apoſtolicis Conſtitutionibus.

II. De Sororibus Converſis hæc habet *Sixtus IV Conſt.CXXXIV*, data 7 Julii 1480 = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.III pag.590*: „ Sane pro parte dilectarum
„ in Chriſto filiarum Prioriſſæ, & Sororum Domus
„ Sancti Dominici Piſan., Ordinis Sancti Auguſtini,
„ ſub cura Fratrum Prædicatorum degentium, Nobis
„ exhibita petitio continebat, quod ſi ſtatueretur,
„ & ordinaretur quod de cetero Sorores dictæ do-
„ mus, in qua regularis viget obſervantia, Con-
„ verſæ nuncupatæ, nunc inibi pro tempore exi-
„ ſtentes, habitum Nigrum per eas juxta conſuetudi-
„ nes dictæ domus geſtari ſolitum, mutare, & habi-
„ tum album Sororibus ejuſdem domus, Velatis nun-
„ cupatis, duntaxat exhiberi ſolitum, aſſumere non
„ valerent, ac poſtquam in eadem domo in Conver-
„ ſas receptæ fuerint, literas diſcere non poſſent, ſed
„ in ſtatu, in quo receptæ fuiſſent, permanere debe-
„ rent, & quod de Confeſſore minime grato provide-
„ ri ſibi non poſſet, profecto paci, & quieti Prioriſſæ,
„ & Sororum earundem conſuleretur. Quare pro
„ parte Prioriſſæ, & Sororum prædictarum Nobis
„ fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in præmiſſis op-
„ portune providere, de benignitate Apoſtolica di-
„ gnaremur. Nos igitur, qui pacem, & quietem
„ ſingularum perſonarum Deo devotarum intenſis de-
„ ſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus in-
„ clinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium
„ ſtatuimus pariter, & ordinamus, quod de cetero
„ perpetuis futuris temporibus Converſæ dictæ domus,
„ nunc inibi pro tempore exiſtentes, habitum album
„ Sororum Velatarum dictæ domus geſtare, aut ni-
„ grum mutare, ipſæque Converſæ jam receptæ, &
„ in dicta domo pro, tempore recipiendæ, literas di-
„ ſcere nullatenus poſſint, aut debeant, ſed in eo, in
„ quo receptæ ſunt, habitu Converſarum, & ſimpli-
„ citate, ac literarum inſcientia perſeverare tenean-
„ tur, quodque nullus in Confeſſorem Prioriſſæ, &
„ Sororum prædictarum abſque ipſarum, vel majoris
„ partis earundem expreſſo conſenſu deputari queat
„ per alium, quam Generalem Magiſtrum Ordinis
„ Fratrum Prædicatorum pro tempore exiſtentem, &
„ aliter deputatus non poſſit per Prioriſſam, & So-
„ rores prædictas ſine expreſſa Apoſtolicæ Sedis li-
„ centia recipi, vel admitti. Non obſtantibus Con-
„ ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac
„ domus, & Ordinum prædictorum, juramento,
„ confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia
„ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteri-
„ que contrariis quibuſcunque.

III. Huc ſpectat Julii II Conſt. XXXIII, data 16 Decembris 1505 = Exponi Nobis = Tom.IV pag.231.

IV. Clemens VIII Conſt. CIII, data 19 Martii 1603 = Cum ad regularem = Tom.VI pag.605 diſertis verbis inhibet, ne Converſi ad Clericorum ſtatum tranſeant. Sic enim loquitur: „ Qui ad Con-
„ verſorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum
„ ſtatum tranſire, etiam durante tempore probatio-
„ nis, non poſſint.

V. Quam Clementis Conſtitutionem firmavit Urbanus VIII Conſt. CXXIV, data 21 Septembris 1624 = Sacra Congregatio = Tom.VII pag.268.

VI. Alexander VII Conſt.XXX, data 30 Maii 1663 = Creditæ Nobis = Tom.VI pag.202, cavet, ne Converſi tranſeant ad Statum Clericalem: & ne Clerici Fratres Sacros Ordines ſuſcipiant ante ætatem legitimam.

VII. De Converſis legendæ Conſtitutiones noſtræ Diſt.I Cap.XIII Textu IV Lit.L. pag.73 &c. & Diſt.II Cap.XV Textu III Lit.C. pag.329 Adeas etiam *Petrum Martyrem Feſtum Vreeanum* in Summario Conſt. Parte 2 cap.39 pag.142. & *Paſſerinum* de Hominum Statibus,& Officiis Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Num.227. Huc ſpectat Declaratio XV Capituli Generalis Bononienſis 1706: *Prohibemus, ne ullus Converſus tranſire permittatur, quovis prætextu, ad ſtatum Clericorum*.

VIII. *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom.2 Part.4 Tract.XIV de Converſis Quæſt.XIV laudat Clementis VIII Conſtitutionem, de qua mox dictum fuit, & cenſet quod ex ipſa juſtis terminis circumſcripta fuit poteſtas tum noſtræ, tum ceterorum omnium Religioſarum familiarum Supremorum Prælatorum: *adeo ut hodie non poſſint hujus viæ viros* (Converſos) *ad ſtatum Clericorum licentiare, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ*.

IX. Quæ ſi concedatur, inſpiciendus tenor Brevis, in quo paſſim reperitur clauſula iſta: *de licentia Superiorum*: vi cujus requiritur conſenſus tum Generalis, tum Provincialis, ut anno 1630 die 2. Auguſti declaravit S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, apud *Donatum* ibidem Quæſt.XVIII.

X. Adeas eundem Auctorem ibidem Tractatu XIII Quæſt.XIV, ubi refert aliam ejuſdem S. Congregationis Declarationem datam 18 Novembris 1633, qua probat, quod *Oblatus* (idem dicendum de Converſis) qui, Superioribus Ordinis inconſultis, obtento Brevi, fit Sacerdos, *ab executione Ordinum ſuſpendendus eſt*.

XI. Si autem Converſus cum ſola licentia Prælatorum Ordinis, vel ex ſe, ſine licentia S. Sedis, Ordines Sacros ſuſceperit? Reſpondet *Donatus* ibidem Tractatu XIV Quæſt.XV, *quod iſte debet puniri nedum juxta Conſtitutiones Apoſtolicas de male promotis, verum etiam juxta propria Religionis Statuta*: & addit, quod, cum hodie Superiores Ordinum hanc facultatem facere nequeant, ſi illam conceſſerint, *ſunt punibiles, & in pœnam debent ab officiis abſolvi*.

Google

QUÆSTIO VIII.

Quid Apoſtolicis Conſtitutionibus ſancitum ſit de Perſonis, extra Ordinem conſtitutis, non adhibendis, ut, vel gratiam, vel veniam aliquis conſequatur in Ordine?

SUMMARIUM.

I. Id a Summis Pontifieibus, qui ſibi apprime conſtant, vetitum.

II. Gregorii XIII Conſtitutio ea de re data.

III. Quam Clemens VIII firmat, innovat, ac extendit ad quoſcunque gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, Prælaturas, Ordinis Prædicatorum: inhibens inſuper, ne Fratres prædicti Secularium favorem, etiam ſponte oblatum, & ab eis minime procuratum, recipere audeant: & præſcribens modum quo pœnas latas dare debent.

IV. Paulus vero V Gregorianam, & Clementinam Conſtitutiones prædictas innovans, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, Summo Pontifici reſervata, inhibet, ne quis ad Officium Magiſtri Ordinis, pro ſe, vel aliis, obtinendum, ad alicujus perſonæ extra Ordinem conſtitutæ favores recurrat.

V. Gregorianæ, Clementinæ, ac Paulinæ Conſtitutionum prædictarum mentio fit in Ordinis Prædicatorum Conſtitutionibus.

VI. Quid ea de re ſancitum in Comitiis Generalibus Romæ 1589.

Ibi non ſolum ſubditi admonentur de pœnis adverſus ipſos latis, ſed etiam monentur Prælati, quod mortaliter peccant, ſi quid, extraneorum intuitu, ſubditis ſuis conceſſerint.

VII. Quandonam Prælatus cenſeatur, aliquid, extraneorum intuitu, conceſſiſſe?

VIII. Quid a Generali Capitulo Bononienſi 1725 ſancitum fuerit adverſus emendicatos extraneorum favores.

I. Quid Apoſtolicis Conſtitutionibus ſancitum ſit de perſonis extra Ordinem conſtitutis non adhibendis, ut vel gratiam, vel veniam, aliquis conſequatur in Ordine, ex ſequentibus, quæ inter ſeſe apprime conſentiunt, habes.

II. „ Cum, inquit, *Gregorius XIII Conſt.CVII*, data 1 Junii 1580, *Tom.V pag 399*: „ nihil magis Religioſorum ſtatum perturbet quam favorum, & ſuffragiorum Secularium aucupatio, & conquiſitio, quibus Superiorum æqua mens, qua pro meritis ſuorum unicuique ſubditorum tribui debet, pervertatur: Nos, malum hoc ab Ordine Fratrum Prædicatorum, cujus proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ Sanctæ utilitatem ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra Paſtorali ſolicitudine propellere, ſummopere cupientes, dilectis filiis Magiſtro Generali, ac Provincialibus, & reliquis ejuſdem Ordinis Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta, & in virtute Sanctæ Obedientiæ, præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum, tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant, quinimmo quoſcunque ejuſdem Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum hac via, & his mediis per mendicatos favores, & ſuffragia aliquid ſibi procuraverint; ad talia, & ſimilia, & etiam majora in eodem Ordine conſequenda, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium inhabilitamus, ac inhabiles perpetuo fore, & eſſe, neque per quoſcunque, niſi per Sedem Apoſtolicam, rehabilitari, aut cum ipſis deſuper diſpenſari poſſe, ſicque per quoſcunque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid contra præmiſſa aliquibus conceſſum fuerit, aut ſuper his a quoquam contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolieis, & dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad eorundem præſentium effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumua autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo dicti Magiſtri Generalis obſignatis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die primo Junii MDLXXX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

III. „ Religioſos viros, inquit, *Clemens VIII Conſt.VI*, data 23 Maii 1592 *Tom.V pag.491*; „ ſicut honorum gradus, cum ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſque humiliter adminiſtrare, oportet, ſic ad eos mendicatis, ſecularium præſertim perſonarum, ſtudiis, aditum ſibi patefacere, minime convenit. Cum itaque felicis recordationis Gregorius PP. XIII Prædeceſſor noſter, per ſuas in forma Brevis literas, die I Junii MDLXXX, Pontificatus ſui Anno Nono datas, Magiſtro Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis, tunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute Sanctæ Obedientiæ mandaverit, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum, tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum, extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo, ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas, remittere, auderent: Quinimmo quoſcunque dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum, hac via, & iis mediis per conquiſitos favores, & ſuffragia, aliquid ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora, in eodem Ordine conſequenda perpetuo inhabiles etiam declaravit, prout, latius in eiſdem literis continetur. Cumque, ut accepimus, a nonnullis ambigatur, an ſub gratiarum vocabulo, gradus, honores, dignitates, officia, & munia Ordinis præfati comprehendantur, Nos, Ordinis prædicti quieti, ac Religioſorum il-

,, lins ſaluti opportunius conſulere, aliaſqu in præ-
,, miſſis providere volentes, ac literarum præ-
,, fatarum, necnon Decreti Capituli Generalis ejuſ-
,, dem Ordinis, in executionem earundem literarum
,, facti, quod incipit: Quamobrem ſingulos noſtri
,, Ordinis Prælatos admonemus: veriores, ac totos
,, tenores præſentibus pro expreſſis, ac ad verbum in-
,, ſertis habentea, motu proprio, ex certaque noſtra
,, ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, literas; ac decretum hujuſmodi, ac in eis contenta
,, quæcunque, Apoſtolica auctoritate, tenore præ-
,, ſentium, perpetuo confirmamus, & approbamus,
,, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur
,, adjicimus, omneſque & ſingulos tam juris, quam
,, facti, & alios defectus, ſi qui in eis intervenerint,
,, ſupplemus. Et nihilominus præfatam Gregorii de
,, gratiis, ut præfertur, per mendicatos favores mi-
,, nime concedendos, prohibitionem ad quoſcunque
,, gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtra-
,, tiones, functiones, Prælaturas ejuſdem Ordinis,
,, perpetuo extendimus, & extendi debere decerni-
,, mus. Et propterea dilectis Magiſtro Generali, Pro-
,, vincialibus, & aliis Prælatis, ac Superioribus ejuſ-
,, dem Ordinis, ne poſt hac aliquod præmiſſorum cui-
,, quam ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel con-
,, templationem perſonarum ſuperius expreſſarum,
,, quarumcunque, quovis modo concedere, Religio-
,, ſis vero, ac Fratribua ejuſdem Ordinis quibuſcun-
,, que, non ſolum in præmiſſis omnibus Secularium fa-
,, vorem minime procurare, ſed nec etiam ſponte
,, oblatum, aut ab eis minime procuratum recipere,
,, & ſimiliter, ne ad hunc effectum, munera aliqua
,, Secularibus impendere, vel exhibere audeant, vel
,, præſumant, auctoritate Apoſtolica, tenore præ-
,, ſentium, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub eiſ-
,, dem pœnis, in dictis Gregorii literis contentis, præ-
,, cipimus, & expreſſe interdicimus, & prohibemus,
,, eiſdem anctoritate, & tenore, ſtatuentes, quod
,, omnes, & ſinguli in præmiſſis delinquentes, nulla
,, alia monitione præcedente, & abſque proceſſu de-
,, ſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas,
,, irremiſſibiliter eo ipſo incurrant, quodque ad illos,
,, ſententias, & pœnas hujuſmodi, damnabiliter in-
,, curriſſe legitime probandum, & omnino convin-
,, cendum, ſolæ præmiſſarum perſonarum inſtantiæ,
,, favores, & preces, etiam oretenus porrectæ, ple-
,, nam, indubiam, & ſufficientem in judicio, & ex-
,, tra, fidem faciant, nec ad id probationis alterius ad-
,, miniculum requiratur, ſicque ab omnibus ejuſdem
,, Ordinis Superioribus, Prælatis, & perſonis, ac
,, aliis Judicibus ordinariis, & delegatis, ſublata eis,
,, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & in-
,, terpretandi facultate, ubique judicari, & definiri,
,, ac interpretari debere, ac irritum, & inane, ſi
,, ſecus ſuper his a quoquam, quavis anctoritate,
,, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, per-
,, petuo decernimus, & ſtatuimus. Non obſtantibus
,, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, di-
,, ctique Ordinis Statutis, & conſuetudinibus, etiam
,, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
,, firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ di-
,, ctus Gregorius Prædeceſſor in præfatis literis, vo-
,, luit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcun-
,, que. Volumus autem, ut præſentes literæ in qui-
,, buſcunque Capitulis, tam Generalibus, quam Pro-
,, vincialibus, & Conventualibus, ut ad ſingulorum
,, notitiam facilius deveniant, publicentur, & in-
,, ter Statuta, & ordinationes ipſius Ordinis perpe-
,, tuo obſervandæ deſcribantur, earumque exemplis,
,, etiam impreſſis, manu Secretarii, & ſigillo Magi-
,, ſtri Generalis, vel manu alicujus Notarii publici,
,, & ſigillo alterius Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica
,, conſtitutæ munitis, eadem, quæ præſentibus, fides
,, ubique adhiberi debeat. Dat. Romæ apud S.Petrum
,, ſub Annulo Piſcatoris die XXIII Maii MDXCII,
,, Pontificatus noſtri Anno Primo.

IV. ,, Admonemur, inquit, *Paulus V Conſtitu-tione XXIX*, data 7 Januarii 1608 *Tom.V pag.658*:
,, Paſtoralis officii noſtri debito diligentius proſpice-
,, re, ne Religioſis ad dignitates, & officia per emen-
,, dicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus. Alias
,, ſiquidem felicis recordationis Gregorius Papa XIII,
,, Prædeceſſor noſter, per ſuas in forma Brevis literas
,, die primo Junii MDLXXX, Pontificatus ſui Anno
,, Nono datas, Magiſtro Generali, ac Provinciali-
,, bus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum,
,, Prælatis, tunc, & pro tempore exiſtentibua, in
,, virtute Sanctæ Obedientiæ mandavit, ne ad inſtan-
,, tiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum,
,, tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum extra ſupra-
,, dictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinala-
,, tus honore, & quacunque Seculari dignitate, &
,, excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali
,, fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo ullam,
,, gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere,
,, auderent; quinimmo quoſcunque dicti Ordinis
,, Fratres, & Religioſos, qui contra Decreta ſuarum
,, Conſtitutionum hac via, & iis mediis per conqui-
,, ſitos favores, & ſuffragia aliquid ſibi procurave-
,, rint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eo-
,, dem Ordine conſequenda, perpetuo inhabiles etiam
,, declaravit, & ſubinde, cum a nonnullis ambigere-
,, tur, an ſub gratiarum vocabulo gradus, honores,
,, dignitates, officia, & munia Ordinis prædicti com-
,, prehenderentur, ſimilis memoriæ Clemens Papa VIII
,, etiam Prædeceſſor noſter, per alias ſimiles literas
,, die XXIII Maii MDXCII, Pontificatus ſui Anno
,, Primo datas, priores literas prædictas, & in eis
,, contenta quæcunque approbavit, & confirmavit,
,, ac prædictam Gregorii de gratiis, ut præfertur,
,, per mendicatos favores minime concedendis prohi-
,, bitionem ad quoſcunque gradus, honores, digni-
,, tates, officia, adminiſtrationes, functiones, Præ-
,, laturas ejuſdem Ordinis perpetuo extendit, & ex-
,, tendi debere decrevit, & propterea dilectis filiis
,, Magiſtro Generali, Provincialibus, & aliis Præ-
,, latis, ac Superioribus ejuſdem Ordinis, ne in po-
,, ſterum aliquod præmiſſorum cuiquam ad inſtantiam
,, ſeu requiſitionem, vel contemplationem ſuperius
,, expreſſarum perſonarum quarumcunque, quovis
,, modo, concedere, Religioſis vero, ac Fratribus
,, ejuſdem Ordinis quibuſcunque, non ſolum in præ-
,, miſſis omnibus Secularium favorem minime procu-
,, rare, ſed nec etiam ſponte oblatum, aut ab eis mi-
,, nime procuratum recipere, & ſimiliter ne ad hunc
,, effectum munera aliqua Secularibus impendere, vel
,, exhibere, auderent, vel præſumerent, in virtute,
,, S. Obedientiæ, & ſub pœnis in dictis Gregorii Præ-
,, deceſſoris literis contentis præcepit, & expreſſe in-
,, terdixit, ac prohibuit, prout in ſingulis literis præ-
,, dictis plenius continetur. Cum, autem, ſicut
,, accepimus, ad electionem novi Magiſtri Generalis
,, dicti Ordinis brevi deveniendum ſit; Nos, quan-
,, tum interſit, ut electio hujuſmodi eliminatis pro-
,, cul favoribus, in ſanctitate, & juſtitia celebretur,
,, probe cognoſcentes, & ideo dicti Ordinis Fratres,
,, non ſolum pœnarum in dictis literia contentarum,
,, ſed etiam cenſurarum Eccleſiaſticarum metu, in offi-

,, cio

„ cio cootioere volentes, motu proprio, & ex certa
„ ſcieotia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
„ dictorum Gregorii, & Clementis Prædeceſſorum
„ prædictas literas, & in eis contenta quæcunque,
„ eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,
„ Apoſtolica auctoritate, tenore præſeotium, per-
„ petoo confirmamus, & approbamua, ac illis per-
„ petuæ, & ioviolabilis firmitatis robur adjicimus.
„ Et inſuper omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fra-
„ tribus cujuſcunqoe conditionis, gradus, & præ-
„ eminentiæ exiſtentibus, in virtute Sanctæ Obedien-
„ tiæ, diſtricte præcipiendo, mandamus, ne ad qua-
„ rumcunque perſonarum, tam Laicarum, quam
„ Eccleſiaſticarum extra ſupradictum Ordinem con-
„ ſtitutarum, etiam Cardinalatus bonore, ac qua-
„ conque Seculari dignitate, & excellentia, etiam
„ Ducali, Regali, & Imperiali ſulgentiom, favo-
„ res ad effectum conſeqoendi dictum Officium Magi-
„ ſtri Generalis pro ſe, vel aliis recurrant, vel aliis
„ mious legitimis viis, & modis illud obtinere queant.
„ Eos enim, qui mandato noſtro bujuſmodi contrave-
„ nerint, ultra ſupradictas pœnas, etiam vinculo ex-
„ communicationis latæ ſententiæ, a quo niſi per
„ Nos, & Romanos Pontifices pro tempore exiſten-
„ tes, præterquam in mortis articulo conſtituti, ab-
„ ſolvi nequeant, innodamua. Non obſtantibus Con-
„ ſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dicti-
„ que Ordinis Statutis, & conſuetudinibua, etiam jo-
„ ramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
„ firmitate alia roboratis, ceteriſqoe cootrariis qui-
„ boſcunque. Aut ſi eidem Ordioi, & Fratribus præ-
„ dictis commuoiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit
„ Sede indultum, quod interdiei, ſuſpendi, vel ex-
„ communicari non poſſint per literas Apoſtolicas non
„ facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad
„ verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volu-
„ mus autem, quod præſentinm literarnm exemplis,
„ etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſub-
„ ſcriptis, & ſigillo alicojus perſonæ in dignitate Ec-
„ cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ſidea ubique
„ adhiberi debeat, quæ præſentibus adhiberetur, ſi
„ exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
„ S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Janua-
„ rii MDCVIII, Pontificatns noſtri Anno Tertio.

V. Gregorianæ, Clementinæ, & Paulinæ Con-
ſtitutionum, quarum verba retuli, memineront Con-
ſtitutiooes noſtræ Diſt.I Cap.XVIII de Graviori Cul-
pa Textu I Lit.F. pag.127, ubi hæc habentur: „ De-
„ nunciamus, oon tantum acceptatam eſſe ab Ordine
„ oostro in Capitulo Romæ 1589 Gregorii XIII Con-
„ ſtitutionem, qua probibetur Fratribus, ne, per per-
„ ſonas extra obedieotiam Ordinis conſtitutas, au-
„ deant ſibi aliquid in Ordine, ſub pœna inhabilitatis
„ ad hæc, & ſimilia (niſi per Sedem Apoſtolicam
„ diſpenſati fuerint) obtinenda, procurare: ſed
„ etiam ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ
„ præceptum fuiſſe, ne qoiſpiam directe, vel indi-
„ recte, per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro
„ aliis, ejuſdem Ordinis Profeſſoribus, apud per-
„ ſonas extra noſtrum Ordinem cooſtitutas, & de
„ noſtro Ordine oon aſſumptas, gratiam aliqoam,
„ vel pœnarum remiſſionem, a Prælatis noſtri Ordi-
„ nis obtinendam procuret: aut ad hunc effectum mu-
„ nera aliqua Secularibus ſpondeat, vel exhibeat.
„ Quæ Conſtitutio, uoa eum Ordinatione Capituli
„ ſupranominati, atqoe cenſuris, & pœnis, io eo
„ expreſſis, cum poſtea a Clemente VIII, & ſocceſſi-
„ ve a Paulo V confirmata fuerit: & illa quidem
„ in Capitulo Venetiis 1502 (1592): hæc autem
„ Romæ 1608 acceptata fuerit: ideo operæ pretium
„ eſt, ut omnes Fratres meminerint ejus, quod Cle-
„ mens VIII, cum prius per gratias, quas per emeo-
„ dicatos favores nolebat concedi, quoſcunque gra-
„ dus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes,
„ functiones, Prælaturaſque Ordinis intelligi debere
„ ſignificaſſet, expreſſe præcepit iſtis verbis: Et pro-
„ pterea dilectis &c. „. Referuntur verba Clementis.

VI. De iiſdem Apoſtolicis Diplomatibus conſulen-
dæ Conſtitutiones noſtræ Diſt.II Cap.XIII Textu IX
Lit.N. pag.297 &c. Hæc, brevitatis ergo, miſſa facio.
Sed notanda verba, quæ leguntur ibidem ex Actis
Capituli Generalia Romæ 1589: „ Singulos noſtri
„ Ordinis Prælatos admonemus, ut, ſcientes, ſe non
„ poſſe abſque peccato mortali quidquam ad ſecula-
„ rium, vel perſonarum extra noſtrum Ordioem
„ conſtitutarum inſtantiam concedere, abſtineant pror-
„ ſus, neqoe id unquam faciant. Subditos vero pa-
„ riter monemus, ut, cooſiderantes, ſe iohabiles
„ fieri ad munera omnia, caveant, ne aliquid hoc
„ modo procurent. Et quoniam ex hujuſmodi men-
„ dicatis ſuffragiis Religionis ruina patenter exoritur,
„ ac ejuſdem ſtatus, atque tranquillitas ſummopere
„ perturbatur: diſtributivæ juſtitiæ aditua interclu-
„ ditur: ambitioni via aperitor: & demum indigni
„ (utpote audaciores) virtute præditis, ac bene-
„ meritis, in ſua ſe bumilitate, ae modeſtia conti-
„ nentibus, interdum præferuntur: idcirco ad hu-
„ juſmodi abuſus tollendos, in virtote Spiritus San-
„ cti &c. „. Adeas *Paſſerinum*, qui, de more, erudite,
ac fuſiori calamo, hac de re diſſerit in Tractatu de Ele-
ctione Canooica Cap.6 a Num.1 ad 85 pag.63 &c.

VII. Numero 25 hanc Regulam pro Superioribus
tradit: *Hæc ſit Regula: quod Prælatus quomodocunque
ab extraneo requiſitus, ſive explicite, ſive implicite,
ſive per verba generalia, ſive per verba ſpecialia, &
ſive per ſermonem, ſive per facta, & ſive immediate,
ſive medio Nuncio, vel Epiſtola, ut gratiam conferat
Religioſo Subdito, ſi ex inſtantia, ſeu requiſitione*
(pro Ordine Fratrum Prædicatorum adde: intuitu,
ſeu contemplatione) *extranei movetur principaliter,
ut conferat gratiam, & ita ut finis collationis ſit exau-
dire Secularem* (ſeu extraneum) *rogantem, peccat
contra prædictas* (Apoſtolicas) *Conſtitutiones reſpe-
ctive, quia tunc agit ad inſtantiam, & requiſitionem*
(ſeu contemplationem) *extranei*.

VIII. Miſſis, quæ de præſenti materia variis
in Comitiis Generalibna Ordinis habentur, audien-
dum Generale Capitulum Bononiæ celebratum an-
no 1725, cujus hæc verba Confirmatione I. „ Quo-
„ oiam Sancta, ac undique neceſſaria Religionis,
„ tum Hierarchia, cum Œcooomia, ægre admodum
„ florere poſſunt, ac ſtare, dooec obtineat graviſſi-
„ ma peſtis illa ſpiritualis, qua infecti ambitioſi qui-
„ dam, ſuæque profeſſionis certo immemores, utram-
„ que corrumpere, ac perdere miſerrime pergunt,
„ vocato in ſubſidium, ſibi deficientium meritorum,
„ venefico ac toi vicibus damnato recurſu ad extra-
„ neas qoaſcunque perſonas, etiam Cardinalitia, aut
„ Imperiali, dignitate fulgentes, ut gratias Ordinis,
„ officia, dignitates, gradus, lecturas, vel a pœnis
„ immunitatem a ſuis Superioribus extorqueant; Inde
„ Majorum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes, ut, ſi fieri
„ poteſt, experrecti geminatis ictibus illi animæ ſuæ
„ certam perniciem non tam norint, quam declinent;
„ Primo revocamus in memoriam eorum pœnas om-
„ nes, & cenſuras in eos latas per Summos Pootifices,
„ Gregorium XIII, 5 Junii 1580 in Bulla = Nibil
„ magis = Clementem VIII in Conſtitutione, quæ

,, incipit = Religioſos viros = data 25 Maii 1592,
,, & Paulum V in Bulla = Admonemur = 7 Januarii 1608; Quibus inſuper in Conſtitutionibus Summi illi Pontifices, ut adamantinos in re tanti momenti reddant Superiores quoſcunque Ordinis noſtri, mandant iiſdem in meritum ſanctæ obedientiæ, ne ad inſtantiam quarumcunque perſonarum tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum extra eundem Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali, fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant. Ex quibus viderint moleſti illi, ac violenti, ſubditi, quali in diſcrimine, Deum inter, & homines auctoritate præſtantes, ſuos conſtituant Superiores.

,, Confirmamus deinde, ac innovamus pœnas quaslibet, & cenſuras, per tot Capitula Generalia, & per tot Encyclicas a præteritis Reverendiſſimis Magiſtris Ordinis huc uſque latas contra illarum gratiarum aucupes; Immo, & contra illos, qui hujuſmodi favores, etiam ſponte oblatos, acceptant; eaſque omnes iterum poſt Capitulum Generale Bononienſe 1706 Confirmatione I extendimus contra diffamatores Fratrum apud Seculares, uti, & maxime contra recurrentes ad Tribunalia Secularia, ut Electiones turbent, vel mandata Superiorum declinent, aut eorum impediant exequutionem, ſub prætextu etiam, quod id faciant procuratorio nomine alicujus Provinciæ, vel Conventus; Declarantes, quemadmodum fecit Capitulum Generale Romanum 1721: Confirmatione II, non idcirco exemptos eſſe eos Fratres, quibus conceduntur prædictæ gratiæ, a pœnis, Cenſuris, Excommunicatione, & aliis, quæ a dictis Summis Pontificibus, vel Capitulis Generalibus imponuntur, ſed eas omnino incurrere, indeque ipſos habendos eſſe uti Ordinis deſtructores, totiuſque Religionis publicos hoſtes.

,, Pœnæ autem, & Cenſuræ indicatæ veniunt ad has Claſſes, per Capitulum illud Bononienſe eo loci recitatas his conceptis verbis.

I. ,, Vocis activæ, & paſſivæ privatio, Magiſtro Ordinis reſervata; Item privatio omnium gratiarum, & beneficiorum, officiorumque Ordinis, graduum, & bonorum ad uſum conceſſorum.

II. ,, Perpetua inhabilitas, ad hujuſmodi ſeu recuperanda, ſeu poſtmodum obtinenda.

III. ,, Inhibitio exequendi quamcunque functionem Eccleſiaſticam, ſive Altaris, ſive Pulpiti, aut Confeſſionalis.

IV. ,, Publica Nota, ſeu Titulus deſtructoris Ordinis.

V. ,, Privatio Suffragiorum Ordinis, tam in vita, quam in morte.

VI. ,, Excommunicatio latæ ſententiæ, pluries a diverſis tum priſcis, tum recentibus Capitulis fulminata, iterata, & ſpecialiter Supremo Ordinis Tribunali reſervata.

VII. ,, Denique maledictio Omnipotentis Dei, B. V. M., & SS. Dominici P. N. in eos, qui animo pertinaci, & indurato tales ſententias, & pœnas non horruerint, deſtructoribus Ordinis taxatas.

,, Ad hæc tonitrua, qui non expergiſcitur jam non dormit, ſed mortuus eſt. Epiphonema eſt laudati Capituli Generalis Bononienſis.

,, Ne vero tranſgreſſores a prædictis pœnis, & Cenſuris, ſive per facti negationem, ſive per alias proceſſuum, vel exceptionum quaslibet ambages, ac diverticula, ſeſe facile eximere, aut ſubducere poſſe temere ſperent, revocamus in memoriam omnium, ſanctæ recordationis Clementem VIII in Bulla ſuperius indicata hæc formalia habere: Statuentes, quod omnes, & ſinguli in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſque Proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter ipſo facto incurrant; quodque ad illos ſententias, & pœnas hujuſmodi damnabiliter incurriſſe legitime probandum, & omnino convincendum, ſolæ præmiſſarum perſonarum inſtantiæ, favores, & preces, etiam oretenus porrectæ, plenam, indubiam, & ſufficientem in judicio, & extra, fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Huc etiam ſpectat Epiſtola, quam hac de re ſcripſit Generalis Magiſter Nicolaus Rodulfius. Hujus tenoris eſt: ,, Nos Fr. Nicolaus Rodulfius Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter. Omnibus noſtræ curæ ſubjectis ſalutem, & ſpiritum obedientiæ. Quamvis execranda per extranearum a noſtro Ordine perſonarum mendicatam opem, favorem, ac preces, gratiarum a Superioribus Ordinis per Fratres noſtros extorſio, tamquam nutrix ambitionis, Juſtitiæ diſtributivæ interitus, ac totius Religioſi regiminis, diſciplinæque Regularis everſio, jamdudum non ſolum a noſtris Conſtitutionibus, & Capitulorum Generalium Ordinationibus, verum etiam a tribus Summis Pontificibus, ſub Eccleſiaſticis cenſuris, ac pœnis, a noſtro Ordine eliminata fuerit, Quia tamen experientia ipſa, non ſine magno cordis noſtri dolore comperimus, a nonnullis noſtræ curæ ſubjectis, Sacrarum legum contemptoribus, cenſurarum, pœnarumque in eis contentarum, immo potius ſuimet obliviosis, hanc peſtem ita revocari, ut importunis non minus, quam quotidianis utriuſque ſexus perſonarum extra noſtrum Ordinem conſtitutarum favoribus, inſtantiis, ac precibus aſſignationes factas, vel faciendas impedire, honores, officia, adminiſtrationes, & Prælaturas, tam a nobis, quam ab aliis Prælatis Ordinis extorquere conentur. Nos adeo pernicioſum Religioſæ vitæ malum, conniventibus oculis minime diſſimulandum, ſed ipſum executivæ Juſtitiæ gladio omnino extirpandum, ex injuncto Nobis Paſtoralis Officii debito, plane decrevimus. Quapropter, ne legum, pœnarum, ac cenſurarum adverſus hujuſmodi criminis reos latarum, & inflictarum ignorantia, ſeu oblivione ſeſe tranſgreſſores aliquando excuſare poſſint; omnes, & ſingulas tam Capitulorum Generalium Ordinationes, quam etiam Summorum Pontificum Conſtitutiones adverſus hujuſmodi Fratres, gratias, Officia, & honores, ceteraque ejuſdem generis, mediantibus extranearum ab Ordine noſtro perſonarum favoribus, precibuſque, ac ſuffragiis, mendicantes, ac procurantes, univerſis noſtræ obedientiæ ſubjectis cujuſcunque gradus, ſtatus, aut conditionis fuerint, in memoriam reducimus; & ob oculos ponimus.

,, In primis in noſtris Conſtitutionibus *diſt.2 cap.13 num.9* lit. N. decernitur, quod ,, *ſi quis Frater noſtri Ordinis per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alio ordinationem de ſe, vel de alio factam, vel obedientiam ſibi, vel alii Fratri injunctam, per quamcunque perſonam extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutam quocunque modo procuraverit revocari, vel in aliqua Provincia, aut Conventu, aut Officio, ſive etiam in ſtudio*

Google

ſtudio Generali poni, vel remanere, vel inde amoveri, ipſo facto ex vi præſentis ſtatuti in pœnam incidat gravioris culpæ, in qua, vel a qua, cum tali diſpenſari non poſſit, niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Capitulum Generale, & omnibus gratiis Ordinis ſit privatus. „ Quæ conſtitutio in Gloſa ibidem littera N. declarata dicitur fuiſſe Lugduni 1318, Ferrariæ 1362, & Romæ 1571: ubi additur „ *pœna inhabilitatis ad quaſcunque Ordinis dignitates non niſi a Magiſtro Ordinis relaxanda.* „ Idem decretum fuit Bononiæ 1574, & Romæ 1580.

„ Præterea Gregorius XIII in ſua Conſtitutione, quæ incipit = Cum nihil magis = ſub datum Romæ apud S. Petrum die 1 Junii 1580 Prælatis omnibus Ordinis noſtri in virtute Sanctæ Obedientiæ mandat „ *ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum, tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum, extra eundem Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant.*

„ Quinimmo quoſcunque dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra Decreta ſuarum Conſtitutionum hac via, & his mediis per conquiſitos favores, & ſuffragia ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda perpetuo inhabiles declaravit, nec per quoſcunque, niſi per Sedem Apoſtolicam, rehabilitari, & cum ipſis diſpenſari poſſe decrevit.

„ Præterea Capitulum Generale Romæ 1589 poſt præfatæ Gregorii XIII Conſt. acceptationem præfatis pœnis cenſuram etiam excommunicationis latæ ſententiæ, una pro trina canonica monitione præmiſſa, ſuperaddit.

„ Clemens vero VIII ſua Conſtitutione, quæ incipit = *Religioſos Viros* = ſub datum Romæ apud S. Petrum die 25 Maii 1592 præfatam Gregorii Conſtitutionem, ac decretum Capituli Generalis Romani prædicti quoad omnia confirmavit, & quoad quoſcunque gradus, honores, dignitates, Officia, adminiſtrationes, functiones, Prælaturas ejuſdem Ordinis, perpetuo extendit, & extendi debere decrevit; & univerſis Ordinis Fratribus non ſolum in prædictis omnibus favorem Secularium minime procurare, ſed ne quidem ſponte oblatum, aut ab eis minime procuratum recipere, & ſimiliter ne ad hunc effectum munera aliqua Secularibus impendere, vel exhibere audeant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis in dictis Gregorii Prædeceſſoris litteris contentis præcepit expreſſe, interdixit, & prohibuit.

„ Ne vero tam ſalutarium legum tranſgreſſoribus aliquis ſubterfugii, aut declarationis præfatarum pœnarum, cenſurarumque incurſus, ſeu evaſionis, ſub aliquo ementito prætextu, locus ſupereſſe, aut etiam negationis dicti recurſus effugium prodeſſe poſſit; idem Summus Pontifex ſubdit: „ *Statuentes, quod omnes, & ſinguli in præmiſſis delinquentes nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eo ipſo incurrant: Quodque ad illos ſententias, & pœnas hujuſmodi damnabiliter incurriſſe, legitime probandum, & omnino convincendum ſolæ præmiſſarum perſonarum inſtantiæ, favores, & preces etiam oretenus porrectæ, plenam, indubiam, & ſufficientem in judicio, & extra, fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.*

„ Paulus etiam V. ſua Conſt. quæ incipit = *Admonemur* = ſub datum Romæ apud S. Petrum die 7 Januarii 1608 motu proprio, & ex certa ſcientia prædictas Gregorii, & Clementis litteras, atque etiam in eis contenta in perpetuum confirmavit, & approbavit, & perpetuæ firmitatis robur adjecit. Quam deinde Pauli V. Conſt. Capitulum Generale Romanum 1608 in actis ejuſdem inſertam eſſe voluit.

„ Quæ omnia, & ſingula, ſicuti Capitulum Generale Uliſſyponen. 1618 admonitione 2, & Mediolanenſe 1622 admonit. 4 omnibus noſtri Ordinis Fratribus accurate perpendenda, ſuarumque conſcientiarum ſecuritati proſpiciendum monuerint: Ita Nos ſub eiſdem pœnis, ac cenſuris (poſt hanc unam pro trina canonica monitione præviam) univerſis, ac ſingulis Fratribus noſtræ curæ ſubjectis, cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis fuerint obſervanda præcipimus. Sicuti etiam omnibus, & ſingulis Adm. RR. PP. Provincialibus, in virtute Spiritus ſancti, & Sanctæ Obedientiæ, ſub formali præcepto mandamus, ut contra in præfatis delinquentes, omni humano reſpectu depoſito, omnino procedant, eoſque in pœnas, ac cenſuras omnes præfatas incidiſſe, juxta diſpoſitionem Clementis VIII dictam, declarent, & puniant. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. In quorum fidem bis noſtro Sigillo munitis manu propria ſubſcripſimus. Datum Romæ in noſtro Conventu Sanctæ Mariæ ſuper Minervam die 6 Decembris 1629.

„ Fr. Nicolaus qui ſupra.

„ Loco ✱ Sigilli.

„ Fr. Dominicus Paulaccius Mag. & Socius.

„ Reg. fol. 1.

QUÆSTIO IX.

Largitio Munerum fuitne utriuſque Sexus Regularibus interdicta?

SUMMARIUM.

I. EA de re celebris eſt Conſtitutio Clementis VIII:

II. Qui conſentientes habet Urbanum VIII:

A quo Clementina Conſtitutio confirmata fuit, additis quibuſdam declarationibus:

III. Et Clementem XI.

IV. A quo etiam ſpecialis Conſtitutio data fuit pro Monialibus Provinciæ Portugalliæ.

V. Legis a Clemente VIII latæ mentio in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

I. DE largitione munerum utriuſque Sexus Regularibus interdicta, celebris eſt Conſtitutio Clementis VIII, cui conſentiunt ceteræ, ab ipſius Succeſſoribus datæ, ut ex ſequentibus videre eſt. „ Religioſæ, inquit *Clemens VIII Conſt. XXXVI*, data 19 Junii 1594 *Tom. V pag. 522* „ Congregationes, ab inſignibus Sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu inſtitutæ, tantas Eccleſiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conſervandas, & inſtaurandas Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, magnam jure optimo diligentiam ſemper adhibuerint: Nam cum ea ſit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam, quæ optime fundata, & conſtituta ſunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim Dœmonis aſtutia, pau-

„ latim

„ latim deficiant, ac niſi cura pervigili ſuſtententur, in deterius prolabantur: Idcirco Summorum Pontificum vigilantia magnopere laboravit, ut Regularium Ordinum diſciplina, aut labefactata in priſtinum reſtitueretur, aut ſalutaribus Conſtitutionibus communita, integra, atque incolumis, permaneret. Quorum Nos veſtigiis pro eodem officii munere inſiſtere, & paſtoralem illorum ſolicitudinem, quantum poſſumus, divina adjutriee gratia, cupimus imitari. Quare, ne ex muneribus, quæ a pluribns Religioſæ vitæ profeſſoribus, ex Chriſti patrimonio, quibuſvis hominibus, quavis ex cauſa, ſæpe tribuuntur, gravia incommoda, & mala, etiam boni ſpecie, exiſtant, præcavere ſtudentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, univerſis, & ſingulis, cujuſcunque Ordinis Mendicantinm, vel non Mendicantium, bona immobilia, & redditus certos ex indulto Apoſtolico poſſidentium, vel non poſſidentium, ſeu cujuſvis Congregationis, Societatis, & inſtituti (non tamen Militiæ) Regularibus perſonis utriuslibet ſexus, omnem, & quamcunque largitionem, & miſſionem munerum penitus interdicimus. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & ſingula Capitula, Conventus, & Congregationes, tam ſingulorum Conventualium, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum, quam Provincialia, aut Generalia cujuslibet Provinciæ, ſive univerſi Ordinis, Societatis, aut inſtituti, eorumque, vel earum Camerarios, Commiſſarios, & quoſcunque Officiales, & ſingulares perſonas; Ipſos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum hujuſmodi Superiores quaſcunque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Provinciales, Magiſtros, Miniſtros, & quocunque nomine Præfectos, nec non Conventuum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum quorumeunque Abbates, Priores, Præpoſitos, Præceptores, etiam Majores, Guardianos, Miniſtros, Rectores, atque Abbatiſſas, Prioriſſas, & alio quovis titulo Præſidentes, tam ipſis Regularibus, quam Locorum Ordinariis, ſeu quibuſvis Superioribus ſubjectas utriuslibet ſexus ad vitam, vel ad tempus deputatos: adeout nemo unquam eorum, vel earum, directe, vel indirecte, palam, vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam ſub quovis ſtatuti, vel conſuetudinis, ſeu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque cauſa, niſi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione, re mature diſcuſſa, unanimi conſenſu omnium, Superiorumque permiſſu, cauſa approbata fuerit, quicquam tale attentare valeat. Id autem ita abſolute, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omnino ſas ſit quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, ſive eleemoſynis, aut ſubſidiis, certis, vel incertis, ordinariis, ſeu extraordinariis, menſæ, ſeu maſſæ communis, vel cujuſvis ſabricæ, & Sacriſtiæ, quorum bona communiter, ut præſertur, adminiſtrantur, ſeu quæ rationibus reddendis ſunt obnoxia, quam ex pecuniis, etiam quæ a ſingulis, quovis modo acquiſitæ, in commune conferendæ omnino ſunt; nec ſi per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur: nec ſi forſan privatim, & nominatim, cuilibet Religioſo a ſuis Superioribus, vel a propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel a piis Chriſtifidelibns, etiam eleemoſynæ, aut caritatis, & illius propriæ perſonæ intuitu, attributæ, ſeu quoquo modo per quemlibet Religioſum ſuo Monaſterio, domui, aut loco acquiſitæ, eique ut ad libitum de eis diſponant per Superiores conceſſæ fuerint, præterquam leviora eſeulenta, aut poculenta, ſeu ad devotionem, vel Religionem pertinentia munuſcula, communi tantum, nunquam vero particulari nomine, ubi Superiori, de conſenſu Conventus, videbitur, tradenda. Sed & hujuſmodi miſſiones munerum, ipſis Religioſis utriuslibet ſexus non ſolum per ſe, verum etiam per alios, tam directe, quam indirecte, prohibitas declaramus. Neque vero quiſpiam ab hac generali prohibitione ſe excuſare valeat, etiamſi munera miſerit, cuivis perſonæ Laicæ, vel Eccleſiaſticæ cujuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quavis non ſolum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verum etiam Eccleſiaſtica, & Pontificali, aut alia majori, etiam S.R.E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex cauſa, & occaſione benedictionis, vel ſuſceptionis habitus Regularis, tonſuræ, aut Profeſſionis Monialium, tam ſibi ſubditarum, quam non ſubditarum, aut ipſi etiam proprio Ordinis, vel Congregationis Protectori, Vice-Protectori, Generali, vel Provinciali, aut cujuſvis Monaſterii, Prioratus, domus, aut cujuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocunque officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicunque, etiam ſimplici, & particulari Religioſo. Itaut inter ipſos quoque Religioſos, ne prava ambitione impulſi pro conſequendis in ſua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur, quæcunque largitio, aut donatio munerum, niſi rerum minutarum, de licentia expreſſa, & in ſcriptis Superiorum, ſit penitus interdicta. Inſuper prohibemus, ne unquam eiſdem Regularibus liceat ullas pecunias quoquomodo erogare in alicujus etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarii honorem, etiam occaſione tranſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem, ſeu pro prædictis perſonis, quavis auctoritate, vel dignitate, fungentibus, honorifice, laute, & opipare excipiendis, ſeu pro quibuſvis conviviis eiſdem, aut cuivis alteri, quacunque occaſione, vel cauſa, exhibendis, vel pro comeſſationibus, aut compotationibus, quibuſvis perſonis, tam ejuſdem Ordinis, Congregationis, Monaſterii, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis ſpectaculis, etiam piis intra Eccleſias, Monaſteria, & domos ſacras, ſeu pias, vel extra eas, in quibuſvis publicis, aut privatis, ſacris, aut prophanis locis, etiam ubi Sanctorum, vel Sanctarum vita, ant res pie geſtæ, etiam in memoriam paſſionis Dominicæ populis ſpectandæ proponuntur, aut alias in prædictis, ſive in quibuſvis rebus ſupervacaneis ad pompam, & oſtentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda, quomodolibet pertinentibus; niſi re ipſa pro divino cultu, & veris Chriſti pauperum indigentiis, ſervato in hoc caritatis ordine, & habita neceſſitatis ratione, de conſilio, & conſenſu Superiorum ſublevandis, aut alias in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinciale non prohibitis, vel taxam ibi forſan præſcriptam non excedentibus, ſumptus hujuſmodi fiant. Declarantes tamen, per hæc, laudabi-

„ lem,

„ lem, & Apoſtolica doctrina, ſacriſque Canonibus,
„ commendatam hoſpitalitatem præſertim erga pau-
„ peres, & peregrinos, nequaquam imminui, aut
„ prohiberi. Quinimmo, ſi qui redditus ad id, vel
„ ex fundatione, vel ex inſtitutis, ſtatutis, aut con-
„ ſuetndinibus aliquorum Monaſteriorum, Ordinum,
„ aut regularium bujuſmodi locornm, aut ex teſtato-
„ rum, vel donantium voluntatibus, ſive alias, applica-
„ ti aut donati ſunt, eos omnino, ut deeet, integre in
„ uſus pios boſpitalitatis bujuſmodi erogandos eſſe, &
„ præſertim in Monaſteriis, ſeu locis deſertis, & ab
„ laicorum ædibus longius remotis, ubi tamen paupe-
„ rum, & vere egenorum ratio in primis habeatur.
„ Si quos vero ditiores occaſione tranſiius, ſive alias
„ ex devotionis, aut neceſſiiatis cauſa eo diver-
„ terę contigerit, eos ſsne deceret Refectorio com-
„ muni cum Religioſis, menſaque, & fereulis com-
„ munibus, nequaquam a ceteris diſtinctis, conten-
„ tos eſſe. Verum omnino ipſi Regulares in hoſpiti-
„ bus hujuſmodi potentioribus excipiendis ita ſe ge-
„ rant, ut in eis frugalitas, & paupertas religioſa
„ prorſus eluceat. Pari etiam ratione diſtricte inhi-
„ bemus, ne quiſpiam ex prædictis, Laicus alias,
„ quam ut ſuperius dictum eſt, vel Clericus ſecularis,
„ vel regularis quocunque honore, præeminentia,
„ nobilitate, aut excellentia, etiam S.R.E. Cardina-
„ latus dignitate præditus, etiam Protector, Viee-Pro-
„ tector, loci Ordinarius, Prælatus, Generalis, Pro-
„ vincialis, aut Monaſterii, Domus, vel loci cujusli-
„ bet Superior, eorumve affines, propinqui, fami-
„ liares, aut Miniſtri utrinslibet ſexus, quiequam
„ contra banc ſuperius expreſſam probibitionem reci-
„ piant. Quod ſi vel ab aliquo particulari Religioſo,
„ vel a Superiore quopiam Generali, Provinciali,
„ aut alio quocunque officio fungente, aut a Con-
„ ventu, Capitulo, vel Congregatione, ſive ab uni-
„ verſo Ordine, & Religione quicquam receperint,
„ id quod aceeperint ſuum non faciant. Verum ipſo
„ facto abſque aliqua monitione, Judicis decreto, ſen-
„ tentia, ant declaratione ad illius reſtitutionem om-
„ nino in utroque foro teneantur: adeo ut reſtitutio-
„ ne ipſa realiter non facta, neque etiam in foro con-
„ ſcientiæ abſolvi poſſint. Hanc autem reſtitutionem
„ fieri volumus, non privatim ei Religioſo, qui do-
„ navit, ſed ei Monaſterio, domui, vel alteri loco,
„ de cujus bonis facta eſt largitio, vel ſi non de ejus
„ bonis donatum eſt, in quo idem Religioſus donans
„ profeſſionem emiſit, vel ſi uomine totius Capituli,
„ Conventus, aut Congregationis, vel univerſi Or-
„ dinis, ſeu Religionis donatio factæ extiterit, pari-
„ ter communi menſæ, aut maſſæ, cujus nomine do-
„ natum fuerit, accepta munera reſtituantur; ita ut
„ nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum,
„ Congregatio, Ordo, aut Religio, cui reſtitutio
„ facienda eſt, illam remittere, & iterum condonare,
„ aut recipientem ab obligatione reſtituendi eximere,
„ vel ut in pauperes eroget, concedere, quoquo mo-
„ do poſſit. Quod ſi quis ex ſupradictis Regularibns
„ utriuſque ſexus, cujuſcunque gradus, ordinis, di-
„ gnitatis, ac ubilibet locorum exiſtentibus conjun-
„ ctim, cum ceteris, ſeu diviſim, noſtrarum hujuſ-
„ modi prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum,
„ juſſionum, decretorum, mandatorum tranſgreſ-
„ ſor fuerit, ſtatuimus; ut omnibus, & ſingulis per
„ eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus,
„ & officiis eo ipſo privatus, ac ad illa, & alia ſimi-
„ lia, vel diſſimilia in futurum obtinenda inhabilis per-
„ petuo, & incapax, ac perpetua infamia, & igno-
„ minia notatus, exiſtat. Et præterea privationem vo-
„ cis activæ, & paſſivæ abſque ullo Superioris De-
„ creto, aut miniſterio, ipſo facto, incurrat, necnon
„ ultra hujuſmodi pœnas, etiam tanquam contra furti,
„ & ſimoniæ criminum reum, tam per viam denun-
„ ciationis, accuſationis, aut querelæ, quam etiam
„ ex officio procedi, & inquiri, condigniſque ſuppli-
„ ciis affiei debeat. Pœnis aliis a jure ſtatutis, ac per
„ alias conſtitutiones Apoſtolicas, aut propria cujuſ-
„ vis Ordinis, Congregationis, Monaſterii, Domus,
„ aut loci, ſtatuta, vel conſuetudines contra perſo-
„ nas, aliquid præmiſſorum committentes, forſan
„ decretis, & inflictis, nihilominus in ſuo robore
„ permanſuris. Quocirca univerſis, & ſingulis mo-
„ dernis, & pro tempore exiſtentibus locorum Ordi-
„ nariis, eorumque Vicariis, & Officialibus, necnon
„ quornmcunque Ordinum, Prioratuum, Monaſte-
„ riorum, & Domorum Superioribus, etiam Gene-
„ ralibus, ſeu Provincialibus, ceteriſque ad quos
„ ſpectat, per Apoſtoliea ſcripta mandamus, quate-
„ nus ipſi, & eorum ſinguli, quantum ad eos perti-
„ net, curent omni ſtudio, diligentia, auctoritate,
„ & vigilantia, præſentem Conſtitutionem firmiter,
„ & inviolate obſervari, & contra inobedientes, vel
„ tranſgreſſores condignis pœnis animadverti. Eoſ-
„ dem inobedientes, necnon contradictores quoslibet,
„ & rebelles, per opportuna juris, & facti remedia,
„ appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato
„ etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Secu-
„ laris.

II. Urbanus VIII Conſt. XCI, data 16 Octobris 1640 = Nuper a Congregatione = Tom.VI pag.110 confirmans declarationes quaſdam præcedentis Conſtitutionis Clementis VIII, eandem Conſtitutionem omnino ſervari, jubet, & quatenus opus ſit, innovat. Declarationum verba hæc ſunt: „ Deelarat
„ munera a Religioſis utriuſque ſexus tribui poſſe,
„ ex cauſis gratitudinis, conciliatinnis benevolen-
„ tiæ, ejuſque conſervationis erga ipſam Religio-
„ nem, vel Conventum, aliiſve cauſis ex ſui natura
„ actum virtutis, & meriti continentibus, modeſte
„ tamen, ac diſcrete, & dummodo id non fiat, niſi
„ de Superiorum localium licentia, ac etiam cum
„ conſenſu majoris partis Conventus, ſi talis con-
„ ſenſus de jure, vel ex Conſtitutionibus, ſeu Con-
„ ſuetudinibus, eujuſque Religionis reſpective, in
„ hujuſmodi caſibus requiratur. Conſenſum vero
„ Conventus in §.3 ejuſdem Conſtitutionis ad levio-
„ ra eſeulenta, aut poculenta, ſeu ad devotionem,
„ & Religioſitatem pertinentia munuſcula largien-
„ da &c. requiſitum, intelligi debere de conſenſu
„ alias de jure requiſito, & ubi concurrit ambitionis
„ ſuſpicio: qua ceſſante, nec in his reqniri licentiam
„ Superiorum in ſcriptis in §.4 ejuſdem Bullæ requi-
„ ſitam: ſed ſufficere lieentiam, etiam oretenus
„ eiſdem conceſſam, declarat. Comeſſationem autem,
„ Compotationes, & convivia in excipiendis præſer-
„ tim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordina-
„ riis honorifice, & laute, de quibus in §.5, & 6
„ ejuſdem Conſtitutionis, cenſeri tantummodo pro-
„ hibita, ſi decentiæ ſtatus Regularis adverſentur.
„ Reſtitutionem vero receptorum Conventibus fa-
„ ciendam, de qua in §.7 ibidem cautum eſt, intelli-
„ gi debere de Conventibus, ad qnos data, donata,
„ ſeu miſſa, de jure pertinent, ſi id commode fieri
„ poteſt, alias Conventui ejuſdem Religionis vici-
„ niori loco, ubi petita fuit abſolutio, reſtituen-
„ tur &c.

III. Huc ſpectat Epiſtola, juſſu Clementis XI, omnibus Ordinariis Italiæ, & Inſularum adjacentium, necnon

necnon Superioribus Regularibus Gubernium Monialium habentibus, ſcripta die 28 Julii 1708. Legitur Tom.VII pag.374.

IV. Ibidem pag.380 aliam habes ejuſdem Clementis XI Conſtitutionem LXXXV, datam 12 Decembris 1716 = Nuper pro parte = Inhibet, ne Provinciæ Portugalliæ Moniales ſumptus immodicos agant.

V. De Clementis VIII Conſtitutione conſulendæ Conſtitutiones noſtræ Diſt. II Cap.XI Textu II Lit.A. pag.271. Ejuſdem mentio in Actis Capitulorum Generalium Valentini 1596, & Romani 1601. Adeas *Fontanam* Tit. de Muneribus pag.442: *Camillum Jaſinski* in Summario Ordinationum Capitulorum Generalium Tit. de Munerum largitione pag.244: *Donatum* in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.XV pag.371 &c.

TITULUS

T I T U L U S III.

De Electionibus.

Quæſtiones Tres complectitur Titulus iſte.

I. UTrum Electionis jus conceſſum fuerit Fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum?

II. Iidem Fratres coarctanturne Regulis juris, quibus Electionis tempus definitur?

III. Electione reſciſſa, Poſtulatio poteſtne confirmari?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Electionis jus conceſſum fuerit Fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum?

S U M M A R I U M.

I. COnceſſum fuit ab Honorio III.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

III. Quorum aliqui modum pro Canonicis Electionibus præſcripſerunt.

IV. Quid ſit Electio Canonica.

V. Ipſius diviſio.

VI. In Ordine Prædicatorum omnis Electio Canonica per Scrutinium fiat, oportet.

VII. Ceſſat Electio, ſi tollatur libertas.

VIII. Utrum libertas adimatur, & Electio ſit ipſo jure nulla, ſi coarctentur Electores ad aliquem eligendum, quem Superior propoſuerit, ceteris excluſis?

Id ipſi non licet.

Quamvis aliquando valida ſit Electio.

Ideoque reſcindenda duntaxat ad inſtantiam majoris Electorum numeri.

IX. Secus dicendum, ſi, ceteris non excluſis, Superior tres, aut quatuor proponeret eligendos.

Id enim licet.

Et illa Propoſitio potius eſt directio libertatis, quam coarctatio.

X. Quandonam, & quomodo Propoſitio illa fieri poſſit in Ordine Prædicatorum?

XI. Ea de re Magiſtro Generali major, quam ceteris Familiæ Prædicatorum Superioribus aſſerta facultas ſpecialis.

XII. De coarctatione, quæ fit ad certum genus perſonarum.

XIII. Si quis reddatur eligibilis, non læditur, nec coarctatur libertas, ſed extenditur.

XIV. Quid dicendum, ſi quis excludatur a numero eligendorum?

XV. De privatione utriuſque vocis: Paſſivæ ſcilicet, quo nomine vocant jus fruendi alieno ſuffragio: & activæ: ſic vocatur jus ferendi ſuffragii.

XVI. Quid diſcriminis ſit inter privationes vocis, & mutationes Vocalium?

XVII. Quandonam fieri poſſint?

XVIII. His, quæ Lege Prædicatorum Familiæ de Vocalium mutationibus decernuntur, Electionis libertati conſulitur.

XIX. De Vicario, qui mitti poteſt ad Electionem dirigendam.

XX. Quandonam mutationes Vocalium, factæ contra legis præſcriptum, irritam in Ordine Prædicatorum reddant Electionem?

Hac de re *Paſſerinus* Electores prudenti conſilio monet.

XXI. Nec ſibi contrarius eſt Vir eruditus.

Loca, quæ contraria videntur, referuntur, conciliantur.

XXII. De Suffragiorum Judicibus: & de Aſſignationum fraudibus.

XXIII. Si Vocalium numerus augeatur injuſte, quomodo dignoſci poterit, utrum electus habuerit ſufficientem numerum ſuffragiorum?

XXIV. Quænam ſuffragiorum deductio fieri debeat ſi quis ex Vocalibus fuerit vi coactus?

XXV. Vis tollit Electorum libertatem.

XXVI. Quis, & quandonam metus Electionem vitiet?

Prudens conſilium, ne ſimulatione metus, Electionem conturbet aliquis.

XXVII. Vis, & metus, electiones vitiare poſſent, ſi fierent per extraneorum favores.

De Electione ſimoniaca.

XXVIII. Quandonam Electio coacta cenſeatur per inductiones, tractatus, & ſubornationes Vocalium?

Quid lege cautum ſit, ut omnis Officiorum ambitus occaſio præcludatur?

XXIX. In Ordine Prædicatorum, Conventus, tres Vocales habens, poteſt eligere Priorem.

Qui tamen non ſit unus ex his tribus Vocalibus.

Si duo ex tribus cedant voci, tertius eligere poteſt, ut jus Collegii ſartum tectum ſervetur.

XXX. Ut Electio valida ſit, vocales quaſdam conditiones habeant, oportet. Prima: ut Elector ſit ſui compos.

XXXI. Secunda: Clericatus: Converſi enim ab Electionibus excluduntur in Prædicatorum Familia.

XXXII. Tertia: ſit de Collegio. Quis in eodem Ordine conditione iſta præditus cenſeatur?

XXXIII. Quarta: ſit præſens. Nec enim in Ordine Prædicatorum, qui abſens eſt, poteſt per literas, aut per Procuratorem eligere.

XXXIV. Electores intra diætam degentes vocandi ſunt.

Quis ipſos vocare debeat?

Quomodo, & quando vocandi?

Qui vocandi ſint?

XXXV. Expectandi Vocales uſque ad terminum præfixum.

XXXVI. Quid agendum, ſi, termino præfixo, non veniant.

XXXVII. Si, congregatis Electoribus, minor pars recedat, cenſetur voci renunciare.

XXXVIII. Si major pars ſit illa, quæ recedit, diſtinguendum: Vel enim inſtat ultimus terminus ad Electionem præfixus, & tunc pars illa, quæ perſeverat, eligere poteſt: vel non inſtat ille terminus, & tunc major pars jus habet recedendi.

XXXIX. Quænam ſuffragiorum pars major cenſeatur, & ſit de Electionis ſubſtantia?

Quomodo ſuffragia illorum, qui ſunt contempti, numeranda ſint?

Google

XL. Quis, quòmodo, quando, Vocalis poſſit agere de contemptu?

XLI. Ubi conſtat, Electionis Præſidem, bona fide, abſentes vocaſſe, & feciſſe quod in ſe erat, abſens agere nequit de contemptu.

XLII. Innocentius XII inhibet, ne abſentium ſuffragia ſuppleantur.

Id apprime conſonum Decreto S. Concilii Tridentini.

XLIII. De Electoribus Provinciarum Indiarum variæ laudantur Apoſtolicæ Conſtitutiones.

XLIV. Ex Urbani VIII Conſtitutione cautum, ne in Comitiis Provincialibus Hiſpaniæ Provinciæ Socii Priorum jus habeant ſuffragii ferendi.

XLV. Jus illud ab eodem Urbano aſſertum cuilibet Priori Provinciæ Lombardiæ.

XLVI. Pro Congregatione Sanitatis, & Provincia Regni, conſulenda Innocentii X Conſtitutio.

XLVII. Ex Gregorii XIII Conſtitutione, Fratres aliarum Provinciarum, Studiorum cauſa, Bononiam miſſi, jus ſuffragii ferendi non habent.

XLVIII. Ex Clementis IX præſcripto, Provinciales, quorum Officium non eſt expletum ante obitum Generalis Magiſtri, jus habent ſuffragii ferendi.

XLIX. Quomodo omnes, quorum intereſt, debeant fieri certiores de Comitiis Generalibus celebrandis, a S. Congregatione præſcriptum fuit.

L. Alio S. Congregationis Decreto cautum, duas duntaxat Sorores germanas in eodem Monaſterio gaudere poſſe jure ſuffragii.

LI. Quinta conditio: Ordo Sacer.

Quod hac de re Conſtitutiones Prædicatorum Familiæ decernunt, a Gregorio XV firmatum fuit.

Quo anno poteſt aliquis in eodem Ordine frui jure ſuffragii?

LII. De Conditionibus VI, VII, VIII, & IX.

LIII. Conditio Decima: Non ſit prohibitus eligere.

Quis ille ſit in Ordine Fratrum Prædicatorum?

LIV. Undecima: Non ſit voce privatus.

LV. Duodecima: Non ſit infamis.

Quandonam aliquis propter infamiam excludatur ab electione?

LVI. Ex Conſtitutionibus Prædicatorum Familiæ nullus poteſt eligi in Priorem, qui non habet conditiones a Sacris Canonibus requiſitas.

Hinc de conditionibus illis eligendorum paucis diſſeritur.

LVII. Prima conditio: ſit præditus rationis uſu.

LVIII. Secunda conditio: Scientia.

LIX. Tertia: Fides.

LX. Quarta: ſit ex legitimo matrimonio natus.

LXI. Quinta: ſit ſanus, & corpore habilis.

LXII. Sexta: Sacerdos ſit.

Septima: Ætas.

Quænam ex Sacro Concilio Tridentino requiratur pro Prioriſſis?

Quænam pro quibuſdam Prioribus neceſſaria ſit ex lege ſpeciali pro Provinciis Lombardiæ, Romana, & Poloniæ?

LXIII. Octava: Nona: Decima: Undecima: Duodecima conditiones.

LXIV. Tertiadecima: Non ſit voce paſſiva privatus, nec inhabilis.

LXV. Decimaquarta: Non ſit ab electione rejectus.

LXVI. Decimaquinta: ſit de gremio.

LXVII. Decimaſexta: Non ſit alterius Eccleſiæ ſponſus.

Id quamvis de Epiſcopis præcipue dictum, de Conventuum tamen Prælatis poteſt intelligi.

LXVIII. Decimaſeptima: Eligendus ſit alius ab Electore.

LXIX. Præter conditiones illas jure communi conſtitutas, in Ordine Prædicatorum cautum eſt, ne Frater germano Fratri ſuccedat in Provincialatus, vel Prioratus officio.

Idem variis in Provinciis ſancitum pro illis, qui vel primo, vel ſecundo conſanguinitatis, aut affinitatis gradu conjuncti ſunt.

LXX. Alias conditiones pro variis Provinciis ſanxerunt Summi Pontifices.

Qui recenſentur.

LXXI. Interſticii lex Julium II habet auctorem.

LXXII. Num invocatio Spiritus Sancti, & Electorum communio ſint de ſubſtantia electionis?

LXXIII. Quis Electionis Præſes ſit in Comitiis Provinciarum Lombardiæ, & Aragoniæ, decrevit Paulus III.

LXXIV. Apoſtolicæ Conſtitutiones de Scrutatoribus editæ laudantur.

Ex Capite = Quia propter = Scrutatorum aſſumptio de ſubſtantia formæ electionis eſt.

LXXV. Quinam Scrutatores aſſumi debeant, pro qualibet electione decernunt Conſtitutiones Prædicatorum Familiæ.

LXXVI. Quales eſſe debeant Scrutatores illi?

LXXVII. Si quis ex Scrutatoribus a lege conſtitutis officio ſuo fungi non poſſit, eligendus alius a majori parte Vocalium.

LXXVIII. Quæ major Vocalium pars, tribus Scrutatoribus quartum addere poteſt, ſi velit.

Quomodo facienda hæc Quarti Scrutatoris Electio?

Quid pro Poloniæ Provincia ſancitum?

LXXIX. Ubi tres duntaxat Vocales ſunt, iidem Scrutatores ſunt, & Electores.

LXXX. De electionis ſecreto.

Quam neceſſarium ſit, & quare?

LXXXI. Quandonam ex Schedulis ſignatis aliqua nota, qua dignoſci poſſit eligentis nomen, irrita reddatur electio?

LXXXII. Quandonam Schedulæ comburendæ ſint?

LXXXIII. Quid agendum de Schedulis, quas *conditionales*, *alternativas*, & *incertas* vocant?

LXXXIV. Quid de Schedulis albis?

Ipſas tanquam renunciationes voci habendas decernit Generale Capitulum Valentinum.

LXXXV. Cujus Decreto moderamen aliquod apponendum, cenſet *Fontana*.

Idem de alio Decreto putat *Paſſerinus*.

Utriuſque eruditi Viri opinio diligenter expenditur, nec probatur.

LXXXVI. Quid Scrutatores agere debeant, & poſſint?

LXXXVII. Habita Suffragiorum collatione, ſi nullus a majori parte reperiatur electus, quoties opus fuerit, toties repetendum erit Scrutinium.

Quæ pars major ultra medietatem cenſeatur?

LXXXVIII. Duplex eſt Suffragiorum collatio.

Quænam ſubſtantialis ſit?

LXXXIX. Quandonam, & quomodo fiat Scrutinii publicatio?

XC. Scrutinio completo, non licet appellare a publicatione Scrutinii.

XCI. Publicato Scrutinio, Capitulum, unius ore, Prælatum eligit.

Quænam ſit forma Decreti hujuſce ſolemnis Electionis?

XCII. Quis

XCII. Quis hoc Decretum promere debeat?

XCIII. Hoc Electionis Decretum eſt ipſamet ſolemnis Electio, quæ ſi omittatur, nominatus in Scrutinio confirmari non poteſt.

XCIV. Quid dicendum ſi dilata fuerit?

Prudens *Panormitani* conſilium.

XCV. Quid agendum, ſi forma in aliqua notabili parte ſervata non fuerit?

XCVI. Quo ſenſu Electio nonnunquam dicatur ipſo jure nulla?

XCVII. Quandonam, & cur conficiatur electionis inſtrumentum, quod Scrutinium vocant?

Utrum in ſe ſpectatum de ſubſtantia electionis ſit?

XCVIII. In ipſo deſcribenda totius electionis ſeries.

XCIX. Electionis Decreto formato, nullus ad aliam Electionem procedere, vel aliud Decretum formare poteſt.

C. Hoc tamen non obſtat, quominus, juſtis de cauſis, illi quorum intereſt poſſint ad Confirmaturem appellare.

Cui Confirmatori mittenda dubia, Proteſtationes, & id genus cetera, ſi quæ fuerint circa Vocales &c.

CI. Quandonam fieri debeant illæ Proteſtationes, ſeu conteſtatæ denunciationes?

CII. Proteſtationes ſimul cum Scrutinio obſignatæ mittuntur Confirmatori.

CIII. Ex hoc ſatis authenticæ cenſentur.

Scrutinium per Tabellarios mitti debet.

CIV. Ex qua cauſa locum habeat devolutio, inter Auctores non convenit.

CV. Ex communiori ſententia jus eligendi non devolvitur niſi in caſibus a jure expreſſis.

CVI. Hinc triplex devolutionis cauſa: Tempus: Forma: Materia.

CVII. In Ordine Prædicatorum, ſi Electores intra menſem nec eligunt, nec poſtulant, Electio devolvitur ad Provincialem.

CVIII. Si *canonice* aliquem elegerint, & reſcindatur Electio, alter menſis ad electionem incipit a die, quo de prædicta reſciſſione Conventui conſtat.

CIX. Id fuſius explicatur, hac de re ſiquidem multi ſæpius errant.

CX. Si *canonice* non elegerint, quia peccarunt Electores contra formam, a Concilio Lateranenſi ſtatutam, poterit Confirmator Electores jura Suffragii privare, & tunc electionis jus ad ipſum devolvetur ob non ſervatam formam illam.

CXI. Formularium, quod ad calcem Conſtitutionum legere eſt, plerumque viros graviſſimos in errorem ducit.

CXII. Tertia devolutionis cauſa eſt, ſi eligatur indignus.

Quomodo id intelligendum?

CXIII. Electus in Ordine Prædicatorum nihil juris, vi electionis, acquirit.

Nec Provincialis confirmat electionem ex jure Electi, ſed ex eligentium jure:

Si ei viſum fuerit.

Quomodo id intelligendum?

CXIV. Provincialis Electiones Priorum confirmat, adhibito Patrum conſilio.

CXV. Qui, re mature diſcuſſa, mentem ſuam per ſecreta ſuffragia produnt.

Cur ita ſe gerant?

CXVI. Electiones ex triplici genere cauſæ reſcindi poſſunt.

Quænam ſint?

CXVII. Quandonam Confirmator defectus Electionis ſupplere cenſeatur?

CXVIII. Electores, ſi ſe gravatos ſentiant, poſſunt intra decem dies extrajudicialiter ad Generalem Magiſtrum provocare.

CXIX. Electi conſenſus neceſſarius, ut cenſeatur Prælatus.

CXX. Provinciales Indiarum, licet munere ſuo fungantur, tenentur tamen Electionis acta ad Generalem Magiſtrum mittere.

CXXI. Speciales quædam de variis electionibus difficultates ex Apoſtolicæ Sedis Oraculis ſolvuntur.

CXXII. In Electione Generalis Magiſtri Scrutatores ſunt tres antiquiores Provinciales.

Hac de re Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum adverſatur Gloſſa.

Ideo emendanda.

CXXIII. Ex his tribus Scrutatoribus antiquior Electionis Decretum format.

CXXIV. Electores Generalis Magiſtri tres ſunt ex unaquaque Provincia.

Quinam ſint illi, & eſſe poſſint?

CXXV. Quinam ſint Electores Provincialis?

Vicarii, qui, mortuis, vel amotis Provincialibus, a Magiſtro Generali, vel Capitulo Generali, mittuntur, activam duntaxat vocem habent.

Nec tamen ut aliquis Provincialis eligi poſſit, requiritur, ut ſit ejuſdem Provinciæ filius: vel in eadem Provincia ſit aſſignatus.

CXXVI. Julius II, interſticium annorum octo præſcribens, loquitur duntaxat de Provincialibus, qui per annos quatuor præſunt.

Ubi Provinciales biennales ſunt ſufficit interſticium annorum quatuor.

Uti declaravit S. Congregatio.

CXXVII. Apoſtolicæ Conſtitutiones, quæ ceteras electiones ſpectant, laudantur.

I. ELectionis jus conceſſum fuit Fratribus Ordinis Prædicatorum ab ipſomet Honorio III, qui Ordinem confirmavit, Conſt. I, data 22 Decembris 1216 == Religioſam == Tom.I pag.2: ſic enim F. Dominicum ibidem alloquitur: ,, Obeunte vero ,, te, nunc ejuſdem loci (Conventus Toloſani) Prio- ,, re, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, ,, qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, præ- ,, ponatur, niſi quem Fratres, communi conſenſu, ,, vel Fratrum pars major, & ſanioris conſilii, ſecun- ,, dum Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint ,, eligendum ,,. Ejuſdem ferme tenoris eſt Honorii III Conſt. VII == Religioſam == Tom.I pag.6, pro Monaſterio Prulii data.

II. Honorius conſentientes habet Succeſſores ſuos, Innocentium IV Conſt. CXXXII == Licet olim == Tom.I pag.161: Alexandrum IV Conſt.CCV == Religioſam == Tom.I pag.361: Conſtitut.CCXCVII == Virtute conſpicuos == Tom.I pag.405: & Conſtitutione CCXCVIII == Religioſam == Tom.I pag.409: B. Gregorium X Conſtitutionibus XX, & XXXVI == Religioſam == Tom.I pag.518, & 529: S. Pium V Conſt. CXVIII == Licet contingente == Tom.V pag.281: ceteroſque paſſim, & in primis in Bullis incipientibus == Virtute conſpicuos == & in aliis quarum initium == Religioſam vitam == Quibus, brevitatis ergo, prætermiſſis, verba duntaxat referam, quibus Clemens IV Conſt. LIX, data 6 Februarii 1267 == Affectu ſincero == Tom.I pag.481, Monialibus ipſis jus electionis aſſertum voluit. Scribens enim Generali Magiſtro, & Provincialibus Ordinis Prædicatorum, ut Monialium curam ſuſciperent, ſic ipſos alloquitur: ,, Inſtituatis autem nihilominus,

,, & deſtituatis Monaſteriorum hujuſmodi Prioriſſas,
,, ac circa eaſdem Prioriſſas, & Moniales, ſeu Soro-
,, res, ac Monaſteria prædicta, Converſos, & fami-
,, liares, in ipſis Monaſteriis continue degentes, mu-
,, teris, & ordinetis, prout ſecundum Deum vide-
,, ritis expedire. Electio tamen Prioriſſarum dicta-
,, rum libere ad Conventus Monaſteriorum pertineat
,, prædictorum, quarum confirmatio ad te, fili Ma-
,, giſter, ubique, & ad ſingulos veſtrum, filii Prio-
,, res, in ſua Provincia, vel ad eos, quibus id com-
,, miſeritis, præcipue pertinebit.

III. De modo, qui pro Canonicis Electionibus præ-
ſcriptus fuit, varias habes in hoc Bullario Conſtitu-
tiones Apoſtolicas: Leonis X Conſt.XXIX = Expo-
ſuit = Tom.IV pag.316: Clementis VII Conſtit. V
= Dudum, ſicut = Tom.IV pag.430: Ejuſdem
Clementis VII Conſt.LXXVIII = Pro Paſtorali =
Tom.IV pag.494: Pauli III Conſt. XXX = Quia
Nos = Tom.IV pag.562; Ejuſdem Pauli III Con-
ſtit.XXXIX = Ex parte tua = Tom.IV pag.569: &
Conſt.XLV = Cum ſicut = Tom.IV pag.574. Ele-
ctiones Canonicas in Ordine noſtro fieri debere per
vota ſecreta, mediis ſchedulis, liquet ex S. Pii V
Conſt. CXXXIII = Nos Alexander = Tom.VII
pag.181. Id tamen intelligendum non eſſe de Superio-
ris inſtitutione quæ fit ,, quando aliquis Superior Re-
,, gularis ex facultate, ſibi in vim ſtatutorum Reli-
,, gionis conceſſa, velit inſtituere in aliquo Conventu
,, al quem Superiorem ,,: Conſtat ex Clementis VIII
Conſt. CXXX = Quæritur = Tom.VII pag.226: ubi
Decretum habes a S. Congregatione Concilii hac de re
latum. De electione Provincialis Provinciæ Bæticæ
conſulenda Pauli V Conſt. C = Exponi Nobis =
Tom.V pag.717. Pro Provincia S. Jacobi de Mexico
vide Gregorii XV Conſt. XVII = In ſupremo =
Tom.VI pag.22. Pro Provincia S. Catharinæ Quiten.
legenda Urbani VIII Conſt.XXV = In ſuprema =
Tom.VI pag.49. Pro Provincia Peruana conſulenda
ejuſdem Urbani VIII Conſt.XXXV = Alias Nobis =
Tom.VI pag.58. De electionibus Priorum Provinciæ
Regni Neapolitani vide Clementis VIII Conſtitutio-
nem CXXXIV = Licet = Tom.VII pag.228. De li-
bertate electionis Canonicæ videas Decretum S. Con-
gregationis Concilii Tom.VII pag.270.

IV. Notandum, quod Electio definiri poteſt:
,, Determinatio voluntatis alicujus Collegii Eccle-
,, ſiaſtici ad perſonam idoneam, quæ vel in Prælatum,
,, vel in Rectorem, vel ad aliquod Beneficium Eccle-
,, ſiaſticum eligitur, producta in actum per formam
,, debitam, & numerum competentem, a Superiore
,, tamen confirmanda ,,. Quibus verbis explicatur
electionis natura, tum ex parte eligentium, & electi,
tum ex parte electionis formæ, ſive naturalis, quæ in
libero conſenſu ſita eſt, ſive Canonicæ, quæ ſcilicet
a Sacris Canonibus conſtituta fuit. Electio enim
Canonica dicitur ex eo quod in electione ſervatur for-
ma, quam Sacri Canones præſcripſerunt.

V. Hinc multifariam dividitur Electio, quia jura,
vel communia, vel particularia, diverſas aſſignarunt
electionum formas. Celebris eſt diviſio, quæ habetur
Capite = *Quia propter* = De Electione: ex quo tri-
plex deducitur electionis modus, vel per Scrutinium,
vel per compromiſſum, vel per communem inſpiratio-
nem. Inter Auctores non convenit, an electionis duplex
ille modus, qui vel per compromiſſum, vel per com-
munem inſpirationem fiebat, a S. Synodo Tridenti-
na reſciſſus fuerit? Adeas *Paſſerinum* de Electione Ca-
nonica Cap.I Quæſt.IV, & V; pag.7 &c., ac Cap.IX
pag.125 &c. ubi Quæſtionem illam erudite tractat.

VI. Quod ſpectat Fratrum Prædicatorum fami-
liam, certum eſt, quod electio Canonica nunc in Or-
dine noſtro fieri debet per Scrutinium. Id ex Conſti-
tutionibus noſtris conſtat. Licet enim Diſt II Cap.II
Textu I juxta Canonem = *Quia propter* = legatur,
electiones Priorum Conventualium fieri debere, *vel
per Scrutinium, vel per compromiſſionem, vel per com-
munem inſpirationem*: ibidem tamen Lit.C. pag.183
declaratur ,, hanc antiquam eligendi formam, per
,, Concilium Tridentinum jam abolitam fuiſſe: & in
,, omni Canonica noſtri Ordinis electione, ſervan-
,, dum eſſe Decretum S. Concili Tridentini Seſſ.25
de Regularibus ,,. Relatis Concilii verbis, additur
ex Actis Capituli Bononienſis 1564, electiones vel
per compromiſſum, vel per communem inſpirationem
factas, irritas prorſus eſſe: & ex Decreto Capituli
Generalis Romæ 1571 Denunciatione 6, quam Sanctus
Pius V ratam habuit, cavetur Ibidem, ne Scrutinii
forma, per Schedulas facienda, immutetur inpoſte-
rum. Ne autem quis putet, id de omnibus electioni-
bus intelligendum eſſe, ſubditur: ,, Declarantes ta-
,, men Scrutinia, quæ fiunt ſuper retentione, vel
,, abſolutione Priorum, more hactenus conſueto fa-
,, cienda eſſe. Socii etiam Prioris Provincialis euntis
,, ad Capitulum Generale, ſive Socii Definitoris Ca-
,, pituli Generalis, eodem modo a Definitoribus Ca-
,, pituli Provincialis eligantur, ac deſignentur, ſicut
,, antea conſuevit fieri. In receptione quoque Novi-
,, ciorum ad habitum, ſive ad Profeſſionem, & in præ-
,, ſtando conſenſu in contractibus, qui circa tempo-
,, ralia negotia fieri ſolent, nihil innovatum cenſea-
,, tur: ut fuit ordinatum Bononiæ 1554: quia iſta qua-
,, tuor, vel quinque relata, per electionem canoni-
,, cam non fiunt: atque ideo, nec in Decreto Con-
,, cilii, quod tantum de electione Canonica procedit,
,, comprehenduntur ,,. Quomodo id intelligendum
ſit, poſtea dicetur. Vide *Paſſerinum* de Electione Ca-
nonica Cap.17 Quæſt.1 Num.3 pag.205: & Cap.37
pag.551 &c. Adeas etiam *Petrum Martyrem Feſtum
Urceanum* in Summario Conſtit. Parte 3 Cap.23.

VII. Electio dicitur *Determinatio voluntatis*, quia
libertas ita neceſſaria eſt ad Electionem Canonicam,
ut ceſſet Electio ſi tollatur libertas. Caput = *Dile-
ctiſſimi* = 8. Quæſt.2. Caput = *Cum terra* = De
Electione. Caput = *Ubi periculum* = De Electione
in Sexto: & Gloſſa in Caput = *Quiſquis* = De Ele-
ctione.

VIII. Quærunt Auctores, utrum libertas adima-
tur, & electio ſit ipſo jure nulla, ſi coarctentur Ele-
ctores, ad aliquem eligendum, quem Superior pro-
poſuerit, ceteris excluſis. Quæſtionem erudite tra-
ctans *Paſſerinus* de Electione Canonica Cap.2, con-
cludit Num.32 pag.13 ,, nunquam licere Superiori-
,, bus proponere certas, & determinatas perſonas cum
,, excluſione aliorum, & quod in hujuſmodi præce-
,, pto, per quod mandant Electoribus, ut unum ex
,, propoſitis eligant, excluſis aliis, fit Injuria, &
,, aliis, ſi ſint digni, & Electoribus, quorum liber-
,, tas reſtringitur. Et nihilominus in hoc caſu electio
,, alterius digni eſt valida, & confirmanda: electio
,, vero unius ex propoſitis non eſt ex ipſo jure nulla,
,, quia nedum poteſt eſſe non coarctata, Electoribus li-
,, bere prorſus illum eligentibus; ſed, etiam ſi ſit coar-
,, ctata, adhuc eſt ſimpliciter libera, licet ſecundum
,, quid involuntaria: & ideo ſolum eſt caſſanda ad in-
,, ſtantiam majoris partis Electorum.

IX. Si, juſtis de cauſis, Superior tres, aut qua-
tuor, ceteris non excluſis, eligendos proponeret;
minus appoſite diceretur, quod Electores coarctave-
rit.

Digitized by Google

rit. Hæc enim propoſitio, ſi juſtis de cauſis facta fuerit, potius eſt directio libertatis quam coarctatio. Ad Superiorem autem pertinet, libertatem Subditorum dirigere in his præſertim quæ ſpectant bonum commune, quod in primis ex electionibus digniorum pendet.

X. Quandonam propoſitio illa licita ſit in Ordine Fratrum Prædicatorum, legitur in Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis Diſt. II Cap. II Textu IV Lit. N. pag.190: *Item declaramus, propter Decretum Concilii Tridentini &c.* Tria hic docet Conſtitutio: Primum, quod Provinciales, & alii Superiores, nullum, niſi ſpecialis neceſſitas fuerit, eligendum proponere debent Electoribus; Secundum, quod ſi neceſſitas adſit, tres ſaltem pro ſingulis electionibus proponere debent: Tertium, quod hæc propoſitio nunquam fieri debet cum excluſione ceterorum; vult enim, quod ſi Electores„ aliquem dignum, quamvis non de propoſitis,
„ elegerint, eam tamen electionem Confirmator Di-
„ vini judicii memor, niſi juſta ſubſiſtat cauſa, con-
„ firmare non differat.

XI. In variis illis Apoſtolicis Conſtitutionibus, quas in boc Bullario lector paſſim reperiet datas pro Generalibus Magiſtris Ordinem viſitaturis, major ipſis aſſeritur facultas: ſic enim unumquemque illorum
„ Summus Pontifex alloquitur: „ In Provinciis... &
„ Congregationibus, ſeu Vicariis, quæ tibi non ſa-
„ tis reformatæ videbuntur, cum fuerit Prioris Pro-
„ vincialis, ſeu Vicarii facienda electio, Tu tres,
„ aut quatuor probatæ vitæ Fratres dicti Ordinis ele-
„ ctoribus, qui unum ex iis pro ſuæ Provinciæ refor-
„ matione eligant in Provincialem, vel Vicarium,
„ proponere, & electoribus ipſis neminem ex iis, qui
„ a te propoſiti fuerint, eligentibus, illico caſſata
„ eorum electione, aliquem virum probatæ religio-
„ nis ex ejuſdem, vel alterius reformatæ Provinciæ,
„ gremio duntaxat, noſtra ſimiliter auctoritate, in le-
„ gitimum Provinciæ, vel Congregationis, aut Vica-
„ riæ bujuſmodi, Provincialem, ſeu Vicarium, abſque
„ aliqua electione creare, & inſtituere, ac quod illi
„ quos ex aliis Provinciis ad Provincias, & Vicarias
„ deſolatas, vel etiam laxioris vitæ mittendos duxe-
„ ris, ſtatim vocem habeant tam activam, quam paſ-
„ ſivam.... libere, & licite valeas. „ Ex Innocen-
„ tii XI Conſt.XII, data 8 Martii 1680 == Cum,
„ ſicut == Tom.VI pag.355.

XII. In nonnullis aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ſupra laudatis, mentio fit coarctationis ad certum genus perſonarum, ſeu nationum, quæ alternatim debeut in quibuſdam Provinciis eligi. Id, illarum Provinciarum rogatu, conſtitutum fuit, ut paci conſuleretur. Nec ex boc adimitur libertas, cum volenti non fiat injuria, & quilibet poſſit juri ſuo renunciare. Caput == *Tuis* == De Regulis. Caput == *Ad Apoſtolitam* == De Privilegiis. „ Ideo, ſi
„ partes, habentes intereſſe, conveniant, inquit *Paſſerinus* de Electione Canonica Cap.II Num.LXI pag.17: „ Capitulum Generale, & Generalis babens
„ facultatem condendi leges perpetuas, ſicuti babet
„ Generalis Ord. Præd., poteſt hujuſmodi alternati-
„ vas ſtatuere: & Capitula Generalia in Ordine Præ-
„ dicatorum hujuſmodi alternativas ſtatuerunt, vel de
„ partium conſenſu, ut Romæ 1601 in alternativa pro
„ Provincia Aragoniæ, vel auctoritate Apoſtolica, ut
„ Pariſiis 1611 in alternativa pro Provincia Hiſpaniæ.
Ubi lex illa viget, ſervanda eſt. Sin minus, electio vel nulla erit, ſi lex Decretum habeat irritans, vel reſcindenda erit ad inſtantiam partis, quia, vi legis illius, electio facta cenſetur contra juſtitiam. Nec omittendum, quod *Paſſerinus* addit ibidem Num. 64:
„ Quantum vero ad alternativas nationum hoc expe-
„ rientia demonſtravit, quod juvant ad conciliandam
„ pacem pro brevi tempore, & præſtant beneficium
„ temporale; ſed ſecum ferunt damnum irreparabile,
„ & perpetuum, ut ſæpiſſime minus idonei, cum in-
„ dicibili damno Religionum, præſint. Ideo omnes
„ alternativas tollere, optimum eſſet. De *Alternativa* vide Declarationem XXXVI Capituli Romani *1656*.

XIII. Facultas, quam nonnunquam Generalis Magiſter dat, aliquem eligendi, qui alioquin eligi non poſſet, coarctatio dici nequit: tantum enim abeſt, ut facultas illa læſio ſit libertatis electorum, ut potius eorundem libertatis extenſio dicenda ſit.

XIV. Quærit *Paſſerinus* ibidem a Num.*65* ad *96* pag.18 &c. utrum coarctetur, & vitietur electio, ſi Superior aliquem privet voce paſſiva, id eſt, ipſum excludat ab eligendorum numero? Qua de re fuſius differit, ac erudite. Paucis reſpondendum videtur, quod vel illa privatio vocis paſſivæ manifeſte juſta eſt; vel manifeſte injuſta; vel dubia? Si manifeſte juſta ſit, non eſt contraria libertati, ſed electores juſte obligat ad non eligendum illum, qui juſte voce privatus eſt. Si manifeſte ſit injuſta, non coarctat electionem, quia electores privationem illam contemnere poſſunt. Si dubia ſit, præſumi debet juſta, nec repugnat electionis libertati, quia nullum aliud præſefert incitamentum, ſeu motivum, quam virtutis, & honeſtatis.

XV. Quandonam in Ordine Fratrum Prædicatorum privatio vocis paſſivæ ſit manifeſte injuſta, habetur ex ejuſdem Ordinis Conſtitutionibus Diſt. II Cap.II Textu V Lit.P. pag.192 &c. ex Prologo Textu IV pag.9: & Textu V pag.10. Adeas *Paſſerinum* loco laudato Num.71 &c. pag.19, & 20, & Cap.III Num.6 &c. Ea inter, quæ docent ibi Conſtitutiones, duo ſunt, quæ ſi præ oculis habeantur, variæ difficultates circa privationes vocis, tum paſſivæ, tum activæ (ſic vocant jus ſuffragii) nullo negotio ſolvi poterunt. Primum eſt, quod, illo excepto, quem aperte conſtat, aliquid commiſiſſe per quod re vera manifeſtum ſit, ipſum ipſo facto incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ, nullus debet excludi a quacunque electione, prætextu alicujus criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce privatus. *Diſt.II Cap.II Textu V Lit.P.* Secundum eſt, quod infra menſem, qui datur Vocalibus ad eligendum, & incipit a die notitiæ carentiæ Prioris, nullus privari poteſt voce, vel paſſiva, vel activa, niſi ob cauſas in Capitulo de graviori culpa contentas. *Conſt. Diſt.II Cap.XVI Textu IV*.

XVI. Quidam, quos *Paſſerinus* merito redarguit, non diſtinguentes privationem vocis a mutationibus Vocalium, quæ fiunt per aſſignationes, & revocationes, arbitrantur, quod ſicut ex Decreto Clementis VIII (cujus mentio fit in Conſtitutionibus noſtris loco mox laudato Lit.C. pag.332, & Diſt.II Cap.II Textu VII Lit.Q. pag.198) mutationes iſtæ vocalium fieri non poſſunt per duos alios menſes, qui præcedunt electionis menſem, qui incipit a die notitiæ carentiæ Prioris, ita nec aliquis voce privari poteſt per idem tempus. Sed notandum, quod Clemens VIII loquitur duntaxat de mutationibus Vocalium, quæ fiunt per aſſignationes, & revocationes &c. non autem de privatione vocis. Nec dici poteſt, quod unum ex alio ſequatur propter identitatem rationis; nam longe diſpar eſt ratio: aſſignatio quippe datur, via facti, propria voluntate, nulla reddita ratione: verum privatio vocis, fit via juris: adeſt culpa, probatur, citatur reus, auditur, damnatur.

XVII. Qua-

XVII. Quapropter licet ex Decreto Clementis VIII mutationes Vocalium per aſſignationes, vel revocationes, fieri nequeant duobus illis menſibus, qui præcedunt electionis menſem; privatio tamen vocis fieri poteſt uſque dum menſis electionis incipiat: incipit autem a die qua habetur notitia carentiæ Prioris. Quo menſe incæpto, nullus voce privari poteſt, niſi propter delictum, pro quo pœna graviori puniendus eſſet. Quod ſpectat electionem Provincialis ,, mutationes Fratrum, privationes vocum, abſolutiones Priorum, a tempore notitiæ carentiæ Provincialis in aliqua Provincia, uſque ad notitiam confirmationis ejuſdem, fieri non poſſunt, niſi in caſibus in Conſtitutionibus contentis ,,. Conſt. Diſt.II Cap.III Textu VII Lit.G pag.214. Vide Textum pag.213. Idem dicendum, cenſet *Paſſerinus* loco laudato Cap.III Num.16 pag.25., de electione Magiſtri Generalis, ita quod, Ordine non habente Generalem, Provinciales, Definitores, & Electores, voce privari non poſſint, niſi propter caſus pro quibus graviori culpa puniendi eſſent; ,, & ſic, inquit, eſt univerſale in Ordine Prædicatorum, ut, inſtante electione, nimirum in tempore electionis, quod currit a termino officii Prælatorum priorum, ad novi Prælati electionem, & confirmationem, ab eo non poſſunt fieri privationes vocum, & abſolutiones officiorum, niſi in caſibus contentis in capite de Graviori Culpa; vel niſi reſpectu Fratrum non habentium tunc jus ad vocem in illa electione; quæ inſtat.

XVIII. Ut electionum libertati conſuleretur, lege mox laudata cautum eſt, ne fierent aſſignationes, vel remotiones intra bimeſtre præcedens electionis menſem. Conſt. Diſt.II Cap.XVI Textu IV pag.332 & ibidem Lit.C. Eadem de cauſa ſancitum Pariſiis anno 1611, ut aſſignationes Vocalium non ſint doloſæ, & fictitiæ, ſed ad illos tantum pertineat electio, qui re vera, & bona fide in illo Conventu, in quo habenda eſt electio, aſſignati ſunt. Adeas *Paſſerinum* ibidem Cap.III Quæſt.III a Num.50 ad 79 pag.30 &c., & Cap.XXXVI Quæſt.III Num.27 pag 545. Conſtitutiones loco mox laudato caſus excipiunt in quibus aſſignationes, ac remotiones per id tempus fieri poſſunt. Ceteros recenſet *Paſſerinus* ibidem Quæſtione IV a Num.80 ad 106.

XIX. De Vicario electionis, qui mitti poteſt, vel ad extrinſecus electionem dirigendam duntaxat, ita quod vocem non habeat; vel ad dirigendam electionem, & habendam vocem (activam tamen duntaxat) in caſu magnæ diſſenſionis eligentium, vel in caſu, quo Conventus non habeat aliquem, qui ſciat, & poſſit electionem dirigere, vide Conſtitutiones Diſt.II Cap.II Textu I Lit.D. pag.185: & Auctores, quos excipit *Paſſerinus* ibidem Quæſt.II a Num.39 ad 47 pag.28 &c.

XX. His prætermiſſis, ſi quærat aliquis, quandonam mutationes Vocalium, factæ contra legis præſcriptum, irritam in Ordine Fratrum Prædicatorum reddant electionem? Reſpondeo, quod, ſi per aſſignationem Vocalium numerus augeatur injuſte, vel conſtat, electum habuiſſe ſufficientem numerum ſuffragiorum, non computatis, ſeu detractis, ſuffragiis illorum, qui injuſte ſunt aſſignati, & tunc electio non eſt irritanda, ſed eſt valida juxta Regulam: *utile per inutile non vitiatur*: vel conſtat, electionem factam fuiſſe vi votorum, quæ per aſſignationes injuſte ſunt addita, & tunc electio irrita eſt, ac nulla ipſo jure, cum careat ſufficienti ſuffragiorum numero. Si vero per remotiones numerus Vocalium minuatur injuſte, tunc, vel ceteri Vocales, quantum eſt ex ſe, nullum excludunt, nullum contemnunt, ſed omnes, qui jus habent, vocant, & per ipſos non obſtat, quominus ipſemet etiam a Superiore injuſte remotus admittatur, ſaltem cum proteſtatione: & tunc valida eſt electio, nec irritari debet: ceteri ſiquidem Vocales uſi ſunt jure ſuo, & excluſus a Superiore, ab iſto duntaxat, non a Vocalibus injuriam paſſus eſt: vel excluſus a Superiore, fuit etiam ab electoribus excluſus, & contemptus, cum nec illum vocaverint, cum poſſent, & tenerentur, nec ipſum admittere voluerint, ſaltem cum proteſtatione: & tunc electio debet irritari, ad inſtantiam tamen ſolius Vocalis, qui contemptus fuit: qui ſi tempore debito non reclamet, cenſetur, electionem ratam habuiſſe, nec amplius irritari poterit electio. Hinc electoribus auctor eſt *Paſſerinus*, ut neminem unquam excludant, ſed ipſos etiam, quorum jus dubium eſt, admittant cum proteſtatione. Sic ſecuram reddent, inquit, electionem, & penes Confirmatorem erit judicare de ſuffragiis illis dubiis. *Paſſerinus* ibidem Quæſtione V Num.106 &c. pag.40.

XXI. Nec contrarium docet eruditus Auctor Capite XIV Quæſt.VII Num.34 &c. pag. 190 &c. ubi probat, quod, *in præjudicium ligitime poſſidentium, nullus ex jure dubio debet immitti in poſſeſſionem, vel in dubia poſſeſſione manuteneri*. Nam ut ibidem notat Num.46: ,, limitanda eſt concluſio, ut non procedat in illis qualitatibus, ſi quæ ſint neceſſariæ in electione, quæ præſumuntur, niſi contrarium probetur. Hinc eſt quod ratione delicti dubii, aut pœnæ dubiæ, nullus excludendus eſt a voce activa ,,. Quod ut manifeſtius ſit, duplicem diſtinguit inhabilitatem. Alia eſt enim ſubſtantialis; cum ſcilicet deeſt conditio quam jura requirunt tanquam de ſubſtantia ad hoc ut aliquis ſit elector. Sic, exempli gratia, requiritur in Ordine noſtro quod ſit Sacerdos, & vota ſolemnia nuncupaverit. Alia eſt inhabilitas pœnalis quæ provenit ex delicto. In hoc igitur altero loco mox laudato id unum docet *Paſſerinus* quod, ſi dubium ſit de inhabilitate ſubſtantiali, Capitulum non tenetur admittere Vocalem ſic dubium. Nec poterit ille ſic dubius agere de contemptu; quia, ut inquit idem Auctor: ,, non eſt contemptus, ubi non eſt injuria, nec injuſtitia, nec neceſſitas admittendi aliquem ad electionem: contemptus enim injuriam & injuſtitiam importat.........& agere de contemptu eſt agere pro ſatisfactione injuriæ receptæ, & paſſæ injuſtitiæ ,,. In caſu autem de quo agitur, Capitulum nulli facit injuriam, ſed utitur jure ſuo. Ex quo infert *Num*.50, quod, licet elector, modo prædicto dubius, qui nec probat habilitatem ſuam, nec eſt in quaſi poſſeſſione ferendi ſuffragii, probaret apud Confirmatorem, ſe vere jus habuiſſe ſuffragii, nullatenus reſcindenda foret electio: ſed habendus eſſet velut extraneus qui non potuiſſet adeſſe electioni. Rationem aſſignat ,, quia, inquit: ,, in ejus admiſſione aderat periculum gravis præjudicii electionis legitimæ, & nullus habet jus, ut ex dubia proprietate immittatur in poſſeſſionem in præjudicium legitime poſſidentium ,,. Quod utique intelligendum de inhabilitate ſubſtantiali, non autem de pœnali, uti nemo non videt.

XXII. Quinam ſint in Ordine Prædicatorum judices vocum, ſeu ſuffragiorum; quidve poſſint, habetur in Conſt. Diſt.II Cap.V Textu II Lit.A pag.230: & in Actis Capitul. General. apud *Paſſerinum* Capit.XIV Quæſt.IX, & X Num.63 &c. pag.194 &c. Ad ſubmovendas autem fraudes in his, quæ ſpectant Aſſignationes, ſequens Ordinatio lata fuit in Capitu-

lo Ge-

lo Generall Romæ 1694. Sexta eſt pro Regimine.
,, Ordinamus ad majorem explicationem eorum quæ
,, in Gloſſa Conſtitutionum Diſt.II Cap.XIV Textu VI
,, Lit.K dicuntur, & ad ſubmovendas omnes fraudes
,, in electionibus, & in aliis Conventuum actibus,
,, quod Fratrum aſſignationes publice coram commu-
,, nitate tam in Conventu a quo, quam in Conventu
,, ad quem legantur, alias enim nullum ſortiantur ef-
,, fectum. Inhibentes Superioribus Conventuum ſub
,, pœna ſuſpenſionis ab Officio, ne eas retinere, aut
,, ſuſpendere præſumant, &, ſicut fuit ordinatum in
,, præcedenti Capitulo Ordinatione VII, eas quam pri-
,, mum receperint, legere faciant, nec ultra viginti
,, quatuor horarum ſpatium protrahere poſſint ,,. Or-
dinatione vero Duodecima ſic ibidem legitur: ,, Or-
,, dinamus, ut qui aſſignati fuerint in aliquo Conven-
,, tu, nec aſſignationi paruerint, puniantur privatione
,, vocis activæ, & paſſivæ, ſtudii, gradus, & officio-
,, rum. Statuentes conformiter ad Ordinationem No-
,, nam Capituli Generalis Bononiæ celebrati 1410, ut
,, poſt notitiam aſſignationis Fratres ſaltem infra octo
,, dies iter arripiant verſus Conventum ſuæ aſſigna-
,, tionis, niſi aliter in ipſis literis diſpoſitum fuerit.

XXIII. Si Vocalium numerus augeatur injuſte per aſſignationes; ut dignoſci poſſit, utrum electus habuerit ſufficientem numerum ſuffragiorum, vota illa, quæ fuerunt injuſte ſuperaddita, ſubtrahi, ſeu deduci debent a toto numero Vocalium: ideſt, tot duntaxat Vocales, pro electione de qua agitur, numerari debent, quot reperiuntur, illis deductis quorum ſuffragia fuerunt injuſte ſuperaddita. Hoc numero Vocalium ſic poſito, videndum, utrum electus habeat ſuffragiorum numerum, qui requiritur ad electionem.

XXIV. Alio modo fieri deberet illa deductio ſuffragiorum, ſi contingeret quod aliquis ex Vocalibus fuiſſet vi coactus ad ſuffragium alicui dandum: tunc enim non ipſe Numerus Vocalium deberet minui, ſed ſuffragia coacta deberent deduci, ſeu ſubtrahi a numero duntaxat ſuffragiorum, quæ data reperirentur electo: ac expendendum eſſet, utrum, deductis, ſeu non numeratis, ſuffragiis illis coactis, attento toto numero Vocalium, numerus adeſſet ad electionem neceſſarius? Cur autem in primo caſu ipſemet eligentium numerus minui debeat, non autem in ſecundo, ideo eſt, quia in ſecundo caſu omnes jus habent ad electionem, non autem in primo.

XXV. Ut id manifeſtius fiat, ſciendum, quod vis tollit electorum libertatem, & electionem nullam reddit ac irritam. Caput = *Cum terra* = De Electione: Caput = *Ubi periculum* = eodem titulo in Sexto.

XXVI. Ipſemet etiam metus gravis, cadens in virum conſtantem, vitiat electionem, quia jura plenitudinem libertatis ad electionem requirunt. Gloſſa in Caput = *Bonæ* = De electione. Verbo: *Metuebant*: Quod intelligendum de metu gravi, cadente in conſtantem virum, qui injuſte incutitur ad extorquenda Vocalium ſuffragia. Nec ſufficit, quod metus ille gravis uni, vel alteri, Vocalium incutiatur injuſte: nam, ſi Vocales, ut ſupponitur, metum non incutiant, jus, quod ipſis ad electionem debetur non amittunt ex eo quod uni, vel alteri, metus incutiatur injuſte. Quapropter ſi ſufficiens Vocalium numerus aliquem elegerit libere, electio valet: alias quiſque Vocalium, metus ſimulatione, poſſet electionem conturbare. Quod ut vitetur incommodum, Confirmator caute ſe gerat, oportet: & attendere debet, quod cum ſuffragia ſecreto dentur, libera cenſentur, niſi contrarium luce meridiana clarius probetur. Quod ſi fiat, quid agendum ſit, habetur ex dictis.

XXVII. Vis, & metus, electiones vitiare poſſent ſi quis electiones faciendas curaret per extraneorum favores. Quid hac de re ſancitum ſit, dictum fuit Titulo II Quæſtione VIII. Hic unum addam quod legitur Capite = *Quiſquis* = 43 de Electione: ,, Quiſ-
,, quis electioni de ſe factæ per Secularis poteſtatis ab-
,, uſum conſentire præſumpſerit contra canonicam li-
,, bertatem, & electionis commodo careat, & ineli-
,, gibilis fiat, nec ſine diſpenſatione ad aliquam va-
,, leat eligi dignitatem. Qui vero electionem hujuſ-
,, modi, quam, ipſo jure irritam eſſe, cenſemus,
,, præſumpſerint celebrare, ab officiis, & beneficiis,
,, penitus ſuſpendantur per triennium, eligendi tunc
,, poteſtate privati ,,. Adeas *Paſſerinum* de Electione Canonica Cap.8 pag.123 &c. De electione Simoniaca diſſerit idem Auctor Cap.7 pag.73 &c.

XXVIII. Quandonam electio coacta cenſeatur *per inductiones, tractatus, & ſubornationes Vocalium* ex eodem Auctore diſcere poteris ibidem Capite 5 a pag.47 ad 63. Hic ego brevitati ſtudens, duo duntaxat referam: unum quod legitur in Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.II Textu VII Lit.Q pag.199: ,, Va-
,, lentiæ 1596 prohibetur, ne de electione peragenda
,, aliquis tractare audeat (niſi ante diem unam natu-
,, ralem electionis) per ſe, vel per alios, verbo,
,, aut ſcripto, ſub pœna gravioris culpæ; ſive is vo-
,, cem habeat in electione, ſive non. Et Prælati ta-
,, lem pœnam tranſgreſſoribus infligere tenentur. Et
,, in Capite = Sciant cuncti = de Electione Lib.6
,, habetur ſummarie Decretum hoc: Sciant cuncti,
,, qui eos, ad quos ſpectat electio, pro eo quod rogati
,, vel inducti, eum pro quo rogabantur, vel induce-
,, bantur, eligere noluerunt, ſpoliant, vel injuſte
,, perſequuntur: ipſo facto ſententiam excommu-
,, nicationis incurrunt. Quod in Capitulo Bono-
,, nienſi 1615 fuit ad memoriam revocatum ,,. Aliud habetur in Clementis VIII Conſtit.LXIX, data 25 Julii 1599 = Nullus omnino = Tom.V pag.557 Numero 22: Hæc Decreti verba: ,, Ut omnis officiorum
,, ambitus occaſio præcludatur, caveant omnes a di-
,, recta, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum, pro-
,, curatione, tam pro ſe ipſis, quam pro aliis, tum
,, in Capitulis locorum, tum in ceteris, præſertim
,, Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu
,, alibi. Quicunque ſecus fecerint, præter alias pœ-
,, nas, & cenſuras, hactenus contra hujuſmodi am-
,, bientes inflictas, quas in ſuo robore permanere vo-
,, lumus, in pœnam privationis officiorum, quæ obti-
,, nent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcunque
,, pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſ-
,, penſari a nemine poſſit, niſi a Nobis, vel Succeſſori-
,, bus noſtris, & pro qualitate culparum gravius
,, etiam plectantur. Porro ſupradictas omnes pœnas
,, ad complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non reve-
,, lantes extendimus. Vide Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu VII Lit.Q pag.197.

XXIX. Electio dicitur *determinatio voluntatis alicujus Collegii Eccleſiaſtici &c.* Id eſt multitudinis plurium, ordinatæ ſub uno Capite, & ſecundum certas leges ſimul collectæ. *Silveſter*,. Verbo: *Collegium*. In Ordine Fratrum Prædicatorum Conventus, tres vocales habens, poteſt eligere Priorem, ut auctoritate Apoſtolica declaratum fuit in Capitulo Romæ 1601 Ex *Conſt. Ord. Præd.* Diſt.II Cap.II Textu VI Lit.O pag.195. *Si autem tot* (id eſt tres) *non reperiantur* (Vocales) *tunc devolvitur electio ad Provinciales*, Ibidem. Advertant tamen Vocales quod ſi tres ſint duntaxat, valide non poſſunt eligere niſi abſentem: quia qui præſens eſt, in Ordine noſtro duo vota, vel unum

unum cum dimidio, ſupra medietatem eligentium, habeat oportet. *Camillus* apud *Paſſerinum* de Electione Canonica Cap.X Quæſt.I Num.6 pag.138. Ceterum, licet tres requirantur Vocales, ut jus electionis Conventui competat, jus tamen illud in uno ſolo quandoque ſervari poteſt. Hinc, exempli gratia, ſi, tribus exiſtentibus, duo voci cedant, tertius eligere poterit, ſi velit. Anno 1664 die 21 Auguſti S. Congregatio Regularium confirmavit electionem Conventus noſtri Ripani, a Provinciali reſciſſam. Tres erant Vocales, Unus renunciaverat voci. Duo duntaxat elegerant. Et quidem valide. Jus enim Collegii fartum tectum ſervare poterant. In Capitulo Generali Valentiæ 1696 celebrato ſancitum fuerat, ut Conventibus, *qui Vocales quinque ad minus non haberent*, denegaretur Electionis jus. Sed hoc Decretum reſciſſum fuit a Clemente VIII, uti videre eſt ex ipſius Conſtit. CXXXIV, data 29 Aprilis 1601 == *Licet* == Tom.VII pag.228.

XXX. Vocales illi quaſdam conditiones habeant, oportet, ut electio valida ſit. Prima eſt, ut elector ſit ſui compos, ſeu libero rationis uſu præditus, cum actualiter eligit. Hinc omnis actualiter amens eſt inhabilis ad eligendum, ſive furioſus dicatur, ſive mente captus. *Leg.2 Ubi Baldus. C. de Curat. furioſi. Gloſſa ibid. Verbo: Extra mentem.* Idem, proportione ſervata, dicendum de ebriis, & Dæmoniacis. Dum enim actu privantur uſu rationis, eligere non poſſunt, quia electio eſt actus liber, qui liberum eligentis conſenſum exigit. Infirmi autem, ſenes, cæci, ſurdi &c. cum libere de eligendo deliberare valeant, eligere poſſunt. *Paſſerinus* de Electione Canonica Cap.X pag.138.

XXXI. Secunda conditio: Clericatus. *Cap. == Nullus == Diſt.LXIII Caput == Oſius == 2 &c. == Sacroſancta == 51 de Elect.* In Ordine noſtro Converſi ab electionibus ſunt excluſi. Id jure communi nititur. Caput == *Ex eo* == 32 de Electione in Sexto. Qui ſi admiſſi fuerint ad habitum Clericalem, jus tamen ſuffragii non habebant in electionibus Canonicis, niſi poſt duodecim annos a talis habitus ſuſceptione. Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu VI Lit.O. pag.195.

XXXII. Tertia conditio: Sit de Collegio. *Caput == Ex eo == De Electione in Sexto.* Quod in Ordine noſtro adeo verum eſt, ut elector non ſolum debet eſſe bona fide aſſignatus in Conventu ubi fit electio, ſed ſi ſit ibi aſſignatus, & alteri Conventui præſit, jus ſuffragii ferendi non habet in Conventu ſuæ aſſignationis. *Conſt. Ord. Præd.* Diſt. II Cap. II Textu VII Lit. Q. pag.197. Generalis Magiſter, & Provinciales jus electionis non habent, quia ad ipſos ſpectat electionis confirmatio, & in caſu devolutionis Priores inſtituunt. Fratres Eccleſiaſtica Beneficia conſecuti, nec ferendi, nec accipiendi Suffragii jus habent, *quia diſciplinæ, & juriſdictioni Prælatorum* (Ordinis) *non ſubſunt*. Sixtus IV in Conſt.CIII == Habilitavimus == Tom.III pag.561; & Conſt.CXXIV == Sacri Prædicatorum == Tom.III pag.579. Fratres extra Conventus ordinarie degentes non cenſentur ibidem aſſignati ad jus ſuffragii in electionibus habendum. Vide Conſt. Ordinis Prædicatorum Diſt.II Cap.II Textu VI Lit.O.pag.195. De Fratribus, qui ex aliena Provincia veniunt, conſulendæ Conſtitutiones ibidem Lit.P. pag.196.

XXXIII. Quarta conditio: Sit præſens. Id diſertis verbis in Conſtitutionibus noſtris ſancitum Diſt.II Cap.II Textu VII. Gloſſa eandem Conſtitutionem exponens Lit.Q. pag.197, notat „ quod licet ſecundum jura, illi, qui ſunt abſentes poſſint inſtituere Procuratorem ad eligendum..... tamen in Ordine noſtro, in quacunque electione non poſſunt Electores, abſentes, per literas, aut per Procuratorem eligere: ſed oportet, quod ipſi perſonaliter, & præſentialiter in loco electionis exiſtant, niſi in eodem Conventu eſſent infirmi decumbentes; quia tunc Scrutatores debent ad eos accedere „. Nulla circa hoc difficultas.

XXXIV. Addit, quod inſtante *Electione Prioris, vel tractatu de Socio faciendo*, Electores, intra diætam degentes, vocandi ſunt. *Debent*, inquit, *Præſidentes Conventuum ad eos nuncium mittere*. Præſidens hic intelligitur ille, ad quem ſpectat convocatio Capituli Electionis. Quis iſte ſit, habes in Conſtitutionibus Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.179; & Ibid. Lit.D. pag.185. Vocandi ſunt omnes, qui jus habent ad eligendum, ſi ſint intra diætam: id eſt, ut ibidem exponit Gloſſa, *ſi nuncius ad eos pedeſter per unam diem commode poſſit accedere*. Et ex hoc habes modum, quo vocandi ſunt abſentes; Nuncius mittendus eſt, qui certiores ipſos faciat de electione, tali die facienda, vocantur enim abſentes non ſolum, ut ſciant mortem Prælati, ſed etiam, ut ſciant electionis diem, & non poſſint agere de contemptu. Quapropter, ſi quis præſens eſſet tempore mortis Prioris, ſed incerta adhuc, & non determinata electionis die, receſſiſſet, vocandus eſſet, ſi degeret intra diætam. Secus dicendum, de illo, qui recederet ſciens locum, & tempus ad electionem determinata; certioratus enim non debet certiorari. Caput == *Eum, qui certus* == *De Regulis Juris in Sexto*. De his, qui malitioſe ſe occultant, vel impediunt, ne vocari poſſint, ut electionem protrahant, vel impediant, *Capite == Quoniam frequenter* == decernitur, quod non poſſunt agere de contemptu. Hinc in Conſtitutionibus noſtris loco laudato dicitur de abſentibus: „ Quod ſi noluerint, vel non potuerint, venire, vel in loco ubi veriſimiliter putabantur debere eſſe, facta diligenti inquiſitione, inventi non fuerint: poterunt Electores præſentes, poſtquam hoc eis legitime conſtiterit, in eorum abſentia, canonice ad electionem procedere „: ut enim notat *Caſtellinus* de Electione Canonica Cap.VIII, præſens generaliter cenſetur omnis, qui, ſi vult, poteſt intereſſe electioni, nec in tali caſu, alio modo vocandus eſt, quam vocantur præſentes. Adeas *Paſſerinum* de Electione Canonica Capite XI Quæſt.VII pag.160. Vocandi non ſunt, qui jus non habent ad electionem. Si jus dubium ſit, vocandi ſunt, & admittendi, cum proteſtatione tamen. *Paſſerinus* Ibidem Quæſt.VIII pag.163. Qui voci renunciavit, & poſtea pœnitet, ac, ſe Suffragium ferre velle, ſufficienter ſignificat, vocandus eſt, & admittendus; ſin minus agere poteſt de contemptu. *Paſſerinus* Ibidem Quæſt.IX pag.1 4 &c.

XXXV. In Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.179 legitur, *quod vocatis, & expectatis abſentibus, debent Vocales ad locum Electionis per ſonum Campanulæ convocari*. Abſentes enim vocantur, ut intereſſe poſſint, & ideo debent expectari uſque ad terminum præfixum: ultra quem Electores, qui præſentes ſunt, alios abſentes expectare non tenentur in rigore juris: Electio ſiquidem pertinet ad eos duntaxat, qui debent, volunt, & poſſunt commode intra terminum præfixum, electioni intereſſe, uti docent communiter Doctores ad Caput == *Quia propter* == 42 de Electione: ubi notant, quod *commodum*, cujus hic ſermo, non eſt abſentis *commodum*, ſed *Eccleſiæ*, id eſt Conventus, qui eligit. Vide Conſtitutiones noſtras Diſt.II Cap.II Textu VII pag.196. Ibi diſertis, ac perſpicuis verbis ſancitum, quod „ Ele-

„ Electio . . . . . tam Priorum Provincialium, quam „ Conventualium, ad illos tantum pertineat Electo„ res, qui perſonaliter præſentes in electione extite„ rint: ſicut fit in electione Magiſtri Ordinis „. Notandum, quod Conſtitutiones noſtræ loquuntur de *perſonaliter* præſentibus *in electione*: id eſt in loco loci, ſeu conclavi, electionis, & decernunt, quod electio ad illos duntaxat pertinet. De infirmis, aut juſte impeditis, in eodem Conventu exiſtentibus, alibi dictum fuit.

XXXVI. Ex quibus habes, quid agere poſſint electores, ſi abſentes vocati, tempore præfixo non veniant: „ certiſſimum eſt in hoc Ordine, inquit *Paſſerinus* loco laudato Quæſt.XI Num.106 pag.168 „ quod „ electio ad ſolos venientes pertinet; quicunque, & „ quanticunque illi ſint: nullo jure reclamandi reli„ cto iis, qui vocati fuerunt, & non venerunt „. Si veniant, incæpta quidem, ſed nondum finita, electione, admittendi ſunt ad ea, quæ nondum acta, ſed agenda ſunt. Cap. = *Eccleſia* = 57 de Electione.

XXXVII. Si, congregatis Electoribus, minor pars recedat, cenſetur voci renunciare, & habenda eſt ac ſi non veniſſet, quia in jure pro eodem accipitur, non venire tempore debito, & non perſeverare uſque in finem. Caput I de Jud., & Caput = *Certum* = 11 Quæſt.III apud *Paſſerinum* loco laudato Num.92 Quid in caſu appellationis agendum ſit, docet ibidem Num.95.

XXXVIII. Si major pars ſit illa quæ recedit, diſtinguendum videtur: vel enim terminus ultimus, ad eligendum præfixus, ſic inſtat, ut ultra terminum illum electio fieri nequeat, & ad Superiorem devolvatur: & tunc minor pars, quæ, ceteris recedentibus, perſeverat, quæcunque tandem ſit, valide eligere poteſt, ut jura Collegii ſervet: vel non inſtat ultimus ille terminus, & tunc major pars jus habet recedendi, ſi velit, & minor pars nihil agere poteſt. Quæ ſi eligit, electio nulla eſt. „ Dum non inſtat ultimum tempus „ ad eligendum, inquit *Paſſerinus* ibidem Num.107 pag.168: „ poteſt major pars nolle ad electionem pro„ cedere, & a Capitulo recedere. Et immo hujus Or„ dinis lex eſt, ut, cum vocati convenerint, Electo„ res prius interrogentur a Præſidente, an eis placeat „ tempus, & locus ad eligendum (*Gloſſa Conſtit.* „ *Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.179*) Et majore „ parte non approbante locum, vel tempus, ad ulte„ riora non proceditur. Unde certum eſt, quod ſi „ major pars, antequam approbetur tempus, recedit „ a loco electionis, minor non poteſt ad electionem „ procedere: ſed . . . . etiamſi major pars approbaverit „ locum, & horam, ante electionem poteſt revocare „ ſuum conſenſum, &, ſeu quia ſibi non placeat, „ vel locus, vel tempus, ſive ex alia cauſa, ab ele„ ctione recedere: nec poterit minor pars, etiamſi „ jam cœperint Scrutatores recipere Schedulas, ad „ electionem procedere, majore parte contradicente, „ & recedente, & Schedulas ſuas nolente reddere.

XXXIX. Additur in Conſtitutionibus noſtris loco laudato: „ quod determinatis jam hora, & loco ele„ ctionis, præſentibus ad ſonum Campanæ Vocali„ bus, debet in Capitulo a Præſidente electionis fie„ ri proteſtatio, quod non intendit admittere ali„ quem de jure non admittendum, nec excludere „ non excludendum „. Id jure ſtatutum; ſacri ſiquidem Canones decernunt, quod ad electionis Capitulum pertineant omnes, qui debent, volunt, & commode poſſunt intereſſe, ceteri vero tanquam extranei habeantur. Caput = *Cum Nobis* = 16, & Caput = *Quia propter* = 42 de Electione. Quod adeo verum eſt, ut abſentium vota, qui contempti ſunt, quia non fuerunt vocati, cum poſſent, & deberent vocari, in numero Suffragiorum totius Capituli computanda ſint in hoc ſenſu, quod major pars votorum neceſſaria ad hoc, ut aliquis ſit electus, ſumenda ſit etiam reſpectu illorum, qui contempti ſunt: Id eſt, pars debet eſſe major reſpective ad totum illum numerum, qui integratur ex ſuffragiis illorum, qui vel præſentes fuerunt, vel abſentes quidem, ſed contempti. Ex quo colligitur, inquit *Paſſerinus* loco laudato Quæſt.XII Num.113 pag.169: „ quod ad validitatem electionis, „ ut non ſit ipſo jure nulla, neceſſe eſt ad minus, ut „ nedum vocetur, ſed congregetur, & actu præſens „ ſit illa pars major, quæ eſt neceſſaria juxta leges, „ vel conſuetudinem, ut electus, quis evadat „. Quod intelligas velim juxta ſuperius explicata. Nec omittendum, quod in hoc caſu electio eſſet *ipſo jure nulla*, non quidem ratione *contemptus*, uti mox dicetur, ſed quia tunc non adeſſet major Vocalium pars, quæ eſt de electionis ſubſtantia.

XL. Quod electio, ratione contemptus, non ſit ipſo facto nulla, liquet ex Capite = *Quod ſicut* = 28 de Electione; ex quo habetur, quod, licet qui contemptus eſt poſſit agere de contemptu, & ad ejus inſtantiam reſcindenda ſit electio, poteſt tamen, ſi velit, electionem ratam habere. Quam ſi ratam habeat, electio reſcindi non poteſt. Ex quo ſequitur, quod ille ſolus, qui contemptus eſt, poteſt agere, & inſtare pro electionis reſciſſione: Qui ſi taceat, nec ullus alius de Capitulo poteſt agere, nec ipſe Judex ex officio poteſt ea de cauſa electionem reſcindere. Immo contemptus ipſe, ſi velit agere, inſtet, oportet, tempore debito, ſcilicet ante Electi confirmationem: ſin minus, non auditur. *Cap. Final. de Electione in Sexto.* Addit *Paſſerinus* ibidem Num.125: „ quod ratione „ contemptus non devolvitur electio ad Superiorem, „ ſed pertinet ad eoſdem Electores, accedentibus iis, „ qui prius fuerunt contempti.

XLI. Nota, quod ubi conſtat, electionis Præſidem, bona fide, abſentes vocaſſe, & feciſſe, quod in ſe erat, ut citatio ad abſentem perveniret, ſi non pervenit, non poteſt abſens agere de contemptu. Ad probandum autem, quod aliquis vocatus eſt, ſufficit dictum Nuncii jurati: eique affirmanti, ſe aliquem vocaſſe, credendum eſt. *Paſſerinus* ibidem Quæſt.XIII Num.127 &c. ex Gloſſa ad Caput = *Quod ſicut* = 28 de Electione.

XLII. Circa Quartam conditionem quædam notanda ſuperſunt ex Pontificiis Conſtitutionibus. Innocentius XII Conſt.XI = Chriſtifidelium = Tom.VI pag.407, inhibet, ne abſentium vota, vel Protectoria, vel cujuslibet alterius, vel etiam ipſarum Cardinalium Congregationum, auctoritate ſuppleantur, vel alii Vocales eorundem abſentium loco, ſeu vice, ſubrogentur. Id apprime conſonum Decreto S. Concilii Tridentini Seſs.25 de Regul. Cap.VI: „ Nec „ in poſterum liceat Provinciales, aut Abbates, Prio„ res, aut alios quoſcunque Titulares ad effectum „ electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuf„ fragia abſentium ſupplere.

XLIII. De Electoribus Provinciarum Indiarum conſulendæ Pauli III Conſt.CIV = Cum ſicut = Tom.IV pag.649: Gregorii XV Conſt.XVII = In ſupremo = Tom.VI pag.22: Urbani VIII Conſtitut.LXXIII = Exponi Nobis = Tom.VI pag.94: Clementis XI Conſtit.XLII = Nuper pro parte = Tom.VI pag.488: & Conſt.LIV = Alias pro parte = Tom.VI pag.496: Clementis XII Conſtit.XXI = Injunctæ = Tom.VI pag.734: & Conſt.XXIX = Exponi Nobis = Tom.VI pag.743.

XLIV. Urbanus VIII Conſt.XLVI == Ut ea == Tom.VI psg.68 cavet, ne Socii Priorum Conventualium io Comitiis Provincialibus Hiſpaniæ Provinciæ jus habeant ferendi ſuffragii.

XLV. Jus illud cuilibet Priori Cœnobiorum Provinciæ Lombardiæ aſſerit idem Urbanus VIII Conſtit.LXXXIV == Exponi Nobis == Tom.VI pag.103.

XLVI. Pro Congregatione Sanitatis, & Provincia Regni, conſulenda Innocentii X Conſtit.XVIII == Ad ea quæ == Tom.VI pag.163.

XLVII. Ne Fratres aliarum Provinciarum, ſtudiorum cauſa, Bononiam miſſi, jus ſuffragii ferendi babeant in electionibus, sc id genns ceteris, cavet Gregorius XIII Conſt.CXXXV == Relatum eſt Nobis == Tom.V pag.427.

XLVIII. Ex Clementis IX Conſt.LVII == Cnm in Ordine == Tom.VII pag.328, Provinciales, quorum officium non eſt expletnm ante obitum Generalis Magiſtri, jus babent ſuffragii ferendi in Comitiis Generalibus. Vide Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum Diſt.II Cap.IV Textn III Lit. B. & C. pag. 222, & 223.

XLIX. Quomodo omnes, qnorum intereſt, certiores fieri debeant de Comitiis Generalibus celebrandis, diſces ex Decreto S. Congregationis addito ad Alexandri VII Conſtitutionem LXVII == Sacra Congregatio == Tom.VII pag.321.

L. Ex Decreto S. Congregationis quod legere eſt Tom.VII pag.276 Nnm.XXXVII, in eodem Monaſterio duæ duntaxat Sorores germanæ gaudere poſſunt voce activa, & paſſiva, ſeu jure ſuffragii.

LI. Quinta conditio: Ordo Saecr. Vide Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu VI Lit.O pag.194. Quæ ibidem ſancita ſunt, Gregorius XV refert, & firmat Conſtitnt.XVI == Exponi Nobis == Tom.VI pag.22: ubi decernit, quod Fratres in ſacro Presbyteratus Ordine conſtituti, ſi a ſex annis vota ſolemnia nnncupaverint, jus babent ſuffragii ferendi in electione Canonica. Excipit tamen Fratres Domus Pariſienſis S. Jacobi. Ibi tam Electores quam Electi, duodecimum Profeſſionis annum expleverint, oportet. Idem pro Monialibus ſancitum. Quod etiam tempus pro electoribus Prioris Conventnum de la Puebla, & Mexicani, definit idem Gregorius Conſt.XVII == In ſupremo == Tom.VI pag.22. Circa vocem paſſivam, nibil immutatum. In electionibus igitur Canonicis, in Ordine noſtro, nec Fratres, nec Moniales, habent vocem paſſivam niſi anno decimo tertio a Profeſſione inchoato: id eſt duodecimo expleto: & Fratres, exceptis Conventibus Pariſienſi S. Jacobi, de la Puebla, & Mexicano, ſi ſint Sacerdotes, habent vocem activam poſt ſextum annum a Profeſſione. In prædictis autem Conventibus requiritur annus duodecimus expletus, id eſt decimus tertius inchoatus. Quod tempus etiam definitum eſt pro Monialibus. Idem auctoritate Apoſtolica a Reverendiſſimo Patre Generali Magiſtro ſancitum pro Lombardiæ Provincia: nt habetur in Actis Comitiorum ejuſdem Provinciæ 1716, quæ typis prodiere Venetiis: ubi pagina 15, Petitiones inter, hæc nnmero Quarta:

,, Plagarum ſuarum conſcia Provincia, audito
,, PP. M. M. ad cauſas graviores deſignatorum voto
,, ſuper paterna excitatione nobis facta in memoratis
,, literis Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis ad
,, præſens Capitulum datis onmero primo circa pro-
,, poſitionem remedii magis apti ad turbationes in ele-
,, ctionibns vitandas, atque electiones ipſas eximen-
,, das a periculo relaxationis obſervantiæ regularis,
,, cui frequeoter exponere juvenum ſuffragantium
,, vota, experientia docet; reverenter poſtulamus
,, juxta præfatorum PP. votum, ut Reverendiſſimus
,, apud Sanctiſſimum viriliter agat pro obſervantia
,, legis latæ olim auctoritate Apoſtolica in Capitulo
,, Generali Valentino 1596, & confirmatæ in Neapo-
,, litano 1600, & Romano 1601, qua ſtatuitur, ut
,, nullus ſcilicet haberet in poſterum vocem tam acti-
,, vam, quam paſſivam in ulla electione Canonica,
,, niſi poſt expletos duodecim annos a ſua profeſſione,
,, quam legem ſpeciatim pro Provincia utrinſque
,, Lombardiæ mandavit inviolabiliter obſervandam,
,, facto verbo cum Sanctiſſimo fel. rec. Papa Clemen-
,, te VIII, Illnſtriſſimus Cardinalis Alexandrinus
,, Ordinis Protector in ſuis Ordinationibus pro hac
,, Provincia editis 1597, 15 Aprilis, Ordinatione
,, prima.

Hujus tamen Legis Generalem diſpoſitionem ju-
,, dicavimus, dignis de cauſis, limitandam exceptio-
,, ne poſitiva Lectorum, qui actualiter legunt, &
,, Prædicatornm annualium, qui actualiter prædi-
,, cant in iis Conventibus, in quibus pro Lectionibus,
,, & Concionibus aſſignati inveniuntur. Ita quod Le-
,, ctores, & Prædicatores ſic excepti valeant poſt
,, ſextum Profeſſionis annum completnm in præfatis
,, Conventibus dumtaxat votum libere, & licite ferre
,, in Electionibus ſive Prioris Conventualis, ſive
,, Socii ejuſdem Prioris euntis ad Capitulum Provin-
,, ciale. Quam exceptionem extendi volumus etiam
,, ad Sacerdotes qnoſcunque (qui alias ceteras habent
,, Legis conditiones) in iis Conventibus, in quibus
,, numerus ſufficiens pro electione ex his, qui duode-
,, cimum compleverunt Profeſſionis annum, non in-
,, veniretur. Volumus enim in hoc caſu totidem aſſu-
,, mi poſſe ad ferendum votum ex aliis, qui ſextum
,, Profeſſionis annum compleverint, quot neceſſarii
,, fuerint ad complendum numerum quinarium pro
,, electione; Hoc enim putamus, ſervata proportio-
,, ne, conforme iis, quæ in Conſtitutionibus noſtris
,, Diſt.II par.VI in Gloſſ. ad Lit.O diſponuntur.

Confirmatio bujus petitionis die 8 Jnnii 1726.

,, Circa quartam petitionem, viſis, & mature
,, conſideratis diſpoſitionibus Capitulorum Genera-
,, lium, necnon momentis, quibns innititur dicta
,, petitio, eandem de verbo ad verbum, SS.D.N. Be-
,, nedicto XIII de iiſdem ſatis inſtructo, conſideran-
,, dam expoſuimus. Et Sanctitas Sua per ſuum Re-
,, ſcriptum ſub die quinta currentis Junii Nobis com-
,, miſit, ut illam, etiam auctoritate Apoſtolica, con-
,, firmaremus. Quare, tenore præſentium, noſtri-
,, que Officii, & Apoſtolica auctoritate Nobis com-
,, miſſa, ut ſupra, præfatam diſpoſitionem confir-
,, mantes: Mandamus, & Ordinamus, ut de cetero
,, in tota Provincia nullus voce activa, & paſſiva gau-
,, dere poſſit in Electione Canonica, necnon in ele-
,, ctione Sociorum Prioris euntis ad Capitulum Pro-
,, vinciale, niſi poſt expletos duodecim annos a ſua
,, Profeſſione: Exceptis duntaxat Lectoribus actu le-
,, gentibus, & Prædicatoribns actu prædicantibus an-
,, nualibus, dummodo ſex annos a Profeſſione com-
,, pletos habeant, & ſint approbati ad Confeſſiones,
,, ut ſupra. Eandem exceptionem extendimus ad illos
,, Sacerdotes, qui degnnt in parvis Conventibus, ſi
,, forte in iis oon adeſſet nnmerus quinarins pro ele-
,, ctione facienda, declarantes in tali caſu illos eſſe
,, aſſumendos ad complendum dictum numerum, qui
,, antiqniores ſunt in Profeſſione, dummodo tamen ce-
,, teras babeant conditiones pro ferendo ſuffragio....

Datum

„ Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ ſupra
„ Minervam die 8 Junii 1726.

„ F. Thomas Ripoll, Magiſter Ordinis.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ Regiſtrata fol. 9. F. Dominicus Ponſi
„ Magiſter, Exprovincialis, &
„ Socius.

LII. Conditio Sexta: Non ſit excommunicatus. Septima: Non ſuſpenſus. Octava: Non interdictus. Nona. Non irregularis. Vide quæ ſuperius dicta ſunt ex Conſtitutionibus noſtris. Adeas *Paſſerinum* de Electione Canonica Cap.104 Num.64 ad 107. De facultate, ſubditos a cenſuris abſolvendi, dicetur Tit.IV. Nota quod juxta præſcriptum Conſtitutionum noſtrarum Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A pag.180: antequam fiat electio, *ille, qui præeſt, debet ad cautelam generalem abſolutionem facere ab omni cenſura.*

LIII. Conditio Decima: Non ſit probibitus eligere: id eſt conditiones habeat, quæ, vi ſtatutorum cujuſlibet familiæ, ad electionem requiruntur. Quænam ſint in Ordine noſtro, habes ex dictis: nec abs re fuerit, illas paucis hic ob oculos ponere. De ætate, ac Sacerdotio, mox dictum fuit. In Comitiis Generalibus Vocales, vel ſunt Provinciales, vel Definitores, vel Electores, ad hoc legitime electi. In Comitiis Provincialibus vocales ſunt vel Priores Conventuum, vel Socii a quolibet Conventu legitime electi, vel Magiſtri jus habentes ſuffragii, vel Prædicatores Generales, vel Patres Provinciæ. In electione Prioris Conventualis, & Socii euntis ad Capitulum Provinciale, vocales debent eſſe, bona fide, ac ſine fraude aſſignati ante bimeſtre, quod vel vacantiam Prioratus, vel electionem Socii reſpective præcedit: aſſignatio debet ante illud bimeſtre eſſe notificata Conventui, id eſt, Priori, & majori parti Conventus: & aſſignatus debet per illud bimeſtre Conventui interviſſe. Illi autem cenſentur aſſignati bona fide qui ante illud bimeſtre ſunt aſſignati. Conventui autem interviſſe cenſentur, qui de licentia Superioris ex cauſa rationabili degunt extra muros Conventus. Anno quo celebratur Capitulum Provinciale Sabbato ante Dominicam ſecundam poſt Octavam Paſchatis, Fratres, ut ſint Vocales, debent, juxta Provinciarum conſuetudinem, eſſe aſſignati ante Septuageſimam. Excipiuntur Lectores: poſſunt enim aſſignari, etiam inſtante electione. Si plures Lectores ſint, hoc privilegium ſoli primario Lectori competit. Excipiuntur etiam Priores in hoc ſenſu quod ex Conventu, in quo inſtat electio, poſſit ſumi Frater, ut ſit Prior alterius Conventus. Ratione quoque ſcandali poteſt aliquis de uno ad alium Conventum mitti, quamvis inſtet electio. Per hoc tamen illi ſic aſſignato nullum ſuffragii jus aſſeritur; ſed potius aufertur, ut Ordinis famæ conſulatur. Supponitur enim quod electio inſtet in Conventu ex quo Frater ille, ratione ſcandali, pellitur. Excipiuntur inſuper illi quos Provinciale Capitulum aſſignat. Jus enim ſuffragii ſtatim ac in aſſignationis Conventum pervenerint, habent. Illi etiam, qui, expleto Prioratus Officio, vi antiquæ aſſignationis, redeunt ad Conventum ex quo fuerunt aſſumpti, vel ad Conventum cujus ſunt filii, juxta ſtatuta Conſtitutionum, vel ſecundum conſuetudinem Provinciarum, ſtatim vocem habent. Excipitur demum caſus mortis Prioris, aſſignationes enim factæ ante ipſius mortem, jus ad electionem dant, etiamſi factæ fuerint intra bimeſtre ante ejuſdem obitum. De Vicariis electionum dictum fuit ſupra. In Ordine noſtro, nullus, exceptis Regentibus ſtudiorum, Lectoribus (non tamen caſuum conſcientiæ) Magiſtris Studentium, & Supprioribus (in Provinciis Lombardiæ, & Romana Suppriores ſoli excipiuntur) poteſt eodem anno, vel *naturali*, ſi Prior duret per biennium naturale: vel *Eccleſiaſtico*, ſi Prior per biennium Eccleſiaſticum, de Dominica in Dominicam computatum duret, ratione novæ aſſignationis, bis, aut pluries eligere. Immo nec ille qui in uno Conventu voci renunciavit, poteſt eodem anno, vi novæ aſſignationis, alibi eligere. De Fratribus ex una ad aliam Provinciam venientibus dictum fuit ſupra: ubi etiam habes quid in Ordine noſtro ſancitum ſit de his qui degunt extra Ordinem. *Paſſerinus* loco laudato Cap.X a Num.108 ad 125. Alia ex Conditionibus ad electionem Canonicam, in Ordine noſtro requiſita, eſt approbatio ad Confeſſiones excipiendas, de qua conſulendum Bononienſe Capitulum Generale 1725 Declaratione prima. Nec omittendum quod legitur in Actis Capituli Generalis Romæ 1686 Admonitione IV. „ Admonemus præterea RR. PP. Provin-
„ ciales, & Priores, ut omnino invigilent, quod in
„ diverſis Capitulis Generalibus, nempe Mediola-
„ ni 1505, Romæ 1629 determinatum eſt, ne ſcilicet
„ Fratres noſtri ſub habitu ſuo alterius coloris veſtes
„ quam albi, portent, ſub pœna privationis utriuſ-
„ que vocis, eiſdem infligenda „. Ordinatione vero VI ſequentis Capituli Generalis Romæ 1694 hæc habentur: „ Veſtitus...... albi coloris ſint, etiam in-
„ teriores veſtes, eoſque omnes, qui eas alterius co-
„ loris quam albi deferre præſumpſerint, eo ipſo,
„ gradibus, Officiis, voce activa & paſſiva, donec
„ reſipiſcant, privatos dicimus „. Contra eos qui lineis induſiis utuntur vide Ordinationem VI Capituli Generalis Romæ 1694: Ordinationem XII Capituli Generalis Bononienſis 1706; & Ordinationem IX pro obſervantia Regulari Capituli itidem Bononien. 1725.

LIV. Undecima conditio: Non ſit voce privatus. Vide, quæ ſuperius dicta ſunt. Adeas Auctores, quos excipit *Paſſerinus* ibid. a Num.126 ad 140 pag.128 &c. & Cap.XXVIII pag.403 &c.

LV. Duodecima conditio: Non ſit infamis. Quid, & quotuplex ſit infamia, habes ex dictis. Notat *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Parte V Tract.V Quæſt.XX, quod propter infamiam nullus excluditur ab electione niſi poſt judicis ſententiam; qua conſtet, aliquem infamia laborare.

LVI. Hæ ſunt Eligentium conditiones. Quas Eligendi debeant habere, recenſentes Conſtitutiones noſtræ Diſt.II Cap.II Textu V Lit.P. pag.191, declarant in primis: „ Quod electio debet eſſe digni, & idonei
„ viri: & ideo nullus poteſt eligi in Priorem, qui non
„ habet conditiones a Sacris Canonibus requiſitas „.
Hinc non abs re futurum, puto, ſi de conditionibus, quas Sacri Canones exigunt, paucis hic diſſeratur.

LVII. Prima conditio: Sit præditus rationis uſu. Cap. = *Quamvis* = 7 Quæſt.I: & Cap. = *Conſtitutionem* = De Verborum ſignificat. in Sexto. Vide *Paſſerinum* Cap.XXV Quæſt.II pag.255 &c.

LVIII. Secunda conditio: Scientia Cap. = *Illiteratos* = 1 Diſt.XXXVI. Vide Conſtitutiones noſtras loco laudato: ubi cetera inter ſic legitur: „ Qui neſcit
„ competenter proponere verbum Dei, nec eligi po-
„ teſt in Priorem, nec confirmari: quia ſecundum
„ Conſtitutiones videtur ineligibilis.

LIX. Tertia conditio: Fides. Cap. = *Quicunque* = De Hæreticis in ſexto. Hinc in Conſtitutionibus noſtris loco laudato ex Ord.III Cap. Generalis Romæ 1558: „ definitur: ut, qui abjuraverint tan-
„ quam de hæreſi vehementer ſuſpecti, non poſſint a
„ quocunque, etiam Magiſtro Ordinis, reſtitui,

„ aut promoveri, ad quodcunque officium, ſive dignitatem, toto tempore vitæ ſuæ: irritum decernentes quicquid in oppoſitum factum fuerit. Quod etiam confirmatur Bononiæ 1564 Confirm.IX, nulla facta mentione illorum verborum: etiam a Magiſtro Ordinis.

LX. Quarta conditio: Sit ex legitimo Matrimonio natus Cap. = *Cum in cunctis* = 7 = *Innotuit* = 20 de Electione. Vide quæ ſuperius dicta ſunt, & Conſtitutiones noſtras Diſt.II Cap.II Textu IV: ac ibidem Lit.N pag.75: ubi declaratur: „ Quod nullatenus illegitime natus poteſt recipi ad Ordinem ſine licentia Provincialis, vel Magiſtri Ordinis, &, ſi fuerit receptus, non poterit eſſe Supprior, nec Vicarius Prioris in aliquo Conventu, etiam Priore illius Conventus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum. Apud Podium 1344 declaratum fuit, quod illegitime natus non poteſt fieri Prior, nec Supprior, nec Viſitator ſine diſpenſatione. Et, ſi diſpenſatum fuerit, quod poſſit eſſe Prior, non poterit tamen propter hoc eſſe Vicarius Provincialis, aut Provinciæ: nec Definitor Capituli Generalis, niſi in diſpenſatione de prædictis facta fuerit expreſſa mentio. „ In Textu pag.72 habetur etiam quod non poteſt fieri „ Definitor... Capituli... Provincialis: nec Prædicator Generalis; nec Elector Magiſtri Ordinis: abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali „. Vide *Paſſerinum* Cap.XXV Quæſt.XX Num.218. &c. pag.292.

LXI. Quinta conditio: Sit ſanus, & corpore habilis. Cap. = *Non confidat* = 59 Diſt.L. Hinc in Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.II Textu V Lit.P pag.192: „ Nec etiam poſſit eligi, qui non poteſt ſequi Chorum, Dormitorium, Refectorium, & communia, prout decet. „ Quid agendum ſi poſt confirmationem ſuperveniat infirmitas, vide apud *Paſſerinum* ibidem Quæſt.XXVII Num.332, & 333 pag.307.

LXII. Sexta conditio: Sacerdos ſit. Vide quæ ſuperius dicta ſunt: ubi etiam de ſeptima conditione, quæ eſt: *Ætas*. In Conſtitutionibus Sororum Ordinis Prædicatorum Cap.XXIII ex Decreto Sac. Concilii Tridentini Seſſ.XXV de Regular. Cap.VI cavetur: „ Ne in Prioriſſam eligatur quadragenaria minor, & niſi habuerit a profeſſione annos duodecim..... Quod ſi in aliquo Monaſterio non inveniatur perſona tantæ ætatis; in tali caſu, cum conſenſu Superioris eligatur aliqua alia ex Sororibus ejuſdem Monaſterii, dummodo tamen habeat ætatis annos triginta completos, & a Profeſſione annos duodecim pariter completos. „ Ex Decreto Clementis VIII, de quo ſæpius dictum fuit, ætatis annus trigeſimus quintus expletus, & a Profeſſione Decimus, pro Magiſtris Noviciorum requiritur. Nec omittendam quod *Paſſerinus* Cap.XXV Quæſt.XXXIV. Num.438 pag.322 docet his verbis: „ Hodie.... non quidem pro toto Ordine, ſed pro Provinciis Lombardiæ, & Romana, ex Conſt. Cardinalis Alexandrini non poteſt eligi, vel poſtulari, Prior in Conventibus, quibus cura Monialium commiſſa fuit, niſi ſit ætatis 40 annorum expletorum, & ſuſceptionis habitus 20. Et in Conventu, ubi eſt ordinarie lectio Theologiæ, niſi ſit ætatis 35 annorum, & in Ordine 16: & in aliis parvis Conventibus, niſi qui ſit ætatis annorum triginta, & in Religione quindecim. „ Notat, quod in Provincia Poloniæ ex Ordinatione Generalis Rodulphii Prior præcipuorum Conventuum, vel eorum qui curam Monialium habent, annis quadraginta natus ſit, oportet, & addit: „ Nedum autem in aliis Provinciis, & Conventibus, ſed & in hujuſmodi Provinciis, electores, Socii, Definitores, Provinciales, & Generales, eligi poſſunt, qui 28 annum ætatis exceſſerunt, ſi alias 12 annos a profeſſione impleverint.

LXIII. Octava conditio: Nulla ſit excommunicatione ligatus. Cap. = *Poſtulaſtis* = 7 de Clerico excommunicato: & Cap. = *Si celebrat* = ultim. ibid. Nona conditio: Non ſit ſuſpenſus. Cap. = *Cum dilectus* = 8 de Conſuetudine. Decima conditio: Nec interdictus. Undecima conditio: Non irregularis. Duodecima conditio: Non infamis. Vide Canones quos laudat *Paſſerinus* ibidem a Num.444 ad 596 pag.322 &c.

LXIV. Tertiadecima conditio: Non ſit voce paſſiva privatus, nec inhabilis. Vide quæ ſuperius dicta ſunt, ubi probatum fuit, quod, exceptis excommunicatis, nullus in Ordine Prædicatorum, ratione delicti, excludi debet ab electione, niſi ſit per ſententiam voce privatus. Sed nota, quod licet Superior, ex notitia extrajudiciali, non poſſit aliquem privare electione paſſiva: id eſt, non poſſit ex illa dumtaxat notitia præcipere, ut quis non eligatur: extrajudicialis tamen illa notitia Confirmatori ſufficit, ut Electum non confirmet: ſicut etiam ſufficit Electoribus, ut illum excludant ab electione paſſiva, id eſt, illum non eligant. *Paſſerinus* ibidem Num.603 pag.346. De his qui per ſententiam condemnati ſunt, vide Conſt. Ord. Prædic. Diſt.II Cap.II Textu V Lit.P pag.193.

LXV. Decimaquarta conditio: Non ſit ab electione rejectus. Cap. = *Super eo* = 12 de Electione. Vide Conſtitutiones noſtras Diſt.II Cap.II Textu III Lit.L. pag.188, ubi decernitur, quod ſi electione reſciſſa, idem eligitur ſine Provincialis licentia, *poteſtas providendi de Priore ad ipſum Priorem Provincialem devolvatur*. Nec obſtat, quod in Capite = *Super eo* = mox laudato ſancitum ſit, quod electio, reſciſſa vitio electionis, non nocet electo: cum enim in Ordine noſtro procedatur extrajudicialiter, & ex arbitrio viri prudentis electiones vel confirmentur, vel reſcindantur, Provincialis ſoli Superiori cauſam facti reddit: quod ceteros ſpectat, ſufficit, quod dicat, ſe de conſilio graviorum Patrum electionem caſſaſſe. Quapropter neſcitur, utrum, vitio electionis, vel vitio perſonæ, reſciſſa fuerit electio. „ Ideo, inquit *Paſſerinus* ibid. Quæſt.LV Num.643: niſi Provincialis expreſſe dicat, ſe caſſare electionem vitio electionis, vel rehabilitet electum, ut iterum eligatur, non debent Electores eundem eligere.

LXVI. Decimaquinta conditio: Sit de gremio. Vide Conſtitutiones noſtras Diſt. II Cap. II Textu VI Lit.P. pag.196: & Textu V Lit.P. pag.193. Vide infra *Num.CXXV*.

LXVII. Decimaſexta conditio: Non ſit alterius Eccleſiæ Sponſus. Id quamvis de Epiſcopis præcipue dictum ſit: juxta tamen Provinciarum conſuetudines ſic intelligi debet, ut qui præeſt uni Conventui, ab altero non eligatur, ſi Provinciæ legibus adverſetur talis electio.

LXVIII. Decimaſeptima conditio: Eligendus ſit alius ab Electore. Cap. = *In ſcripturis* = 8. Quæſt.XI. Vide Conſtit. noſtras Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.180, & 181.

LXIX. Præter conditiones illas jure communi conſtitutas, in Ordine noſtro ſancitum eſt, ne frater germano fratri ſuccedat in Provincialatus, vel Prioratus officio. Conſt. Diſt. II Cap. II Textu V Lit.P. pag.193. Id in variis Provinciis etiam ſancitum pro illis, qui vel primo, vel ſecundo Conſanguinitatis, aut affini-

affinitatis gradu conjuncti ſunt. Vide Innocentii XII Conſt.L = Exponi Nobis = Tom.VII pag.367.

LXX. Alias pro variis Provinciis leges ſanxerunt Summi Pontifices, videlicet, pro Provincia Bæticæ Clemens VIII Conſt.IV = Munus paſtoralis = Tom.V pag.489: Pro Provincia Regni Urbanus VIII Conſt.LXXXIX = Exponi nobis = Tom.VI pag.108: Pro Provincia S.Jacobi de Mexico Gregorius XV Conſt.XVII = In ſupremo = Tom.VI pag.22: & Urbanus VIII Conſt.XCVIII = Exponi nobis = Tom.VI pag.116: Pro Provincia Poloniæ Urbanus VIII Conſt.XCII = Domini noſtri = Tom.VI pag.112: & Conſt.XCVI = Romanus = Tom.VI pag.114. Pro Provincia Guatimalen., ſeu de Chiapa, Urbanus VIII Conſt.CIII = Oneroſa = Tom.VI pag.122. Pro Provincia Trinacriæ Urbanus VIII Conſt.CXX = In bis = Tom.VI pag.136.

LXXI. Interſtitii lex, quæ non ſervata irritam reddit electionem, uti videre eſt in Conſt. noſtris Diſt.II Cap.II Textu V Lit.P. pag.193, Julium ſecundum habet auctorem. Sed hæc conditio pertinet ad electionis tempus, de quo fuſius differendum. Non abs re tamen fuerit antequam de tempore electionis loquamur, cetera perſequi, quæ materiam iſtam ſpectant.

LXXII. Gloſſa Conſtitutionum Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A.pag.180 ea recenſens, quæ ad electionem canonicam requiruntur: *Quintum eſt*, inquit, *quod debet invocari gratia Spiritus Sancti*. Et ibidem Lit.C. pag.184 ex Capitul. Bononien. 1574, & Roman.1580 Decretis legitur: „ quod in omni electione „ cujuſcunque Prioris, ſive Provincialis, ſive Con„ ventualis, & Priorиſſæ, teneantur omnes vocales, „ præmiſſa, ſi opus habuerint, Sacramentali confeſ„ ſione, Diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſu„ ſcipere ante celebrationem electionis, ſub pœna „ privationis vocis ipſo facto „. Circa quæ notandum, quod licet juxta communiorem Sententiam, hæc non ſiat de ſubſtantia electionis, *Donatus* tamen, *Sylveſter*, *Paſſarellus*, & *Peyrinus* docent: „ electiones „ quibus non fuit præmiſſa invocatio Spiritus Sancti, „ & Electorum communio, eſſe caſſandas, ſi fiat op„ poſitio „. *Paſſerinus* loco laudato Cap.XV Quæſt.I pag.197.

LXXIII. Quid de Comitiorum Provincialium Lombardiæ, & Aragoniæ, electionum Præſide ſanxerit Paulus III, habes ex ejuſdem Conſt.XVII = Cum, ut = Tom.IV pag.550: & Conſt.CV = Cum ſicut = Ibid. pag.650.

LXXIV. De Scrutatoribus conſulendæ Gregorii XV Conſt.XVIII = Si deſidera = Tom.VII pag.262: Urbani VIII Conſt.CXXVI = Quæritur = Tom.VII pag.270: & ejuſdem Urbani Conſt.CXLVIII = Die X Septembris = Tom.VII pag.298. Capite = *Quia propter* = 42 de Electione ſtatuitur: „ ut „ præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & „ poſſunt commode intereſſe, aſſumantur tres de Col„ legio, fide digni, qui ſecrete, & ſigillatim vota „ cunctorum diligenter exquirant „, Id, impoſita nullitatis pœna, præſcribitur. Ex quo liquet, quod aſſumptio Scrutatorum ſit de ſubſtantia formæ electionis.

LXXV. Quinam Scrutatores aſſumi debeant in Ordine Fratrum Prædicatorum, pro qualibet electione decernunt ejuſdem familiæ Conſtitutiones. In electione Prioris, Supprior, aut Vicarius, & duo vocales antiquiores, duo nempe qui, votis ſolemnibus nuncupatis, diutius ſacras Ordinis veſtes, induerunt, Scrutatores ſunt. *Conſt.Diſt.II Cap.II Textu I, & ibid. Lit.E. pag.185*. Iidem Scrutatores habentur in electione Socii. *Conſt.Diſt.II Cap.VII Textu I pag.236: & Cap.III Textu V pag.210*, ubi de Electore Provincialis. In electione Definitorum vel Capituli Generalis, vel Capituli Provincialis, Scrutatores ſunt Provincialis, aut Vicarius Provinciæ, Prior, & Supprior Conventus, in quo celebratur Capitulum: vel ſaltem duo ex ipſis: vel, ſi deſint Prior, & Supprior, duo antiquiores de gremio capituli. *Conſt.Diſt.II Cap.V Textu I, & IV*. In electione Provincialis Scrutatores ſunt tres Priores antiquiores. *Conſt. Diſt.II Cap.III Textu VI*. In electione Magiſtri Ordinis tres Provinciales, qui *primitus Habitum noſtræ Religionis ſuſceperunt*: id eſt, antiquiores. *Conſt. Diſt.II Cap.IV Textu V*.

LXXVI. Quales eſſe debeant Scrutatores illi, lege cautum eſt: „ Declaramus tandem, inquit Gloſſa Conſt.Ord.Præd.Diſt.II Cap.II Textu I lit.E. pag.186, „ quod præfati Scrutatores non debeant eſſe cæci, ne„ que ſurdi: ſed debent eſſe tales, ut videre poſſint „ eligentium vota, viſa ſcribere, & legere, & lecta in „ publicatione ſcrutinii audire „. Ex his ultimis verbis emendandus *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Conſtitutionum &c. Parte III Cap.III pag.236, ubi ſic loquitur: „ crederem tamen modo non debere „ opponi Scrutatoribus ſurditatem, ut opponebatur „ ante Concilium, quia tunc ſcrutinium formabatur „ verbis, nunc autem ſcripto. „ Hinc *Caſtellinus* de electione Canonica Cap.XII Num.2 ſolius impedimenti cæcitatis meminit. Verum non ſolum cæcitas, ſed etiam ſurditas obſtat, quominus aliquis poſſit eſſe Scrutator, ut enim ex Gloſſa Conſtitutionum mox dictum fuit, Scrutatores, & eligentium vota videre; & viſa ſcribere, ac legere, & lecta in publicatione ſcrutinii audire poſſint, oportet. Sin minus, ut optime notat *Paſſerinus* Cap.XVI Quæſtione IX Num.31 pag.203: *tam ipſe* (qui ſurdus eſſet) *quam Capitulum poſſet decipi ab aliis duobus Scrutatoribus publicantibus majorem, vel minorem numerum ſuffragiorum pro aliquo, quam in veritate habuerit*. Quod tamen intelligas velim de cæcitate, vel ſurditate, vel alia infirmitate, aut impedimento tali, quod ex ipſo prorſus impar ſit aliquis iis agendis, quæ de ſubſtantia ſcrutinii ſunt. Nec enim ſenex, quod ſurdaſter ſit, aut vitioſis oculis, ut ſæpius contingit, laboret, ab officio Scrutatoris, arcendus eſt. De ceteris Scrutatorum qualitatibus, Regula generalis eſt, quod qualitas mala, quæ excludit a jure eligendi, ſeu ab exercitio electionis, excludit etiam ab officio Scrutatoris, cum Scrutator eſſe debeat de Collegio eligentium. Quod autem in Capite = *Quia propter* = ſupra laudato dicitur, quod Scrutator fide dignus eſſe debet, id utique verum, ac neceſſarium: ſed hæc qualitas ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur. Probari autem deberet ſaltem coram Electoribus, & Capitulo. Quod Capitulum, ſi talem Scrutatorem admittat, electio nullatenus reſcindi poterit. *Paſſerinus* loco laudato.

LXXVII. In Ordine Prædicatorum ſi quis ex Scrutatoribus a lege conſtitutis officio ſuo fungi non poſſit, alius eligendus eſt a majori parte Vocalium; uti videre eſt in Conſtit. Diſt.II Cap.VII Textu V. Hinc ibidem Lit.E. pag.242 ſic legitur: „ Declara„ mus, quod ſi in Scrutinio faciendo circa abſolutio„ nem, vel retentionem, Prioris Conventualis, vel „ Provincialis, vel circa electionem Electorum „ Prioris Provincialis, vel electionis Prioris Con„ ventualis, vel Socii ejus, aliquis ex prædictis „ Scrutatoribus impedimentum habuerit, vel ſurdi„ tatis, vel cæcitatis, vel alterius infirmitatis, tunc „ ea occaſione..... admittendi ſunt non ille, vel illi, „ qui poſt eos, qui impedimentum habent, antiquio„ res

Google

,, res ſunt: ſed ille, vel illi, quem, vel quos major
,, pars ultra medietatem omnium Vocalium elegerit,
,, qui tamen ſunt ex eorum numero, qui pertinent
,, ad prædictam electionem ,,. Nota, quod hæc Scru-
tatoris electio fit, cum præſens adeſt, & intereſt ele-
ctioni, antiquior ille, qui propter ſurditatem, vel
cæcitatem, aut id genus impedimentum aliud, offi-
cio Scrutatoris fungi nequit. Nam ſi antiquior, vel
abſens eſſet, vel in Conventu degens renunciaſſet
voci ſuæ, tunc habendus eſſet tanquam extraneus
electioni: & in hoc caſu antiquior alius, qui præſens
adeſſet, Scrutator eſſet ſine ulla prævia electione.
Paſſerinus Cap.XVI Quæſt.IV Num.15 pag.199.

LXXVIII. Tribus illis Scrutatoribus, Conventus,
id eſt major Vocalium pars, ſi velit, quartum addere
poteſt. Tunc autem Quarti Scrutatoris electio facien-
da quidem eſt: ſed, ut valida ſit, ſatis eſt, quod fiat
a majori parte comparative ad alios nominatos. Conſt.
Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.180. Nota, quod
ibi Gloſſa Conſtitutionum loquitur de Schedulis, tri-
bus primis Scrutatoribus exhibendis. Sic olim ex præ-
ſcripto Capituli Generalis Bononien. 1564 fiebat hæc
electio Quarti Scrutatoris. Nunc autem ex Declara-
tione XVI Capituli Romani 1629 Quarti Scrutatoris
electio fit per ſuffragia publica. *Camillus Jaſinski*
in Summario &c. Verbo: Electio 1 pag.119 Lit.E.
Provinciam Poloniæ excipiendam monet. Ex Decre-
to ſiquidem Nicolai Rodulphii Generalis Magiſtri
in illa Provincia Quarti Scrutatoris electio fit per vo-
ta ſecreta. Decreti Capituli Generalis 1629, de quo
mox dictum fuit, meminit Capitulum Generale Romæ
celebratum anno 1670 Declaratione IX, cujus hæc
verba: ,, Declaramus in caſu, quo ad electiones Ca-
,, nonicas antiquiores in Ordine, quibus de jure com-
,, petit munus ſcrutandi, ob aliquod impedimentum
,, accedere non poſſint, aut nolint, in locum eorum
,, alios eſſe eligendos per vota publica, eo prorſus
,, modo, quo juxta Decretum Capituli Generalis
,, Romæ 1629 Declaratione XVI Quartus Scrutator
,, eligi debet. At ſi talia vota æqualia fuerint, anti-
,, quiori a Profeſſione in Ordine pro electione ad
,, ſcrutandi officium ſuffragabuntur ,,. Quæ Decla-
ratio confirmata fuit a Capitulo Generali Romæ 1694
Confirmatione Secunda, ubi additur: ,, quod ſi Scru-
,, tator, cui de jure competit ſcrutari, non tantum
,, ſcrutationi, ſed & voci activæ ad electionem re-
,, nunciaverit, tunc antiquior ex Electoribus poſt
,, eum, qui renunciavit voci ſuæ, ex ipſo jure ad
,, ſcrutandum ſuccedat: nam ille, qui voci activæ
,, renunciat, & electioni adeſſe non vult, ipſe pro
,, abſente omnino haberi debet, & eo caſu antiquior
,, ſuccedet ad ſcrutandum.

LXXIX. Tres Scrutatores aſſumendos jubet Caput
== *Quia propter* == de quo dictum fuit. Hinc notes,
velim, quod ſi Vocales ſint minus quam quatuor,
iidem erunt Electores, & Scrutatores.

LXXX. De Secreto, quo Scrutatores tenentur,
conſulendæ Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum
Diſt.II Cap.VII Textu V. De Secreto autem electio-
nis audiendum S. Concilium Tridentinum Seſſ.25 de
Regular. Cap.VI dicens: ,, In electione Superiorum
,, quorumcunque, Abbatum temporalium, & alio-
,, rum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum,
,, atque aliarum Præpoſitarum, quo omnia recte, &
,, ſine ulla fraude fiant, in primis Sancta Synodus
,, diſtricte præcipit, omnes ſupradictos eligi debere
,, per vota ſecreta, ita ut ſingulorum Eligentium
,, nomina nunquam publicentur...... Si vero contra
,, hujus Decreti Conſtitutionem aliquis Electus fue-
,, rit, electio irrita ſit ,,. Hinc, ubi legitur in Con-
ſtitutionibus Ordinis Prædicatorum Diſt. II Cap. II
Textu II: *Publicato autem Scrutinio in medio, & ex-
preſſis nominibus eligentium, & Electorum &c.* Gloſſa
Lit.G. pag.187 notat, quod hæc antiqua Conſtitutio *de
expreſſione nominum eligentium, per Concilium Triden-
tinum* reſciſſa fuit. Et ibidem Textu I Lit.C. pag.183
ex præſcripto Capituli Generalis Bononien. 1564 hæc
habentur: ,, In hujus ergo Decreti.... Concilii exe-
,, cutionem præcipimus univerſis Fratribus noſtris:
,, ut in futuris electionibus infraſcripta forma dein-
,, ceps obſervetur: &, ſi ſecus factæ fuerint (*Nota
,, Decretum irritans*) irritæ prorſus habeantur. Sin-
,, guli Electores in Schedula ſcribant Electi nomen,
,, vel ſcribi faciant: eligentis autem nomen nunquam
,, ſcribatur, nec Scrutatoribus, nec Confirmatori
,, unquam reveletur........ Item Declaramus, in
,, Capitulo Bononienſi (*Barchinonen.*) 1574 Ordi-
,, natione IX ordinatum fuiſſe; ne quis Patrum eli-
,, gentium in quavis electione per Shedulas, audeat,
,, vel præſumat ipſis Schedulis notam aliquam, cha-
,, racterem, vel ſignum quodlibet, & quovis modo,
,, & cujuſvis rationis, unde poſſit nomen, vel per-
,, ſona, eligentis cognoſci, & ad notitiam venire,
,, imprimere, inſcribere, vel alias annectere: pri-
,, vatos ex nunc declarantes utraque voce tam indu-
,, centem ad hoc, quam facientes, ſeu conſentien-
,, tes ,,. Ubi notes velim, quod licet in hac ultima
Capituli Barchinonenſis Ordinatione non adſit De-
cretum irritans, ſupponitur tamen ex præſcripto Ca-
pituli Bononienſis 1564, de quo mox dictum fuit: uti
monet *Paſſerinus* Cap.XVII Quæſtione III Num.23
pag.209.

LXXXI. Hinc, ex eodem Auctore, ſi major Vo-
calium pars eligeret per hujuſmodi Schedulas ſignatas,
electio non ſolum reſcindenda foret, quia facta contra
legem, ſed eſſet ipſo jure nulla. Secus dicendum, ſi
major Vocalium pars culpa careat, tunc enim Sche-
dulæ illæ tanquam nullæ habendæ ſunt: nec numeran-
dæ niſi tanquam Shedulæ albæ, aut inutiles: Hoc mo-
do, qui peccant puniuntur: electio vero reſcindenda
non erit. Nec enim major pars, quæ facti innocens eſt,
pœnas alteri debitas luere debet: alias via fraudibus
ſterneretur. Nec obſtat Decretum S. Synodi Triden-
tinæ: forma enim a Concilio ſtatuta conſiſtit in ele-
ctione Secreta, quæ ſcilicet excludat publicitatem
commiſſam, vel dolo, vel ignorantia, a majori parte
Capituli, vel ab ea permiſſam: non vero publicitatem
commiſſam a minori parte, majori non conſentiente.

LXXXII. Ex Decreto Capituli Bononienſis facta
collatione numeri ad numerum, & nominibus Electo-
rum in ſcripta redactis, Schedulæ coram Capitulo,
ante publicationem Scrutinii comburendæ ſunt. *Con-
ſtit. Ordinis Prædicatorum Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A.
pag.181.* Id autem, uti monet *Paſſerinus* Cap.XVII
Quæſt.IV Num.46 pag.213 ſic intelligi debet, ut
etiam dato, quod ipſa Schedularum combuſtio ſit de
ſubſtantia, *quod* tamen *fiat*, inquit, *ante publicatio-
nem Scrutinii res minima eſt: nec omnia, quæ recenſen-
tur in illa Ordinatione ſunt poſita, ut omnino de ſubſtan-
tia*. Id in primis hac de re curent oportet Vocales, ne,
per ipſos liceat alicui, qui Scrutator non ſit Schedulas
legere: nec Schedulæ comburendæ ſunt antea quam,
Scrutatores, collatione numeri ad numerum facta,
convenerint de ſuffragiis unicuique datis ab Electori-
bus. Si enim hac de re diffideant, ex Schedulis peni-
tius inſpectis inter ipſos conveniet. De Schedulis vi-
tioſis conſulendus Auctor mox laudatus. Cum enim,
uti dictum fuit, jure ſuffragii priventur, qui Sche-
dulis

Google

dulis apponunt aliquod ſignum, quo dignoſci poſſint; ſi quis ex Vocalibus inſtet, Schedulæ illæ ſervandæ erunt a Scrutatoribus, ut conſtet de delicto.

LXXXIII. Alio vitio laborant Schedulæ, quas *conditionales*, *alternativas*, & *incertas* vocant, ut, exempli gratia, ſi quis in Priorem eligat aliquem Sanctum, vel Provincialem, vel Secularem. Nullius valoris ſunt illæ Schedulæ; ideoque nec numerandæ ſunt, ſed habendæ tanquam Schedulæ albæ, ſeu tanquam renunciationes voci, quæ ab eligentium numero detrahi debent. Hinc ſi Vocales eſſent duodecim, & inter Schedulas reperirentur quatuor id genus vitio laborantes, octo duntaxat ſuffragia numeranda forent, & major Vocalium pars quinque ſuffragiis conſtitueretur: ut habetur Capite == *In electionibus* == 2 de Electione in Sexto. ,, In electionibus, & poſtulationibus, ac Scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, ,, vota conditionalia, alternativa, vel incerta, penitus reprobamus. Statuentes, ut (hujuſmodi votis pro non adjectis habitis) ex puris conſenſibus ,, celebretur electio, voce illorum, qui non pure ,, conſenſerint, ea vice in alios reſidente (*recidente*).

LXXXIV. Huc ſpectat Declaratio V Capituli Valentini 1647, ubi decernitur Schedulas albas habendas tanquam renunciationes voci: ,, ac propterea ,, quando fit collatio numeri ad numerum pro habendo exceſſu ſuper medietate eligentium, non debere ,, numerari, ſed ſolum debere haberi rationem Schedularum aliarum; itaut v. g. ſi ſint decem Electores, & poſtea enumeratis Schedulis inveniatur una ,, Schedula alba, numerus denarius ad novenarium ,, reducatur, & ille cenſeatur Electus, ſi ſit abſens, ,, qui ex decem Schedulis, quarum una eſt alba, ,, in quinque Schedulis nominatus fuerit, quia in hoc ,, caſu cenſeri debent eſſe ſolum novem Electores, ,, decimumque ſuæ voci renunciaſſe: numerus autem ,, quinarius eſt major medietate novenarii: & ita ,, quot fuerint Schedulæ albæ, tot ex Electoribus ,, cenſeantur renunciaſſe voci ſuæ, & numerus earum Schedularum non erit connumerandus numero ,, eorum, qui Electores actuales cenſeri debeant, ,, quamvis in Decreto electionis ſervari debeat forma ,, ordinaria, ut ſcilicet numerentur etiam Schedulæ ,, albæ (*velut inutiles*, & *a ſuffragiorum numero exclusæ*) ut Confirmator ſcire poſſit quot ſint, qui Schedulas dederunt, & qualiter in Schedulis datis ,, aliquis nominatus fuerit, vel non fuerit.

LXXXV. Quam declarationem referens *Fontana* de Electionibus Num.11 pag.210, ipſi *neceſſario aliquod apponendum moderamen*, cenſet: *nam*, inquit, *ex illa ſequitur quod aliquis ad ſui electionem poſſit immediate concurrere*. Aliqua etiam *legis diſpoſitione* indigere ordinationem cujus mentio fit in Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A pag.181: *item declaramus* &c. docet *Paſſerinus* Cap.XVIII Quæſt.VII Num.26 pag.219. Ibi decernitur, quod ,, Si quis pro ,, priæ vocis renunciatione medietatem eligentium ,, exceſſerit, in quacunque electione, tam Canonica, quam alia, irrita cenſeatur electio. ,, Et additur: ,, quod qui contra hujus tenorem quempiam ele- ,, ctum confirmaverit: iis pœnis ſubjaceat quæ con- ,, tra confirmantes non legitime electos, ſtatutæ ſunt: ,, ac talis confirmatio nulla ſit, & invalida. ,, Verum cum ſuffragia ſecreto dentur, neſcitur, quis Schedulam albam dederit. Quapropter *hujuſmodi ordinatio*, inquit Paſſerinus *talis eſt, ut quilibet poſſit illudere impune, niſi per aliam ordinationem proviſum fuerit.* Hæc eruditi viri. Sed notes velim primo, quod Ordinationes mox laudatæ jure communi nituntur. Secundo: ne fraudi locus eſſet in electionibus Canonicis, ac ne quis ſe ipſum poſſet eligere, jam ab anno 1564 lege cautum fuerat in Capitulo Bononienſi, quod, ,, Si quis.... de numero ipſorum eligentium electus ,, fuerit: ut illius electio rata, & legitima ſit..... ,, duo vota ultra medietatem collata eſſe oportet. ,, Declarantes tamen ſatisfieri huic ſtatuto de duobus ,, votis, ſi conſtet illum eſſe electum a majori parte, ,, ſecluſo ſuo voto, ſi forte illud ſibi contuliſſet. Id ,, autem tunc ſatis conſtabit, quando aderit unum ,, votum, & dimidium (quod dicitur) ultra majorem partem: utpote ſi eligentes ſint quinque major ,, pars ſunt tres, requiritur ergo, & ſufficit, ut electus, qui eſt de numero eligentium, habeat quatuor vota, ut ejus electio rata, & legitima habeatur. ,, Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A pag.181. Hoc opportunum fore remedium, Sapientiſſimi Patres jam pridem putarunt. Utrum ſufficiat, nec ne? aliorum eſto judicium. Id ut diligentius expendere poſſis, attendas oportet, quod ut electio Canonica ſit, ex jure communi ſufficit major Vocalium pars ultra medietatem. Quando igitur in Ordine noſtro lege cautum eſt, duo ſuffragia requiri ultra medietatem, ut, qui prætenſus eſt, electus cenſeatur, ex uno ex illis duobus ſuffragiis major pars ultra medietatem conſtituitur, & electio Canonica eſt: aliud vero requiritur duntaxat propter electi præſentiam, ne ſcilicet, quocunque modo ſe gerat, unus ſit ex illis qui majorem Vocalium partem ultra medietatem, & electionem Canonicam, conſtituunt. Quæ dicta ſint, non ut mihi probetur horrenda temeritas eorum, qui Schedulis albis, vel id genus ceteris, electionibus de ſe factis favere præſumunt. Abſit. Ars enim artium regimen animarum, & perſuaſiſſimum ſemper habebo, quod qui non pertimeſcit onus illud, humeris Angelicis formidandum, prorſus indignus eſt qui ceteris præſit. Sed hæc dicta volui, ut quiſque videret, quam ſapienter opportuna remedia jam præſcripſerint majores noſtri, dum ipſamet Decreta, quæ jure communi nitebantur ab ipſis lata ſunt. Si quis opportuniora repererit, libenter, ut par eſt, audiam.

LXXXVI. Ubinam Scrutatores ſedere, & quid agere debeant? diſces ex Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A pag.180: nulla circa hoc difficultas: ſed quæri poteſt, utrum in electionibus Canonicis ſemel data Schedula extrahi poſſit e vaſe in quo cum ceteris reperitur? Cui quæſtio reſpondendum, quod, cum Schedulæ ſimul in vaſe reperiuntur, dum res non eſt amplius integra, tunc valet regula juris: quod ſemel placuit: amplius diſplicere non poteſt: quapropter Schedula, quæ cum ceteris in vaſe reperitur, extrahi nequit. Quandonam, & quomodo ſcrutinium iterari poſſit? diſces ex Auctoribus quos excepit *Paſſerinus* Cap.XVIII. Quæſt.VIII pag.220. Huc etiam ſpecta: Gloſſa Conſt.Diſt.II Cap.II Textu II Lit.F. pag.187. ,, Declaramus, quod ante publicatio- ,, nem ſcrutinii, tam ipſi ſcrutatores, quam ceteri ,, Vocales (dummodo omnes conſentiant) poſſunt ,, voces mutare, ſed poſt ejus publicationem illas ,, mutare nullo modo poſſunt.

LXXXVII. Id certum, quod, ſi, habita ſuffragiorum collatione, nullus a majori parte reperiatur Electus, quoties opus fuerit, toties repetendum erit ſcrutinium. Major illa pars ultra medietatem, ſi numerus ſit par, uno ſuffragio; Si vero numerus impar ſit, dimidio ſuffragii conſtituitur. Ut enim ex Gloſſa Conſtitutionis dictum fuit: *ſi eligentes ſint quinque*, *major pars* (ad electionem ſufficiens) *ſunt tres*: &, ut ille qui præ-

præſens eſt electus cenſeatur, quatuor ſuffragia requiruntur.

LXXXVIII. Hæc ſuffragiorum collatio duplex in Conſtitutionibus noſtris loco laudato diſtinguitur. Una eſt, quæ fit ut conſtet, an ſuffragiorum numerus æqualis ſit Vocalium numero. Et hæc collatio ſubſtantialis eſt abſolute. Alia collatio eſt numeri cum numero illorum qui fuerunt electi, ut dignoſcatur, quis eorum a majori parte ultra medietatem nominatus ſit: & iſta ſubſtantialis non eſt, niſi plures nominati ſint: ut enim Gloſſa Conſt. habet Diſt.II Cap.II Textu II Lit.H. pag.187: „ Quando.... concorditer „ aliquis ab omnibus eligitur, non oportet, ut fiat „ collatio numeri ad numerum; ſed ſufficit, ut ille „ qui præeſt, dicat: cum ſimus tot electores; omnes „ elegerunt talem.

LXXXIX. „ Collatione facta numeri ad nome„ rum, „ ut in Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.181 legitur „ debent (*Scrutatores*) „ Vota in ſcriptis redigere: deinde ſchedulas co„ ram eligentibus ante publicationem ſcrutinii com„ burere: Tandem in medium Capituli veniendo, „ Scrutatores nomina publicent eorum qui fuerunt „ electi: atque exprimant numerum votorum, quæ „ unuſquiſque habuit: quod etiam faciendum eſt, „ etiamſi nullus fuerit a majori parte ultra medieta„ tem electus, ut ad ſecundum ſcrutinium poſſint di„ rigi Electores. „ Hæc ex Capite == *Quia propter* == deſumpta ſunt, in quo ſic legitur: „ Secrete & ſigil„ latim, vota cunctorum diligenter exquirant (*Scrutatores*) & in ſcriptis redacta mox publicent in „ communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo „ interjecto, ut is, collatione habita, eligatur, in „ quem omnes, vel major, & ſanior pars Capituli „ conſenſerit. „ Sanior pars, cujus hic ſermo, in Ordine Prædicatorum, ubi per ſchedulas ſecretas electio fit, illa cenſetur quæ major eſt: ut habetur ex Declaratione ſecunda Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1670: Publicatio vero ſcrutinii dicitur *In communi* fieri, quia coram Capitulo fit a primo Scrutatore, ceteris præſentibus. Fit autem hoc modo: „ Habemus Priorem. Nam, cum eſſemus (exem„ pli gratia) triginta: N.... habuit vota viginti no„ vem: & N.... habuit unum votum. „ Concilium Capite mox laudato imperative loquitur: *Publicent*: hæc enim ſcrutinii publicatio pertinet ad electionis ſubſtantiam. *Mox* fiat, oportet: id eſt, terminato ſcrutinio, quod completur quando, lectis ſchedulis, Scrutatores omnia ſuffragia quæ pro unoquoque data ſunt ſcripto notarunt, & collatio facta eſt ab ipſis Scrutatoribus, nullo qui ſuffragium mutare velit reclamante. *Conſtit* Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A pag.180 *Nonum eſt &c.* & pag.181 *Decimum eſt &c.* ac Textu II Lit.F pag.187.

XC. Scrutinio completo non licet appellare a publicatione Scrutinii, *Paſſerinus* Cap.XIX Quæſt.III Num.5 pag.227. Si quis tunc temporis appellat, rejicienda eſt appellatio: jubet enim Concilium Lateranenſe, Scrutinium publicandum, *nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto*. Hinc, quæ ſuperius ex Gloſſa Conſtitutionum relata ſunt de mutatione ſuffragiorum, quæ fieri poteſt *ante publicationem Scrutinii*, intelligi debent de tempore, quo Scrutinium non eſt perfecte completum.

XCI. Publicatur Scrutinium, ut, nomine totius Collegii, fiat tandem ſolemnis electio. Hinc Capite == *Quia propter* == dicitur: *vota... publicent in communi.... ut is, collatione facta, eligatur, in quem omnes, vel major, & ſanior pars Capituli conſenſerit*. Id ut intelligatur, ſciendum, quod formalis, ac ſolemnis electio tunc temporis duntaxat peragitur a Capitulo, cum, non ſecus, ac ſi eſſet una perſona, Capitulum unius ore Prælatum eligit, dicens: „ Ego „ Frater N. vice mea, & omnium Eligentium præ„ ſentium, eligo Fratrem N. in Priorem &c. In No„ mine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Hæc forma Decreti ſervanda eſt. Legitur in Conſt. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.182. Iſta enim „ Ego N. vice mea, & omnium Electorum præſen„ tium, eligo N. in Priorem &c. In Nomine Patris &c. Quod ſi non omnes conſenſerint, ſed major pars duntaxat: „ Ego N. pro me, & his, qui mecum con„ ſentiunt, eligo N. &c. „ iſta, inquam, quæ legitur in Conſt. Ordinis Prædicatorum Diſt.II Cap.II Textu II pag.186, non eſt in uſu, uti monet *Paſſerinus* Cap.XIX Quæſt.V Num.27 pag.231. Cujus ratio eſt, quia quod major Capituli pars agit, a toto Capitulo factum cenſetur: & jura decernunt, illum eligendum, quem major pars nominaverit. Hinc nihil intereſt, an ille, qui nomine totius Capituli tunc loquitur, eundem in Scrutinio nominaverit, necne: tunc enim totius Capituli perſonam agit, & ipſius voluntatem debet exprimere modo prædicto.

XCII Ex Conſtitutionibus noſtris mox laudatis primus Scrutator hoc Decretum promere debet. Qui ſi electus fuiſſet, a ſecundo Scrutatore proferendum erit. Idem fiet ſi primus Scrutator, licet non electus, Decretum formare nollet: Si vero ſecundus etiam renueret, id agendum foret a tertio Scrutatore: quibus omnibus renuentibus, id fiet ab illo, qui primum ſuffragium poſt Scrutatores tulit, & ſic de ceteris donec aliquis nomine Capituli Decretum electionis proferat.

XCIII. Hoc enim Decretum ſubſtantiale eſt electioni: Immo eſt ipſamet ſolemnis electio: quæ ſi omitteretur; electio nulla foret; nec nominatus in Scrutinio confirmari poſſet. Caput == *In Geneſi* == 55 de Electione: & Caput == *Sicut cum* == 21 de Electione in Sexto.

XCIV. Si vero differatur; penes Confirmatorem eſſet judicare, an talis fuiſſet dilatio, quæ electionem irritam reddidiſſet. Caput == *Cum poſt* == 46 de Electione. Hinc Eligentibus, qui favent Electo *Panormitanus* Auctor eſt, ut, ſi, publicato Scrutinio, communis electio, vel ex malitia, vel alia de cauſa, per notabile tempus differatur, Confirmatorem appellent, qui Vocales compellat ad electionem illam communem, ut habetur Capite == *Publicato Scrutinio* == 58 de Electione. Tunc enim valida erit electio, quæ ſi poſt illam notabilem moram, ſine juſſu Confirmatoris, facta fuiſſet, irrita foret.

XCV. Nec omittendum, quod *Panormitanus* notat in Cap. == *Publicato* == mox laudatum: nullitatem ſcilicet alicujus actus, qui ſit de forma, & ſubſtantia electionis, nullos, & iterandos reddere actus omnes, qui præceſſerunt. Cujus ratio eſt, quia cum forma ſit indiviſibilis, aut tota datur, aut nihil. Hinc ſemper hac de re præ oculis habendum, quod ſi forma in aliqua notabili parte alicujus actus, qui de ſubſtantia electionis ſit, ſervata non fuerit, totus actus vitiatus erit. Gloſſa in Caput == *Si cui* == de Electione in Sexto: & Auctores, quos excipit *Paſſerinus* Cap.IX Quæſt.III pag.132.

XCVI. Ad alias difficultates ſolvendas notandum inſuper ex Gloſſa in Cap. == *Auditis* == 29 de Electione, quod electio nonnunquam minus proprie dicitur ipſo jure nulla, & tunc ſenſus eſt, quod eſt ipſo jure annullanda; & plerumque talis eſt omnis illa, quæ alicui juri adverſatur.

XCVII. Ele-

XCVII. Electione facta, conficitur electionis inſtrumentum, quod *Scrutinium* vocant. Continet electionis ſeriem. Manu Scrutatorum firmatur. Legitur coram Vocalibus, & anteaquam ab electionis loco recedant, obſignatur, ac Conventus ſigillo munitur, ut ad Confirmatorem quantocius mittatur. *Conſt.* Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.182. De his, qui Scrutinio ſubſcribere debent, audienda Declaratio XII Capituli Generalis Romæ 1694. „ Declara„ mus, quod electionis Canonicæ Scrutinio ſubſcri„ bere tantum poſſunt, & debent, qui vere Scruta„ tores votorum ſunt, non qui aut Provinciæ, aut „ Capitulo præſunt, cum revera Scrutatores non „ ſint, immo Scrutatorem in Priorem electum poſſe, „ ac debere, Scrutinio ſubſcribere, tametſi electionis „ Decretum formare non debeat, ſi primi Scrutato„ ris officio ſungatur, etiamſi eſſent quatuor Scruta„ tores. Si vero in aliqua electione Prioris, aut alia „ electione Canonica ad Confirmatorem mittenda, „ eſſent tantum tres Vocales, omnes ad Scrutatoris „ officium admitti deberent ſub pœna nullitatis ele„ ctionis, niſi quis juri ſuo ſponte cederet, aut ca„ nonicum impedimentum ad id munus pateretur „. Scrutinium ad Confirmatorem mittitur, ut ipſe de electione certior fiat, ad electionis enim ſubſtantiam pertinet, quod innoteſcat Confirmatori quicquid abſolute requiritur, ut de illa judicet, ipſamque, vel confirmare, vel reſcindere poſſit. Ceterum, juxta communem ſententiam, inſtrumentum illud in ſe ſpectatum de ſubſtantia electionis non eſt. Hinc *Caſtellinus* de Electione Canonica Cap.XII narrat, ſæpius ſe vidiſſe, electiones ſine tali inſtrumento confirmatas. Aderant enim Scrutatores oretenus electionis ſeriem referentes Confirmatori. Teſtis eſt etiam *Paſſerinus* Cap.XXI Quæſt.I Num.2 pag.236, electionem Vicarii Raguſinæ Congregationis, ipſo præſente, confirmatam fuiſſe, licet Scrutinium nullius manu firmatum eſſet. Id ex oſcitantia Scrutatorum contigerat. Unus ex illis aderat Romæ cum alio, qui præſens viderat electionis ſeriem. Uterque jurejurando teſtatus eſt, electionem peractam, ut in Scrutinio narrabatur. Hoc ſatis eſſe, arbitrati ſunt Patres.

XCVIII. Gloſſa Conſtitutionum, loco mox laudato, docet: „ ea ſolum, quæ in Capitulo publi„ cantur, in Decreto electionis mittendo ad Confir„ matorem, ſcribenda eſſe „. Hoc tamen non obſtat, „ quominus deſcribenda ſit totius electionis ſeries. „ Conventus, inquit Gloſſa Conſt. Diſt.II Cap.II Textu IV Lit.N. pag.190: „ qui mittit ad Provincia„ lem pro confirmatione Prioris electi, debet in ſcri„ ptis narrare totum electionis proceſſum, & ſcribere „ numerum eligentium, & quot vota tam electus, „ quam non electi habuerunt: eique ſignificare, „ nihil eorum, quæ ad Canonicam requiruntur ele„ ctionem, fuiſſe omiſſum.

XCIX. In Ordine noſtro cautum eſt, ne poſt Decretum electionis, formatum, ut ſupra, præſumat aliquis: „ ad aliam electionem procedere, vel aliud „ electionis Decretum formare, ſub pœna privatio„ nis vocis activæ, & paſſivæ, quam ipſo facto in„ currat, & ad eam non poſſit reſtitui, niſi per Ma„ giſtrum Ordinis „. Conſt. Diſt.II Cap.II Textu II Lit.H. pag.187.

C. Sed hoc non obſtat, quo minus, juſtis de cauſis, illi quorum intereſt, poſſint ad Confirmatorem appellare. De dubiis, quæ præcedunt electionem loquens *Paſſerinus* Cap.XXIII Quæſt.I Num.6 pag.477: „ ubi ..... eſt dubium, inquit, de legitimitate ali„ cujus Vocalis, poſſunt Electores eligere, utendo „ remedio proteſtationis: nec eſt neceſſe expectare „ reſponſum Superiorum. Et idem dicitur de aliis „ dubiis contra quæ proteſtatio eſt remedium a nulli„ tate electionis præſervans: ideo ſæpius hujuſmodi „ proteſtationes, & appellationes ſunt frivolæ, & „ ſunt doloſi prætextus ad impediendam electionem, „ & illam differendam inventi „. Hinc ſequens Declaratio Capituli Generalis Toloſan. 1628: „ Declara„ mus, inſtante electione, non poſſe mitti Commiſ„ ſarios ad inquirendum, an Vocales rite, & ſecun„ dum jus, gaudeant voce: ſed procedendum eſſe „ ad electionem, & dubia, ſi quæ fuerint, ad Con„ firmatorem eſſe mittenda.

CI. Quandonam fieri debeant illæ proteſtationes; ſeu conteſtatæ denunciationes, habetur ex Declaratione I Capituli Valentini 1647: „ Declaramus, & „ ad lites, & fraudes vitandas decernimus, quod „ in electionibus ſic poſſunt fieri proteſtationes, & „ oppoſitiones, quod liceat quidem Electoribus poſt „ electionem proteſtari, & ſe opponere electioni, „ quantum ad perſonam Electi, vel quantum ad de„ fectus, qui in actu formali electionis evenerint: „ ſed quantum ad ea, quæ præcedunt actum formalem „ electionis, ſcilicet collationem Schedularum, vel „ circa validitatem votorum, ſi aliquis excludi de„ beat, vel admitti; ſive quantum ad vim, ſi ſcilicet „ Electoribus facta fuerit vis, vel non facta: & ſimi„ liter circa quæcunque ad materiam, vel formam, „ electionis, quæ ſcilicet actualem collationem Sche„ dularum, præcedunt, non liceat alicui Electori „ poſt electionem proteſtari, ſeu electioni ſe oppone„ re: Decernentes, omnes ſimiles proteſtationes, & „ oppoſitiones nullas, & pro nullis habendas, nec „ earum aliquam rationem haberi debere, & oppo„ nentes hoc modo fore puniendos „. Scilicet proteſtationes ſpectantes ad ea, quæ præcedunt actum formalem electionis, debent ante ipſum fieri: proteſtationes, quæ ſunt circa ipſummet actum formalem electionis, vel circa perſonam electam, poſſunt fieri poſt electionem: ſin minus, irritæ decernuntur: & merito, nam alias ſæpius contingere poſſet, quod ex electionis eventu, non ex veritatis ſtudio proteſtationes penderent, & adverſus Electores propter Electum proteſtaretur aliquis, cui nunquam veniſſet in mentem proteſtatio, ſi, quem peroptabat Electum vidiſſet.

CII. Proteſtationes ſimul cum Scrutinio obſignatæ mittuntur Confirmatori. Sic uſus fert, & ita legitur in *Formulario* ad calcem Conſtitutionum noſtrarum pag.255: „ Unde eſt, inquit *Paſſerinus* Cap.XXXII Quæſt.III Num.53 pag.483: „ quod in hoc Ordine „ (Prædicatorum) non eſt tempus proteſtandi, niſi „ vel ante electionem, vel poſt immediate antequam „ Decretum electionis per Scrutatores claudatur. „ Nihilominus tamen, quod eſt a jure communi con„ ceſſum, non eſt alicui prohibitum niſi ab eo, qui „ juri communi poſſit derogare: ideo quicquid ſit „ de hujuſmodi proteſtationibus, vel oppoſitionibus, „ quæ fieri non poſſunt, niſi modo dicto, omnis ille, „ & quicunque, cujus electio intereſt, poteſt infra „ decem dies a notitia electionis ab ea appellare, & „ intra legitima tempora illam proſequi „. Hæc *Paſſerinus*, quem conſulas, velim.

CIII. Jure communi, Capite = *Ut circa* = De Electione in Sexto, ſancitum eſt, ut proteſtationes, & id genus cetera, fiant in authentica ſcriptura, continente omnia, & ſingula, quæ vel electioni, vel Electo objiciuntur. Quia vero in Ordine Prædicatorum ſimul mittuntur cum Scrutinio obſignatæ, ex hoc

uno ſatis authenticæ cenſentur. Scrutinium per tabellarios mitti debere, juſſit Capitulum Valentinum 1647 Ordinatione IX, volens ,, quod ſi aliquis ,, a quocunque, & qualitercunque miſſus Scrutinium ,, alicujus electionis detulerit, vel Confirmatori, ,, vel alteri, ſit ipſo facto privatus voce activa, ac ,, paſſiva &c. ,, : pœnas etiam in ipſos Vocales decernit.

CIV. *Ex qua cauſa locum habeat devolutio?* Quærit *Paſſerinus* Cap.XXXI Quæſt.III pag.469: cui quæſito reſpondet his verbis Num.121 ,, In hac parte diverſo modo loquuntur Doctores. Formularium, ,, quod datur impreſſum poſt Conſtitutiones Ordinis ,, Prædicatorum, & fuit editum per P. F. Felicem ,, Caſtel-Franco de Caſtel-Franco, poſt formam literarum Socii Prioris Conventualis, ponit Regulam ,, dicens; quod Electores peccantes in forma eligendi, aut in materia Electi, ſunt ea vice privati jure, & voce ad eligendum, poteſt tamen Provincialis eos habilitare, & voci reſtituere, & ſubſequenter tradit formam literarum, per quas Vocales voci reſtituuntur. Ideo Camillus in Directorio I Parte Cap.XIII Num.1, ex hoc vult, quod ,, in Ordine Prædicatorum Electores peccantes in forma, vel materia electionis ſint ea vice privati jure, ,, & voce ad eligendum. Et Cap.XVII Num.4 addit, ,, quod ad tollendos Fratrum diſcurſus, auctoritate ,, Apoſtolica conceſſum eſt Ordinibus Mendicantium, ,, ut quoties Electores nulliter elegerint, poſſint Superiores Regulares providere de Prælatis inferioribus, ut teſtantur Hoſtienſis in Summ. de Elect. ,, Num.27. S. Antoninus III Parte Tit.XIX Cap.IV ,, Caſtellinus Cap.XV Num.54 Verſ.IV Reſpondetur.

CV. Quid *Innocentius*, ac *Sylveſter* hac de re ſentiant, refert; & addit, non recedendum a communi ſententia, quæ docet, quod jus eligendi non devolvitur niſi in caſibus expreſſis a jure tum communi, tum particulari: id eſt, quantumcunque electio ſit mala, & nulla, & Electores deliquerint, vel in forma, vel in materia, devolutio locum non habet, niſi Electores expreſſe per jus ſint privati facultate eligendi. Quandonam autem ea facultate priventur, ex ſequentibus habes.

CVI. Omnis cauſa devolutionis ad unam ex his tribus reducitur, nimirum, vel ad negligentiam eligendi tempore præſcripto: vel ad peccatum contra formam electionis: vel ad peccatum in materia, cum ſcilicet eligitur indignus.

CVII. Circa tempus electionis, legem habet Ordo Prædicatorum de qua dictum fuit. Legitur in Conſt. Diſt II Cap.II Textu V. Ubi Gloſſa Lit.O pag.191 docet, quod ſi Electores infra menſem ipſis conceſſum ad electionem Prioris, aliquem non elegerint canonice: ,, Etiamſi actus aliquos electionis, ,, vel ad electionem pertinentes fecerint: ſtatim tranſacto illo primo menſe; devolvitur jus ad Provincialem. ,, Quotieſcunque igitur Electores, qui legitime non impediuntur, aliquem intra menſem nec eligunt, nec poſtulant, electio devolvitur ad Provincialem.

CVIII. ,, Quod ſi canonice aliquem elegerint, inquit Gloſſa: ,, & contigerit ut caſſetur electio, incipiat denuo alter menſis electionis, a die quo canonice conſtiterit Conventui prædicta caſſatio. ,, Quod ſane intelligendum eſt habere robur quomodocunque caſſetur electio, ſive propter defectum ,, in ipſis commiſſum, ſive propter aliquam aliam ,, rationem. Et ſi in illo caſu Provincialis Priorem ,, providerit, ille talis non erit Prior.

CIX. Quod ut penitius intelligatur, audiendus *Paſſerinus*. Sic enim Cap.XIII Quæſt.VI Num.41 pag.183 hac de re loquitur: ,, Vidi ſæpe aliquos errantes in hoc puncto, & volentes, electionem ,, Nullam haberi pro non electione, unde dum Electores elegerunt intra menſem, ſed nulliter, electio devolveretur ad Superiorem, quia idem ſit nulliter eligere, & non eligere. Quod evidenter eſt ,, falſum, quia devolutio electionis eſt pœna lata ,, contra negligentes eligendi, non contra eligentes ,, defectuoſe. Ideo in illa Gloſſa explicatur, quod ,, ſi Electores aliquem canonice elegerint, & contingat, ut caſſetur electio, ſive propter defectum ,, electionis, ſive ob aliam cauſam non devolvitur ,, electio ad Superiorem. Hic igitur attendi debet, ,, an in electione aliquis ſit nominatus a majori parte ,, ultra medietatem Vocalium, vel non: ſi non, quia ,, illa electio evidenter non eſt electio, ideo ſi Electores intra terminum aliam electionem non habeant, ,, devolvitur electio, ut docet eadem Gloſſa: ſed ſi ,, aliquis a majori parte ultra medietatem nominatus ,, fuerit, quia tunc eſt Capitularis, & ad hunc effectum ſatis canonica electio, etiamſi poſtea talis ,, electio reprobetur, propter defectum electionis, ,, non devolvitur ad Superiorem, niſi talis, ſit defectus pro quo Electores ſint jure privati voce ad ,, noviter eligendum ,, : & etiam niſi Electus nominatus eſſet a majori parte, ex vi voti notorie nulli, & extranei: uti docet ibidem Num.42.

CX. Alia devolutionis cauſa petitur ex non ſervata electionis forma, a jure ſtatuta. Quid hac de re ſancitum ſit tum a Concilio Lateranenſi in Capite = *Quia propter* = De Electione: tum a Concilio Tridentino Seſſ.XXV Cap.VI de Regularibus, habes ex ſæpius dictis. Hic operæ pretium ſit, annotaſſe, quod electio nulla quidem decernitur a Concilio Tridentino, ſi non ſervetur forma: & Electi puniuntur, ſi electioni conſentiant: Verum quod ſpectat Electores, jure ſuffragii non privantur. Hæc ipſis pœna jam pridem, pro prima vice, a Concilio Lateranenſi fuerat impoſita, Capite mox laudato. Quæ licet non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ut habetur Cap. = *Quanquam* = 18 De Electione in Sexto, poterit tamen Confirmator Electores jure ſuffragii privare ob non ſervatam formam in Capite = *Quia propter* = ſtatutam: & tunc electionis jus ad ipſum Confirmatorem devolvetur. Addit *Paſſerinus* ibidem Num.23 pag.470, ex Capite = *Cum in cunctis* = & Capite = *Cum olim* = de Electione in Sexto ,, Superiorem ,, poſſe privare voce Electores ob non ſervatam formam, etiam illis non citatis, quando notorie conſtat illis non competere defenſiones ,, . Verbo dicam: vel Electores peccarunt contra formam Capite = *Quia propter* = ſtatutam; vel non. Si primum: jure ſuffragii privari poſſunt Sententia Confirmatoris, & ad ipſum Confirmatorem tunc devolvetur electio: ſi ſecundum; Quamvis ex alio vitio reſcindatur electio, jure ſuffragii non privantur. ,, In Ordine Prædicatorum; inquit *Paſſerinus* ibid. Num.24. ,, Ex non ſervata ſolemnitate electionis non devolvitur ipſo jure facultas eligendi, ſed ſolum ſi Electores via juris ex non ſervata forma Capituli = *Quia* ,, *propter* = priventur voce per ſententiam Judicis. ,, Ideo Electores non indigent ex hac cauſa rehabilitari ad eligendum, ſed ſufficit, quod per ſententiam non priventur voce. Si enim non privantur ,, hoc modo, remanet in eis facultas eligendi, & ,, nulla reſtitutione vocis indigent.

CXI. Hæc vir eruditus, quæ probat ex Gloſſa Conſti-

Google

Conſtitutionum loco ſupra laudato. Ingenue tamen fatetur *Num.40. pag.471*, Formularium, quod ad calcem Conſtitutionum legere eſt, adverſari ſententiæ ſuæ; hinc ejuſdem Formularii auctoritatem infirmat. Verum licet nullus dubitem, quin opinio *Paſſerini* vera ſit: jure enim communi nititur, & Gloſſa Conſtitutionum manifeſte firmatur: diffiteri tamen nullatenus poſſum, quin ſæpius ex Formulario prædicto, quo plerumque viri graviſſimi in errorem ducuntur, ut quotidiana ferme docet experientia, non leves ego difficultates expertus fuerim. Hinc expediret, ut vel Conſtitutionum Gloſſa, vel Formularium, reſpective mutarentur; ut, quid certo in re tanti momenti tenendum ſit, cuique compertum ac manifeſtum foret. Ceterum verba Capitis == *Quia propter* == quæ præſentem materiam ſpectant hæc ſunt: „ Statuimus, ut, cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus qui debent, & volunt, & poſſunt commode intereſſe, aſſumantur tres de Collegio fide digni, qui ſecrete, & ſigillatim vota cuncta diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto: ut is, collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel major, & ſanior pars Capituli conſentit ...... Aliter electio facta non valet ..... Qui vero contra præſcriptas formas eligere attentaverint: eligendi ea vice poteſtate priventur.

CXII. Tertia devolutionis cauſa eſt, ſi eligatur indignus. Sciendum tamen quod ex hoc vitio facultas eligendi non devolvitur univerſaliter, ſed ſolum in caſibus a jure expreſſis: uti docent *Caſtellinus*, *Camillus*, *&* *Navarrus*, apud *Paſſerinum* Cap.XXXI Quæſt.III Num.26 pag.470, ubi fuſius hac de re diſſerit. Capite autem XXIX Quæſt.II Num.10 p.426 addit, quod „ in Ordine Prædicatorum non eſt in hoc lex ſpecialis: ideo, inquit, caute legendus eſt *Camillus* in Directorio electionum Cap.VII Num.2, & 3, ubi quæ de electione indigni Doctores tradunt affert tanquam communia omnibus electionibus, & Electoribus, quod & nonnulli alii faciunt, cum tamen diſtinguendum ſit. Nam, quantum ad culpam eligentium, omnis electio, nedum indigni ex illis quatuor capitibus contentis in Capite == Cum in cunctis == ſed cujuſcunque ex jure ineligibilis eſt mala, & etiam punibilis aliqua pœna, nam ad minus eſt caſſanda, ſed quantum ad privationem electionis, & ejus devolutionem, & quantum ad pœnam ſuſpenſionis per triennium a beneficiis, ſola electio ad Epiſcopatum, & ſuperiores dignitates eſt illis pœnis ſubjecta, nec illæ pœnæ locum habent in electionibus Regularium, niſi in aliqua Religione ſit de hoc Statutum ſpeciale, vel conſuetudo legitime præſcripta „. Unum circa jus devolutionis legere eſt in Conſtitutionibus noſtris Diſt. II Cap.II Textu III Lit.L. pag.188, ubi Gloſſa hæc habet: „ Item declaramus, quod ſi Prior Provincialis Fratrem aliquem electum, vel poſtulatum non confirmaverit, ſed ex aliqua rationabili cauſa electionem caſſaverit: non poſſunt poſtea Electores eum ſecundo eligere, vel poſtulare, ſine licentia Provincialis. Quod ſi, caſſata electione, ſine ejus licentia denuo illum eundem elegerint, vel poſtulaverint, electio illa nulla ſit, & poteſtas providendi de Priore ad ipſum Priorem Provincialem devolvatur, ſicut fuit ordinatum apud Montem Peſulanum 1271, & Florentiæ 1272.

CXIII. De confirmatione electionis, legendæ Conſtitutiones Diſt.II Cap.II Textu III, & Gloſſa ibidem Lit.L. pag.188 &c. Ex his autem, quæ habentur ibi, notandum, quod in Ordine Prædicatorum Electus nihil juris, vi electionis, acquirit. Hinc nec poteſt, electione pronunciata, cedere juri ſuo, cum nullum habeat: nec *reſtat* ipſi *locus appellandi*, *vel aliqua cauſa proſequendi*, *ſive aliquid in foro contentioſo repetendi*, ſi Provincialis electionem non confirmet: nec ante confirmationem habet aliquam adminiſtrationem: nec ipſe Electus, ſed Electores petunt electionis confirmationem: nec Provincialis illam ex jure Electi, ſed ex eligentium jure concedit, *ſi ei viſum fuerit*. Quod verbum, ut interpretatur Gloſſa loco laudato „ non deſignat liberam poteſtatem, ſed diſcuſſionem rationis, & arbitrium boni viri. Atque ideo non debet Provincialis ſecundum libitum ſuæ voluntatis: ſed ſecundum judicium rationis Priorem electum confirmare „. Adeas *Paſſerinum* Capite XXIII Quæſt.III pag.500 &c. Vide infra *Num.CXVI*.

CXIV. Ex præſcripto Capituli Barchinonenſis 1574, & Romani 1580, in Conſtitutionibus loco laudato, Provinciales, adhibito diſcretorum Patrum conſilio, electiones Priorum confirmant, vel reſcindunt. Notat *Paſſerinus* ibidem Quæſt.VII Num.116 pag.510, quod ſi Provinciales conſilium non adhibeant puniendi ſunt, confirmatio tamen eſt valida, niſi aliud obſtet.

CXV. Patres a conſiliis, quos Provincialis adhibet, ſuffragia ſecreta ferant, oportet, ut in Conſtitutionibus ibidem dicitur. Notandum enim, quod licet Confirmator non ſe gerat, uti perſona privata, ſed publica, ſervans ea, quæ de jure naturæ, & gentium neceſſaria ſunt, non tenetur tamen probare judicialiter, ſed procedit ſummarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſufficit, quod cauſam rationabilem, quæ illum movet ad electionem reſcindendam, probatam habeat extrajudicialiter per dicta fide dignorum, & literas teſtimoniales, ac famam, de qua tamen ſit moraliter certus. *Paſſerinus Quæſt.II Num.138, & 139 pag.515*. Hinc Patres, quos ad conſilium Provincialis adhibet, diligenter quidem, & accurate, quicquid electionis gratia, vel adverſus illam dici poteſt diſcutiunt, & unuſquiſque, ceteris audientibus (Confirmatore, ſeu Judice, præſente) quid ſentiat, palam ſignificat: poſtea tamen, *quo liberius* Patres illi *ſuam poſſint ferre ſententiam*, adhibentur ſuffragia ſecreta.

CXVI. Electiones ex triplici genere cauſæ reſcindi poſſe, ſcilicet ex defectu electionis, ex defectu Electi, & ex cauſa extrinſeca ſpectante ad bonum commune, etiam nullo præſuppoſito defectu vel in electione, vel in Electo, docent Auctores, quos conſulas velim apud *Paſſerinum* Cap.XXIII Quæſt.II Num.150 &c. pag.518 &c. ubi fuſius hac de re diſſerit. Huc ſpectat hoc Capituli Verdunenſis, ſeu Virodunen., 1356 Decretum, quod legitur in Conſt.Diſt.II Cap.II Textu III Lit.L. pag.188: „ Imponimus univerſis Provincialibus, eorumque Vicariis, ſub pœna abſolutionis: quatenus Electos in Priores quantumcunque unanimiter, non præſumant confirmare, niſi ſint ſufficientes in ſcientia, & moribus, & niſi veriſimiliter præſumant, quod correctioni, & honeſtati, & reformationi Ordinis operam dabunt efficacem. Et propter hoc Conſtitutio dicit: quod Provincialis Priorem electum, ſi ei viſum fuerit, confirmabit.

CXVII. Circa defectus, vitia ſcilicet, electionis, notandum ex *Paſſerino* Capite XXXIII Quæſt XIII pag.521, quod, ſi jure naturæ, vel divino vitient electionem, ſuppleri non poſſunt. Si vero tales ſint, quos

quos Confirmator poſſit, & velit, ſupplere; tunc
diſtinguendum: vel enim accidentales ſunt, vel ſub-
ſtantiales: ſi accidentales, Confirmator cenſetur ipſos
ſupplere: ſi ſubſtantiales, attendendus confirmatio-
nis modus, ut conſtet de Confirmatoris voluntare,
penes quem poteſtas ſupponitur; nam ſi non poſſet
ipſos ſupplere, tunc ſicut electio erat ipſo jure nulla,
ita, & confirmatio irrita foret. ,, Nunquam vero,
,, inquit *Paſſerinus*, licet electionem, vel ipſo jure
,, nullam, vel de jure caſſandam confirmare: quo-
,, niam non licet contra legis prohibitionem ire,
,, cum lex electionem, vel ipſo jure nullam, vel
,, jure annullandam, velit nullam haberi, & tan-
,, quam nullam judicari. Sed ſi electio eſt ipſo jure
,, nulla, eſt quoque ipſo jure nulla confirmatio il-
,, lius: quod enim jus irritat, nequit confirmari,
,, &, ſi confirmatur, eodem jure ſemper eſt nul-
,, lum, invalidum, irritum, & inane, quia lex pro
,, tali illud habet, & a quocunque decernit haben-
,, dum. Sed ubi electio non eſt ipſo jure nulla,
,, ſi confirmetur, & confirmatio eſt caſſanda, ſicut
,, electio, quia non habet vim ab inferiori, quod
,, ſuperior præcipit infirmari. Sed tamen confirma-
,, tio non eſt ipſo jure nulla, quia niſi aliud lex
,, exprimat, factum contra legem non eſt ipſo jure
,, irritum. Itaque ubi electio vitioſa eſt, & non
,, tenet, confirmatio non prodeſt....... ubi tamen
,, Confirmator poſſit, & velit ſupplere defectus ele-
,, ctionis, electio deficiens valide confirmatur ,,. Vi-
de ſupra *Num. XCVI.*

CXVIII. Notat Gloſſa Conſt. Diſt.II Cap.II Tex-
tu III Lit.L. pag.189, quod ,, Si quis..... a majori
,, parte eligitur, & tamen contradicitur tali electio-
,, ni: Electus non debet confirmari quouſque tales
,, contradictiones audiantur, & removeantur, ſicut
,, fuit declaratum Valencenis 1337 ,,. Nec omitten-
dum ex eadem Gloſſa ibidem, quod *quamvis* Provin-
cialis Priorem *non confirmet, non tamen reſtat tali Ele-
cto locus appellandi, vel aliqua cauſa proſequendi, ſive
aliquid in foro contentioſo repetendi*. Ipſimet Electo-
res, ſi ſe gravatos ſentiant, poterunt intra decem dies
extrajudicialiter ad Generalem Magiſtrum provocare.
Adeas *Paſſerinum* Cap.XXXIV Quæſt.II pag.526 &c.
ubi de effectibus bujuſce appellationis fuſius diſſerit.
Huc etiam ſpectat, quod docet Quæſt.IV Num.75
pag.534 dicens: ,, In Ordine Prædicatorum hæc eſt
,, praxis, ut ſæpius immediate Electores appellent
,, ab electione ad Generalem, & immediate ad illum
,, tranſmittant decretum electionum, & Generalis
,, ipſe electiones confirmat, ſi ſibi videtur: vel etiam
,, decretum remittit ad Provincialem, ſi id judicat
,, convenire. Nibilominus tamen ſi pars altera obſtet,
,, & decretum electionis tranſmittatur de facto a parte
,, ad Provincialem, qui antequam inhibeatur a Ge-
,, nerali, confirmat, vel caſſat electionem, ſi pars,
,, quæ primo immediate ad Generalem recurrit, non
,, appellet iterum a confirmatione, vel caſſatione fa-
,, cta a Provinciali, valida erit Provincialis confir-
,, matio, vel caſſatio. Quia Provincialis uſus eſt jure
,, ſuo, neque, antequam inhiberetur, debuit abſti-
,, nere a cognitione cauſæ. Et immo, parte obſtante
,, & petente, ut electionis valor examinetur a Pro-
,, vinciali, valde rationabile eſt, ut Generalis cau-
,, ſam ad Provincialem remittat.

CXIX. Addit Gloſſa loco laudato: ,, quod quan-
,, tumcunque ſit aliquis canonice electus, & confir-
,, matus, eique præceptum de acceptatione factum ſit,
,, ſi ipſe tamen non conſentiat, nunquam eſt Prior,
,, nec Prælatus, neque jus aliquod ſibi acquirit ,,.
Prius notaverat, quod ille, cui licet, confirmationi
de ſe factæ non conſentire ,, non eſt abſolvendus:
,, ſed ſufficit, electionem caſſari, ut Electores libere
,, alium eligere poſſint: ſicut fuit declaratum Ja-
,, nuæ 1365 ,,. De his, qui electioni de ſe factæ re-
nunciant notanda Ordinatio V pro Regimine lata
a Capitulo Generali Romæ 1694. Hujus tenoris eſt:
,, Ordinamus, ut, qui fuerint electi in Priores alicu-
,, jus parvi Conventus, renunciare non poſſint ele-
,, ctioni ſuæ, alias in magnis eligi non poſſint, ex-
,, ceptis Magiſtris in Sacra Theologia, & Exprovin-
,, cialibus, qui tamen Prioratus in magnis Conventi-
,, bus recuſare non poſſunt. Magiſtri Noviciorum
,, in Superiores non eligantur, niſi de licentia Pro-
,, vincialis, alias eorum electio nulla ſit.

CXX. De Provincialibus Indiarum, ſciendum,
quod licet, ſtatim poſt electionem canonicam, mune-
re ſuo fungantur, anteaquam Generalem Magiſtrum
de tali electione certiorem fecerint, tenentur tamen
ad ipſum electionis acta mittere, ut eam confirmare,
vel reſcindere poſſit, uti videre eſt ex Alexandri VII
Conſt.XXXIII, data 7 Auguſti 1663 = Sacroſancti =
Tom.VI pag.205: & Conſt.LXII, data 22 Junii 1663
= Magiſter = Tom.VII pag.316.

CXXI. Cetera, quæ ſpectant electionem diſcea
ex Conſtitutionibus noſtris, & ex Actis Capitulorum
Generalium, quorum meminere *Fontana*, *Petrus
Martyr Feſtus Urceanus*, & *Camillus Jaſinskus* ſæpius
laudati. Ab illis, brevitatis ergo, ſuperſedendum
puto. Nec etiam diſſerendum exiſtimo de variis ele-
ctionibus, de quibus Conſtitutiones, & Auctorea
illos conſulere poteris. Quædam dunraxat paucis hic
exhibenda cenſeo, quæ difficultates præ ſe ferre vi-
dentur, ex Apoſtolicæ Sedis Oraculis potiſſimum ſol-
vendas.

CXXII. In Conſtitutionibus noſtris Diſt.II Cap.IV
Textu V legitur, quod in electione Generalis Magi-
ſtri *tres de Prioribus Provincialibus, qui inter alios ....
primitus habitum noſtræ Religionis ſuſceperunt* Seru-
tatores eſſe debent. Id olim ſancitum, & a naſcente
ferme Ordine ſervatum ad annum uſque 1501, quo
Alexander VI die 28 Aprilis, Conſtitutione CVII
= *Cum ex* = Tom.IV pag.168, quædam in electione
Magiſtri Generalis ſervanda præſcripſit: &, cetera
inter, Vicarium Generalem Ordinis primum ex tribus
Scrutatoribus conſtituit. Hinc prodiiſſe videtur Gloſ-
ſa, quæ in Conſtitutionibus noſtris loco laudato Lit.E.
pag.225 ſic loquitur: ,, Debet ipſe Vicarius duos
,, ex Prioribus Provincialibus aſſumere, qui inter
,, omnes Provinciales diutius poſt profeſſionem Habi-
,, tum noſtræ Religionis portaverunt. Poſtea cum
,, ipſis duobus Scrutatoribus &c. ,,. Adverſatur hæc
Gloſſa Conſtitutionibus. Vim tamen legis obtinuit
ad annum uſque 1539, quo reſciſſa fuit Alexandri VI
Conſtitutio prælaudata, uti videre eſt in Conſtitutio-
nibus noſtris Diſtinctione II Cap.XXIX Textu I Lit.A.
pag.343. Hinc ab anno 1539 ad hæc uſque tempora
tres antiquiores Provinciales Scrutatores fuerunt.
Notat *Paſſerinus* Capite XXXV Quæſt.VI Num.38
pag.541, quod anno 1650 in Capitulo Romano, cui
interfuit, licet *P. M. Candidus* Vicarius Generalis
ex privilegio ſpeciali ſuffragium ferret in electione
Magiſtri Ordinis, Scrutatores tamen fuere tres Pro-
vinciales antiquiores. Sic etiam anno 1725 licet *Re-
verendiſſimus P. Gulielmus Molo* Procurator, & Vi-
carius Generalis Ordinis Capitulo Bononienſi, Apo-
ſtolica auctoritate præfuerit, & ex ſpeciali privilegio
ſuffragium tulerit, Scrutatores tamen fuere tres anti-
quiores Provinciales. Præſens Bononiæ aderam.

Nec

Nec circa hoc aliqua difficultas eſt. Quapropter operæ pretium foret, ut emendaretur prælaudata Gloſſa Conſtitutionibus contraria.

CXXIII. Ex his tribus Scrutatoribus antiquior decretum electionis format, id eſt eligit nomine totius Capituli; ſive enim Vicarius Generalis, qui primus eſt dignitate, ſuffragium tulerit, ſive non tulerit, Decretum tamen illud electionis formare non debet, niſi unus ex Scrutatoribus fuerit, & quidem antiquior, primus ſcilicet, ad quem ſpectat formare Decretum. *Paſſerinus* loco laudato.

CXXIV. Electores Generalis Magiſtri tres ſunt ex unaquaque Provincia: Provincialis nempe, Definitor, & Socius, quem Electorem vocant. *Caſtellinus* de Electione Canonica Cap.XV putat, quod Magiſter Sacri Palatii, Secretarius Indicis, Vicarius Generalis totius Ordinis, Procurator Generalis, eorumque Socii, a ſuis reſpective Provinciis eligi non poſſunt in Electores Generalis Magiſtri; idque probandum ſuſcipit ratione conſuetudinis, ſed errat: in actibus enim liberis, de quibus hic agitur, nihil prorſus argui poteſt ex conſuetudine: dato ſiquidem, quod ex prælaudatis nullus unquam fuiſſet electus in Electorem Generalis Magiſtri, ex hoc ſequeretur quidem, quod ita Provinciis ipſorum viſum fuiſſet, ſed hoc non obſtaret quin illos Provinciæ delegare potuiſſent, ſi voluiſſent: & ſane Bartholomæus de Miranda Procurator Generalis anno 1589 Provinciæ Bæticæ Definitor fuit† ut ex Actis Capituli Romæ hoc anno celebrati conſtat. Adeas *Paſſerinum* de Electione Canonica Cap.XXXV Quæſt.I pag.537, ubi recenſet illos, qui ex Magiſtro Sacri Palatii, Commiſſario S. Officii, Secretario Indicis, Vicario Ordinis, Procuratore Generali, electi ſunt Generales Magiſtri. Inter Secretarios Indicis addendus *Auguſtinus Pipia*, qui poſtea S. R. E. Cardinalis fuit. Nec erroneæ *Caſtellini* opinioni favet, quod Magiſter Sacri Palatii, aliique mox laudati, nec in ſuis reſpective Provinciis plerumque præſentes ſint, nec aſſignati: ut enim aliquis nomine Provinciæ, vel definire, vel eligere poſſit in Capitulo Generali, ſufficit quod ejuſdem Provinciæ filius ſit.

CXXV. Electores Provincialis ſunt Priores, Magiſtri, Patres Provinciæ, Prædicatores Generales, & Socii, quos vocant. Id jure communi ſancitum. Exceptiones habes ex Apoſtolicis Conſtitutionibus ſupra laudatis. Adeas *Paſſerinum* de Electione Canonica Cap.XXXVI Quæſt.I pag.541. Jus etiam eligendi Provinciales habent Vicarii, qui, mortuis, vel amotis Provincialibus, a Magiſtro Generali, vel Capitulo Generali mittuntur ad Provincias. *Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum* Diſt.II Cap.III Textu VI; ubi ſic legitur: „ Quod ſi Magiſter Ordinis, „ vel Capitulum Generale, aliquem Fratrem illius „ Provinciæ, Vicarium inſtituerit in eadem, volu„mus, ipſum Vicarium in electione prædicta vocem „ habere „: Activam ſcilicet, non autem paſſivam, ut enim ex Capitulo Neapolitano 1600, & Romano 1601 docet *Paſſerinus* loco laudato Num.20 Quæſtione II ad electionem Provincialis „ requiritur.... „ ut eligendus non ſit Commiſſarius, aut Viſitator, „ aut Vicarius Generalis, miſſus ad eandem Provin„ciam, aut horum aliquorum Socius „. Si ſecus actum fuerit, electio eſt ipſo jure nulla.

Notat ibidem *Paſſerinus* Num.22, quod, ut aliquis eligatur in Provincialem neceſſe non eſt, quod filius ſit ejuſdem Provinciæ, vel in ea ſit aſſignatus.

CXXVI. De interſtitio a Provincialibus ſervando loquens Julius II in Conſtitutione, de qua Quæſtione ſequenti ſermo erit, octo annorum interſtitium præſcripſiſſe videtur: verum id intelligitur de Provinciis duntaxat, quibus Provinciales per quadriennium præſunt: in ceteris ſiquidem, in quibus Provinciales biennales ſunt, interſtitium annorum quatuor ſufficit: ut anno 1652 declaravit Sacra Congregatio, Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, & ex ejuſdem Sacræ Congregationis declaratione habetur in Actis Capituli Romani 1656.

CXXVII. De Electione Definitoris Capituli Generalis, & Sociorum tam Provincialium, quam Definitorum, euntium ad Generale Capitulum conſulendæ Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum. Adeas *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* in Summario Parte III Cap.XXII, XXIII, & XXIV, ubi, quæ circa electiones illas reperiuntur, difficultates ſolvit. Fuſius de his *Paſſerinus* de Electione Canonica Capite XXXVII pag.551 &c. Huc etiam ſpectant Innocentii VIII Conſt.XCIII = Cum ex = Tomo IV pag.67: & Julii II Conſt.LXXVI = Conſiderantes = Tom.IV pag.267: ac Declarationes XVI, XVII, XVIII, & XIX Capituli Generalis Romæ 1694, & Bononienſis 1706 Declaratio X: ac itidem Bononienſis 1725 Ordinatio I pro bono Regimine, quas hic exhibendas cenſeo. Hujus tenoris ſunt: XVI, inquit Capitulum Generale Romæ 1694 „ ad intelligentiam
„ ſecundæ declarationis Capituli Romani 1629, qua
„ declarantur Textus, & Gloſſa Lit.B. Diſtinctionis
„ Secundæ Cap.IV, & majorem explicationem de-
„ clarationis Quartæ Capituli Valentini 1647, & de-
„ clarationis Secundæ Capituli Romani 1677, decla-
„ rando ſtatuimus, quod in omni Capitulo Provin-
„ ciali, vel in Capitulo intermedio in iis Provinciis,
„ in quibus adinſtar Capituli Provincialis eliguntur
„ Definitores, ſemper eligatur Definitor Capituli
„ Generalis in anno, in quo Capitulum Generale eſt
„ Definitorum, & eligatur ſervata forma præſcripta
„ in Conſtitutionibus, cui etiam aſſignabitur Socius
„ a Reverendo P. Priore Provinciali, vel Vicario
„ Provinciæ, & Definitoribus Capituli Provincialis,
„ ita tamen, ut juxta declarationem Capituli Gene-
„ ralis Romæ 1677, & Text. præfatæ Conſtitutionis
„ ſi contingeret futuram eſſe electionem Magiſtri Or-
„ dinis in proximo Capitulo Generali, tunc, ſi ſup-
„ petat tempus, poſſit congregari Provincia ad no-
„ vam electionem Definitoris, & Electoris Generalis,
„ non tamen pro arbitrio Provincialis, ſed de conſi-
„ lio majoris partis graviorum Patrum, ſeu Magi-
„ ſtrorum Provinciæ ſimul adunatorum, & per vota
„ ſecreta.

„ Decimo Septimo. In anno vero, in quo Capi-
„ tulum Generale erit Capitulum Provincialium ſi-
„ militer aſſignetur Socius ipſi Provinciali eo modo,
„ quo ſupra de Socio Definitoris dictum eſt, & inſu-
„ per in eodem Capitulo Provinciali eligatur Elector
„ Magiſtri Ordinis, etiamſi vacantia non ſit, ut ſi
„ contingeret, Elector in eo Capitulo juxta formam
„ præſcriptam in Conſtitutionibus electus, eſſet Defi-
„ nitor Capituli Generalis futuræ electionis; adver-
„ tendo, quod non poſſit eligi in Electorem, qui in
„ Capitulo Generali immediate præcedenti definie-
„ rit, cum in duobus Capitulis Generalibus imme-
„ diatis non poſſit idem definire.

„ Decimo Octavo. Verum inhærentes Textui,
„ & Gloſſæ præcitatis ſtatuimus, quod ſi Definitor,
„ Elector, & Socius Electi in Capitulo Provinciali
„ non poſſent, aut nollent accedere ad Capitulum
„ Generale, vel aliquem ex eis mori contingeret,
„ tunc ſive Capitulum ſit Provincialium, ſive Defi-
nitorum,

† ut 1656.

Google

nitorum, & non ſuppetat tempus convocandi Capitulum Provinciale, ut ſupra, Definitores Capituli Provincialis immediate præcedentis, qui primitus Habitum Ordinis ſuſceperunt, ſervata pro more, & praxi cujuſcunque Provinciæ alternativa, ad electionem Magiſtri Ordinis admittantur, & antiquior in Ordine ſit Capituli Generalis Definitor.

„ Decimo Nono. Declaramus, quod cum Conſtitut. noſtræ conſtituant in Cap.V Diſt.II Textu VI, & in Gloſſa ſub lit.E., quod qui in præcedenti Capitulo electus fuerit ad idem officium reeligi non valeat in anno Definitorum immediate ſubſequente, ſic eſſe intelligendum, ut cum Definitor, Elector, vel Socius functi ſunt ſuo munere in Capitulo Generali, nullo modo poſſint reeligi ad idem officium pro Capitulo Generali immediate ſubſequente, ſed ſi ſuis officiis functi, & potiti non fuerint, poterunt in Capitulo Provinciali iterum ad idem officium Definitoris, Electoris, & Socii reeligi.

Declaratio vero Capituli Generalis 1706 hujus tenoris eſt: „ Decimo. Declaramus, Diffinitorium Capituli Provincialis debere aſſignare Socium Provinciali, aut Diffinitori euntibus in Capitulum Generale, prout præſcribit Sacra noſtra Conſtitutio Diſt.II Cap.V Text.IV, neque eſſe in Diffinitorii poteſtate illam omittere Socii aſſignationem.

In Ordinatione tandem Capituli Generalis 1725 ſic legitur. „ Primo. Tametſi ſufficienter, & ultra per Sanctas Ordinis Conſtitutiones, & Capitula Generalia præcedentia, præcipue vero per Romanum 1694 Declaratione XVI, & ſeqq. proviſum ſit circa electionem legitimam Definitoris, & Socii, vel Electoris, pro quibuſcunque Comitiis Generalibus celebrandis; ad tollendas tamen difficultates omnes, quæ ob occurrentes circumſtantias emergere poſſunt, utque in omni eventu jugiter adſint ſinguli Magiſtri Ordinis Electores: Ordinamus, quod in quolibet Capitulo Provinciali eligantur Definitor, & Elector, ſive Socius ad Capitulum Generale, hiſce ſubadditis expreſſis declarationibus: *Quatenus opus ſit*. Et: *Sive Capitulum Generale proxime celebrandum ſit Provincialium, ſive Definitorum*: Salvo tamen jure de Definitore, ejuſque Socio triennali in quibuſdam Provinciis reperto.

Quandonam, & quomodo Definitores Capituli Provincialis eligi debeant, habetur ex Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum. De his *Paſſerinus* loco mox laudato. Capite autem XXXIX de electione Socii Prioris, & Electoris Provincialis differit. Hæc omnibus paſſim obvia ſunt. His, quæ *Paſſerinus* docet ibidem, addenda Declaratio XI Capituli Generalis Romæ 1694, cujus hæc verba: „ Declaramus, Suppriorem, qui officium conſumaturus eſſet ante Capitulum Provinciale in Socium Prioris ad idem Capitulum Provinciale eligi poſſe, dummodo officium ſui Supprioratus terminet propria conſtituti temporis conſumatione, poſſitque aliunde alter Supprior eligi, & inſtitui, ſeque præſentem ſiſtere in Conventu antequam Prior ad Capitulum Provinciale ſe conferat, & cum iis circumſtantiis Ordinationem, qua prohibetur, ne Supprior in Socium Prioris ad Capitulum Provinciale eligi poſſit, temperamus, & intelligendam eſſe dicimus.

Huc etiam ſpectant Declarationes XXI, & XXII ejuſdem Capituli Generalis Romæ 1694. Hujus tenoris ſunt. XXI. „ Declaramus inſuper ad majorem tum prædictæ tertiæ Declarationis (*Capituli Romani 1644*) tum quintæ Capituli Valentini 1647, quod in eo numero Senario (*Fratrum Conventus*) comprehenditur Prior ipſemet. Verum ſtatuimus, quod ut ipſe Conventus jus habeat eligendi Socium Prioris ad Capitulum Provinciale, neceſſe eſt omnino, quod alat quinque Fratres præter Priorem, qui nedum ſint Capitulares, ſed qui de jure habeant vocem activam ad electionem Prioris, & Socii. XXII. Declaramus, quod cum in toto Ordine noſtro retro ſeculis ſtatutum ſit ne amplius eligatur in Conventibus noſtris Elector Prioris Provincialis alius a Socio Prioris Conventualis ad Capitulum Provinciale, inhibemus omnibus Conventuum Prioribus ſub pœna nullitatis electionis, & privationis utrinſque vocis ad triennium, ne ſe immiſceant electioni Socii eo prætextu, quod Electorem Prioris Provincialis, & non Socium Prioris Conventualis duntaxat intendunt eligere, cum jam in Ordine noſtro ſit antiquata electio Electoris Prioris Provincialis, & in Conventibus remanet ſolum jus eligendi Socium Prioris ad Capitulum Provinciale, quique revera eſt Elector Prioris Provincialis, & hujus Socii electioni ſe immiſcere non debet Prior, uti in Conſtitutionibus noſtris ſancitum eſt Diſt.II Cap.III.

QUÆSTIO II.

Fratres Prædicatores coarctantur ne Regulis juris, quibus Electionis tempus definitur?

SUMMARIUM.

I. NOn coarctantur, uti conceſſit Alexander Quartus.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

III. Hoc Privilegium ſpectat electiones duntaxat Generalis Magiſtri, & Provincialium.

Quo tempore fieri debeant?

IV. Ex Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum tempus ad electionem Prioris Conventualis eſt menſis unus.

Si intra menſem illum Vocales non elegerint, electio devolvitur ad Provincialem.

Cui tres menſes duntaxat conceduntur, intra quos de Priore providere debet.

Sin minus facultas illa providendi ad Generalem Magiſtrum ſpectat.

V. De tempore electionis Socii euntis ad Provinciæ comitia, & Definitoris Capituli Generalis.

Simpliciter impeditis non currit tempus.

VI. Nec etiam currit ignoranti.

Niſi conſtet quod potuit, & debuit habere notitiam.

VII. Cur in Ordine Prædicatorum menſis unus duntaxat ad electionem Prioris concedatur, cum jus commune tres conceſſiſſe videatur?

VIII. Utrum dies, ad electionem Provincialis ſemel conſtituta, poſſit anticipari?

De Capitulis tempore peſtis celebrandis.

IX. De tempore quo explentur Officia Priorum, tum Provincialium, tum Conventualium, nec fuit, nec eſt unus, & idem uſus Provinciarum.

X. Paulus II, Vicarium Congregationis Lombardiæ de biennio in biennium poſtulandum, decernit.

Cavet, ne idem, expleto biennio, confirmetur.

Quantum antiqui Vicarii duret auctoritas, præſcribit.

XI. Idem ab Alexandro VI ſancitum.

Quis ejuſdem Vicarii vices gerat, ſi mortuus, vel amotus fuerit?

Quænam

Quænam iſtius Vices gerentis auctoritas?

Quandonam Congregationis comitia celebrare teneatur?

XII. Vicarium Generalem, & Priores, Congregationis Terræ Laboris, quolibet triennio eligendos decernit idem Alexander VI.

Interſtitium triennale pro eadem Congregatione præſcribit.

Quandonam eorundem Officia prorogata cenſeantur?

Magiſtrum in Theologia, de conſenſu Capituli, in eadem Congregatione admittendum, decernit.

XIII. Perpetuitas, ſeu diuturnitas, Officii Priorum, Provincialis, Conventualis, Prioriſſæ &c. a Julio II vetita.

Interſtitium ab eodem præſcriptum. Excipit Monaſteria noviter vel erecta, vel reformata.

Quandonam, & quomodo, Provincialium, ac Conventualium Priorum, Officia prorogata cenſeantur?

Vicarios Generales Congregationum triennales eſſe, declarat.

Eorundem interſtitium ad annos ſex producit.

Excipit tamen Congregationes quarum Vicarii Generales, biennio duntaxat, præſunt.

Nec derogat facultati, qua Generalis Magiſter Provinciales, ac Conventuales Priores, Prioriſſas, & Vicarios Generales, ab Officiis removere poteſt.

XIV. Nec etiam obſtat, quominus quædam Provinciæ extra Italiam conſtitutæ, priſtinam conſuetudinem ſectentur.

XV. Eandem de Interſtitiis, & prorogatione Prioratuum legem, a Julio II latam, Leo X moderatur pro Congregatione Lombardiæ.

XVI. Pro Provincia vero Aragoniæ ipſam confirmat, & ſervandam decernit.

XVII. Quibuſdam tamen adjectis conditionibus.

XVIII. Hiſpaniæ Provinciam dividens idem Leo X, in Hiſpaniæ, ac Bæticæ, Provincias, eandem legem in ipſis ſervandam jubet:

Dummodo Priores ſint triennales:

Prioriſſæ vero Monaſteriorum, & Collegiorum Sororum Tertii Ordinis quadriennio duntaxat præſint:

Et alia ſerventur quæ de interſtitiis præſcribit.

XIX. Idem Leo X tempus definit quo Priores, & Prioriſſæ perſtare debent in Congregatione S. Marci.

XX. Clemens VII interſtitium a Prioriſſis Congregationis Lombardiæ ſervandum reſtringit ad unum duntaxat biennium.

XXI. Paulus III Provincialem Lombardiæ quolibet biennio eligendum jubet.

Declarat, ipſius Officium terminari initio comitiorum Provincialium, in quibus ejuſdem ſucceſſor eligendus eſt.

Licet, uſque dum ſucceſſor ille confirmatus, ac præſens ſit in Provincia, eandem regat uti Vicarius.

Quod munus competet Priori Bononienſi, ſi Provincialis intra tempus ſui Provincialatus deceſſerit, vel amotus fuerit.

XXII. Idem Paulus III Provincialem Dalmatiæ quolibet quadriennio eligendum decernit.

Quo quadriennio expleto, niſi Generali Magiſtro aliter viſum fuerit, uti Vicarius Provinciam reget, quouſque Provincialis electus, confirmatus, ac in Provincia præſens fuerit.

Quandonam tempus electionis prorogari poſſit, declarat.

Salva in his omnibus auctoritate Generalis Magiſtri qui Provincialem, ex cauſa rationabili, ab Officio removere poteſt.

XXIII. Utriuſque Calabriæ Provincialis eligendus quolibet biennio.

XXIV. Quandonam Priores Conventuum Provinciæ Lombardiæ, in Regno Neapolitano exiſtentium, poſſint eligi, licet præcedentis Prioratus tempus non ſit expletum?

XXV. Quantum perſtare poſſint Prioriſſæ Monaſteriorum Tertii Ordinis Provinciæ Hiſpaniæ, Julius III præſcribit.

XXVI. Quadriennium, quo Provincialis Hiſpaniæ præeſt, ab electionis die incipere, declarat Paulus IV.

Ex cujus præſcripto, ſi Provincialis electus deceſſerit comitiorum tempore, novi Prioris Provincialis electio ſpectabit ad eadem comitia.

Quandonam ad annum ſequentem differenda.

XXVII. Interſtitium pro Prioriſſis ab eodem Paulo IV præſcriptum.

XXVIII. Ne Abbatiſſæ, ceteræque Monaſteriorum Monialium, in Italia conſiſtentium, Præfectæ ultra triennium præſint, cavet Gregorius XIII.

XXIX. Tempus Capituli Provincialis Peruanæ Provinciæ celebrandi definit Urbanus VIII.

XXX. Qui Provinciales Romanæ Provinciæ biennales eſſe, jubet.

XXXI. Idemque ſtatuit pro Prioribus, tum Provincialibus, tum Conventualibus Provinciæ Calabriæ.

XXXII. Ac mandat, ut impoſitum ſibi munus, tempore præſcripto, Priores obeant.

XXXIII. Ex quibus liquet, quod, juxta diverſarum Provinciarum leges, Officium Prioris Conventualis expletur biennio, vel triennio.

XXXIV. Duobus exceptis caſibus, in quibus, ex Julii II præſcripto, Priores diutius funguntur Officio.

XXXV. Et Officium Provincialatus protrahitur.

XXXVI. De electionibus Provincialium poſt Generalis Magiſtri mortem factis, quædam decernit Clemens IX.

XXXVII. Quædam alia de tempore, ac loco electionis, ex Innocentii XII Conſtitutione notantur.

XXXVIII. Spatium trium horarum conceſſum ad acceptandam, vel recuſandam Prioratus confirmationem.

XXXIX. Quid de interſtitiorum lege ſancitum a Capitulo Generali Bononiæ 1706?

XL. Eadem de re.

I. JUre communi ſancitum eſt Capite = *Ne pro defectu* = 41 de Electione, ut ultra tres menſes Cathedralis Eccleſia, vel Regularis, Prælato non vacet. Sed, hac juris regula, qua tempus electionis definitur, Fratres Prædicatores non coarctari, conceſſit Alexander IV Conſt.CXLV, data 16 Martii 1257 = Cum hi = Tom.I pag.331. Sic enim ipſos alloquitur: „ Cum hi, qui in lege Domini quotidie „ meditantur, paſſim non debeant humanis legibus „ ſubjacere, Nos vobis, in via mandatorum Dei currentibus, auctoritate præſentium, indulgemus, ut „ in electionibus Magiſtri, & Priorum Provincialium veſtri Ordinis, Fratribus, qui debent electiones hujuſmodi celebrare, cum eos frequenter de remotis partibus convenire oporteat, tempus ſuper „ hoc a jure ſtatutum non currat: nec ipſi in hac parte, juris hujuſmodi regulis coarctentur „. Id iiſdem verbis ſancitum ab eodem Alexandro IV Conſtitut.CCXCVII = Virtute conſpicuos = Tom.I. pag.406.

II. Ale-

Digitized by Google

II. Alexander IV conſentientes habet Succeſſores ſuos in Conſtitutionibus incipientibus = *Virtute conſpicuos* = hoc in opere ſæpius laudatis. Vide Titulum I.

III. Notandum, quod in hoc Privilegio Summi Pontifices loquuntur duntaxat de Vocalibus, qui vel Provincialem, vel Generalem Magiſtrum eligere debent. Hinc in Conſtitutionibus noſtris Diſtinctione II Cap.III Textu IV pag.209, ſi Provincialis moriatur, annus unus Provinciæ conceditur ad eligendum Provincialem: & electionis Magiſtri Generalis tempus ultra tres menſes differtur. Vide Conſt. Diſt.II Cap.IV Textu I. Quod diem electionis ſpectat; habetur ibidem Textu IV: quod, poſtquam Vocales congregati fuerint in vigilia Pentecoſtes, in uno conclavi ſic debent includi, ut inde nullus egredi valeat; nec eis ullo modo aliqua alimenta miniſtrentur, quouſque Magiſter Ordinis ſecundum formam Canonicam ſit electus. De Provincialis autem electione decernitur loco laudato, quod, licet annus Provinciæ concedatur ad electionem Provincialis, qui vel mortuus, vel amotus fuerit; ille tamen, qui ejus locum obtinet, tenetur convocare, quantocius poterit, Electores. Hinc Ordin.XX Capituli Gener. Romæ 1629 legitur „: Ordinamus, ut in caſu mortis, vel amotionis Prioris Provincialis, teneatur Vicarius Provinciæ infra menſem indicere futuri Capituli Provincialis convocationem; & cum primum conſtiterit mors, vel amotio Provincialis, coacto duodecim, vel ad minus Octo Patrum graviorum Provinciæ conſilio, tempus, locum, & cetera, ad futuram electionem ſpectantia, determinabit, ſub pœna abſolutionis ab Officio ipſo facto incurrenda „. Additur in Conſtitutionibus. „ Quod ſi in die ſtatuta non elegerint, vel poſtulaverint, qui (Provincialem) debent eligĕre: ad Magiſtrum Ordinis poteſtas providendi transferatur. Quod ſi Fratres cujuſcunque Provinciæ infra annum, poſtquam eis conſtiterit, quod Provincia caret ſuo legitimo Provinciali, non elegerint, vel non poſtulaverint Provincialem; ipſo facto electio, & proviſio de Provinciali ſit ad Magiſtrum Ordinis devoluta „. Quibus liquet, quod, licet una duntaxat dies ad electionem Provincialis concedatur, tempus tamen vacantiæ Provincialatus in caſu mortis, vel amotionis, ad annum unum protrahi poteſt, ſi ita Provinciæ viſum fuerit: Id eſt, tenentur quidem vocales intra diem aſſignatam Provincialem eligere, ſed annum habet Provincia, intra quem dies ad electionem debet aſſignari. Sic etiam, quamvis Electores Magiſtri Generalis die conſtituta, vigilia nempe Pentecoſtes, includantur modo prædicto: a morte tamen Magiſtri Generalis ad diem illam qua ſucceſſor eligendus eſt, tempus vacantiæ Generalatus ultra annum quandoque protrahitur. Si enim poſt feſtum S. Michaelis deceſſerit, ipſius obitus nunciatur, *ut ſuperſedeatur illo anno a Capitulo Generali*, Conſt. loco laudato. Illud ergo privilegium, de quo loquimur, ſpectat duntaxat electiones Provincialis, & Generalis.

IV. Hinc ex Conſtitutionibus noſtris tempus ad electionem Prioris eſt Menſis unus, quo expleto, jus inſtitutionis ad Provincialem devolvitur. Conſtitut. Diſt.II Cap.II Textu V: ubi Gloſſa Lit.O. pag.191 hæc habet: „ Quanquam Conſtitutio Provinciali terminum non præfigat ad providendum de Priore, ſed abſolute dicat, quod ſi infra menſem non elegerint (Vocales) Prior Provincialis Conventui provideat de Priore: non tamen propter hoc intendit derogare juri communi; quo cavetur, ut ille ad quem poteſtas devolvitur, debeat infra tres menſes Eccleſiæ viduatæ providiſſe; ut habetur in Cap. Ne pro defectu: Extra: de electione. Et ideo ſi Provincialis, vel ejus Viceſgerens in prædicto caſu infra tres menſes Conventui de Priore non providerit: elapſis tribus menſibus, non poterit providere, &, ſi providerit, proviſio non valebit, ſed ad Magiſtrum Ordinis poteſtas providendi devolvetur: ut habetur Extr. de ſupplen. negligen. Prælatorum Cap. Licet: ubi dicit Gloſſa, quod mora in electionibus non poteſt purgari „. Circa Provincias Indiarum notanda Declaratio III Capituli Generalis Romæ 1670, cujus hæc verba: „ Declaramus juxta Conſtitutiones noſtras de Electione, ſi intra tres menſes de Priore a Provinciali ob defectum Vocalium non fuerit proviſum, omnino quidem electionem devolvi ad Magiſtrum Ordinis: Diſpenſamus tamen, de conſenſu ſpeciali Reverendiſſimi Patris Generalis, cum remotiſſimis Provinciis Indiarum, in quibus rationabiliter protractionis hujus conſuetudo introducta fuit, ut ſi Provinciales juxta taxatum in noſtris Conſtitutionibus tempus non elegerint, vel inſtituerint, jus eligendi iterum ad Vocales ipſo facto revolvatur. Eamque conſuetudinem tanquam rationi conſentaneam, imo neceſſariam, intuitu diſtantiæ, per præſentes approbamus.

V. Tempus electioni Socii, euntis ad Provinciæ comitia, præſtitutum, illud eſt quo Capituli Provincialis electio inſtat. Definitor vero Capituli Generalis, toto tempore, quo Provincialia comitia habentur, eligi poteſt. *Paſſerinus* Cap.XIII Quæſt.IV N.21, & 22 pag.180: ubi Num.23 &c. ex Capite = *Quia diverſitatem* = De Conceſs. Præben. notat, quod ſimpliciter impeditis impedimento facti, aut juris, non currit tempus.

VI. Ex eodem Capite = *Quia diverſitatem* = ſciendum, quod electionis tempus incipit a notitia carentiæ Prælati. Vide Conſt. Diſt.II Cap.II Textu V Lit.O. pag.191: & Cap.XVI Textu IV Lit.C. pag.333. Hæc autem notitia neceſſaria quidem eſt, quia tempus non currit ignoranti: verum præſumitur in eo, qui potuit, & debuit illam habere. Quapropter, ſi conſtiterit, Electores vel habuiſſe, vel potuiſſe, ſi voluiſſent, habere notitiam illam, privabuntur electione, ſi tempore ipſis conceſſo non elegerint.

VII. Circa Caput = *Ne pro defectu* = quæri poteſt, cur Conſtitutiones noſtræ menſem unum duntaxat præſtituant electioni Prioris, cum jus commune ex illo Capite tres menſes concedat? Verum reſpondetur breviter, quod jus ibi non præcipit, electiones intra tres menſes eſſe faciendas, ſed cavet, ne ultra tres menſes differri poſſint. Scilicet, negligentiæ fines conſtituit, quos breviores eſſe voluit Ordo noſter, ne Conventus diutius ſine legitimo Capite foret.

VIII. Quærit *Donatus*, utrum, ſemel conſtituta dies ad electionem Provincialis, poſſit anticipari? Reſpondet *Paſſerinus* Cap.XIII Quæſt. V Num.37 pag.182, quod ex cauſa graviſſima, quæ bonum commune ſpectet, quia exempli gratia peſtis immineat, ſervatis ſervandis, poterit electionis dies anticipari. De Capitulis tempore peſtis celebrandis, vide Urbani VIII Conſt.LX = Exponi = Tom.VI pag.82: & Conſt.LXI = Alias pro parte = Tom.VI pag.83.

IX. De tempore quo expletur Officium Priorum, tum Conventualium, tum Provincialium, nec fuit, nec eſt unus, & idem uſus Provinciarum. Nonnullæ ſunt in quibus Priores tum Cœnobiis, tum Provinciis, per biennium duntaxat, præſunt. In aliis Priores per

trien-

Google

triennium Cœnobia, Provincias per quadriennium re-
gunt. Vide ſequentes Conſtitutiones.

X. De Congregationis *Lombardiæ* Vicariis lo-
quens *Paulus II Conſt.VIII* = Ad fructuoſa = *T.III*
*pag.*444: „ Ejuſdem autem, inquit, Vicarii Con-
„ gregationis poſtulatio de biennio in biennium cele-
„ bretur, neque poſſit ſuperioris biennii Vicarius,
„ pro alio biennio immediate ſequenti quomodolibet
„ poſtulari, vel confirmari, ſed finito biennio alius
„ omnino mutetur Vicarius. Duret tamen antiqui
„ Vicarii auctoritas donec noviter poſtulatus in ejus
„ Officio confirmatus fuerit, & præſens in terminis
„ ejuſdem Congregationis.

XI. Eadem declarans *Alexander VI Conſt.LXI*
*Tom.IV pag.*129. ſic ejuſdem Congregationis Fratres
alloquitur: „ Dudum felicis recordationis Paulus
„ Papa ſecundus, Prædeceſſor noſter, vobis, & Con-
„ gregationi veſtræ certas literas ſuas conceſſit, qui-
„ bus inter alia cavetur, quod ſi Vicarium dictæ Con-
„ gregationis, durante ejus Officio, ab humanis de-
„ cedere, ſeu ab illo, juxta certum modum, amo-
„ veri contingat, Prior antiquioris Conventus Re-
„ formatorum Conventuum dictæ Congregationis, in
„ omnibus, & per omnia ejuſdem Vicarii vices gerat,
„ donec alter Vicarius poſtulatus, & confirmatus ex-
„ titerit, cum omni ſolita poteſtate, excepta dun-
„ taxat auctoritate abſolvendi Conventuum Priores,
„ & in ipſum eventum mortis, videlicet, vel amo-
„ tionis Vicarii prædicti, idem Prior ejus vices ge-
„ rens infra duos menſes teneatur congregare Capitu-
„ lum ad poſtulationem Vicarii faciendam, niſi ex
„ cauſa legitima eandem poſtulationem ad aliud tem-
„ pus prolixius de aliquorum Priorum conſilio duce-
„ ret differendam: quo caſu una cum Definitoribus
„ dictæ Congregationis Priores abſolvere poſſit.
„ Ejuſdem autem Vicarii Congregationis poſtulatio
„ de biennio in biennium celebretur, neque poſſit ſu-
„ perioris biennii Vicarius pro alio biennio immedia-
„ te ſequenti quomodolibet poſtulari, vel confirmari,
„ ſed finito biennio alius omnino mutetur Vicarius.
„ Cum autem, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, ex
„ aliquibus verbis in præcedentibus poſitis aliqua du-
„ bia ſint exorta videlicet: an, ſi contingat, geren-
„ tem vices in caſu ſupradicto pro electione facienda,
„ convocare Congregationem, & eam celebrare,
„ ipſe vices gerens una cum Definitoribus, poſſit
„ Priores ab eorum officiis abſolvere; Nos ad quos
„ pertinet dubitationes hujuſmodi de medio tollere,
„ & ut vos in pacis, & quietis dulcedine veſtræ Con-
„ gregationis negotia peragere poſſitis, providere
„ volentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſen-
„ tium, declaramus, quod ſi contingat, aliquem
„ Vicarium infra biennium ſui Vicariatus, & in illo
„ non finito decedere, vel juxta modum ſolitum ab
„ eo amoveri, immediate præcedens Vicarius ad
„ hujuſmodi Vicariatum ea vice eligi, vel aſſumi
„ non poſſit: donec poſt finitum tempus ſui Vicaria-
„ tus biennium integrum ſit elapſum. Quare ſi con-
„ tingat gerentem vices in caſu ſupradicto pro ele-
„ ctione Vicarii facienda Congregationem convoca-
„ re, & illam celebrare, ut moris eſt, ipſe vicea
„ gerens una cum Definitoribus prædictis poſſit
„ Priores a ſuis officiis abſolvere, ſicut, & reliqua
„ omnia facere, quæ facere poſſet Vicarius Genera-
„ lis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordina-
„ tionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſue-
„ tudinibus Ordinis, & Congregationis prædicto-
„ rum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
„ quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis
„ quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub
„ annulo Piſcatoris die V Aprilis MCCCCXCVII,
„ Pontificatus noſtri anno quinto.

XII. Vicarium Generalem, & Priores Congrega-
tionis *Terræ Laboris*, quolibet triennio eligendos de-
cernit *Alexander VI Conſt.CXIII* = Sub Religionis
jugo = *Tom.IV pag.*174 dicens: „ Nos igitur, qui
„ ſingulorum, præſertim Religioſorum, quieti, &
„ paci, quantum cum Deo poſſumus, libenter con-
„ ſulimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,
„ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſta-
„ tuimus, & ordinamus, quod Vicarius Generalis
„ præfatæ Congregationis, & Prior Conventualis
„ cujuſcunque domus ejuſdem Congregationis ultra
„ triennium in ſuo Officio perſeverare non poſſit,
„ ſed ſtatim completo triennio, abſque alia abſolu-
„ tione ab Officiis Vicariatus, & Prioratus, ſint
„ ipſo facto abſoluti, ſic quod infra triennium imme-
„ diate ſequens, ille, qui Vicarius, ejuſdem Con-
„ gregationis Vicarius Generalis, & qui Prior exi-
„ ſtebat, ejuſdem Domus Prior, eſſe non poſſit, &
„ quod ſi contigerit triennium præfati Vicarii poſt
„ Feſtum Natalis Domini, compleri, hujuſmodi
„ triennium uſque ad immediate ſequens ejuſdem
„ Congregationis Capitulum incluſive, ſi infra tem-
„ pus Paſchale ejuſdem anni celebrandum erit, ex-
„ tendatur, & illuc uſque, cujuſque Priorum præ-
„ dictorum triennium extenſum intelligatur, ſi poſt
„ Septuageſimam triennium alicujus eorum compleri
„ contigerit, & ſi Capitulum præfatum infra Paſcha-
„ le tempus illius anni celebrandum non eſſet, eo
„ caſu dictum triennium prædictorum Priorum,
„ uſque ad Octavam Dominicæ Reſurrectionis inclu-
„ ſive ejuſdem anni intelligatur extenſum, quoad
„ præſentes vero Priores, qui triennium non tran-
„ ſierint, aut triennio contigui, Prioratus omnium
„ intelligantur perfici in fine Capituli immediate
„ ſequentis ejuſdem Congregationis, quod infra tem-
„ pus Paſchale anni Domini Milleſimi Quingenteſimi
„ ſecundi celebrabitur, alioquin poſt octavam Reſur-
„ rectionis Dominicæ ejuſdem anni immediate ipſo
„ facto ab eorum Officiis ſint abſoluti, & quod in
„ dicta Congregatione nullus de cetero Magiſter in
„ Theologia admitti poſſit, niſi de conſenſu Capituli
„ ejuſdem Congregationis promotus fuerit ad tale
„ Magiſterium, aut tantæ doctrinæ extiterit, quod
„ per prædictæ Congregationis Capitulum libere ac-
„ ceptetur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &
„ Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, jura-
„ mento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis fir-
„ mitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,
„ ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XIII. Tempus Officii Priorum, Provincialis, Con-
ventualis, Priorиſſæ &c. definiens *Julius II Conſt.XIV*
*Tom.IV pag.*221 hæc habet: „ Julius Epiſcopus, Ser-
„ vus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memo-
„ riam. Sub Religionis jugo Domino famulantes li-
„ benter proſequimur favore gratiæ ſpecialis, & ad ea,
„ per quæ eorum quieti conſulitur, & ambitioni via
„ præcluditur, diligenter intendimus, & in his no-
„ ſtri Paſtoralis officii partes favorabiliter imparti-
„ mur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter ex-
„ pedire. Sane exponente Nobis Venerabili Fratre
„ noſtro Oliverio, Epiſcopo Oſtienſi, ac Protecto-
„ re Ordinis Prædicatorum, percepimus, quod per-
„ petuitas, ſeu diuturnitas in officiis dicti Ordinis
„ multa detrimenta, ac etiam contentiones inter ip-
„ ſius profeſſores ſæpius afferre conſuevit, ac per
„ eundem Oliverium Epiſcopum Nobis humiliter

„ ſupplicato, quod tam Priores Provinciales, & Conventuales ejuſdem Ordinis, quam Prioriſſæ Monialium Ordinis Sancti Auguſtini ſub cura præfati Ordinis, ultra certum tempus in ſuis perſeverare officiis non poſſint, perpetuo ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum præſertim Religioſorum quieti, & paci, quantum cum Deo poſſumus, libenter conſulimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod in prædicto Ordine Priores Provinciales ultra quadriennium, Conventuales vero, & præfatæ Prioriſſæ ultra biennium, in hujuſmodi non poſſint perſeverare officiis, ſed his elapſis temporibus ipſo facto abſque alia abſolutione ſint a præfatis officiis abſoluti. Nec qui Prior Provincialis fuit, poſſit infra octo annos ejus abſolutionem immediate ſequentes, ejuſdem Provinciæ eſſe Prior Provincialis, nec qui Prior Conventualis, poſſit infra quadriennium immediate ſequens, ejuſdem Conventus eſſe Prior Conventualis, Et ſimiliter, quæ Prioriſſa fuit, infra etiam quadriennium immediate ſequens, non poſſit ejuſdem Monaſterii eſſe Prioriſſa, niſi in Monaſteriis novis, aut noviter reformatis, ad quorum regimen aliunde Moniales advocatæ, adductæque fuerint. In his enim poſt annos viginti poſt inſtitutionem, aut reformationem volumus poſſe diutius Prioriſſas durare, & citius reaſſumi, prout ante præſentium literarum emanationem fieri poterat. Verum ne Capitula Generalia, aut Provincialia, opportunis contingat carere ſuffragiis, ſacriſque temporibus Fratres ipſius Ordinis diſcurrere, eadem auctoritate volumus, & declaramus, quod ſi quadriennium alicujus Prioris Provincialis finiri contingat, Ordine non habente Magiſtrum Generalem, aut inchoato anno celebrandi Capitulum Generale, in quo ſecundum præfati Ordinis Conſtitutiones Priores Provinciales debent definire, extenſum intelligatur in utroque caſu illius quadriennium uſque ad Capitulum Generale completum, in quo Generalis Magiſter electus erit, vel in quo definire debent. Similiter, ſi alicujus Prioris Conventualis biennium contigerit compleri, Provincia carente Priori Provinciali, aut infra Septuageſimam, & Paſcha, biennium illius in primo caſu uſque ad electionem Provincialis, ſeu Capitulum Provinciale completum, in quo Provincialis electus fuerit, in ſecundo vero caſu uſque ad completum Provinciale Capitulum, ſi infra tempus Paſchale illius anni celebrandum fuerit, alioquin uſque ad Reſurrectionis Dominicæ octavas incluſive, intelligatur extenſum. Ad præſentes vero Priores Provinciales, qui quadriennium in Provincialatus officio peregerunt, aut ante proximum celebrandum Capitulum Generale, ſed interim eos diſpoſitioni Superiorum ſuorum, ac ſi præſentes literæ non emanaſſent, relinquentes, volumus ſtatim completo præfato Generali Capitulo proxime celebrando, prædictos omnes abſolutos ipſo facto abſque alia abſolutione a prædictis officiis, & ita, tenore præſentium, declaramus ex nunc, prout ex tunc eos abſolutos. Priores vero Conventuales præſentes, qui biennium in Prioratus officio peregerunt, aut ante celebrandum Provinciale Capitulum ſuæ Provinciæ peregerint, uſque ad Provinciale Capitulum completum proxime celebrandum in illa Provincia perdurare poſſint, ſed ſtatim præfato Capitulo completo eos a ſuis officiis abſolvimus, & abſolutos declaramus. Prioriſſæ autem præſentes Monaſteriorum, non noviter conſtructorum, aut reformatorum, quæ per biennium in ſuo officio tranſierunt, aut ante Feſtum Pentecoſtes proxime futurum biennium peregerint, uſque ad primam viſitationem ſolemnem ejuſdem Monaſterii durare poſſint, ſi infra annum a Feſto Pentecoſtes proxime futuro inchoandum viſitatio ſupradicta fiet, alioquin immediate poſt octavas feſtivitatis Reſurrectionis Dominicæ anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quinto, eas a ſuis officiis abſolvimus, & abſolutas declaramus. Volumus quoque, & eadem auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod Vicarii Generales Congregationum exemptarum a Prioribus Provincialibus, ſive vitæ communis, ſive vitæ regularis non poſſint ultra triennium in Vicariatus officio perdurare, ſed ut, triennio completo, ipſo facto, ſint abſoluti abſque alia abſolutione, & declaratione. Nec poſſit, qui Vicarius fuit, ejuſdem Congregationis Vicarius eſſe infra ſex annos immediate ſequentes. Nec intendimus propterea conſuetudines, ſtatuta, aut privilegia quarundam Congregationum infringere, diſponentia, quod Vicarius Generalis biennio tantum duret, ſed tenore præſentium concedimus præfatis Congregationibus, ut poſſint in primo Capitulo, eorum, ſi voluerint, etiam ipſi tempus Vicariatus Generalis in tertium annum perpetuo prorogare. In omnibus tamen Congregationibus ſervari volumus, quod ſi Vicarius Generalis biennio tantum durare poteſt, infra quadriennium immediate ſequens, ſi vero per triennium infra ſex annos immediate ſequentes, ejuſdem Congregationis non poſſit eſſe Vicarius Generalis. Per hoc autem non intendimus poteſtatem adimere Superioribus ipſius Ordinis Prælatis, quin poſſint infra præfata tempora Priores Provinciales, & Conventuales, ac Prioriſſas, Vicarioſque Generales, abſolvere ab hujuſmodi officiis, ſed liberam eandem, quam hactenus habuerunt, auctoritatem ſuper abſolutione præfatorum eis relinquentes, ſuper confirmatione, manutentione, & inſtitutione eorundem reſtringimus juxta prædicta. Quæcunque vero ordinavimus de Prioribus Conventualibus vacante Provincialatu, a tempore Septuageſimæ ineunte, intelligendum eſſe volumus etiam de Prioribus Conventualibus ſubditis Vicariis Congregationum, vacante Vicariatu, aut tempore Septuageſimæ jam ingreſſo. Et ſi contra præmiſſa, aut præmiſſorum aliquid factum fuerit, ſcienter, vel ignoranter, poſt præſentium promulgationem, totum irritum, & inane illud eſſe decernimus, & declaramus, quacunque id auctoritate factum fuerit, etiam literarum Apoſtolicarum, niſi in illis plena, & expreſſa mentio de præſenti ſtatuto, & dicto Ordine fiat, & alias id honeſtati Ordinis, & paci, ac quieti Fratrum expediens fuerit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordini præfato, aut alicui Provinciæ, domui, Monaſterio, aut Magiſtro Generali, vel alicui Priori Provinciali, vel Conventuali, aut Prioriſſæ, aut etiam alicui Congregationi, vel Vicario Generali, conceſſis, literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis, & privilegiis, ac Conſtitutionibus ipſius Ordinis, quibus, illa, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, & in eis quævis clauſulæ, etiam derogatoriarum derogatoriæ, for-

„ tio-

„ tiores, & inſolitæ continerentur, præſentibus pro
„ expreſſis babentes, hac vice duntaxat, illis alias
„ in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa ſpe-
„ cialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque con-
„ rariis quibuſcunque. Ceterum quia difficile foret
„ præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus
„ expediens fuerit, originales deferri, volumus, ac
„ dicta auctoritate decernimus, quod earundem præ-
„ ſentium literarum tranſumpto, manu publici Notarii
„ ſubſcripto, ac ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, aut il-
„ lius Curiæ, aut demum præfati Ordinis Generalis
„ Magiſtri, ſigillo munito, ubique ſtetur, & eadem
„ prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, ac
„ ubi illud fuerit exhibitum, vel oſtenſum, in omni-
„ bus, & per omnia, prout eiſdem præſentibus ſta-
„ retur, & adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel
„ oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat banc
„ paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, declara-
„ tionis, abſolutionis, conceſſionis, reſtitutionis,
„ derogationis, & decreti infringere &c. Datum Ro-
„ mæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ
„ Milleſimo Quingenteſimo Quarto, Sexto Kal. Au-
„ guſti, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XIV. Eaſdem literas in Ultramontanis Provinciis
ſuſpenſas declarans idem *Julius II Conſtitut. XXXI*
= Apoſtolica = *Tom.IV pag.*230, univerſos Fra-
tres Prædicatores ſic alloquitur: „ Sane Nobis nuper
„ Venerabilis Frater noſter Oliverius Epiſcopus
„ Oſtienſis, Cardinalis Neapolitanus, ejuſdem Or-
„ dinis veſtri Protector, expoſuit, quod nuper in
„ Generali Capitulo eorundem Fratrum Mediolani
„ celebrato exorta eſt inter eos diſcordia, occaſione
„ quarundam literarum noſtrarum ſtatuentium cer-
„ tum tempus Prioribus Provincialibus, & Conven-
„ tualibus, & Prioriſſis dictis in eorum officiis ge-
„ rendis, prout latius in eiſdem literis continetur.
„ Nam plerique Ultramontanarum Provinciarum De-
„ finitores ſimiliter cum Nunciis Congregationis Hol-
„ landiæ juxta dicti Ordinis ritum literas eaſdem, ut
„ accepimus, acceptare recuſarunt, dicentes, re-
„ formationi, regimini, moribuſque Religioſorum
„ nationum illarum omnino adverſari crebram Supe-
„ riorum ſuorum immutationem. Deinde quod qui-
„ dam ex illis Patribus, nomine omnium non acce-
„ ptantium præfatum ſtatutum, ad ſe venerunt, hu-
„ militer poſtulantes, ut quod refrenandæ ambitio-
„ nis, ac reprimendarum litium gratia ſtatutum eſſe
„ videbatur, provideret, ac regularis vitæ, ac re-
„ formationis incremento in nationibus illis contra-
„ rium foret, & quod, auditis eorum rationibus,
„ ac multis Secularium Principum, & Prælatorum
„ Eccleſiaſticorum teſtimoniis, re in ambiguum re-
„ dacta, præfatus Cardinalis, qui ſecundum Deum
„ Ordinem protegit, ejuſque reformationi cum Do-
„ mino ſtudere cupiens, hanc rem cum pace, ac
„ quiete omnium peragi, ac, boni ductoris more,
„ Religioſos ipſos ad bonam frugem reducere, ſatius
„ putat, literas noſtras ipſas ad aliquod tempus ſu-
„ ſpendi, & proinde, Nobis humiliter ſupplicavit,
„ ut bis paterna Apoſtolica benignitate providere di-
„ gnaremur. Nos igitur, pacem, & augmentum
„ dictæ Religionis, quæ in agro Domini uberius fru-
„ ctus aſſidue profert, præſertim temporibus noſtris,
„ ejuſdem Cardinalis ſupplicationibus inclinati, &
„ rationibus antedictis moti, tenore præſentium,
„ prædictas literas noſtras quoad Provincias Toloſæ,
„ Franciæ, Narbonæ, Teutoniæ, Angliæ, Saxoniæ,
„ Daciæ, & alias extra Italiam, quas idem Cardina-
„ lis Protector, ſi res exigit, nominaverit, auctori-
„ tate Apoſtolica, ſuſpendimus uſque ad immediate
„ futurum ejuſdem Ordinis Generale Capitulum,
„ quod hinc ad biennium fore, ſi eidem Cardinali
„ expedire videbitur, ex nunc decernimus, volen-
„ tes, quod interim in ſingulis prædictis Provincia-
„ lia Capitula juxta eorum Conſtitutiones celebren-
„ tur, vota convenientium, & ſpectantium ad ipſa
„ Capitula ſcrutentur circa prædictum ſtatutum, ac
„ deinde in ſcriptis fideliter redacta, obſignataque
„ ad prædictum Capitulum Generale deferantur, &
„ nihilominus Magiſtro Generali, Definitoribuſque
„ ejuſdem Generalis Capituli harum ſerie committi-
„ mus, & mandamus, ut ſuper hujuſmodi ſtatuto
„ noſtro vota Religioſorum cognoſcant, & ſecun-
„ dum Deum determinent, ut videbitur, auctorita-
„ te etiam noſtra, perpetuo ſtatuant, quod honori
„ divino, Religionis conſervationi, ac ſui Ordinis
„ augmento pertineat. Nos enim quicquid pie, ac
„ religioſe per eoſdem ſuper hoc ſtatutum fuerit,
„ ex nunc ratificamus, approbamus, & in poſterum
„ in præfatis Ultramontanis Provinciis id ſervari om-
„ nino mandamus, non obſtantibus prædictis noſtris
„ literis, ac dicti Ordinis Conſtitutionibus, & aliis
„ in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum
„ Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris
„ die XXII Auguſti MDV, Pontificatus noſtri Anno
„ Secundo.

XV. De interſtitiis, & prorogatione Prioratuum
Congregationis *Lombardiæ* ejuſdem Congregationis
Vicario Generali ſcribit *Leo X Conſt.I Tom.IV pag.*296:
„ Expoſuit Nobis dilectus filius Nicolaus, Cardina-
„ lis de Fliſco vulgariter nuncupatus, Ordinis Præ-
„ dicatorum Protector, quod licet juxta ſtatutum,
„ ac præceptum felicis recordationis Julii Papæ II,
„ Prædeceſſoris noſtri, fuerit hactenus ſervatum in
„ Congregatione Lombardiæ dicti Ordinis, ut Prio-
„ res Conventuales per quadriennium non poſſent
„ in eodem Conventu reeligi, & præeſſe, ac quod
„ biennium dictorum Priorum Conventualium, quan-
„ do infra Septuageſimam, & Paſcha compleri conti-
„ giſſet, extenſum intelligeretur biennium uſque ad
„ Capitulum infra tempus Paſchale celebrandum,
„ nihilominus dictæ Congregationi grave foret, ut
„ tanto tempore unus, atque idem non poſſit in ejuſ-
„ dem loci Prioratum reaſſumi, & hyemali tempore
„ Fratres pro habendis Prioribus diſcurrere, utque
„ providere dignaremur de benignitate Apoſtolica,
„ humiliter ſupplicavit. Nos igitur hujuſmodi ſup-
„ plicationibus inclinati, tenore præſentium, aucto-
„ ritate Apoſtolica, concedimus, ut in dicta Congre-
„ gatione Priores Conventuales, poſtquam per bien-
„ nium vacaverint ab alicujus illius domus Prioratu,
„ poſſint in eadem Priores eſſe, & quod ſi biennium
„ alicujus Prioris compleri contigerit infra adven-
„ tum Domini, vel circa, & Capitulum dictæ Con-
„ gregationis Paſchali tempore celebrandum, bien-
„ nium illius, uſque ad completum Capitulum præ-
„ dictum intelligatur extenſum, non obſtantibus di-
„ ctis literis cum omnibus in eis contentis clauſulis.
„ Quibus omnibus, babentes omnia pro inſertis, &
„ expreſſis, ex certa ſcientia hac vice, quoad hæc
„ derogamus, illis alias in ſuo robore permanſuris,
„ ceteriſque in contrarium, non obſtantibus quibuſ-
„ cunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo
„ Piſcatoris die II Aprilis MDXIII, Pontificatus no-
„ ſtri Anno Primo.

XVI. De Prioribus vero *Aragoniæ* Provinciæ hæc
babet idem *Leo X Conſt.III Tom.IV pag.*297: „ Du-
„ dum felicis recordationis Julio Papæ II, Præde-

„ ceſſori noſtro alias expoſito, quod perpetuitas, &
„ diuturnitas in officiis Ordinis Prædicatorum Pro-
„ vinciæ Aragoniæ, ipſi Ordini detrimenta, inter
„ Fratres contentiones, & inter Chriſtifideles ſcan-
„ dala afferre ſolebat, idem Prædeceſſor volens, præ-
„ miſſis opportuna adhibere remedia, per ſuas literas
„ ſtatuit, & decrevit, quod in prædicto Ordine
„ Priores Provinciales ultra quadriennium, Conven-
„ tuales vero, & Prioriſſæ Monialium Ordinis San-
„ cti Auguſtini ſub habitu, & cura dicti Ordinis Præ-
„ dicatorum degentes, ultra biennium, in hujuſmodi
„ non poſſent perſeverare officiis, ſed bis elapſis tem-
„ poribus, ipſo facto abſque alia abſolutione ſint
„ a præfatis officiis abſoluti, nec qui Prior Provin-
„ cialis fuit, poſſit intra octo annos, immediate ejus
„ abſolutionem ſequentes, ejuſdem Provinciæ eſſe
„ Prior Provincialis: nec qui Prior Conventualis
„ fuit, poſſit intra quadriennium immediate ſequens
„ ejuſdem Conventus eſſe Prior Conventualis, & ſi-
„ militer, quæ Prioriſſa fuit, etiam intra quadrien-
„ nium immediate ſequens non poſſit ejuſdem Mona-
„ ſterii eſſe Prioriſſa, prout in dictis literis plenius
„ continetur. Cum autem, ut oblata Nobis nuper
„ expoſitio ſubjungebat, dicti Prædeceſſoris literæ,
„ ordinationes, & ſtatuta in dicta Provincia Arago-
„ niæ executioni demandata, & capitulariter acce-
„ ptata, & per plures annos pacifice obſervata, &
„ plures ex dictis Prioribus juxta illorum tenorem
„ abſoluti fuerint, & plerique, ut illis parerent,
„ ſponte eorum officiis ceſſerint, & bona plurima di-
„ ctæ Religioni obvenerint, pro parte cariſſimi in
„ Chriſto filii noſtri Ferdinandi Aragonum, &
„ utriuſque Siciliæ Regis Catholici, ſuo, & Fra-
„ trum Ordinis, Provinciæque prædictorum, ſeu
„ majoris, & ſanioris partis conſilii eorundem,
„ nominibus, Nobis fuit humiliter ſupplicatum,
„ ut in præmiſſis robur confirmationis noſtræ adji-
„ cere, & alias in præmiſſis opportune providere
„ de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos di-
„ ctarum literarum, & omnium in eis expoſitorum,
„ ac Priorum, Prioriſſarumque dictæ Provinciæ no-
„ mina, & cognomina, & aliorum omnium expri-
„ mendorum tenores, & continentias, præſentibus
„ pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſup-
„ plicationibus inclinati, ordinationes, & ſtatuta
„ prædicta, & prout illa concernunt, omnia, & ſin-
„ gula in dictis literis contenta, Apoſtolica auctori-
„ tate, tenore præſentium approbamus, confirma-
„ mus, & revalidamus, ſupplemuſque omnes, &
„ ſingulos defectus tam juris, quam facti, ſi qui
„ forſan intervenerint in eiſdem, &, quatenus opus
„ ſit, ordinationes, & ſtatuta prædicta per præſen-
„ tes innovamus, & de novo illa ordinamus, & ſta-
„ tuimus, & ſi qui Præſidentium prædictorum,
„ ultra tempus in ſtatutis, & literis dicti Prædeceſſo-
„ ris expreſſum, eorum officium continuarunt, ſeu
„ exercuerunt, ex nunc eos abſolutos declaramus,
„ &, quatenus opus ſit, denuo abſolvimus. Quocir-
„ ca vobis, & veſtrum cuilibet per hæc ſcripta man-
„ damus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum,
„ ſtatuta, & decreta prædicta, & hujuſmodi literas
„ noſtras per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia oppor-
„ tuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, facia-
„ tis inviolabiliter obſervari, cum poteſtate, tranſ-
„ greſſores, & inobedientes, toties quoties opus
„ fuerit, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe de-
„ clarandi, & illas aggravandi, interdictum ponen-
„ di, & brachium ſeculare invocandi, & omnia alia
„ faciendi, quæ pro obſervatione dictorum ſtatuto-
„ rum, & hujuſmodi literarum noſtrarum neceſſaria,
„ ſeu quomodolibet opportuna facere cognoveritis.
„ Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationi-
„ bus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, privilegiis, &
„ indultis, ac literis Apoſtolicis Ordini præfato,
„ etiam alicui Provinciæ, Monaſterio, Magiſtro
„ Generali, vel alicui Priori Conventuali, vel Pro-
„ vinciali, ſeu Prioriſſæ, vel alicui Congregationi,
„ ſive Vicario Generali, etiam in forma Brevis, vel
„ vivæ vocis Oraculo, ſub quibuſvis verborum for-
„ mulis, & clauſulis derogatoriarum derogatoriis,
„ fortioribus, & inſolitis, irritantibuſque decretis,
„ conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus om-
„ nibus, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus
„ ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum,
„ non autem per clauſulas generales id importantes
„ mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret,
„ eorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter
„ expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore perman-
„ ſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe
„ derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque.
„ Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcato-
„ ris die XXX Septembris MDXIII, Pontificatus no-
„ ſtri Anno Primo.

XVII. De officiis, quæ in Ordine Fratrum Prædi-
catorum temporaria eſſe debent, alumnis *Aragoniæ*
Provinciæ ſic ſcribit *Leo X Conſt. VII Tom. IV pag.* 30:
„ Decet Romanum Pontificem, quæ ab eo, præſer-
„ tim pro evitandis ſcandalis, paceque Religioſorum,
„ quos convenit ab omni contentione abſtinere,
„ conſervanda, provida deliberatione emanarunt,
„ ſic moderari, ut omnis diſcordiæ, ſcandalique oc-
„ caſio tollatur. Dudum ſiquidem literas ſententiæ,
„ ſeu tenoris ſubſequentis edidimus. Venerabiles
„ Fratres &c. Dudum felicis recordationis Julio Pa-
„ pæ II &c. Cum autem dilectus filius noſter Nico-
„ laus tituli Sanctæ Priſcæ Presbyter Cardinalis dicti
„ Prædicatorum Ordinis Protector, Nobis expoſue-
„ rit, quod ex reintegratione ſtatuti, de quo in lite-
„ ris Brevi præſenti inſertis, quod revocatum erat,
„ & abſolutione Provincialis, & Priorum, & Prio-
„ riſſarum in dicto Ordine quamplura ſcandala exo-
„ riri poſſent: Nos igitur, paci, & quieti dicti Or-
„ dinis providere volentes, literas prædictas ſuſpen-
„ dimus, donec dilectus filius Thomas dicti Ordinis
„ Generalis Magiſter miſerit unum, vel plures ad
„ dictam Provinciam, ad ſcrutandum libera vota
„ Fratrum in ea degentium, præſertim Seniorum,
„ circa ſtatutum prædictum de temporalitate Officia-
„ lium; ut illa in ſcriptis redacta, ad eundem Tho-
„ mam Generalem deferant; & ſi omnes Fratres, aut
„ duæ partes eorum voluerint ſtatutum hujuſmodi
„ eſſe ſervandum; Volumus, quod idem Thomas Ge-
„ neralis, auctoritate noſtra, decernat, ſtatutum
„ ipſum in dicta Provincia de cetero eſſe ſervandum:
„ ſi vero minor pars id tantum voluerit, tunc uſque
„ ad proximum Capitulum Generale ſuperſedere vo-
„ lumus, ut in eo per Capitulum ipſum, quid ſuper
„ hoc ſervandum ſit decernatur, & ex nunc eundem
„ Thomam Generalem omnia vigore ſupradicti Bre-
„ vis geſta, & gerenda, & cetera inde quomodolibet
„ ſubſecuta, & ſubſequenda, auctoritate noſtra,
„ revocare, & in priſtinum ſtatum reducere poſſe;
„ & per eum geſta uſque ad finem proximi Capituli
„ Generalis ſervanda fore, niſi ipſe Generalis inte-
„ rim per ſe, vel alium, aliquid mutandum duxerit,
„ decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &
„ Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, &
„ ſpecialiter ſi non de verbo ad verbum, quoad omnia

„ inſertæ

„ inſertæ eſſent præſentibus dictæ noſtræ literæ, ce-
„ teriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ
„ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXII Fe-
„ bruarii MDXIII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XVIII. Decretum contra diuturnitatem Priorum
renovat *Leo X Conſt.XXIV Tom.IV pag.*311: dicens:
„ Expoſuiſti (Generalem Magiſtrum alloquitur)
„ Nobis, quod Fratres Ordinis Prædicatorum Pro-
„ vinciæ Hiſpaniæ in proxime præterito ſuo Capitulo
„ Provinciali concluſerunt, dictæ Provinciæ divi-
„ ſionem in duas Provincias, vitæ regulari, quieti
„ Fratrum, ac paci utilem ſatis, & neceſſariam eſſe;
„ Eo maxime, quia propter ejus amplitudinem, &
„ Conventuum a ſe invicem diſtantium, vix ab uno
„ Provinciali tota viſitari poteſt; propter quod etiam
„ mutatio Fratrum moleſtiſſima eſt; quodque, quia
„ ſine Apoſtolica auctoritate non poſſit hæc diviſio
„ fieri, te rogaverunt, ut noſtram, ac opportunam
„ auctoritatem impetrares, utque providere digna-
„ remur de benignitate Apoſtolica, humiliter ſup-
„ plicaſti. Nos, tranquillum ſtatum omnium Reli-
„ gioſorum, præſertim regulariter viventium, fo-
„ vere, gratiiſque, ac favoribus augere, volentes,
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenore præ-
„ ſentium, dividimus dictam Provinciam ſecundum
„ morem dicti Ordinis Prædicatorum in duas Provin-
„ cias in dicto Ordine, dividendo ſitum earum Flu-
„ mine Anæ, vulgariter Guadiana nuncupato, ita
„ quod citra ſit, & vocetur Provincia Hiſpaniæ,
„ contineatque omnia loca ibidem præſentia, & futu-
„ ra, perſonarumque utriuſque ſexus etiam tertii
„ Habitus, & perſonas ipſas, quæ ad dictum Ordi-
„ nem quomodolibet ibi ſpectant, ſolitumque hacte-
„ nus locum Provincia Hiſpaniæ in dicto Ordine te-
„ neat; ultra vero ſit, & vocetur Provincia Anda-
„ logiæ, reliquum, ut de altera dictum eſt, conti-
„ nens. Itaque utraque Provincia habeat proprium
„ Provincialem, & gaudeat utraque Provincia, &
„ uterque Prior Provincialis, & omnia utriuſque
„ pro tempore membra, omnibus exemptionibus,
„ & gratiis, ſeu privilegiis, quibus ceteræ dicti Or-
„ dinis Provinciæ, & reliqui Priores Provinciales
„ gaudent, & in poſterum gaudebunt: Volumus
„ autem, & tenore præſentium ſtatuimus, ut in utra-
„ que Provincia locum habeat in omnibus, & per om-
„ nia ſtatutum de duratione Præſidentium per felicis
„ recordationis Julium Papam II Prædeceſſorem no-
„ ſtrum in toto Ordine prædicto, quamvis revoca-
„ tum in parte dicatur, his dumtaxat exceptis, &
„ adjunctis, quod Priores Conventuales poſſint du-
„ rare triennio, & poſſint reeligi, aut alias Priores
„ fieri in eodem Conventu poſt annum immediate
„ ſequentem terminum præcedentis Prioratus ſui in
„ in eodem Conventu. Priorisſæ vero Monaſterio-
„ rum, & Collegiorum Sororum Tertii Habitus,
„ collegialiter viventium, poſſint quadriennio tan-
„ tum durare, & poſſint, vacante Prioratu imme-
„ diate reeligi, aut Prioriſſæ ibi fieri ſi ex quinque
„ partibus Sororum Monaſteriorum, ſeu Collegio-
„ rum, quatuor vellent unanimiter eandem iterum im-
„ mediate præfici; quicquid autem ſecus contra hujus
„ ſtatuti durationem, reelectionem, aut iteratam
„ præfectionem fieri contigerit, irritum, & inane
„ eſſe decernimus, Statuimus quoque, quod præ-
„ bendæ, quas in Collegio Valliſoletano hactenus
„ habuerunt, quæ de cetero ſpectabant ad Provin-
„ ciam Andalogiæ apud eos, & dictam Andalogiæ
„ Provinciam maneant, ſicut hactenus habuerunt,
„ cum eſſent pars Provinciæ Hiſpaniæ, non obſtante,
„ quod Provincialis Andalogiæ, non juret ſervare
„ ſtatuta dicti Collegii. Et quod poſſit dicta Provin-
„ cia Andalogiæ aſſignare pro tempore in Conventu
„ S. Stephani Salmanticen. pro ſtudio decem Fratres,
„ pro contributionibus conſuetis. Volentes, quod
„ quilibet Frater, qui extra Conventus, & loca ſuæ
„ Provinciæ invenietur in altera harum in hac divi-
„ ſione aſſignatus, ſit aſſignatus tenore præſentium
„ in Conventu ſuo, cujus eſt filius, poſſitque a ſuo
„ Superiore, de eo, & tunc, & poſt aliter diſponi:
„ Per hoc tamen non intendimus mutare eum, qui
„ nunc eſt Prior Provincialis Provinciæ Hiſpaniæ,
„ ab officio, & cura novæ Provinciæ Hiſpaniæ,
„ ſed ipſum relinquimus ſuper novam Provinciam
„ Hiſpaniæ, ac ſi ſuper ipſam tantum hactenus fuiſ-
„ ſet; committimuſque nihilominus tibi, ac manda-
„ mus, ut petitionibus, quas dicti Capituli Provin-
„ cialis Definitores tibi obtulerunt in hujus diviſione
„ examinandas, ac prout tuæ videbitur diſcretioni
„ moderandas, poſt maturam diſcuſſionem, prout
„ tibi videbitur, ſatisfacias, & his, quæ ordinave-
„ ris, ac præceperis, noſtra, quam tibi per præſen-
„ tes concedimus, auctoritate, perpetuæ firmitatis
„ robur adjicere poſſis. Non obſtantibus Conſtitu-
„ tionibus, Ordinationibus, ac Privilegiis Apoſto-
„ licis, necnon dicti Ordinis, confirmatione Apo-
„ ſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, etiamſi
„ de eis, & dicto Ordine, ac Provincia, eorumque
„ totis tenoribus expreſſa, ſpecifica, individua, ac
„ de verbo ad verbum, & non per clauſulas genera-
„ les idem importantes, mentio habenda eſſet, cete-
„ riſque contrariis quibuſcunque. Datum in Civita-
„ te noſtra Viterbii ſub annulo Piſcatoris die X Octo-
„ bris MDXIV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XIX. De tempore, quo perſtare debeant Priores
in Congregatione *S. Marci* ſcribens *Leo X Conſt. XLIII
Tom.IV pag.*329: „ Dudum, inquit, per alias no-
„ ſtras in forma Brevis literas conceſſimus vobis, ut,
„ non obſtante ſtatuto felicis recordationis Julii Pa-
„ pæ II, Prædeceſſoris noſtri, ſervaretur in veſtra
„ Congregatione forma Conſtitutionum veſtri Ordi-
„ nis de duratione Priorum, & Prioriſſarum; dum-
„ modo tamen dilecti filii Generalis Magiſtri ejuſdem
„ Ordinis conſenſus ad id accederet, prout in literis
„ ipſis plenius continetur. Cum autem, ſicut expo-
„ ni Nobis feciſtis, ipſe Generalis Magiſter requiſi-
„ tus ita limitate conſenſerit, quod videlicet Priores,
„ & Prioriſſæ in dicta veſtra Congregatione durare
„ poſſint in ſuis officiis quadriennio continuo, & illo
„ exacto, ipſo facto ſint abſoluti, & abſolutæ, poſ-
„ ſint tamen in eodem Conventu, & Monaſterio
„ ſtatim de novo eligi; quodque in ſingulis Conven-
„ tibus, & Monaſteriis fiat ſingulis annis per fabas
„ ſcrutinium de abſolutione, vel retentione Prioris,
„ & Prioriſſæ, & ſi de tribus partibus Fratrum, vo-
„ cem in hujuſmodi ſcrutinio habentium, duæ inven-
„ tæ fuerint Prioris abſolutionem petere, teneatur
„ Definitorium Capituli Congregationis ſub præcepto
„ illum ab officio removere, ſimiliter etiam ſi de tri-
„ bus partibus Sororum Vocalium duæ petierint ab-
„ ſolutionem Prioriſſæ, teneatur ſub præcepto Vica-
„ rius Generalis pro tempore illam intra annum ab
„ officio deſtituere, ut his Apoſtolicæ confirmationis
„ robur perpetuum adjicere dignaremur, de beni-
„ gnitate Apoſtolica, humiliter ſupplicaſtis. Nos
„ igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati,
„ præmemoratas noſtras, & dicti Generalis Magiſtri
„ de hujuſmodi conſenſu literas, earum tenores pro
„ expreſſis, & inſertis habentes, auctoritate Apoſto-
„ lica,

„ lica, harum ſerie, confirmamus; illaſque in omni
„ ſui parte robur perpetuæ firmitatis obtinere decer-
„ nimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutio-
„ nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & ſpeciali-
„ ter dicto Julii Prædeceſſoris noſtri ſtatuto, cum
„ omnibus clauſulis in eo contentis, ac ſtatutis, con-
„ ſuetudinibus, & privilegiis dicti Ordinis, & Con-
„ gregationis. Quibus omnibus, illis alias in ſuo ro-
„ bore permanſuris, quoad præmiſſa expreſſe dero-
„ gamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Da-
„ tum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris
„ die XII Julii MDXVI, Pontificatus noſtri Anno
„ Quarto.

XX. Vicario Congregationis Lombardiæ Ordinis Prædicatorum ſcribens *Clemens VII Conſtitutione LVII* == Expoſuit Nobis == *Tom.IV pag.*475: „ Expoſuit,
„ inquit, Nobis Venerabilis Frater noſter Lauren-
„ tius Epiſcopus Præneſtin., Cardinalis SS. Quatuor
„ Coronatorum nuncupatus, Ordinis Prædicatorum
„ Protector, quod licet juxta ſtatutum, & præce-
„ ptum felicis recordationis Julii Papæ Secundi, Præ-
„ deceſſoris noſtri, fuerit hactenus ſervatum, ut
„ Prioriſſæ Monaſteriorum Monialium ſub cura Fra-
„ trum veſtræ Congregationis Lombardiæ degen-
„ tium, per quadriennium, non poſſint in eiſdem
„ Monaſteriis reeligi, & eiſdem Monaſteriis præeſſe,
„ nihilominus tibi Vicario dictæ Congregationis gra-
„ ve fore videtur, ut tanto tempore, una, atque
„ eadem Monialis non poſſit in hujuſmodi Monaſterii
„ Prioriſſam reaſſumi. Quare idem Laurentius Epi-
„ ſcopus, & Protector, Nobis humiliter ſupplicavit,
„ ut in præmiſſis opportune providere, de benigni-
„ tate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, hujuſ-
„ modi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apo-
„ ſtolica, tenore præſentium, concedimus, ut in
„ Monaſteriis dictarum Monialium, illarum Prio-
„ riſſæ, poſtquam per biennium vacaverint ab alicu-
„ jus ipſius Monaſterii Prioratu, poſſint in eodem
„ Monaſterio Prioriſſæ eſſe. Non obſtantibus literis
„ Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, cum omnibus in
„ eis contentis, & clauſulis, quibus, illarum teno-
„ res pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes,
„ illis alias in ſuo robore permanſuris, quoad hoc
„ ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque
„ contrariis quibuſcunque. Datum Bononiæ ſub an-
„ nulo Piſcatoris die VIII Februarii MDXXX, Pon-
„ tificatus noſtri Anno Septimo.

XXI. Provinciæ *Lombardiæ* Priorem eligendum quolibet biennio declarat *Paulus III Conſt.V Tom.IV pag.*538, dicens: „ Exponi Nobis nuper feciſti (Pro-
„ vincialem alloquitur) quod in Capitulo Provin-
„ ciali iſtius Provinciæ, nuper in Domo, ſeu Con-
„ ventu S. Dominici Brixien. Ordinis Fratrum Præ-
„ dicatorum celebrato, fuit ſtatutum, & ordinatum
„ pro conſervatione pacis, & vitæ regularis in iſta
„ Provincia, quod nullus poſſet eſſe Prior Provin-
„ cialis dictæ Provinciæ, ultra quam per biennium,
„ & ejus officium in principio ſecundi Capituli, ſe-
„ cundi anni ſui Provincialatus, quod tempore Paſ-
„ chatis Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ celebratur, finiri, & terminari intelligeretur, ac
„ ex dicto principio, quouſque futurus Provincialis
„ ejuſdem Provinciæ electus, & confirmatus, ac
„ præſens eſſet in dicta Provincia, remaneret Vica-
„ rius dictæ Provinciæ. Quod ſi ipſe Prior Provin-
„ cialis infra tempus ſui Provincialatus decederet,
„ vel amoveretur, tunc, & eo caſu Prior Conven-
„ tus, ſeu Domus Bononien. dicti Ordinis, qui pro
„ tempore foret, vices ipſius Provincialis, donec
„ alius Provincialis electus, & confirmatus, ac præ-
„ ſens in dicta Provincia eſſet, in omnibus, & per
„ omnia obtineret, prout in ſcripturis deſuper con-
„ fectis plenius dicitur contineri. Quare ſupplicari
„ feciſti Nobis humiliter, ut ſtatuta, & ordinationes
„ hujuſmodi, approbare, & confirmare, aliaſque
„ in præmiſſis opportune providere, de benignitate
„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi
„ ſupplicationibus inclinati, ſtatuta, & ordinationes
„ hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, per præſentes
„ approbamus, & confirmamus, ſuppleмuſque om-
„ nes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus,
„ ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, illaſque per-
„ petuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter
„ obſervari debere. Et quod nullus Frater dictæ Pro-
„ vinciæ etiam Prædicator Apoſtolicus, vigore quo-
„ rumcunque Literarum, & Brevium Apoſtolico-
„ rum, hactenus forſan creatus, & deinceps crean-
„ dus, ſermones ad populum facere poſſit; abſque eo
„ quod, prius quid in ſermonibus hujuſmodi dictu-
„ rus ſit, Provinciali dictæ Provinciæ pro tempore
„ exiſtenti, expoſuerit, eadem auctoritate, decer-
„ nimus, concedentes eidem Provinciali, quod ſi
„ dicti Prædicatores, erronea, vel ſcandaloſa præ-
„ dicare voluerint, id illis ſub pœnis, de quibus ſibi
„ videbitur, prohibere poſſit; Non obſtantibus præ-
„ miſſis, & Conſtitutionibus, ac Ordinationibus
„ Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus,
„ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
„ quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque,
„ indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Bre-
„ vis, quibus, illorum tenores præſentibus pro ſuffi-
„ cienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis,
„ necnon modos, & formas ad id ſervandos, pro in-
„ dividuo ſervatis habentes, hac vice duntaxat, illis
„ alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpe-
„ cialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque. Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die VIII De-
„ cembris MDXXXIV, Pontificatus noſtri Anno
„ Primo.

XXII. Priorem *Dalmatiæ* Provinciæ eligendum quolibet quadriennio, decernit *Paulus III Conſt.XII* == Inter multiplices == *Tom IV pag.*545 dicens:
„ Cum itaque, ſicut accepimus, Provincia Dalma-
„ tiæ, ſecundum morem veſtri Ordinis Fratrum Præ-
„ dicatorum in partibus ultramarinis, & multum re-
„ motis, conſiſtens, retroactis temporibus, per Prio-
„ rem Provincialem ad Magiſtri Generalis dicti Or-
„ dinis nutum amovibilem gubernari conſueverit, &
„ quandoque ob Priorum Provincialium dictæ Pro-
„ vinciæ diuturnitatem, aliquando vero frequentem
„ mutationem, quamplurima damna ſupportaverit,
„ majoraque veriſimiliter ſubſequi poſſent, niſi de-
„ ſuper de congruo remedio provideatur, Nos ve-
„ ſtrum, & ejuſdem Provinciæ proſperum, & tran-
„ quillum ſtatum, ac, ut quietius, & liberius Altiſ-
„ ſimo vota veſtra perſolvere poſſitis, paterno ze-
„ lantes affectu, ac propterea volentes ſuper his con-
„ gruæ proviſionis remedium miniſtrare, & futuris
„ inconvenientibus, quantum poſſumus, obviare,
„ Motu proprio, & ex certa ſcientia, quod de cetero
„ officium Prioris Provincialis ejuſdem Provinciæ,
„ quatuor annis a die acceptationis ipſius officii com-
„ putandis duntaxat duret, & dicto quadriennio
„ elapſo, idem Prior ab officio Prioratus Provincia-
„ lis, eo ipſo abſolutus ſit, & niſi per Magiſtrum
„ Generalem pro tempore exiſtentem, aliter ordi-
„ natum fuerit, donec ejus loco futuri Provincialis

„ electio

„ electio, & confirmatio, in ipſa Provincia intima-
„ ta fuerit, dictæ Provinciæ Vicarius remaneat, nec
„ ad ipſum Prioris Provincialis officium, denuo aſſu-
„ mi valeat, niſi octo annis, poſt ceſſationem ſui of-
„ ficii computandis elapſis, & ſi aliquando dictum
„ officium, tempore Autumni, ſeu Hyemis, quo vos
„ ob maris tempeſtates, inſimul de facili convenire
„ non valetis, ceſſaverit, Viearius ejuſdem Provin-
„ ciæ, de illius diſeretorum conſilio, Congregatio-
„ nem Capituli Provincialis pro futura Prioris ele-
„ ctione celebrandam, uſque ad principium menſis
„ Maii, tunc immediate ſequentis prorogare, & in-
„ terim Provinciam ipſam regere, & gubernare va-
„ leat. Ita tamen, quod idem Magiſter, eundem
„ Priorem Provinclalem, etiam dicto quadriennio
„ durante, ab ipſo Prioratu Provinciali ſi ſibi ex
„ aliqua cauſa rationabili videatur, amovere valeat,
„ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatui-
„ mus, & ordinamus; necnon Conſtitutionem felicis
„ recordationis Julii Papæ II, Prædeceſſoris noſtri,
„ circa dicti Prioris Provincialis electionem, & illius
„ tempus, dudum editam, innovamus, illamque
„ perpetuo obſervari volumus, & mandamus.

XXIII. De electione Provincialis utriuſque *Calabriæ* legendum vivæ vocis oraculum *Pauli III Tom.IV pag.552*. Hujus tenoris eſt: „ Johannes miſeratione
„ divina SS. Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardina-
„ lis, de Salviatis vulgariter nuncupatus, Ordinis
„ Prædicatorum Protector. Univerſis, & ſingulis
„ Chriſtifidelibus, præſentes noſtras literas inſpectu-
„ ris, lecturis pariter, & auditurls, notum facimus,
„ & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter hodie San-
„ ctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Paulus di-
„ vina providentia Papa III, ad preees, & requiſi-
„ tiones noſtras vivæ vocis oraculo, Nobis deſuper
„ facto, conceſſit, quod pro pace, & quiete Provinciæ
„ Calabriæ Ordinis Prædicatorum liceat illis, & te-
„ neantur, ubi tempus eligendi ſibi Provincialem ad-
„ venerit, ſi tamen voluerint, unum de ſua Provincia
„ eligere, ſemel unum ex partibus Calabriæ ſuperio-
„ ris, qui duobus annis, præeſſe tantum poſſit, deinde
„ alium ſequentem ex partibus Calabriæ inferioris,
„ & ſic ſucceſſive, de biennio in biennium, quouſque
„ ab Apoſtolica Sede aliter fuerit ordinatum. Quod
„ tamen biennium, ſemper in ſecundo Paſchate, Do-
„ minica ſecunda, poſt octavas Paſchæ intelligatur
„ eſſe finitum, & tunc Provincialis ipſe ſit abſolutua
„ ipſo facto, & remaneat Vicarius Generalis Pro-
„ vinciæ, quouſque alius Provincialis fuerit confir-
„ matua, & præſens in Provincia, cum auctoritate
„ ſolita dari hujuſmodi Vicariis, ſecundum Conſti-
„ tutionea Ordinis Prædicatorum, cetera autem omnia
„ ſecundum Conſtitutiones ejuſdem Ordinis fiant, &
„ tractentur. In quorum fidem præſentes manu noſtra
„ ſubſcriptas fieri, & per infraſcriptum Secretarium
„ noſtrum ſubſcribi, noſtrique ſigilli, quo in ſimili-
„ bus utimur, juſſimus appenſione muniri. Datum
„ Romæ in Burgo S. Petri in Ædibus noſtræ ſolitæ
„ Reſidentiæ, die ultima Menſis Junii MDXXXVI,
„ Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Anoo Secundo.

XXIV. De electione Priorum Conventuum Provinciæ *Lombardiæ*, in Regno Neapolitano exiſtentium, ſic ejuſdem Provinciæ Fratribus ſcribit *Paulus III Conſt.LXIX Tom.IV pag.604*: „ Exponi No-
„ bis nuper fecerunt dilecti filii univerſi Fratrea ſin-
„ gulorum Conventuum, ſeu Domorum, Ordinis
„ Fratrum Prædicatorum Regni Neapolitani, quod
„ cum in Conſtitutionibus, ſeu Ordinationibus dicti
„ Ordinis inter alia caveatur expreſſe, quod ſucceſ-
„ ſores exiſtentium pro tempore Priorum Conven-
„ tuum Ordinis præfati, finito ipſorum Priorum
„ officio duntaxat, & non antea, a Fratribus Con-
„ ventuum hujuſmodi reſpective eligantur, ſeu po-
„ ſtulentur, ac deinde ipſi ſic electi, ſeu poſtulati,
„ tempore quo Capitulum Provinciale celebratur,
„ per dictum Capitulum, ſeu ipſo jam celebrato, per
„ tunc exiſtentem Priorem Provincialem, confir-
„ mentur, vos alias in Civitate Mantuæ Capitulo
„ Provinciali utriuſque Lombardiæ celebrato, ma-
„ ture conſiderantes temporis ſpatium inter electio-
„ nem, ſeu poſtulationem, & confirmationem præ-
„ dictas, neceſſario interponi, &, ſi ſucceſſores,
„ ut præfertur, electos, ſeu poſtulatos a Conventi-
„ bus prædictis abeſſe contingat, quamplures dies, &
„ menſes, ante eorum reditum, plerumque con-
„ ſumi, & præterire, interimque Conventus hujuſ-
„ modi cum maximo illorum diſpendio Prioribus ca-
„ rere, ut diſpendio hujuſmodi Fratrum dictorum
„ Conventuum, rixis, & diſcordiis, ceteriſque
„ ſcandalis, quæ evenire poſſunt, occurreretis, &
„ Conventuum indemnitati, Fratrumque eorundem
„ unanimitati, & concordiæ conſuleretis, decrevi-
„ ſtis, & ordinaſtis, ut deinceps ante tempus, quo
„ Capitulum præfatum celebraretur, Fratres Con-
„ ventuum dicti Regni, & aliorum, quibus vobis
„ expedire viſum fuiſſet, ſucceſſores tunc exiſten-
„ tium Priorum Conventuum eorundem, etiam quod
„ tunc exiſtentes Priores prædicti eſſent, per ſex, vel
„ ſeptem menſes poſt dictum Capitulum celebratum
„ in eorum officiis adhuc reſpective permanſuri, eli-
„ gere, ſeu poſtulare poſſent; ipſique ſic electi, ſeu
„ poſtulati per Capitulum hujuſmodi, ſeu, ipſo fini-
„ to, per tunc exiſtentem Priorem Provincialem, ut
„ præfertur, confirmarentur. Cum autem, ſicut
„ eadem expoſitio ſubjungebat, Decretum, & or-
„ dinatio prædicta, non ſint adhuc ſortita effectum,
„ & ſi ſervarentur, uſuique, & executioni manda-
„ rentur, ex hoc profecto Conventus, & Fratrea
„ prædicti quamplura commoda, & utilitatem per-
„ maximam conſequerentur; pro parte Fratrum eo-
„ rundem fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis
„ decretum, & ordinationem hujuſmodi ſervari fa-
„ ciendi, illaque uſui, & executioni demandandi,
„ licentiam, & facultatem concedere, aliaſque in
„ præmiſſis opportune providere, de benignitate
„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi ſup-
„ plicationibus inclinati, vobis, ut decretum, & or-
„ dinationem hujuſmodi, in poſterum ſervari facere,
„ uſuique, & executioni mandare libere, & licite
„ valeatis, ac dictis Fratribus, ut illis uti poſſint, li-
„ centiam, & facultatem, Apoſtolica auctoritate,
„ per præſentes concedimus, & indulgemus, decre-
„ tum, & ordinationem prædicta poſtquam in eſſe de-
„ ducta fuerint, dicta auctoritate approbantes, &
„ confirmantes, illiſque perpetuæ firmitatis robur
„ adjicientes; Supplentes quoque omnes, & ſingu-
„ los, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan
„ intervenerint in eiſdem. Non obſtantibus Conſti-
„ tutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon
„ præmiſſis, aliiſque Conventuum, & Ordinis Præ-
„ dicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica,
„ vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, &
„ conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis,
„ ac literis Apoſtolicis, eidem Ordini, & illius Fra-
„ tribus per Sedem Apoſtolicam conceſſis, & confir-
„ matis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorum-
„ que totis tenoribus, pro eorum ſufficienti deroga-
„ tione, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua,
„ ac

Digitized by Google

„ ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas, generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio, babenda foret, tenores eorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis babentes, hac vice duntaxat, barum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Aut ſi Fratribus dicti Ordinis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV Martii MDXLI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

XXV. Monaſteriorum Sororum Tertii Ordinis Hiſpaniæ Provinciæ Prioriſſas ad quadriennium eligi debere, decernit *Julius III Conſt.XXIX* = Exponi Nobis = *Tom.V pag.32.*

XXVI. De Electione Provincialis Hiſpaniæ, & ipſius auctoritate ſcribens *Paulus IV Conſt.X* = Regimini = *Tom.V pag.*501 „ Cum itaque, ſicut dilectus filius modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, celebratio Capituli Provincialis Provinciæ Hiſpaniæ, juxta morem dicti Ordinis, in quo antiquus abſolvitur, & novus Prior Provincialis Provinciæ hujuſmodi, a Fratribus ejuſdem Ordinis, & Provinciæ, in ipſo Capitulo pro tempore exiſtentibus, ad quos electio Prioris Provincialis hujuſmodi de jure, ſeu ſtatutis ejuſdem Ordinis, aut alias, pertinet, ad quadriennium, ex die confirmationis ipſius electionis computandum, eligi conſuevit, ex dilatione confirmationis hujuſmodi, tempore minus idoneo ſæpius contingat; Nos commoditati Fratrum ad dictum Capitulum pro tempore accedere habentium, conſulere volentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quod Fratres ipſius Ordinis, qui proximo Capitulo convenerint, diem certam, & firmam, nec in poſterum ulla ratione variabilem, aut mutabilem, qua ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus Capitulum ipſum celebretur, & celebrari debeat, conſtituere, & deputare teneantur, a quo die celebrationem Capituli hujuſmodi immediate præcedentem, cum primum campanula ad convocandum Fratres pro electione hujuſmodi facienda juxta ſolitum pulſari cœperit, tam modernus, quam proxime eligendus, & pro tempore exiſtens Prior Provincialis Provinciæ hujuſmodi, etiamſi tunc ſuum quadriennium non compleverit, ab eodem Prioratus officio abſolutus ſit, & eſſe cenſeatur eo ipſo; ac ex tunc novi Provincialis electio fieri debeat, ipſeque pro tempore electus Prior Provincialis incontinenti Capitulo, & Provinciæ prædictis, tanquam Vicarius, donec ejus electio per tunc Superiorem dicti Ordinis, de more confirmata, vel infirmata fuerit, præſidere, ipſamque Provinciam adminiſtrare debeat; & nihilominus, dictum quadriennium, a die electionis, & non confirmationis hujuſmodi, ſeu illius petitionis, currere incipiat. Verum, ſi electionem infirmari, aut electum, antea, vel poſt confirmationem prædictam, decedere, ſeu ab ipſo officio removeri contingat, is, qui juxta dicti Ordinis Conſtitutiones, & Ordinationes ejuſdem, Provinciæ præeſſe habebit, aut alius ad id per Superiores ejuſdem Ordinis deputatus, dictæ Provinciæ uſque in diem electionis novi Prioris Provincialis hujuſmodi, in omnibus præſit, & ſic, ejus, cujus electio infirmata fuerit, aut qui decedit, ſeu ab officio revocabitur, vices habeat. Quod ſi pro tempore electus Provincialis, in ipſo Capitulo deceſſerit, electio novi Prioris Provincialis ad idem Capitulum de novo redeat. Si vero tempus infirmationis electionis, aut obitus, vel remotionis Provincialis hujuſmodi, quocunque ipſius quadriennii, non tamen ultimo anno, id contingat, diei, ut præfertur, conſtituendæ, & deputandæ, adeo propinquum fuerit, ut interim Capitulum ipſum congregari commode nequeat, illud in diem ſic conſtitutam, & deputatam, anni tunc commode ſequentis differatur. Ceterum pro tempore exiſtentes dicti Ordinis in eadem Provincia Definitores, decretum ſic faciendæ electionis, poſtquam facta fuerit pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali ipſius Ordinis, ſeu alteri Superiori, ad quem illius confirmatio ſpectabit, per eum, juxta ipſius Ordinis regularia inſtituta, ſeu laudabiles conſuetudines, examinandam, & approbandam, vel infirmandam, quantocius deſtinare procurent. Nos enim præmiſſa omnia per quoſcunque, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, inviolabiliter obſervari debere, & ſi ſecus ſuper his, a quocunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

XXVII. De Prioriſſarum electione loquens Cardinalis *Alexandrinus*, poſtea *S. Pius V*, Conſt.V *Pauli IV Tom.V pag.*521 „ Fidem facimus, inquit, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter hodie Sanctiſſimus D.N.D. Paulus Papa IV, vivæ vocis Oraculo, ad præſentiam noſtram, ordinavit, & voluit, quod in futurum Prioriſſæ Monaſteriorum Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & habitu Fratrum Prædicatorum, poſtquam per biennium vacaverint a ſuorum Monaſteriorum Prioriſſatu, poſſint in eiſdem Monaſteriis eligi, & confirmari, ita tamen, quod ad quaſcunque Prioriſſatuum electiones, nulla Soror, niſi poſt quatuor annos a ſua tacita, vel expreſſa profeſſione admittatur.

XXVIII. De Abbatiſſis, & aliis Monaſteriorum Monialium Præfectis in Italia conſiſtentium, non ultra triennium eligendis, vide Gregorii XIII Conſtitut.CXLVI = Expoſcit = Tom.VII pag.194.

XXIX. Tempus Capituli Provincialis Peruanæ Provinciæ celebrandi definit Urbanus VIII Conſtitutione LIII = In ſupereminenti = Tom.VI pag 75.

XXX. Priores Provinciales Romanæ Provinciæ biennales ſunt. Urbanus VIII Conſtitut.LXXXVIII = Nuper pro parte = Tom.VI pag.107.

XXXI. Idem pro Prioribus Provincialibus, & Conventualibus Provinciæ Calabriæ decernit Urbanus VIII Conſtitut.CIX = Cum ſicut = Tom.VI pag.127.

XXXII. Impoſitum ſibi munus Priores obire debent tempore præſcripto, eo non computato, quo impediuntur ne fungantur officio ſibi demandato. Urbanus VIII Conſt.CX = Ex incumbenti = Tom.VI pag.128.

XXXIII. Officium Prioris Conventualis expleri, vel biennio, vel triennio, juxta diverſarum Provinciarum leges, habes ex dictis.

XXXIV. Julius tamen Secundus, in Conſtitutione XIV = Sub Religionis = ſuperius laudata, duos excipit caſus, in quibus Priores diutius officio funguntur: „ Si alicujus, inquit, Prioris Conventualis biennium contigerit compleri, Provincia carente Priori Provinciali, aut infra Septuageſimam, &

„ Paſcha

„ Paſcha, biennium illius in primo caſu uſque ad electionem Provincialis, ſeu Capitulum Provinciale completum, in quo Provincialis electus fuerit: in ſecundo vero caſu uſque ad completum Provinciale Capitulum, ſi infra tempus Paſchale illius anni celebrandum fuerit, alioquin uſque ad Reſurrectionis Dominicæ Octavas incluſive intelligitur extenſum „. Quod hic de Prioribus biennalibus dicitur, intelligendum cenſerem de triennalibus, propter identitatem rationis. Sed nota, quod, cum *Julius* duos illos duntaxat caſus excipiat; &, juxta regulam juris: exceptio firmet Regulam in oppoſitum: extra duos illos caſus officium Prioratus protrahi nequit. Quid pro Lombardiæ Provincia Leo X decreverit, habetur ex ipſius Conſtitutione ſupra laudata.

XXXV. In eadem Conſtitutione Julius II duos etiam caſus excipit, in quibus Provincialatus officium protrahitur: „ Ne, inquit, Capitula Generalia, aut Provincialia, opportunis contingat carere ſuffragiis, ſacriſque temporibus Fratres ipſius Ordinis diſcurrere, eadem auctoritate volumus, & declaramus, quod ſi quadriennium alicujus Prioris Provincialis finiri contingat, Ordine non habente Magiſtrum Generalem, aut inchoato anno celebrandi Capitulum Generale, in quo ſecundum præfati Ordinis Conſtitutiones Priores Provinciales debent definire, extenſum intelligatur in utroque caſu illius quadriennium uſque ad Capitulum Generale completum, in quo Generalis Magiſter electus erit, vel in quo definire debent „. Idem intelligendum de Provincialibus biennalibus. Vide Clementis IX Conſtitut.LVII = Cum in Ordine = Tom.VII pag.328.

XXXVI. De electionibus Provincialium poſt mortem Generalis Magiſtri factis, vide ejuſdem Clementis IX Conſt.LIX = Il Vicario = Tom.VII pag.330.

XXXVII. Circa tempus electionis notandum ſupereſt, quod ex Gloſſa Conſt. Ord. Præd. Diſt.II Cap.II Textu I Lit.A. pag.179, vocatis, ac expectatis abſentibus; & Vocalibus ad locum electionis per ſonum campanulæ convocatis, *debet eligi hora, & locus pro electione facienda*. Hinc in Ordine noſtro, antequam fiat electio, Præſes petit, an placeat locus, & tempus? Quæ ſi majori Vocalium parti non probentur, electio tunc temporis non fit. Addit *Paſſerinus* Cap.XII Quæſt.II Num.7, quod *etiam in hoc caſu, ſi locus loci non eſſet tutus, poſſet minor pars compellere ad alium locum eligendum*. De tempore, & loco electionis Innocentius XII Conſt.XI, data 18 Februarii 1694 = Chriſtifidelium = Tom.VI pag.407 ſic loquitur: „ Jus eligendi in ſolis juxta juris, & inſtituti regulas ad hunc effectum aſſumptis, & in deſtinatis loco, & tempore convenientibus, conſolidari, ſeu alias, prout de jure, permanere omnino volumus, & mandamus.

XXXVIII. De tempore Prioribus electis conceſſo ad acceptandam, vel recuſandam confirmationem, hæc habet Ordinatio IV pro Regimine lata in Capitulo Generali Romæ 1694. „ Ordinamus, ut literæ patentes confirmatoriæ electionis alicujus Prioris a Provincialibus non ad electum, ſed ad Suppriorem, vel tertium aliquem dirigantur, qui eas electo coram teſtibus juridice ſignificet. Innovantes Ordinationem XXII Capituli Generalis 1629, eamque inviolabiliter obſervari demandamus, in qua ſic habetur: Ipſi vero Priores electi ſtatim ac confirmationem receperint, eam acceptare, vel recuſare infra ſpatium trium horarum teneantur, die, & hora acceptationis in iiſdem literis patentibus confirmationis propria manu coram duobus teſtibus ſubſcriptis ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis ipſo facto incurrenda, & acceptatæ legantur coram toto Conventu, in quo electus eſt præſens, & ſubſcribantur ab eodem, qui eas publice legit, deſignando diem, & horam... & ab eodem die quo acceptatæ fuerint incipiat tempus Prioratus &c.

XXXIX. De Interſtitiorum Lege conſulenda Declaratio IV Capituli Generalis Bononienſis 1706, cujus hæc verba: „ Cum ex neglectu Legis Interſtitiorum in electionibus Priorum Conventualium, & Provincialium, ſervandorum, non raro contingat, Priores duos, aut Provinciales, ſibi invicem immediate, & veluti continuo ſuccedere, atque ita Prioratus, ſeu Provincialatus officia ſibi mutuo dare, quod commercii genus, & turpe eſt, & ambitioſum, & variis factionibus obnoxium: cui proinde malo graviſſimo obviare volentes, legem interſtitiorum in ſacris noſtris Conſtitutionibus Diſtinctione II Cap.II §.3. præſcriptam, quacunque contraria conſuetudine penitus abrogata, inviolabiliter volumus obſervari, ſub pœna nullitatis electionis ipſo facto abſque alia declaratione: ita nempe, ut ſive Priores, ſive Provinciales, nonniſi expletis duobus aliorum ſtadiis integris in eodem Conventu, ſeu Provincia, reſpective poſſint reeligi: unde ubi Priores ſunt biennales, nonniſi poſt quadriennium, ubi triennales poſt ſexennium; ubi Provinciales ſunt etiam biennales, pariter poſt quadriennium; ubi vero ſunt quadriennales, nonniſi poſt octennium integrum poſſint reeligi; itaut quocunque pacto contingat, ſive per amotionem, ſive per mortem, duo illa reſpective ſtadia non eſſe impleta, nullatenus poſſit is, qui prius fuit in officio, ad idem munus eodem in loco reeligi. Declaramuſque Provincialem in interſtitiis a Prioribus ſervandis nequaquam poſſe diſpenſare, immo nec in interſtitiis Vicariorum locorum, ut expreſſe cautum eſt Declaratione VII Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1656. Si quæ porro Provincia ſuper his ſpeciali potiatur indulto, illud exhibeat Reverendiſſimo Patri Generali, &, donec exhibuerit, ſacræ huic interſtitiorum ſubjaceat legi, illamque adamuſſim ſervare teneatur, nec ei ulla contraria ſuffragetur conſuetudo.

XL. Quod Suppriores ſpectat, conſulenda quidem Declaratio XIII ejuſdem Capituli Generalis Bononiæ 1706: „ Declaramus, Suppriores ubique debere eſſe biennales, nec excedere poſſe biennium in ſuo officio. Quo biennio expleto, non poſſunt iterum aſſumi in Suppriores in eodem Conventu ante duos annos completos, ut jampridem Vallisoleti eſt declaratum anno 1605, ſalva in hoc auctoritate Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis „: Sed notandum, quod eandem Declarationem Capitulum Generale Bononienſe 1725 ſic temperavit Declaratione II. „ Declaramus, ducti quidem meditatis momentis, quod quilibet Provincialis pro tempore in ſua Provincia reſpective, juſta urgente cauſa, diſpenſare valeat ſuper interſtitiis, quoties opus eſſe crediderit, ut quis denuo inſtituatur Supprior, Syndicus, Depoſitarius, Sacriſta major, vel in aliquo alio conſimili inferiore officio confirmetur: Moderantes proinde Declarationem XIII Capituli Bononienſis 1706 circa Suppriores: Et præterea extendentes ad idem officium Supprioris, & ad Provinciales omnes, quod pro alio biennio duntaxat conceſſum fuerat ſolis Provincialibus Ultramontanis quoad alia officia inferioris notæ.

QUÆ-

QUÆSTIO III.

Electione reſciſſa, Poſtulatio poteſtne confirmari?

SUMMARIUM.

I. IN Ordine Fratrum Prædicatorum confirmari poteſt: id enim ipſi conceſſit Alexander IV.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

III. Quo Privilegio tria eidem Ordini conceduntur.

IV. Si ex jure communi Poſtulatio fiat ſine electione, in tali Poſtulatione ſervandæ erunt conditiones, quas jus requirit.

V. Si vero Poſtulatio fiat ex hoc Privilegio, ſimul fiat oportet eum electione.

Quæ ſi irrita ſit, irrita quoque erit Poſtulatio.

VI. Hoc autem Privilegium poteſtatem facit, non cogit: nec ex ipſo, Superior tenetur, ſed poteſt, ſi velit, unum ex Poſtulatis concedere.

I. ELectione reſciſſa, Poſtulationem poſſe confirmari decernit *Alexander IV Conſtit.IX*, data 13 Januarii 1255 *Tom.I pag.*270 ſcribens Generali Magiſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Prædicatorum. „ Ut ea, quæ interdum circa Electionis negotium incumbunt expedienda pro tempore, celerius, & ſalubriter valeant expediri, vobis, auctoritate præſentium, de gratia concedimus ſpeciali, ut cum in aliquo veſtri Ordinis Capitulo, vel Conventu de Provinciali, aut Conventuali, Priore occurrerit electio facienda, Electores Prioris hujus, eis, qui pro confirmatione mittuntur ipſius, ſi ex aliqua cauſa Electio hujuſmodi non procedat, libere poſſint committere, quod alium eligant in Priorem. Superior quoque, ad quem hujuſmodi confirmatio pertinet, illum de Fratribus ejuſdem Ordinis, quem ipſi Electores per literas ſuas ab eo petierint, eis in Priorem concedere valeat, ſi eodem modo Electus ab ipſis, forſitan non fuerit confirmatus.

Et *Conſtit.CXLVI*, data 16 Martii 1257 *Tom.I pag.*332 eiſdem ſic ſeribit idem Alexander. „ Ut ea, quæ vobis interdum circa electionis negotium incumbunt expedienda pro tempore, citius, & ſalubrius valeant expediri, vobis, auctoritate præſentium, de gratia concedimus ſpeciali, ut cum, in aliquo veſtri Ordinis Capitulo, vel Conventu, de Provinciali, aut Conventuali, Priore occurrerit electio facienda, ſi ex aliqua cauſa factam electionem ab ipſis Fratribus ejuſdem Ordinis, quorum intereſt, non contingat forſitan confirmari; Superior, ad quem confirmatio electionis hujuſmodi pertinet, aliquem de illis Fratribus, quos ipſi Electores, vel major pars eorum, per literas ſuas ab eo petierint, quando ad ipſum pro Electi confirmatione tranſmittitur, eis, de noſtra licentia, concedere valeat in Priorem: Per hoc enim, & diſcurſus Fratrum, & alia impedimenta, quæ poſſent occurrere, credimus evitari.

II. Id iiſdem fere verbis ſancitum ab *Alexandro IV Conſtitut.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*406: & in ejuſdem tenoris ceteris Coſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.48: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448. De Electione, ac Poſtulatione legenda *Eugenii IV Conſt.VI* = Inter cetera = *Tom.III pag.*5. Ex quibus habes Conſenſum Bullarum circa poſtulationem, electione reſciſſa, confirmandam.

III. Notandum primo, quod cum, jure communi, poſſint Electores vel eligere, vel poſtulare unam determinatam perſonam, tria inſuper hoc privilegio conceduntur: Primum eſt, quod Electores ſimul eligere, ac poſtulare poſſint, unum ſcilicet eadem Schedula eligendo, & alium ſimul poſtulando: Secundum eſt, quod plures ſimul poſtulari poſſint: Tertium quod poſſint poſtulare non ſolum illum, quem ex aliqua peculiari lege, cui Superior derogare poteſt, eligere nequeunt, ſed etiam illum, quem eligere potuiſſent, ſi voluiſſent. *Paſſerinus* de Electione Canonica Capit.XXIV Quæſt.XVI Num.65 pag.253.

IV. Notandum ſecundo, quod cum ex privilegio non auferatur, quod jure communi conceditur, poterit quidem fieri poſtulatio ſine electione, ſed in tali poſtulatione ſervandæ erunt conditiones omnes, quas jus requirit.

V. Si autem fiat Poſtulatio ſecundum privilegium, cujus hic mentio, ſimul fiat oportet cum electione: ſin minus, irrita erit poſtulatio: immo ſi electio nulla ſit, irrita etiam cenſetur poſtulatio: „ & talis eſt praxis Ordinis „ inquit *Paſſerinus* loco laudato Num.73: „ cujus ratio reddi poteſt: quia cum Poſtulatio ſit facienda ſervata forma electionis, vix poteſt eſſe nulla electio ex parte formæ, & valida poſtulatio, cum forma ſit eadem utriuſque, & indiviſibilis „. Hinc Num.74 addit idem Auctor, quod in Ordine Prædicatorum, ſi contingat, electum non eſſe nominatum a majori parte legitimorum Vocalium, poſtulatum vero habere illam majorem partem, nullius valoris eſt poſtulatio, quia nullus eſt canonice electus.

VI. Notandum tertio, quod ſi contingat, electionem non confirmari, Superior tamen non tenetur unum ex poſtulatis concedere: privilegium enim poteſtatem facit, non cogit: nec quicquid judicis poteſtati permittitur, juris neceſſitati ſubjicitur, ut habetur *L* = Non quicquid = *ff. de Judic.* De Poſtulatione vide Conſt.Diſt.II Cap.II Textu III Lit.M.pag.189: & Cap.III Textu IV Lit.C. pag.210.

TITULUS

T I T U L U S IV.

De Præpoſitorum Auctoritate.

Quæſtionibus XVI abſolvetur hic Titulus.

PRima, utrum Magiſter Generalis rite electus habeat, hoc ipſo, plenam in univerſum Ordinem poteſtatem?

II. Quænam facultas conceſſa fuerit Ordini Fratrum Prædicatorum circa Priores, ac ceteros, qui munus aliquod gerunt, inſtituendos, vel deſtituendos: & quam ſumma ſit in eadem Prædicatorum Familia Generalis Magiſtri poteſtas?

III. Poſſuntne Fratres apud Epiſcopos degere, vel Dignitates acceptare, ſine licentia Generalis Magiſtri?

IV. Facultas, Apoſtolica Privilegia declarandi, conceſſane fuit Magiſtro Generali Fratrum Prædicatorum?

V. Quomodo puniendi ſint Fratres delinquentes, & quid de Appellationibus cenſendum?

VI. Quænam facultas requiratur, ut aliquis ad Romanam Curiam accedat, & ibidem negotia pertractet?

VII. Quinam Confeſſiones Fratrum excipere poſſint?

VIII. Magiſter Generalis, & Priores Ordinis Prædicatorum, poſſuntne abſolvere ab Excommunicatione, & id genus ceteris, recipiendos ad eundem Ordinem, & Fratres ipſos jam receptos?

IX. Qui ad Dignitates extra Ordinem efferuntur, tenenturne Libros, & cetera quæ, tempore promotionis, habuerint, Prioribus permittere?

X. Ut Fratres alicui Privilegio cedere poſſint, requiriturne conſenſus Magiſtri Generalis?

XI. Facultas immutandi Officium Divinum, ſeu diurnas preces, fuitne conceſſa Generalibus Comitiis Prædicatorum Familiæ.

XII. Conceſſumne fuit Generali Magiſtro, ut, ceteris omnibus excluſis, ipſe unus poteſtatem facere poſſit, typis edendi Miſſale, Breviarium, & id genus ceteros Libros?

XIII. Facultas transferendi filiationes Fratrum de uno ad alium Conventum conceſſane fuit Generali Magiſtro?

XIV. Quænam poteſtas Vicariis Generalibus totius Ordinis conceſſa ſit?

XV. Vicarii Generales a Magiſtro Ordinis conſtituti, eodem mortuo, cenſenturne ab officiis abſoluti?

XVI. Facultas Notarios, ſeu Tabelliones creandi, conceſſane fuit Generali Magiſtro Prædicatorum Familiæ?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Generalis Magiſter, rite electus, habeat, hoc ipſo, plenam in univerſum Ordinem Poteſtatem?

S U M M A R I U M.

I. ID ipſi conceſſum anno MCCXLIV ab Innocentio IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Eos inter Alexander VII Excommunicatione latæ ſententiæ devincit eos, qui vel Ordinis diviſionem, vel inſtitutionem Vicarii Generalis Indiarum procurare tentaverint.

IV. Quanta ſit hæc Generalis Magiſtri auctoritas?

V. Eadem de re.

I. MAgiſter Generalis rite electus habet, hoc ipſo, plenam in totum Ordinem poteſtatem, ut definit *Innocentius IV Conſt.XXXVIII*, data 17 Januarii 1244 = Inter alia = *Tom.I pag.*130 dicens: ,, Ut Succeſſores tui, Magiſter, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquam electi ſecundum Conſtitutiones fuerint ſupradictas, eo ipſo veri ejuſdem ,, Ordinis effecti Magiſtri, curam animarum Fratrum ,, ipſius Ordinis plene habeant, & libere gerant, ,, ipſoſque Fratres, auctoritate propria, ligare, ac ,, ſolvere, valeant; necnon in eodem agere Ordine, quæ ipſi, & præfati Definitores juxta memoratas Conſtitutiones, eiſdem Ordini, & Fratribus ,, ſecundum Deum viderint expedire, aliaſque Magiſterii officium licite in omnibus exercere: iidemque Fratres tibi, Magiſter, & Succeſſoribus ipſis ,, devote, ac humiliter obediant, & intendant, & ,, præfati Succeſſores, & Tu, Magiſter, a Definitoribus Capituli Generalis ipſius Ordinis, ſecundum ,, Ordinis Conſtitutiones ejuſdem abſolvi, & amoveri ,, poſſitis, auctoritate præſentium, habentes ratum, ,, & firmum quicquid ſuper præmiſſis per te, Magiſter, dictoſque Prædeceſſores Fratres, & Definitores factum, & obſervatum eſt hactenus, conceſſa ,, tibi exequendi Magiſterii officium, quoad præmiſſa ,, omnia, & alia libera facultate, de Fratrum noſtrorum conſilio indulgemus ,,. Idem legitur *Conſtitut.CCCLII* = Inter alia = *Tom.VII pag.*19.

II. Id iiſdem verbis ſancitum ab *Alexandro IV Conſt.CCXVI* = Inter alia = *Tom.I pag.*365.

Idem, verbis paululum immutatis, ab eodem *Alexandro IV* conceſſum *Conſt.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*405 dicente: ,, Cum, ſicut ,, Nobis exponere curaviſtis, Tu, Fili Magiſter, & ,, Prædeceſſores tui, juxta ejuſdem Ordinis conſuetudinem obſervatam hactenus, & a Sede Apoſtolica toleratam, ſtatim poſtquam electi ſecundum ,, prædicti Conſtitutiones Ordinis extitiſtis, Fratrum ,, ipſius curam geſſeritis, Magiſterii officium plene, ,, ac libere in omnibus exercentes, iidemque Fratres ,, vobis devote, & humiliter obedierint, & intenderint reverenter, & in eodem Ordine ſit ſtatutum, ,, ut Magiſter ipſius, qui pro tempore fuerit, a Magiſterii officio amoveri valeat a Definitoribus Capituli Generalis: Nos volentes, ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordibus amputare, ,, ac Ordinem ipſum, a Sede Apoſtolica approbatum, ,, honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute ,, fœcundum, privilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ,, ſingulari, veſtris ſupplicationibus inclinati, devotioni veſtræ, ut Succeſſores tui, fili Magiſter, ,, qui erunt pro tempore, ſtatim, poſtquam electi ſecundum Conſtitutiones fuerint ſupradictas, eo ipſo ,, veri ejuſdem Ordinis effecti Magiſtri curam anima-

,, rum Fratrum ipſius plene habeant, ac libere gerant,
,, ipſoſque Fratres, auctoritate propria, ligare, ac
,, ſolvere, necnon in Ordine eodem agere valeant,
,, quæ ipſi, & præfati Definitores, juxta prædictas
,, Conſtitutiones, eiſdem Ordini, & Fratribus ſe-
,, cundum Deum viderint expedire, aliaſque poſſint
,, officium Magiſterii licite in omnibus exercere, ii-
,, demque Fratres, tibi, Magiſter, & Succeſſoribus
,, ipſis, devote, & humiliter obediant, & intendant,
,, & præfati Succeſſores, &, Tu, Magiſter, a Defi-
,, nitoribus Capituli Generalis ipſius Ordinis, ſecun-
,, dum Ordinis Conſtitutiones ejuſdem, abſolvi, &
,, amoveri poſſitis, auctoritate Apoſtolica, indulge-
,, mus, ratum habentes, & firmum quicquid ſuper
,, præmiſſis per te, Magiſter, dictoſque Prædeceſſo-
,, res Fratres, & Definitores, factum, & obſerva-
,, tum eſt hactenus, conceſſa tibi exequendi Magiſtri
,, officium quoad præmiſſa omnia, & alia, libera fa-
,, cultate ,,. Idem legitur in *Clementis IV Conſt.VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.452*, & in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.48: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448. Et ex his habes conſenſum Bullarum. Nulla circa hoc difficultas. Vide Conſtitutiones Diſt.II Cap.IV Textu V.

III. Notandum, quod ſi quis Ordinis diviſionem, vel inſtitutionem Vicarii Generalis Indiarum procurare tentaverit, excommunicatione latæ ſententiæ devincitur, & aliis pœnis multatur *Alexandri VII Conſt.XVI* = Militantis = *Tom.VI pag.198*.

IV. Hæc porro Generalis Magiſtri auctoritas in Ordine Fratrum Prædicatorum tanta eſt, ut in Declaratione XI Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1670 diſertis verbis profiteantur Patres, quod *ad limitandam auctoritatem Magiſtri Ordinis, nec Capitulum Generale, nec Generaliſſimum ſufficiant*. Cujus ſplendidiſſimi teſtimonii rationem crediderim, quam aſſignat Generale Capitulum Romæ 1656 dicens Declaratione V: quod ,, Magiſter Ordinis præter eam
,, auctoritatem, quæ ſibi ordinaria eſt, & ex vi Sa-
,, crarum Conſtitutionum, aut jure communi, com-
,, petit, quamplurimas inſuper facultates habeat,
,, ſibi, ſuoque officio, delegatas, & a Sancta Sede
,, Apoſtolica ſucceſſive indultas ,,. Hinc declaratur ibidem: ,, quod quotieſcunque in Patentibus, aut
,, Reſcriptis, Magiſtri Ordinis ponitur = auctorita-
,, te officii noſtri = aut alia huic æquivalens clauſula,
,, cenſeatur illa complecti tum ordinariam, tum aliam
,, quamlibet officio delegatam auctoritatem, ſiquidem
,, iſta hoc ipſo in ordinariam tranſiiſſe videatur. Un-
,, de non eſt Subditorum diſquirere, utra harum
,, duarum auctoritatum Magiſter Ordinis hoc illudve
,, ſtatuat, vel prohibeat in ſuis literis; ſed ſufficit om-
,, nium ſecuritati, modeſte ſupponere, quod dum
,, Magiſter Ordinis tale quid ordinat, vetat, aut de-
,, clarat, alterutram iſtarum auctoritatum habeat,
,, & adhibeat, ſicque eidem, & ſimpliciter creden-
,, dum, & humiliter, devoteque parendum eſt. Ubi
,, vero hujuſmodi literis determinate allegatur aucto-
,, ritas Apoſtolica, nunquam Subdito fas eſt hanc in
,, dubium revocare, tametſi expreſſe ac individuali-
,, ter non citetur Diploma, aut Breve, quo illa Ma-
,, giſtro Ordinis fuerit conceſſa. Qui ſecus fecerit,
,, aut attentarit, veluti reus violatæ obedientiæ, ac
,, reverentiæ, ſummo Ordinis Capiti debitæ, ipſo fa-
,, cto pœnam Gravioris Culpæ incurrat, a qua non-
,, niſi per Capitulum Generale, vel Magiſtrum Or-
,, dinis, valeat liberari ,,. Legenda ejuſdem Capituli Generalis Declaratio I, quæ in Capitulo Romano 1670 Confirmatione I firmatur his verbis: ,, Con-
,, firmamus omnia, & ſingula, quæ in proximo Ca-
,, pitulo Generali Romæ celebrato anno 1656 Decla-
,, ratione prima circa auctoritatem Magiſtri Ordi-
,, nis adducta, & declarata ſunt tanquam ad lite-
,, ram intelligenda, nempe, Magiſtrum Ordinis pro
,, tempore ex vi voti obedientiæ, ſibi in Profeſſione
,, præſtiti, eſſe jure noſtrarum Conſtitutionum, &
,, per Privilegia Apoſtolica, proprium & immedia-
,, tum Prælatum omnium Fratrum, & Conventuum,
,, totius Ordinis, poſſeque auctoritate propria liga-
,, re, & abſolvere, necnon omnes, & ſingulos Fra-
,, tres, Prælatos, Priores Provinciales, & Conven-
,, tuales, & alios quoſcunque Officiales, ac Prioriſſas
,, Monaſteriorum, quoties ſibi videbitur, inſtituere
,, & deſtituere, eorum officia, & auctoritates limita-
,, re, revocare, prorogare, & a ſuis officiis remo-
,, vere, & loco ipſorum alios, vel alias ſubſtituere,
,, ac in Curia Romana Procuratorem Generalem in-
,, ſtituere, & inſtitutum ab officio removere, quoties
,, ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire: eaque
,, demum agere in Ordine, quæ ipſe, & Definitores
,, Capituli Generalis juxta Conſtitutiones ejuſdem
,, Ordinis agere poſſunt. Quæ omnia pluries fuerunt
,, deciſa a Sacra Congregatione Epiſcoporum & Re-
,, gularium, & ſignanter per Decretum ſub die 23
,, Septembris 1667 ,,. Hæc in illo Generali Capitulo,
,, de quibus poſtea.

V. Nec omittenda Declaratio I Capituli Generalis Bononienſis 1706, cujus hæc verba: ,, Declara-
,, mus, integrum eſſe Reverendiſſimo Patri Magiſtro
,, Generali, cum ſibi videbitur expedire, ad quam-
,, vis Provinciam mittere Commiſſarium, vel Viſita-
,, torem, quem ſub pœnis ab ipſo injungendis recipe-
,, re teneantur: nec ad id deſiderari conſenſum, ſeu
,, petitionem majoris partis Priorum Provinciæ, ut
,, nonnullis male affectis, & ad inobedientiam pronis,
,, declarari videbatur Ordinatione prima Capituli
,, Generalis Romæ celebrati anno 1530, ſed perpe-
,, ram intellecta, cum ibi quidem caveatur, ne ullus ,, ad Superiorem recurrat contra Provincialem pro ejus amotione petenda, aut Viſitatore, niſi habeat commiſſionem a majori parte Priorum illius Provinciæ;
,, Sed de Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis
,, Commiſſarios, ſeu Viſitatores, in Provincias mit-
,, tendi auctoritate ſermo non eſt. Ea vero auctori-
,, tas expreſſe aſſeritur Declaratione III Capituli Ge-
,, neralis Romæ celebrati anno 1656, ubi dicitur ,,: Declaramus, quod in nullius Provinciæ, Congregationis, Conventus, aut Collegii, arbitrio, vel poteſtate ſitum ſit, ullam legem condere, aut conſuetudinem introducere, aut introductam proſequi, qua receptio Viſitatoris, aut Commiſſarii a Reverendiſſimo Magiſtro Ordinis deſtinati, vel ad horam ſuſpendatur, differatur, aut impediatur. Proinde, ſicubi talis lex, aut conſuetudo prætenditur, eandem tanquam voto obedientiæ, & auctoritati ſupremi noſtri Capitisinique præjudicialem omnino caſſamus, & annihilamus: Præcipientes omnibus in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ, ſub formali præcepto, necnon ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, ne hujuſmodi legis, aut conſuetudinis obtentu, deinceps prædictos Viſitatores, ſeu Commiſſarios recipere cunctentur, multo minus a libera ſui muneris inchoatione impediant: Memores eandem cenſuram in Contraventores jampridem fulminatam fuiſſe in tribus immediatis Capitulis Generalibus,

Digitized by Google

libus, nempe Avenionenſi 1470 Ordinatione V, Baſileenſi 1473, & Romano 1474, & quidem univerſalius contra omnes illos, qui qualeſcunque literas patentes Magiſtrorum Ordinis a ſuo effectu impedire, aut retardare auſi fuerint: Quos pariter ſub hoc noſtro præcepto, ac cenſura comprehendi declaramus. *Et Ordinatione prima*: Ordinamus, & in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ, ſub formali præcepto mandamus univerſis, & ſingulis Provinciarum, & Congregationum, Conventuum, ac locorum Præſidentibus, quod ſine humano reſpectu, ullave conniventia, aut diſſimulatione, declarent, perduelles excommunicatos, ac graviſſimis pœnis, tum carceris, tum aliis eos ſubjiciant, qui quocunque modo deprehenſi fuerint, vel aſſeruiſſe, vel ſuſtinuiſſe, ſive in publico, ſive privatim, non eſſe præſtandam obedientiam Reverendiſſimo Magiſtro Ordinis, nec ejus mandata acceptanda, niſi ipſemet intra fines Provinciæ, vel Congregationis ipſorum perſonaliter adſit, neque admittendam ullam ex ejus commiſſione, viſitationem, vel correctionem, niſi ipſemet hanc ibidem præſens exercuerit. Quam quidem pernicioſiſſimam, ac rebellionis fœtore infamem perſuaſionem toto animo execramur: Et ſicubi forſan aliquod Apoſtolicum privilegium adſit, aut adeſſe prætenditur, quod tali immunitati favere videatur, illi ex nunc publico totius Ordinis nomine, ultro, libenter, ac ſponte renunciamus. „ Quas quidem Declarationem, ac Ordinationem hic innovamus, atque confirmamus, ſub eiſdem præcepto, cenſuris, & pœnia.

QUÆSTIO II.

Quenam facultas conceſſa fuerit Ordini Fratrum Prædicatorum circa Priores, ac ceteros qui munus aliquod gerunt, inſtituendos, vel deſtituendos: Et quam ſumma ſit in eadem Prædicatorum familia Generalis Magiſtri Poteſtas?

SUMMARIUM.

I. AB Ipſomet Ordine Fratrum Prædicatorum condito, potuiſſe Superiores ejuſdem Ordinis, ſine alicujus ſolemnitatis obſervantia, Priores inſtituere, deſtituere, & etiam confirmare, liquet ex Conſtitutione, anno 1227, data a Gregorio IX.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

Quos inter Bonifatius IX Generali Magiſtro concedit, ut omnes, & ſingulos, Præcones fidei ad infidelium partes tranſmiſſos: Pœnitentiarios extra Romanam Curiam: Inquiſitores: Priores, non Conventuales ſolum, ſed etiam Provinciales: Vicarios: Doctores: Baccalaureos: etiam per Sedem Apoſtolicam, aut alia quavis auctoritate, deputatos, ac deputandos; ac alios quoſcunque Officiales tam Conventuum, quam Monaſteriorum, ac locorum ejuſdem Ordinis, eique ſubjectorum, prout ſibi ſecundum Deum videbitur, revocare, & ab Officiis removere, alioſque ſubſtituere, ac Officia ipſa limitare poſſit: ac valeat Procuratorem Generalem, cujus munus deſcribit, & cujus Officium, etiam mortuo Generali Magiſto, duret quandiu ſucceſſori videbitur, inſtituere, & ab Officio removere.

III. Leo X decernit, Fratres, ac Sorores Ordinis, non obſtantibus Apoſtolicis literis, ab Officiis removeri poſſe a Generali Magiſtro.

IV. Idem ſancitum a Clemente VII.

Qui Excommunicationis latæ Sententiæ, *& privationis, ac ſuſpenſionis actuum legitimorum* pœnis ſubjicit eos qui non paruerint mandato Generalis Magiſtri.

V. De Fratribus, Cruci prædicandæ præfectis, revocandis, vel alio transferendis, ampliſſimam facultatem conceſſit Innocentius IV.

VI. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

VII. Ipſos S. Sedis Capellanos, alumnos Ordinis, Priorum, aliorumque Superiorum, juris, ac poteſtatis eſſe, decernit Gregorius XI.

VIII. Qui Succeſſores ſuos Bonifatium IX, & Nicolaum V conſentientes habet.

IX. Pius II cavet, ne Congregationis Lombardiæ Fratres, ſine Vicarii Generalis conſenſu, Parochialium Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, curam gerant.

X. Quam ſumma ſit in Ordine Prædicatorum Generalis Magiſtri poteſtas, ex Apoſtolicis Diplomatibus, & ejuſdem familiæ Conſtitutionibus, declaratur.

XI. Nec contraria ſunt, quæ dicta fuerunt dum de jure electionis, Fratribus ejuſdem Ordinis aſſerto, diſſerebatur.

XII. Eadem Generalis Magiſtri ſuprema poteſtas evidentius dignoſcitur ex peculiaribus facultatibus, quibus ipſum Summi Pontifices ornarunt.

XIII. Facultas quaſcunque perſonas, in certis caſibus abſolvendi, & Miſſam, anteaquam dies eluceſcat, circa diurnam lucem, per ſe, vel alium, celebrandi, quoties iter egerit, ipſi a Bonifatio IX conceſſa.

XIV. Facultas Procuratorem Generalem conſtituendi, & ab officio removendi, de qua Num. II dictum fuit, ſpeciali Conſtitutione, ab eodem Bonifatio IX, Generali Magiſtro aſſerta fuit.

XV. Alexander V ampliſſimam facultatem, Numero II exhibitam, Generali Magiſtro concedit, quibuſdam verbis paululum immutatis: amplam addens facultatem circa *Illegitimos* ad honores, gradus, & officia promovendos: ad Alumnos Ordinis ſententiis, & pœnis, quas incurrerint ſi ad Ordines Sacros ante legitimam ætatem promoti ſint, ſolvendos per ſe, vel alium, & facultates exhibitas Numero XIII.

XVI. Nicolaus V Inſtitutiones Vicariorum Generalium, Privilegia quibuſdam Fratribus conceſſa, ceteraque Conſtitutionibus Ordinis non conſona, ſine conſenſu Generalis Magiſtri, ab Apoſtolica Sede indulta, reſcindit.

XVII. Pius II Generali Magiſtro poteſtatem facit, *modificandi, mutandi, & variandi*, quæ Summus ipſe Pontifex a Congregatione Lombardiæ ſervanda decreverat.

XVIII. Eadem de re.

XIX. Innocentius VIII Generali Magiſtro conceſſit, ut Definitores Generalis Capituli, loco non venientium ſubrogare poſſet.

Quod tamen pro illo duntaxat Generali Capitulo conceſſum videtur.

XX. Julius II Generali Magiſtro concedit, ut, idoneo ejuſdem Ordinis Confeſſore deficiente, facultatem facere poſſit alumnis Ordinis confitendi Sacerdotibus extraneis: Fratres voluntarios ex quacunque Congregatione dicti Ordinis poſſit accipere: Magiſtros in Theologia creare valeat, etiam non peracto quadriennio in aliqua Univerſitate: Moniales infirmas, ad balnea mittere queat, ſervatis tamen ſervandis: & Statuta quædam, Apoſtolica auctoritate firmata, mutare poſſit.

XXI. Idem Julius II Generali Magiſtro poteſtatem facit, declarandi dubia quæ emerſerint circa privilegia, gratias, & indulta, ab Apoſtolica Sede conceſſa, & con-

& concedenda eidem Prædicatorum familiæ; cavet, ne quis, ſine conſenſu Magiſtri Ordinis, uti poſſit Confeſſionalibus, & id genus ceteris Indultis: concedit, ut Sorores de Pœnitentia, quæ collegialiter vivunt, ipſius Generalis permiſſu, tria Religionis vota nuncupare poſſint; & binos ex ſociis ſuis, quorum unus Terræ Sanctæ Provincialis eſt, ad Magiſterium promovere queat.

XXII. Peculiares facultates a Clemente VII conceſſæ Johanni de Fenario Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum.

XXIII. Paulus III ſpeciales facultates indulget Auguſtino Recuperato.

XXIV. Non diſſimiles Alberto de Caſaus conceduntur ab eodem Paulo III.

XXV. Stephano Uſuſmaris a Julio III.

XXVI. Seraphino Caballo a Gregorio XIII.

XXVII. Paulo Conſtabili ab eodem Gregorio XIII.

XXVIII. Sixto Fabri ab eodem Gregorio XIII.

XXIX. Auguſtino Galamino a Paulo V.

XXX. Nicolao Rudolpho ab Urbano VIII.

XXXI. Thomæ Turco ab Innocentio X.

XXXII. Qui conceſſit inſuper, ut Generalis Magiſter duos ex Sociis ſuis Provinciales conſtituere poſſit.

XXXIII. Johanni Baptiſtæ Marino ab eodem Innocentio X.

Et a Clemente IX.

XXXIV. Antonio de Monroy ab Innocentio XI.

XXXV. Antonino Cloche ab Innocentio XII.

XXXVI. De facultatibus Generali Magiſtro conceſſis meminit Benedictus XIII.

I. AB ipſomet Ordine condito, potuiſſe Familiæ noſtræ Superiores ſine alicujus ſolemnitatis obſervantia Priores &c. inſtituere, deſtituere, & etiam confirmare, teſtis eſt Summus Pontifex *Gregorius IX Conſt.XV*, data 5 Septembris 1227 = Cum Fratres = *Tom.I pag.24* dicens: „ Cum igitur iidem
„ Priores ſuos ſine alicujus ſolemnitatis obſervantia
„ inſtituere, ac deſtituere conſueverint, & etiam
„ confirmare, prout eorum Religioni, & animarum
„ ſaluti expedire cognoſcunt, Fraternitati tuæ per
„ Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quate-
„ nus Fratres dicti Ordinis Bononiæ commorantes,
„ Priorem in Eccleſia S. Nicolai, non obſtante alicu-
„ jus extorſionis abuſu, libere inſtituere, & deſti-
„ tuere, ac etiam confirmare permittas juxta ſui Or-
„ dinis obſervantiam regularem.

II. Fratri *Thomæ de Firmo* Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum ſcribens *Bonifatius IX Conſt.CCVIII* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.436*: „ Quodque,
„ inquit, etiam Tu, & ſucceſſores hujuſmodi, omnes,
„ & ſingulos Fratres dicti Ordinis ad partes Infide-
„ lium, & Schiſmaticorum tranſmiſſos, ſeu in Pœ-
„ nitentiarios extra Romanam Curiam, aut Inquiſi-
„ tores hæreticæ pravitatis, ac Priores, etiam Pro-
„ vinciales, & Conventuales, necnon Vicarios, Do-
„ ctores, Baccalaureos, in dicto Ordine per Sedem
„ prædictam, vel alias per quoſcunque, & qualiter-
„ cunque, & quavis auctoritate, etiam noſtra, de-
„ putatos hactenus, & in poſterum deputandos, ac
„ alios quoſcunque Officiales dicti Ordinis, necnon
„ Rectores, & Adminiſtratores, ac Prioriſſas Mo-
„ naſteriorum, Hoſpitalium, aliorumque locorum
„ dicti Ordinis, ſeu Ordini ſubjectorum, vel ſub-
„ miſſorum, cujuſcunque ſtatus, ordinis, ſexus,
„ vel conditionis exiſtant, qui nunc ſunt, & erunt
„ pro tempore, quoties tibi, vel ſucceſſoribus tuis
„ prædicti Ordinis, vel alicujus ex locis prædictis,
„ ſeu perſonarum ipſarum, vel alicujus eorum ſtatui,
„ & honori videbitur, revocare, & ab hujuſmodi
„ eorum officiis, Miniſteriis, Prioratibus, & Ad-
„ miniſtrationibus quibuſcunque removere, & alios
„ loco ipſorum ſubſtituere, ac officia ipſa limitare,
„ ac etiam aliquem ex Fratribus hujuſmodi ad hoc
„ idoneum in dicti Ordinis Procuratorem deputare,
„ & inſtitutum ab ipſo officio removere, & alium lo-
„ co ejus ponere ſemel, & pluries, ac toties quoties
„ tibi, & ſucceſſoribus tuis videbitur, & placebit,
„ qui ipſo facto omnium Provinciarum, Conven-
„ tuum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum
„ ipſius Ordinis, & perſonarum earundem, ac alio-
„ rum prædictorum, & ipſi Ordini ſubjectorum, cen-
„ ſeatur, & ſit verus Procurator; cujuſque procu-
„ rationis officium, decedente Magiſtro ipſius Ordi-
„ nis, qui pro tempore fuerit, nullatenus expiret,
„ donec ſuper hoc per Magiſtrum proxime ſucceden-
„ tem aliter ordinetur; dictuſque Procurator poſſit,
„ & valeat cauſas quaſcunque tam civiles, quam cri-
„ minales, eccleſiaſticas, ſive mundanas, quas vo-
„ luerit, aſſumere pro dicto Ordine, locis, & ipſo-
„ rum locorum Conventibus, & Officialibus, ac per-
„ ſonis prædictis, & ipſorum quolibet, ac etiam ip-
„ ſorum nomine, & pro eis tam conjunctim, quam
„ diviſim, per ſe, vel per alium, ſeu alios, tam in
„ Romana Curia, quam extra, contra quaſcunque
„ perſonas, Collegia, & Univerſitates movere,
„ proſequi, defendere, & agere, & appellare in ju-
„ dicio, & extra, tam in prima, quam in ſecunda,
„ & tertia inſtantiis, etiam in iis, in quibus requiri-
„ tur mandatum magis ſpeciale, toties quoties, ſem-
„ per, & quandocunque ſibi videbitur, & placebit,
„ ſecundum poteſtatem per Te, vel ſucceſſores tuos
„ hujuſmodi ſibi traditam, vel tradendam, perinde
„ ac ſi ab Ordine, & Locis, Officialibus, & perſo-
„ nis prædictis ſibi data eſſet omnimoda poteſtas, cum
„ pleno, libero, ac generali mandato ad cauſas an-
„ tedictas „. Vide inferius *Num.XIV, & XV*.

III. Non obſtantibus Apoſtolicis literis, Fratres ab officiis removeri poſſe, decernit *Leo X Conſtit.CIII Tom.IV pag.380* dicens: „ Expoſuiſti (Generalem
„ Magiſtrum alloquitur) Nobis, quod quamvis in
„ Ordine Prædicatorum tuæ curæ commiſſo, Prio-
„ res tam Provinciales, quam Conventuales, Vi-
„ cariique Generales Congregationum, & Prioriſſæ
„ Monaſteriorum de cura, habitu, & inſtitutis ejuſ-
„ dem Ordinis, in nonnullis Provinciis ex ſtatuto
„ Sedis Apoſtolicæ limitatum tempus habeant, quo
„ elapſo, ſunt a ſuis officiis ipſo facto abſoluti, in aliis
„ vero Provinciis ſecundum ejuſdem Ordinis regula-
„ res inſtitutiones in officiis hujuſmodi durare poſſint,
„ quouſque Superiori poteſtatem habenti viſum fue-
„ rit, qui eos ab officiis hujuſmodi libere removere,
„ & deſtituere poteſt, nonnulli tamen Priores, &
„ Prioriſſæ a Sede Apoſtolica, & forſan etiam a No-
„ bis, literas Apoſtolicas obtinuere, ut in officiis
„ hujuſmodi ad vitam ſuam manere, & inde nullate-
„ nus per quemcunque Superiorem dicti Ordinis,
„ etiam te, vel pro tempore Generalem Magiſtrum
„ removeri poſſint, quod non ſolum in ambitionis
„ fomentum, ſed etiam in derogationem regularis
„ obedientiæ, & in Provinciarum, Conventuum,
„ Monaſteriorumque, non modicum quandoque ce-
„ dit detrimentum, & cedere poſſet in futurum, ut-
„ que ſuper hoc de Apoſtolica benignitate providere
„ dignaremur, humiliter ſupplicari feciſti. Nos igi-
„ tur perſonis regularem obedientiam profeſſis, om-
„ nem

,, nem ambitionis aditum auferre cupientes, tuis in
,, hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate
,, Apoſtolica, tenore præſentium, omnes, & ſingulas
,, literas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, a qui-
,, buſvis noſtris Prædeceſſoribus Romanis Pontifi-
,, cibus, aut etiam a Nobis, vel Sedis Apoſtolicæ,
,, in quibuſcunque Regnis, aut Provinciis, Legatis,
,, etiam a Latere, vel Nunciis Apoſtolicis, Legato-
,, rum auctoritate fungentibus, ſeu a Pœnitentiaria
,, Apoſtolica, quibuſvis Prioribus, tam Provincia-
,, libus, quam Conventualibus, Vicariis Generali-
,, bus, Prioriſſiſque Monaſteriorum de cura, habitu,
,, & inſtitutis dicti Ordinis, aut quibuſvis aliis Offi-
,, cialibus ejuſdem Ordinis, quod in officiis hujuſmo-
,, di ad vitam durare debeant, & inde removeri non
,, poſſint, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia,
,, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, con-
,, ceſſas, nomina Provinciarum, Congregationum,
,, Conventuum, Monaſteriorum, officiorum, & per-
,, ſonarum, tenoreſque literarum hujuſmodi pro ſuf-
,, ficienter expreſſis, & inſertis habentes, ex certa
,, ſcientia revocamus, caſſamus, & annullamus, vo-
,, lumuſque, & ſtatuimus, ut perpetuis futuris tem-
,, poribus Priores, Prioriſſæ, Vicarii, & Officiales
,, hujuſmodi, quoad eorum in officiis hujuſmodi du-
,, rationem in omnibus, & per omnia ſtatutis Apoſto-
,, licis, & Conſtitutionibus dicti Ordinis de hujuſ-
,, modi duratione reſpective ſubjiciantur, & per ſuos
,, Superiores, quando eis videbitur ab hujuſmodi
,, officiis removeri, & deſtitui poſſint. Non obſtan-
,, tibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordina-
,, tionibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium fa-
,, cientibus quibuſcunque. Et quia difficile foret præ-
,, ſentes literas noſtras originaliter ad ſingula loca,
,, quo opus foret deſtinari, volumus, & decernimus,
,, quod earum tranſumptis manu tua ſubſcriptis, &
,, ſigillo tui Generalatus officii, vel manu alicujus
,, Notarii publici, & ſigillo alicujus in dignitate Ec-
,, cleſiaſtica conſtituti munitis, ea prorſus in judicio,
,, & extra, ubicunque exhibita, vel oſtenſa fuerint,
,, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ fo-
,, rent exhibitæ, & oſtenſæ. Datum Romæ apud San-
,, ctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVII Mar-
,, tii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

IV. *Franciſco de Ferraria* Generali Magiſtro ſcri-
bens *Clemens VII Conſtit.XXXVI Tom.IV pag.*454:
,, Exponi, inquit, Nobis nuper feciſti, quod non-
,, nulli Ordinis Prædicatorum profeſſores, necnon
,, ſub cura, habitu, & inſtitutis ejuſdem Ordinis So-
,, rores, ſeu Monaſteriorum Moniales degentes, ſeu
,, viventes, antea, vel poſtquam in Priores, &
,, Prioriſſas, aut ad alia officia domorum, & Mona-
,, ſteriorum hujuſmodi eliguntur, aſſumuntur, ſeu
,, deputantur, a Nobis, ſeu Sede Apoſtolica, vel
,, ejus Legatis, aut noſtro majori Pœnitentiario, ſeu
,, Superioribus dicti Ordinis, ſe in Priores, & Prio-
,, riſſas, vel Præſidentes, aut Officiales perpetuos,
,, aut perpetuas, dictarum domorum, & Conven-
,, tuum, aliter quam in Conſtitutionibus, ac ſtatutis
,, dicti Ordinis continetur, deputari, & confirmari
,, nituntur, ex quo non ſolum ſequitur, quod ipſi
,, per te a Prioratibus, & Prioriſſatibus, ac aliis offi-
,, ciis hujuſmodi, etiam ſtante cauſa, ut moris eſt,
,, amoveri non poſſunt, ſed, quod deterius eſt, ſcan-
,, dala, inobedientiæ, lites, diſſenſiones quamplu-
,, res, & turbatio Religionis in dies provenit. Qua-
,, re pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum,
,, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate
,, Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, attendentes,
,, quod ubi derogatur obedientiæ, quæ Superioribus
,, debetur, totius Ordinis ruina brevi ſuccedit. &
,, propterea huic malo occurrere volentes, hujuſmodi
,, ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica,
,, tenore præſentium, quaſcunque electiones, depu-
,, tationes, inſtitutiones, commiſſiones, conceſſiones,
,, proviſiones, commendas, præfectiones, confirmatio-
,, nes, gratias, & quaſvis alias diſpoſitiones deputatio-
,, num Priorum, & Prioriſſarum, & quorumcun-
,, que aliorum officiorum, domorum, tam virorum,
,, quam mulierum, ac Monaſteriorum Monialium
,, ſub cura Fratrum hujuſmodi degentium, tam a No-
,, bis, & Sede præfata per Literas Apoſtolicas, & in
,, forma Brevis, vel alias ab ejus Legatis, aut majo-
,, ri Pœnitentiario noſtro, quam Superioribus ejuſ-
,, dem Ordinis pro tempore exiſtentibus, & quibuſvis
,, aliis, etiam ad id auctoritatem habentibus, perſo-
,, nis, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, or-
,, dinis, & præeminentiæ exiſtentibus, aliter quam
,, in Conſtitutionibus, & Statutis hujuſmodi contine-
,, tur, hactenus factas, & impetratas, ac de cetero pro
,, tempore faciendas, & impetrandas, cum omnibus
,, inde ſecutis, & pro tempore ſecuturis, revoca-
,, mus, caſſamus, & annullamus, revocataſque, caſ-
,, ſatas, & annullatas, nulliuſque roboris, vel mo-
,, menti exiſtere, Teque, & dicti Ordinis Genera-
,, les, & Provinciales, Magiſtros, quam alios Su-
,, periores pro tempore exiſtentes ad parendum, &
,, obediendum literis hujuſmodi, quaſcunque cenſu-
,, ras, & pœnas in ſe continentibus, etiamſi in illis
,, de præſenti conceſſione ſpecialis, & expreſſa men-
,, tio fieret, minime teneri, & propterea aliquas
,, cenſuras Eccleſiaſticas incurrere, aut ab illis ligari
,, non poſſe, ſicque per quoſcunque Iudices tam Or-
,, dinarios, quam delegatos, quacunque auctorita-
,, te fungentes, & functuros, ac cauſarum Palatii
,, Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales in qua-
,, vis inſtantia interpretari, ſententiari, & judicari,
,, debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter in-
,, terpretandi, ſententiandi & judicandi facultate,
,, ac ex nunc irritum, & inane, quicquid deſuper
,, per quoſcunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel
,, ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et
,, nihilominus omnibus, & ſingulis Superioribus, &
,, Fratribus, Prioriſſis, & Monialibus ſub cura hu-
,, juſmodi exiſtentibus, præter Conſtitutiones, &
,, Statuta hujuſmodi, in Prioratibus, Prioriſſati-
,, bus, & aliis officiis prædictis, pro tempore inſtitu-
,, tis, ſeu deputatis, vel in poſterum inſtituendis,
,, & deputandis, ne commiſſionibus, & deputatio-
,, nibus, ſeu diſpoſitionibus ſuis hujuſmodi, ſub ex-
,, communicationis latæ ſententiæ, quam ſi non pa-
,, ruerint, ipſo facto incurrant, & privationis, ac
,, ſuſpenſionis actuum legitimorum pœnis, utantur,
,, diſtrictius inhibemus. Quocirca Venerabilibus Fra-
,, tribus noſtris Laurentio Epiſcopo Præneſtino dicti
,, Ordinis Protectori, & Generali Cameræ noſtræ
,, Auditori, & pro tempore exiſtentibus mandamus,
,, quatenus ipſi, vel alter eorum, per ſe, vel alium,
,, ſeu alios, Tibi, & pro tempore dicti Ordinis Gene-
,, rali Magiſtro, in præmiſſis opportuno defenſionis
,, præſidio aſſiſtentes, faciant, Te, & alios Magi-
,, ſtros Generales hujuſmodi, omnibus, & ſingulis
,, præmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permit-
,, tentes, vos deſuper per quoſcunque contra præ-
,, ſentium literarum tenorem quomodolibet moleſta-
,, ri, aut perturbari: contradictores quoſlibet, & re-
,, belles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris op-
,, portuna remedia, appellatione poſtpoſita, compe-
,, ſcendo;

„ ſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, au-
„ xilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis,
„ ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis
„ contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus commu-
„ niter, vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod
„ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſ-
„ ſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam,
„ & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto
„ hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die XII Octo-
„ bris MDXXVI Pontificatus noſtri Anno Tertio.

V. De Fratribus Cruci prædicandæ præfectis re-
vocandis, vel alio transferendis, quæ ſequuntur ha-
bes Conſtitutiones. Generali enim Magiſtro, & Fra-
tribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Innocentius IV*
Conſt.XLVI = Odore = *Tom.I pag.*132 „ Nos, in-
„ quit, veſtris ſupplicationibus annuentes, ut Tu,
„ Frater Epiſcope, ac Magiſter, tuique Succeſſo-
„ res, Fratres tui Ordinis, qui ad prædicandum
„ Crucem, vel inquirendum contra pravitatem hæ-
„ reticam, ſeu ad alia hujuſmodi negotia ſunt, vel
„ fuerint ubicunque a Sede Apoſtolica deputati, re-
„ movere, ſeu revocare, penitus transferre, ipſiſ-
„ que, quod ſuperſedeant, injungere, alioſque ſub-
„ ſtituere, cum expedire videritis, licite, ac libere
„ valeatis, & in eos, ſi contravenerint, Cenſuram
„ Eccleſiaſticam exercere, ac quilibet Prior Provin-
„ cialis ejuſdem Ordinis idipſum in ſua Provincia,
„ circa Fratres ipſius Ordinis, quibus in illa ſimilia
„ contingit ab eadem Sede committi, facere poſſit,
„ auctoritate præſentium, indulgemus.

VI. Eandem Conſtitutionem renovavit *Alexan-
der IV Conſt.XC* = Odore = *Tom.I pag.*303. Idem
confirmavit *Conſt.CCXCVII* = Virtute conſpicuos =
*Tom.I pag.*407.

Huc etiam ſpectant ejuſdem tenoris Conſtitutio-
nes VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV*
Tom.II. pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.49:
V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI*
Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278:
CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

VII. Ipſos Sanctæ Sedis Capellanos, Priorum,
aliorumque Superiorum, juris, ac poteſtatis eſſe,
decernit *Gregorius XI Conſt.XIX* = Per Romani Ponti-
ficis = *Tom.II pag.*278 dicens: „ Nuper ad noſtrum,
„ relatione fide digna, pervenit auditum, quod non-
„ nulli Religioſi, etiam Mendicantes, qui in Capel-
„ lanos Sedis Apoſtolicæ ſe recipi procurarunt, pro-
„ pterea bonum obedientiæ, & correctionem recu-
„ ſantes, per mundum, per plurimum, ſine ſuorum
„ Superiorum licentia, ſæpius evagando diſcurrunt,
„ & quandoque ad Romanam Curiam accedunt, aſſe-
„ rentes, ſine ſuorum Superiorum licentia ſe hoc
„ facere poſſe. Nos igitur in præmiſſis, prout ex
„ debito tenemur paſtoralis officii, ſalubriter pro-
„ videre cupientes, auctoritate Apoſtolica, tenore
„ præſentium, ſtatuimus, volumus, & etiam ordi-
„ namus, quod omnes, & ſinguli Religioſi quorum-
„ cunque Ordinum, etiam Mendicantium, dictæ Se-
„ dis Capellani, qui ſunt, & in antea erunt, perinde
„ eorum Superioribus, & correctionibus ipſorum, in
„ omnibus, & per omnia, ſint ſubjecti, ac ſi præ-
„ dictæ Sedis Capellani non eſſent. Non obſtantibus
„ exemptionibus, & aliis quibuſcunque privilegiis,
„ indulgentiis, gratiis, & Literis Apoſtolicis, Ca-
„ pellanis dictæ Sedis, & alias communiter, vel di-
„ viſim, ſub quacunque forma, & expreſſione ver-
„ borum a dicta Sede conceſſis, & in poſterum con-
„ cedendis, etiamſi de illis plena, & expreſſa men-
„ tio de verbo ad verbum in præſentibus ſit haben-
„ da, quæ quoad hoc alicui in nullo volumus ſuf-
„ fragari.

VIII. „ Dudum ſiquidem, inquit *Bonifatius IX*
Conſt.CCXVI = Sacroſancta = *Tom.II pag.*440 „ ad
„ notitiam piæ memoriæ Gregorii PP. XI, Præde-
„ ceſſoris noſtri fide digna relatione deducto, quod
„ nonnulli Religioſi, etiam Mendicantes, qui in
„ Capellanos Sedis Apoſtolicæ ſe recipi procurave-
„ runt, propterea bonum, & correctionem recu-
„ ſantes, per mundum, &, ut plurimum, ſine Supe-
„ riorum ſuorum licentia, ſæpius evagando diſcur-
„ rerant, quandoque ad Romanam Curiam acceſſe-
„ rant, aſſerentes ſine ſuorum Superiorum licentia
„ ſe hoc facere poſſe, idem Prædeceſſor ſuper hoc
„ ſalubriter providere volens, auctoritate Apoſtoli-
„ ca per Literas ſuas ſtatuit, voluit, ac etiam ordi-
„ navit, quod omnes, & ſinguli quorumcunque
„ Ordinum, etiam Mendicantium, dictæ Sedis Ca-
„ pellani, qui tunc erant, & in antea fierent, per-
„ inde eorum Superioribus, & correctioni ipſorum,
„ in omnibus, & per omnia eſſent ſubjecti, ac ſi præ-
„ dictæ Sedis Capellani non exiſterent, prout in hu-
„ juſmodi ipſius Prædeceſſoris literis plenius contine-
„ tur. Cum autem, ſicut diſplicenter intelleximus,
„ poſtmodum quamplures diverſorum, etiam Men-
„ dicantium, Ordinum Religioſi ſe in Capellanos
„ ejuſdem Sedis, ita quod omnibus, & ſingulis in-
„ dulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, at-
„ que privilegiis per fel. rec. Johannem XXII, &
„ Clementem VI Romanos Pontifices, Prædeceſſo-
„ res noſtros, Capellanis dictæ Sedis conceſſis uti,
„ & gaudere poſſent, piæ memoriæ Innocentii VI,
„ Urbani VI, Romanorum Pontificum, etiam Præ-
„ deceſſorum noſtrorum, ac hujuſmodi ipſius Gre-
„ gorii Prædeceſſoris noſtri, Statutis, ordinationi-
„ bus, & Conſtitutionibus quibuſcunque non obſtan-
„ tibus, recipi procuraverint; & propterea Supe-
„ riorum ſuorum monita, & mandata minime ve-
„ rentes, ſeque a quorumcunque correctione immu-
„ nes, & liberos reputantes, aliqui videlicet eorum,
„ ut diſcoli, divina non curantes, per loca diverſa
„ diſcurrant, alii vero ſe diverſis mundanis negotiis
„ immiſceant, nonnulli etiam eorum, habitu dere-
„ licto, ſeu ſimulato, ut ſeculares perſonæ incedant,
„ unde error pejor priore, & multiplicia ſcandala
„ tam in Religioſos, quam ſeculares perſonas hacte-
„ nus exorta ſunt, & timetur veriſimiliter majora,
„ niſi per hoc provideatur, poſſe exoriri. Nos igi-
„ tur, prout ex injuncti nobis Paſtoralis officii debi-
„ to tenemur, ſuper hoc providere volentes, ipſius
„ Gregorii Prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærendo,
„ auctoritate prædicta, tenore præſentium, ſtatui-
„ mus, volumus, & etiam ordinamus, ut ſinguli Re-
„ ligioſi quorumcunque, etiam Mendicantium, Or-
„ dinum, dictæ Sedis Capellani, qui ſunt, & in
„ antea erunt, perinde eorum Superioribus, & cor-
„ rectioni ipſorum in omnibus, & per omnia ſint ſub-
„ jecti, ac ſi prædictæ Sedis Capellani non eſſent.
„ Non obſtantibus exemptionibus, & aliis quibuſ-
„ cunque privilegiis, indulgentiis, & gratiis, ac
„ Literis Apoſtolicis, Capellanis dictæ Sedis, vel aliis
„ conjunctim, vel diviſim, ſub quacunque forma,
„ vel expreſſione verborum, a dicta Sede conceſſis,
„ vel in poſterum concedendis, etiam ſi de illis de
„ verbo ad verbum, & de ipſorum Capellanorum
„ nominibus, & cognominibus propriis, plena, & ex-
„ preſſa mentio præſentibus ſit habenda, quæ quoad
„ hoc, ipſis in nullo volumus ſuffragari.

Huc

Huc ſpectat *Nicolai V Conſt.LXV* = Placet & volumus = *Tom.III pag.*287.

IX. Ne Fratres Congregationis Lombardiæ Parochialium Eccleſiarum, vel Monaſteriorum curam gerant, ſine Vicarii Generalis conſenſu, cavet *Pius II Conſt.XLI* = Placet Nobis = *Tom.III pag.*417. De iſtis alibi ſermo.

X. Pro coronide tandem, ut neminem fugiat, quanta ſit in Ordine noſtro Generalis Magiſtri ſuprema facultas, præ oculis ſemper habenda Clementis IX Conſt.LIII, data 23 Septembris 1667 = Procurator Generalis = Tom.VII pag.323, Decretum ſcilicet Sacræ Congregationis, quod ibidem legitur cum ſcripto, quo Procurator Generalis, clariſſimus ille *Petrus Maria Paſſerinus* ex Apoſtolicis Diplomatibus, Conſtitutionibus Ordinis, ac Generalibus Capitulis, pro veritate loquens, exhibuit momenta graviſſima, quibus liquet, quam ſumma ſit in Ordine Fratrum Prædicatorum Magiſtri Generalis Poteſtas. Hujus tenoris eſt:

„ Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini. Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum EE. VV. reverenter exponit, quod cum hoc anno die III Maii vacaret officium Prioris Conventus S. Sabinæ de Urbe Provinciæ Lombardiæ ejuſdem Ordinis, mox die XII ejuſdem Menſis ibidem unanimiter electus fuit in Priorem P. Magiſter Fr. Vincentius de Venetiis, ac ſufficienter poſtulati PP. Mag. Fr. Thomas Bona de Brixia, & Fr. Angelus Maria de Ovada. Priuſquam vero P. Magiſter Fr. Jacobus Philippus Polinus Lombardiæ Provincialis, tunc in Urbe præſens, hanc electionem confirmaret, ſupervenit huc ſcrutinium alterius electionis factæ in Conventu Regienſi S. Dominici in perſonam dicti P. Fr. Vincentii de Venetiis, ſicque Magiſter Ordinis mandavit Provinciali, quod hunc electum confirmaret pro Conventu Regienſi, ac non pro Conventu S. Sabinæ, ita factum eſt, & Magiſter Generalis laceravit ſcrutinium electionis, & poſtulationis factæ XII Maii in Conventu S. Sabinæ, ac XIX Junii ſcripto injunxit, Patri Vicario S. Sabinæ, quod PP. Vocalibus notificaret vacantiam illius Prioratus. Paruit ille, & tribus Vocalibus ſecum in dicto Conventu commorantibus, necnon reliquis tribus in Vicariatu, ac Parochia S. Nicolai de Præfectis in Regione Campi Martii, reſidentibus indixit novam electionem die XX Junii mane circa horam XIII, aut XIV celebrandam.

„ Verum præfixa die, & hora, dum e S. Nicolao expectabantur hi tres Vocales, quibuſcum & Provincialis Lombardiæ ibidem degebat, horum loco pervenit ad Vicarium S. Sabinæ Epiſtola manu, & nomine, ſocii ejuſdem Provincialis exarata, ſed, ut fertur, & ex ſtylo conjicitur, ab ipſo Provinciali dictata hujus tenoris.

„ Dicunt hi PP. Vocales, ſe neſcire, quam ob cauſam electio canonica, rite, & legitime ab his facta, nempe in perſonam P. Magiſtri Fr. Vincentii de Venetiis, non debeat manuteneri, cum doceant Sacri Canones, quod electio ſit libertatis, confirmatio autem neceſſitatis, quodque ipſi pro nunc ſunt impediti, neque placet eis locus, & tempus. Cum hoc P. Veſtram ex corde ſaluto, meque, & ſocios, ſuis orationibus commendo. Ex S. Nicolao hac die Lunæ. Fr. Antonius de Cotignola ſocius.

„ His viſis Magiſter Ordinis, eadem die XX Junii ſub veſperam ſua utens ſuprema auctoritate, Priorem Conventus S. Sabinæ inſtituit P.M.F. Mauritium Maſininum de Boſco, qui jam ante fuerat electus Prior ſui Conventus S. Crucis in Boſco.

„ Porro adverſus hanc inſtitutionem dictus Provincialis Lombardiæ reclamavit, facto recurſu ad Sanctiſſimum D. N., cui expoſuit, hujuſmodi inſtitutionem non ſubſiſtere, eo quod Magiſter Ordinis, nequeat Priores inſtituere, niſi in caſu devolutionis. Item quod hæc inſtitutio præjudicium inferat.

„ Primo, Electoribus, quibus ex præſcripto Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini competit jus eligendi Priorem, & per Conſtitutiones Ordinis debetur iiſdem integer Menſis, quo demum elapſo, & non ante, devolvitur proviſio ad Superiorem.

„ Secundo, etiam juri quæſito ipſius electi, & poſtulatorum.

„ Tertio, juri ipſiuſmet Provincialis, ad cujus officium ſpectat confirmatio Priorum.

„ Quarto, juri communi totius Religionis, in qua ubique libera electio Priorum viget.

„ Quinto, denique privilegiis Apoſtolicis, ſpecialiter Provinciæ Lombardiæ indultis per Summos Pontifices Alexandrum VI, Clementem VII, Paulum III, & alios, atque in ſpecie ipſi Conventui S. Sabinæ per ſan. mem. Pium V.

„ Cum ergo præſens negotium a SS. D. N., ad hanc Sacram Congregationem fuerit remiſſum, Procurator Generalis, qui ſupra, EE. VV. repræſentat, in hac Provincialis inſtantia, manifeſte confundi jura, cum longe aliud ſit providere Conventui de Priore per ſuffragia Vocalium, qui quando intra menſem negligunt eligere, jus ipſorum devolvitur ad Superiorem, aliud vero providere Conventui per Magiſtrum Ordinis utentem ſuprema auctoritate ſua. Nunc autem non verſamur in primo caſu; ſed agitur de ſecundo, in quo debet ex juſtitia manuteneri Magiſtri Generalis officium, & auctoritas, quam illi tribuunt, tum Bullæ Pontificiæ, VV. EE. originaliter exhibitæ, tum Ordinis Conſtitutiones, quas profitemur. Unde hac auctoritate potuerunt uti, & uſi ſunt Prædeceſſores Magiſtri Generales, toties quoties ipſis videbatur in Domino expedire, nec minus eadem uti potuit, & uſus fuit modernus Ordinis Magiſter Generalis, utpote fundata in clara Litera, & Gloſſa Conſtitutionum, quæ ſic habent.

„ Diſt.I Cap.XV de Profeſſione Textu I Lit.F. Ideo ſoli Magiſtro, vel alteri nomine ejus, fit profeſſio, & promittitur obedientia, ut unitas Ordinis, & profeſſionis ſervetur, quæ ab unitate unius capitis, cui omnes tenemur obedire, dependet, qui eſt proprius, & immediatus Prælatus omnium Fratrum, & Conventuum totius Ordinis, & poteſt omnes Prælatos, & Officiales ejuſdem Ordinis inſtituere, & deſtituere, & eorum officia, & auctoritates limitare &c. Iidemque Fratres tenentur ſibi devote, & humiliter obedire, ſicut patet in privilegio, quod dicitur Mare Magnum Alexandri IV, Clementis IV, Bonifatii VIII, Benedicti XI, Sixti IV, ubi omnia prædicta expreſſe continentur. Hæc ibi.

„ Ulterius Diſt.II Cap.III Text. VIII Lit.H. Magiſter Ordinis per privilegia Bonifatii VIII, & Clementis VII, poteſt omnes Priores Provinciales, & Conventuales, & alios quoſcunque Officiales dicti Ordinis, ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto Ordine, etiam per Sedem Apoſtolicam, vel per quoſcunque, & quavis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur, revocare, & a ſuis officiis removere, etiamſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum, quod a ſuis prælationibus, vel officiis removeri non poſſint, & loco ipſorum, alios, vel alias ſubſtituere, ac officia ipſa limitare, ac in

„ Curia Romana Procuratorem inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio removere, quoties ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire. Hæc ibi.

„ Rurſus eadem Diſt. Cap. IV Text. V Lit. F. ſecundum privilegia Apoſtolica Magiſter Ordinis, poſtquam fuerit electus, eo ipſo curam animarum Fratrum omnium ipſius Ordinis plenarie habet, & libere gerit, ipſoſque Fratres auctoritate propria ligare, & abſolvere, necnon in eodem Ordine ea agere poteſt, quæ ipſe, & præfati Ordinis Definitores juxta Conſtitutiones ejuſdem Ordinis, ſecundum Deum, viderint expedire, tenenturque omnes Fratres ſibi devote, & humiliter, ſecundum Regulam, & Conſtitutiones obedire, poteſtque illos ab omnibus officiis removere. Hæc ibi.

„ Amplius eadem Diſt. Cap. VIII Text. IX Lit. K. ille dicitur ad diviſionem Ordinis laborare, qui verbo, vel facto, per perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas mutationem quærit generalis ſtatus noſtri Ordinis, & Conventus ab obedientia Magiſtri Ordinis ſubtrahere, cum unitas Ordinis ex unitate unius profeſſionis dependeat, qua ex ſolemni voto tenentur omnes Fratres uni Generali Magiſtro in his, quæ ſecundum Regulam, & Conſtitutiones ſunt, obedire. Hæc ibi.

„ Quæ ne ullo abuſu, aut tergiverſatione elidi poſſint, toti Religioni ſolemniter renunciata ſunt per Generale Capitulum Romæ Anno MDCLVI celebratum, cujus hæc legitur prima declaratio: Regularis diſciplinæ inſtauratio, quæ hujus noſtri Capituli præcipuus eſt ſcopus, maxime accerſenda videtur ex propria noſtræ Profeſſionis Formula, qua expreſſe Deo, Beatiſſimæ Virgini, B. Dominico, & Magiſtro Ordinis, puram obedientiam promittimus, cui deinde reliqua duo ſolemnia vota acceſſorio comitatu innexa ſubintelliguntur. Proinde cum unius obedientiæ relaxatio, quod idem eſt, auctoritatis Magiſtri Ordinis convulſio, ipſum noſtræ Profeſſionis fundamentum evertat, Decernimus eliminandas ab Ordine noſtro, frivolas omnes interpretationes, & effugia, quæ ad enervandam parendi obligationem, ad declinandas correctiones, ad eludenda ſupremi & unici capitis noſtri mandata pernicioſiſſime interdum excogitantur. Quare declaramus ſimpliciter ad literam ſtandum eſſe tenori verborum, quibus ſacræ Conſtitutiones noſtræ Diſt. I Cap. XV de Profeſs. Text. I Lit. F. Item Diſt. II Cap. III de elect. Prioris Provincialis Text. VIII Lit. H, & Cap. IV de elect. Magiſtri Ordinis Text. V Lit. F. auctoritatem Generalis Magiſtri in Ordine noſtro definiunt, fundant, ſtabiliunt. Hæc ibi.

„ Neque ad rem faciunt, quæ oppoſuit Provincialis Lombardiæ contra hujus auctoritatis nuperrimum uſum in inſtitutione moderni Prioris apud S. Sabinam.

„ Non primum, quia ipſemet Provincialis, non ignorabat, in Ordine noſtro, nullum omnino jus acquiri electo per electionem quantumcunque unanimem, ut declaratur in Conſtitution. Diſt. II Cap. II Text. III Lit. L. proinde multo minus acquiritur jus poſtulatis, ne quidem de jure communi ex conceſſione Alexandri IV.

„ Et in Ordine Prædicatorum declaravit Capitulum Generale Papiæ celebratum Anno MDVII, Prælaturas ſive Fratrum, ſive Sororum, eſſe ſimplicia officia, & onera gravia, & nullo pacto beneficia, quæque ad voluntatem Superiorum poſſunt ſemper diſponi.

„ Non ſecundum, quia Magiſter Ordinis utens jure ſuo, a Pontificibus, & Ordinis Conſtitutionibus ſibi conceſſo, nemini facit injuriam, neque Canones, aut Concilium Tridentinum jus illud revocant, ſed formam præſcribunt ſervandam in electione, quandocunque, & ubicunque ea Vocalibus permittitur.

„ Non tertium, quia de jure, & praxi, Magiſter Ordinis concurrit cum Provincialibus in omni electione, ſeu caſſanda, ſeu confirmanda, utpote non minus, ac ipſi, Prælatus immediatus. Inſuper poteſt ad ſe revocare ſcrutinia, inhibendo cuivis Prælato inferiori, ne electum caſſet, aut confirmet.

„ Non quartum, quia Religio in ſuis Capitulis Generalibus agnovit, & agnoſcit in ſuo Magiſtro Generali jus inſtituendi, deſtituendi &c. & conſequenter præveniendi ſuffragia electorum, quoties ſibi in Domino expedire videbitur.

„ Non Quintum, quia quando Summi Pontifices indulſerunt aliqua privilegia variis Provinciis, Conventibus, Monaſteriis, Collegiis, non truncarunt auctoritatem Magiſtri Ordinis, cum id in Bullis ſuis non intendant, nec exprimant. quinimmo anno MDCLI in ſimili oppoſitione Provincialis Lombardiæ S. Congregatio die XXII Julii, hiſce non obſtantibus, declaravit, & decrevit, expedire, quod auctoritas Generalis ſuſtineatur, ad ſervandam Ordinis unitatem, & obedientiam erga Sedem Apoſtolicam, ut in Conſtitutionibus Ordinis. Et tandem quicquid ſit de privilegiis Provinciæ Lombardiæ ab opponente prætenſis, his non ſolum in genere, ſed in ſpecie, ſeu nominatim derogarunt Clemens VII Anno MDXXXII die XXII Junii, Pontificatus ſui Nono, Paulus III Anno MDXL die X Ianuarii, Pontificatus ſui Sexto, & Anno MDXLIII die XXVII Octobris, Pontificatus ſui Nono, Julius III Anno MDLIII die XV Septembris, Pontificatus ſui Quarto, Gregorius XIII Anno MDLXXII die XXIII Septembris, iterum Anno MDLXXX die XXVII Junii, Paulus V Anno MDCX die XXVIII Septembris, Anno MDCXII die IV Auguſti, & MDCXVII die IV Septembris, Urbanus VIII Anno MDCXXIX die XXI Julii, & Innocentius X Anno MDCL die VII Julii. Quorum ſingulorum Brevia originalia fuerunt exhibita EE. VV. in præſenti cauſa.

„ Proinde iiſdem humillime ſupplicat præfatus Procurator Generalis Ordinis, quatenus dignentur ſuo Decreto palam declarare, quod ſupramemorata a Magiſtro Generali facta Inſtitutio novi Prioris pro Conventu S. Sabinæ in perſonam dicti P. Magiſtri Fr. Mauritii Maſinii rite, firme, ac valide ſubſiſtat ex legitima, ac bene fundata inſtituentis auctoritate. Quas Deus &c.

„ Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam SS. D. N. anteſcriptas preces remiſit, attentis narratis, & ſæpius auditis etiam in contradictorio partibus, viſiſque, & diligenter examinatis Ordinis hujuſmodi Conſtitutionibus, Actis præfatorum Capitulorum Generalium, Conſtitutionibus, & literis Apoſtolicis ſupradictis, aliiſque ſcripturis, & inſtrumentis hinc inde exhibitis, referente Eminentiſſimo Pallotto, cenſuit, declaravit, ac decrevit, ſuſtinendam eſſe auctoritatem Magiſtri Generalis ejuſdem Ordinis, & in ejus manutentionem in caſu, de quo agitur, ſuſtineri debere inſtitutionem ab ipſo, ut

„ præ-

„ præfertur, factam Prioris Conventus S. Sabinæ de
„ Urbe in perſonam Fr. Mauritii Maſinii de Boſco,
„ prout barum vigore declarat, ac decernit, & ita
„ exequi, ſervarique mandat, ac præcipit, in con-
„ trarium allatis, ceteriſque non obſtantibus quibuſ-
„ cunque. Romæ XXIII Septembris MDCLXVII.

„ M. Card. Ginettus.

„ Loco ✠ ſigilli.

„ E. Epiſcopus Camerin. Secr.

XI. Nec illis, quæ dieuntur ibidem de poteſtate,
Priores, ac ceteros inſtituendi, & deſtituendi, con-
traria ſunt, quæ dixi *Titulo III*, dum de Electionis
jure, Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſerto, diſſe-
rebam. Ut enim Scriptor eruditiſſimus *Paſſerinus* no-
ſter obſervat in ſcripto mox laudato, cavendum, ne
jura confundantur: „ Cum longe aliud ſit providere
„ Conventui de Priore per ſuffragia Vocalium, qui
„ quando intra menſem negligunt eligere, jus ipſo-
„ rum devolvitur ad Superiorem, aliud vero provi-
„ dere Conventui per Magiſtrum Ordinis utentem
„ ſuprema auctoritate ſua „. Si Magiſter Generalis
velit, ordine juris ſervato, procedere; legem habe-
mus, ſecundum quam cuique, quod ſuum eſt tribuit.
Si vero velit uti ſuprema, qua pollet, auctoritate;
legem etiam habemus, ſecundum quam, ut ibidem
dicitur, Generalis ipſe Magiſter „ eſt proprius, &
„ immediatus Prælatus omnium Fratrum, & Con-
„ ventuum, totius Ordinis, & poteſt omnes Præla-
„ tos, & Officiales ejuſdem Ordinis inſtituere, &
„ deſtituere, & eorum officia, & auctoritates limi-
„ tare &c. iidemque Fratres tenentur ſibi devote, &
„ humiliter obedire „. Ex Conſt. Ord. Præd. Vide
Acta Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1656
Declaratione I, cujus memini *Quæſtione I hujuſce Ti-
tuli Numero IV*. De alio modo, quo Priores abſolvi
poſſunt, ſeu ab officio removeri, conſulenda Ordina-
tio VII Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1670,
qua renovatur Ordinatio XIII Generalis Capituli Ro-
mani 1629. Vide inferius *Quæſt.V Num XXVI*.

XII. Quæ quidem ſumma Generalis Magiſtri po-
teſtas evidentius, ac manifeſtius dignoſci poteſt ex pe-
culiaribus nonnullis facultatibus, quibus eoſdem Sum-
mi Pontifices ornarunt.

XIII. Fratri *Thomæ de Firmo* Generali Magiſtro
Ordinis Prædicatorum ſcribens *Bonifatius IX Conſti-
tut.CCVIII* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.436*:
„ Quaſcunque, inquit, utriuſque ſexus perſonas ti-
„ bi, & ſucceſſoribus hujuſmodi pro tempore confi-
„ tentes, extra prædictam Curiam ab eorum pecca-
„ tis, in illis duntaxat caſibus, in quibus minores no-
„ ſtri, & dictæ Sedis Pœnitentiarii poſſunt abſolve-
„ re; Necnon quoties te, & ſucceſſores tuos, per
„ aliquas partes iter facere contigerit, Miſſam ante-
„ quam illuceſcat dies, circa tamen diurnam lucem
„ celebrare, aut per proprium, vel alium Sacerdo-
„ tem idoneum facere celebrari; ita tamen quod id
„ nec tibi, nec ſucceſſoribus ipſis, nec Sacerdoti hu-
„ juſmodi ad culpam valeat imputari; tibi; & ſuc-
„ ceſſoribus tuis Magiſtris hujuſmodi de Apoſtolicæ
„ poteſtatis plenitudine, & ex certa ſcientia tenore
„ præſentium indulgemus.

XIV. Generali Magiſtro ſeribens *Bonifatius IX
Conſt.CCXVIII Tom.II pag.444*: „ Perſonam tuam,
„ inquit, Nobis, & Apoſtolicæ Sedi devotam, ac
„ religionis zelo conſpicuam, tuis exigentibus meri-
„ tis, paterna benevolentia proſequentes, illa tibi li-
„ benter concedimus, quæ ad ſtatum proſperum, &
„ tranquillum Fratrum Ordinis Prædicatorum tende-
„ re dignoſcuntur. Hinc eſt, quod Nos, tuis devo-
„ tis in bac parte ſupplicationibus inclinati, ut Tu,
„ & ſucceſſores tui, Magiſtri dicti Ordinis, qui fue-
„ rint pro tempore, aliquem ex Fratribus hujuſmodi
„ ad hoc idoneum in dicti Ordinis Procuratorem de-
„ putare, & inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio
„ amovere, & alium loco ejus ponere, ſemel, &
„ pluries, & totiens, quotiens tibi, & ſucceſſoribus
„ tuis videbitur, & placebit, qui ipſo facto omnium
„ Provinciarum, Conventuum, Monaſteriorum,
„ Hoſpitalium, & locorum ipſorum Ordinis, & per-
„ ſonarum eorundem, ac aliorum prædictorum, &
„ ipſi Ordinis ſubjectorum, cenſeatur, & ſit verus
„ Procurator, cujus procurationis officium, vacan-
„ te Magiſterio ipſius Ordinis, nullatenus expiret,
„ donec ſuper boc per Magiſtrum proxime ſucceden-
„ tem aliter ordinetur, dictuſque Procurator poſſit,
„ & valeat cauſas quaſcunque tam civiles, quam cri-
„ minales, eccleſiaſticas, ſive mundanas, quas vo-
„ luerit, aſſumere pro dicto Ordine, locis, & ipſo-
„ rum locorum Conventibus, & Officialibus, ac per-
„ ſonis prædictis, & ipſorum quolibet, ac etiam eo-
„ rum nomine, & pro eis tam conjunctim, quam di-
„ viſim per ſe, vel alium, ſeu alios, tam in Romana
„ Curia, quam extra contra quaſcunque perſonas,
„ Collegia, & Univerſitates movere, proſequi, de-
„ fendere, & agere, & appellare in judicio, & ex-
„ tra, tam in prima, quam in ſecunda, & tertia in-
„ ſtantiis, etiam in iis, in quibus requiritur ſpeciale
„ mandatum, toties, quoties, ſemper, & quando-
„ cunque ſibi videbitur, & placebit, ſecundum po-
„ teſtatem per Te, vel ſucceſſores tuos hujuſmodi ſibi
„ traditam, vel tradendam, perinde ac ſi ab Ordine,
„ & locis, Officialibus, & perſonis prædictis, ſibi
„ data eſſet omnimoda poteſtas cum pleno, libero,
„ & generali, & ſpeciali mandato ad cauſas antedi-
„ ctas, tibi, & ſucceſſoribus tuis Magiſtris hujuſmo-
„ di, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex cer-
„ ta ſcientia, tenore præſentium, indulgemus. Con-
„ ſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & con-
„ ſuetudinibus, Ordinis, Provinciarum, & loco-
„ rum prædictorum contrariis, juramento, confir-
„ matione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia
„ roboratis, & aliis contrariis non obſtantibus qui-
„ buſcunque „. Vide ſupra *Num.II*.

XV. Generali Magiſtro ſcribens *Alexander V
Conſt.XV* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.496*:
„ Quodque, inquit, etiam tu, & ſucceſſores hujuſ-
„ modi, omnes, & ſingulos Fratres dicti Ordinis ad
„ partes Infidelium, & Schiſmaticorum transmiſſos,
„ ſeu in Pœnitentiarios extra Romanam Curiam, aut
„ Inquiſitores hæreticæ pravitatis, ac Priores etiam,
„ & Provinciales, & Conventuales, necnon Vica-
„ rios, Lectores, & Baccalaureos, in dicto Ordine
„ per Sedem prædictam, vel alias per quoſcunque,
„ & qualitercunque, & quavis auctoritate, etiam
„ noſtra, deputatos hactenus, & in poſterum depu-
„ tandos, ac alios quoſcunque Officiales dicti Ordi-
„ nis, necnon Rectores, & Adminiſtratores, ac
„ Prioriſſas Monaſteriorum, Hoſpitalium, aliorum-
„ que locorum dicti Ordinis, ſeu eidem Ordini ſu-
„ bjectorum, vel ſubmiſſorum, cujuſcunque ſtatus,
„ Ordinis, ſexus, vel conditionis exiſtant, qui nunc
„ ſunt, & erunt pro tempore, quoties tibi, vel ſuc-
„ ceſſoribus tuis, pro dicti Ordinis, vel alicujus ex
„ locis prædictis, ſeu perſonarum ipſorum, vel alicujus
„ eorum ſtatu, & honore videbitur, revocare, &
„ ab hujuſmodi eorum Officiis, Miniſteriis, Priora-
„ tibus, & adminiſtrationibus quibuſcunque remo-
„ vere, & alios loco ipſorum ſubſtituere, & officia

„ ipſa limitare, ac etiam aliquem ex Fratribus hujuſ-
„ modi ad hoc idoneum in dicti Ordinis Procurato-
„ rem deputare, & inſtituere, & inſtitutum ab ipſo
„ officio amovere, & alium loco ejus ponere ſemel,
„ & pluries, ac toties quoties tibi, & ſucceſſoribus
„ tuis videbitur, & placebit, qui ipſo facto omnium
„ Provinciarum, Conventuum, Monaſteriorum,
„ Hoſpitalium, & locorum ipſius Ordinis, & perſo-
„ narum eorundem, ac aliorum prædictorum, & ipſi
„ Ordini ſubjectorum cenſeatur, & ſit verus Procu-
„ rator; cujuſque procurationis officium, decedente
„ Magiſtro ipſius Ordinis, qui pro tempore fuerit,
„ nullatenus expiret, donec ſuper hoc per Magiſtrum
„ proxime ſuccedentem aliter ordinetur, dictuſque
„ Procurator poſſit, & valeat cauſas quaſcunque,
„ tam civiles, quam criminales, eccleſiaſticas, ſive
„ mundanas, quas voluerit, aſſumere pro dicto Or-
„ dine, locis, & ipſorum locorum Conventibus, &
„ & Officialibus, ac perſonis prædictis, & ipſorum
„ quolibet, ac etiam ipſorum nomine, & pro eis tam
„ conjunctim, quam diviſim, per ſe, vel per alium,
„ ſeu alios, tam in Romana Curia, quam extra, con-
„ tra quaſcunque perſonas, Collegia, & Univerſi-
„ tates movere, proſequi, defendere, & agere, ac
„ appellare in judicio, & extra, tam in prima, quam
„ in ſecunda, & tertia inſtantiis, etiam in bis, in
„ quibus requiritur ſpeciale mandatum, toties quo-
„ ties, ſemper, & quandocunque ſibi videbitur, &
„ placebit, ſecundum poteſtatem per Te, vel ſucceſ-
„ ſores tuos hujuſmodi, ſibi traditam, vel traden-
„ dam, perinde ac ſi ab Ordine, & locis, Officiali-
„ bus, & perſonis prædictis ſibi data eſſet omnimoda
„ poteſtas, cum pleno, libero, & generali manda-
„ to, ad cauſas antedictas. Quodque Tu, & ſucceſ-
„ ſores tui Magiſtri hujuſmodi cum quibuſcunque
„ Fratribus dicti Ordinis, cujuſcunque ſexus exi-
„ ſtant, ex quocunque damnato coitu procreatis,
„ vel procreandis, ut ad quoſcunque gradus in licitis
„ facultatibus, dignitates, & honores, ac officia
„ quæcunque in Ordine ipſo, & locis prædictis dun-
„ taxat promoveri libere, & licite poſſint, Generali
„ prædicti Ordinis excepto Magiſtratu, auctoritate
„ Apoſtolica diſpenſare, ac illos ex Fratribus hujuſ-
„ modi, qui forſan antequam ad legitimam ætatem
„ pervenerint, ſe fecerint, aut permiſerint ad quoſ-
„ cunque Sacros Ordines promoveri, ab omnibus
„ ſententiis, & pœnis, quas propterea incurrerint,
„ per te, vel per alium, ſeu alios idoneos tui Ordi-
„ nis profeſſores, eadem auctoritate abſolvere, &
„ ſuper irregularitate, forſan per eos propterea qua-
„ litercunque contracta, auctoritate Apoſtolica di-
„ ſpenſare, ac quaſcunque utriuſque ſexus perſo-
„ nas tibi, & ſucceſſoribus hujuſmodi pro tempo-
„ re confitentes, extra prædictam Curiam ab eo-
„ rum peccatis in illis caſibus duntaxat, in quibus
„ minores noſtri, & dictæ Sedis Pœnitentiarii poſ-
„ ſunt abſolvere, necnon quoties Te, & ſucceſſores
„ ipſos per aliquas partes iter facere, contigerit,
„ Miſſam, antequam dies illuceſcat, circa tamen
„ diurnam lucem celebrare, aut per proprium, vel
„ alium Sacerdotem idoneum facere celebrare, ita
„ tamen quod id tibi, vel ſucceſſoribus ipſis, nec
„ Sacerdoti hujuſmodi ad culpam valeat imputari,
„ tibi, & ſucceſſoribus tuis, Magiſtris hujuſmodi,
„ de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex certa
„ ſcientia, tenore præſentium indulgemus.

XVI. Inſtitutiones Vicariorum Generalium, Privilegia quibuſdam Fratribus conceſſa, ceteraque Conſtitutionibus Ordinis non conſona reſcindens *Nicolaus V Conſt.LII* == Ad vitam == *Tom.III pag.276*:

„ Cum itaque, inquit, ſicut Nobis innotuit, pluri-
„ ma, & diverſa, quorundam Summorum Pontifi-
„ cum Prædeceſſorum noſtrorum, atque noſtra, pri-
„ vilegia, literæ, & indulta, Vicariorum deputa-
„ tiones, ſeu inſtitutiones, ac illorum, necnon domo-
„ rum multarum ejuſdem Ordinis, earumque pro tem-
„ pore Fratrum exemptiones, ac alias diverſas con-
„ ceſſiones, ordinationes, & inſtitutiones, earumque
„ forſan confirmationes in ſe continentia, contra con-
„ ſuetudines, & inſtituta Ordinis hujuſmodi, illiſque
„ derogantia tam in genere, quam in ſpecie, hacte-
„ nus emanaſſe noſcantur, ex quibus Ordo prædictus
„ pro magna parte, quaſi laceratus, ſeu diviſus ap-
„ pareat, ac plurima diſſenſiones, & ſcandala, etiam
„ in ipſius Ordinis vilipendium, præjudicium, at-
„ que damnum, necnon plurimorum perniciosum
„ exemplum olim ſubſecuta fuerint, & in dies ſubſe-
„ quantur; Nos, præmiſſa omnia, æque, debite,
„ & paternaliter compenſantes, ac ſuper eis ſtatui,
„ & indemnitati dicti Ordinis, quantum cum Domi-
„ no poſſumus, ſalubriter providere volentes, motu
„ proprio, non ad alicujus, ſeu aliquorum, Nobis
„ ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, auctoritate
„ Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium,
„ omnes, & ſingulos Vicarios, etiam Generales, &
„ Provinciales præfati Ordinis, ubique exiſtentes,
„ ad eorum Vicariatuum prædictorum officia per Se-
„ dis, ſeu noſtras literas, aut earum vigore, ſeu
„ alias quomodolibet, contra Ordinis hujuſmodi con-
„ ſuetudines, & ſtatuta, hactenus deputatos, necnon
„ ab ipſis inſtitutos Priores, & Officiales, ab hujuſ-
„ modi Vicariatuum, Prioratuum, & Officialium
„ officiis omnibus, & ſingulis, ex nunc realiter amo-
„ vemus, & amotos eſſe cenſemus, eoſque, & Fra-
„ tres domorum hujuſmodi ad Magiſtri Generalis,
„ necnon aliorum Superiorum dicti Ordinis præſen-
„ tium, & futurorum, juxta eadem ſtatuta, & con-
„ ſuetudines pro tempore electorum, obedientiam, &
„ ſubjectionem totaliter reducimus, ac etiam ſupra-
„ dicta, necnon ſuper exemptionibus, aliiſque di-
„ verſis indultis, & gratiis per Nos, vel dictam Se-
„ dem, Vicariis, Prioribus, Officialibus, eorumque
„ Fratribus præfatis olim conceſſis, & in ipſorum fa-
„ vorem emanatis, ac pro illorum confirmationibus
„ confecta privilegia, literas, & indulta, inter quæ
„ quaſdam noſtras quoad domos, Monaſteria, & lo-
„ ca Provinciæ Aragoniæ juxta morem dicti Ordinis,
„ eorumque Prælatos, & Fratres ſub dato diei duo-
„ decimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri
„ anno ſecundo emanatas literas, cum ſtatutis, & or-
„ dinationibus, aliiſque contentis in eiſdem inclu-
„ dantur, & comprehendantur, indeque ſecuta om-
„ nia, & ſingula, necnon etiam quaſcunque confir-
„ mationes Apoſtolicas ſuper quibuſvis per Genera-
„ les, Vicarios, & Provinciales dicti Ordinis Fra-
„ trum Prædicatorum quibuſcunque Fratribus ejuſ-
„ dem Ordinis, tam graduatis, quam non graduatis,
„ olim conceſſas, ac literas deſuper confectas, revo-
„ camus, caſſamus, & annullamus, viribuſque eva-
„ cuamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus,
„ & mandamus; Et inſuper alios quoſcunque dicti
„ Ordinis Profeſſores, cujuſcunque gradus extite-
„ rint, tam in noſtros, & ipſius Sedis, quam Vene-
„ rabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium
„ Capellanos, etiam continuos commenſales, cum
„ diverſis honoribus, exemptionibus, indultis, &
„ gratiis vigore ſpecialium noſtrorum, ac præfatæ
„ Sedis, necnon Cardinalium præfatorum literarum,

„ & pri-

„ & privilegiorum bactenus creatos, atque receptos,
„ qui extra Palatium Apoſtolicum, ac domos eorun-
„ dem Cardinalium, vel alicujus eorum, moram tra-
„ xerint, ſeu trahant, etiamſi alias ſervitiis noſtris,
„ ac dictæ Sedis, vel ipſorum Cardinalium extra Pa-
„ latium, ac domos Cardinalium hujuſmodi inſiſte-
„ rent, ac etiam tam illos ex profeſſoribus Ordinis
„ hujuſmodi, qui ex ſpecialibus ejuſdem Sedis privi-
„ legiis abſque conſenſu dicti pro tempore Magiſtri
„ emanatis, ſervitiis Parochialium Eccleſiarum, ſeu
„ aliorum quorumlibet Eccleſiaſticorum locorum,
„ in quibus titulum non habent, inſiſtere noſcuntur,
„ quam alios omnes, & ſingulos, qui vigore qua-
„ rumvis literarum, & privilegiorum Apoſtolico-
„ rum, de Ordine præfato, ac illius babitu totaliter
„ dimiſſo, ad Monaſteria, & loca Monaſticorum Or-
„ dinum ſe tranſtulerunt, & in eorum Monachos,
„ habitum Monaſticum ſuſcipiendo, recepti fuerunt,
„ quique in Monaſteriis, ſive locis ipſis continuam
„ non fecerunt, ſeu neque faciunt reſidentiam, ad
„ ipſum Ordinem Fratrum Prædicatorum, ac illius
„ domos, necnon obedientiam, & ſubjectionem Ma-
„ giſtri Generalis, & aliorum Superiorum pro tem-
„ pore exiſtentium Ordinis hujuſmodi, auctoritate
„ Apoſtolica, & ſcientia ſupradictis, etiam ex nunc
„ totaliter reducimus, & etiam revocamus, ita quod
„ ex nunc, ac antea, tam noſtri, quam ſupradicti
„ Vicarii, Priores, Officiales, & Fratres, Magi-
„ ſtro, & Superioribus, pro tempore præfatis, eo-
„ rumque monitis, & mandatis plenarie parere, in-
„ tendere, & obedire, ac ſtatutis, & conſuetudini-
„ bus prædictis in omnibus ſe conformare, perpetuo
„ teneantur, & debeant; diſtrictius inhibentes om-
„ nibus, & ſingulis Vicariis, Prioribus, Officiali-
„ bus, & Fratribus, privilegiis, literis, & indultis
„ Apoſtolicis utentibus, ſeu gaudentibus ſupradictis,
„ ne de cetero ullo unquam tempore poſt præſentium
„ publicationem, directe, vel indirecte, publice,
„ vel occulte, quovis quæſito colore, ſub excommu-
„ nicationis pœna, quam ex nunc, prout ex tunc,
„ in quoslibet ex eis contrafacientes, harum ſerie,
„ promulgamus, dictis eis conceſſis Apoſtolicis lite-
„ ris, privilegiis, & indultis, vel eorum aliquo,
„ uti, ſeu contra amotionem, caſſationem, revoca-
„ tionem, & alia per Nos hodie geſta præmiſſa, vel
„ eorum aliquod, venire, facere, ſeu attentare,
„ aut alias abſque licentia ſpeciali Magiſtri pro tem-
„ pore ſupradicti ſimilia, vel alia quævis contra ſta-
„ tuta præfata, privilegia, literas, ſeu indulta, a
„ Nobis, vel Sede prædicta, per ſe, vel alium, ſeu
„ alios impetrare, aut eis alias forte concedendis uti
„ audeant, vel præſumant; decernentes ex nunc hu-
„ juſmodi per Nos, vel Sedem præfatam forſan con-
„ cedenda literas, privilegia, & indulta, niſi in illis
„ de dato, ac tenore præſentium de verbo ad verbum
„ mentio habeatur, nullius exiſtere roboris, vel
„ momenti, ac etiam irritum, & inane, ſi ſecus
„ ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcien-
„ ter, vel ignoranter contigerit attentari. Præterea
„ omnia, & ſingula, quæ contra Capituli Generalis
„ præfati Ordinis ultimo celebrati, ac indicta ab eo-
„ dem Capitulo deputatorum ſtatuta, ordinata, ſen-
„ tentiata, geſta, atque facta, per Nos, vel Sedem
„ eandem conceſſa ſunt, auctoritate Apoſtolica, &
„ ſcientia prædictis, etiam revocamus, & annulla-
„ mus, & nihilominus Magiſtro Generali pro tempo-
„ re exiſtenti prædicto, ac illis, quos ipſe, aut Ca-
„ pitulum Generale dicti Ordinis Fratrum Prædicato-
„ rum pro tempore celebrandum, ad id duxerint eli-
„ gendos, & eorum cuilibet contra Vicarios, Prio-
„ res, & Fratres præſentes, & futuros Ordinis Fra-
„ trum Prædicatorum hujuſmodi, qui de cetero con-
„ tra præſentium literarum continentiam, atque te-
„ norem, ſeu earum aliquam partem venire, facere,
„ ſeu attentare præſumerent, alias juxta canonicas
„ ſanctiones, ac præfata inſtituta, procedendi, pu-
„ niendi, incarcerandi, corrigendi, aliaque deſuper
„ neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi,
„ plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica ſupra-
„ dicta, per hujuſmodi præſentes concedimus facul-
„ tatem, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio
„ brachii ſecularis. Non obſtantibus privilegiis, lite-
„ ris, indultis, & aliis contra ſtatuta, & conſuetu-
„ dines hujuſmodi emanatis, prædictis, etiamſi illa,
„ quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſereii
„ forent, præſentibus haberi volumus pro expreſſis,
„ motu proprio, & ex certa ſcientia, & cum quibuſ-
„ vis Ordini, ac ejus ſtatutis, & conſuetudinibus
„ prædictis, necnon aliis derogatoriis clauſulis, ac
„ irritantibus decretis emanaverint, necnon Conſti-
„ tutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cete-
„ riſque contrariis quibuſcunque: Aut ſi Vicariis,
„ Prioribus, & aliis Fratribus ſupradictis ab eadem
„ Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi,
„ vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtoli-
„ cas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de
„ verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem;
„ contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appel-
„ latione poſtpoſita compeſcendo.

XVII. Vicario Generali Conventuum reformato-
rum utriuſque Lombardiæ ſcribens *Pius II Conſt.LXIII Tom.III pag.*429: „ Quia, inquit, occurrit interdum
„ pro conditione temporis, ac neceſſitate Conventuum,
„ & Religioſorum tibi ſubjectorum, variare, & mo-
„ derari nonnulla Capitula, & ordinationes inter
„ Magiſtrum Generalem, & Congregationem obſer-
„ vantiæ Lombardiæ Ordinis tui Mantuæ factam,
„ nec poſſit facile pro una quaque minima re hujuſ-
„ modi Capitula, & ordinationes concernente, ad
„ Nos recurri; idcirco pro majori quiete, & com-
„ moditate ipſius Congregationis, & Religioſorum
„ tuorum, devotioni tuæ, ut in ſingulis præmiſſis
„ ad eundem Magiſtrum Generalem, quando, &
„ quoties fuerit opus, recurrere, ac ipſi Magiſtro
„ Generali ad inſtantiam tuam, & majoris partis Prio-
„ rum, & Patrum Ordinis, qui ad Congregatio-
„ nem, quam ſingulis annis celebrare conſueviſtis,
„ convenient, quatenus ordinationes, & Capitula
„ hujuſmodi modificare, & variare valeat, prout
„ ſecundum Deum expedire judicaverit, licentiam,
„ & facultatem concedimus per præſentes,

XVIII. Generali vero Magiſtro hac de re ſcribens
idem *Pius II Conſt.LXIV Tom.III pag.*430 „ Licet, in-
„ quit, alias cum apud Mantuam eſſemus, quædam
„ Capitula, & Ordinationes inter Magiſtrum Gene-
„ ralem, & Congregationem obſervantiæ Lombar-
„ diæ Ordinis tui, pro majori pace, & quiete ipſius
„ Congregationis fecerimus, prout negotiis, & re-
„ bus, quæ tunc occurrebant, judicavimus expedire,
„ quia tamen contingit interdum pro conditione
„ temporum, ac neceſſitate Conventuum, dicta Ca-
„ pitula, & Ordinationes variare, & moderari opor-
„ tere, idcirco devotioni tuæ, ut ad inſtantiam, &
„ requiſitionem Vicarii Generalis dictæ obſervantiæ,
„ & ſex, vel octo Fratrum diſcretorum per ipſum
„ Vicarium Generalem de eadem obſervantia eligen-
„ dorum, quando, & quoties opus fuerit, dicta Ca-
„ pitula, & ordinationes modificare, mutare, & va-
„ riare,

„ riare, prout ſecundum Deum expedire judica-
„ veris,

XIX. „ Joachino Turriano „ Generali Magiſtro
ſcribens *Innocentius VIII Conſtit.XCI Tom.IV pag.66*,
„ Cum inquit, ad Generale Capitulum tui Ordinis,
„ de proximo celebrandum, ſicut accepimus, juxta
„ illius Conſtitutiones ſingulæ Provinciæ ſingulos
„ Definitores ſimul cum Magiſtro Generali ad res
„ definiendas mittere teneantur, ac veriſimile ſit pro-
„ pter longam diſtaotiam, & viarum diſcrimina,
„ pleroſque Definitores defuturos, ne ergo Ordo ve-
„ ſter diminuto Definitorum numero incommodum
„ patiatur, ideo, auctoritate Apoſtolica, tibi per
„ præſentea committimus, ut, ſi tibi videbitur, noo
„ venientium loco, eos, quos ex profeſſoribus tui
„ Ordinis idoneos duxeris, valeas ſubrogare, cum
„ plena definiendi poteſtate „ (Id pro illo duntaxat
Generali Capitulo conceſſum videtur. Nec, ut ali-
bi dictum fuit, aliquis, præter Summum Pontifi-
ficem, Vocales Generalis Capituli, loco noo ve-
nieotium ſubrogare poteſt) „ Non obſtantibus Ordi-
„ natiooibua Apoſtolicia, ac tui Ordinis Conſtitu-
„ tionibus, & aliia contrariis quibuſcunque. Datum
„ Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die
„ prima Februarii MCCCCLXXXXI, Pontificatus
„ noſtri Aono Septimo.

XX. „ Thomæ de Vio Cajetano „ ſcribens *Julius II Conſt.LIX* = Expoſuiſti Nobis = *Tom.IV pag.853*,
„ Expoſuiſti, inquit, Nobis, quod cum in Geoera-
„ li Capitulo tui Ordinis Romæ nuperrime celebra-
„ to, io quo unanimiter electus fuiſti in Magiſtrum
„ Generalem dicti Ordinis Prædicatorum, inter ce-
„ tera quædam fuerunt tractata, quæ ſi Magiſtro dicti
„ Ordinia ab Apoſtolica Sede concederentur, eorun-
„ dem Fratrum conſcientias plurimum ſolarentur.
„ Cumque ad exhibendum Nobis debitam obedien-
„ tiam veniſſes, cum humili reverentia propoſuiſti,
„ quod dicti Ordinis profeſſoribus grave eſt, non
„ poſſe confiteri peccata ſua Sacerdotibua extraneia,
„ oon poſſeque ſuſcipere Magiſterium in Theologia,
„ niſi quadriennio peracto in aliqua Univerſitate,
„ Monialeſque non poſſe etiam de conſilio Medici ad
„ balnea ire in caſu ægritudinia, Fratres quoque ali-
„ quarum Congregationum forte nec a Magiſtro Or-
„ dinis ancipi poſſe, & poſtinodum, quod graviſſi-
„ mum eſt, tot præceptis ſubjici extra regulam, &
„ Conſtitutiones, quas ſunt profeſſi, utque provi-
„ dere dignaremur de benignitate Apoſtolica, bumi-
„ liter ſupplicaſti: Noa igitur, tuia in bac parte ſup-
„ plicationibus inclinati, tenore præſentium, quod
„ Tu, tuique Succeſſores pro tempore omnea utriuſ-
„ que ſexus ad præſatum Ordinem quomodolibet
„ ſpectantes licentiare ad confitendum peccata ſua
„ Sacerdotibus aliia, deficieotn idoneo dicti Ordiois
„ Confeſſore: Fratres voluntarios ex quacunque
„ Congregatione dicti Ordinis accipere: ad Magiſte-
„ rium in Theologia etiam non peracto quadriennio
„ in aliqua Univerſitate, ſervata tamen conſuetudi-
„ ne dicti Ordiois, licentiam dare: Moniales ioſir-
„ mas ad balnea de conſilio Medici cum boneſta ſo-
„ cietate Sororum, ita tamen quod nulla ſit omnino
„ ſuſpicio inhoneſtatis, vagationis, aut luxus, mit-
„ tere: Ordinationeſque factas a quondam dicti Or-
„ dinis Generali Magiſtro Vincentio Bandello, quam-
„ via Apoſtolico præcepto firmatas, ſicut aliorum
„ Prædeceſſorum tuorum mutare, ac removere poſ-
„ ſis, Apoſtolica auctoritate concedimua de ſpeciali
„ gratia. Præmiſſis non obſtantibus ordinationibus,
„ Statutis Apoſtolicis, dicti Ordinis, vel Monialium,
„ privilegiis quoque conceſſis dicto Ordini, cuicun-
„ que Congregatiooi, aut aliis quomodolibet, qui-
„ buſvis inhibitionibus, cenſuris, aut pœnis, clauſu-
„ liſque derogatoriarum derogatoriis, ac fortiori-
„ bus, & inſolitis, etiamſi de verbo ad verbum ha-
„ benda eſſet meotio ſpecialis, & non per clauſulas
„ id ſignificantes, quibus pro expreſſis, & ioſertis hic
„ habeotea quoad bæc, illis alias in ſuo robore perman-
„ ſuris, derogamua, ceteriſque in contrarium facien-
„ tibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum
„ ſub Annulo Piſcatoris die III Auguſti MDVIII,
„ Pontificatus noſtri Anno quinto.

XXI. Thomam de Vio Cajetanum Generalem
Magiſtrum alloquena *Julius II Conſtitutione LXX Tom.IV pag.262* „ Cooſiderantes, inquit, quod mul-
„ ta tibi in tanta cura accidere poſſunt, quæ S. Sedis
„ auxilium, & benignitatem requirunt, illis duxi-
„ mua de Apoſtolicæ Sedis plenitudine ſuecurren-
„ dum. Itaque volumus, & tibi concadimus, quod
„ ſi in Conſtitutiooibus Ordinis Prædicatorum, aut
„ circa privilegia, indulta, gratiaſque, & exem-
„ ptiones ab ipſa Sancta Sede, illi conceſſa, aut con-
„ cedenda, conceſſaſve, aut concedendaa, quæ etiam,
„ & quas, harum teoore, & ejuſdem Sedis auctorita-
„ te, confirmamus, aliqua ambiguitas emerſerit,
„ Tu illam, quoad ſerenitatem illarum conſcientia-
„ rum, quæ tibi ſubjectæ ſunt duntaxat, poſſis, au-
„ ctoritate Apoſtolica, declarare. Inſuper, ut ipſius
„ Ordinis Præſidentes vultum pecoris ſui agnoſcere
„ queant, nolumua perſonas Ordinis ejuſdem con-
„ feſſionalibus, vel indulgentiæ literis, etiam per S.Se-
„ dem emiſſis, vel emittendis, oiſi conſenſu tuo acce-
„ dente, & eo durante, gaudere poſſe. Et inſuper quod
„ Mulieres prædicti Ordinis, quæ Sororea de Pœni-
„ tentia nuncupantur, & collegialiter vivunt, ſi
„ tibi placuerit, & illæ hoc cupiant, ex benignita-
„ te Apoſtolica, tria vota Religionis, in manua
„ tuas, aut illorum, quos ad hoc duxaris deputan-
„ doa, emittere licite valeant. Binoa præterea Fra-
„ tres tibi de more Socios, quorum unua Provincia-
„ lis Terræ Sanctæ, alter ſcriba eſſe, ſolet, & labo-
„ ribus pro tanta Religione ſuſceptis impediti, ſtu-
„ dii, ſtudiorumque exercitiis commode intereſſe
„ non poſſunt, ſi alias ſcinntia ſunt idonei, & eos
„ gradus, ac bonorea non habeant, ad Baccalau-
„ reatus, & Magiſterii Theologiæ gradus; & hono-
„ res valeas promovere. Hæc tibi, prædictæ Sedis
„ auctoritate, ſic concedimus, ut etiam, eadem,
„ ſimili auctoritate, tuis Succeſſoribus indulgea-
„ mus. Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus,
„ & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus
„ dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione
„ Apoſtoliea, vel quavis firmitate alia roboratis,
„ privilegiis quoque, & indultis, ac Literis Apo-
„ ſtolicis, etiam in forma Brevis, illi Ordini, aut
„ perſonia ejus, ſub quibuſvis verborum formis, &
„ clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis,
„ aliiſque fortioribus, & inſolitis conceſſis, aut coo-
„ cedendis. Quibua, illorum omnium tenores pro
„ ſufficieoter expreſſis habentes, illis alias in ſuo ro-
„ bore permanſuris, hac vice duntaxat derogamus,
„ ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcun-
„ que. Datom Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Pi-
„ ſcatoris die XIV Decembris MDIX Pontificatus no-
„ ſtri Aono ſeptimo.

XXII. Generalem Magiſtrum „ Johaonem de Fe-
nario alloquens *Clemens VIII Conſtit.C* = Cum pro
injuncto = *Tom.IV pag.509* „ Volumus, inquit,
„ quod dum in Generalatus hujuſmodi officio manſe-
„ ris,

„ ris, ſuper Romanam, & omnes ſingulas alias dicti
„ Ordinis Provincias, tam ultra, quam citra montes,
„ etiam Regnorum Hiſpaniæ, ac utriuſque Lombar-
„ diæ, necnon Gallicanam, Franciæ, & Raguſi-
„ nam, ac quaſcunque alias ejuſdem Ordinis Con-
„ gregationes, necnon ipſarum Provinciarum, &
„ Congregationum in Conventus, loca, domos, ac
„ bona quæcunque, ac utriuſque ſexus perſonas,
„ Fratres, ſive Sorores, etiam tertii habitus B. Do-
„ minici, ad dictas Provincias, ſeu Congregatio-
„ nes, ſeu aliter quomodocunque ad dictum Prædi-
„ catorum Ordinem pertinentes, ſeu quovis modo
„ ejus curæ commiſſas, cujuſcunque gradus, & con-
„ ditionis exiſtant, tam in temporalibus, quam in
„ ſpiritualibus pleniſſima, & ea auctoritate, quam
„ Magiſtri Generales dicti Ordinis juxta ejuſdem Or-
„ dinis inſtituta, ſeu Conſtitutiones, vel ex jure
„ ordinario, ſive ex vi privilegiorum, aut indul-
„ torum Sedis Apoſtolicæ in dicto Ordine habent, &
„ & habere, vel fungi poſſunt, in omnibus, & per
„ omnia fungi poſſis. Quodque, cum acciderit re-
„ formatio facienda alicujus, ſive aliquorum Con-
„ ventuum dicti Ordinis, etiam nulla præcedente
„ alia electione, quam tua, pro prima vice tantum,
„ cum Conventus reformabuntur, Priorem, ſeu
„ Priores ad id idoneos, noſtra auctoritate, inſti-
„ tuere, in Provinciis vero, quæ tuæ diſcretioni,
„ non ſatis reformatæ videbuntur, cum fuerit Prio-
„ ris Provincialis electio facienda, tres, aut qua-
„ tuor probatæ vitæ Fratres dicti Ordinis Electori-
„ bus, ex quibus aliquem pro ſuæ Provinciæ refor-
„ matione eligant in Provincialem, proponere poſ-
„ ſis, quibus, ſi nullum ex iis, qui a Te propoſiti
„ fuerint, eligere voluerint, illico caſſata eorum
„ electione, virum aliquem probatæ ſimiliter Religio-
„ nis, ex ejuſdem Provinciæ gremio duntaxat, noſtra
„ ſimiliter auctoritate, in hujuſmodi Provinciæ le-
„ gitimum Provincialem, abſque alia electione dare,
„ & inſtituere valeas; ſi vero in dictis reformandis
„ Conventibus Fratres aliquos forſan inveneris, qui
„ reformationi repugnent, ac recuſent vivere ſecun-
„ dum regularia dicti Ordinis inſtituta, eos, ſi in-
„ corrigibiles fuerint, habitu dicti Ordinis juxta
„ Conſtitutiones ipſius privare poſſis, exemptos
„ etiam quoſcunque dicti Ordinis Fratres, ſive So-
„ rores etiam per Literas Apoſtolicas, ſive ſub An-
„ nulo Piſcatoris, aut ſub plumbo, vel per Pœni-
„ tentiariam, vel alias aliqua veſtris regularibus in-
„ ſtitutis quomodolibet derogantia, ſeu repugnan-
„ tia, continentes, etiamſi in eis clauſula, de ſui Su-
„ perioris licentia petita, & non obtenta, appoſita
„ foret, ad hujuſmodi Literas a Sede Apoſtolica ſub
„ quacunque verborum forma, etiam motu proprio
„ emanatas, exhibendum cogere, &, ſi ipſas literas
„ obreptitias, vel ſubreptitias, legitime proceden-
„ do, repereris, eas, eadem auctoritate, revocare,
„ Fratreſque, ſeu Sorores, in quorum favorem lite-
„ ræ revocatæ hujuſmodi emanaverint, ad domos
„ eorum redire, ſeu reduci facere, narratia vero in
„ dictis literis noſtris veris, & a te comprobatis exi-
„ ſtentibus, eos, vel eas ad portandum habitum a
„ veſtro diſtinctum, ac diverſorum coloris, cæſu-
„ ræ, longitudinis, & figuræ ſub excommunicatio-
„ nis majoris latæ ſententiæ pœna, quam Nos ex nunc
„ prout ex tunc, & e contra, in eos, & eorum ſin-
„ gulos, tanquam Apoſtatas ab habitu, ſi contrafe-
„ cerint, ferimus, invocato etiam ad hoc, ſi opus
„ fuerit, auxilio brachii ſecularis, cogere, electio-
„ num etiam quarumcunque in dicto Ordine, dum-
„ modo tibi conſtet de voluntate eligentium, omnes,
„ & ſingulos defectus ſupplere, necnon ſuper per-
„ manentia Priorum, tam Provincialium, quam
„ Conventualium, ac Prioriſſarum Monaſteriorum
„ etiam ultra biennium, vel quadriennium aliqua ra-
„ tionabili, præſertim ſervandæ, vel augendæ vitæ
„ regularis, cauſa ſubſiſtente, diſpenſare; Sorores,
„ dicti Ordinis curæ quomodolibet commiſſas, de Mo-
„ naſterio, in Monaſterium religioſe tranſmittere,
„ Conventus vero, & Monaſteria dicti Ordinis de
„ una Provincia, ſeu Congregatione, ad aliam Pro-
„ vinciam, ſeu Congregationem juxta morem dicti
„ Ordinis transferre poſſis, & valeas. Ut autem ad
„ novam reformationem, & divina munera ſuſci-
„ pienda Fratres, & Sorores prædicti paratiores in-
„ veniantur, Fratribus omnibus, ac Sororibus dicti
„ Ordinis, etiam Tertii habitus B. Dominici, con-
„ tritis, & confeſſis, vel propoſitum ſtatutis tempo-
„ ribus confitendi habentibus, quando ipſis juxta
„ morem dicti Ordinis in viſitatione generalem in
„ forma Eccleſiæ conſueta abſolutionem feceris, ple-
„ nariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem,
„ & indulgentiam, de benignitate Apoſtolica con-
„ cedimus, & elargimur. Non obſtantibus Apoſto-
„ licis, ac dicti Ordinis Conſtitutionibus, & ordi-
„ nationibus, omnibuſque, ac ſingulis gratiis, privi-
„ legiis, immunitatibus, exemptionibus, & indultis,
„ eorumque confirmationibus, Apoſtolicis quoque
„ literis in forma Brevis, quibuſcunque dicti Ordinis
„ Provinciis, ſive Congregationibus, aut eorum
„ Conventibus, domibus, præſertim Provinciis
„ utriuſque Lombardiæ, & Romanæ dicti Ordinis,
„ etiam per Nos forſan, ſub quibuſvis verborum
„ clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis,
„ fortioribus, ac inſolitis, conceſſis, ac conceden-
„ dis, ac in eiſdem deputatis, & deputandis conſer-
„ vatoribus, etiamſi de illis, eorumque totis tenori-
„ bus, non autem per clauſulas generales etiam ſpe-
„ cialem mentionem importantes, ſed expreſſa, ſpe-
„ cifica, & individua, ac de verbo ad verbum, ſeu
„ quævis alia mentio habenda eſſet. Quibus, illis
„ alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum harum
„ duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, &
„ nemini contra præmiſſa ſuffragari volumus, cete-
„ riſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ
„ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXI Ju-
„ nii MDXXXII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

XXIII. *Auguſtino* etiam *Recuperato* Generali Ma-
giſtro ſcribens *Paulus III Conſt.LVI* == Cum pro in-
juncto == *Tom IV pag.*588, eaſdem ferme facultates
concedit,

XXIV. Paulus III Conſt.LXXXV == Cum pro ==
Tom.IV pag.622 non diſſimiles facultates concedit
Alberto de Caſaus Generali Magiſtro.

XXV. Julius III Conſt.XXV == Cum pro ==
Tom.V pag.27 ampliores facultates concedit Stepha-
no Uſuſmaris Generali Magiſtro: ut enim cetera mit-
tam, poſt illa verba: „ Conventus vero, & Mo-
„ naſteria dicti Ordinis de una Provincia, ſeu Con-
„ gregatione, ad aliam Provinciam, ſeu Congrega-
„ tionem, juxta morem dicti Ordinis, transferre
„ poſſis, & valeas „ : hæc addit: „ Et ut hi, quos
„ in Socios, & laborum tuorum participes in hujuſ-
„ modi viſitationibus, reformationibus, ac ceteris,
„ quæ ad regimen præfati Ordinis pertinent, Te aſſu-
„ mere contigerit, debitis cumulati honoribus, de-
„ centius in ipſo tuo comitatu eſſe valeant, concedi-
„ mus tam tibi, quam futuris præfati Ordinis pro
„ tempore Magiſtris Generalibus, ut juxta antiquam,

„ ac

„ ac diu in ipſo Ordine approbatam, & obſervatam, conſuetudinem, unum ex ipſis ſociis tuis, nulla præcedente electione, titulo Prioris Provincialis Provinciæ Terræ Sanctæ, vel Angliæ, aut alicujus alterius, malitia temporum deſolatæ, Provinciæ ipſius Ordinis, auctoritate Apoſtolica, inſignire valeas, qui voce, loco, & aliis omnibus gratiis, privilegiis, & dignitatibus, quibus ceteri Provinciales in dicto Ordine, tam in Capitulis Generalibus, quam extra, ſecundum inſtituta, & conſuetudines ipſius Ordinis, gaudere conſueverunt, gaudeat, & potiatur, & ſi contingat ipſum a dicta tua Societate recedere, cum a præfato Provincialatus gradu abſolvere, ſeu deponere, & alium, quem loco ipſius Te in ſocium eligere, contigerit, ad eundem aſſumere, toties quoties opus fuerit, libere valeas &c.

XXVI. Gregorius XIII Conſt.VI = Cum ſicut = Tom.V pag.310 majores etiam facultates facit Seraphino Caballo Generali Magiſtro.

XXVII. Et eaſdem indulget Paulo Conſtabili Conſt.CIX = Cum ſicut = Tom.V pag.401.

XXVIII. Ac Sixto Fabri Conſt.CXXVII = Cum ſicut = Tom.V pag.419.

XXIX. Paulus V Conſt.LIV = Cum ſicut = Tom.V pag.679 iiſdem facultatibus ornavit Auguſtinum Galaminum Magiſtrum Ordinis.

XXX. Urbanus VIII Conſt.XLV = Cum ſicut = Tom.VI pag.68 iiſdem facultatibus donavit Nicolaum Rudolphum Generalem Magiſtrum.

XXXI. Innocentius X Conſt.I = Cum ſicut = Tom.VI pag.144 idem conceſſit Thomæ Turco Generali Magiſtro.

XXXII. Ex ejuſdem Innocentii X Conſtitut.XI = Ut Fratres = Tom.VI pag.156 Generalis Magiſter duos ex Sociis ſuis Provinciales conſtituere poteſt. Hujus tenoris eſt: „ Dilecto filio Thomæ Turco Magiſtro Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum. Innocentius PP. X. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ut Fratres expreſſe profeſſi totius Ordinis Prædicatorum, quos in Socios, & laborum tuorum participes, tam in viſitationibus, & reformationibus, quam in ceteris ad regimen dicti Ordinis facientibus aſſumpſeris, debitis cumulati honoribus, & in comitatu tuo decentius eſſe valeant; pro paterno noſtro erga eundem Ordinem, illiuſque profeſſores affectu, quantum cum Domino poſſumus, providere, Teque amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ultra facultatem tibi alias per Nos conceſſam inſigniendi unum ex Sociis tuis hujuſmodi, nulla præcedente electione, titulo Prioris Provinciæ Terræ Sanctæ, vel alterius malitia temporum deſolatæ Provinciæ ipſius Ordinis, ut juxta antiquam, & approbatam, ac in ipſo Ordine diutius obſervatam conſuetudinem unum alium ex prædictis ſociis tuis, nulla itidem præcedente electione, titulo Prioris Provincialis Angliæ, vel alicujus alterius malitia temporum ſimiliter deſolatæ Provinciæ dicti Ordinis, itaut voce, & loco, ac omnibus aliis privilegiis, gratiis, & dignitatibus, quibus ceteri Provinciales dicti Ordinis, tam in Capitulis Generalibus, quam extra ea, ſecundum Inſtituta, & conſuetudines ipſius Ordinis gaudere conſueverunt, gaudeat, & potiatur, auctoritate noſtra Apoſtolica inſignire, & quoties continget, eum ab eodem comitatu tuo recedere, ab ipſo Provincialatus gradu abſolvere, ſeu deponere, & alium, quem loco ipſius in ſocium aſſumpſeris, eodem titulo, ut prædicitur, inſignire, libere, & licite valeas, auctoritate prædicta, tenore præſentium, facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, & Provinciarum illius, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Octobris MDCXLVIII, Pontificatus noſtri Anno Quinto. „ M. A. Maraldus.

XXXIII. Idem Innocentius X ampliſſimis facultatibus ornavit Johannem Baptiſtam Marinum Generalem Magiſtrum, uti videre eſt Conſt.XVII = Cum ſicut = Tom VI pag.161. Peculiares facultates eidem Johanni Baptiſtæ Marino conceſſæ ſunt a Clemente IX Conſt.XVIII = Injuncti = Tom.VI pag.238. Conſulenda Innocentii XI Conſt.XI = Cum Nos = Tom.VI pag 353.

XXXIV. Innocentius XI Conſt.XII = Cum ſicut = Tom.VI pag.355 Antonium de Monroy ſpecialibus facultatibus donavit. Hujus tenoris eſt: „ Dilecto filio Antonio de Monroy Magiſtro Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum. Innocentius PP. XI. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum, ſicut accepimus, Tu pro injuncto tibi munere Generalis Magiſterii Ordinis Fratrum Prædicatorum, intendas, domos, & loca, ac Monaſteria, necnon Fratres, & Sorores ipſius Ordinis viſitare, & Religionem ejuſdem Ordinis, quantum in te erit, favente Domino, relevare, & priſtino decori reſtituere, & propterea non ſolum Italiam peragrare, ſed etiam ultra Montes ire cogaris. Nos igitur, qui nihil æque cupimus, quam ut, amputatis vitiorum ſentibus, virtutum flores in univerſa Eccleſia, & præſertim in ipſo Ordine, quem ob uberes in vinea Domini fructus paterne diligimus, emineant, inſtitutum hoc tuum, & viſitandi ſanctum propoſitum plurimum commendantes, ac ſuper hoc Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia noſtra, Apoſtolicam tibi, & noſtram benedictionem impartimur. Et, ut efficacius domos, & loca, ac Monaſteria hujuſmodi viſitare, & , quæ opus fuerit reformare, ac bonos mores plantare, & quæ ad ſtudiorum promotionem conducunt agere, & exequi valeas, nec in rebus agendis ſcrupulus tibi aliquis aut obex opponi poſſit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, quod dum in Generalatus hujuſmodi officio manſeris ſuper Romanam, ac omnes, & ſingulas dicti Ordinis Provincias, & Vicarias, tam citra, quam ultra Montes, etiam Regnorum Hiſpaniæ, & utriuſque Lombardiæ, ac Gallicanam, & Raguſinam,

„ necnon

necnon qoaſcunque alias ejuſdem Ordinis Congregationea, & ipſarum Provinciarum, Vicariarum, & Congregationum, loca, domos, & Collegia, ſtudentium, Monaſteria, & bona quæcunque, ac utriuſque ſexus perſonas tam Fratres, quam etiam tertii habitus Sancti Domioici Sorores ad Provincias, ſeu Congregationes, aut alias quomodolibet ad Ordioem hujuſmodi pertinentes, ſeu ejus curæ quovis modo commiſſas, cojuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, tam io ſpiritualibus, quam temporalibos, auctoritate, facultate, ac juriſdictiooe pleniſſimis, & illis, quibus ceteri Magiſtri Generales juxta dicti Ordiois iostitota, & Sacri Concilii Trideotioi decreta, ſeo conſtitutiooes, vel ex jure ordinario, ſeu ex conſuetudine, vel privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorom vi, hactenus functi fuerunt, ſeu fungi potueruot, in omnibus, & per omnia fungaris, & fuogi poſſis, ac illos, illas, & illa viſitare, corrigere, & reformare, necnon omnes, & ſingulas literas Apoſtolicas, tam ſuper præmiſſis, quam amotione, & nova deputatione cujuſcunque Prioris Proviocialis, ſen Vicarii, aut Prioris cujuslibet dicti Ordinis Conventus, & Monaſterii, vel domus, a Nobis, ſeu Prædeceſſoribus ooſtris emaoatas exequi, & exequendas corare, ac quaſcunque ſententias, ceoſuras, & pœnas io illis conteotas fulmioare, oecnon incorrigibiles, etiam abſque eo quod eorum, qui extra Italiam fuerint proceſſua ad Urbem tranſmittere teoearis, ſervata in reliquis omnibus, & per omoia Decretorum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper apoſtatis, & ejectia editorum, & edirarum, forma, ejicere. Er inſuper quarumcunque Monialium ſub tua juriſdictione, ubique locorom exiſtentium tibi confiteri volentium Sacramentales Confeſſiones, etiam abſque ulla Ordinariorum locorum approbatione, ſeu liceotia audire, & in Provinciis occurreo. earum Provincialatus vacatiooe Vicarios Generales uſque ad futurum Capitulum, niſi Conſtitutiones Regulares Ordinis, ſeu Provinciarum hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmatæ aliter ad aliquorum favorem diſponant, inſtituere, necnon cum iis, qui alicujua domus Regularis, ſeu Conventus Priores fueriot, ut poſtquam ab officio Prioris hujuſmodi per triennium duotaxat vacaverint, denoo io ejuſdem domua, ſeu Conventus Priores eligi poſſint ob peouriam idoneorum, vel aliam legitimam cauſam, ſuper quo conſcientiam tuam oneramua, diſpeoſare. Quodque cum acciderit reformatio facienda alicujus, ſeu aliquorum Cooventuum, ſive domorum, aut Monaſteriorom dicti Ordinis, etiam nulla alia, quam tua præcedente electione toties, quoties tibi opportnnum viſom fuerit, cum reformatio ipſa fiet, Priorem, ſeo Priores, aut Prioriſſam, ſeu Prioriſſas ad id idoneas ooſtra auctoritate inſtituere. In Provinciis vero, & Congregationibus, ſeu Vicariis, quæ tibi non ſatis reformatæ videbuntur, cum fuerit Prioris Proviocialis, ſeu Vicarii facienda electio, Tu tres, aut quatuor probatæ vitæ Fratres dicti Ordinis electoribus, qui uoum ex iis pro ſuæ Provinciæ reformatione eligant, io Provincialem, vel Vicarium proponere, & electoribus ipſis nemioem ex iis, qui a te propoſiti fuerint eligentibos, illico caſſata eorum electione, aliquem virom probatæ religionia ex ejuſdem, vel alterius reformatæ Provinciæ gremio duntaxat, ooſtra ſimiliter auctoritate in legitimom Proviociæ, vel Congregationis, aut Vicariæ hujuſmodi Provincialem, ſeu Vicarium, abſque aliqua electione creare, & inſtituere, ac quod illi quos ex aliis Provinciis ad Provincias, & Vicarias deſolatas, vel etiam laxioris vitæ mittendos duxeris, ſtatim vocem habeant tam activam, quam paſſivam. Quodque in Provinciis, ſeu Vicariis, paucos Conventus, & paocorum Fratrum numerum habentibus Apoſtolica auctoritate concedere, ut aliquis ſimul eſſe poſſit alicujus determinati Conveotus Prior, & totius Provinciæ, vel Vicariæ, Provincialis, ſeu Vicarius reſpective. Si vero in reformationibus hujuſmodi facieodis, aliquos Fratres ioveneris, qui illis repugnent, & ſecuodum regularia dicti Ordiois iostituta vivere, recuſent, ſi iocorrigibiles per te judicati fueriot, ad carceres etiam perpetuos detrudere, Fratres quoque, & Sorores quoſcunque dicti Ordinis, prætendentea, ſe etiam per literas Apoſtolicas ſub plumbo, aut Annulo Piſcatoris, aot per Pœniteotiariam, ac alias etiam Motu proprio emanataa, exemptos eſſe, ad literas ipſas, etiamſi in eis clauſula, ſui Superioris licentia petita, licet non obtenta, appoſita fuerit, exhiben. cogere, ac ſi eas, legitime procedendo, ſubreptitias vel obreptitias inveneris, eis oon obſtan. Fratres, ac Sorores prædictos ad redeundum ad eorum domos, & Monaſteria, ac Regularia dicti Ordinis inſtituta, vel literas Apoſtolicas ſoper Apoſtatis editas obſervandum cogere, & qoarumcunque electionum in dicto Ordine pro tempore factarum, dummodo tibi conſtet de voluntate, eligeo., omnes, & ſingulos defectus ſupplere. Necnon ſuper permanentia Priorum, tam Provincialium, quam Conventualium, & Vicariorum Generalium, vel Prioriſſarum Monaſteriorum, etiam ultra bieooium, vel quadriennium, aliqua rationabili, præſertim conſervandæ, vel augendæ vitæ regularis cauſa ſubſiſtente, diſpenſare, ac Sorores curæ dicti Ordinis quandocunque commiſſas de Monaſterio ad Monaſterium religioſe traoſmittere, necnon domos, & Monaſteria unius Provinciæ alteri Provinciæ, ſeu Congregationi juxta morem ejuſdem aggregare. Præterea omnem facnltatem, & poteſtatem tibi per præſentes conceſſam, uni, ſeu pluribus Viſitatoribus, & Commiſſariis idoneis cum limitatione, vel alias prout tibi videbitur, communicare, illaſque quoties, & quandocunque volueris reaſſumere libere, & licite valeas. Et ſi quæ Provinciæ tam citra quam ultra Montes, aut Congregationes, aut Vicariæ, Conventus, Collegia, loca, & Monaſteria, & præſertim domus Pariſien. prætextu privilegiorum eis a Prædeceſſoribus ooſtris, & Sede Apoſtolica, vel etiam a Nobis conceſſorom prætenderint, ſe ad ſui viſitatiooem nullum alium, qnam te ipſnm admittere teneri, ne propterea delicta remaneant impunita, aut rigor Religionis diminuatur, cum Tu ubique non poſſis aſſiſtere, etiam volumus, & Apoſtolica auctoritate deceroimus, quod Viſitatores per te in Provinciis, Congregationibua, Vicariis, Conventibus, Collegiis, locis, Monaſteriis, & domo Pariſieo. hujuſmodi pro tempore deputati, illos, illas, & illa, auctoritate noſtra, viſitare libere poſſiot, quodque Fratres Provinciarum, Congregatiooum, Vicariarum, Cooventoum, Collegiorum, locorum, & domus Pariſien., ac Sorores Monaſteriorum hujuſmodi ſub excommuoicationis majoris latæ ſenteotiæ pœna, quam in contrafacientes ex nunc, prout ex tuoc, & e contra, ferimus io his ſcriptis, Viſitatores per te, ut præfertur, deputatos, tanquam a Nobis delegatos ſuſcipere, & ad eorum viſitationem admittere

„ teneantur , quodque quos in ſocios, & laborum
„ tuorum participes tam in hujuſmodi viſitationibus,
„ & reformationibus, quam ceteria ad regimen dicti
„ Ordinis facientibus aſſumpſeris, debitis cumulati ho-
„ noribus in comitatu tuo decentius eſſe valeant, juxta
„ antiquam, & approbatam, ac in ipſo Ordine diu-
„ tius obſervatam conſuetudinem, duos ex ipſis ſociis
„ tuis, nulla præcedente electione, titulo Prioris Pro-
„ vincialis Terræ Sanctæ, vel alicujus alterius malitia
„ temporum deſolatæ Provinciæ ipſius Ordinis, itaut
„ voce, & loco, ac omnibus aliis privilegiis, gratiis,
„ & dignitatibus, quibus ceteri Provinciales dicti
„ Ordinis tam in Capitulis Generalibus, quam extra
„ ea, ſecundum inſtituta, & conſuetudines ipſius Ordi-
„ nis gaudere conſueverunt, gaudeant, & potiantur,
„ præſata auctoritate Apoſtolica, inſignire, & quo-
„ ties continget eos ab eodem comitatu tuo recedere,
„ ab ipſo Provincialatus gradu abſolvere, ſeu depo-
„ nere, & alios quos loco ipſorum in ſocios aſſump-
„ ſeris eodem titulo, ut præfertur, inſignire, libere,
„ & licite valeas. Inſuper quo melius, & efficacius
„ reformationi totius prædicti Ordinis inſiſtere va-
„ leas, ex ſpeciali gratia concedimus tibi omnia pri-
„ vilegia, & facultates ſpectantia ad regimen, & re-
„ formationem dicti Ordinis conceſſa tam bon. mem.
„ Magiſtro Paulo Conſtabili, quam aliis Magiſtris Ge-
„ neralibus Prædeceſſoribus tuis. Non obſtantibus
„ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac
„ dicti Ordinis, ſtatutis, & inſtitutis, necnon privile-
„ giis, indultis, gratiis, immunitatibus, exemptioni-
„ bus, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis qui-
„ buſcunque dicti Ordinis, & præſertim Hiſpaniæ,
„ utrinſque Lombardiæ, ac etiam, quatenus opus
„ ſit, felicis recordationis Clementis VII Prædeceſſo-
„ ris noſtri ſub datum apud S. Petrum die VI Maii
„ MDXXXIII, Pontificatus ſui anno decimo, & Ro-
„ manæ, Provinciis, ſeu Congregationibus, & Gal-
„ licanæ, aut earum Conventibus, domibus, Col-
„ legiis ſtudentium, aut Monaſteriis Sororum ſub
„ quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum qui-
„ buſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac for-
„ tioribus, & inſolitis clauſulia, ac irritantibus, &
„ aliis decretis, etiam per Nos, & dictam Sedem,
„ etiam motu ſimili, aut alias quomodolibet conceſ-
„ ſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innova-
„ tis, ſeu in poſterum concedendis, approbandis, &
„ innovandis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi
„ pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorum-
„ que totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, ac ex-
„ preſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non
„ autem per clauſulas generales idem importantes,
„ mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut
„ aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret,
„ eorum omnium, & ſingulorum tenores præſenti-
„ bus, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, pro
„ plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haben-
„ tes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice
„ duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ea-
„ que nemini adverſus præmiſſa ſuffragari volumus,
„ ceteriſque contrariis quibuſcunque. Præſentibus
„ in actuali viſitatione tantum duraturis, & effectum
„ ſortituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum
„ ſub Annulo Piſcatoris die VIII Martii MDCLXXX,
„ Pontificatus noſtri Anno Quarto.

„ J. G. Sluſius.

XXXV. Quas etiam Antonino Clocbe conceſſit Innocentius XII Conſtitut. V = Cum ſicut = Tom. VI pag. 399.

XXXVI. De facultatibus Generali Magiſtro Prædicatorum familiæ conceſſis meminit Benedictus XIII Conſt. LXXIX = Pretioſus = Tom. VI pag. 623 §. 45. Conſulenda etiam Sixti V Conſt. XXX = Quoniam ſicut = Tom. V pag. 471.

QUÆSTIO III.

Poſſuntne Fratres apud Principes, aut Epiſcopos degere, vel Dignitates acceptare, ſine licentia Magiſtri Generalis, aut Provincialis?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, decernit Innocentius IV.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

III. Quos inter Alexander IV Legatos a Latere miſſos excipit.

IV. Et Fratres, ſic apud Epiſcopos, & Principes commorantes, Ordinis obedientiæ, ac diſciplinæ, ſubjacere, declarat.

V. Idem ab aliis Summis Pontificibus ſancitum.

VI. Quos inter Clemens IV mandavit inſuper Apoſtolicæ Sedis Legato, ut ab officio, beneficioque ſuſpenderet Fratres, qui ad Epiſcopatum, ſine permiſſu Generalis Magiſtri, aut Provincialis, promoti fuiſſent.

VII. Huc ſpectant Nicolai IV, Johannis XXII, & Martini V Conſtitutiones.

VIII. Qui Martinus V inhibuit etiam, ne quis ex Fratribus apud Epiſcopos degeret, ſine Superiorum Ordinis permiſſu.

IX. Quid hac de re ſancitum in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum?

I. NOn poſſe Fratres apud Epiſcopos degere, vel Dignitates acceptare, ſine licentia Magiſtri Generalis, aut Provincialis, diſertis verbis cautum eſt *Innocentii IV Conſtitutione CLXXIX Tom. I pag.* 175. Sic enim Magiſtrum Generalem, & Fratres Prædicatores alloquitur: „ Petitionibus veſtris tam piis,
„ quam providis, paternæ benignitatis gratia, quæ
„ filiis utiliora proſpicit, aſſenſum benevolum im-
„ pendentes, ut nullus Legatus, niſi de Latere no-
„ ſtro miſſus, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ,
„ ſpecialem de præſentibus non facientium mentio-
„ nem, aut Prælatus aliquis, de Fratribus veſtri Or-
„ dinis ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel
„ ſecum manendum, aliquos aſſumere valeat, niſi
„ quos Prior Provincialis ipſorum, tanquam ido-
„ neos, & diſcretos ſibi duxerit aſſignandos, quos
„ ſubjacere volumus Ordinis diſciplinæ, auctoritate
„ præſentium vobis indulgemus.

Fratribus „ qui Prælatorum, aut Principum
„ obſequiis immorantur „ ſcribens *Innocentius IV Conſt. CCVI* = In conſpectu = *Tom. I pag.* 185 „ Uni-
„ verſitatem veſtram rogamus, inquit, & obſecra-
„ mus in Domino Jeſu Chriſto per Apoſtolica vobis
„ ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus
„ præ oculis diligenter habito, quid profeſſi fueritis,
„ quando Religionis habitum aſſumpſiſtis, omni oc-
„ caſione poſtpoſita, dilectis filiis Magiſtro, & Prio-
„ ri Provinciali veſtris, ac eorum Vicariis, Ordinis
„ memorati, ſic ſtudeatis reverenter intendere, ac
„ humiliter obedire, quod eis, & ceteris Fratribus
„ ipſius Ordinis vertatur in gaudium, & vobis re-
„ dundet ad cumulum meritorum, alioquin, ne ve-
„ ſtræ inconſultæ voluntatis arbitrium ſit vobis in
„ perniciem, & pacem præfati Ordinis ſcandalo dam-
„ noſo

Digitized by Google

„ noſo perturbet, prædictis Magiſtro, ac Priori, ac eorum Vicariis damus noſtris literis in mandatis, ut vos ad id per Cenſuram Eccleſſaſticam, & ſublationem habitus, ac per translationem ad alium Ordinem, congruente monitione præmiſſa, ceſſante appellatione, compellant.

Generalem Magiſtrum alloqnens idem *Innocentius IV Conſtitut.CCLXIII* = Petitio tua = *Tom.I pag.*115 : „ Diſtrictius inhibemus, inquit, ut nulli præfati Ordinis Fratres, ſi eos in Epiſcopos eligi, aut poſtulari forte contigerit, electioni, ſive poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire, nec aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicunque alius Prælatus, vel etiam Legatus Sedis ipſius dictos Fratres, niſi de tua, vel ipſorum Priorum Provincialium, qui pro tempore fuerint, licentia, & conſenſu, aut Sedis ejuſdem ſpeciali mandato, nomen promovendi Fratris ſpecialiter exprimen., ad Epiſcopatus, vel alias Dignitates extra dictum Ordinem, aſſumere, vel ordinare præſumat.

II. Ceterum Socios Epiſcopis datos repetere, ac corrigere poſſunt Generalis Magiſter, Provinciales, & eorum Vicarii, ſic enim iſtis loquitur *Alexander IV Conſt.LXXXVIII* = Sacræ = *Tom.I pag.*302 : „ Nos veſtræ devotioni, auctoritate præſentium, duximus concedendum, quod ſinguli veſtrum, illos ex Fratribus eiſdem, de quibus auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ dictis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eſt proviſum, corrigere, ac etiam, non obſtante contradictione aliqua, poſſint ad eundem Ordinem revocare. Ita tamen, quod ſi poſtmodum dicti Archiepiſcopi, & Epiſcopi apud vos, vel aliquem veſtrum pro habendis in ſocietate ipſorum aliis idoneis Fratribus duxerint inſiſtendum, eorum in hac parte deſiderio annuatis, dummodo id vobis conveniens, & expediens videatur. Ceterum per literas Apoſtolicas jam obtentas, vel in poſterum obtinendas, quæ de præſentibus plenam, & expreſſam non fecerint mentionem, nullos de Fratribus ipſius Ordinis, præfatis Archiepiſcopis in ſocios teneamini deputare, niſi hoc honeſtati Ordinis, & illorum ſaluti videritis expedire.

Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſt.CLVIII Tom.I pag.*339. De ceteris, quos *Innocentius IV* conſentientes habet, mox dicetur.

III. Legatos a Latere miſſos excipit idem *Alexander IV Conſt.C* = Petitionibus = *Tom.I pag.*305 dicens: „ Ut nullus Legatus, niſi de Latere noſtro miſſus, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, ſpecialem de præſentibus non facientium mentionem, aut Prælatus aliqnis, de Fratribus veſtri Ordinis ad ſua, ſeu Eccleſiæ ſuæ negotia procuranda, vel ſecum manendum, aliquos aſſumere valeat, niſi quos Prior Provincialis ipſorum tanquam idoneos, & diſcretos ſibi duxerit aſſignandos, quoſque ſubjacere volumus Ordinis diſciplinæ, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

IV. „ Ceterum, inquit, *Alexander IV Conſtitut. CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom. I pag.*406 „ Magiſter, & ſinguli Priores Provinciales, ac ipſorum Viearii illos ex Fratribus, de quibus, auctoritate literarum Sedis Apoſtoliez, vel Legatorum ipſius, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis quibuſcunque proviſum extitit, vel in poſterum contigerit provideri, ac etiam, non obſtante aliqua contradictione, poſſint ad ſuum Ordinem revocare, nec per literas ejuſdem Sedis, ſeu Legatorum ipſius jam obtentas, vel de cetero obtinendas, aliquos de Fratribus ipſius Ordinis præfatis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut alios in ſocios teneantur deputare, niſi dictæ literæ Apoſtolicæ obtinendæ de indulto hujuſmodi, & Ordine ipſo, expreſſam fecerint mentionem, aut alias id honeſtati Ordinis, & illorum ſaluti viderint expedire. Nullus autem Legatus niſi de Latere noſtro miſſus, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, ſpecialem de hoc indulto, & Ordine veſtro non facientium mentionem, nulluſque Prælatus, nec aliqua perſona Religioſa, vel ſecularis de Fratribus ejuſdem Ordinis ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel ſecum manendum, aliquos aſſumere valeat, niſi quos Magiſter, & Prior Provincialis ipſorum, tanquam idoneos, & diſcretos, ſibi duxerint aſſignandos; quos etiam ſubjacere volumus Ordinia diſciplinæ.

V. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452 : VI *Honorii IV* Tom.II pag.9 : XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.49 : V *Johannis XXII* Tom.II pag.132 : XII *Clementis VI* Tom.II pag.231 : XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278 : CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

VI. Huc ſpectat *Clementis IV Conſtitutio LXXXV Tom.I pag.*494, ſic enim *Albanen.* Epiſcopo S. Sedis Apoſtolicæ Legato ſcribit: „ Significavit Nobis dilectus filius Magiſter Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod licet per literas Sedis Apoſtolicæ, ſit inhibitum, ut nulli Fratres ipſius Ordinis, ſi eos in Epiſcopos eligi, aut poſtulari, forte contigerit, electioni, ſeu poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire, nec aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicunque alius Prælatus, vel etiam Legatus Sedis ipſius, dictos Fratres, niſi de Magiſtri ejuſdem, vel Priorum Provincialium, qui pro tempore fuerint, licentia, & conſenſu, aut ſpeciali mandato Sedis ejuſdem, ad Epiſcopatus, vel alias quaslibet dignitates, extra dictum Ordinem aſſumere, vel ordinare præſumant, per eaſdem quoque literas ſit decretum irritum, & inane quicquid contra inhibitionem hujuſmodi a quibuſcunque contigerit attentari, auctoritate Apoſtolica ſemper ſalva; Nonnulli tamen Fratres Ordinis memorati, infra Legationia tuæ terminos exiſtentes, proviſionibus, ſeu electionibus de ſe ad Epiſcopatus diverſos Legationis ejuſdem factis, contra inhibitionem, & decretum hujuſmodi conſentire temere præſumpſerunt. Quare dictus Magiſter fecit a Nobis cum inſtantia poſtulari, ut providere ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Ne itaque dicti Fratres de tanto ambitionis exceſſu valeant gloriari, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, inquiſita ſuper his diligentius veritate, prædictos Fratres, ſi taliter promotos inveneris ad hujuſmodi, ſeu quaslibet alias dignitates, ab officio, beneficioque, auctoritate noſtra, ſuſpendas, etiamſi ad conſecrationem proceſſum ſuerit per quoſcunque, eoſdemque ſic ſuſpenſos ad Nos mittas, infra competentem terminum, quem eis duxeris peremptorie præfigendum, pro meritis recepturos. Quicquid autem ſuper his feceris, & inveneris, ac diem hujuſmodi præfixionis, & formam, Nobis per tuas literas, tenorem præſentium continentes, exponere fideliter non omittas.

VII. Huc pertinent *Nicolai IV Conſt.IV* = Inter cetera = *Tom.II pag.*20, & *Conſt.VIII* = Petitio tua = *Tom.II pag.*23.

„ Sæpe contingit, inquit *Johannes XXII Conſtit.II* = Ordinis veſtri = *Tom.II pag.*131 : „ Fratres ejuſdem Ordinis (Prædicatores alloquitur)

„ in Epiſcopos eligi, vel etiam poſtulari ab illis, ad quos de jure hujuſmodi electio, ſeu poſtulatio dignoſcitur pertinere. Nos itaque volentes ſuper hoc remedium adhibere, auctoritate præſentium, diſtrictius inhibemus, ut nullus Fratrum veſtri Ordinis electionem, ſeu poſtulationem de ſe factam, valeat acceptare, nec etiam aliquatenus conſentire, niſi prius petita, & obtenta ſpeciali licentia a Magiſtro Ordinis ſupradicti, vel a Priore Provinciali ſuo duntaxat, de cujus Provincia hujuſmodi electus fuerit, vel etiam poſtulatus, Conſtitutione felicis recordationis Bonifatii PP. VIII Prædeceſſoris noſtri ſuper hoc edita, ac qualibet alia contraria non obſtante.

Huc ſpectat *Martini V Conſt.XVII* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.549*.

VIII. „ Nuper, inquit idem *Martinus V Conſtit.CXCII* = Ad Romani = *Tom.II pag.663* „ ad noſtrum fide digna relatio perduxit auditum, quod nonnulli Epiſcopi, & alii Prælati partium Orientalium, aſſerentes ex privilegiis, ſeu indultis Apoſtolicis, id fore conceſſum, nonnullos Fratres Ordinis Prædicatorum earundem Partium, de Societate Peregrinantium propter Chriſtum nuncupatos, in ſuos Capellanos recipiunt, ſeu eos ſecum extra domos ſui Ordinis ſine ſuorum Superiorum licentia, vel conſenſu, tenere conantur in Religionis vituperium, & ſcandalum plurimorum; Nos igitur præmiſſis, prout ex debito tenemur paſtoralis officii, ſalubriter providere cupientes, ſtatuimus, volumus, & etiam ordinamus, quod omnes, & ſinguli Fratres domorum ejuſdem Ordinis partium prædictarum, qui de Societate, ut præmittitur, Peregrinantium propter Chriſtum nuncupantur, ſuorum Superiorum, juxta dicti Ordinis inſtituta, monitis, & mandatis obedire teneantur, etſi Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate ad ſtandum cum aliquo cujuſcunque dignitatis, gradus, vel conditionis exiſtat, recepti ſint, vel in poſterum eos recipi contingat, decernentes ex nunc, Fratres præfatos ſine licentia Superiorum eorundem cum aliquo extra hujuſmodi domos nullatenus commorari poſſe. Non obſtantibus exemptionibus, & aliis privilegiis, indultis, gratiis, & literis Apoſtolicis, ſub quorumcunque verborum forma, ab eadem Sede conceſſis, ſeu in poſterum concedendis, etſi de illis plena, & expreſſa mentio de verbo ad verbum præſentibus ſit habenda, quæ quoad hoc alicui nolumus in aliquo ſuffragari.

IX. Quid hac de re ſancitum ſit a Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum in ipſis legere eſt *Diſt.II Cap.XIII Textu V*, Et ibidem *Lit.I*, ubi privilegia ab Innocentio IV, Clemente IV, & Nicolao IV conceſſa laudantur. Conſulendum Capitulum Generale Romæ celebratum 1656 Declaratione IX.

QUÆSTIO IV.

Facultas, Apoſtolica Privilegia declarandi, conceſſane fuit Magiſtro Generali Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. ID a S. Pio V conceſſum.
II. Qui conſentientes habet Succeſſorem ſuum Urbanum VIII:
III. Ac Deceſſores ſuos Julium II:
IV. Et Julium III:

Cujus mentio in Prologo Conſtitutionum Ordinis Fratrum Prædicatorum.

V. Hæc autem declaratio, ſeu interpretatio, a Generali Magiſtro danda, non doctrinalis ſolum, ſed etiam *judicialis incidenter* eſſe poteſt.

Quomodo id intelligendum ſit?

I. QUod facultas Apoſtolica privilegia declarandi, conceſſa fuerit Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum, ex ſequentibus habes. *S. Pius V Conſt.XVII Tom.V pag.*127 Generalem Magiſtrum Ordinis Prædicatorum alloquens: „ Licet, inquit „ ſicut accepimus, inter alia Ordinis Prædicatorum ſtatuta, ac illius Fratribus conceſſa privilegia, illud quoque obſervatum fuerit, quod in ſingulis dicti Ordinis Monaſteriis, in Regnis Hiſpaniarum conſiſtentibus, ſeu eorum majori parte, qui alicubi pro tempore Provincialis foret, exinde, ejus officio peracto, amoveri non poſſit, ſed ibidem Vicarius eſſe deberet, tamen cum tam hoc, quam alia multa, vel temporum longinquitate, vel hominum malitia, ita ſint abolita, ut, illa, non modo in viridi non exiſtant obſervantia, ſed multa illis de directo contraria obſerventur, & fiant, Nos, qui, prout Nobis ex noſtro Paſtorali officio incumbit, nihil æque cupimus, quam ut amputatis quibuslibet offendiculis, univerſa Eccleſia, ſed præcipue dictus Ordo, quem & Nos, dum in minoribus eramus, profeſſi fuimus, & ob id ſumma caritate complectimur, ad veterem candorem, in quo, benedicente Domino, crevit, reducatur, præmiſſis providere volentes, Diſcretioni tuæ per præſentes, committimus, & mandamus, quatenus omnia, & ſingula gratias, facultates, privilegia, conceſſiones eidem Ordini, tam in genere, quam in ſpecie, ac ſingulis illius Fratribus, & perſonis ubilibet exiſtentibus, quomodolibet donata, & conceſſa, diligenter revideas, &, ſi quæ in illis dicto Ordini minus utilia, & ſalubria, tibi videbuntur, caſſes, annulles, alteres, illaque de novo edas, & tam priora, quam de novo edita hujuſmodi ad dicti Ordinis ſalubrem directionem, & juxta Concilii Tridentini ordinationem, declares, ac poſtquam edita, & declarata fuerint, ut præfertur, illa omnia, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque arbitrio tuo moderandis pœnis, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, obſervari mandes, & facias, aliaque in præmiſſis, quæ circa ea neceſſaria, & dicto Ordini opportuna cenſebis, facias, & exequaris. Nos enim tibi præmiſſa, omnia, & ſingula faciendi, plenam, auctoritate Apoſtolica, earundem tenore præſentium, concedimus facultatem. Non obſtantibus Apoſtolicis, & dicti Ordinis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, omnibuſque, & ſingulis gratiis, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & indultis, eorumque confirmationibus, Apoſtolicis quoque literis, etiam in forma Brevis, quibuſcunque dicti Ordinis Provinciis, ſive Congregationibus, aut eorum Conventibus, ac Fratribus, & perſonis hujuſmodi, etiam per Nos forſan ſub quibuſvis verborum clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, ac inſolitis, conceſſis, & concedendis, ac in eiſdem deputatis, & deputandis conſervatoribus, etiamſi de illis, eorumque tenoribus, non autem per clauſulas generales, etiam ſpecialem mentionem importantes, ſed expreſſa, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, ſeu quævis alia mentio habenda eſſet, quibus, illis alias in ſuo ro-

„ bore

,, bore permanſuris, ad effectum barum duntaxat, ,, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & nemini con- ,, tra præmiſſa ſuffragari volumus, ceteriſque con- ,, trariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ,, ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Junii MDLXVI, ,, Pontificatus noſtri Anno Primo.

II. Urbanus VIII Conſt. XXXIX = Cum ſicut = Tom. VI pag. 63 Nicolao Rodulphio Generali Magiſtro conceſſit, ut ad terminos Conſtitutionum Ordinis reducere poſſet, quæ ſancita fuerant, etiam Apoſtolica auctoritate.

III. Id longe antea conceſſum *Thomæ de Vio Cajetano* Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum. Sic enim *Julius II Conſt. LXX*, data 14 Decembris 1509, *Tom. IV pag.* 262, ipſum alloquitur: ,, Conſiderantes, ,, quod multa tibi in tanta cura accidere poſſunt, quæ ,, Sanctæ Sedis auxilium, & benignitatem requirunt, ,, illis duximus de Apoſtolicæ Sedis plenitudine ſuc- ,, currendum. Itaque volumus, & tibi concedimus, ,, quod ſi in Conſtitutionibus Ordinis Prædicato- ,, rum, aut circa privilegia, Indulta, gratiaſque, ,, & exemptiones ab ipſa Sancta Sede, illi conceſſa, ,, aut concedenda, conceſſaſve, aut concedendas, ,, quæ etiam, & quas, harum tenore, & ejuſdem Se- ,, dis auctoritate confirmamus, aliqua ambiguitas ,, emerſerit, Tu illam, quoad ſerenitatem illarum, ,, conſcientiarum, quæ tibi ſubjectæ ſunt duntaxat, ,, poſſis auctoritate Apoſtolica declarare...... Hæc ,, tibi, prædictæ Sedis auctoritate, ſic concedimus, ,, ut etiam, eadem, ſimili auctoritate, tuis Succeſſo- ,, ribus indulgeamus.

IV.. Julium III eodem privilegio Generalem Magiſtrum ornaſſe, legitur in Conſtitutionum noſtrarum Prologo *Textu VIII Lit. Q pag.* 15, ubi hæc habentur: ,, Julius III Pontifex Maximus Generali Ma- ,, giſtro conceſſit, ut ambiguitates in Conſtitutioni- ,, bus, aut circa privilegia, gratias, exemptioneſ- ,, que a Sede Apoſtolica Ordini conceſſas, poſſit au- ,, ctoritate Apoſtolica declarare. Conſulenda ejuſdem *Julii III Conſt. XXXI* = Exponi Nobis = *Tom. V pag.* 33, ubi reſcindit Privilegia Fatribus conceſſa, quæ Generalis Magiſter revocanda duxerit.

V. Privilegii a Julio II conceſſi meminit *Paſſerinus Tom. III de Statibus Quæſt.* 189 *art.* 10 *Num.* 727, ubi docet, quod hæc interpretatio, a Generali Magiſtro danda, non doctrinalis ſolum, ſed etiam ,, judicialis ,, incidenter eſſe poteſt; quod intelligendum ubi lis eſt inter ſubditos ejuſdem Generalis, non autem ſi cum alienis lis habeatur. Ubi igitur ,, duo ſubditi hujus ,, Generalis litem habeant ſuper aliquo concernente ,, privilegia, interpretatio data a Generali pro tran- ,, quillitate conſcientiæ, valebit etiam in foro exter- ,, no,,. Cujus rationem aſſignat, quia conſcientiarum ſerenitas petit, ut etiam externi fori dirimantur lites.

QUÆSTIO V.

Quomodo puniendi Fratres delinquentes, & quid de Appellationibus cenſendum?

SUMMARIUM.

I. Rimulis, & apicibus juris, ac appellatione, ſublatis, ſecundum Ordinis ſtatuta tantummodo, delinquentes Fratres puniendos decernit Bonifatius VIII.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos.

Eos inter Johannes XXII cavet, ne Superiores Ordinis, propter appellationes ad Apoſtolicam Sedem, vereantur pœnis debitis Fratres coercere.

III. Urbanus V Fratres, qui Apoſtolicam Sedem appellaverant, ad Generale Capitulum remittens declarat, *quod a correctione appellari non poteſt*.

IV. Bonifatius IX præſcribit, juris apices in correctione Fratrum ſervandos non eſſe.

V. Et Appellationes inordinatas inhibet.

VI. Huc ſpectant Eugenii IV.

VII. Et Pii II Conſtitutiones.

VIII. Julius II cavet, ne Fratres appellent a correctione Superiorum, & appellantes, eo ipſo ab officiis abſolutos declarat.

Generali Magiſtro concedit, ut, non obſtantibus quibuſcunque, etiam Privilegiis Apoſtolicis, Collegia, Conventus, & Monaſteria, Fratres, ac Sorores, etiam Tertii Ordinis, eximere poſſit a juriſdictione Provincialium, irritas decernens appellationes ea de re interponendas.

IX. Leo X cavet, ne quis a correctione ſibi facta provocet, & in ceteris appellationibus ordinem, quem præſcribit, interveniat:

Excommunicationis latæ ſententiæ pœna propoſita, non ſolum contra Fratres, & Sorores, ſed etiam contra Judices Eccleſiaſticos, & ſeculares.

X. Gregorius XIII ampliſſimam Fratres puniendi poteſtatem facit Superioribus Ordinis.

XI. Sacra Congregatio, Sixto V Summo Pontifice, ordinem in appellationibus ſervandum præſcripſit.

XII. Huc ſpectant Gregorii XV,

XIII. Ac Benedicti XIII Conſtitutiones:

XIV. Aliæque quibus Summi Pontifices obedientiam, Generali Magiſtro debitam, ſartam tectam ſervatam voluerunt.

XV. Ne Fratres, legi obtemperationis ſimulatione, Magiſtri, & Generalis Capituli, imperium detrectent, cavent Bonifatius IX:

XVI. Nicolaus V:

XVII. Julius II:

XVIII. Paulus III:

XIX. Qui alia Conſtitutione cavet, ne quis ex Fratribus juriſdictionem Superiorum declinare præſumat.

XX. Eique Julius III ſuffragatur.

XXI. Quid de appellationibus ſancitum ſit in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum.

XXII. Eadem de re.

XXIII. De modo puniendi.

XXIV. Eadem de re circa Lectores.

XXV. Et circa Priores ab officio ſubmovendos ad tempus.

XXVI. Vel ab officio penitus removendos.

XXVII. Cur *Tractatus, de judiciis, in Ordine faciendis*, adnotationibus illuſtretur?

XXVIII. Quomodo intelligendus ejuſdem *Tractatus* prologus?

XXIX. Quæ Summi Pontifices præſcripſerunt circa modum, quo jus in Ordine Prædicatorum dicitur, non ſolum de cauſis civilibus, ſed etiam de criminalibus, ſancita ſunt.

XXX. Quid operetur iſta clauſula = *Sola facti veritate inſpecta* =?

XXXI. Quæ ſint juris ſolemnitates, ſeu apices juris?

XXXII. Quæ ſint juris ſubſtantialia?

XXXIII. Religionis jura ſarta tecta ſervantur dum a nocentibus pœnæ debitæ repetuntur.

XXXIV. Tria requiruntur ut Judex juſtitiæ partes expleat.

XXXV. Triplex judicum genus.

XXXVI. Quis

XXXVI. Quis Judex Ordinarius?
XXXVII. Quis Judex Delegatus?
XXXVIII. Quid poſſit Judex Ordinarius?
XXXIX. Triplex procedendi modus, per Accuſationem ſcilicet, Denunciationem, & Inquiſitionem.
XL. De modo procedendi per Inquiſitionem.
XLI. Eadem de re.
XLII. Quid diſcriminis ſit inter generalem, & ſpecialem Inquiſitionem?
XLIII. De modo procedendi per Denunciationem.
XLIV. Eadem de re.
XLV. De modo procedendi per Accuſationem.
XLVI. Eadem de re.
XLVII. De modo procedendi per evidentiam facti.
XLVIII. De Teſtibus.
XLIX. De probationibus.
L. Quid, & quomodo probent Teſtes ſingulares?
LI. De Reo.
LII. De eodem.
LIII. De Sententia.
LIV. De pœnis.
LV. De appellationibus.

I. RImulis, & apicibus juris, ac appellatione, ſublatis, ſecundum Ordinis ſtatuta tantummodo, delinquentes Fratres plectendos decernit *Bonifatius VIII Conſtit.XI* = Ad augmentum = *Tom.II pag.*47 ſic ſcribens Generali Magiſtro, Prioribus, ac Fratribus univerſis Ordinis Prædicatorum: „ Vobis
„ auctoritate Apoſtolica, indulgemus, ut ad corre-
„ ctiones, & punitiones Fratrum ejuſdem Ordinis
„ delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupra-
„ dicti, ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis,
„ & apicibus ipſis poſtpoſitis, libere procedere va-
„ leant, ſecundum conſuetudines approbatas, &
„ generalia, facta, & etiam facienda ipſius Ordinis,
„ Inſtituta. Nec volumus eiſdem licere Fratribus ab
„ eiſdem correctionibus, & punitionibus appellare,
„ provida in hoc deliberatione, ac maturitate debita,
„ obſervatis.

II. Bonifatius VIII conſentientes habet Succeſſores ſuos. „ Nec propter appellationes ad Sedem Apo-
„ ſtolicam emittendas, inquit *Johannes XXII Conſt.XVI* = Lucis creator = *Tom.II pag.*141 „ vereatur Præ-
„ latus aliquis officium ſuum exercere contra inſo-
„ lentes Fratres, eorumque offenſam, quia tempo-
„ ribus noſtris non permittemus per appellationes hu-
„ juſmodi impediri juſtæ caſtigationis acrimoniam,
„ vel differri.

III. Fratres, qui Sedem Apoſtolicam appellaverant, ad Capitulum Generale remittens *Urbanus V Conſt.VII Tom.II pag.*260, ſic ejuſdem Capituli Definitores alloquitur: „ Ad audientiam noſtram perve-
„ nit, quod cum dilectus filius F. Helias Raymundi,
„ Magiſter Ordinis Fratrum Prædicatorum, dile-
„ ctum Filium Bernardum Armengaudi ſuum Vica-
„ rium ad Toloſanam Provinciam deſtinaſſet ad cor-
„ rigendum, & ordinandum in ea quædam ſalubria
„ pro obſervantia regulari &c. Prior Provincialis,
„ & nonnulli alii Fratres, ejuſmodi correctionem,
„ & ordinationem, tanquam ſibi male conſcii, for-
„ midantes, ab ipſo Magiſtro Helia, & a Vicario, &
„ a quibuſdam prætenſis gravaminibus, quæ aſſere-
„ bant ſibi per ipſos Heliam, & Vicarium illata, ad
„ Sedem Apoſtolicam appellaverunt, in grave ſcan-
„ dalum, & turbationem Ordinis memorati. Nos
„ igitur, attendentes, quod non decet famulos Dei
„ litigare, & quod a correctione appellari non po-
„ teſt; de veſtra prudentia confiſi, vobis hujuſmodi
„ appellationis negotium, & querelarum cauſas, ſim-
„ pliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura ju-
„ dicii, omnibus juris ſolemnitatibus, & ordine præ-
„ termiſſo, ſed ſola facti veritate inſpecta, ſecundum
„ ejuſdem Ordinis inſtituta, audiendas committimus,
„ & ſine dilatione terminandas. Vobis nihilominus
„ poteſtatem corrigendi, & puniendi illos, quos ſu-
„ per his inveneritis deliquiſſe, tenore præſentium,
„ auctoritate Apoſtolica, concedentes.

IV. Apices juris non eſſe ſervandos in correctione Fratrum docet *Bonifatius IX Conſt.CCXX* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.*446 dicens: „ Quodque præ-
„ dictus Magiſter, & alii Præſidentes in dicto Ordine,
„ ad quos id pertinuerit pro tempore, in correctio-
„ nibus Fratrum ejuſdem Ordinis, juris ordine poſt-
„ poſito, ſecundum conſuetudines approbatas, &
„ Inſtituta Ordinis antedicti, procedere, libere, &
„ licite poſſint, & valeant, eis, auctoritate Apoſto-
„ lica, tenore præſentium, & ex certa ſcientia, in-
„ dulgemus.

V. Appellationes inordinatas inhibens ibidem *Bonifatius IX*: „ Quodque, inquit, nullus ex Fratri-
„ bus, aut Sororibus prædictis, aliquem, aut ali-
„ quam, ex Fratribus, aut Sororibus hujuſmodi,
„ coram quocunque Judice, qui non ſit de dicto Or-
„ dine, ex quacunque cauſa convenire, ſeu facere
„ conveniri, nec a correctione quacunque, ſeu alias
„ ab aliquo Prælato, ſeu Fratre dicti Ordinis, qua-
„ vis occaſione, appellare, aut contra eos querelam
„ proponere, niſi prius coram Provinciali, ſeu Con-
„ ventuali Priore, ſeu prædicto Magiſtro, & ſucceſ-
„ ſive in Generali Capitulo dicti Ordinis, cauſam,
„ & querelam ſuam propoſuerint verbo, vel ſcriptis;
„ Quodque Ordinis prædicti contra Ordinis Mino-
„ rum, nec ejuſdem Ordinis Minorum, Fratres In-
„ quiſitores hæreticæ pravitatis pro tempore exiſten-
„ tes contra hujuſmodi Ordinis Prædicatorum Fra-
„ tres, aut etiam dicti Ordinis Prædicatorum Fratres
„ Inquiſitores, ſine licentia prædicti Magiſtri, aut
„ Priorum Provincialium, contra ipſorum Confra-
„ tres ejuſdem Ordinis inquirere nequaquam poſſint,
„ aut debeant, ſed ſi quis Prædicatorum contra Præ-
„ dicatorum, ſeu Minorum, & Minores Fratres In-
„ quiſitores hujuſmodi contra Prædicatorum Ordi-
„ num Fratres prædictos de pravitate hujuſmodi ali-
„ quid præſenſerint, id ad Sedem prædictam, vel præ-
„ fatorum Fratrum Superiores deferre teneantur,
„ & quod nulli de Ordine Mendicantium, juxta Ec-
„ cleſias, vel Oratoria dictorum Fratrum Prædica-
„ torum, ubilibet conſtituta, Eccleſias, vel Orato-
„ ria alia infra centum, & quadraginta cannarum
„ ſpatium conſtruere, ſeu conſtrui facere, aut con-
„ ſtructa recipere poſſint, aut debeant, ſeu quoquo-
„ modo præſumant. Omnibus, & ſingulis ſupradi-
„ ctis, & aliis quibuſcunque, quorum intereſt, vel
„ intererit quomodolibet in futurum, auctoritate
„ Apoſtolica, præfata, diſtrictius inhibentes, ne
„ contra Statuta, & ordinationes, ac tenorem præ-
„ ſentium venire, aut quidquam attentare, ſeu in-
„ novare quoquomodo præſumant; ac decernentes
„ ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-
„ quam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter,
„ contigerit attentari.

VI. De Appellatione ad Apoſtolicam Sedem legenda *Eugenii IV Conſt.VI* = Inter cetera = *Tom.III pag.*5.

VII. Fratribus Mendicantibus ſcribens *Pius II Conſt.V Tom.III pag.*384: „ Religioſorum inquit, ex-
„ ceſſus,

,, ceſſus, quos antiquus boſtis eo ſolicitius ſuſcitat,
,, quo eorum vitæ meritoriæ ardentius æmulatur, tan-
,, to amplius deteſtantes, quanto ex illis majora ſcan-
,, dala in mentibus Fidelium oriuntur, ad illos re-
,, primendum, & caſtigatione debita coercendum,
,, congruum Nos decet remedium adhibere. Cum
,, itaque, ſicut accepimus, dilecti filii Provinciales
,, veſtrorum Ordinum, laudabilem conſuetudinem
,, diutius obſervatam imitantes, nonnullos ex Fra-
,, tribus Ordinum Prædicatorum ad hoc idoneos, ad
,, literarum ſtudia in locis, ubi illa vigere noſcuntur,
,, cauſa adipiſcendi Scientiæ margaritam, deſtinare
,, conſueverint, quorum nonnulli, juvenili, & bu-
,, mana fragilitate cauſantibus, interdum a ſemita ra-
,, tionis deviantes, diſcoli, & vagabundi effici ſolent,
,, & propriæ ſalutis immemores, quo ſit, ut ſuave
,, jugum Domini contemnentes, Prælatis ſuis obtem-
,, perare, eorumque ſalutares correctiones, & diſci-
,, plinam effugere, quinimmo deſpicere, & multi-
,, mode eludere contendant, &, ut id impune effi-
,, ciant, Rectorum, Gubernatorum, & Conſerva-
,, torum ſtudiorum, ſive privilegiorum eorundem
,, præſidia, & patrocinia, quibus ſe protegi, & tueri
,, valeant, ſatagunt, exquiſitis modis implorant, ſe
,, etiam ab ipſorum Ordinum Superiorum juriſdictio-
,, ne, poteſtate, & correctione exemptos eſſe præ-
,, tendentes. Et ſimiliter Baccalaurei, Lectores, Bi-
,, blyſtæ, ſive alii Officiales pro tempore in domibus,
,, Conventibus Civitatum, & locorum, in quibus
,, ſtudia hujuſmodi vigere noſcuntur, deputati, cum
,, exceſſus aliquos commiſerint, ſive aliter delique-
,, rint, vel eorum inſcitia, aut imperitia exigente,
,, ab eorum officiis depoſiti fuerint, id ipſum præſu-
,, mere moliantur, in grave Ordinum prædictorum
,, præjudicium, animarum ſuarum periculum, regu-
,, laris diſciplinæ vilipendium, & contemptum, ac
,, ſcandalum plurimorum. Nos itaque attendentes,
,, quod ſi ad reprimendos exceſſus hujuſmodi, & ta-
,, lium præſumptiones temerarias cohibendum, ner-
,, vus publicæ diſciplinæ lenteſcat, eorum voluntas
,, ſit proclivior ad peccandum, & impunitatis exem-
,, plum periculoſius in alios derivatur, ac volentes
,, ſuper his opportuno remedio providere, diſ-
,, cretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus,
,, quatenus omnes, & ſingulos veſtrorum Ordinum
,, profeſſores, qui ſpiritu rebellionis aſſumpto, talia
,, perpetrare præſumpſerint, cujuſcunque gradus,
,, vel conditionis exiſtant, niſi, canonica monitione
,, præmiſſa a cœptis reſipuerint, & debitam a vobis
,, pro commiſſis pœnitentiam humiliter ſuſceperint,
,, ac mandatis veſtris efficaciter obtemperare ſtudue-
,, rint, cum effectu, tandiu excommunicatos, ac
,, omnibus Magiſterii, Baccalaureatus, Lectoriæ,
,, Biblyſtatus officiis, aliiſque dignitatibus, & bonori-
,, bus dictorum Ordinum exutos, privatoſque, aucto-
,, ritate Apoſtolica, nuncietis, & ab aliis, ubi, quan-
,, do, & quoties expedierit, nunciari, &, ſi eorum
,, contumacia, protervitas, vel rebellio id exigerit,
,, carceribus ad pœnitentiam peragendam retrudi,
,, & mancipari faciatis, donec, ſpiritu conſilii ſanio-
,, ris reſumpto, veſtris monitionibus, & mandatis
,, ſtuduerint cum emendatione priora vitæ humiliter
,, obedire, & ab hujuſmodi excommunicationis ſen-
,, tentia meruerint a Sede Apoſtolica, vel a vobis,
,, abſolutionis beneficium obtinere. Non obſtantibus
,, quibuſcunque privilegiis, exemptionibus, liber-
,, tatibus, indultis, & gratiis, ſtudiis Generalibus
,, quarumcunque Civitatum, & locorum, Apoſto-
,, lica, vel alia quavis auctoritate, conceſſis, etiamſi
,, de illis, eorumque totis tenoribus in præſentibus
,, de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis,
,, eiſque ſpecialiter, aut alias ſub certa forma, vel
,, ſpecifica derogandum, quæ eiſdem Fratribus, &
,, profeſſoribus quoad hoc nolumus in aliquo ſuffraga-
,, ri, etiamſi hoc in eiſdem caveretur expreſſe, cete-
,, riſque contrariis quibuſcunque, aut ſi profeſſori-
,, bus Ordinum prædictorum, vel quibuſvis aliis,
,, communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit in-
,, dultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommu-
,, nicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facien-
,, tes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum
,, de indulto hujuſmodi mentionem.

VIII. Ne Fratres appellent a correctione Superiorum, & ut appellantes ſint eo ipſo ab officiis abſoluti, decernit *Julius II Conſt.LXXVIII Tom.IV pag.*268. dicens: ,, Expoſuiſti ,, (Generalem Magiſtrum Thomam de Vio Cajetanum alloquitur) ,, Nobis, quod in
,, Ordine Prædicatorum, tuæ curæ commiſſo, quan-
,, doque pax turbatur, & regularis vita impeditur,
,, ob appellationes ab abſolutione ab Officiis, vel
,, exemptiones a juriſdictione Priorum Provincia-
,, lium, quodque providere dignaremur de benigni-
,, tate Apoſtolica, humiliter ſupplicaſti. Nos atten-
,, dentes quod non ſolum a Religionis jugo, commu-
,, ni ratione, ſed dicti Ordinis perpetuis ſtatutis,
,, appellationes diſſonant, tuis in hac parte ſupplica-
,, tionibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore
,, præſentium, ſtatuimus, ut ſi quis Frater dicti Or-
,, dinis, aut Soror ſub cura, & habitu ejuſdem, ob
,, abſolutionem ab officio Prioratus, Provincialis,
,, vel Conventualis, ſeu Monaſterii, a quocunque
,, Superiore dicti Ordinis, habente poteſtatem, ab-
,, ſolutionem hujuſmodi faciendi, factam, vel fa-
,, ciendam appellaverit, etiam prætextu gravaminis;
,, aut appellationi hujuſmodi, quocunque nomine
,, interpoſita ſit, inhæſerit, ſit ipſo facto, abſque alia
,, declaratione abſolutus, aut abſoluta, ab hujuſmo-
,, di officio, pro quo appellatum eſt: Et pro aug-
,, mento vitæ regularis, volumus, & declaramus,
,, quod Magiſter Generalis pro tempore poſſit in fa-
,, vorem regularis vitæ eximere, non ſolum Conven-
,, tus Fratrum a cura, & juriſdictione Priorum Pro-
,, vincialium, ſed etiam Monaſteria Sororum ſub cu-
,, ra, & habitu ejuſdem Ordinis, & Collegia, ac
,, perſonas quaſcunque tertii habitus, quamvis ſecun-
,, dum Conſtitutiones dicti Ordinis, tam Fratrum,
,, quam Sororum, & Statuta, ac privilegia Apoſto-
,, lica, fundationeſque Monaſteriorum nonnullorum,
,, ſpecialiter cautum ſit, ut Provincialibus ſubſint:
,, Statuimus nihilominus, & decernimus, omnes ap-
,, pellationes ab exemptionibus hujuſmodi interpo-
,, nendas, nullius eſſe roboris. In contrarium facien-
,, tibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-
,, licis, dicti Ordinis, juramento, vel quavis alia
,, firmitate roboratis, conſuetudinibus, privilegiis,
,, in genere, vel in ſpecie, quibuſvis, quavis aucto-
,, ritate, conceſſis, vel in poſterum concedendis,
,, cum clauſulis derogatoriis, & derogatoriarum
,, derogatoriis, fortioribus, & inſolitis, etiamſi de
,, eis, eorumque tenoribus, ſpecialis, individua, &
,, expreſſa de verbo ad verbum, & non per clauſulas
,, id importantes, eſſet mentio habenda, aliiſque non
,, obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud
,, Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV No-
,, vembris MDXI, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

IX. Ne quis a correctione ſibi facta provocet, & in ceteris appellationibus ordinem, quem præſcribit, intervertat, cavet *Leo X Conſt.LXXIX Tom.IV pag.*360 dicens:

dicens: „Romani Pontificis, in quo divina diſpoſitione poteſtatis plenitudo conſiſtit, providentia circumſpecta, ſtatum perſonarum quarumlibet, præſertim ſub Religionis jugo degentium, diligenter intendens, ad ea partes ſolicitudinis interponit, per quæ earundem perſonarum paci, quieti, & tranquillitati valeat provideri, & ad ea, quæ propterea provide ſtatuta, & ordinata dicuntur fuiſſe, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis adjicit firmitatem, aliaſque deſuper ordinat, & diſponit, prout, perſonarum, & temporum qualitate penſata, id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sane per dilectum filium noſtrum Thomam tituli Sancti Sixti Presbyterum Cardinalem, ac Magiſtrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum, Nobis expoſito, quod licet olim Bonifatius, IX in ſua obedientia nuncupatus, ſtatuerit, & ordinaverit, quod nullus ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, aut Sororibus, ſub obedientia eorundem Fratrum degentibus, aliquem, ſeu aliquam ex Fratribus dicti Ordinis, vel Sororibus ſub dicta obedientia commorantibus coram aliquo judice, qui de dicto Ordine non eſſet, ex quacunque cauſa convenire, ſeu conveniri facere, nec a correctione quacunque, ſeu alias ab aliquo Prælato, ſeu Fratre dicti Ordinis, quavis occaſione, vel cauſa, appellare, aut contra eos querelam proponere poſſet, aut deberet, niſi prius coram Provinciali, ſeu Conventuali Priore, & Magiſtro, & ſucceſſive in Capitulo Generali dicti Ordinis, cauſam, vel querelam ſuam, verbo, vel in ſcriptis propoſuerit, prout in literis deſuper confectis plenius contineri dicitur, nihilominus nonnulli Fratres, & Sorores, Ordinis, & obedientiæ hujuſmodi, coram privilegiorum ſuarum Provinciarum, Congregationum, Conventuum, perſonarum, vel totius Ordinis Conſervatoribus, vel Cameræ Apoſtolicæ Civitatis noſtræ Avenionen., vel aliis Eccleſiaſticis, aut Secularibus Judicibus, ſeu Curiis conveniri; nonnulli etiam a correctione, vel abſolutione ſuorum officiorum appellare non formidant, unde Ordo prædictus laboribus, & impenſis plurimis gravatur, obedientia, & vita regularis enervatur, pluraque alia inconvenientia ſequuntur, Nos, qui ad Ordinem prædictum, illiuſque perſonas ſingularem gerimus devotionis affectum, ejuſque ſtatum tranquillum plurimum deſideramus, literarum prædictarum tenorem, præſentibus pro ſufficienter expreſſo, & inſerto, habentes, ſtatutum, & ordinationem hujuſmodi, & prout ea concernunt, omnia, & ſingula, in dictis literis contenta, auctoritate Apoſtolica, motu proprio, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem. Ac pro potiori cautela omnia, & ſingula, etiam ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, auctoritate præfata, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus. Inhibentes ſub eadem pœna quibuſvis Judicibus Eccleſiaſticis, & Secularibus, etiam Conſervatoribus privilegiorum dicti Ordinis, aut quarumcunque perſonarum, Congregationum, aut domorum, & Monaſteriorum ejuſdem, & Cameræ Apoſtolicæ Avenionenſis, ne querelas hujuſmodi Fratrum, & Sororum, contra alios Fratres, aut Sorores dicti Ordinis ſuſcipiant, vel de eis recognoſcant, & cauſas coram eis pendentes ad ordinarios Judices dicti Ordinis remittant, ac quoſcunque proceſſus inter Fratres, & Sorores præfatos coram aliis, quam Judicibus Ordinariis dicti Ordinis habendos, & ſententias ferendas, nullos etiam, invalidos, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in qualibet inſtantia, pronunciari, & definiri debere, ſublata eis, & cuilibet eorum aliter interpretandi, & judicandi, facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis committimus, & mandamus, quatenus ipſi, aut eorum quilibet, dum, & quoties pro parte ſingulorum Provincialium, & Priorum, ac aliorum Superiorum dicti Ordinis fuerint requiſiti, literas noſtras, ac omnia, & ſingula præmiſſa a quibuſvis Judicibus Eccleſiaſticis, vel Secularibus, etiam Conſervatoribus privilegiorum dicti Ordinis, aut cujuſcunque ejus Provinciæ, vel Congregationis, inviolabiliter obſervari faciant, contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia compeſcendo. Non obſtantibus, felicis recordationis Bonifatii PP. VIII, Prædeceſſoris noſtri, qua inter alia cavetur expreſſe, ne quia extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam diætam a fine Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede præfata deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis, vices ſuas committere præſumant. Et de duabus diætis in Concilio Generali editis, necnon perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, prædicto, & quibuſvis aliis Ordinibus, Provinciis, Congregationibus, & perſonis, cujuſcunque, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe, motu, & ſcientia præmiſſis, derogamus, ac nulli in præjudicium præmiſſorum ſuffragari volumus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas originaliter ad omnia loca, in quibus opus eſſet, deferri, volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea fides indubia in judicio, & extra, ubicunque opus fuerit, adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXIX Aprilis MDXVIII, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

X. „Cum aliquando, inquit *Gregorius XIII Conſlit. LXXVI*

ſit.LXXVI Tom.V pag.343 „ evenit, nt etiam illi,
„ qui Religioni ſe dederunt, Dei timore poſtpoſito,
„ Dæmoniſque, malorum omnium auctoris, fraude
„ ſeducti, varie delinquant; Nos in eoſdem, qui
„ Habitum Religionis induerint, graviter etiam ani-
„ madvertendum eſſe cenſentes, univerſis, & ſingu-
„ lis Prælatis Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui
„ in Provincia S. Johannis Baptiſtæ del Peru India-
„ rum Maris Oceani pro tempore fuerint, ut de ce-
„ tero contra omnes, & ſingulos dicti Ordinis Fra-
„ tres quomodolibet delinquentes, tam ex officio,
„ quam alias prout juris ratio ſuaſerit, de alicu-
„ jus juris periti conſilio procedere, illoſque car-
„ cerare, & repertos culpabiles, ut alios punibi-
„ les, citra tamen pœuam ſanguinis, & mutilationis
„ membrorum, punire, corrigere, & caſtigare, &,
„ ubi opus fuerit, eoſdem Fratres delinquentes, con-
„ feſſos, vel convictos, poſtquam ſervatis ſervan-
„ dis, degradati fuerint, Curiæ ſeculari puniendos
„ tradere, abſque aliquarum cenſurarum, & irregu-
„ laritatis incurſu, libere, & licite valeant, Apoſto-
„ lica auctoritate, tenore præſentium, concedimus,
„ & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus,
„ & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis,
„ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
„ firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudini-
„ bus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-
„ ſtolicis præfato Ordini, illiuſque profeſſoribus, ac
„ Superioribus, & perſonis conceſſis, & confirma-
„ tis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus
„ pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore per-
„ manſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe
„ derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque.
„ Volumus autem, quod præſentium tranſumptis,
„ etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis,
„ & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica
„ conſtitutæ munitis, eadem ubique fides in judicio,
„ & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur,
„ ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
„ S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die III Februa-
„ rii MDLXXVI, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

XI. De Appellationibus legendum ſequens decre-
tum, Conſtitutio ſcilicet XXXIX Sixti V, data an-
no 1587 = Quoniam = Tom.VII pag.208: „ Quo-
„ niam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſive
„ dum imminentem admiſſorum criminum pœnam
„ ex ſuis Conſtitutionibus, aut alias debitam, ſibi
„ metuunt, falſa, & commentitia gravamina cau-
„ ſati, non ad immediate ſui Ordinis Superiores,
„ ſcilicet a gravamine Prioris ad Provincialem: a
„ Provinciali ad Generalem: a Generali ad Protecto-
„ rem, prout cujuſque Religionis Conſtitutionibus
„ diſponitur: ſed ad hanc Romanam Curiam, abſque
„ licentia ſæpius fugiunt, potius quam recurrant:
„ ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati con-
„ temnuntur, & ipſi in dies audaciores evadunt:
„ Placuit Sacræ Regularium Congregationi, ex or-
„ dine Sanctiſſimi ſtatuere, ut ſi quis Regularium
„ in poſterum temere, levive ex cauſa, hanc almam
„ Urbem, ſeu Curiam, abſque ſui Superioris licen-
„ tia, & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſum-
„ pſerit, ad ſuos eoſdem Superiores, ſeveriorique
„ pœna plectendus remittatur. Romæ MDLXXXVII.

XII. Conſulenda etiam Gregorii XV Conſtit.XIII
= Inſcrutabili = Tom.VI pag.17: verum pro Hiſpa-
nia vide Urbani VIII Conſtitutionem XV = Alias
a felicis = Tom.VI pag.33.

XIII. Deceſſorum ſuorum veſtigiis inhærens Be-
nedictus XIII Conſtitut.LXXIX, data 26 Maii 1727
Bull. O.P. Tom.VIII.
= Pretioſus = Tom.VI pag.626 Num.XXI §.58, 59,
60, & 61, eorundem Conſtitutiones adverſus Fratres
recurrentes ad extraneos renovarat, ex ipſarum præ-
ſcripto ſolas Ordinis leges in correctionibus ſervandas
juſſerat: Appellationes inordinatas prohibuerat, ip-
ſaſque a S. Sedis Miniſtris rejiciendas decreverat. Huc
ſpectat ejuſdem Benedicti XIII Conſt.CXX, data 26
Martii 1729 = Exponi nuper = Tom.VI pag.689.

XIV. Hæc omnia firmari poſſunt aliis Apoſtolicis
Conſtitutionibus, quibus Summi Pontifices obedien-
tiam, Generali Magiſtro debitam, ſartam tectam ſer-
vari cupientes, occaſione datu, quid agendum foret,
decreverunt.

XV. Ne Fratres Prædicatores, legi obtempera-
tionis ſimulatione, Magiſtri, & Generalis Capituli,
imperium detrectent, cavet *Bonifatius IX Conſt.CCXIX*
= Romanus Pontifex = *Tom.II pag.445* dicens:
„ Sicuti accepimus, nonnulli ex dictis Fratribus, qui
„ hujuſmodi regularem obſervantiam ſervare præten-
„ dunt, prædictarum literarum noſtrarum, & in eis
„ contentorum prætextu, ab obedientia, & ſubjectio-
„ ne Magiſtri ejuſdem Ordinis, & Capituli Genera-
„ lis, & aliorum Superiorum ſuorum ſe ſubtrahunt,
„ eiſque obedire, & parere contemnunt, propter quæ
„ diſſenſiones, ſcandala, & alia inconvenientia
„ multa ſequuntur. Nos itaque ſtatum omnium præ-
„ miſſorum, ac literarum omnium prædictarum te-
„ nores habentes præſentibus pro ſufficienter expreſ-
„ ſis, ac ſuper præmiſſis, prout ex debito officii pa-
„ ſtoralis adſtringimur, ſalubriter providere volen-
„ tes, auctoritate Apoſtolicu, tenore præſentium,
„ exemptiones, immunitates, libertates, & privile-
„ gia quæcunque, necnon prædictas, & quaſcunque
„ alias literas, ipſis Fratribus ſuper hujuſmodi obſer-
„ vantia regulari facta, conceſſa, & indulta, ac om-
„ nia alia, & ſingula ultra regulam prædictam, &
„ Conſtitutiones dicti Ordinis per Magiſtrum dicti
„ Ordinis facta, & ordinata, innovata, vel conceſſa,
„ ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum,
„ etiamſi de illis, & totis eorum tenoribus in præſen-
„ tibus eſſet ſpecialis, & expreſſa mentio facienda,
„ ex certa ſcientia, revocamus, caſſamus, & irrita-
„ mus, & pro caſſis, & irritis haberi volumus, &
„ mandamus. Statuentes, ac etiam ordinantes, quod
„ omnes, & ſinguli hujuſmodi Fratres Magiſtro, &
„ Capitulo Generali, ac Prioribus Provincialibus,
„ aliiſque Superioribus dicti Ordinis ſint ſubjecti, ac
„ ipſorum correctionibus, & mandatis in omnibus,
„ ac per omnia obedire, acquieſcere, & parere, ac
„ ſubjacere teneantur, & debeant, ac ſi exemptiones,
„ immunitates, libertates, & privilegia, ac literæ
„ hujuſmodi, quæ ipſis Fratribus nolumus aliquate-
„ nus ſuffragari, minime factæ, aut conceſſæ forent,
„ prædictis literis, & aliis in eis contentis, ac Con-
„ ſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, &
„ aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

XVI. Ne quis ex Fratribus imperium Generalis
Magiſtri detrectare poſſit, cavet *Nicolaus V Conſti-
tut.CVIII* = Dum ad vitam = *Tom.III pag.323* di-
cens: „ Sane, ſicut nobis innotuit, plurima, & di-
„ verſa nonnullorum Summorum Pontificum Præde-
„ ceſſorum noſtrorum, atque noſtra privilegiu, li-
„ teræ, ordinationes, conceſſiones, & indulta,
„ Vicariorum, & Reformatorum deputationes, ſeu
„ inſtitutiones, illorum, ac domorum, Fratrumque,
„ & Sororum plurimorum ejudem Ordinis exemptio-
„ nes, ac ſuper pluribus aliis conceſſionibus, confir-
„ mationes, conſuetudines, & inſtituta ſupradicta,
„ illiſque derogantiu, tam in genere, quam in ſpe-

„ cie, hactenus emanaſſe noſcuntur, ex quibus ipſe Ordo pro magna parte, quaſi laceratus, ſeu diviſus apparet, & aliqui ad Magiſterii in Theologia gradum per ſaltus anhelantes, nonnulli vero eorundem regularis obſervantiæ Religioſorum depreſſa norma, piæ vitæ ſtudio, & ſuavi contemplationis jugo ſepoſitis, proſilientes ad vetita, mundanis ſe immiſcere, ſuis in eodem Ordine Superioribus obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas denegare, hinc inde vagari, & alias enormiter vivere non tremiſcunt, in Sacræ Religionis opprobrium, & perniciosiſſimum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos quorum intereſt, noſtras ſuper his afferre vigilantiæ curas, præmiſſa omnia, æque, debite, & paternaliter compenſantes, ut excuſſis, quæ eorundem Religinſorum offuſcant decentiam, incontinentiis, aptiores parturiant alumnos, providere volentes, motu proprio, non ad alicujus inſtantiam, ſed ratione, & juſtitia ſuadentibus, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, omnes, & ſingulos in ipſo Ordine præter, & contra illius conſuetudines, & inſtituta hujuſmodi, Vicarios, Viſitatores, & Reformatores etiam Generales, & Provinciales, ubicunque exiſtentes, per Nos, aut Sedem Apoſtolicam literarum noſtrarum auctoritate, ſeu alias quomodolibet hactenus deputatos, necnon ab eis inſtitutos Priores, & Officiales, ab hujuſmodi Vicariatuum, Prioratuum, & Officialatuum officiis, omnibus, & ſingulis ex nunc, realiter, & omnino removemus, ac amotos eſſe cenſemus, pariter, & nunciamus; Nec non eos etiam qui non completis ſcholaſticis actibus, & exercitiis, ad id requiſitis, per ſaltum, ut præfertur, & ſine Magiſtri, ac Capituli Generalis ejuſdem Ordinis licentia a quoquam, quavis auctoritate, gradum Magiſterii hujuſmodi ſuſceperint, & alios Fratres, ac Sorores, eorumque domos, prædictos ad præfati Magiſtri, necnon aliorum Superiorum dicti Ordinis præſentium, & futurorum, juxta ſtatuta, & conſuetudines ſupradicta pro tempore exiſtentium, obedientiam, & ſubjectionem, omnimodas totaliter reducimus. Necnon ſuper exemptionibus, aliiſque diverſis indultis, & gratiis per Nos, vel dictam Sedem Vicariis, Viſitatoribus, Reformatoribus, Prioribus, Officialibus, & domibus, eorumque ſingularibus Fratribus, & Sororibus præfatis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, ſcientia, & auctoritate ſupradictis, ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus, & cum quibuſcunque, etiam talibus, quod illis per quævis alia Apoſtolica, literas, facultates, & privilegia, niſi ſub certis modis, & formis, ac ſpecificationibus, & denominationibus, plene, debite, ſignanter, & ſpecifice expreſſis, vel ullo modo derogari nequeat, ac aliis etiam individualium, & aliarum quarumvis derogatoriarum clauſularum, vim, & effectum habentibus, derogatoriis, necnon formarum earundem, ſive illæ ſervatæ fuerint, ſive non, prohibitoriis, ceteriſque effectui præſentium præjudicialibus, etiam in Apoſtolicis literis poni inſolitis, clauſulis, illiſque adjectis decretis irritantibus, quovis intuitu, reſpectu, cauſa, vel occaſione conceſſis, & in eorum favorem emanatis, ac illorum confirmationibus, confecta privilegia, literas, & indulta, indeque ſecuta omnia, & ſingula, necnon etiam quaſcunque confirmationes Apoſtolicas, ſuper quibuſvis, per Generales Vicarios, & Provinciales quibuſcunque Fratribus, ejuſdem Ordinis, tam graduatis, quam non graduatis, olim conceſſis, & Indultis, emanatas, ac literas deſuper confectas, quorum, aliorumque præmiſſorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, revocamus, caſſamus, & annullamus, viribuſque evacuamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus, & mandamus. Et inſuper alios quoſcunque dicti Ordinis Profeſſores, cujuſcunque gradus extiterint, tam in noſtros, & ipſius Sedis, quam Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Capellanos etiam continuos commenſales, ac diverſis, honoribus, exemptionibus, indultis, & gratiis vigore ſpecialium noſtrorum, & Sedis, necnon Cardinalium præfatorum, literarum, & privilegiorum, hactenus creatos, atque receptos, qui infra Palatium Apoſtolicum, ac domos eorundem Cardinalium, vel alicujus eorum, moram non traxerint, ſeu trahunt, etiamſi alias ſervitiis noſtris, ac dictæ Sedis, vel ipſorum Cardinalium inſiſterent, ac etiam tam illos, ex profeſſoribus Ordinis hujuſmodi, qui etiam ſpecialibus ejuſdem Sedis privilegiis, abſque conſenſu dicti pro tempore Magiſtri emanatis, ſervitiis Parochialium Eccleſiarum, ſeu aliorum quorumlibet Eccleſiaſticorum locorum, in quibus titulum non habent, inſiſtere noſcuntur, quam omnes alios, & ſingulos qui vigore quorumvis literarum, & privilegiorum Apoſtolicorum de Ordine præfato, ac illius habitu totaliter dimiſſo, ad Monaſteria, & loca aliorum, ſe tranſtulerint, & ipſis Monaſteriis, & locis, continuam reſidentiam non fecerint, ad ipſum Ordinem Fratrum Prædicatorum, ac illius domos, necnon obedientiam, & ſubjectionem Magiſtri, & aliorum Superiorum, pro tempore exiſtentium Ordinis hujuſmodi, auctoritate, & ſcientia ſupradictis, etiam ex nunc totaliter reducimus, & etiam revocamus, ita quod ex nunc in antea tam ipſi, quam ſupradicti Vicarii, Viſitatores, Reformatores, Officiales, Priores, & Fratres, Magiſtro, & Superioribus pro tempore præfatis, eorumque monitis, & mandatis, plenarie parere, intendere, & obedire, ac ſtatutis, & conſuetudinibus prædictis in omnibus ſe conformare perpetuo debeant, & teneantur; diſtrictius inhibentes, omnibus, & ſingulis Vicariis, Prioribus, Officialibus, & Fratribus, Apoſtolicis, & aliis privilegiis, literis, & indultis utentibus, & gaudentibus præfatis, ne de cetero ullo unquam tempore poſt publicationem præſentium, ſub excommunicationis pœna, quam ex nunc, prout ex tunc, & e converſo, in quemlibet ex eis contrafacientes harum ſerie promulgamus, dictis eis conceſſis Apoſtolicis literis, privilegiis, & indultis, nec non qui per ſaltum, aut ſine licentia Capituli, vel Magiſtri hujuſmodi, ut præmittitur, dictum gradum Magiſterii ſuſceperint, ne ullo, niſi poſtquam non completos actus, & curſus ad id requiſitos, ſecundum inſtituta prædicta, in locis debitis, & ad id ordinatis fecerint, ipſo gradu uti, ſeu contra amotionem, caſſationem, revocationem, & alia hodie per Nos geſta præmiſſa, vel eorum aliquod venire, facere, ſeu attentare, aut alias abſque licentia ſpeciali Magiſtri pro tempore ſupradicti, ſimilia, vel quævis alia, contra conſuetudinem, & inſtituta præfata, privilegia, literas, ſeu indulta, a Nobis, vel Sede prædicta per ſe, vel alium, ſeu alios impetrare, aut eis alias forte concedendis, uti audeant, vel præſumant.

„ De-

,, Decernentes ex nunc, bujuſmodi per Nos, vel Se-
,, dem præfatam forſan concedenda, literas, pri-
,, vilegia, indulta, niſi in illis de dato, & tenore
,, præſentium de verbo ad verbum, non autem per
,, generales, aut alias clauſulas quamvis expreſſam
,, mentionem importantes, mentio habeatur, nullius
,, exiſtere roboris, & momenti, ac etiam irritum, &
,, inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam, quavis au-
,, ctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
,, tentari. Præterea omnia, & ſingula, quæ contra
,, Capituli Generalis præſati Ordinis ultimo celebra-
,, ti, ac ab eodem Capitulo deputatorum ſtatuta, or-
,, dinata, ſententiata, geſta, atque facta, per Nos,
,, vel Sedem eandem conceſſa ſunt, auctoritate, &
,, ſcientia ſimilibus etiam caſſamus, revocamus, &
,, annullamus. Et nibilominus Magiſtro Generali pro
,, tempore exiſtenti prædicto, ac illis, quos ipſe, aut
,, Capitulum Generale ejuſdem Ordinis Fratrum
,, Prædicatornm pro tempore ad id duxerint eligen-
,, dos, & eorum cuilibet contra Vicarios, Priores,
,, Viſitatores, Reformatores, Fratres, & Sorores
,, præſentes, & futuros Ordinis Fratrum Prædicato-
,, rum hujuſmodi, qui de cetero contra præſentium
,, literarum tenorem, atque formam, ſeu aliquam
,, partem earundem vivere, facere, ſeu attentare
,, præſumpſerint, alias juxta canonicas ſanctiunes,
,, ac præſata inſtituta procedendi, illuſque puniendi,
,, incarcerandi, corrigendi, ſententiam excommu-
,, nicationis prædictam incurriſſe declarandi, & ut
,, tales publice nunciandi, & nunciari, ac a Chriſtifi-
,, delibus arctius evitari faciendi, necnon ab ipſa
,, ſententia, poſtquam a contradictione, & rebellio-
,, ne hujuſmodi, deſtiterint, & ab illa abſolutionis
,, beneficium bumiliter petierint, in forma Eccleſiæ
,, conſueta abſolvendi, aliaque deſuper neceſſaria, &
,, opportuna, pront eis videbitur expedire, etiam
,, faciendi, & exequendi, contradictores quoslibet,
,, & rebelles cujuſcunque dignitatia, ſtatus, gradus,
,, ordinis, vel conditionis fuerint, per cenſuram Ec-
,, cleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatiune
,, poſtpoſita, compeſcendi, auxiliumque brachii ſecu-
,, laris, ſi opus fuerit, invocandi, plenam, & libe-
,, ram, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium,
,, concedimus facultatem. Non obſtantibus omnibus
,, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinatiunibus
,, Apoſtolicis, necnon ejuſdem Ordinis Fratrum
,, Prædicatorum ſtatutis, & conſuetudinibus, ac
,, privilegiis aliis, literis, & indultis, ceteriſque
,, contrariis quibuſcunque. Aut ſi Vicariis, Viſita-
,, toribus, Reformatoribus, Prioribus, Officialibus,
,, Fratribus, Sororibus, & aliis ſupradictis, vel qui-
,, buſvis aliis communiter, vel diviſim a dicta ſit Sede
,, indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excom-
,, municari non poſſint per literas Apoſtolicas non fa-
,, cientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-
,, bum de indulto hujuſmodi mentionem.

XVII. Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum
ſcribens *Julius II Conſtit.XIX Tom.IV pag.*225: ,, A fide
,, dignis, inquit, nuper accepimus, quod multi tui
,, Ordinis Fratres reformationem per te ſalubriter in-
,, ſtitutam libentius, avidiuſque amplecterentur, ni
,, dubitarent a Conventibus ſuis poſt hujuſmodi refor-
,, mationem expelli. Quapropter Nos pro Dei lau-
,, de, & Religionis honore, reformatorum nume-
,, rum hujuſmodi augeri deſiderantes, omnemque
,, dubitationem Fratribus illam ſubire volentibus adi-
,, mere cupientes, univerſis, & ſingulis antedicti Or-
,, dinis Fratribus de Obſervantia nuncupatis, ſub ex-
,, communicationis latæ ſententiæ pœna diſtrictius in-

,, hibemus, ne Conventus per Te reformatos, &
,, reformandos, directe, vel indirecte a regimine
,, Priorum Provincialium, quibus juxta Conſtitu-
,, tiones dicti Ordinis ſubjici debent, diſtrahere,
,, aut eximere curent, ſine tua ſpeciali licentia,
,, decernentes nihilominus quaſcunque literas ſuper
,, exemptione regiminis antedicti in poſterum, etiam
,, per Sedem Apoſtolicam, faciendas, nullius roboris,
,, vel momenti fore, niſi in illis de tua licentia ſpe-
,, cialis fiat mentio, in contrarium facientibus non
,, obſtantibus quibuſcunque.

XVIII. Ne quis juriſdictionem Superiorum Ordi-
nis declinare præſumat, cavet *Paulus III Conſt.LXII
Tom.IV pag.*596 dicens: ,, Ad hoc circa regularis ob-
,, ſervantiæ profeſſores eo diligentius laboramus,
,, quo eorum Religio fructum in eis fœcundius afferat
,, ſalutarem, & laudabilius in Domino proficere va-
,, leant incrementis. Dudum ſiquidem cum felicis re-
,, cordationis Nicolao PP. V Prædeceſſori noſtro,
,, innotuiſſet, quamplurima, & diverſa, Romano-
,, rum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, atque
,, ſua, privilegia, literas, & indulta, Vicariorum de-
,, putationes, ſeu inſtitutiones, ac illorum, necnon
,, domorum Ordinis Fratrum Prædicatorum, eorum-
,, que pro tempore Fratrum exemptiones, ac alias di-
,, verſas conceſſiones, ordinationes, & inſtitutiones,
,, earumque forſan confirmationes in ſe continentia,
,, contra conſuetudines, & inſtituta Ordinis hujuſ-
,, modi, illiſque derogantia tam in genere, quam
,, in ſpecie, eatenus emanaſſe noſcebantur, ex quibus
,, dictus Ordo pro magna parte quaſi laceratus, ſeu
,, diviſus, apparebat, ac plurima diſſenſiones, &
,, ſcandala etiam in ipſius vilipendium, & præjudi-
,, cium, ac damnum, necnon plurimorum pernicio-
,, ſum exemplum, olim ſubſecuta fuerant, & in dies
,, ſubſequebantur, præſatus Nicolaus, Prædeceſſor,
,, motu proprio, & ex certa ſcientia omnes, & ſingu-
,, los Vicarios, etiam Generales, & Provinciales,
,, præfati Ordinis ubicunque exiſtentes, ad eorum
,, Vicariatuum prædictorum officia per Sedis Apoſto-
,, licæ, ſeu ſuas literas, aut earum vigore, ſeu alias
,, quomodolibet contra Ordinis hujuſmodi conſuetu-
,, dines, & ſtatuta eatenus deputatos, necnon ab ipſis
,, inſtitutos Priores, & officiales, ab hujuſmodi Vi-
,, cariatuum, Prioratuum, & officialium officiis, ex
,, tunc, per ſuas literas amovit, & amotos eſſe cen-
,, ſuit, eoſque, & Fratres hujuſmodi ad Magiſtri Ge-
,, neralis, necnon aliorum Superiorum dicti Ordinis
,, tunc præſentium, & futurorum, juxta eadem ſta-
,, tuta, & conſuetudines pro tempore electorum,
,, obedientiam, & ſubjectionem totaliter reduxit, ac
,, etiam ſupra dicta, necnon ſuper exemptionibus,
,, aliiſque diverſis indultis, & gratiis per ipſum Præ-
,, deceſſorem, & dictam Sedem, Vicariis, Prioribus,
,, officialibus, & domibus, eorumque Fratribus olim
,, conceſſis, in ipſorum favorem emanatis, ac illo-
,, rum confirmationibus, confecta privilegia, lite-
,, ras, & indulta, inter quæ ad quaſdam ſuas domos,
,, Monaſteria, & loca Provinciæ Aragoniæ juxta
,, morem dicti Ordinis, eorumque Prælatos, & Fra-
,, tres emanatas literas, cum ſtatutis, & ordinationi-
,, bus, aliiſque in eis contentis, includerentur, &
,, comprebenderentur, indeque ſecuta omnia, & ſin-
,, gula, necnon etiam confirmationes Apoſtolicas ſu-
,, per quibuſvis per Generalem, Vicarios, & Provin-
,, ciales dicti Ordinis quibuſcunque Fratribus ejuſdem
,, Ordinis tam graduatis, quam non graduatis, olim
,, conceſſis, ac literas deſuper confectas, revocavit,
,, caſſavit, & annullavit, prout in eiſdem literis ple-

,, nius

„ nius dicitur contineri, Cum autem, ſicut Nobis innotuit, cauſæ propter quas dictæ literæ a præfato Nicolao Prædeceſſore emanarunt, adhuc, & forſan majores ſubeſſe noſcuntur, Nos, dicti Ordinis proſperum ſtatum, & ſalubrem directionem paterno zelantes affectu, ac illius felici ſucceſſui, & profectui, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter providere volentes, ex certa noſtra ſcientia, amotionem, reductionem, revocationem, caſſationem, & annullationem, ac, prout illas concernunt, deſuper confectas literas Nicolai Prædeceſſoris hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, innovamus, ac perpetuo inviolabiliter obſervari debere decernimus: Et nihilominus, ipſius Prædeceſſoris veſtigiis inhærendo, pro potioris cautelæ ſuffragio, omnes, & ſingulos Vicarios etiam Generales, & Provinciales præfati Ordinis ubicunque exiſtentes ad eorum Vicariatuum officia per Sedis prædictæ, ſeu noſtras literas, aut illarum vigore, ſeu alias quomodolibet contra Ordinis hujuſmodi conſuetudines, & ſtatuta, hactenus deputatos, necnon ab ipſis inſtitutos Priores, & Officiales, ab hujuſmodi Vicariatuum, & officialium officiis, ac omni auctoritate, juriſdictione, obedientia, & ſubjectione, ex nunc realiter amovemus, & amotos eſſe decernimus, ac quamcunque etiam ſupra ſolitam majorem juriſdictionem in dictum Ordinem cuicunque, etiam Cardinalatus honore fungenti, forſan conceſſam, caſſamus, annullamus, eoſque, & Fratres Domorum hujuſmodi ad Magiſtrum Generalem, necnon aliorum Superiorum dicti Ordinis præſentium, & futurorum, juxta eadem ſtatuta, & conſuetudines, pro tempore electorum, obedientiam, & ſubjectionem totaliter reducimus, ac etiam ſupradicta, necnon ſuper exemptionibus, aliiſque diverſis indultis, & gratiis per Nos, vel dictam Sedem, Vicariis, Prioribus, Officialibus, & domibus, earumque Fratribus præfatis olim conceſſis, & in ipſorum favorem emanatis, ac illorum confirmationibus, confecta privilegia, literas, & indulta, indeque ſecuta omnia, & ſingula, necnon etiam quaſcunque confirmationes Apoſtolicas ſuper quibuſvis, per dictos Vicarios, necnon præfatos ejuſdem Ordinis Provinciales, ac quaſvis alias perſonas, etiam Cardinalatus honore fungentes, quibuſcunque Fratribus ipſius Ordinis, tam graduatis, quam etiam non graduatis, hactenus conceſſas, ac literas deſuper confectas, revocamus, caſſamus, & annullamus, viribuſque vacuamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus, & mandamus. Et inſuper alios quoſcunque dicti Ordinis profeſſores, cujuſcunque gradus exiſtant, tam in noſtros, & ipſius Sedis, quam Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Capellanos, & continuos commenſales, etiam cum quibuſvis honoribus, exemptionibus, gratiis, & indultis, vigore ſpecialium, etiam dictæ Sedis, necnon Cardinalium præfatorum literarum hactenus creatos, & receptos, qui etiam in Palatio Apoſtolico, ac domibus eorundem Cardinalium moram traxerint, ſeu trahent, etiamſi alias obſequiis noſtris, & dictæ Sedis, vel ipſorum Cardinalium, extra Palatium, ac domus Cardinalium hujuſmodi inſtiterint, ac etiam tam illos ex profeſſoribus Ordinis hujuſmodi, qui ex ſpecialibus ejuſdem Sedis privilegiis, abſque conſenſu dicti Ordinis pro tempore Generalis Magiſtri emanatis, ſervitiis Parochialium Eccleſiarum, ſeu aliorum quorumlibet locorum Eccleſiaſticorum, in quibus titulum non habuerint, inſiſtere noſcantur, quam alios omnes, & ſingulos, qui vigore quarumvis literarum, ac privilegiorum Apoſtolicorum de Ordine præfato, ac illius habitu totaliter dimiſſo, ad Monaſteria, & loca aliorum Monaſteriorum, & Ordinum ſe tranſtulerint, & in eorum Monachos habitum Monaſticum ſuſcipiendo recepti fuerint, ſi in Monaſteriis, ſeu locis ipſis continuam reſidentiam non fecerint, ad ipſum Ordinem Fratrum Prædicatorum, & illius domos, necnon obedientiam, & ſubjectionem Magiſtri Generalis, ac aliorum Superiorum pro tempore exiſtentium Ordinis hujuſmodi, ita, quod ex nunc deinceps, tam ipſi, quam ſupradicti Vicarii, Priores, officiales, & Fratres, præfatis Magiſtro Generali, & Superioribus pro tempore exiſtentibus, eorum monitis, & mandatis plenarie parere, intendere, & obedire, ac ſtatutis, & conſuetudinibus prædictis, in omnibus ſe conformare perpetuo teneantur, & debeant, etiam ex nunc totaliter reducimus, ac etiam revocamus, diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis Vicariis, Prioribus, Officialibus, & Fratribus, privilegiis, literis, & indultis ipſis Apoſtolicis utentibus, ſeu gaudentibus ſupradictis, ne de cetero ullo unquam tempore poſt publicationem præſentium, directe, vel indirecte, publice, vel occulte, quovis quæſito colore, ſub excommunicationis pœna, quam ex nunc, prout ex tunc in quoslibet ex eis contrafacientes harum ſerie promulgamus, dictis eis conceſſis Apoſtolicis literis, privilegiis, & indultis, vel eorum aliquo uti, ſeu contra amotionem, caſſationem, revocationem, & alia per Nos geſta ſupradicta, vel eorum aliquod, venire, facere, & attentare, aut alias abſque ſpeciali licentia dicti Magiſtri Generalis pro tempore exiſtentis ſimilia, vel quævis alia privilegia, literas, & indulta, contra prædicta, a Nobis, ſeu Sede Apoſtolica præfata, per ſe, vel alium, ſeu alios impetrare, aut eis alias forſan concedendis, uti quomodocunque præſumant. Ac decernentes etiam ex nunc, etiam per Nos, & Sedem Apoſtolicam prædictam forſan concedendas literas, privilegia, niſi in illis de data, ac tenore præſentium de verbo ad verbum mentio habeatur, nullius roboris, vel momenti exiſtere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus contigerit attentari, Et nihilominus dilecto filio Auguſtino Recuperato, de Faventia, moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Generali Magiſtro, ac illi, quem ipſe, aut Capitulum Generale dicti Ordinis pro tempore celebrandum, ad id duxerint deputandum, & eorum ſingulis contra Vicarios, Priores, & Fratres Ordinis hujuſmodi, præſentes, & futuros, qui de cetero contra præſentium continentiam, & tenorem, ſeu eorum aliquam partem, venire, facere, ſeu attentare præſumpſerint, alias juxta canonicas Sanctiones, ac inſtituta præfata procedendi, incarcerandi, corrigendi, ac alia deſuper neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, plenam, & liberam concedimus facultatem. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis privilegiis, indultis, & Literis Apoſtolicis, ac aliis contra ſtatuta, & privilegia Ordinis hujuſmodi ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac etiam cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus

etiamſi

etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Necnon omnibus illis, quæ præfatus Nicolaus Prædeceſſor, in prædictis ſuis literis voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula loca, ubi de eis forſan opus erit, deferre, volumus, & Apoſtolica auctoritate præfata, decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XI Junii MDXL, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XIX. Ne quis ex Fratribus juriſdictionem Superiorum declinare præſumat, cavet *Paulus III Conſtitut.LXXX Tom.IV pag.*614 dicens. ,, Dudum, cum felicis recordationis Clemens PP. VII Prædeceſſor noſter accepiſſet, quod nonnulli Ordinis veſtri Fratrum Prædicatorum profeſſores, ac quæ ſub cura, & inſtitutis veſtris degebant, Moniales, ſeu, Sorores Hiſpaniæ, Bæticæ, ac Aragoniæ, & Portugalliæ juxta morem dicti Ordinis Provinciarum, vigore indultorum Apoſtolicorum, eis per literas confeſſionales particulariter conceſſorum, alios, quam per tunc exiſtentes Priores Provinciales, & domorum Ordinis, & Provinciarum hujuſmodi ad id pro tempore deputatos, abſque eorundem Priorum licentia, ſibi in Confeſſores eligere præſumebant, & alii ad ſeculum retento habitu remeare cupientes, ſe ægros, ac corporis, & animi languoribus vexari ſimulantes, aut alii parentum ſuorum inopiæ ſubveniendi, quæſito colore, necnon alii, ſe ſapientiæ avidos fingentes, & ad ſtudiorum Univerſitates, citra ſuorum Superiorum licentiam, ſeu illa eis expreſſe denegata, accedentes, ac privilegiis, & exemptionibus ſcholarium abutentes, alii vero beneficia Eccleſiaſtica per Clericos ſeculares obtineri ſolita, aſſecuti, & alii ad prædicationem Apoſtolicam, etiam pro miniſterio prædicandi indulgentias Cruciatæ contra infideles in ſubſidium Terræ Sanctæ pro tempore electi, & aſſumpti, ac nonnulli alii Accolyti, Capellani, ſeu Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites creati, ſeu ad noſtram, vel unius ex Ven. Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, aut alicujus Principis, vel alterius Domini temporalis, ſeu unius Archiepiſcopi, Patriarchæ, Epiſcopi, vel alterius inferioris Prælati, ſeu perſonæ, familiaritatem recepti, & admiſſi, ac ad deſerviendum in divinis beneficiis ſecularibus deputati, ac nonnulli alii, qui habitum ipſius Ordinis in totum dimiſerant, ſeu dimittere intendebant, ſe regularia inſtituta ſervare, & ſub jugo dicti Ordinis, ulterius vivere non poſſe, vel ſe in dicto Ordine Profeſſionem nunquam, aut infra pubertatis annos, ſeu per vim, & metum, aut alias nulliter emiſiſſe, ſimulantes, & propterea ſe eidem Ordini, aut illius regulari obſervantiæ in genere, vel in ſpecie, minime teneri, Apoſtolica auctoritate, declarari, & alii ad S. Auguſtini Canonicorum regularium, & alios Ordines tranſlati, aut numero, & conſortio Fratrum Hoſpitalis noſtri S. Spiritus in Saxia de Urbe aggregati, exinde, vel alias diverſimode Literas Apoſtolicas libertatum, & exemptionum, per veri ſuppreſſionem, & falſi ſuggeſtionem, inadvertenter, aut per importunitatem a Sede prædicta impetraſſe, noſcebantur, &, illarum prætextu, religionis laxatis habenis, in parentum, & conſanguineorum, & aliorum domibus per ſeculum vagari non verebantur, in animarum ſuarum periculum, & Religionis opprobrium, pernicioſumque exemplum, & ſcandalum plurimorum, idem Prædeceſſor motu proprio, & ex certa ejus ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tunc, & pro tempore exiſtentibus Prioribus Provincialibus, & domorum dictarum Provinciarum, per ejus literas commiſit, & mandavit, quatenus ipſi, & eorum quilibet per ſe, & domibus hujuſmodi Præſidentes, ac earum Procuratores, ſi, & poſtquam aliquæ Literæ Apoſtolicæ, ad ipſorum Fratrum, vel aliorum inſtantiam, ſub plumbo, vel ſub Annulo Piſcatoris, aut per Pœnitentiariam noſtram, ſeu alias ſuper præmiſſorum aliquo conceſſæ, aut ſingula præmiſſa concernentes, vel aliqua alia, veſtris regularibus inſtitutis quomodolibet derogantia, ſeu repugnantia, in ſe continentes, etiamſi in illis clauſula de licentia ſui Superioris petita, & obtenta, appoſita non reperiretur, ab eo, vel Sede prædicta, aut illius pro tempore Majori Pœnitentiario, etiam Motu proprio, vel cujuſvis etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, & utriuſque ſexus perſonarum intuitu, vel contemplatione, ſub quacunque verborum forma, etiam ſuper quibuſvis ſupplicationibus a Romano Pontifice quomodocunque pro tempore ſignatis, emanatæ, ſeu impetratæ eis præſentatæ fuiſſent, ipſas, & in eis contenta quæcunque, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, diligenter examinare, & illis minus veris, & inſufficientibus compertis, literas prædictas, cum falſo impetratæ eſſent, ac etiamſi bene, recteque impetratæ eſſent, in foro conſcientiæ duntaxat, & non in foro contentioſo, neque contra religionis conſuetudinem, valere, ſed eas, tanquam ſubreptitias, & obreptitias, ac intentionis defectu laborantes, cum omnibus inde ſequutis, nullas, & invalidas fuiſſe, & eſſe, illaſque eiſdem impetrantibus nullatenus ſuffragari debere, auctoritate, & tenore prædictis declararent, ipſoſque Fratres, & Moniales, quos falſo impetraſſe, aut literis, ſibi, ut præfertur, conceſſis, contra tenorem Literarum Prædeceſſoris hujuſmodi, ut reperiſſent, ablatis ab eis, etiam violenter, dictis literis, capi, & ad domos, & Monaſteria propria redire omnino, manu executiva cogerent, alioquin cauſis hujuſmodi veris, & comprobatis exiſtentibus, illarum impetratores, cum eiſdem literis ſuis ab eorum gremio ejicerent, & quatenus ipſi Fratres, & Moniales, retento habitu extra eorum obedientiam vivere mallent, ut alium a veſtro prorſus diſtinctum habitum, diverſorum colorum, ſciſſuræ, longitudinis, & latitudinis, eorundem Priorum arbitrio, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, quam idem Prædeceſſor, ex tunc prout ex ea die, & e contra, in eos, & eorum ſingulos, tanquam in Apoſtatas ab habitu, ſi contra facerent, auctoritate, & tenore præmiſſis tulit, & promulgavit, tam extra, quam intus domum, & publice deferre tenerentur, & deferrent, eadem auctoritate, ſtatuerent, & ordinarent. Et inſuper univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus perſonis cujuſcunque ſta-

tus,

,, tus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus,
,, quatenus abſque conſenſu Priorum Provincialium,
,, & ipſis mortuis, vel amotis, de licentia Vicario-
,, rum hujuſmodi Provinciarum reſpective, prætextu
,, aliquarum literarum Apoſtolicarum in Monaſteriis
,, Monialium dicti Ordinis, etiam de licentia illius
,, pro tempore Priorisſæ, & Monialium conſenſu
,, etiam conventualiter præſtito, intrare, aut per ip-
,, ſam pro tempore Priorisſam, & Conventum nulla-
,, tenus recipi, vel admitti poſſent, ſub excommuni-
,, cationis, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis,
,, eorum arbitrio imponendis, quas contrafacientes
,, eo ipſo, non expectata alia declaratione, aut ip-
,, ſius Prædeceſſoris conſultatione, incurrere voluit,
,, diſtrictius inhibendo mandarent. Decernens idem
,, Prædeceſſor in gratiis hujuſmodi, præterquam
,, quoad forum conſcientiæ, ſalvis præſentibus, &
,, de licentia Superiorum petita, & obtenta, etiam-
,, ſi expreſſe non apponerentur, clauſulas ſubin-
,, telligi debere, ac inhiberi diſtrictius locorum Or-
,, dinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpen-
,, ſionis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Ec-
,, cleſiarum, inferioribus vero, etiam Univerſitatum
,, Rectoribus, ac illarum Conſervatoribus, & aliis
,, quibuſcunque excommunicationis latæ ſententiæ,
,, & privationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ
,, obtinerent, necnon inhabilitatis ad illa, & alia
,, in poſterum obtinenda, pœnis, eo ipſo per eos, qui
,, contrafeciſſent, incurrendis, ne tunc Priores, &
,, Vicarios præfatos, quo minus Fratres dicti Ordi-
,, nis ſub indultorum, exemptionum, & aliarum
,, gratiarum hujuſmodi ſpecie, extra eorum domos,
,, & obedientiam vagantes, juxta tenorem literarum
,, Prædeceſſoris hujuſmodi capere, & apprehendere,
,, etiam violenter, illoſque ad domos, & loca, unde
,, receſſerant, reducere, & carceribus mancipare
,, volentes, & mandantes, quovis modo per ſe, vel
,, alium, ſeu alios, directe, vel indirecte impedire
,, præſumerent, nec aliquem eorum ad exercitium
,, curæ animarum Parochianorum ſuorum, & admi-
,, niſtrationem Sacramentorum, ſolis Curatis ſpectan-
,, tium, abſque eo quod, illis de licentia prædicta,
,, legitime conſtitiſſet, admitterent. Nec eoſdem Fra-
,, tres exemptos de cetero in diſtrictu particularium
,, Eccleſiarum ſuarum ſuperpelliceum ſuper habitu
,, ipſorum geſtare permitterent, ac mandans ſuo pro
,, tempore exiſtenti in Alma Urbe, in ſpiritualibus
,, Vicario, & quibuſvis aliis Curiæ prædictæ Ordina-
,, riis, ac omnibus, & ſingulis aliis ubique terrarum
,, exiſtentibus reſpective Judicibus, necnon univerſis
,, & ſingulis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ſeu
,, Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ec-
,, cleſiarum Canonicis, ac Inquiſitoribus hæreticæ
,, pravitatis, ut quoties pro parte alicujus Prioris
,, Provincialis, ſeu domus particularis, aut Præſi-
,, dentis, ſive Procuratoris alicujus domus Ordinis,
,, & Provinciarum hujuſmodi deſuper requiſiti fuiſ-
,, ſent, nemini deferentes, ſeu indulgentes, dictas
,, literas, ubi, & quando opus foret, publicantes, &
,, eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten-
,, tes, facerent prædictas literas, & in eis contenta
,, ſub prædictis ſententiis, cenſuris, & pœnis, fir-
,, miter ab omnibus, & inviolabiliter obſervari, con-
,, tradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, &
,, pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris reme-
,, dia, de quibus cuilibet ex Prioribus Provinciali-
,, bus, vel domorum, ſive Præſidentibus, aut Pro-
,, curatoribus hujuſmodi videretur, appellatione
,, poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad id,
,, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis, prout in
,, eiſdem literis plenius continetur. Cum autem,
,, ſicut accepimus, adhuc non deſint diverſi Ordinis
,, hujuſmodi profeſſores, & ſub cura, & inſtitutis
,, veſtris degentes Moniales, qui præmiſſa committe-
,, re, & perpetrare præſumant, Nos gregem Domi-
,, nicum, Nobis divina diſpoſitione creditum, ſe-
,, cundum propriam cujuſque vocationem ad ovile
,, reducere cupientes, motu ſimili, & ex certa ſcien-
,, tia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, lite-
,, ras Prædeceſſoris hujuſmodi, ac omnia, & ſingula
,, in eis contenta, Apoſtolica auctoritate, tenore præ-
,, ſentium, approbamus, & confirmamus, ac vobis,
,, & pro tempore exiſtentibus Prioribus Provinciali-
,, bus, & domorum Provinciarum hujuſmodi, per
,, præſentes, committimus, & mandamus, quatenus
,, vos, & veſtrum ſinguli, per vos, & domorum
,, hujuſmodi Præſidentes, & Procuratores, literas
,, pro parte Fratrum, & Monialium prædictorum
,, pro tempore impetratas juxta literarum Prædeceſ-
,, ſoris hujuſmodi continentiam, & tenorem exami-
,, netis, &, ut præfertur, declaretis, ac Fratres ip-
,, ſos, quibus literas ipſas ſubreptitias, & obreptitias
,, eis non ſuffragari declaraveritis, ad eorum domos
,, regulares redire cogatis, aut a gremio veſtro, ſer-
,, vata forma dictarum literarum ejiciatis, & alium
,, a veſtro prorſus diſtinctum habitum deferant, ſub
,, eadem excommunicationis ſententia, quam Nos
,, etiam, ut præmittitur, in eos, ſi non paruerint,
,, ferimus, & promulgamus, Apoſtolica auctoritate
,, ſtatuatis, & ordinetis, aliaque in literis Prædeceſ-
,, ſoris hujuſmodi contenta, mandetis, & faciatis,
,, necnon ad earum omnium, & ſingulorum in eis
,, contentorum, executionem procedatis, in omni-
,, bus, & per omnia perinde, acſi illæ a Nobis ema-
,, naſſent, ac illarum executio vobis commiſſa fuiſſet.
,, Nos enim literas Prædeceſſoris hujuſmodi, ut præ-
,, fertur, approbantes, & confirmantes, omnia, &
,, ſingula per ipſum Prædeceſſorem in ejus literis præ-
,, dictis decreta, inhibita, & mandata, eiſdem mo-
,, do, & forma, ac ſub cenſuris, & pœnis, quibus
,, per eundem Prædeceſſorem decreta, inhibita, &
,, mandata fuerunt, decernimus, inhibemus, & man-
,, damus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis,
,, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis
,, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutioni-
,, bus, & Ordinationibus, ac quibuſvis indultis, &
,, literis Apoſtolicis, etiam ſub plumbo, aut in for-
,, ma Brevis, vel per Pœnitentiariam, aut alias præ-
,, fatis Fratribus conceſſis, aut in poſterum conce-
,, dendis, etiamſi expreſſe in eis caveatur, quod in-
,, terdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint,
,, ac omnibus aliis, quæ dictus Prædeceſſor in ejus
,, literis voluit non obſtare, ceteriſque contrariis qui-
,, buſcunque. Volentes, & decernentes, quod præ-
,, ſentibus noſtris literis nullatenus derogari poſſit,
,, præterquam ſi præſentes de verbo ad verbum inſer-
,, tæ fuerint, proceſſuſque, ſi qui facti ſunt, vel fient in
,, poſterum ſuper literis a Fratribus hujuſmodi, etiam
,, poſt literas Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi ob-
,, tentis, & obtinendis, in quibus vobis, aut aliis
,, quibuſcunque, ſub quibuſvis excommunicationis
,, latæ ſententiæ pœnis præcipitur, ne contra eorum
,, tenorem Fratres ipſos, inquietare præſumatis, &
,, ſi contra præſentium tenorem fuerint, nullius fore
,, roboris, vel momenti. Harum autem literarum
,, tranſumptis, manu Notarii publici, & alicujus
,, perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel
,, Prioris Provincialis, aut domus Provinciarum hu-
,, juſmodi

,, juſmodi ſigillo munitis, non minorem fidem adhi-
,, beri volumus, quam ſi præſentes eſſent exhibitæ,
,, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Marcum ſub an-
,, nulo Piſcatoris die XIII Auguſti MDXLII, Ponti-
,, ficatus noſtri Anno Octavo.

XX. *Stephans Uſuſmaris* Generali Magiſtro ſcri-
bens *Julius III Conſt.XXXI Tom.V pag.33* : ,, Expo-
,, ni, inquit, Nobis nuper feciſti, quod licet alias
,, felicis recordationis Julius PP. II, Prædeceſſor no-
,, ſter per ſuas in forma Brevis literas inter alia vo-
,, luerit, perſonas Ordinis Fratrum Prædicatorum
,, confeſſionalibus, vel indulgentiarum literis, etiam
,, per Sedem Apoſtolicam pro tempore conceſſis, niſi
,, de conſenſu Magiſtri Generalis ejuſdem Ordinis,
,, & eo durante, gaudere poſſe, nonnulli tamen ip-
,, ſius Ordinis profeſſores Confeſſionalibus, ac aliis
,, literis, eis, ut aſſerunt, per Sedem eandem con-
,, ceſſis, ſeu ab illa emanatis, vel potius extortis,
,, abſque tuo, ſeu potius pro tempore exiſtentis dicti
,, Ordinis Magiſtri Generalis conſenſu, gaudere, &
,, illis uti præſumunt, in animarum ſuarum pericu-
,, lum, ac ſcandalum plurimorum, & profeſſionis re-
,, gularis detrimentum non modicum. Quare pro par-
,, te tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut literas
,, Prædeceſſoris hujuſmodi approbare, & innovare,
,, ac alias in præmiſſis opportune pruvidere, de be-
,, nignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui
,, cunctos fideles, præſertim Religioni deditos, in ſe-
,, mita virtutis perſeverare, prout poſſumus, conti-
,, nue procuramus, attendentes conveniens eſſe, ut
,, quælibet pars ſuo toti conformis exiſtat, dictarum
,, literarum veriorem tenorem præſentibus pro ex-
,, preſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus incli-
,, nati, literas Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, aucto-
,, ritate Apoſtolica, per præſentes approbamus, &
,, innovamus, necnon omnes, & ſingulas immuni-
,, tates, & a præceptis, ac obedientia ſuorum Præla-
,, torum, & alias exemptiones perſonales, necnon
,, aſſignationes perpetuas, & abſque Superiorum ſuo-
,, rum licentia retinendi, vel expendendi pecunias,
,, ac Confeſſores eligendi, tam Secularium, quam
,, Regularium Confeſſiones audiendi, eoſque in caſi-
,, bus eiſdem Superioribus reſervatis abſolvendi, &
,, alias ſimiles facultates, & gratias, & deſuper tam
,, in forma Brevis, quam ſub plumbo confectas lite-
,, ras, tam a Nobis, ſeu etiam de mandato noſtro,
,, etiam vivæ vocis oraculo, aut Prædeceſſoribus no-
,, ſtris Romanis Pontificibus, ac dicta Sede, ſeu il-
,, lius Nunciis, & Legatis etiam de Latere, quam
,, etiam a majori Pœnitentiario noſtro, ſub quibuſ-
,, cunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis
,, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque effi-
,, cacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus,
,, ac aliis decretis, ac aliis quomodolibet, & ex qui-
,, buſvis cauſis, & ad quorumcunque inſtantiam,
,, tam in genere, quam in ſpecie, etiam per viam ex-
,, tenſionis, ſeu communicationis, tam conjunctim,
,, quam diviſim, quibuſvis ipſius Ordinis utriuſque
,, ſexus profeſſoribus, ſeu illius tam virorum, quam
,, mulierum, domibus, ſeu Monaſteriis hactenus
,, quomodolibet, etiam motu proprio, abſque tuo,
,, aut Superiorum ſuorum conſenſu, conceſſas, quas
,, vitæ, & obedientiæ regularibus, adverſari, aut
,, alias lædere, ſeu ipſius Magiſtri Generalis, & alio-
,, rum Prælatorum dictorum auctoritatem infringere,
,, & eas revocandas eſſe judicaveris, dicta auctorita-
,, te Apoſtolica, per eaſdem præſentes revocamus,
,, caſſamus, & annullamus, ac pro revocatis, caſſa-
,, tis, & annullatis, ac non conceſſis haberi volu-
,, mus. Et ſi quas de cetero ſimiles, & diſſimiles, fa-
,, cultates, exemptiones, & gratias, abſque tuo, &
,, dicti pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis, aut
,, Superiorum ſuorum conſenſu, & eo durante, con-
,, cedi, aut emanari, contigerit, niſi facultates,
,, exemptiones, & gratiæ hujuſmodi, manu noſtra
,, propria, vel de conſenſu Cardinalis Protectoris,
,, ſeu Vice-Protectoris ſignatæ fuerint, alias nullius
,, roboris, vel momenti fore, & eſſe, nulliſque ſuf-
,, fragari poſſe decernimus. Injungentes eiſdem Præ-
,, latis, & Superioribus, ut circa licentiam eligendi
,, Confeſſorem, & in relaxandis caſibus ſibi conceſſis,
,, cum deſuper requiſiti fuerint, prout eorum con-
,, ſcientia dictaverit, quam ſuper hoc oneramus, dif-
,, ficiles, aut moroſi non ſint.

XXI. His Apoſtolicæ Sedis Oraculis nituntur
Conſtitutiones Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui-
bus, uti videre eſt *Diſt.II Cap.VIII Text.III, IV, V*,
& alibi ſæpe cautum eſt, ne frivolis appellationibus
Fratres Superiorum ſuorum juriſdictionem deſu-
giant. Hinc *Textu III*, mox laudato legitur: ,, A ne-
,, mine ab illorum ,, (Definitorum Capituli Gene-
ralis) ,, Sententia licet appellare; &, ſi appellatum
,, fuerit, frivola, & nulla appellatio habeatur. Ap-
,, pellationem enim intra noſtrum Ordinem, ſub in-
,, terminatione anathematis fieri inhibemus; Cum non
,, venerimus contendere, ſed potius delicta corrige-
,, re ,, . Sequitur Textus IV. ,, Item, ne delicta
,, maneant impunita, & obedientia in noſtro Ordine
,, per Appellationes frivolas infringatur: ſtatuimus,
,, quod quicunque Frater noſtri Ordinis contra obe-
,, dientiam appellare præſumpſerit in futurum; niſi
,, ipſi appellationi infra duos menſes renunciaverit,
,, vel etiam infra annum proſequi non inceperit, aut
,, ab incepta proſecutione deſtiterit, vel in ipſa ſuc-
,, cubuerit, adjudicatus carceri ſit ipſo facto, nec
,, poſſit cum ipſo, niſi per Capitulum Generale, ante
,, annos duodecim diſpenſari ,, . Et *Textu V*: ,, Ap-
,, pellans autem ab abſolutione facta, vel facienda ab
,, Officiis Prioratus, Provincialis, vel Conventualis,
,, aut Vicariatus (etiam prætextu gravaminis) ipſo
,, facto ſit abſolutus ab illo officio. Volentes quod in
,, iſtis ratio gravaminis tam proprii, quam commu-
,, nis, non habeat locum quoad appellandum ,, . Id
de appellationibus, ad ipſiuſmet Ordinis Superiores
interpoſitis ſancitum. Poſtea de appellationibus ad
Judices extra familiam noſtram conſtitutos loquitur
Conſtitutio.

XXII. Mirabitur fortaſſis aliquis, quod appellatio
quæ de jure naturali cenſetur, gravis & odioſa viſa
ſit Patribus. Sed attendat, quod jam pridem nota-
runt ipſi: *Non venimus contendere, ſed delicta corri-
gere*. Hinc ibidem *Lit. C.* ,, Declaramus, inquit
,, Gloſſa, quod licet appellare ſit de jure naturali,
,, nihilominus modus, & ordo utendi hoc jure præ-
,, ſcribitur a lege poſitiva, ne irrepat abuſus pro uſu
,, rei licitæ. Unde in Capitulo Carcaſſonæ 1312, ſic
,, dicitur: Volumus, & ordinamus quod quicunque
,, Frater repertus fuerit (judicio ejus ad quem ſpe-
,, ctat) ſine cauſa rationabili a quocunque ſuo Su-
,, periori appellaſſe: carcerali cuſtodiæ mancipetur.
,, Denunciantes Fratribus univerſis, quod de jure
,, communi, & ex ſpeciali Ordinis Privilegio, nulli
,, Fratrum licitum eſt a correctione, vel ab officio-
,, rum amotione appellare, ſicut fuit declaratum
,, Cenomanis 1491 ,, . Legenda quæ ſequuntur. Adeas
etiam *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* Parte III
Cap.XIII pag.321 &c., & *Vincentium Mariam Fon-
tana* Tit. de Appellationibus pag.43 &c. Et in primis
Decla-

Declarationem Primam Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1656 : ac ejuſdem Capituli Confirmationem I.

XXIII. De modo puniendi Fratres qui deliqnerint præ oculis habenda Ordinatio XI pro Regimine lata a Capitulo Generali Romæ 1694, cujus hæc verba „ : „ Ordinamus, ut qui ſcandalum aliquod, aut grave delictum perpetravit ſive intra, ſive extra Monaſterium, non per ſolam amotionem e Conventu puniatnr, ſed formetur proceſſus in ipſum, & ſervato juris ordine per Sententiam definitivam ſecundum Conſtitutiones noſtras ſevere puniatur, & ad Conventum, in quo magis viget obſervantia regularis, tranſmittatur, nt ordinatum fuit Romæ 1589 Ordinatione 19 : nec ad Conventum redeat, in quo delictum commiſit, ut diſponunt noſtræ Conſtitutiones Diſt.I Cap.XVIII Textu VI Lit.G. Si vero extra Monaſterium deliquerit, omnino ſerventur quæ a S. Concilio Tridentino ſancita ſunt Seſs.VI Cap.III, & Seſs.XXV Cap.XIV, & ex Clemente VIII, prout fuſius in Conſtitutionibus noſtris loco jam laudato refertur. Et, ſi qui Superiores negligentes fuerint in puniendis ejuſmodi Fratribus, pœnis ibidem latis ſubjiciantur.

XXIV. Nec omittenda DeclaratioII Capituli Generalis Bononiæ 1706. Hujus tenoris eſt. „ Cum ſubinde contingat, Lectorem aliquem, vel ob inſufficientiam prius non ſatis exploratam, vel ob vitam minus religioſam, ab officio Lectoris eſſe amovendnm, ut ſtatuitur Romæ 1694 Ordinatione VI pro ſtudiis; pendulumque hærere Superiorem, quo pacto fieri debeat hujuſmodi amotio, an ſcilicet cum ſtrepitu proceſſus, an vero abſque illo, declaramus, defectum, vel ſcandalum, ratione cujus Lector aliquis a Lectoris officio poteſt amoveri, non debere neceſſario cognoſci, vel probari per proceſſum, ſed ſufficere certam de ea undecumque ſcientiam. Monemus tamen Provinciales dum ad id faciendum fuerint compulſi, ut, ſemoto omni affectu id præſtent, & Dei bonorem duntaxat ſpectent, ſnbditorum ſalutem, & Ordinis decorem.

XXV. In Actis ejuſdem Capituli Generalis Bononienſis 1706 Sequitur Declaratio III quæ ſpectat Priores ab officio ſubmovendos ad tempus. Hujus tenoris eſt : „ Circa Priornm ab officio ſuſpenſionem major poteſt eſſe difficultas, nihilominus illam quoque fieri poſſe, ac debere, abſque proceſſu, declaramus : Prius tamen requirendum eſſe Conſilium Patrum, alio in Conventu præcipuo, & ante Suſpenſionis executionem a Provinciali monendum eſſe Magiſtrnm Ordinis, ſi præſens adſit citra Montes, vel de facta jam ſuſpenſione, & ejus cauſa, ſi fuerit ultra Montes : qnemadmodum de Vicarii in Capite ſupra Priorem inſtitutione dicitur in Capitulo Romæ 1629 Declaratione X. Abſolutio autem Prioris, ſeu ejus ab officio depoſitio, non fiat niſi juris ordine ſervato, juxta quod in ſacris noſtris Conſtitutionibus eſt præſcriptum, & præcipue in prætacto Capitulo Romano 1629 Ordinatione XIII.

XXVI. Hæc porro Ordinatio XIII Capitnli Generalis Romani 1629 quomodo ſit intelligenda docet Generale Capitulum Romæ 1670 Ordinatione VII, cujus hæc verba : „ Renovamus Ordinationem XIII Capituli Generalis Romæ anno 1629 celebrati, quæ ſic habet „ : Ordinamus, ut quando in viſitatione ſive Provincialium, ſive aliorum Viſitatorum aderit ſufficiens cauſa abſolutionis Priorum Conventualium, ſive ex culpa in ſuo regimine, ſive ex alia, quæ noo inducat infamiam perſonalem, ad legitimam hujuſmodi Priorum abſolutionem ſufficiat, ut de cauſa vere conſtet, & capita quæ adverſns Priorem a ſubditis in viſitatione proponuntur ſint ab eiſdem manu propria ſubſcripta, & Viſitatori tradita, ut admoneat Priorem, ut ad objecta ſibi in ſcriptis reſpondeat: Quibus omnibns deinde a Provinciali in conſilio duodecim, vel octo, Patrum, vel ſaltem quatnor in Provinciis deſolatis, in alio Conventn examinatis, ac diſcuſſis, ſtatuatur qnid agendum fuerit. Hanc autem procedendi formam ita a nobis præſcriptam ſufficientem ad abſolntionem declaramus, ut Prior qui ſecundum eam fuerit abſolutus de ſibi denegata juſtitia conqueri minime valeat. Si vero delicta Prioris, adverſus quem agitur, infamiam Ordini, & perſonæ inurant, tnnc juris ſervato Ordine juridice procedatur. Admonemns tamen Patres Provinciales, eiſdemque præcipimus, ne poſtremo ſui officii anno, præſertim infra tres Menſes ante finem abſque urgentiſſima neceſſitate Priores a ſuis officiis abſolvant, vel Fratrum mutationes faciant : præterquam in caſibus in noſtris Conſtitutionibus expreſſis. „ Porro hæc verba initio poſita „ : ſive ex cnlpa in ſuo regimine, ſive ex alia, quæ non inducat infamiam perſonalem &c. „ preſſius ita explicamus, ut intelligantur „ de illis culpis, quibus abſque incurſu perſonalis infamiæ ex generali Lege, vel Statuto ſimpliciter annexa eſt pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, ad quam opus non erit juridico teſtium examine, ſed ſola facti declaratione in individuo, & executione prædictæ abſolntionis, ſive per Conſtitutiones, ſive per Capitula Generalia hactenus taxatæ. In reliquis vero exceſſibus Perſonalem infamiam complectentibus forma legitimi proceſſus adhibeatur.

XXVII. Quædam igitur ſunt in qnibus *Forma legitimi proceſſus adhibeatur*, oportet. Qua de re legitur ad calcem Conſtitutionum noſtrarum *Tractatu de Judiciis in Ordine faciendis*. Nec abs re fuerit, illum nonnullis Adnotationibus illuſtraſſe, nt ex Apoſtolicis Conſtitutionibus variæ ſolvantur difficultates quibus aliquando Judices conflictantur.

XXVIII. In illins Tractatus Prologo legitur, quod, licet *Ex Bonifatii VIII, & IX Conſtitutionibus non teneantur Prælati rimas & apices (Juris) ſequi, ſed in correctionibus Fratrum, juris ordine poſtpoſito, ſecundum conſuetudines approbatas, & inſtituta Ordinis, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, procedere, quædam tamen in hujuſmodi correctionibus ita neceſſario requiruntur, ut, illis omiſſis, judicia nullius ſint roboris, aut iniqua. Scriptum namque eſt Deuteronomii XVI, juſte, quod juſtum eſt, perſequeris*. Quæ quidem non de qualibet *Correctione Fratrum* dicta ſcito, ſed de illis duntaxat *Fratrum Correctionibus* in quibus *Forma legitimi proceſſus adhibenda eſt*, uti mox vidimus ex Decretis Patrum : nec enim, exempli gratia, *iniquæ* cenſendæ ſunt *Correctiones*, qnibus Priores vel Conventnales, vel Provinciales, aut etiam Magiſter Generalis, vel alii Superiores ſubditis paterne pœnas irrogant, aut ipſos ab officiis qnandoque removent, quantumvis in id genus *Correctionibus* illa prætermittant Prælati *juris ſubſtantialia*, quæ neceſſario requiruntur dum *Forma legitimi proceſſus adhibenda eſt*.

XXIX. In iſtis quæ *Formam legitimi proceſſus* reqnirunt, jus in Ordine noſtro dicitur *ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta*, nt ex conceſſione Summi Pontificis Clementis VIII decretum fuit in Comitiis Generalibus Romæ 1601 Ordinatione 24. Ex præſcripto Bonifatii

Digitized by Google

nifatii VIII ſupra laudati Numero I *Pralati Ordinis*
Prædicatorum, *rimulis & apicibus* juris *poſtpoſitis*,
libere procedere valent ſecundum conſuetudines approba-
tas, & generalia facta, & etiam facienda ipſius Ordinis
inſtituta. Ex Apoſtolica Conſtitutione Bonifatii IX
Numero IV ſupra laudata, Familiæ Prædicatorum
Præpoſiti, *juris ordine poſtpoſito, ſecundum conſuetudi-*
nes approbatas, & inſtituta Ordinis antedicti, procedere
libere, & licite poſſunt, & valent. Hæc a Summis
Pontificibus ſancita pro *Correctionibus Fratrum*; &
ideo intelligenda ſunt non ſolum de cauſis *Civilibus*,
ſed etiam de *Criminalibus*, ut ex ſe patet.

XXX. Hæc inter Privilegia, quæ firmari poſſunt
ex Capite = *Qualiter & quando* = ac Capite
= *Olim* = De Accuſat. Capite = *Per tuas* = De
Simonia. Capite = *Ea quæ* = De ſtatu Monacho-
rum, illud præcipuum eſt quo conceditur, ut, *ſola*
facti veritate inſpecta procedi poſſit. „ Operatur vero
„ hæc Clauſula „ inquit Paſſerinus in Regulari Tri-
bunale Parte I Quæſt.V Art.I pag.56 Num.14 &c.,
„ & auſert ordinem judiciarium, & omnem ſolemni-
„ tatem juris poſitivi relaxat, & reducit ad formam
„ judicii inductam de jure naturali, Divino, & gen-
„ tium...... Et ratio eſt, quia ſæpiſſime ex ſolis
„ principiis juris naturalis, Divini, & gentium po-
„ teſt perfectiſſime cognoſci veritas. Ubi ergo Judex
„ poteſt procedere, ſola facti veritate inſpecta, non
„ tenetur ad juris poſitivi ſolemnitates, ſed ſufficit
„ veritas cognita ſine eiſdem ſolemnitatibus......
„ Inde eſt quod virtute hujus clauſulæ poteſt Judex
„ nedum omittere ſolemnitates, quæ omitti poſſunt ex
„ vi Clauſulæ SUMMARIE, SIMPLICITER &c.
(quam exponit Clemens Libro V De verborum ſigni-
ficatione)„ Sed nec tenetur ſervare Statuta omnia
„ in dicta Clementina......quatenus vim habent ex
„ ſolo jure poſitivo, & inter alia, virtute hujus Clau-
„ ſulæ poteſt Judex admittere probationes de jure po-
„ ſitivo non concludentes, ſed perſuaſivas......&
„ poteſt admittere Teſtes infames. & a jure reproba-
„ tos......& quod poſſit admittere probationes non
„ concludentes, docet Barboſa de Clauſula 173 Nu-
„ mero 15: multaque alia poteſt facere, quæ recen-
„ ſet Barboſa de Clauſulis &c.„ Hæc Paſſerinus, quæ
quonam modo ſint intelligenda poſtea dicetur.

XXXI. Huc etiam ſpectant quæ docet Auctor Tra-
ctatus ſupralaudati in Prologo dicens: „ Duo enim
„ ſunt in quolibet judicio: unum eſt, quod ad ſolem-
„ nitatem, vel ſubtilitatem juris, alterum quod ad
„ ſubſtantiam, & integritatem judicii ſpectat. Quæ
„ ad ſolemnitatem, vel ſubtilitatem juris pertinent,
„ vocantur apices, & rimæ, pro prorogandis, vel
„ abrogandis judiciis adinventæ: Quales ſunt, trina
„ citatio in ſcriptis concepta, & non aliter, per in-
„ tervalla cum Teſtibus intimata: deinde judicii dies
„ non feſtus: locus non privatus: conteſtatio litis
„ cum ſolemnitate inchoata: dilationes interlocuto-
„ riæ: Exceptiones fruſtratoriæ: Appellationes dila-
„ toriæ: Advocatorum contentiones, & jurgia: Sen-
„ tentia ſedendo, vel ſtando prolata. Poterit iſta
„ Prælatus omittere, neque trinam citationem face-
„ re: non in loco Capituli, ſed in cubiculo ſuo tribunal
„ erigere: quocunque die, ſive feſto, ſive profeſto
„ judicium inſtituere: hora quacunque, ſive diur-
„ na, ſive nocturna, ſive ante ortum, ſive poſt occa-
„ ſum ſolis examinare: bandum, ſeu intimationem
„ diei, & loci judicii intermittere, & alias quaſcun-
„ que accidentarias juris ſolemnitates non ſervare.
„ Quæ ad eſſentiam, & integritatem judicii perti-
„ nent, ſunt illa, quæ ad ipſius veritatis realem,
„ perfectamque cognitionem, ac legitimam vel de-
„ fenſionem, vel damnationem reorum neceſſaria
„ eſſe videntur, aut Divino, aut naturali jure intro-
„ ducta, aut evidentiſſima ratione ab omnibus ſtabi-
„ lita„. Hæc ille, cui nemo quem ſciam refragatur.

XXXII. Verum non omnibus probantur quæ do-
cet ibidem dicens Numero IV: „ Ex his evidens eſt
„ quid ad eſſentiam, & integritatem judicii neceſſario
„ requiratur. Nimirum Primo, Petitio, ſeu Delatio
„ criminis: Secundo, Articuli: Tertio, Probationes:
„ Quarto, Juramentum de non calumniando, & de
„ veritate non malitioſe dicenda: Quinto, citatio Rei,
„ & Teſtium, ſive realis, ſive ſcripto recepta: Sex-
„ to, Examen Rei, Partium, & Teſtium: Septimo,
„ Defenſiones Reo concedendæ: Octavo, Confeſſio,
„ vel convictio Rei: Nono, Inſtrumentum Actio-
„ nis, ſeu Proceſſus: Decimo, Sententia definitiva:
„ Undecimo, Pœna: Duodecimo, Appellatio„.
Hæc Auctor *Tractatus* quem notis illuſtrandum duxi,
licet in Ordine Fratrum Prædicatorum vim Legis
nullatenus habeat: *Continet* enim *ſolam auctoritatem*
privati Doctoris, uti docet Paſſerinus in Regulari
Tribunale Parte I Quæſt.V Art.II Num.XXIX pag.59.
Et ſane in hoc emendandus videtur Auctor ille, quod
dum ſcripſit pro Prædicatorum familia, *Clementinam*
ſupra laudatam, qua late patet, excepit, nec præ oculis
habuit, quod ex privilegiis eidem Ordini conceſſis
non tenentur Fratres Prædicatores omnia ſervare
quæ *Clementina* præſcribit. Hæc enim Decretalis jus
ceteris commune deſcribit dum de quibuſdam Clauſu-
lis, quas exponit, loquitur; Fratres vero Prædica-
tores, ex Apoſtolicæ Sedis privilegio, jus dicunt
ſola facti veritate inſpecta. Hinc in Conſtitutionibus
Fratrum Prædicatorum *Diſtinctione I Capite XVIII*
§.IV Lit.P. juris ſubſtantialia non duodecim numeran-
tur, ſed quatuor recenſentur his verbis: „ Prælati
„ Ordinis noſtri, ad quos punitiones, & correctio-
„ nes Fratrum delinquentium ſpectant, poſſint libere
„ punire, & corrigere, Fratres delinquentes......
„ dummodo ſubſtantialia juris ſerventur, quæ præci-
„ pue ſunt quatuor. Primum, ut contra aliquem non
„ procedatur niſi accuſatum, denunciatum, aut infa-
„ matum: juxta tres modos procedendi a jure ſtatu-
„ tos, per accuſationem, denunciationem, & inqui-
„ ſitionem. Secundum, ut Teſtes examinentur per
„ præceptum formale. Tertium, ut abſens vocetur,
„ & per duos ad minus teſtes, vel conteſtes, per pro-
„ priam confeſſionem convincatur. Quartum, ut in-
„ defenſus non condemnetur ad pœnam Ordinariam,
„ niſi fuerit contumax„. Hæc quatuor in primis
ſunt juris ſubſtantialia, quæ in Conſtitutionibus Præ-
dicatorum familiæ ſervanda declarantur. Quæ ſi præ
oculis habuiſſet auctor Tractatus prædicta Duodecim
fortaſſis non enumeraſſet: fortaſſis, inquam: fieri
enim poteſt quod illa Duodecim recenſeat duntaxat, ut
ad quorundam moroſitates ſeſe componat, & ex nimia
juris abundantia Proceſſus facilius in tuto ſit. Enim
vero forſitan timuit, ne ſi Judices extra Ordinem con-
ſtituti ſententias in Ordine latas examinaverint, dum
leges noſtras præ oculis non habent & privilegia,
Reos ex hoc abſolvant, & reſcindant Sententias, quod
omnia juris communis ſubſtantialia ſervata non fue-
rint: *Judices extra Ordinem*, inquit Paſſerinus loco
laudato Numero XXVIII, *aſſueti ſervare apices juris*,
de facili judicant apices eſſe ſubſtantiales, & hoc facilli-
me evenit, quando in jure dubium eſt, an aliquid ſit,
vel non ſit de ſubſtantia juris Summarii. Ut ut ſit: ca-
veant Religioſi Judices, & in re tanti momenti ada-
muſſim ea omnia ſervent, quæ leges, quas profitentur

præſcribunt: ſi quid occurrat Dubii, peritos conſulere ne poſtponant: certum teneant, incertum dimittant. Sic Religionis, & conſcientiæ, jura ſarta tecta ſervabunt.

XXXIII. Religionis quidem: quo enim ſanctior, ac ſublimior eſt Religioſus ſtatus, eo graviora Religioſorum delicta; & quo graviora, eo magis intereſt Reipublicæ, ut ſeverius puniantur. Nec ex hoc ignominiæ maculis obſcuratur Religioſa familia quod a nocentibus pœnas debitas repetat; ſibi potius infamiæ notam inureret, ſi crimen dimitteret impunitum. Cum uni facinoroſo indulges, uti Lex loquitur, ad prolapſi contagium provocas univerſos. Quid turpius? Homines non Angeli ſumus: & licet Arca ſalutaris, ad quam, Deo miſerante, perfugimus, ſanctiſſima ſit, nos tamen peccatores, quibus pœnarum timor ſaluberrimus eſt. Habuit & Chriſtus duodenum Collegium, quod elegerat: unus in ipſo repertus Judas, qui dum, juſto Dei judicio, crepuit medius, exemplo quidem ceteris fuit, nullatenus tamen opprobrio.

XXXIV. Quod conſcientiam ſpectat, ut juſtitiæ partes expleat Judex Religioſus, nihil ab æquitatis recto tramite deflectere debet: ut enim docet S. Thomas 2. 2. Quæſt.LX Art.II „ Judicium in tantum eſt licitum in quantum eſt juſtitiæ actus.... ad hoc (autem) ut judicium ſit actus juſtitiæ tria requiruntur: Primo quidem, ut procedat ex inclinatione juſtitiæ: Secundo, quod procedat ex auctoritate Præſidentis: Tertio, quod proferatur ſecundum rectam rationem prudentiæ. Quodcunque autem horum defuerit, judicium erit vitioſum & illicitum. Uno quidem modo quando eſt contra rectitudinem juſtitiæ; & ſic dicitur judicium perverſum, vel injuſtum. Alio modo quando homo judicat de his in quibus non habet auctoritatem; & ſic dicitur judicium uſurpatum. Tertio modo quando deeſt certitudo rationis, puta cum aliquis de his judicat, quæ ſunt dubia, vel occulta, propter aliquas leves conjecturas; & ſic dicitur judicium ſuſpicioſum, vel temerarium.

XXXV. Ex his tribus illud in primis attendendum quod ſecundo loco ponitur: auctoritas quippe judicantis adeo neceſſaria eſt, ut, juriſdictione deficiente, judicium ſit prorſus invalidum, & inſanabili vitio laboret. Ut autem triplex eſt Judicum genus, Ordinarii, Delegati, & Arbitri, ita triplex eſt juriſdictio, Ordinaria, Delegata, & Arbitraria. Conſulendus Doctor Angelicus 2. 2. *Quæſt.LXVII Art.I.*

XXXVI. Judex Ordinarius dicitur ille, qui judicandi poteſtatem habet, vel ex Dignitate, quam gerit, vel ex officio, quo fungitur, cuique vel a jure, vel conſuetudine, vel privilegio juriſdictio eſt annexa. Hinc in Ordine Fratrum Prædicatorum Judices Ordinarii ſunt Generalis Magiſter, & Capitulum Generale pro toto, qua late patet Ordine: Provincialis, & Capitulum Provinciale pro unaquaque Provincia: Prior Conventualis pro quolibet Conventu: Vicarius etiam in illis Vicarialibus domibus, quæ non ſunt membra Conventus: & in Congregationibus, quæ non ſunt membra Provinciæ. Secus dicendum de Vicariis, vel Supprioribus Conventuum, qui Priorem habent præſentem, vel etiam abſentem: ſi enim Prior præſens ſit, juriſdictionem non habent, ſed poteſtatem duntaxat œconomicam, ſeu dominativam, quæ competit etiam Prioriſſis Monialium: ſi Prior ſit abſens, juriſdictionem habent quidem, ſed delegatam. „ Idem dicitur „ inquit Paſſerinus in Regulari Tribunale Parte I Quæſt.II Art.II pag. 4 Num.9, „ de Vicario Generali, vel de Vicario Provinciæ. Iſti enim non habent juriſdictionem niſi ex conceſſione Superioris, unde mortuo Generali, vel Provinciali, iſti Vicarii ceſſant...... Juriſdictio vero ordinaria non ceſſat ob mortem concedentis. Iſti igitur non ſunt Judices Ordinarii „. Quod, ut ex ſe patet, intelligendum de quibuſdam duntaxat Vicariis. De ceteris ſic ibidem locutus erat Paſſerinus eos recenſens, qui Judices Ordinarii ſunt in Prædicatorum Familia. „ Item...... Vicarius Generalis tempore quo Religio non habet Generalem præſentem, vel abſentem: vel Vicarius Provincialis tempore quo vacat Provincialatus, vel Supprior, aut Vicarius in Capite, tunc cum vacat Prioratus: iſti enim tunc ſunt Capita Religionis, vel Provinciæ, vel Conventus, & vere Prælati, cum non conveniat, Religionem, Provincias, vel Conventus eſſe ſine Capite, quod Subditos dirigat „. In Ordine noſtro Procurator Generalis nullam ex officio juriſdictionem habet, ſed ſolum delegatam, ſi concedatur ipſi. Cuilibet etiam Commiſſario nulla, niſi delegata, competit juriſdictio. Priores vero locales tantam juriſdictionem habent, inquit *Paſſerinus* ibidem Num.10 pag.5, ut „ cauſas criminales ſuorum Subditorum cognoſcant, & proceſſus forment, puniantque Subditos, ſive intra, ſive extra Conventum delinquant: Territorium enim Regularium (*quoad Religioſos ſibi Subditos*) eſt totus Mundus, quia ad totum Mundum ſe extendit Votum obedientiæ, ex quo Religioſi ſuis ſubduntur Prælatis, qui propterea illos punire poſſunt pro delictis ubicunque patratis „. Hinc in ipſoſmet Fratres Hoſpites animadvertere poſſunt, etiam pro delictis alibi patratis. Huc ſpectat, quod legitur in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum Diſt.II Cap.XIII Textu II: *In quacunque autem Provincia Fratres Itinerantes deliquerint, Prior Provincialis, vel Conventualis, ſeu eorum Vicarii, Supprior, & Viſitator, & ceteri, in quorum terminis inventi fuerint, corrigendi ipſos ſicut Fratres ſuos liberam habeant facultatem*. Quæ verba exponens Gloſſa ibidem Litera D. „ Declaramus, inquit, quod Fratres Viatores, & Hoſpites, Præſidentibus Ordinis, ad quos perveniunt, ratione juriſdictionis ſubjiciuntur: qui & eorum malefacta non ſolum ibi, ſed etiam alibi, commiſſa caſtigare, & punire poſſunt, & debent; quia in ſuo crimine plectitur quis ubi invenitur „. *Canon* = *Ubi de crimine agi oportet* = *Libro I*: „ Ubi Gloſſa allegat illud „: *ubi te invenero, ibi te judicabo*. „ Et de hoc habetur Gloſſa III Quæſt.VI. Cap.I, ſicut fuit declaratum. Et in Capitulo Romano 1336, quod exiſtentes in pœna gravioris culpæ in una Provincia, non poſſunt in alia abſolvi, etiamſi in illa fuerint aſſignati.

XXXVII. Judex Delegatus dicitur ille, qui non ex officio proprio juriſdictionem habet, ſed ex alterius commiſſione cujus vices gerit, ut habetur ex Capite = *Sane* = ex Capite = *Cum olim* = De Officio, & Poteſtate Judicis Delegati, & toto Titulo eodem in Sexto. Hinc apud Regulares, Delegati cenſentur, inquit *Paſſerinus* ibidem Quæſt.II Articulo III Num.32 pag.9: „ quibus ab Ordinariis Prælatis committitur Juriſdictio, ut ſunt Vicarii, Commiſſarii, & Viſitatores. Ex iis vero Delegati ad univerſitatem cauſarum ſunt Vicarii, vel totius Ordinis in abſentia Generalis, vel Vicarii Generales Provinciarum, ſeu Conventuum, & Viſitatores in Ordine Prædicatorum. Delegati ad univerſitatem cauſarum cenſendi ſunt etiam Vicarii Nationales, in

„ termi-

,, terminis Conſtitutionum Diſt.II Cap.III §.12 : & ,, Vicarii, qui dicuntur in Capite, & ſunt Vicarii ,, etiam ſupra Priorem dati a Generali, aut Provin- ,, ciali : eis enim commiſſa eſt generalis gubernatio ,, Conventus. Tales enim ſunt Vicarii Conventuum, ,, aut Suppriores in abſentia Priorum, ſi tamen illis ,, generalis gubernatio Conventuum committitur. ,, Vicarii vero Priorum in Conventibus, aut Sup- ,, priores præſente Priore, cum non habeant juriſdi- ,, ctionem externi fori, non ſunt ad univerſitatem ,, cauſarum Delegati, ſed ſolum ad gubernium œco- ,, nomicum, quale competit etiam Prioriſſis Monia- ,, lium, quæ tamen nullam juriſdictionem habent, ,, & ideo hujuſmodi Vicarii, aut Suppriores, etiam ,, in abſentia Prioris, non habent juriſdictionem niſi ,, talem, & tantam, qualis, & quanta ſibi concedi- ,, tur a Priore, & non poſſunt dici Delegati ad uni- ,, verſitatem cauſarum, niſi generalis juriſdictio ſibi ,, fuerit commiſſa ,,. Quis porro ſit Delegatus ad uni- verſitatem cauſarum patet ex ipſis verbis : ille ſiqui- dem dicitur, qui ad omnes univerſaliter cauſas eſt de- legatus, licet aliqua forſitan gravior ipſo jure reſer- vata foret : ille vero cujus Delegatio, vel ad particu- lares perſonas, vel ad unam, aut alteram cauſam re- ſtricta eſt, etiamſi ſpectet ad aliquod commune, Con- ventum nempe, vel Provinciam, Delegatus ſpecia- lis cenſetur. Id autem diſcriminis eſt ſpecialem inter, & univerſalem Delegatos; quod univerſalis aſſimile- tur Judici Ordinario, & cauſas particulares ſubdele- gare poſſit : Specialis vero Delegatus ab inferiori Ju- dice cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare nequit, ſed nudum duntaxat, quod vocant, miniſterium, quale eſt executio citationis &c. Si tamen in iſtis induſtria perſonæ non exigatur. Adeas *Paſſerinum* loco lauda- to Quæſtione II Articulo III. Ubi etiam docet *Nu- mero* 12, quod licet delegata juriſdictio non ſe exten- dat niſi ad illam cauſam, quam exprimit inſtrumentum commiſſionis, pertinet tamen ad omnia incidentia, acceſſoria, dependentia, emergentia, neceſſaria, an- nexa, ſine quibus cauſam commode expedire non poſſet. Hinc infert *Numero* 20, quod Judex delegatus poteſt ſuam juriſdictionem defendere, & contra ipſum non reſpientes, vel ipſius juriſdictionem impedientes, vel ſibi rebelles procedere, illoſque punire. Addit *Nu- mero* 22, quod poteſt etiam ,, punire injurias factas ſuo ,, Officiali ex cauſa officii, vel impedientes ſuos Mini- ,, ſtros in iis, quæ ad cauſam pertinent, vel impedien- ,, tes teſtes ne ſe examini ſubjiciant, & etiam poteſt ,, falſos teſtes punire pœna extraodinaria, ſi tamen ex ,, hoc impeditur Judicis juriſdictio &c. ,,. Ceterum monet *Num.* 28, quod ut Delegatus exerceat juriſdi- ctionem ſibi commiſſam, eandem, ſervatis ſervandis, prius ſignificare debet, & initio proceſſus inſerere de- legationis tenorem, *declarando deſtinationem Actuarii in illa cauſa*. Subdit *Numero* 29, quod Judicis inferioris Delegatus exequi nequit ſuam ſententiam, quia, lata ſententia, expirat ipſius juriſdictio, niſi ipſamet ſen- tentiæ executio nominatim fuerit delegata. *Nume- ro* 19 docuerat, quod ex morte delegantis, ſi res ſit integra, ceſſat juriſdictio Delegati; non ceſſat vero, ſi res non ſit amplius integra, vel ſi delegatio facta ſit officio, ſeu dignitati : tunc enim tranſit ad officii ſuc- ceſſorem.

XXXVIII. Judex Ordinarius cauſas alteri delega- tas, ubi voluerit, etiamſi res non ſit integra, poteſt ad ſe vocare, & alteri delegare, vel per ſeipſum illas cognoſcere. Qua de re certior fiet, qui prius Dele- gatus erat. Ut autem Generalis Magiſter Prædicato- rum Familiæ Judex eſt Ordinarius, & immediatus om- nium Fratrum, Conventuum, Provinciarum, ſicuti legitur in *Conſtitutionibus noſtris Diſtinctione I Cap.XV Textu I Litera F.*; hinc cauſas cujuſcunque Religioſi, quantumvis res non ſit integra, poteſt ad ſe vocare. Id etiam licet cuilibet Provinciali in ſua reſpective Provincia.

XXXIX. Capite I Tractatus, de quo diſſerimus, agitur *de Petitione, ſeu Delatione Criminis*. Duo do- cet Auctor, primo quod Judex non ex privata notitia, ſed ex publica ſcientia procedere debet, ſecundo quod illam publicam ſcientiam comparat, vel ex accuſatio- ne, vel ex denunciatione juridica, vel ex clamoroſa inſinuatione (quam infamiam vocant) vel a notorie- tate facti, vel demum ab indiciis graviſſimis facti, ſive permanentis, ſive tranſeuntis. Hinc concludit, triplicem eſſe procedendi modum, vel per Inquiſitio- nem, vel per Denunciationem, vel per Accuſatio- nem. Id habetur ex communi Doctorum Sententia, quæ nititur *Capite = Qualiter, & quando = 2 de Ac- cuſatione*. Nec adverſantur, qui duplicem duntaxat diſtinguunt procedendi modum, quorum unus eſt *ad alicujus inſtantiam*, alter dicitur *ex officio*. Iſte ſiqui- dem fit per *Inquiſitionem*: ille per *Accuſationem*. *De- nunciatio* ad alterutrum ſpectare poteſt.

XL. Capite II Tractatus agitur *de modo proce- dendi per Inquiſitionem*. Docet in primis Auctor, quod Inquiſitio fit, quando Judex inquirit ex officio delicta Subditorum. Secundo, duplicem diſtinguit Inquiſitionem, Generalem unam, quando Prælatus Conventum viſitans, præcepto Fratres adigit, ut re- velent, quæ corrigenda ſunt : ſpecialem alteram, quæ verſatur circa ſingulare delictum. De iſta loquens docet Tertio, ipſam tunc fieri : ,, cum crimen aliquod ,, eſt perpetratum, & eſt omnino occultus criminoſus : ,, vel, ſi non eſt omnino occultus, non eſt tamen ali- ,, quis contra eum accuſator; ſed tantum, vel in in- ,, quiſitione criminis alicujus revelator, vel infamiæ ,, delator, vel ipſe, ejus in notorietate facti publice ,, deprehenſus, ſui ipſius revelator ,,. Hinc docet Quarto, quod Inquiſitionem iſtam præcedere debet evidentia facti, & publica ſcientia, non autem privata. Addit Quinto, quod non ſe extendit niſi ad crimina, de quibus aliquis laborat infamia, non autem ad aliqua alia occulta. Ex hoc infert Sexto, quod ,, inquirens ,, ex officio debet habere ſummariam probationem, & ,, quidem ſemiplenam, ſi contra perſonam inferioris ,, conditionis : omnino autem plenariam, ſi contra ,, inſignem, antequam citet reum ad inquirendum, ,, vel puniendum ,,. Septimo, quod ſpectat occulta revelanda duplicem Regulam propouit. Hæc prima : ,, Secretum in Sacramentali Confeſſione auditum nul- ,, lus Sacerdos quomodocunque præcipienti Prælato, ,, neque directe, neque indirecte, nec verbo, nec ,, nutu, nec ſigno, nec ſcripto, neque quovis alio ,, excogitabili modo audeat revelare. Quod ſi fece- ,, rit, pœna Sacrilegii puniatur ,,. Secunda eſt iſta : ,, Secretum ab aliquo ſub fidem ſilentii receptum, ſi ,, vergit in præjudicium, vel periculum Ordinis, aut ,, perſonarum, vel ex ejus retentione imminet peri- ,, culum ſcandali, vel ruinæ, vel grave damnum, ,, aut incommodum alicujus Fratris, vel Communi- ,, tatis, cui poteſt obviari per revelationem ſecreti : ,, Prælato præcipienti in genere, tenetur Subditus ,, illud revelare, quia ſicut juramentum non eſt vin- ,, culum iniquitatis, ſic ſecretum promiſſum, vel ,, commiſſum, non debet eſſe vinculum, aut velamen ,, ſcandali, & ruinæ, & maximi damni proximi, vel ,, Communitatis. Non tamen tenetur de illo crimine ,, ſibi ſub ſecreto commiſſo illum accuſare, niſi poſſit ,, hoc

„ hoc ſufficienter probare, quia nullus tenetur ad id, quod nequit perficere „. Monet Octavo, quod habita informatione de crimine citandus eſt reus. Docet Nono, quod, citato, & comparenti reo, Judex, anteaquam præceptum de veritate dicenda faciat, & reus reſpondere teneatur, debet ipſi cauſam ſignificare propter quam citatus, ſeu vocatus fuit. Formulam tandem deſcribit in Actis conſcribendis ſervandam. Adeas *Paſſeriaum* Parte II Cap.I pag.453 &c.

XLI. Hæc Auctor Tractatus, cujus hic ſermo, circa quæ notandum, quod Inquiſitio eſt *incerta, & occulta inveſtigatio ejus, quod certo cognoſci debet, ut Judex juſte judicare poſſit, & ſolvere, vel ligare*. Dividitur, uti jam dictum fuit, in generalem, & ſpecialem. Utraque habet pro objecto *Delictum*, & *Delinquentem*. Neutra deficit Actore; fama ſiquidem, vel notorietas delicti, inſtar accuſatoris eſt. Ab aliis dividitur in Generalem, Specialem, & Mixtam: *Mixtam* dicunt quando delictum eſt publicum, ſed delinquens occultus, vel delictum eſt occultum, ſed de certa perſona inquiritur, an aliquod delictum commiſerit? Huc ſpectat alia diviſio Inquiſitionis in generaliſſimam, generalem, & ſpecialem. Generaliſſima dicitur quando tam delictum, quam delinquens ignorantur: Generalis, cum alterutrum ex ipſis notum eſt, ſed aliud inquiritur: Specialis, quando de certo delicto inquiritur, an a certa perſona patratum ſit? Alia inſuper eſt Inquiſitio Paterna, alia Judicialis, de qua loquimur. *Hæc vero Inquiſitio* (Judicialis) *diſtinguitur*, inquit *Paſſerius* Quæſt.VIII Art.I Num.6, *in genericam, & ſpecificam. Prima eſt genus ad omnem proceſſum, ſive fiat per accuſationem, ſive per denunciationem, ſive quocunque alio modo. In his ſemper inquiritur veritas, vel delicti, vel innocentiæ*. De Inquiſitione illa Generica impræſentiarum non agitur. *Inquiſitio Specifica*, cujus hic ſermo, *eſt illa, quæ fit per modum procedendi, qui ſit diſtinctus a modo procedendi per accuſationem, aut querelam. Et hæc eſt inveſtigatio facti, & juris occulti .... ſed inchoata a Judice ex officio, & non ad alicujus particularis inſtantiam*.

XLII. Id diſcriminis eſt generalem inter & ſpecialem Inquiſitionem juridicam, quod ad generalem neceſſe non eſt, infamiam, vel delicti, vel delinquentis præceſſiſſe: ſpecialem vero præcedat oportet infamia. Quæ ſi non præceſſerit, poteſt per Inquiſitionem generalem parari via ad ſpecialem. Quæ fuſius tractat *Paſſerius* de his conſulendus In Regulari Tribunale Parte I Quæſtione VIII ab Articulo II ad XIII. Quærit Articulo XII Numero 69: *Qaid requiratur ad hoc ut depoſitiones factæ in Viſitatione ſint judiciales?* Reſpondet, quod apud Regulares „ Viſitatores ſub præcepto obligant Subditos ad deponendum, & ipſi poteſtatem habent, ut cauſas Subditorum judicialiter cognoſcant, & ideo bene poſſunt ex depoſitis in viſitatione procedere ad reos interrogandos, & poſtea etiam ad ulteriora procedere. Et in Ordine Prædicatorum hæc eſt praxis ordinaria, imo in cauſis, quæ non inferunt infamiam Ordini, vel Reo, ubi in viſitatione conſtet de alicujus Prioris delicto, dantur illi capita, quæ contra illum in viſitatione emergunt, &, audito illo, ad ulteriora proceditur, etiam ad illum removendum. Et ſic viſitationes fiunt nedum ad correctionem, ſed etiam, ſi opus ſit, ad delinquentes puniendos.

XLIII. Capite III Tractatus loquitur Auctor *de modo procedendi per Denunciationem*, quam duplicem eſſe docet, *Evangelicam* unam, *Judicialem* alteram. Evangelica ſequitur Correctionem Fraternam, quæ fuerit infructuoſa, ſoli innititur caritati. Finem, habet delinquentis emendationem, ut ipſum Præpoſitus moneat non ut Judex, ſed ut Pater. Judicialis innititur partim caritati, partim juſtitiæ; licet enim peccatoris emendationem quærat, offenſæ tamen ſatisfactionem poſtulat, media inter denunciationem Evangelicam, & accuſationem, quæ publicam vindictam legis in ſuo rigore petit. Hæc ubi docuit Auctor, notat, quod ex peccatis alia publica ſunt, alia occulta. „ In publicis, inquit, non tenetur Denunciator præmittere correctionem Fraternam, quia hæc tantum de occultis fieri præcipitur. Qui autem publice aliquem offendit, non ſolum eum, cum peccat, offendit, ſed etiam alios videntes, quos turbat. Peccata autem occulta adhuc ſunt ſubdividenda: nam quædam ſunt in nocumentum corporale, vel ſpirituale proximi, ut proditio Civitatis, vel averſio hominis a fide, & in horum denunciatione non debet præmitti correctio, quia non ſolum in te peccat, ſed etiam in alios: niſi forſan firmiter exiſtimares, quod proditor, vel hæreticus, per correctionem a delicto averteretur, quod difficile creditu eſt, & ideo talia delicta denuncianda ſunt. Quædam vero peccata omnino occulta ſunt, quæ malum inferunt tantum peccanti, vel ei etiam in quem peccatur, per offenſam, vel notitiam ſolam: & in his denunciandis, ſecreta monitio præcedere debet. Sunt tamen aliqui caſus a Theologis præſcripti, in quibus non tenetur (aliquis) præmittere correctionem ſecretam denunciationi judiciali: ſcilicet, quando nulla eſſet ſpes emendationis, quando ſibi juſte timeret de malo inferendo, quando in delicto gravi periculum eſſet in mora: quando ageretur de delicto in perniciem multitudinis: Et quando punitio delicti eſſet ob ſcandalum maxime neceſſaria „. Formulam tandem deſcribit Auctor ſervandam in actis conſcribendis, de qua fuſius *Paſſerinus* in Regulari Tribunale Parte II Cap.I pag.456 &c.

XLIV. Circa Denunciationem judicialem notat *Paſſerinus* ibidem Parte I Quæſt.IX Art.I, quod iſta vix diſtinguitur ab Accuſatione, vel Inquiſitione. Etenim vel Denuncians inſtat pro juſtitia obtinenda, & tunc proceditur per viam Accuſationis, quæ licet non habeat formalitates omnes quas jura pro Accuſatione requirunt, ipſi tamen competit Accuſationis ſubſtantia; & Accuſationis ſubſtantialia ſervari debent: Si vero Denuncians non inſtat ut jus dicatur, ſed duntaxat crimina judici manifeſtat, permittens ipſi, an procedere velit, necne? Tunc, ſi procedat Judex, id ex officio facit per viam Inquiſitionis, licet *excitatus* id faciat. Cum excitatur Judex contra Reum in ſpecie denunciatum, neceſſe eſt quod in Actis conſtet de Denunciatione, ſeu crimine, de Denunciante, de Denunciato, & de Judice cui fit Denunciatio. Hæc in ſcriptis fiat, oportet. Si per Epiſtolam facta fuerit, in actis reponenda erit Epiſtola, cujus Auctor ubi manum ſuam recognoverit, completa erit Denunciatio. Hæc apprime notanda. Licet enim, ut obſervat *Paſſerinus* ibidem Articulo ſecundo Numero to, Regulares „ non teneantur ad formam Denunciationis ſecundum ordinem juris communis, & ad ea omnia, quæ Canoniſtæ, & Juriſtæ cenſent eſſe neceſſaria ad Denunciationem, hæc tamen ſubſtantialia ſervare debent, ſcilicet, ut in Denunciatione exprimantur nomina Denunciantis, Denunciati, Judicis, & Delicti, & dies, menſis, & annus præſentationis, & quod denunciatio vel detur in ſcriptis, vel in actis redigatur a Notario „. Si vero Judex excitetur duntaxat in genere, non autem contra

contra Reum in ſpecie denunciatum, tunc initio Proceſſus, qui per viam Inquiſitionis fiet, meminit quidem excitationis, ſed per clauſulam generalem = *Cum ad aures noſtras deductum fuerit &c.* = Notat ibidem *Paſſerinus* Num.15, quod vi conſuetudinis „ ſimul
„ poſſunt concurrere, & cumulari Accuſatio, De-
„ nunciatio, & Inquiſitio, in principio, medio, &
„ fine judicii criminalis.......... Unde, licet pro-
„ ceſſus factus per viam accuſationis eſſet nullus,
„ poſſet Judex, ſi ſubſiſteret denunciatio, proſequi
„ judicium via denunciationis, & ſi hic quoque
„ eſſet nullus, poſſet uti via Inquiſitionis. Et ſic da-
„ to quod accuſatio, & denunciatio ſint nullæ, ni-
„ hilominus Judex poteſt ex illa notitia uti via Inqui-
„ ſitionis generalis, & per illam ſibi parare viam ad
„ Inquiſitionem ſpecialem.

XLV. Capite IV *de modo procedendi per viam Accuſationis* differit Auctor Tractatus, & docet, quod nullus poteſt aliquem accuſare de crimine, quod non poteſt probare: addit, quod qui ſciverit, & probare poteſt, crimen vergens in damnum ſpirituale, vel temporale Communitatis, tenetur ex præcepto Reum accuſare: ſubdit, Accuſationes ſemper in ſcripto fieri debere: aſſerit, quod Judex tenetur, Accuſationem ſibi factam proſequi: Formulam tandem deſcribit in actis conſcribendis ſervandam.

XLVI. Accuſatio, ut ex S. Thoma 2. 2. Quæſtione LXVIII Art.I docent Auctores, eſt delatio Rei de crimine commiſſo facta in ſcriptis coram Judice competente ad vindictam publicam (vel ad proprium intereſſe, ut addunt aliqui, nec immerito) legitima interveniente ſubſcriptione. Hinc liquet quænam ſint Accuſationis conditiones: ſcripto ſiquidem fiat, oportet: exprimi debent Accuſatoris, Accuſati, & Judicis nomina, ac delictum cum circumſtantiis, & in primis declarandum quo anno, quo menſe, quo die, delictum fuerit patratum: Accuſator juret, oportet, ſe zelo juſtitiæ duci, non autem animo calumniandi: ad pœnam tandem talionis ſe obligat. Hæ ſunt ſolemnis Accuſationis conditiones. Etenim ſi accuſator ſe ad pœnam talionis obligare renuat, tunc Delatio *Querela* erit, non autem ſolemnis Accuſatio. Cetera quæ ſpectant Accuſationem, S. Thomas exponit Quæſtione laudata, ubi notat quod Accuſatio tribus modis injuſta eſt, ſi nempe fiat ex calumnia, prævaricatione, vel tergiverſatione, de quibus adeas etiam *Paſſerinum* Queſtione VII Articulo II pag.62 &c. De pœna Talionis differit ibidem Articulo V pag.65 &c.

XLVII. Præter triplicem procedendi modum jam aſſignatum, per Inquiſitionem ſcilicet, Denunciationem, & Accuſationem, alius dicitur modus procedendi per evidentiam facti, cum ſcilicet factum ita notorium eſt in ratione delicti, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, vel cum Reus in fragranti delicto repertus eſt. De hoc modo conſulendus *Paſſerinus* Quæſtione X pag.96 &c.

XLVIII. Capite V Tractatus agit Auctor de Teſtibus, & docet: Primo quod in duobus caſibus tenentur Teſtes ſe ſponte exhibere; quando nempe crimen eſſet in damnum Communitatis, & quando ſcirent, aliquem injuſte condemnari. Secundo quod Teſtis requiſitus tenetur dicere veritatem quando delictum non eſt occultum, quia occulta ſoli divino judicio ſubſunt. Tertio quod duo Teſtes conteſtes, omni exceptione majores, plene poſſunt probare delictum, & ad majorem certitudinem tres, quorum tamen nullus ſit accuſator, aut denunciator. Quarto, quod Teſtimonium ex auditu debile eſt, & aliquando vix unius auctoritatem habet; nam centum poſſunt, quod narrant, audiiſſe ab uno, & unus poteſt illud idem quod vulgat audiiſſe a centum. Quinto, quod Teſtis falſum deponens peccat mortaliter. Sexto, quod Teſtes Conteſtes debent interrogari de cauſa ſcientiæ, de modo ſcilicet quo ſciunt, crimen illud fuiſſe commiſſum: an id ipſis compertum vel viſu, vel auditu, quando, ubi, quo præſente, quomodo, quoties factum viderunt? Septimo, quod Teſtes Conteſtes, vel ſingulares, qui deficiunt in primo Capitulo non ſunt admittendi ad ſequentia. Octavo, quod inter indicia numerandum illud de quo Conſtitutiones Ordinis noſtri loquuntur, ubi legitur = *Si quis autem de mala familiaritate notabiliter ſuſpectus fuerit &c.*

XLIX. Teſtes adhibentur ut probetur delictum. Quapropter ubi differuit Auctor de modis procedendi, loquitur de mediis ad probandum. Definitur autem Probatio, Oſtenſio rei dubiæ per legitimos modos Judici facienda in cauſis apud eundem Judicem controverſis. Legitimi modi iſti, ſeu media ad probandum, ſeptem numerantur, Evidentia nempe rei, Teſtes, Scriptura, Confeſſio partis, Juramentum, Præſumptio, Fama. Ex his mediis habetur probatio, quæ dividitur in plenam, & ſemiplenam. Plena dicitur quæ tantam fidem facit quanta neceſſaria eſt ad finiendam cauſam. Secus dicendum de ſemiplena quæ licet aliquam fidem faciat, ea tamen non eſt quam Judex ſequi poſſit in ſententia ferenda. Dividitur etiam probatio in evidentiſſimam, evidentem, & minus evidentem. Ceterum vulgare axioma = *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores* = inde eſt quod probationes ortum habent a ſenſu, cum teſtes oculares vel ipſummet delictum quod viderunt teſtificantur, vel quæ viderunt indicia ex quibus infertur delictum, & probationes ſunt adeo claræ, ut nullam relinquant obſcuritatem, & dubietatem. Quæſtione XIII Articulo III Num.47 pag.163 quærit *Paſſerinus*, quænam Regula ſervanda ſit ad videndum, an in criminalibus plures probationes ſemiplenæ, vel imperfectæ jungantur, ut faciant unam plenam? Reſpondet, quod *Probationes ..... Semiplenæ non junguntur, ut faciant unam plenam niſi reſpectu objecti, quod immediate ex illis probatur.* Etenim „ primo attendi debet, quod ſi
„ probationes non ſunt certæ naturaliter, ſed mere
„ præſumptivæ, & ſic ſufficientes ſolum ad inducen-
„ dam opinionem; quia opinio non eſt cognitio mo-
„ raliter certa, ſed etiam practice admittit ſuſpicio-
„ nem oppoſiti, & ideo eſt cognitio dubia: ideo iſtæ
„ probationes, nec ſunt ſemiplenæ, ſed dubiæ, & ex
„ illis, etiamſi ſint pluſquam mille, & pluſquam cen-
„ tum mille, non conficitur nedum una plena, ſed
„ nec una ſemiplena probatio: quia cumulus iſtarum
„ probationum non eſt niſi cumulus probationum in-
„ certarum, quarum quælibet nedum negative, ſed
„ privative, eſt incerta, & ideo ex illis non colligi-
„ tur niſi unum totum incertum....... Unde, ut be-
„ ne docent Philoſophi, & Theologi, ex innumeris
„ opinionibus non integratur una ſcientia, & certa
„ cognitio. Et ſic ex innumeris probationibus, &
„ notitiis opinativis, & incertis, non integratur una
„ certa probatio, & notitia, quæ ſaltem ſit ſemiple-
„ na: quia hæc debet eſſe certa, ut ſic ex pluribus
„ ſemiplenis integretur illa certa probatio, quam jus
„ naturale, & divinum requirunt ad imponendam
„ pœnam gravem. Secundo attendi debet, quod ad
„ hoc ut probationes ſemiplenæ, jungantur, ut fa-
„ ciant unam plenam, neceſſe eſt, quod omnes iſtæ
„ ſint probationes immediatæ illius facti, ſeu delicti,
„ quod debet eſſe plene probatum. Sic probationes
„ indicii indubitati, etiamſi ſint centum mille, pro-

„ bant

,, bant mediate delictum cujus indicium eſt ſignum
,, indubitatum, ſed non junguntur, ut plene probent
,, delictum, ſed ſolum ut plene probent indicium.
,, Quia delictum non magis plene probatur, quam
,, probare poſſit indicium, quod eſt indubitatum
,, ſignum delicti: hoc vero ſolnm probat delictum
,, ſemiplene: igitur ſemiplenæ probationes indicii
,, junguntur quidem ad plene probandum indicium,
,, ſed tamen omnes ſimul ſumptæ non probant deli-
,, ctum niſi ſemiplene, quia non probant delictum
,, niſi medio indicio, ex quo delictum non probatur
,, niſi ſemiplene. ,, Hinc ibidem Num.75 pag.169
,, Ego, inquit *Paſſerinus*, nunquam crediderim,
,, quod ad pœnam extraordinariam ſufficiat probatio
,, etiam pluſquam ſemiplena, niſi ſit plena quæ con-
,, ſurgat ex duabus ſemiplenis, quia tam Lex divina,
,, quam naturalis, ad damnandum requirit dictum
,, plurium, & ſic plures ſemiplenas probationes.
,, Hujuſmodi vero ſemiplenæ probationes ad pœnam
,, ordinariam debent eſſe tales, quales ſunt illæ, quas
,, ferunt duo teſtes conteſtes omni exceptione majo-
,, res, quia duorum Teſtimonium eſt verum. Sed,
,, quia contingit, quod ſemiplenæ probationes licet
,, in ſubſtantia ſint tales, quia ſunt moraliter certæ,
,, & indubitatæ, quales ſunt probationes, quæ ha-
,, bentur ex indiciis indubitatis plene probatis, quæ
,, tamen ſunt longe minores quam illæ quæ habentur
,, ex duobus Teſtibus, ideo illæ non ſufficiunt ad pœ-
,, nam ordinariam majorem, ſed ſolum ad minorem
,, extraordinariam, ad quam tamen ad minus ſunt ne-
,, ceſſariæ duæ ſemiplenæ probationes illius delicti in
,, individuo pro quo Reus puniri debet ,,. Huc etiam
ſpectat quod ibidem dixerat *Paſſerinus* Nnmero 43,
pag.162: ,, Neceſſe eſt, ut iterum atque iterum ſem-
,, per replicem duo. Primum eſt, quod ad damnan-
,, dum Reum ad pœnam gravem non ſufficit una ſemi-
,, plena probatio delicti, quia ex Chriſti Domini no-
,, ſtri ſententia teſtimonium duorum, vel trium, eſt
,, verum. *Joannis Cap.VIII*. Et ita quod ſolum in ore
,, duorum, vel trium, ſtet omne verbum ,,. *Deute-
ronomii Cap.XVII, & XIX. Matthæi Cap.XVIII: II
ad Corinth.XIII: Hebr.Cap.X*. ,, Unde ad damnandum
,, Reum ad pœnam gravem requiritur una probatio,
,, quæ non ſit ſimplex, ſed compoſita, & integrata ex
,, duabus, vel tribus ſemiplenis probationibus. Se-
,, cundum eſt, quod plena probatio habet plures gra-
,, dus: Nam longe major eſt certitudo quæ conſurgit
,, ex dicto duorum vel trium teſtium majorum omni
,, exceptione ....multo minor eſt certitudo quæ
,, habetur per indicia, quia hæc regulariter non con-
,, ſtant judici per evidentiam rei, ſed quia ſunt pro-
,, bata, & ut plurimum connexio inter indicium, &
,, delictum non eſt moraliter tam certa, quam cer-
,, tum eſt, quod dictum duorum teſtium vel trium
,, ſit verum. Unde eſt quod regulariter probatio de-
,, licti per indicia non ſufficit ad pœnam ordinariam,
,, ſed ſolum ad extraordinariam. Ideo ad damnan-
,, dum Reum ad pœnam gravem ſic eſt neceſſaria pro-
,, batio plena conſurgens ex duabus ſemiplenis, quod
,, tamen non eſt neceſſaria pleniſſima, ſeu plene ple-
,, na, ſeu ſuprema inter plenas, quæ eſt neceſſaria ad
,, pœnam ordinariam, ſed ſufficit probatio plena in-
,, ferioris gradus, dum tamen non ſit ex ſolo unico
,, teſte, quia hæc non eſt plena, ſed ſemiplena, ſed
,, ſit ſaltem ex pluribus indiciis, ſeu mediis ex quo-
,, rum quolibet conſurgat ſemiplena, & immediata
,, probatio delicti ejuſdem. Et hanc probationem non
,, præbent teſtes ſingulares, qui immediate non de-
,, ponunt de eodem numero delicto, ſeu de eadem
,, numero re, ſed de diverſis, & reſpectu illius rei,
,, quam immediate probant, ſunt unici, & illam ſo-
,, lum ſemiplene probant ,,. Conſulendus *Paſſerinus*
Quæſt.XXV Art.II pag.336 &c., & Quæſt.XXIX Ar-
ticulo I pag.412 &c.

L. Ceternm ut dignoſci poſſit, quid, & quomodo probent Teſtes ſingulares, varias Regulas generales exhibent Auctores. Prima: *Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa nunquam probant*. Obſtativa ſingularitas dicitur contrarietas teſtium circa eundem actum: qualis, exempli gratia, fuit in Cauſa Suſannæ. Agebatur de unico adulterio, teſtes contrarii reperti ſunt quoad locum, & ideo pœnas falſi dederunt. Secunda: *Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculativa in criminalibus nunquam plene probant ad effectum damnandi in pœnam ordinariam, ſed ſolum probant ſemiplene, & aliquando pluſquam ſemiplene*. Singularitas Adminiculativa, & Cumulativa reſpicit idem factum, cum non eſt contrarietas inter teſtes, ſed ſingularitas duntaxat, quia unus utitur uno medio, alius altero, ut, exempli gratia, cum unus de viſu, alter de auditu teſtificatur unum & idem factum. Etenim ſi facta ſint diverſa, ut, ex gr., ſi quis dicat, Titius occidit Sempronium, alius aſſerat, quod Titius occidit Alexandrum, tunc erit ſingularitas diverſificativa, ſeu ſubalterna. Tertia: *Ubi adſunt aliqui Teſtes Conteſtes, ſingularitas aliorum, ſi non eſt obſtativa, non nocet*. Quarta: *Teſtes ſingulares, junctis adminiculis, probant, etiam in criminalibus, ſed non plene ad damnandum in pœnam ordinariam*. Addit *Paſſerinus* mox laudandus, quod iſti ad pœnam extraordinariam ſufficiunt, ſi ex illis conſurgunt plures ſemiplenæ probationes, ex quibus habeatur, & integretur una plena delicti probatio, licet minor ſit illa quæ habetur ex duobus teſtibus omni exceptione majoribus. Quinta: *Teſtes ſingulares faciunt indicium, & præſumptionem ſufficientem ad inquirendum, & aliquando ad torquendum*. Alias Regulas vide apud *Paſſrrinum* Quæſt.XIII Art.III. Num.71 pag.169. Fuſe, ac erudite differit idem Scriptor de his omnibus quæ ad hanc materiam pertinent. Conſulendus a Quæſtione XII pag.112 ad Quæſtionem XX pag.269. Quæſtione XII Articulo I pag.112 notat, quod Teſtis idoneus eſt Teſtis omni exceptione major, nam ſi contra Teſtem dari poſſit exceptio legitima, ille non eſt idoneus: nec obſtat exceptio minima, vel levis quæ nullius momenti ſit. Circa Teſtes inhabiles legenda quæ docet ibidem Articulo XXI a pag.140 ad 144. Quæſtione vero XI Articulo II pag.108 Num.27 obſervat, quod licet ex jure communi juramentum ſit de ſubſtantia judicii, apud Regulares tamen ſufficit, quod Religioſus teſtimonium dicat ſub præcepto S. Obedientiæ, vel excommunicationis, juxta propria Statuta. In Ordine Prædicatorum Teſtes examinantur per præceptum, quod *Formale* vocant. Ibidem Artic. III pag.111 docet, quod Laicus, ſeu Secularis, non eſt prohibitus teſtimonium ferre coram Judice Regulari, cui cum concedatur juriſdictio in ſuos ſubditos Religioſos, ſimul conceditur id, ſine quo Juriſdictio non poteſt exerceri. Hinc licet territorium Regularium non ſe extendat extra Monaſterium, & Judices Regulares non poſſint compellere Seculares, ut teſtimonium dicant, poſſunt tamen illos recipere ſi voluntarie veniant, & illos, adhibito juramento, examinare. Quid in examine Teſtium obſervandum ſit, docet ibidem Quæſt.XV Art.VIII pag.221 &c. Potior ex conditionibus requiſitis ad examen Teſtinm iſta eſt, ut fiat coram Judice competente, qui ſcilicet habeat Juriſdictionem in cauſa, quæ tractatur, & poſſit illam cognoſcere, judi-
care,

care, definire. Hinc *Paſſerinus* ibidem Articulo I pag.203 Num.8 inſert, quod Prælatus Regularis ſubditum ſuum damnare non poteſt vi Proceſſus ab Epiſcopo facti. Vide quæ docet ibidem Num.17 pag.205. Addit Numero 19 pag.206, quod in criminalibus Judex per ſe ipſum teſtes examinare debet, nec poteſt illud examen alteri committere. Caſus aliquot excipit. Articulum vero ſic abſolvit Numero 27: „ In Regularibus...... Provincialis intra ſuam Provinciam, „ & Generalis per totum Ordinem poſſunt committere examen teſtium, ſed Commiſſarii delegati non „ poſſunt illud ſubdelegare „. Nec omittendum, quod poſt accuſationem, denunciationem, infamiam, vel querelam, priuſquam Judex ad ulteriora procedat, probandum eſt corpus delicti. Ut enim non eſt poſſibile, aliquem deliquiſſe, niſi crimen patratum ſit, ita nec eſt poſſibile, quod probetur, aliquem culpa teneri, niſi prius conſtet, culpam eſſe commiſſam. Qua de re duo præ oculis habenda. Primum: Ex jure naturæ nullum poſſe damnari niſi in judicio conſtet illum deliquiſſe, & ſic niſi conſtet de delicto, & delinquente: & ideo per nullum ſtatutum humanum decerni poſſe, ut non ſit neceſſe probari corpus delicti, ſaltem per Teſtes, indicia, & conjecturas. *Paſſerinus ibidem Quæſt XXI Articulo unico Num.43 pag.274.* Secundum: Quod probatio corporis delicti per viſum, & repertum, ex ſolo jure poſitivo de ſubſtantia judicii eſt. Etenim de jure naturæ ſufficit, quod Judex ſit certus de delicto. Quapropter in delictis facti tranſeuntis, etiam de jure poſitivo ſufficit hæc certitudo. Sed ſine hac certitudine per nullum Judicem, quantumcunque privilegiatum judicari poteſt de ſubſtantia, & qualitatibus delicti. *Paſſerinus ibidem Num.17 pag.271.*

LI. Capite VI Tractatus ſæpe laudati agitur de Reo. Docet Auctor: Primo, Quod Reus tenetur dicere veritatem ad interrogata, ſi ſecundum ordinem juris interrogetur: id eſt: quando interrogatur a Judice competenti, & quando præcedit infamia contra Reum, vel indicia manifeſta, vel ſemiplena probatio. Secundo, Quod, etiamſi Reus interrogetur contra ordinem juris, mentiri non poteſt, cum mendacium ſit intrinſece malum, poterit tamen tacere veritatem. Tertio, Quod ſi per præceptum veritas haberi nequeat, & urgeant indicia gravia circa delictum enorme, tunc deveniendum ad ſequeſtrationem. Quarto, quod ſi prædicta non ſufficiant ad indagandam veritatem, aliud medium eſt tortura, & tormenta corporalia, quæ in familiis Religioſis ſunt abſtinentiæ, diſciplinæ, & id genus cetera. Quinto, Quod contra abſentem, vel inauditum, ſententia nunquam proferri debet. Si petierit tempus ad reſpondendum, concedi debet: Si Procuratorem, debet unus ex Fratribus aſſignari qui reſpondeat. Sexto, Quod Reus patienter eſt interrogandus, & variis interrogationibus urgendus ut veritatem declaret: nec unquam ipſi promittenda impunitas, ſi confiteatur, niſi complex eſſet aliorum delinquentium, & veritas aliter dignoſci non poſſet. Septimo, Quod inquirendum Rei nomen, progenies, Civitas, conditio, mores, ut ſe habeat in examine, an palleat, rubeat, timeat, titubet, vacillet, audacter reſpondeat. Hæc enim omnia ſcribenda ſunt. Octavo, Cavendum ab interrogatoriis ſuggeſtivis. Nono, Improbandæ reſponſiones Rei, quæ falſitatem redolent, ſi negaret, ex gr., quod jam confeſſus eſſet &c. Omnia vero interrogata, & reſponſa ſcribenda ſunt, nec interrumpendæ Rei reſponſiones. Decimo, Reus interrogandus an inimicos habeat, & dicat inimicitiæ cauſam. Undecimo, Si in Camera Rei reperta ſint indicia, vel ſcripta &c., ipſi ſunt oſtendenda ut recognoſcat illa. Duodecimo, Denegatis defenſionibus, nunquam procedi poteſt ad torturam. Quamobrem, completo proceſſu, offerendæ ſunt Defenſiones. Decimotertio, Audita Rei confeſſione, ſi quædam reperiantur quæ vim plenæ, vel ſemiplenæ, probationis habeant, Reus mittendus in *Arreſtum* quod vocant, ſed Judex hac de re prudenter ſe gerat. „ Si enim aliquis eſt inſignis auctoritatis, vel opinionis, ex cujus detentione major eſſet „ infamia, damnum, vel ſcandalum Communitati, „ quam ex delicto, de quo eſt infamatus. non tamen „ convictus, neque plenarie confeſſus: ſi deinde non „ eſt periculum de fuga alicujus, qui nondum eſt plene convictus, aut confeſſus, non procedat inquirens ad realem detentionem ipſius. Nam hæc eſt injuria irreparabilis, & infamia, quæ nunquam ex „ perſona, & Communitate aboletur, etiamſi poſtmodum ſententialiter abſolvatur Reus. Secus ſi ſit „ perſona mediocris, vel inferioris conditionis, & „ eſt periculum evidens de fuga illius, & non oritur „ ſcandalum „. Decimoquarto, Reo in *Arreſto* detento debet Judex tempus & locum defenſionis dare, porrectis illi Articulis, de quibus in Proceſſu: deinde probationibus, nominibus teſtium, copiis indiciorum, inſuper, & nota propriæ confeſſionis, & inquirere, an velit aliquid opponere contra deponentes, aut depoſitiones, & an velit ſuæ confeſſioni aliquid addere, vel explicare, vel corrigere. Nec deſunt Doctores aſſerentes, neminem poſſe defenſioni renunciare: & in primis illi quæ oritur ex exceptionibus contra teſtes, quibus inter alia objici poteſt inimicitia orta ex jurgiis, conviciis, minis, verberibus, aliiſque præviis, vel etiam ex ſtudiis factionis contrariæ. Decimoquinto, Propoſitis articulis, interrogetur Reus per præceptum, vel ſub excommunicationis ſententia, an id fecerit de quo accuſatur? Decimoſexto, Si crimen eſt notorium, vel Accuſator offerat probationes, Judex recipere non debet purgationem, etiamſi illam offerat infamatus. Decimoſeptimo, Recuſans canonicam purgationem, quia præſumitur Reus, animadverſione canonica puniendus eſt. Decimooctavo, Deficiens in canonica purgatione, Religioſus puniendus non eſt pœna ordinaria. Tunc enim Judex procedit præſumptione, quæ valde ambigua eſt, & extorquet moderationem ſententiæ. Quapropter tunc nec exprimitur cauſa in ſententia lata. Decimonono, Pœnas inter extraordinarias recenſetur correctio verbalis, quæ pro ratione criminis & perſonæ facienda eſt. Vigeſimo, Pœnas inter ordinarias numerandæ privatio vocis, abſolutio ab officiis &c.

LII. Reus dicitur ille qui de aliquo crimine accuſatus, vel inquiſitus, cauſam in judicio dicere compellitur. Ut autem quis inter Reos poſſit conſtitui, indicia præceſſerint, oportet: ſin minus, Judex injuſte ageret, ac peccaret, ut docet *Sanctus Thomas* 2. 2. *Quæſt.LXIX Art.II.* Reum audiendum eſſe, ideoque citari debere, lege naturali præceptum eſt. Eſt autem citatio, Rei legitima vocatio facta de mandato Judicis perſonæ querelatæ, ut compareat coram eodem Judice ad reſpondendum in judicio ſuper his de quibus interrogabitur. *Paſſerinus Quæſt.XXI Artic.II pag.277.* Duplex in primis diſtinguitur Citatio, verbalis una, quæ vel verbo, vel ſcripto fit ad comparendum: Realis, cum quis carceri traditur, ad cuſtodiam tamen duntaxat. Quærunt Auctores, utrum ex tali carcere aliquis cenſeatur ſuſpenſus a Divinis? Reſpondet *Paſſerinus* Quæſt.XXI Art.III Num.LXVIII pag.291 dicens: „ Non dubito, eſſe interim ſuſpenſum, ſi de-
„ lictum

„ lictum pro quo eſt carceratus habeat annexam ex-
„ communicationem, vel ſuſpenſionem ipſo facto,
„ quia, in foro externo ſaltem, talis carceratus eſt
„ excommunicatus præſumptus de jure. Sed ſi car-
„ ceratus non eſt irretitus aliqua cenſura, ex hoc præ-
„ ciſe, quod ſit carceratus, non eſt a Divinis ſuſpen-
„ ſus„. Qui præſens eſt inter Reos conſtitui dicitur, cum Judex illum interrogat, & ipſe reſpondet, tuncque lis ipſi conteſtatur. Caveat Judex ne Reum per aliquam *ſuggeſtionem* interroget. Suggeſtio, ſi vim nominis attendamus, eſt interrogatio per quam ſuggeritur Reo, vel Teſti, mentem interrogantis eſſe, ut ad interrogationem affirmative reſpondeat: id eſt ut ad mentem interrogantis reſpondeat: ſed ex jure ſuggeſtio dicitur omnis injuſta, & doloſa Judicis interrogatio. Dividitur in Apertam, & Palliatam. Quibus modis utraque fiat, docent Auctores apud *Paſſerinum* Quæſt.XXIII Art.II pag.297 &c. Quod Defenſiones ſpectat, poteſt Reus ſe defendere. Primo, Ex nullitate Proceſſus, quæ oritur vel ex defectu juriſdictionis in Judice, qui incompetens eſſet, aut præventus: vel ex eo quod de corpore delicti non conſtet: vel ex defectu citationis legitimæ: vel ex Defenſionibus non conceſſis: vel ex inhabilitate perſonali Teſtium: vel ex contrarietate, falſitate, & id genus ceteris defectibus in Teſtium dictis repertis: vel ex eorundem illegitimo examine. Secundo, Reus ſe defendere poteſt, vel ex eo, quod factum, quod ipſi imputatur non ſit probatum, vel quia non ſit delictum, vel quia non ſit pœna dignum. Tertio, Ex eo quod Inſtantia perierit. Quarto, Ex eo quod cauſa ſit finita. *Paſſerinus* Quæſt.XXVI Artic.VI &c. pag.351 &c. Conſulendus idem Auctor Quæſt.XXX pag.434 &c.

LIII. Capite VII Tractatus Auctor de Sententia loquitur. Tria docet. Primo, Quod Judex Sententiam prolaturus debet in narrativa ſummarie Articulos proponere, & cauſas, quæ ad Sententiam ferendam movent, exprimere, ſententiamque ſcripto conceptam, ſedens in loco judicii pro tribunali ipſe proferre. Varias ſententiarum formulas poſtea deſcribit. Secundo, Quod ſi aliquis ſenſerit ſe gravatum, poterit gradatim appellare, & Apoſtolos, ſeu dimiſſorias literas ad Superiorem Judicem petere, quos illi Prælatus quandoque denegare non debet. Tertio, Quod ſi Judex aliquem deprehenderet in flagranti crimine, judiciario ordine prætermiſſo, adeoque nullis datis Reo defenſionibus, poſſet Sententiam in gravioribus proferre, non ſecus ac S. Paulus ſe geſſit I Corinthiorum V. Adeas *Paſſerinum* a Quæſt.XXIX ad XXXII pag.411 &c.

LIV. Capite VIII de Pœnis loquens Auctor Tractatus duo docet: Primum, Quod, ne crimina ſint impunita, debet Prælatus convicto, vel confeſſo, pœnam ordinariam, in Conſtitutionibus expreſſam, infligere. Secundum, Quod Renuncianti ſuis defenſionibus, ex his quæ reſultant in Proceſſu, attenta perſonæ qualitate, & criminis gravitate, debet pœnam ordinariam, vel extraordinariam, vel ſi ordinariam, non tanto tempore, neque cum tanta rigiditate, quantam, ſi admiſſis, petitiſque defenſionibus, convictus meruiſſet, infligere. De ceteris conſulendas monet Conſtitutiones Diſtinct.I Cap.XVI &c. Adeas etiam *Paſſerinum* Quæſt.XXVII, & XXVIII a pag.386 ad 410.

LV. Capite IX diſſerit Auctor Tractatus de Appellationibus. Duo docet. Primum, quod in Capitulo Generali Carcaſſonen. 1312 ſtatutum ſit, quod quicunque repertus fuerit (judicio ejus ad quem ſpectat) ſine cauſa rationabili a quocunque Superiore ſuo appellaſſe, carcerali cuſtodiæ manciparetur. Secundum eſt, quod a Bonifatio VIII, cujus verba relata ſunt *Numero* 1, ſancitum fuit. Monet tandem hac de re legendas Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum Diſtinctione II Cap.VIII pag.219, & 259. Vide quæ dicta ſunt Num.XXI hujuſce Quæſtionis. Adeas etiam *Paſſerinum* Quæſtione XXXII pag.441 &c. Nec abs re fuerit annotaſſe, quod Appellatio dicitur Provocatio a minori ad majorem Judicem. Dividitur in Judicialem, & Extrajudicialem. Fundamentum Appellationis eſt gravamen. Judex vero gravamen infert dum contra jus in damnum partis judicat. Si gravamen illatum ſit per ſententiam definitivam, licet non ſit valde grave, appellari poteſt. A ſententia vero Interlocutoria non appellatur niſi in duobus caſibus, de quibus Concilium Tridentinum Seſs.XXIV Cap.XX. Primus eſt, ſi Sententia Interlocutoria habeat vim definitivæ. Secundus eſt, ſi Sententia Interlocutoria ferret damnum irreparabile per Appellationem ſubſequentem. Tempus ad appellandum conceſſum decem dierum eſt. A die quo Appellatio interpoſita fuit incipiunt currere triginta dies, qui tam Judici, quam Appellanti, dantur ad petendum, & ad concedendum *Apoſtolos*. Sic vocant literas, ſeu nuncios, quibus Judex denunciat, ſe detuliſſe, vel non detuliſſe Appellationi. Circa Appellationis effectus obſervat *Paſſerinus* ibidem Numero 15 pag.446, quod Superiores illi Regulares, quibus licet ad ſe vocare cauſas ab inferioribus Judicibus cognitas, ut de Generali Magiſtro, & Provincialibus Ordinis Prædicatorum dictum fuit, ubi Subditi ad illos appellant, poſſunt ex quacunque cauſa ſibi bene viſa Appellationes, ſeu recurſus, acceptare, Judicibus inferioribus, & partibus inhibere, ac per ſe ipſos, vel per Commiſſarios, cauſas iſtas cognoſcere. Addit Numero 36 pag.450, quod „ in
„ Ordine Prædicatorum, primo, prohibita eſt Ap-
„ pellatio abſolute, & generaliter, ut patet Diſt.II
„ Cap.VIII §.3, & ex Conſtitutione Bonifatii VIII.
„ Secundo ſpecialiter eſt prohibita Appellatio ab ab-
„ ſolutione ab officio Provincialatus, Prioratus, aut
„ Vicariatus, etiam prætextu gravaminis, ut patet
„ ex Conſt. Diſt.II Cap.VIII §.5: & ex Conſtitutio-
„ ne Julii II data 4 Novembris 1511 ,.... quæ con-
„ firmantur ex aliis Pontificum Conſtitutionibus....
„ Itaque in hoc Ordine, & in aliis, in quibus Appel-
„ latio abſolute eſt prohibita, neceſſe eſt, ut in Ap-
„ pellatione, etiam a Definitiva, aſſignetur cauſa
„ juſta appellandi. Ut enim probatum eſt, ubi Ap-
„ pellatio eſt prohibita, Appellatio non valet, niſi
„ in ea exprimatur cauſa injuſti gravaminis. Et nihi-
„ lominus ubi detur injuſtum gravamen, certum, &
„ manifeſtum, non eſt prohibita Appellatio, etiam
„ quoad ſuſpenſivum. Lex enim prohibens Appella-
„ tionem non favet certæ, & indubitatæ injuſtitiæ,
„ vel Judici, inique ſuum Subditum gravanti. So-
„ lum igitur intelligi debet, ut ſit prohibita Appel-
„ latio ex gravamine non certo, ſed dubio, licet
„ probabili. Et adhuc in hoc caſu non cenſetur prohi-
„ bita Appellatio quantum ad devolutivum, ſed
„ quantum ad ſuſpenſivum.

QUÆ-

QUÆSTIO VI.

Quænam facultas requiratur, ut aliquis ad Romanam Curiam accedat, & ibidem negotia pertractet?

SUMMARIUM.

I. UT aliquis ex Fratribus Romanam Curiam petat, Generalis Magiſtri facultas requiritur ex præſcripto Clementis IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Sixtum V: Clementem VIII: Paulum V:

III. Ac Urbanum VIII.

IV. Ex quorum Diplomatibus Apoſtolicis ortæ leges, quæ nunc etiam, ea de re, vigent in Prædicatorum Familia.

V. Pœnæ hac de re conſtitutæ.

VI. Ne quis, inſcio Procuratore Generali, negotia pertractet in Romana Curia, vetitum ab Urbano VIII.

I. GEneralis Magiſtri facultatem requiri, ut aliquis Romanam Curiam petat, juſſit *Clemens IV Conſt.XLI*, data 24 Februarii 1266 == Circa curam == *Tom.I pag.471*. Eos enim inter Articulos, de quibus in Generalibus Comitiis eodem anno celebrandis deliberandum fore, voluit Clemens, habetur iſte: „Fratres quique ſine Magiſtri licentia, & urgentiſſima neceſſitate, ſeu evidentiſſima cauſa, & utili, ad Sedem Apoſtolicam non accedant.

II. Clemens IV conſentientes habet Succeſſores ſuos, Sixtum V Conſtitut.XXXIX == Quoniam == Tom.VII pag.208: Clementem VIII Conſt.LXIX, data 25 Julii 1599 == Nullus omnino == Tom.V pag.557 Num.13: & Conſtitut.CXXXII, data 20 Martii 1601 == Decretum == Tom.VII pag.227: Paulum V Conſtit.CXIV, data 6 Junii 1614 == Nullos == Tom.VII pag.256. Ibi cautum, ne Fratres Romam petant ſine facultate, quam Generalis duntaxat concedere poſſit. „Nullos Fratres venire Superiores permittant, niſi prius a Generali duntaxat licentiam in ſcriptis impetraverint. Si quis autem ſine hujuſmodi facultate Romam venire præſumpſerit, voce activa, & paſſiva, biennio privatus exiſtat, ſubiturus alias, arbitratu Superiorum infligendas, pœnas, quæ item omnia adverſus eos, qui ſupradictos admiſerint, & receperint, ſine ulla exceptione locum habeant.

„Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium Præpoſitorum, Decretum hujuſmodi felicis recordationis Clementis PP. VIII in omnibus ſervandum eſſe cenſuit, & inſuper Regulares, quovis modo ad Urbem accedentes, ſi ad eorum Conventum non vadant, carceribus eſſe mancipandos. Romæ 6 Junii 1614.

III. Idem ſancitum ab Urbano VIII Conſt.XXIX, data 26 Januarii 1628 == Sacroſanctum == Tom.VI pag.54: „Nos, inquit Urbanus, felici Fratrum Ordinis Prædicatorum ſtatui, proſperæque directioni, & gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere volentes: ſupplicationibus dilecti filii Procuratoris Generalis ejuſdem Ordinis, nomine totius Ordinis prædicti, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, ne de cetero ulli ejuſdem Ordinis Profeſſores, quavis ex cauſa, etiam quantumvis rationabili, privilegiata, & juſta, ſive ſub quocunque prætextu, niſi prius a dilecto filio Magiſtro Generali ejuſdem Ordinis duntaxat, licentiam in ſcriptis impetraverint, ad Romanam Curiam venire audeant, ſeu præſumant, ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, per biennium, tam per eoſdem Fratres, Romam abſque licentia hujuſmodi venientes, quam eos, qui dictos Fratres admiſerint, & receperint, ipſo facto incurren., a qua nonniſi a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſten. abſolvi poſſint, necnon aliis pœnis Superiorum arbitrio infligen., Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, interdicimus, & prohibemus.

IV. Hujuſce Conſtitutionis Urbani VIII meminerunt Acta Capituli Generalis Toloſani 1628. Et ex his Apoſtolicis Diplomatibus ortæ leges, quæ nunc etiam vigent in Ordine noſtro. Vide Conſtitutiones Diſt.II Cap.XIII Textu IV, & Gloſſam ibidem Lit.F. ubi quid a Capitulis Generalibus ſancitum ſit habetur. Adeas etiam *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* Parte III Cap.LXII: *Vincentium Mariam Fontana* Titulo de Curiis: & *Paſſerinum* de Hominum Statibus & Officiis Tomo III Quæſt.CLXXXIX Art. VIII Quæſt.XIII Num.444 &c.

V. Notandum, quod præter pœnam privationis vocis, ſeu utriuſque ſuffragii, quæ ad quinquennium ſtatuta fuit Avenione 1561, pœna inſuper carceris ad ſex menſes lata fuit Mediolani 1622: & in Capitulo Romano 1601 denunciatur, Summum Pontificem Clementem VIII declaraſſe, quod in aliis pœnis arbitrio Superiorum infligendis comprehenditur carcer ad ſex menſes. Vide inſuper Confirmationem XVIII Capituli Generalis Romæ 1694.

VI. Quod ſpectat negotia Romæ pertractanda, Urbanus VIII Conſt.LXXXII, data 3 Decembris 1635 == Exponi == Tom.VI pag.101, cavet, ne quis, inſcio Procuratore Generali, quomodocunque, vel per ſe, vel per alium, vel pro ſe, vel pro alio, negotia pertractet in Curia Romana. Nota quod Acta Capitulorum Generalium, quæ firmat Urbanus, id inhibuerant ſub præcepto formali, necnon ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, Magiſtro Ordinis reſervata: addita etiam pœna abſolutionis ab officiis. Huc ſpectant Denunciationes VII Capituli Generalis Romæ 1694: & IV Capituli itidem Generalis Romæ 1721. In iſta ſic legitur: „Denunciamus, Urbanum VIII Conſtitutione incipiente == *Exponi Nobis* == 3 Decembris 1635 ......approbaſſe, & confirmaſſe Excommunicationem latæ ſententiæ reſervatam Magiſtro Ordinis, vel ejus Vicario Generali, latam in Capitulo Generali Romæ 1612 Admonitione III, & Bononiæ 1615 Confirmatione III, contra Fratres Ordinia noſtri, qui per ſe, vel per alium, in Romana Curia negotium aliquod, inconſulto Procuratore Generali Ordinis, tractare audent: Prælatis vero imponitur pœna abſolutionis a ſuis officiis ipſo facto incurrenda: unde admonemus Fratres omnes totius Ordinis iis ſubeſſe pœnis, ſi cauſas aliquas in Curia Romana tractare præſumpſerint ſine facultate Procuratoris Generalis, aut ſaltem ipſo inſcio, nec ſeculares Procuratores in hac Curia deligere valeant, uti cauſarum Patronos, niſi quem Procurator Ordinis elegerit, eum cauſis, & litibus, quæ hac in Curia ventilantur, vix unquam alias poſſit occurri„. Conſtitutio Urbani VIII, cujus hic mentio hujus tenoris eſt: „Urbanus PP. VIII. Ad Futuram Rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus Galaſſinus Ordinis Prædicatorum Procurator Generalis, quod licet per decreta Capitulorum Generalium dicti Ordinis prohibeatur ejuſdem Ordinis Profeſſoribus ſub certis inibi ex-

,, preſſis pœnis, ne per ſe, vel per alium, pro ſe,
,, vel pro alio, etiam prætextu procurationis, vel
,, commiſſionis ſibi datæ a propria Provincia, vel do-
,, mo Regulari, negotium aliquod, cujuſcunque
,, illud generis ſit, quomodolibet tractare, procu-
,, rare, inchoare, aut attentare audeant, niſi per pro
,, tempore exiſtentem dicti Ordinis Procuratorem
,, Generalem, vel de ejus ſcitu, & expreſſa in ſcriptis
,, licentia, & alias prout in dictis decretis latius con-
,, tinetur, tenoris ſubſequentis, videlicet. Ex Acti-
,, bus Capituli Generalis Romæ MDCXII. Admone-
,, mus omnes, ac ſingulos noſtri Ordinis Patres, ac
,, Fratres, cujuſcunque gradus, ſtatus, & conditio-
,, nis exiſtant, eiſdemque juſtis de cauſis, & ad tol-
,, lenda, evitandaque incommoda multa, quæ in dies
,, oriri cognoſcimus, in virtute Spiritus Sancti, &
,, ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, nec-
,, non ſub pœnis Excommunicationis latæ ſententiæ,
,, hac una, pro trina canonica monitione præmiſſa,
,, a qua nonniſi per Magiſtrum Ordinis, vel ejus Vi-
,, carium Generalem, præterquam in mortis articulo
,, poſſint abſolvi, & ſi Prælati fuerint, ſub pœna
,, etiam abſolutionis a ſuis officiis ipſo facto incurren-
,, da, præcipimus, & mandamus, ne in Romana Cu-
,, ria, negotium aliquod, cujuſcunque illud generis
,, ſit, per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alio
,, etiam prætextu procurationis, vel commiſſionis
,, ſibi datæ a propria Provincia, vel Conventu quo-
,, modolibet tractare, procurare, inchoare, aut at-
,, tentare audeant, niſi per prædictum admodum Re-
,, verendum Patrem Procuratorem Ordinis, vel de
,, ejus ſcitu, & expreſſa licentia in ſcriptis. Revo-
,, cantes præſentium tenore omnes facultates, hacte-
,, nus in contrarium datas, & ſi quas in poſterum his
,, contrarias dari contingat. Ex actibus Capituli Ge-
,, neralis Bononiæ MDCXV. Confirmamus, & re-
,, novamus ordinationem Romæ factam MDCXII, &
,, ſub pœnis in eodem Capitulo taxatis, præcipimus
,, omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Patribus, ac
,, Fratribus, ut nemo ſive per ſe, ſive per alium, ſive
,, ſecularis, ſive noſtri Ordinis Frater fuerit, & cu-
,, juſcunque gradus, & conditionis exiſtat, in Curia
,, Romana quicquam ſine ſcitu Reverendi admodum
,, P. Procuratoris Ordinis tractare, vel procurare
,, audeat. Nihilominus cum experientia compertum
,, ſit, quod aut ſub prætextu ignorantiæ dictorum
,, decretorum, aut quod illa non ſint in uſu, parum,
,, aut nihil obſervantur in grave dicti Ordinis præju-
,, dicium, necnon officii Procuratoris Generalis il-
,, lius ſpretum, idcirco ne proviſio obſervantiæ re-
,, gularis adeo ſalutaris, & Ordini prædicto proficua,
,, in deſuetudinem abeat, prædictus Franciſcus Pro-
,, curator Generalis, Nobis humiliter ſupplicari fecit,
,, ut decreta hujuſmodi, Apoſtolicæ noſtræ confir-
,, mationis robore communire, de benignitate Apo-
,, ſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Franciſcum
,, Procuratorem Generalem, ſpecialibus ſavoribus,
,, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excom-
,, municationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque
,, eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure,
,, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis,
,, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad ef-
,, fectum præſentium duntaxat conſequendum, ha-
,, rum ſerie abſolventes, & abſolutum ſore cenſentes,
,, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, decreta præ-
,, inſerta cum omnibus, & ſingulis in eis contentis,
,, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ap-
,, probamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis
,, Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes,
,, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui
,, deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.
,, Decernentes illa, necnon præſentes literas, valida,
,, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque ple-
,, narios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,
,, ac ab omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus
,, inviolabiliter obſervari debere, ac irritum, & ina-
,, ne ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis au-
,, ctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
,, tentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Or-
,, dinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam
,, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
,, firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudini-
,, bus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum
,, Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris
,, die III Decembris MDCXXXV, Pontificatus noſtri
,, Anno Decimotertio.

,, M. A. Maraldus.

QUÆSTIO VII.

Quinam Confeſſiones Fratrum excipere poſſint?

SUMMARIUM.

I. NE quis ex Fratribus, ſine Superiorum permiſſu, ceterorum Fratrum Confeſſiones excipiat, cavet Innocentius IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

Eos inter Alexander IV indulget, ut Generalis Magiſter poſſit, aliquos de Fratribus ſibi eligere confeſſores.

III. Ac decernit, ut ceteri vel Prælatis ſuis, vel illis quos ipſi Prælati delegaverint, confiteantur.

IV. Idem ab aliis Summis Pontificibus ſancitum.

V. Fratres tamen iter habentes, ſi deſit idoneus Ordinis Sacerdos, cuilibet idoneo Presbytero Regulari, vel ſeculari, peccata ſua confiteri poſſe, conceſſit Innocentius VII.

VI. Alexander V ſpeciali privilegio, de Confeſſore ſemel in mortis articulo eligendo, Fratres Prædicatores ornat.

Sed hoc privilegium revocatum videtur.

VII. Sixtus IV privilegium, mox ex Innocentii VII Conſtitutione exhibitum, firmat, & auget.

VIII. Innocentius VIII cavet, ne Fratres Prædicatores utantur *perpetuo Confeſſionali*, quod vocant, in *Bulla Cruciatæ* contento.

IX. Julius II Generali Magiſtro concedit, ut, ipſius permiſſu, Fratres Sacerdotibus extraneis peccata ſua confiteri queant.

X. Ac cavet, ne ſine ipſius licentia Fratres Confeſſionalibus, vel Indulgentiæ literis, etiam a S. Sede conceſſis, utantur.

XI. Declarans, Privilegium *Bullæ Cruciatæ* ipſis nullatenus ſuffragari.

XII. Paulus III inhibet, ne Fratres, & Moniales peccata deponant apud extraneos, quos Generalis Magiſter non delegaverit.

XIII. Eadem de re.

XIV. Idem alia Conſtitutione ab eodem Paulo III ſancitum.

XV. Julius III Superiores monet, ne difficiles, aut moroſi ſint in *relaxandis caſibus ſibi conceſſis*, & in Confeſſoribus concedendis.

XVI. S. Pius V uſum Cruciatæ, vel alterius privilegii de Confeſſoribus eligendis, interdicit Fratribus Ordinis Prædicatorum.

XVII. Idem a Clemente VIII vetitum.

Qui

Qui declarat, non obſtantibus id genus Privilegiis, intentionem Apoſtolicæ Sedis eſſe, quod Religioſi viri, & Moniales, quantum ad Pœnitentiæ Sacramentum, diſpoſitioni Prælatorum ſuorum ſubjecti ſint.

Ac præcipit, ut in uſu poteſtatis hujuſmodi Prælati ſe, cum ſubditis, benignos, & faciles exhibeant,

XVIII. Huc ſpectat Pauli V Conſtitutio.

XIX. Quid circa caſuum reſervationem ab omnibus Regularium Superioribus ſervandum ſit præſcribunt Clemens VIII, & Paulus V.

XX. Clementini Decreti mentio in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum: ubi etiam de ceteris Apoſtolicæ Sedis oraculis.

XXI. Ex quibus colligere licet, Primo, Nullum, etiam Ordinis alumnum, Confeſſiones Fratrum excipere poſſe, niſi ſit ad boc munus ab Ordine delegatus.

XXII. Secundo, itinerantes peccata ſua Sacerdoti ſeculari, vel alterius Ordinis alumno, confiteri poſſe.

XXIII. Tertio, Magiſtrum Generalem, *deficiente idoneo Ordinis Confeſſore*, concedere poſſe facultatem peccata deponendi apud Confeſſorem extraneum.

XXIV. Quarto, Generalem Magiſtrum, quem voluerit ex alumnis Ordinis eligere ſibi poſſe Confeſſorem.

XXV. Quinto, Fratres uti non poſſe privilegio Bullæ *Cruciatæ*, quo facultas eligendi Confeſſorem conceditur.

XXVI. Quandonam Generalis ſubditos ſuos a Confeſſionibus excipiendis ſuſpendere poſſit?

I. QUinam Confeſſiones Fratrum excipere poſſint, ex ſequentibus habes. Ne Fratres, quibus ex Literis Apoſtolicis licet, ſecularium Confeſſiones excipere, ſine Præpoſitorum licentia, ceteros Fratres abſolvant, cavet *Innocentius IV Conſtitutione CLXXIV* = Cum ſupernæ = *Tom.I pag.*173 dicens: „ Nolumus, quod illi Fratres quibus per noſtras conceſſimus literas, ſeu quibus duxerimus „ concedendum, ut Confeſſiones generaliter audiant „ ..... aliquam ſuper Fratres veſtræ gubernationi (Magiſtrum & Priores alloquitur) „ creditos ex conceſſione hujuſmodi habeant poteſtatem.

II. Innocentius IV Succeſſores ſuos conſentientes habet, uti mox dicetur. Ipſius autem Generalis Magiſtri Confeſſiones excipere poteſt Frater quem elegerit. Id ipſi conceſſum ab *Alexandro IV Conſtit.VI Tom.I pag.*269, ubi ſic alloquitur Generalem Magiſtrum. „ Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum im„ mineat animarum, tibi, & Succeſſoribus tuis quod „ aliquos de Fratribus veſtri Ordinis poſſitis vobis „ eligere Confeſſores providos, & diſcretos, qui, „ audita confeſſione veſtra, quoties opus fuerit, ab„ ſolvant vos, & injungant vobis pœnitentiam ſalu„ tarem, auctoritate præſentium, indulgemus.

III. Univerſis ceteris Fratribus ejuſdem Ordinis ſcribens *Alexander IV Conſt.XIII Tom.I pag.*272 hæc habet: „ Cum Magiſter, & Priores Ordinis veſtri mo„ re periti medici vinum, & oleum ſciant infundere „ vulneribus ſauciatis, auctoritate vobis præſen„ tium, inhibemus, ne aliqui veſtrum alii quam „ Prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumant, niſi „ neceſſitatis urgente periculo, vel niſi forſan dictus „ Magiſter, vel Prior proprius alicui Fratri licen„ tiam dederit Fratri alteri ejuſdem Ordinis confi„ tendi.

„ Inhibemus inſuper „ inquit *Alexander IV Conſtitut.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I Bull. O.P. Tom.VIII. pag.*407 „ univerſis Fratribus veſtri Ordinis, ne ali„ quis eorum alii, quam Prælatis ſuis peccata ſua con„ fiteri præſumat, niſi neceſſitatis cogente articulo, „ vel niſi forſan Magiſter, vel Prior proprius alicui „ Fratri dederit Fratri alteri ejuſdem Ordinis licen„ tiam confitendi.

IV. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.50: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

V. Ut autem Fratres iter habentes, cuilibet Sacerdoti, etiam ſeculari, peccata ſua confiteri poſſint, indulget *Innocentius VII Conſt.IV* = Provenit ex veſtræ = *Tom.II pag.*477, ſic Generali Magiſtro, ac Provincialibus Prioribus Ordinis Prædicatorum ſcribens: „ Provenit ex veſtræ devotionis affectu, quo „ Nos, & Romanam Eccleſiam reveremini, ut peti„ tiones veſtras, illas præſertim, quæ Fratrum veſtri „ Ordinis, animarumque ſalutem concernunt, & „ quas ex devotionis fervore prodire conſpicimus, „ quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gra„ tiam admittamus. Sane petitio, pro parte veſtra „ Nobis nuper exhibita, continebat, quod plerum„ que contingit, nonnullos ex Fratribus veſtri Ordi„ nis per eorum Superiores ad diverſas Mundi par„ tes, negotiis pro tempore ingruentibus, deſtinari, „ & hujuſmodi Fratres neminem interdum ex Fratri„ bus ejuſdem Ordinis, præſertim Presbyterum, „ penes ſe habere, cui ſua peccata valeant confiteri. „ Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut animarum „ eorundem Fratrum ſaluti, & eorum quieti, pro„ videre de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos „ igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fra„ tribus hujuſmodi, quos pro tempore, ut præfer„ tur, itinerare, & per eorum Superiores mitti con„ tigerit, ut ſi aliquem Presbyterum idoneum ex „ Profeſſoribus dicti Ordinis habere non poſſint, „ quemcunque alium Presbyterum idoneum, & di„ ſcretum, Religioſum, vel ſecularem, in eorum „ Confeſſorem eligere valeant, qui Confeſſiones eo„ rum audire, & eorum confeſſionibus diligenter „ auditis, pro commiſſis eis debitam abſolutionem „ impendere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere, „ libere, & licite poſſit, niſi talia fuerint, propter „ quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, au„ ctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore „ præſentium, indulgemus.

VI. „ Inſuper, inquit *Alexander V Conſt.XVIII* = Eximiæ tuæ = *Tom.II pag.*499 „ ex tunc in antea „ eiſdem Profeſſoribus, ut Confeſſor, quem ſinguli „ eorum duxerint eligendum, omnium peccatorum „ ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi „ fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam „ remiſſionem ipſis in ſinceritate fidei, & unitate „ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devo„ tione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Roma„ norum Pontificum canonice intrantium, perſiſten„ tibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, „ tenore præſentium indulgemus. Sic tamen, quod „ idem Confeſſor de his, quibus fuerit alteri ſatisfa„ ctio impendenda, eam ipſorum profeſſorum ſingu„ lis, per eos, ſi ſupervixerint, vel per alios, ſi „ forte tunc tranſierint, faciendam injungat, quam „ eorum ſinguli, aut alii pro eis facere teneantur, „ ut præfertur: Et ne, quod abſit, propter hujuſmo„ di gratiam profeſſores ipſi reddantur procliviores „ ad illicita in poſterum committenda, volumus, „ quod

Digitized by Google

„ quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte commiſerint, quoad illa, prædicta remiſſio eis nullatenus ſuffragetur „. Vide quæ ad calcem hujuſce Quæſtionis dicuntur : & ea quæ ex Concilio Tridentino alibi relata ſunt. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri V Conſt.XX* = Provenit ex veſtræ = *Tom.II pag.499.*

VII. Vicario, ceteriſque Fratribus Congregationis Provinciæ Caſtellæ, & Legionis ſcribens *Sixtus IV Conſt.CXXXVI Tom.III pag.592* „ Supplicari, inquit, Nobis humiliter feciſtis, ut eum in Conſtitutionibus, & privilegiis veſtri Ordinis expreſſe caveatur, ne Fratres Ordinis ejuſdem, præterquam ſuis Prælatis, & de eorum licentia Fratribus dicti Ordinis confiteantur, dignaremur concedere, ut aliquando alterius Ordinis Sacerdotibus, maxime neceſſitate exigente, poſſint confiteri. Nos, ut cum majori animi quiete, & conſcientiæ pace, Fratres vobis ſubditi Altiſſimo famulari poſſint, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut Fratres, veſtra, vel aliorum Prælatorum, & ſuorum, qui pro tempore erunt, licentia, ſolummodo tamen cum itineraverint, vel fuerint extra Conventus eorum, prout eis concedetis, confiteri poſſint, & vos quomodocunque Sacerdotibus cujuſcunque ſecularis, ſeu regularis Ordinis confiteri valeatis, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, concedimus, & indulgemus,

VIII, Ne *perpetuo Confeſſionali*, ut vocant, *in Bulla Cruciata* contento, Fratres gaudeant, cavet *Innocentius VIII Conſt.LXIV* = Ratio exigit = *Tom.IV pag.44.*

IX. Thomam de Vio Cajetanum ſic alloquitur Julius II Conſt.LIX, data 3 Auguſti 1508 = Expoſuiſti = Tom.IV pag.252 : „ Quod tu, tuique Succeſſores pro tempore, omnes utriuſque ſexus ad præfatum Ordinem quomodolibet ſpectantes licentiare ad confitendum peccata ſua Sacerdotibus, aliis, deficiente idoneo dicti Ordinis Confeſſore ...... poſſis, Apoſtolica auctoritate concedimus de ſpeciali gratia.

X. Et Conſtitut.LXX, data 14 Decembris 1509 = Conſiderantes = Tom.IV pag.262 : „ Inſuper, inquit Julius II „ eundem Generalem Magiſtrum alloquens, ut ipſius Ordinis Præſidentes vultum pecoris ſui agnoſcere queant, nolumus perſonas Ordinis ejuſdem Confeſſionalibus, vel Indulgentiæ literis, etiam per S. Sedem emiſſis, vel emittendis, niſi conſenſu tuo accedente, & eo durante, gaudere poſſe.

XI. Ne Fratres Prædicatores Bulla, quam *Cruciatam* vocant, utantur, cavet *Julius II Conſt.LXXII* = Exponi Nobis = *Tom.IV pag.263*, ſcribens Provinciali *Hiſpaniæ* his verbis : „ Exponi Nobis nuper feciſti, quod ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, cujus tu Prior Provincialis exiſtis, diverſas literas Apoſtolicas ſub plumbo, & in forma Brevis, a nobis, & Sede Apoſtolica, variis expreſſis cauſis, per quas ſe ab eorum Superioribus, & Ordine hujuſmodi exemptos fecerunt, & faciunt, aliqui licentiam ad Ordinem Canonicorum Regularium transferendi, aut in totum habitum dimittendi, & ut ſeculares incedendi, alii clauſula in literis Cruciatæ nuper in partibus illis publicatæ, appoſita, ut cujuſcunque Ordinis Fratres ſe ad partes Infidelium ad Sacramenta adminiſtranda, & alia opera pia exercendum, & verbum dei prædicandum, libere ſe transferre poſſint, utuntur, alii vero Confeſſorem idoneum Secularem, vel Regularem, etiam abſque licentia ſui Superioris, eligere, qui eos a quibuſcunque caſibus abſolvere poſſit, impetrarunt, & in dies impetrare conantur, &, quod deterius eſt, ad Civitates, Oppida, & loca, ubi prius in domibus dicti Ordinis ſub regulari habitu degebant, redeunt excuſſo obedientiæ jugo, in opprobrium Religionis, & Ordinis antedicti, & niſi deſuper provideatur, in dies eximentur, & transferentur. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dictum Ordinem, & illius Superiores, & Fratres ſingulari proſequimur dilectione, præmiſſis, & aliis ſcandalis, ne eveniant, opportune pro miniſterio paſtoralis officii providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenoremque ſingularum literarum, ac omnia, & ſingula alia hic forſan de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes, tibi quaſcunque literas, quas per eoſdem Fratres a Nobis, & Sede prædicta ſuper hujuſmodi exemptionibus, ac habitus mutationibus impetratas repereris, auctoritate noſtra, examinandi, & cauſas per eoſdem Fratres in illis allegatas dijudicandi, &, ſi veras non repereris, revocandi, & annullandi, ac eiſdem Fratribus minime ſuffragari debere, declarandi, ac prædictis Fratribus ad Ordinem Canonicorum Regularium translatis, ſeu ut ſeculares incedentibus, ne in Civitatibus, oppidis, vel locis, ubi domus dicti Ordinis fuerint, permaneant, inhibendi, ac conceſſiones quaſcunque vigore Bullæ Cruciatæ in partibus illis, nuper, ut præmittitur, publicatæ, eiſdem Fratribus minime ſuffragari, nec illarum vigore Confeſſores eligere poſſe, nec ad dictos Fratres Ordinis Prædicatorum ſe extendere, declarandi, eiſdem auctoritate, & tenore, facultatem concedimus. Te nihilominus exhortando, ut Sanctiſſimæ illi expeditioni de Confeſſoribus idoneis, pro viribus ex tibi ſubjectis Fratribus provideas, requiſitus. Et inſuper Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Epiſcopo Burgenſi, ac dilecto Filio Archidiacono Eccleſiæ Toletanæ, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, faciant, auctoritate noſtra, præmiſſa omnia, & ſingula, quoties pro parte tua fuerint requiſiti, firmiter obſervari, non permittentes, Te per prædictos Fratres, etiam prætextu dictarum literarum, aut illarum proceſſuum, quominus facultate tibi conceſſa hujuſmodi, uti, poſſis, moleſtari, aut quomodolibet impediri, vel perturbari.

XII. Ne Fratres, & Moniales peccata deponant apud extraneos, qui huic muneri non ſunt deſtinati a Generali Magiſtro, cavet *Paulus III Conſt.LX Tom.IV pag.594*, dicens : „ Exponi Nobis nuper feciſtis, quod licet in ſingulis Monaſteriis, ſive domibus, tam virorum, quam mulierum veſtri Ordinis Prædicatorum juxta illius privilegia, ſtatuta, & ordinationes, nonnulli Religioſi idonei, & qualificati, ac in ſufficienti numero, pro confeſſionibus Fratrum, ſeu Monialium Monaſteriorum eorundem audiendis, deputentur, & in eiſdem privilegiis, Conſtitutionibus, ordinationibus, & conſuetudinibus cautum ſit, quod nullus Religioſus, aut Monialis dicti Ordinis, alteri, quam ejus Prælato, vel deputatis Confeſſoribus hujuſmodi, confiteri audeat, tamen nonnulli Fratres, & Moniales ejuſdem Ordinis, ſpretis dictis Conſtitutionibus, non bono zelo, ut experientia docuit, & docet, ne-

„ glectis

glectis eorum Prælatis, & Confeſſoribus deputatis prædictis, conceſſionum a Pœnitentiaria noſtra, & alias a Sede Apoſtolica emanatarum prætextu, alios prædicti, vel alterius Ordinis regulares, & aliquando ſeculares Presbyteros minus idoneos, & inter lepram, & lepram diſcernere neſcientes, pro eorum arbitrio in Confeſſores eligunt, in Religionis perturbationem, ac ſcandalum plurimorum. Quare ſupplicari feciſtis Nobis humiliter, ut ſuper his providere, paterna diligentia, curaremus. Nos, qui ejuſdem Ordinis, ac in eo regularis obſervantiæ, vitæ frugalitatis, & ſanctimoniæ augmentum, & proſperum ſucceſſum, ſinceris in Domino affectibus deſideramus, bujuſmodi ſcandalis, ac malorum fomentis obviare volentes, ac veſtigiis felicis recordationis Julii PP. II Prædeceſſoris noſtri, qui per ſuas in forma Brevis literas, perſonas ejuſdem Ordinis Confeſſionalibus, & literis prædictis, nonniſi de licentia Generalis Magiſtri dicti Ordinis, & ea durante, gaudere poſſe voluit, inhærentes, bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cetero privilegia, conceſſiones, indulta, conſtitutiones, ordinationes, & conſuetudines Ordinis veſtri bujuſmodi, de confeſſionibus Fratrum, & Monialium audiendis diſponentes, & diſponentia, prædictis, ac quibuſvis aliis conceſſionibus, aut literis Apoſtolicis, facultatem eligendi Confeſſores conferentibus, non obſtantibus, juxta eorundem privilegiorum, Conſtitutionum, Ordinationum, & conſuetudinum continentiam, atque formam, ab omnibus, tam Religioſis, quam Monialibus dicti Ordinis obſervari debeant, dictæque conceſſiones eiſdem Fratribus, & Monialibus, niſi de licentia eorum Superioris, & ea durante, nullatenus ſuffragentur, ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Privilegiis quoque, & indultis, ac Bullis Confeſſionalibus dictæ Pœnitentiariæ, & aliis literis Apoſtolicis, etiam pluries, & ſub quibuſvis verborum formis, & ad quorumvis cujuſcunque qualitatis, præeminentiæ, & excellentiæ exiſtentium, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, fortiſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, conceſſis, confirmatis, & innovatis, & inpoſterum concedendis, & innovandis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferre, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis, manu alicujus veſtrum ſubſcriptis, & ſigillo Ordinis, ſeu Provinciæ munitis, eadem prorſus in dicto Ordine fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem originalibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die X Aprilis MDXL, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XIII. „ Nuper, inquit *Paulus III Conſt.LXXVIII Tom.IV pag.612* „ex parte dilectorum filiorum modernorum Priorum Provincialium Ordinis Fratrum Prædicatorum Hiſpaniæ, & Bæticæ Provinciarum, ſecundum morem dicti Ordinis, fuit Nobis expoſitum, quod a certo tempore citra nonnulli, tam ex Prioribus, & Præſidentibus, aliiſque Fratribus domorum Ordinis, & Provinciarum bujuſmodi, quam ſub Fratrum ejuſdem Ordinis cura, & inſtitutis degentibus, Ordinis S. Auguſtini, ac tertiæ Regulæ S. Dominici Prioriſſis, Monialibus, & Sororibus Monaſteriorum in dictis Provinciis conſiſtentium, propriis eorum Confeſſoribus per illorum Superiores pro tempore deputatis, quibus, & non aliis, ſecundum dicti Ordinis Conſtitutiones, & inſtituta hujuſmodi, eorum peccata confiteri debent, dimiſſis, & poſtpoſitis, in ipſorum Superiorum contemptum, occaſione nonnullorum privilegiorum, & indultorum, aliarumque literarum Apoſtolicarum, Confeſſionalium, vel alias nuncupatorum, ſibi conceſſorum, Confeſſores pro eorum libito voluntatis, nonnunquam Clericos ſeculares, quandoque vero etiam aliorum Ordinum profeſſores eligere, illiſque ſua peccata confiteri, & ab eis abſolutionem recipere, ipſique Confeſſores ſic electi, confeſſiones Fratrum, Prioriſſarum, Monialium, & Sororum hujuſmodi audire, & eis pœnitentiam deſuper injungere, ac illos, & illas, etiam in caſibus, in quibus eorum auctoritas non ſe extendit, abſolvere non verentur, in animarum ſuarum periculum, pernicioſumque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte ipſorum Priorum Provincialium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc opportune providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi pericula, & ſcandala, ac exempla tollere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis Ordinis, & Provinciarum earundem Prioribus, & aliis Fratribus, ac Prioriſſis, Monialibus, & Sororibus præfatis, ne contra Conſtitutiones, & inſtituta hujuſmodi, etiam prætextu quorumcunque privilegiorum, indultorum, & literarum Apoſtolicarum, etiam, ut præfertur, vel alias nuncupatorum, etiam in favorem Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, vel Sanctæ Cruciatæ, aut alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſorum, eorum peccata aliis, quam dictis Superioribus, vel per dictos Superiores, ut præfertur, deputatis Confeſſoribus, confiteri, necnon quibuſvis prædicti, vel aliorum Ordinum profeſſoribus, & Religioſis, ac Presbyteris ſecularibus, qui in Confeſſores Fratrum, Prioriſſarum Monialium, & Sororum prædictarum, ut præfertur, deputati non fuerint, eorum confeſſiones audire, vel eos abſolvere non præſumant, Auctoritate Apoſtolica, per præſentes ſub excommunicationis pœna inhibemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quacunque verborum forma, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis per Sedem eandem hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, quibus, etſi in illis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modis, & formis, tunc expreſſis, derogari poſſit, illorum omnium tenores, & formas perinde, ac ſi de eiſdem de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales idem importantes, expreſſio facta, aut alia exquiſita forma ad id requiſita, ſervata fuiſſet, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Julii MDXLII, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

XIV. Ne Fratres, aut Moniales Ordinis, peccata deponant apud Sacerdotes extra Ordinem, cavet

Pau-

Paulus III Conſt.CI Tom.IV pag.646 dicens: „ Exponi
„ Nobis nuper feciſti „ (Provincialem Hiſpaniæ al-
loquitur) „ quod a certo tempore citra, nonnulli,
„ tam ex Prioribus, vel Præſidentibus, aliiſque
„ Fratribus domorum Ordinis Prædicatorum, & Pro-
„ vinciæ Hiſpaniæ ſecundum morem ejuſdem Ordi-
„ nis, quam ſub tui cura, & inſtitutis degentibus
„ Ordinis S. Auguſtini, & etiam Tertiæ Regulæ
„ S. Dominici, Prioriſſis, Monialibus, & Sorori-
„ bus Monaſteriorum dictæ Provinciæ, propriis
„ eorum Confeſſoribus, per illorum Superiores de-
„ putari ſolitis, dimiſſis, in illorum forſan contem-
„ ptum, occaſione nonnullorum Apoſtolicorum pri-
„ vilegiorum, & indultorum, aliarumque litera-
„ rum, etiam Confeſſionalium nuncupatarum, ſibi
„ conceſſorum, Confeſſores pro ſuæ libito voluntatis,
„ nonnunquam Clericos ſeculares, quandoque vero
„ etiam aliorum Ordinum Fratres eligere illiſque ſua
„ peccata confiteri, & ab eis abſolutionem recipere,
„ ipſique Confeſſores ſic electi, Confeſſiones hujuſ-
„ modi audire, & pœnitentiam ſalutarem deſuper in-
„ jungere, ac abſolutionis beneficium, etiam ex ca-
„ ſibus illorum Prælatis, & Superioribus ſpecialiter
„ reſervatis, forſan indiſtincte impertiri, non ve-
„ rentur, ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum Or-
„ dinum de facto contraveniendo, forſan in anima-
„ rum ſuarum periculum, perniciosum quoque
„ exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quare pro
„ parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper
„ hoc opportune providere, de benignitate Apoſto-
„ lica dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi ſupplica-
„ tionibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, teno-
„ re præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quate-
„ nus de cetero nullus ex Prioribus, vel Præſiden-
„ tibus, aut Fratribus, vel aliis Religioſis domorum
„ Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Provinciæ
„ hujuſmodi, ac Prioriſſis, Monialibus, & Sorori-
„ bus dictorum Monaſteriorum ubicunque exiſtenti-
„ bus, ſi, & poſtquam de præſentibus literis noti-
„ tiam habuerint, prætextu cujuſvis privilegii, aut
„ indulti Apoſtolici, vel Confeſſionalis, ſeu aliarum
„ literarum, & indulgentiarum ab Apoſtolica Sede
„ hactenus emanatarum, vel in poſterum emananda-
„ rum, niſi de ſpeciali licentia petita, & obtenta
„ ſuorum Superiorum, Confeſſorem ſibi eligere, &
„ ab eo abſolutionem recipere, & tam ipſis Prioribus,
„ vel Præſidentibus, aliiſque Fratribus, vel Religio-
„ ſis, necnon Prioriſſis, Monialibus, & Sororibus,
„ & eorum ſingulis ſub excommunicationis, & offi-
„ ciorum, quæ obtinent, privationis, pœnis, &
„ privilegiis, indultis, confeſſionalibus, & aliis
„ literis, & gratiis prædictis, quomodolibet uti, il-
„ lorumque prætextu Confeſſorem ſibi eligere, ab
„ eoque abſolutionem recipere, quam Confeſſoribus
„ ſic electis præfatis, ſub ſimilibus cenſuris, ac ſuſ-
„ penſionibus ab adminiſtratione ſuorum Ordinum,
„ pœnis, eo ipſo incurrendis, præterquam de licen-
„ tia ſpeciali petita, & obtenta dictorum Superiorum,
„ ut Confeſſiones hujuſmodi audire, ac pœnitentiam
„ ſalutarem injungere, & abſolutionis munus imper-
„ tiri, nullatenus audeant, vel præſumant, diſtri-
„ ctius inhibendo mandamus. Et inſuper de cetero
„ quaſcunque confeſſiones aliter faciendas, & inde
„ obtentas abſolutiones, & pœnitentiarum impoſitio-
„ nes, ipſis confitentibus minime ſuffragari. Quod-
„ que in quibuſcunque privilegiis, & indultis, aut
„ literis Apoſtolicis, etiam Confeſſionalibus nuncu-
„ patis, aliiſque conceſſionibus, & gratiis prædictis,
„ ad hujuſmodi effectum, ab eadem Sede emanatis,
„ hactenus, vel in poſterum emanandis, Priores,
„ vel Præſidentes, aliique Fratres, vel Religioſi,
„ ac Prioriſſæ, Moniales, & Sorores Ordinum, ac
„ Tertiæ Regulæ, & Provinciæ hujuſmodi, omni-
„ no excepti, & tacite excluſi cenſeantur, auctori-
„ tate, & tenore prædictis, irritum quoque, & ina-
„ ne, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctori-
„ tate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,
„ decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præ-
„ miſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Pro-
„ vincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis, ge-
„ neralibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Or-
„ dinationibus, Privilegiis quoque, indultis, & li-
„ teris Apoſtolicis ſupraſcriptis, ac aliis nunc, &
„ & pro tempore per Sedem eandem conceſſis, ſub
„ quacunque verborum forma, & cum quibuſvis
„ etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque for-
„ tioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irri-
„ tantibuſque, & aliis decretis per Sedem eandem ex
„ quibuſvis cauſis, etiam urgentiſſimis, & oneroſis,
„ & ad quorumvis, cujuſcunque dignitatis, & ſta-
„ tus, preces hactenus conceſſis, & inpoſterum con-
„ cedendis, quibus, etiamſi in illis caveatur expreſ-
„ ſe, quod illis nullatenus, aut non alias, quam ſub
„ certis modo, & forma tunc expreſſis, derogari poſ-
„ ſit, illorum omnium tenores, & formas perinde,
„ ac ſi de verbo ad verbum, & non per clauſulas ge-
„ nerales idem importantes, expreſſa mentio facta,
„ aut alia exquiſita forma ad id requiſita, ſervata
„ fuiſſet, nihil penitus omiſſo, præſentibus pro ſuffi-
„ cienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore
„ permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & ex-
„ preſſe, harum ſerie derogamus, ceteriſque contra-
„ riis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum
„ ſub Annulo Piſcatoris die XXXV Auguſti MDXLV,
„ Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

XV. Generalem Magiſtrum alloquens *Julius III Conſt.XXXI* = Exponi Nobis = *Tom.V pag.33*, in-
jungit: „ Prælatis, & Superioribus, ut circa licen-
„ tiam eligendi Confeſſorem, & in relaxandis caſibus
„ ſibi conceſſis, cum deſuper requiſiti fuerint, pro-
„ ut eorum conſcientia dictaverit, quam ſuper hoc
„ oneramus, difficiles, aut moroſi non ſint.

XVI. Uſus *Cruciatæ*, vel alterius privilegii de Confeſſoribus eligendis interdicitur Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut videre eſt ex *S. Pii V Conſt. CXIX* = Romani Pontificis = *Tom.V pag.283*.

XVII. Ne Fratres in eligendis Confeſſoribus utantur Bulla Cruciata inhibet *Clemens VIII Conſt.LXXII Tom.V pag.559* dicens: „ Romani Pontificis circun-
„ ſpecta benignitas honeſtis petentium votis, quæ
„ perſonarum, ſub religionis jugo Altiſſimo famu-
„ lantium, ſtatum, & ſalubrem directionem, reſpi-
„ ciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit,
„ & favoribus proſequitur opportunis. Exponi No-
„ bis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis
„ Ordinis Fratrum B. M. de Monte Carmelo, quod
„ cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis privilegiis,
„ quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facul-
„ tas eligendi Confeſſorem idoneum ab Ordinario ap-
„ probatum, qui poſſit Chriſti fideles abſolvere a
„ caſibus Ordinario reſervatis, & a quibuſdam etiam,
„ quæ dictæ Sedi reſervata ſunt, Religioſi dicti Or-
„ dinis, ſeu eorum nonnulli, etiam iis facultatibus,
„ uti præſumunt, &, illorum prætextu, eligunt
„ confeſſorem aliquando, præter eos, qui a ſuis Præ-
„ latis eorum Confeſſionibus deputati ſunt, quod
„ aliquando in ſpeciale vergit religionis detrimen-
„ tum. Quare prædictus Procurator Generalis humi-
„ liter

,, liter/Nobis ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis
,, opportune providere de benignitate Apoſtolica di-
,, gnaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibns
,, inclinati, talem conceſſionem S. Cruciatæ, & alio-
,, rum indultorum particularium, quantum ad præ-
,, dictnm articulum eligendi Confeſſorem, & abſol-
,, vendi a caſibns reſervatis cum Fratribus, Sororibus
,, Monialibus Ordinis prædicti, ac aliorum quorum-
,, cunque Ordinum, & Congregationum cujuſvis in-
,, ſtituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam
,, Provinciæ Hiſpaniæ, quam extra eam, ubilibet,
,, locnm minime habere, nec cenſeri, ſed noſtræ in-
,, tentionis exiſtere, qnod iidem Fratres, & Moniales,
,, quantum ad Saeramentum Pœnitentiæ, ſeu Confeſ-
,, ſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Præ-
,, latorum ſubjecti ſint, Apoſtolica auctoritate, teno-
,, re præſentium, perpetuo, declaramus, eiſdem tamen
,, Prælatis, ut in uſu hujuſmodi poteſtatis, ſe cum
,, ſubditis benignos, & faciles exhibeant præcipimus,
,, & mandamus. Non obſtantibus præmiſſis, & qni-
,, buſdam Conſtitutionibus, & ordinationibus Apo-
,, ſtolicis, ac Ordinis prædicti, etiam juramento,
,, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate
,, alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cete-
,, riſqne contrariis qnibuſcunque. Volumus autem,
,, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu
,, alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ali-
,, cujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ
,, munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præſentibus
,, adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum
,, Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris XXIII
,, Novembris MDXCIX, Pontificatus noſtri Anno
,, Octavo.

XVIII. Ne Fratres, & Moniales eligant Confeſ-
ſarium ex privilegio Bullæ Cruciatæ, inhibet *Pau-
lus V Conſt.XLIII* = Alias felicis = *Tom.V pag 670*.

XIX. Quid circa caſuum reſervationem ab omni-
bus Regularium Superioribus ſervandum ſit, præſcri-
bit Clemens VIII Conſt.CXXIII = Sanctiſſimus =
Tom.VII pag.218 Huc etiam ſpectat Pauli V Conſti-
tut.CXXI = Cnm a nonnullis = Tom.VII pag.259.
Hujus tenoris eſt: ,, Cum a nonnullis Regularibus du-
,, bitaretur, an in Decreto fel.rec.Clementis PP.VIII
,, anno 1593, XXVI Maii ſuper qualitate caſuum ab
,, eorundem Regularium Superioribus reſervando-
,, rum edito, cenſuræ etiam comprehenderentur,
,, itaut iiſdem Superioribus, abſque Capituli Ge-
,, neralis, aut Provincialis conſenſu, aliquibus pec-
,, catis, in Decreto hujuſmodi non contentia, excom-
,, municationem annectere, ejuſdemque abſolutio-
,, nem ſibi reſervare, liceat: Sacra Congregatio Car-
,, dinalium negotiis Regularinm præpoſitorum, Il-
,, luſtriſſimo Bandino referente, Cenſuras in ſupradi-
,, cto Decreto comprehendi, cenſuit. Romæ 6 Ju-
lii 1617.

XX. De Clementis VIII Conſtitutione quæ ca-
ſuum reſervationem ſpectat, vide Conſtitutiones
Ordinis Prædicatornm in Prologo *Textu X Lit.S.*
De ceteris Apoſtolicæ Sedis Oraculis ſupra laudatis
legendæ Conſtitutiones *Diſt.I Cap. XIV Textu III
Lit.C.*

XXI. Ex quibus colligere licet: Primo, Nullum,
etiam Ordinis alumnum, Confeſſiones Fratrum exci-
pere poſſe, niſi ſit ad hoc munns ab Ordine delegatus.
Debent enim Fratres vel Prælatis ſuis, vel illis quos
Prælati delegaverint confiteri. Poterit autem Prioe
concedere Fratri, ut peccata deponat apud Priorem,
vel Fratrem idoneum alterius Conventus, ſed non
alterius Ordinis. *Innocentius IV*: *Alexander IV*: ce-
terique ſupra laudati, & Gloſſa Conſtitutionum
ibidem.

XXII. Secundo: Itinerantes, aut ex Prælati obe-
dientia quomodolibet extra Conventum commoran-
tes, peccata ſua Sacerdoti ſeculari, vel etiam Con-
feſſori alterius Ordinis, confiteri poſſe, modo quem
Innocentius VII præſcripſit. *Innocent. VII*: *Sixtus IV*
ac *Gloſſa Conſt. ibidem*: cujus etiam hæc verba notan-
da: ,, Quæ ſane conceſſio facta eſt ſpecialiter Fratri-
,, bus Ordinis noſtri: hac tamen conditione, ut talis
,, confeſſio ſine fraude fiat, & Prælato ſignificetnr.

XXIII. Tertio, Magiſtrum Generalem, *deficiente
idoneo dicti Ordinis Confeſſore*, concedere poſſe facul-
tatem, peccata deponendi apud Confeſſorem extra-
neum. *Julius II*. In Conſt. Ord. Prædicatorum Diſt.I
Cap.XIV Textu III Lit.C. additur, id intelligendum *de
Sacerdote Seculari, vel Regulari, alias legitime
expoſito*.

XXIV. Quarto, Generalem Magiſtrum, quem
voluerit ex alumnis Ordinis eligere ſibi poſſe Con-
feſſorem. *Alexander IV*. De Provincialibus, & Prio-
ribus Conventuum vide *Paſſerinum* in Commentar.
ad V Decretal. Tom.III pag.406 Num.IV in Cap. fin.
de Pœniten. & Remiſſion. & Tom.II de Statibus, &
Officiis Hominum Quæſt.CLXXXVII Art. I Dub.VIII
Num.CCL: ubi docet qnod ,, Prælatis Regularibus,
,, etiam localibus.... ex privilegio Cap. fin. de Pœ-
,, nit. & Remiſſ. convenit poſſe ſibi eligere Confeſſa-
,, rium ,, qui ſcilicet ſit ejuſdem Religioſæ familiæ
alumnus.

XXV. Quinto, Fratres Ord. Prædicatorum uti
non poſſe facultate, qnæ per Bullam, quam Cruciatam
vocant, ad Confeſſorem eligendum conceditur: *Inno-
centius VIII*: *Julius II*: *Paulus III*: *S. Pius V*: *Cle-
mens VIII*: *& Paulus V*. Hinc in Conſtitutionibus
Diſt.I Cap.XIV Textu III Lit.C. legitur: ,, Decla-
,, ramus, Salmanticæ 1551 ſic haberi: Denunciamus
,, omnibus Fratribus, renunciaſſe nos privilegiis om-
,, nibus præſertim Ordinis Minimorum, quoad illud
,, qnod ſpectat ad Fratrum Confeſſiones audiendas.
,, Romæ qnoque 1601 Conſtitutio Clementis VIII in
,, materia de Confeſſionibus acceptata fuit, cujus eſt
,, diſpoſitio iſtis verbis concepta: conceſſionem San-
,, ctæ Cruciatæ, & aliornm indultorum particula-
,, rium, quantum ad prædictum articulum eligendi
,, Confeſſorem &c. ut ſupra.

XXVI. Notandum, quod Generalis poteſt ,, ſuos
,, ſubditos, ex quacunque cauſa, etiam ob occultum
,, crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter a
,, Confeſſionibns audiendis ſuſpendere ,,. Ex Decre-
to Sacræ Congregationis, negotiis Epiſcoporum, &
Regularium præpoſitæ. Tom.VII pag.291.

QUÆSTIO VIII.

*Magiſter Generalis, & Priores Ordinis Prædicatorum,
poſſuntne abſolvere ab Excommunicatione, & id
genus ceteris, recipiendos ad eundem Ordinem,
& Fratres ipſos jam receptos?*

SUMMARIUM.

I. ID ipſis conceſſum a Gregorio IX.
II. Qui conſentientes habet Succeſſores
ſuos: Innocentium IV:
III. Alexandrum IV: qui, ut & ipſi Superiores
a cenſuris abſolvi poſſint, concedit.
IV. Et non ſolum Generali Magiſtro, Provincia-
libus, ac Prioribus, ſed etiam vices eorum gerenti-
bus, facultatem, de qua diſſeritur, tribuit.

V. Eam-

V. Eamque renovat, firmat, & auget.

VI. Clementem IV:

VII. Qui facultatem illam renovans, vult, quod, niſi recipiendi mox Ordinem Prædicatorum intraverint, in priſtinas ſententias relabantur.

VIII. Idem a Succeſſoribus ipſius ſancitum.

IX. Specialem de Irregularibus Conſtitutionem edidit Clemens IV.

X. Eandem facultatem abſolvendi a cenſuris conceſſere Johannes XXII:

XI. Bonifatius IX:

XII. Alexander V:

XIII. Martinus V:

XIV. Sixtus IV:

Qui declarat, *quinam ſint ad Apoſtolicam Sedem deſtinandi?*

XV. Et quænam abſolvendi facultas ad Generalem Magiſtrum, & eos, quos delegaverit, ceteris omnibus excluſis, pertineat?

XVI. Exceptis Vicariis Fratrum Obſervantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, ac ipſorum Prioribus, & Viceſgerentibus, quos non excludi declarat.

XVII. Rogatu etiam Magiſtri Generalis ab eadem reſtrictione excipit Priores Provinciales, & eorum Vicarios.

XVIII. Julius II declarat, quod, paucis exceptis, Bulla Cœnæ non obſtat poteſtati alumnos Ordinis abſolvendi, Fratribus Prædicatorum Familiæ conceſſæ.

Et Sorores Tertii Ordinis Privilegiis ornat.

XIX. Leo X: qui Sixti IV, & Julii II conceſſiones renovat, & firmat.

XX. S. Pius V: qui declarat, quod ſicut Epiſcopi Clericos, ita Superiores Ordinis Prædicatorum, ſibi ſubditos, a peccatis, & cenſuris, abſolvere poſſunt.

XXI. Clemens VIII, qui Generalem Magiſtrum ſpeciali facultate ornat.

XXII. Benedictus XIII, qui de Conſtitutionibus a Deceſſoribus ſuis datis meminit.

XXIII. Iiſdem Apoſtolicis Conſtitutionibus nititur Gloſſa Conſtitutionum Ordinis Prædicatorum, quæ paucis exhibet, quid hac de re poſſint ejuſdem Ordinis Superiores.

XXIV. Quid, de jure communi, Prælatus poſſit circa ſibi ſubditos cenſuris abſolvendos?

XXV. Quid Prælatis Ordinis competat vi Privilegii a S. Pio V conceſſi.

XXVI. Utrum caſus in Bulla Cœnæ contenti excipiendi ſint?

XXVII. Quid ejuſdem Familiæ Prælatis competat vi Privilegiorum.

XXVIII. Abſolutio a cenſuris, quæ toti Conventui datur in quibuſdam anni ſolemnitatibus, valet duntaxat pro conſcientiæ foro.

XXIX. Quid operetur abſolutio, quam Præſidens electionis dat?

XXX. Quid Suppriores, & Vicarii poſſint in Ordine Prædicatorum circa Fratres a cenſuris abſolvendos?

Quænam Sedi Apoſtolicæ reſervatæ cenſeantur?

XXXI. Num Prælatus alium delegare poſſit ad aliquem cenſuris abſolvendum?

XXXII. Novicii: Recipiendi: Oblati: & Tertiarii, qui collegialiter vivunt, cenſuris abſolvi poſſunt a Superioribus Ordinis.

XXXIII. Quid poſſint Ordinis Prædicatorum Superiores circa ſibi ſubditorum irregularitates occultas, aut publicas?

XXXIV. Quid circa delendam infamiam?

I. QUod Magiſter Generalis, & Priores Ordinis Prædicatorum recipiendos ad eundem Ordinem, & Fratres ipſos jam receptos, ab excommunicatione, & id genus ceteris, abſolvere poſſint, concedit *Gregorius IX Conſtitutione VIII Tom. I pag.* 20 dicens: „ Auctoritate vobis præſentium indul-
„ gemus, ut, ſi contigerit, aliquos Ordinis veſtri
„ Religionem intrare volentes, in canonem latæ ſen-
„ tentiæ incidiſſe, ne pium eorum propoſitum poſſit
„ ullatenus impediri, ſi eos ad Sedem Apoſtolicam
„ laborare oporteat, eis abſolutionis beneficium im-
„ pendatis, dummodo paſſis injuriam ſatisfaciant
„ competenter, niſi forte uſque adeo gravis fuerit,
„ & enormis exceſſus eorum, quod ſint merito ad Se-
„ dem Apoſtolicam tranſmittendi „. Ejuſdem tenoris eſt ipſius *Gregorii Conſtitutio CXX Tom. I pag.* 73. & *Innocentii IV Conſtitutio XIII Tom. I pag.* 122: ac *Conſtitutio CCCLIII Tom. VII pag.* 19.

II. Hinc idem *Innocentius IV Conſt. LV* = Cæleſtis amor = *Tom. I pag.* 136 ſic alloquitur Fratres Prædicatores: „ Vobis auctoritate præſentium indulge-
„ mus, ut volentibus veſtro aggregari Collegio, qui
„ ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicatio-
„ num ſententiis ſunt ligati, abſolutionis beneficium
„ juxta formam Eccleſiæ impertiri, & ipſos in Fra-
„ tres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum
„ recoluerint, ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis in-
„ nodatos, ſecundum formam ipſam abſolvere va-
„ leatis; Ita tamen, quod ſi aliqui ex eiſdem hujuſ-
„ modi ſententiis propter debitum ſint aſtricti, ſatis-
„ faciant, ut tenentur „. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtitutio CCXCIII* = Cæleſtis = *Tom. I pag.* 404.

De Fratribus ipſis loquitur *Innocentius IV Conſtitutione LXIV Tom. I pag.* 139 ſcribens ad Generalem Magiſtrum, & Provinciales his verbis: „ Licet, in-
„ quit, ad hoc Fratrum veſtri Ordinis pia deſudet
„ intentio, ut ab eis, in iis quæ faciunt, prudenter,
„ & provide procedatur, per hoc, & ſuæ Religioni
„ proficere, & Dei cupientes Eccleſiam honorare,
„ tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate
„ contingit, quod quidam ex ipſis excedunt in caſi-
„ bus, in quibus excommunicationis ſententiam, &
„ notam irregularitatis incurrunt. Quare a Nobis
„ ſupplicatione humili poſtulaſtis, ut, cum viri con-
„ templationi dediti ſint in Religionis favorem a di-
„ ſcurſibus cohibendi, ac propter viarum pericula
„ eiſdem Fratribus ad noſtram, & Diœceſanorum
„ præſentiam impediatur acceſſus, ſuper hoc provi-
„ dere de benignitate ſolita curaremus: Nos itaque
„ pie volentes, quod veſtra devotio in iis, quæ di-
„ gne poſſumus, Sedem Apoſtolicam reperiſſe gau-
„ deat gratioſam, ut ſinguli veſtrum in Provinciis,
„ ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis ibi-
„ dem, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus,
„ ſive priuſquam Ordinem intraverint, ſive poſtea in
„ caſibus exceſſerint memoratis, de conſilio diſcre-
„ torum Fratrum veſtrorum, qui literati ſunt, &
„ Deum timentes, impertiri valeant abſolutionis be-
„ neficium, & diſpenſare cum eis, juxta formam Ar-
„ chiepiſcopis, & Epiſcopis ſuper hoc ab Apoſtolica
„ Sede traditam, vobis auctoritate præſentium con-
„ cedimus facultatem, niſi adeo fuerit gravis, &
„ enormis exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apo-
„ ſtolicam deſtinandi. Ejuſdem tenoris eſt *Conſtitu-*
„ *tio CLXI* = Licet ad hoc = *Tom. I pag.* 168.

Eoſdem Generalem Magiſtrum, ac Provinciales alloquens *Innocentius IV Conſtit. LXV* = In jure = *Tom. I pag.* 140: „ Devotioni veſtræ, inquit, præſen-

„ ſentium auctoritate concedimus, ut eos ex Fratribus veſtris, qui pro injectione manuum inter ſe ipſos, incurrerunt excommunicationis vinculum, vel incurrent, aut in illud ante ſuſceptum habitum inciderunt, necnon ut eos, qui, relicta vanitate ſeculi, cupientes veſtræ humilitatis Collegio aggregari, ſe aſſerunt excommunicatione ligatos, ne ipſorum ad Deum poſſet impediri converſio, abſolvere valeatis, dummodo injuriam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter, illis tamen exceptis, quorum adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

III. Poſſunt, & ipſi Præpoſiti, ſicut, & ceteri, cenſuris abſolvi. Generali ſiquidem Magiſtro, & univerſis Ordinis Prædicatorum Prioribus ſcribens *Alexander IV Conſtit.V* = Ordinis veſtri = *Tom.I pag.*269 hæc habet: „ Cum, ſicut aſſeritis, ex indulto Apoſtolicæ Sedis, vobis liceat veſtri Ordinis Fratres curæ veſtræ commiſſos ab excommunicatione abſolvere, & cum eis ſuper irregularitatibus diſpenſare, niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, propter quem merito ſit Sedes conſulenda prædicta, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut Fratres dicti Ordinis, quos pro tempore proprios habueritis confeſſores, abſolutionis, ac diſpenſationis beneficium vobis cum expedierit, juxta indulti præfati tenorem valeant impertiri, ne hi, qui inter vos præeſſe noſcuntur, deterioris conditionis, quam ceteri cenſeantur „. Ejuſdem tenoris eſt Alexandri IV Conſtitutio CCII Tom.I pag.360.

IV. *Alexandri IV Conſtitutio CCI* = Licet ad hoc = *Tom.I pag.*359 ejuſdem tenoris eſt, ac Conſtitutiones *LXIV*, *& CLXI Innocentii IV*, de quibus mox dictum fuit. Sed notandum, quod non ſolum Generali Magiſtro, & Provincialibus, ſed etiam Prioribus Conventuum, & vices eorundem Priorum gerentibus inſcribitur. Hinc additur: „ Ut ſinguli veſtrum in Provinciis, Conventibus, & locis ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis ibidem, abſolutione, ac diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam Ordinem intraverint, ſive poſtea in caſibus exceſſerint &c. „ Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtitutio CCXCIX* = Licet ad hoc = *Tom.I pag.*409.

V. Magiſter quoque, inquit, *Alexander IV Conſtitut. CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*406, „ Et ſinguli Priores Provinciales, & Conventuales, ac eorum vices gerentes in Provinciis, & Conventibus, & locis ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis ibidem, necnon aliis Fratribus ejuſdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus undecunque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam intraverint Ordinem, ſive poſt in caſibus exceſſerint, in quibus excommunicationis ſententiam, & notam irregularitatis incurrerunt, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impertiri, niſi adeo gravis, & enormis exceſſus fuerit, quod ſint ad eandem Sedem merito deſtinandi. Fratres etiam veſtri, quos pro tempore vos, Magiſter, Priores tam Provinciales, quam Conventuales, necnon & vices veſtras gerentes in proprios habueritis Confeſſores, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium vobis, cum expedierit, valeant impertiri, juxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione Fratrum ejuſdem Ordinis ſuperius vobis factæ. Ad hæc volentibus veſtro aggregari Collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis, ſententiis ſunt ligati, abſolutionis beneficium juxta formam Eccleſiæ impertiri, ipſoſque in Fratrea recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, & profeſſionem emiſſam, recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formam ipſam, vos Magiſter, & ſinguli Priores Provinciales, & Conventuales, & vices veſtras gerentes, valeatis abſolvere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententiis, vel in locis interdicto ſuppoſitis divina præſumpſerint officia celebrare, ita tamen, quod ſi aliqui ex hujuſmodi eiſdem ſententiis propter debitum ſunt aſtricti ſatisfaciant, ut tenentur.

VI. Generalem Magiſtrum, Priores, eorumque vices gerentes alloquens *Clemens IV Conſtit.V Tom.I pag.* 451: „ Licet, inquit, ad hoc Fratrum veſtri Ordinis, pia deſudet intentio, ut ab eis in his, quæ faciunt, prudenter, & provide procedatur; per hoc, & ſuæ Religioni proficere, & Dei cupientes Eccleſiam honorare, tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipſis in caſibus excedunt, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrunt ſententias a jure, vel a Judice generaliter promulgatas, & hujuſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto, divina officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati, notam irregularitatis incurrunt, quare a nobis ſupplicatione humili ſupplicaſtis, ut cum viri contemplationi dediti, ſint in Religionis favorem a diſcurſibus cohibendi, ac propter viarum pericula eiſdem Fratribus ad noſtram, & Diœceſanorum præſentiam impediatur acceſſus, providere ſuper hoc de benignitate ſolita curaremus. Nos itaque pie volentes quod veſtra devotio in his, quæ digne poſſumus, Sedem Apoſtolicam reperiſſe gaudeat gratioſam, ut ſinguli veſtrum in Provinciis, Conventibus, & locis ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis ibidem, & aliis Fratribus ejuſdem Ordinis interdum ad eos declinantibus undecunque, abſolutione, ac diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam Ordinem intraverint, ſive poſtea in caſibus exceſſerint memoratis, impertiri valeant abſolutionis beneficium, & diſpenſare cum eis, vobis, auctoritate præſentium, concedimus facultatem, niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

VII. „ Magiſter quoque, inquit *Clemens IV Conſtitut.VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*452 „ Et ſinguli Priores Provinciales, & Conventuales, ac eorum vices gerentes in Provinciis, & Conventibus, & locis ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis ibidem, necnon aliis Fratribus ejuſdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus undecunque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam intraverint in Ordinem, ſive poſt, in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrunt ſententias, a jure, vel Judice generaliter promulgatas, & hujuſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto divina Officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati, notam irregularitatis incurrunt, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impertiri, niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad eandem Sedem merito deſtinandi. Fratres etiam veſtri, quos pro tempore, vos, Magiſter, & Priores, tam Provinciales, quam Conventuales, necnon & vices veſtras gerentes in proprios habueritis Confeſſores, abſolutionis, & diſpenſationis bene-

„ ficium vobis, cum expedierit, valeant impertiri juxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione Fratrum ejuſdem Ordinis ſuperius vobis factæ. Ad hæc volentibus veſtro aggregari collegio, qui ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis ſententiis, a jure, vel a judice promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, obſervata forma canonica, impertiri, ipſoſque in Fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam, recoluerint, ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formam ipſam, vos, Magiſter, & ſinguli Priores Provinciales, & Conventuales, & vices veſtras gerentes, valeatis abſolvere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententiis, vel in locis interdicto ſuppoſitis, divina præſumpſerunt officia celebrare, vel Ordines receperunt, ita tamen, quod ſi aliqui ex hujuſmodi eiſdem ſententiis propter debitum ſunt adſtricti ſatisfaciant, ut tenentur. Volumus autem nihilominus, quod poſtquam fuerint abſoluti hujuſmodi volentes aggregari ſupradicto Collegio niſi mox Ordinem veſtrum intraverint, etiam ſi ſuper hoc eis induciæ a Prælatis ejuſdem Ordinis concedantur, eo ipſo in priſtinas ſententias, a quibus eos taliter abſolvi contigerit, relabantur. Ceterum veſtra diſcretio caute provideat, ut Apoſtolicæ Sedis Legatorum ipſius, & Ordinariorum locorum in abſolutionibus hujuſmodi ſcandalum evitetur.

VIII. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.49: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

Idem conceſſum a *Clemente IV Conſt.XVI* = Cæleſtis = *Tom.I pag.455.*

IX. De Irregularibus, ſic Generalem Magiſtrum, & Priores Provinciales Ordinis Prædicatorum alloquitur *Clemens IV Conſt.XVII* = Exigentibus = *Tom.I pag.456.* „ Ex parte ..... veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod contingit interdum, quod aliqui ex Fratribus veſtris, excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententias, ex quadam incautela proferunt ſine ſcriptis, & poſtmodum ex quadam ſimplicitate, plerumque divina officia, contra Conſtitutionem ſuper hoc editam, celebrant infra menſem: ſuper quo petiiſtis, eis Apoſtolicæ Sedis providentia ſubveniri. Nos igitur, veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis auctoritate, concedimus, ut ſinguli veſtrum, in propriis Conventibus, & locis vobis commiſſis cum Fratribus conſtitutis ibidem, ſuper irregularitate hujuſmodi diſpenſetis, impoſita eis ſuper hoc pœnitentia competenti, & quod de cetero in ſimilibus non excedant. Quod ſi aliqui veſtrum in hujuſmodi caſu exceſſerint, Confeſſoribus, quos pro tempore vos habere contigerit, diſpenſandi modo prædicto vobiſcum, libera ſit de noſtra conceſſione facultas.

X. Huc ſpectat Johannis XXII Conſt.CVIII = Illæ ſunt = Tom.VII pag.59, qua facultas abſolvendi cenſuris, conceditur. Ceterum quænam ſit atrox injuria, vel damnabilis violentia alicui illata, declarat idem Johannes XXII Conſtit.CIX = Perlectis = Tom.VII pag.60.

XI. De Fratribus cenſuris ſolvendis *Bonifatius IX Conſt.CCXX* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.446* hæc habet: „ Quodque Magiſter, & Priores prædicti, aut eorum Vicarii, eorum ſubditos Fratres, vel Sorores, qui forſan in quoſcunque Fratres dicti Ordinis excommunicationis, aut alias ſententias, ſive pœnas, ſine ſtrepitu, aut alias minus rite promulgaverint, vel manus violentas in Confratres, vel alios quoſcunque Clericos, etiam uſque ad ſanguinis effuſionem, & enormem læſionem injecerint, eoſdem Fratres a prædictis, & aliis excommunicationum ſententiis, atque pœnis, quas propterea incurrerint, dummodo læſio hujuſmodi adeo enormis non exiſtat, quod propterea foret merito Sedes prædicta conſulenda, quoties expedierit, abſolvere, & cum eis ſuper irregularitate, ſi quam, hujuſmodi ſententiis ligati, celebrando divina, vel immiſcendo ſe illis, non tamen in contemptum clavium, aut alias præmiſſorum occaſione, qualitercunque contraxerint, diſpenſare, eoſque, quoad hoc, in ſtatum priſtinum reſtituere, & quod Confeſſor, quem dictus Magiſter, & quilibet Priorum, & Vicariorum prædictorum pro tempore duxerint eligendum, eoſdem Magiſtrum, Priores, & Vicarios, ſi forſan, præmiſſorum occaſione, vel alias qualitercunque excommunicationem, aut alias ſententias, & irregularitatem hujuſmodi, quod abſit, incurrerent, abſolvere, & cum eis diſpenſare, aut in ſtatum priſtinum, ut præfertur, reſtituere ...... poſſint & valeant .... indulgemus.

XII. „ Sacræ Religionis, inquit *Alexander V Conſt.XII Tom.II pag.493* „ ſub qua dilecti filii Thomas Magiſter, ac univerſi Fratres Ordinis Prædicatorum, in humilitatis ſpiritu devotum, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, merita promerentur, ut Apoſtolica Sedes petitiones eorum, illas præſertim, quæ animarum ipſorum ſalutem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam clementer admittat. Ipſorum itaque Thomæ Magiſtri, & Fratrum ſupplicationibus inclinati, ut idem Thomas, & quilibet alius, qui pro tempore fuerit Magiſter, per ſe, vel alium, ſeu alios, ejuſdem Ordinis idoneos Sacerdotes, univerſos, & ſingulos Fratres dicti Ordinis, & quicunque idoneus præfati Ordinis Presbyter, quem ipſe Thomas Magiſter, & qui fuerit pro tempore, duxerit eligendum, eundem Magiſtrum ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis a jure, vel ab homine promulgatis, & promulgandis, ſi quas ipſi, vel aliquis ipſorum incurrerunt, aut incurrit, vel in poſterum incurrent, aut incurret, etiamſi abſolutio de his Sedi Apoſtolicæ reſervata foret, necnon ab omnibus aliis peccatis eorum, & cujuslibet ipſorum, quæ quilibet ex dictis Fratribus Magiſtro, aut deputando, vel deputandis ab ipſo, & dictus Magiſter Presbytero, præfatis, corde contriti confitebuntur, etiamſi talia forent, propter quæ Sedes præfata eſſet merito conſulenda, ſemel tantum in officio cujuslibet Magiſtri in forma Eccleſiæ conſueta, Apoſtolica auctoritate, abſolvere, injunctis eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis quæ de jure, ac ſecundum inſtituta, & conſuetudines dicti Ordinis injungenda fuerint, ſuper quibus Magiſtri, & Presbyteri prædictorum conſcientias oneramus. Et inſuper ut ſuffragantibus eorum meritis, ac alio canonico non obſtante, ſuper irregularitate qualibet, ſi quam præmiſſorum occaſione, incurrerunt, vel incurrent in poſterum, miſericorditer diſpenſare, omnemque infamiæ maculam, ſive notam, per eos, vel aliquem ipſorum contractam, vel contrahendam abolere, nec non ad quoſcunque honores, dignitates, & officia,

„ quæ

quæ in dicto Ordine quomodolibet habent, vel habebunt, babilitare, & ad ſtatum priſtinnm reducere, ſemel tantum, nt præfertur, poſſint, & valeant: dummodo Magiſter, & Fratres hujuſmodi in fidelitate, & devotione Sanctæ Romanæ Ecleſiæ, atque noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſtiterint, conſtitntionibns Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus præfati Ordinis, & aliis in contrarium facientibus nequaquam obſtantibus, devotioni ipſorum, tenore præſentium, indulgemus. Sic tamen qnod Magiſter Fratribus, & Presbyter, præfati, Magiſtro prædictis de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam per ipſos, aut alinm, ſeu alios pro ipſis, faciendam injungant, qnam ipſi per ſe, vel alios, facere teneantur, ut præfertur. Et, ne, quod abſit, Magiſter, & Fratres prædicti propter hujuſmodi gratiam ad illicita in poſterum committenda procliviores reddantur, volumus, qnod ſi ex confidentia conceſſionis hujuſmodi aliqua in poſterum committerent, quoad illa præſens conceſſio eis nullatenus ſuffragetur, quodque Conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus ſupradictis per has literas in nullo alias derogetur.

XIII. Confeſſarios Regulares non advertentes, vel ignorantes excommunicationes, & Cenſuras reſervatas, ac de eis abſolventes pœnitentes, poſſe ab irregularitatibus, ſeu cenſnris, ſi quas propter hujuſmodi præſtitam abſolntionem incurrerint, abſolvi, vel diſpenſari, concedit Martinus V Conſt.CCXLVIII = Cum ſæpe = Tom.VII pag.79.

XIV. ,, Præterea, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*517 ,, quia idem Gregorius Prædeceſſor in dictis ſuis literis, Magiſtro, Prioribus Provincialibua, & Conventualibus, & eorum Vicariis abſolvendi Fratres ejnſdem Ordinis, nec non Fratribus dicti Ordinis, quos ipſi Magiſter, Priores Provinciales, ac Conventuales babuerint pro tempore in Confeſſores, abſolvendi ipſos Magiſtrum, Priores Provinciales, & Conventuales ab exceſſibus, & cenſuris, niſi talia forent propter quæ eſſent ad Sedem Apoſtolicam merito deſtinandi, ac cum eis deſuper diſpenſandi concedit, & propterea, qui ſunt deſtinandi, perſæpe revocetur in dubium, ut abſolventium, & abſolvendorum, diſpenſantium, & diſpenſatorum pro tempore puritati conſcientiæ conſulamus, declaramus, Hæreticos relapſos, Schiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad Infideles probibita detuliſſent, duntaxat eſſe ad Sedem prædictam merito deſtinandos. Reliqnis vero omnibus, etiam Simoniæ labe qualitercunque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur, abſolutionis beneficinm, diſpenſationis gratiam, juxta caſuum exigentiam impartiri. Et, ut dicti Ordinis profeſſoribus omnis vagandi tollatur occaſio, & ad Apoſtolicam Sedem recnrrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, Magiſtro, & Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ac eorum Vicariis defectum natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quovis alio nefario, & illicito coitu provenientium patientibus, nec non cum his, qui ex quavis cauſa, præterquam homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forent, diſpenſandi cum dicti Ordinis Prædicatorum profeſſoribus, poſtquam ipſum ordinem profeſſi fuerint, ut defectu, & irregularitate hujuſmodi non obſtantibus, irregulares ipſi ad quoſcunque etiam Sacros Ordines promoveri, & in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, & tam ipſi irregulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quæcunque adminiſtrationes, & officia eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere libere, & licite valeant, motu, & ſcientia, ac auctoritate, prædictis concedimus per præſentes.

XV. ,, Ut....... Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres ,, inquit *Sixtus IV Conſt.CXXIV* = Sacri Prædicatorum = *Tom.III pag.*578 ,, tanto ferventius divinis beneplacitis inſiſtant, quanto majoribus ſe viderint ſpiritualibus gratiis fore munitos, omnibus, & ſingulis Prædicatorum, & Minorum Ordinum profeſſoribus, qui nunc ſunt, & pro tempore perpetuo erunt, ut Confeſſor idoneus eorundem Ordinum, quem quilibet pro ſe de ſui Superioris licentia duxerit eligendum, eorundem confeſſione diligenter audita, pro commiſſis per eos exceſſibus, & peccatis, ſemel in vita, in forma confeſſionalis per Nos edita, in mortis vero articulo plenariam abſolutionem, & peccatorum hujuſmodi remiſſionem impendere valeant, etiamſi ante factam eorundem Ordinum profeſſionem eos decedere contingeret, ſimilibus motu, ſcientia, & auctoritate indulgemus. Facultatem vero a Prædeceſſoribus noſtris conceſſam Magiſtro Generali, & Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ac eorum Vicariis Prædicatorum, ac Generali, & Provincialibus Miniſtris, & eorum Vicariis, necnon Cuſtodibus Minorum, Ordinum prædictorum, ſuper abſolutione Fratrum eorundem Ordinum ſuorum, & diſpenſatione cum eiſdem, in quibuſcunque caſibus, præterquam illis pro quibus eſſent ad Sedem Apoſtolicam mittendi, per Nos approbatam, cum declaratione caſuum pro quibus mittendi ſunt perſtringente, volumus, qnod Magiſter, & Miniſter Generales præfati, & eorum Vicarii, & illi, quibus ipſi Magiſter, & Miniſter Generales pro tempore id duxerint committendum duntaxat, & non alii facultate prædicta de cetero uti poſſint, illam omnibus aliis penitus adimentes.

XVI. Vicariis Prædicatorum Fratrum Obſervantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, ac omnibus Prioribus, & Vicesgerentibus ſcribens *Sixtus IV Conſt.CXLVII Tom.III pag.*600 ,, Quoniam, inquit, omnes Ordinis de obſervantia Fratres, pro eorum abſolutionibus, & diſpenſationibus obtinendis, ad Magiſtrum Generalem præfati veſtri Ordinis ire tenentur, & obligantur juxta tenorem Bullæ, Aureæ nuncupatæ, in qua talis reſtrictio apponitur, idque Fratribus ipſis magno ſit incommodo propter varios diſcurſus pro quaque re faciendos, volentes eorum commoditati, & ſpirituali quieti in hoc conſulere, ſupplicationibuſque in hac parte porrectis Nobis, inclinati, vobis, & cuilibet veſtrum, facultatem, & poteſtatem concedimus, abſolvendi, & diſpenſandi cum Fratribus ipſis ſicuti alias, ex privilegio, quod dicitur Mare Magnum, facere poteratis, antequam talis Bulla, Aurea nuncupata, emanaſſet, illa, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

XVII. Generali Magiſtro ſcribens *Sixtus IV Conſtit.CLIV Tom.III pag.*604: ,, Expoſuiſti, inquit, Nobis, quod facultatem abſolvendi omnes, & ſingulas utriuſque ſexus veſtri Ordinis perſonas, ab omnibus, præterquam certis tunc expreſſis caſibus, & ſuper irregularitatibus diſpenſandi tibi, Prioribus, Provincialibus, & Conventualibus, & eorum Vicariis pro tempore exiſtentibus, vel ab eis deputandis alias conceſſam, ad te, & Vicarios tuos duntaxat, & ad eos, quibus tu illud committendum duceres, reſtrinximus, prout in ſingulis literis

„ deſuper editis, plenius continetur, unde fit, ut
„ difficile admodum exiſtat Fratribus pauperibus tui
„ Ordinis, præſertim in longinquis partibus agen-
„ tibus, pro hujuſmodi abſolutionibus ad te, & tuos
„ Vicarios longe aliquantum remotos accedere, proin-
„ de humiliter ſupplicaſti, ut deſuper opportune Fra-
„ tribus, & perſonis præfatis, ne ſic vagari cogan-
„ tur, providere dignaremur. Nos, hujuſmodi ſup-
„ plicationibus inclinati, tenore præſentium decerni-
„ mus, & declaramus, quod tu, & tui Succeſſores,
„ & Priores Provinciales, ac eorum Vicarii pro tem-
„ pore exiſtentes, & ii, quibus vos committendum
„ hoc duxeritis, eandem abſolvendi ab ipſis caſibus
„ præfatis, perſonas utriuſque ſexus veſtri Ordinis,
„ & ſuper irregularitatibus diſpenſandi, habeatis fa-
„ cultatem, quam per priores literas hujuſmodi ante
„ reſtrictionem habebatis. Priores vero Conventuales
„ illam ſolum habere cenſeantur, quam prius habe-
„ bant, ex privilegiis, & literis Prædeceſſorum no-
„ ſtrorum, Romanorum Pontificum. Non obſtanti-
„ bus literis poſterioribus reſtrictionis noſtræ hujuſ-
„ modi, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XVIII. Quod, paucis exceptis, Bulla Cœnæ non obſtet poteſtati abſolvendi, Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſæ, declarat *Julius II Conſtit. LXXIII Tom. IV pag.* 264 dicens: „ Exponi Nobis feciſti „ (Generalem Magiſtrum alloquitur) „ quod licet fe-
„ licis recordationis Sixtus PP. IV, Prædeceſſor no-
„ ſter, ſecundum carnem patruus, extendendo decla-
„ raverit, in quibus caſibus ad Sedem Apoſtolicam
„ recurrendum eſſet, pro abſolutione, & diſpenſa-
„ tione cenſurarum, & irregularitatum a perſonis
„ Ordinis Prædicatorum, nihilominus propter clau-
„ ſulas derogatorias poſitas in Bulla, quæ ſingulis
„ annis in Cœna Domini publicatur, dubitas, facul-
„ tatem illam Ordini prædicto ademptam. Super con-
„ ceſſione quoque, quam nuper fecimus Sororibus
„ de Pœnitentia Beati Dominici nuncupatis, colle-
„ gialiter viventibus, quod poſſint tria vota Religio-
„ nis emittere, nonnulla declarari deſideras. Et
„ proinde ſupplicaſti humiliter, ut in præmiſſis op-
„ portune providere de benignitate Apoſtolica digna-
„ remur. Nos igitur, qui Religioſorum quieti,
„ quantum cum Deo poſſumus, libenter conſulimus,
„ volentes occaſiones tollere vagandi, attendenteſ-
„ que, quod multa in prædicta declaratione conceſſa
„ ſunt, quæ in Bulla prædicta continentur, ejuſdem
„ Sanctæ Sedis auctoritate decernimus, quod illi,
„ quibus in prædicta declaratione conceſſa eſt poteſtas
„ abſolvendi, & diſpenſandi, licite poſſint perpetuis
„ temporibus abſolvere, & diſpenſare ab omnibus,
„ & ſingulis, ac ſi prædicta Bulla in Cœna Domini
„ non eſſet facta, nec fieret, præterquam in conſpi-
„ ratione in Romanum Pontificem, & ab illis propter
„ quæ prædictus Prædeceſſor noſter, declarando,
„ voluit ad eandem Sedem eſſe reſervandum: Soro-
„ res quoque de Pœnitentia Beati Dominici nuncupa-
„ tæ, collegialiter viventes, & volentes vovere tria
„ Religionis vota juxta noſtram conceſſionem, eadem
„ auctoritate volumus, ut profiteantur obedientiam
„ tibi, & pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali,
„ vel alteri vices Generalis Magiſtri gerenti uſque
„ ad mortem, ſecundum Regulam Beati Auguſtini,
„ & propter hoc tamen non teneantur ad clauſuram,
„ neque ad officium divinum, magis quam ex ſua re-
„ gula Tertii habitus tenentur, & quod exemptæ,
„ tanquam dictæ Religionis membra, gaudeant omni-
„ bus privilegiis active, & paſſive, quibus Fratres
„ Ordinis ſupradicti gaudent, modo privilegia illa
„ ſexui non repugnent. Non obſtantibus quibuſcun-
„ que Apoſtolicis Conſtitutionibus, Ordinationibus,
„ ſuſpenſionibus, revocationibus, & reſtrictionibus,
„ ac etiam Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec-
„ non privilegiis, & conſuetudinibus dicti Ordinis,
„ vel dictarum Sororum, juramento, confirmatione
„ Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
„ necnon Curiæ Vicegerentiæ Avenionen., & qui-
„ buſvis Ordinariis Prælatis, ac perſonis, conceſſis,
„ & concedendis literis, privilegiis, & facultatibus,
„ cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum
„ derogatoriis, fortioribus, & inſolitis. Quibus om-
„ nibus etiamſi de eis, & ſupradictis omnibus, eo-
„ rumque totis tenoribus, & datis, non per hujuſ-
„ modi generales clauſulas, etiam ſpecialem mentio-
„ nem importantes, ſed ſpecifica, & individua, ac
„ de verbo ad verbum, ſeu quævis alia mentio ha-
„ benda eſſet, præſentibus pro expreſſis habentes,
„ illis alias in ſuo robore permanſuris, quoad præ-
„ miſſa, ſpecifice, & nominatim derogamus, & ne-
„ mini in præjudicium præmiſſorum ſuffragari poſſe,
„ aut debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus
„ contigerit attentari, decernimus, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Pe-
„ trum ſub annulo Piſcatoris die XXVII Februa-
„ rii MDX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

XIX. Singulis Generalibus ſingulorum Ordinum Mendicantium ſcribens *Leo X Conſtitut. LIX Tom. IV pag.* 343: „ Exponi, inquit, Nobis feciſtis, nonnul-
„ los Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ad
„ conſervandum diſciplinæ regularis integritatem,
„ quæ ex Fratrum diſcurſibus plurimum labefactari
„ ſolet, vobis indulſiſſe, ut Fratres veſtros a qui-
„ buſcunque criminibus, & exceſſibus, & cenſuris,
„ niſi in certis expreſſis caſibus, in quibus Sedem
„ Apoſtolicam conſulendam eſſe voluerunt, abſolve-
„ re poſſitis. Et quia nuper, Sacro Lateranen. ap-
„ probante Concilio, aliquos caſus de novo Nobis,
„ & Apoſtolicæ Sedi reſervandos duximus, dubitatis,
„ ne forſan conceſſa vobis facultas diminuta ſit, & pe-
„ rinde Fratrum diſcurſibus, qui crebro in periculum
„ animarum ſuarum vergant, non ſit obviatum, atque
„ ſuper hoc de benignitate Apoſtolica providere di-
„ gnaremur, humiliter ſupplicaſtis. Nos igitur, cupien-
„ tes Fratres in ſuis clauſtris potius Deo cordis con-
„ triti ſacrificium pro ſuis peccatis offerre, quam cum
„ ſuarum animarum periculo, & ſcandalo populo-
„ rum, per longinqua itinera diſcurrere, veſtris ſup-
„ plicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, te-
„ nore præſentium, vobis concedimus, ut vos, &
„ quandocunque contingit officium Generalatus per
„ obitum, aut amotionem Generalium pro tempore,
„ ſive alio quovis modo vacare, veſtri Vicarii item
„ pro tempore, ac etiam illi, quibus vos ſpecialiter
„ id duxeritis committendum, ſubditos veſtros reſpe-
„ ctive, ab omnibus, & ſingulis caſibus, & cenſu-
„ ris ſecundum conceſſionem, & declarationem feli-
„ cis recordationis Sixti IV, & Julii II, Romanorum
„ Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum, abſolvere
„ poſſitis. Non obſtantibus, revocationibus, reſtri-
„ ctionibus, reſervationibus, Conſtitutionibuſque,
„ & Ordinationibus Apoſtolicis nuper in dicto Late-
„ ranenſi Concilio, vel alias quomodolibet factis,
„ vel ſi fierent in poſterum, quibus omnibus, illis
„ alias in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa,
„ ex certa ſcientia derogamus, ceteriſque contrariis
„ quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
„ trum ſub annulo Piſcatoris die IX Maii MDXVII,
„ Pontificatus noſtri Anno Quinto.

XX. Sicut

XX. Sicut Epiſcopi Clericos, ita Superiores Ordinis Prædicatorum Fratres a peccatis, & cenſuris abſolvere poſſunt, uti declarat *S. Pius V Conſt.CXIX* = Romani Pontificis = *Tom.V pag.* 283 dicens: „ Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Prior Provincialis Provinciæ Hiſpaniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis privilegiis, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facultas eligendi Confeſſorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles abſolvere a caſibus Ordinario reſervatis, & a quibuſdam etiam, quæ dictæ Sedi reſervata ſunt, Religioſi dicti Ordinis, ſeu eorum nonnulli, etiam his facultatibus uti præſumunt, &, illarum prætextu, eligunt Confeſſorem aliquando, præter eos, qui a ſuis Prælatis, pro audiendis eorum Confeſſionibus, deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale eorum vergit detrimentum; quare prædictus Prior Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi obviare volentes, ac eundem Priorem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, talem conceſſionem Cruciatæ Sanctæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſorem, & abſolvendi a caſibus reſervatis, cum Fratribus, & Sororibus, Monialibus totius Ordinis prædicti, tam Provinciæ Hiſpaniæ hujuſmodi, quam extra eam, ubilibet, locum minime habere, nec cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubjecti ſint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo declaramus: eiſdem tamen Prælatis, ut in uſu hujus poteſtatis, ſe eum ſubditis benignos, & faciles exhibeant præcipientes, & mandantes. Et inſuper, quia Sacrum Œcumenicum Generale Tridentinum Concilium conceſſit Epiſcopis, ut abſolvere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ, ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout Seſſ.XXIV Cap.VI habetur, ne Prior Conventualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta Provincia, quam extra eam ubilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut Seculares exiſtant, eiſdem Priori Conventuali, & Superioribus Prælatis, ut ipſi per ſe ipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubjectos, tam quoad abſolvendi, & diſpenſandi hujuſmodi, quam alias quaſcunque facultates, eadem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo, concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus. Decernentes præſentes literas perpetuo durare, & valere, & ſub quibuſvis illarum conſimilium, vel diſſimilium, conceſſionum, indulgentiarum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, derogationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros, Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, aut Sedem Apoſtolicam, etiam ex quavis cauſa, aut alias quomodolibet, canonice, vel de facto, nunc, & pro tempore factis, & faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas, exiſtere, & fore, ac cenſeri, & ſuffragari debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

XXI. De Cenſuris Eccleſiaſticis, a quibus abſolvere poteſt Generalis Magiſter legenda *Clementis VIII Conſt. XXXIII Tom.V pag.*512. Hujus tenoris eſt. „ Frater Hieronymus Bernerius Corrigien. Ordinis Prædicatorum Tituli S.Mariæ ſuper Minervam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Aſculanus, univerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter, & audituris. Notum facimus, & atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens VIII hodie, Nobis inſtantibus, vivæ vocis Oraculo Nobis facto, licentiam, ac facultatem admodum R. P. F. Hippolyto Mariæ Beccariæ Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, ut in Provinciis Germaniæ, Boemiæ, Poloniæ, atque aliis omnibus ſui Ordinis, iis tamen exceptis, quæ in Italia, aut Regnis Hiſpaniarum ſunt, omnes, & quoſcunque ad ſacros Ordines ante legitimam ætatem, vel non ſervatis temporum interſtitiis, vel per ſaltum, aut alias quomodolibet contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & tenorem Conſtitutionis felicis recordationis Sixti PP. V, noviſſime editam, promotos ab omni, & quacunque ſuſpenſione, abſolvere, & irregularitate quomodolibet præmiſſis de cauſis contracta diſpenſare. Et quod ea non obſtante, in ſuis Ordinibus, & Altaris miniſterio, libere, ac licite poſſint, & valeant miniſtrare, ſi tamen ad ætatem, quæ ſuſcipiendis ipſis ſacris Ordinibus, ſecundum Concilii Tridentini decreta requiritur, pervenerint, & non aliter, quodque omnes, & quoſcunque, qui intra clauſtra Monaſteriorum mulieres introduxerint, & receperint, ac eos, qui abſque neceſſitatis cauſa Monaſteriorum Monialium clauſuram ingreſſi ſunt, ab excommunicationis ſententia abſolvere, ac Sacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis, unitati, & communioni fidelium reſtituere, necnon ab omni, & quacunque irregularitate per eoſdem, ac quemlibet ipſorum, qui ſic cenſura ligati in Altaris miniſterio miniſtraverint contracta, diſpenſare, & in priſtinum ſtatum reponere, juxta facultates alias per Sanctam Sedem Apoſtolicam, ac Romanos pro tempore Pontifices Generali ejuſdem Ordinis conceſſas, necnon omnes, & quoſcunque illegitime natos, & contra felicis recordationis Sixti V Conſtitutionem in dicti Ordinis Religionem in præfatis Provinciis receptos, diſpenſare, quodque in eadem permanere, ac profeſſionem juxta ejuſdem Ordinis Religionis Conſtitutiones rite emittere, licentiam conceſſit, & impartitus eſt, quibuſcunque in contrarium facientibus, non obſtantibus. In quorum fidem omnium, & ſingulorum, præſentes noſtras teſtimoniales literas per Nos ſubſcriptas de præmiſſis fieri, noſtrique ſoliti ſigilli, quo in ſimilibus utimur impreſſione, muniri juſſimus, & fecimus. Datum Romæ die XXX Decembris MDXCIII.

XXII. Eorundem Summorum Pontificum Conſtitutiones paucis ſic exhibet *Benedictus XIII Conſtitutio LXXIX*, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = *Tom.VI pag.*619 §.25: „ Facultatem quoque datam a ſæpedi-

„ cto

ſto S. Pio V in Conſt.CXXXII = Romani Pontificis circumſpecta benignitas = 21 Julii 1571, Prælatis Ordinis, abſolvendi ſibi ſubditos Fratres, ac Sorores, & cum eis diſpenſandi, ſicut abſolvere, & diſpenſare poſſunt Epiſcopi cum eorum Clericis ex Decreto Concilii Tridentini Seſs.XXIV Cap.VI, interdicto tamen penitus iiſdem Fratribus, & Sororibus uſu Cruciatæ, ſive alterius cujuſcunque Privilegii, ad eligendum ſibi Confeſſarium, & obtinendas ejuſcemodi diſpenſationes, & abſolutiones, quem uſum etiam provide interdixerunt Clemens VIII Conſtitutione LXIV = Romani Pontificis = 23 Novembris 1599: & Urbanus VIII Conſtitutione CV = In ſpecula = 19 Junii 1630, iiſdem Prælatis confirmamus, ut ſupra, innovamus, &, quatenus opus eſt, de novo concedimus. Ac inſuper attendentes, Julium II Prædeceſſorem noſtrum in Conſtitutione = Exponi Nobis = inferius referenda, decreviſſe, quod omnes Prælati Ordinis Prædicatorum, quibus antea a Sixto IV in Conſtitutione VII = Regimini = Kalendis Januarii 1474 §.4, & in alia incipien. = Quoniam omnes = 28 Maii 1481, conceſſa fuerat poteſtas abſolvendi, & diſpenſandi ſuos ſubditos in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ, & Gregorium IX, Innocentium IV, Alexandrum IV, Clementem IV, Boniſatium VIII, ac ſucceſſive alios Prædeceſſores noſtros, ut Religioſorum excurſibus, Ordinis decori, ac Superiorum auctoritati, provide occurrerent, amplam iiſdem Prælatis Ordinis circa ſibi ſubditos Fratres, & Moniales, facultatem dediſſe, ut ſuper caſibus, & cenſuris eidem Sedi alias reſervatis abſolverent, & diſpenſarent, confirmamus quoque, innovamus, de novo, ut prædictum eſt, concedimus, atque decernimus, & declaramus, prædictos Ordinis Prælatos abſolvere poſſe Fratres, & Sorores ſibi ſubjectos, & ſubjectas, ab omnibus, & ſingulis caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ, etiam per Bullam Cœnæ, reſervatis, exceptis duntaxat illis, quos laudati Sixtus IV, & Julius II in præmiſſis eorum Conſtitutionibus excipiendos fore voluerunt. Eoſque diſpenſare poſſe, ſuper quavis irregularitate, ex homicidio voluntario orta duntaxat excepta.

XXIII. Summorum Pontificum Conſtitutionibus nititur Gloſſa Conſtitutionum Ordinis Fratrum Prædicatorum *Diſt.I Cap.XIV Textu III Lit.C. pag.82* dicens: ,, Quilibet.... Prior in ſuo Conventu, cum habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt quemcunque Fratrem Ordinis noſtri, etiam hoſpitem ad ſuum Conventum venientem, a quocunque peccato, & ab omni ſententia juris, & judicis generaliter, & non in particulari, prolata, abſolvere: niſi forte talis eſſet exceſſus, ut merito Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.......... Cum vero Magiſter Ordinis curam animarum omnium Fratrum noſtri Ordinis plene, & libere habeat, ipſoſque Fratres, auctoritate propria, ligare, & abſolvere poteſt, ut patet per privilegia: omnes Fratres Ordinis ab omnibus exceſſibus, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, poteſt abſolvere: niſi eſſent Hæretici relapſi, vel Schiſmatici, aut literas Apoſtolicas falſificantes, vel ad Infideles prohibita attuliſſent ,,. Vide *Num.XXX*.

XXIV. Notandum Primo, quod, ſecluſo quolibet Privilegio, Prælatus de jure communi ſubditos ſuos abſolvere poteſt ab excommunicatione juris, ceteriſque id genus cenſuris, quæ reſervatæ non ſunt. *Cap.* = Nuper = 29 de Sententia Excommunicationis. Eadem facultas cuilibet Regularium Confeſſario paſſim conceditur. Idem dicendum cenſent de Excommunicatione, quam Superior per ſententiam generalem tulit, & ſibi nullatenus reſervavit. Si autem Excommunicatio lata ſit ab homine per ſententiam ſpecialem, juxta Regulam juris, qui tulit Excommunicationem, ab ipſa poteſt abſolvere. Idem poteſt Superior circa Excommunicationem latam ab ipſius inferiore: ſed inferior non abſolvit ab Excommunicatione, quam Superior per ſententiam ſpecialem tulit: nec etiam abſolvere poteſt a cenſuris jure Religionum reſervatis: ab iſtis enim abſolvit Superior, cui reſervatæ ſunt, vel alius ab eodem legitime delegatus. *Paſſerinus* de Electione Canonica Cap.XXVI Quæſt.I, II, & III.

XXV. Notandum Secundo, quod ex Declaratione S. Pii V, ſuperius relata, Prælatis Prædicatorum Ordinis competit privilegium a Sacra Tridentina Synodo Seſs.XXIV Cap.VI conceſſum Epiſcopis, ut delinquentes ſubditos in ſuis reſpective Conventibus, in foro conſcientiæ, abſolvere poſſint in caſibus occultis, Apoſtolicæ Sedi reſervatis, in quibus Epiſcopi poſſunt abſolvere. Occultum hic dicitur, quod non eſt notorium, vel famoſum, ſeu publice diffamatum.

XXVI. *Paſſerinus* ibidem Quæſt.VI excipiendos cenſet caſus in Bulla Cœnæ contentos, ac docet, quod nec Epiſcopi, nec Prælati Regulares, vel ab hæreſi, vel a quocunque caſu Bullæ Cœnæ, quantumvis occultiſſimo, ſuos reſpective ſubditos abſolvere poſſunt. *Paſſerino* refragantur Auctores, quos laudat, & excipit *Donatus* de Rerum Regularium Praxi Tomo I Parte I Tractatu XIII Quæſt.XVII, ubi quærens: ,, An per Bullam Cœnæ Domini, quæ Romæ die Sancta Jovis, quotannis publicatur, Mendicantium revocentur privilegia ,,? Reſpondet: ,, Si loquamur, quoad occulta Religioſorum peccata, eorumque conſcientiæ forum; reſolvo negative quæſitum: Secus vero cenſeo dicendum quoad forum contentioſum, & ubi delicta ſunt publica. Occultum autem in hoc caſu illud dicitur eſſe, quod non eſt jure notorium, prout ſatis explicat Navarrus Cap.XXVII Num. 250. Verumtamen, reſpectu Laicorum quoad caſus dictæ Bullæ Cœnæ, & alia ....quovis foro, ſive ſint publica, ſive occulta eorum delicta, per annuam dictæ Bullæ publicationem, ſic adeo revocantur privilegia, ut nullatenus poſſint illis ſuffragari ſine nova confirmatione, vel ſpeciali licentia Domini Papæ ,,. Sententiam ſuam variis probat *Donatus*, & in primis, quia Summi Pontifices, quorum Conſtitutiones ſupra relatæ ſunt, Prælatis Ordinis Prædicatorum facultatem concedunt abſolvendi ſubditos ſuos a caſibus in Bulla Cœnæ contentis, quatuor duntaxat exceptis, quos ex Gloſſa Conſtitutionum noſtrarum retulit, quibus addendus caſus *conſpirationis in Romanum Pontificem*. Quam tuetur opinionem firmat etiam *Donatus*, quia, cum *Thomas* noſter *De Vio Cajetanus*, tunc temporis Generalis, & deinde S. R. E. Cardinalis, expoſuiſſet *Julio II*, quod *propter clauſulas derogatorias poſitas in Bulla, quæ ſingulis annis in Cœna Domini publicatur*, dubitaret, *facultatem illam Ordini* Prædicatorum *ademptam*: benigne conceſſit Summus ille Pontifex, quod ejuſdem Ordinis Prædicatorum Prælati *licite poſſint perpetuis temporibus abſolvere, & diſpenſare ab omnibus, & ſingulis, ac ſi prædicta Bulla in Cœna Domini non eſſet facta, nec fieret*: quinque duntaxat caſibus ſupradictis exceptis. Variis aliis momentis ſententiam ſuam

ſuam firmat *Donatus*, quibus reſpondendum ſuſcipit *Paſſerinus*, qui, *Donati* ſententiam tutam non eſſe, cenſet, ac concludit his verbis: *Certum eſt, nullos Regulares poſſe per ſuos Prælatos quoſcunque abſolvi a caſibus in Bulla Cœnæ contentis.*

XXVII. Hæc ille, qui de cenſuris, ac caſibus in Bulla Cœnæ non contentis hæc habet Quæſt.VII: ,, loquendo ...... de Excommunicatione non contenta in Bulla Cœnæ, & nec deducta ad forum contentioſum, & de abſolutione in foro conſcientiæ, dicitur, Prælatos Regulares poſſe abſolvere ſuos ſubditos ab omni cenſura, ſive occulta, ſive publica, & quantumcunque notoria, niſi in Conſtitutione, reſervante abſolutionem cenſuræ Domino Papæ, ſint, ſaltem æquivalenter, clauſulæ derogantes Regularium privilegiis ,,. Id probat ex privilegiis ſupra relatis, & addit: ,, Exceptis igitur illis (quinque) caſibus in dictis privilegiis expreſſe reſervatis, & qui modo continentur in Bulla Cœnæ, privilegia præſata univerſaliſſime ad omnes caſus, etiam graves, & enormes, & ad cenſuras, vel a jure, vel etiam ab homine in genere, ex quavis cauſa latas, & incurrendas, toties, quoties opus fuerit, ſe extendunt .... Extenditur vero hoc, ut ſit verum etiam de Excommunicatione publica, vel notoria ,,: non tamen de Excommunicatione lata ab homine per ſententiam particularem, niſi Prælati Regulares, qui talem Excommunicatum vellent abſolvere, eſſent judice excommunicante Superiores: ,, in quo caſu ,, inquit idem Auctor Quæſt.VIII Num.89 ,, etiam, regulariter ſaltem, manum ponere non debent, niſi ex notitia publica, & ex proceſſu reſultante: & æquum eſt, ut ligatum cenſura remittant ad ſuum judicem, ſicut eſt praxis Eccleſiæ, ſi is eſt pro foro externo abſolvendus, niſi in caſu legitimæ appellationis, aut recurſus. Et idem dicendum, ſi excommunicatio ſit a jure, ſed deducta ad forum contentioſum ,,. De iſta conſulendus idem Auctor Quæſt.X.

XXVIII. Notandum Tertio, quod abſolutio a Cenſuris, & diſpenſatio ab irregularitatibus, quæ toti Conventui dantur in quibuſdam anni ſolemnitatibus, valent duntaxat pro foro conſcientiæ.

XXIX. Abſolutio autem quam Præſidens electionis dat eſt ad hunc effectum duntaxat, ut ſcilicet electio non ſit ipſo jure nulla, & *ad reimidentiam* vocatur, quia, tranſacto electionis tempore, excommunicatus reincidit in cenſuras. *Paſſerinus* ibid. Quæſt.II.

XXX. Notandum Quarto, quod, ex Prologo Conſtitutionum noſtrarum, & ex Gloſſa ibidem, Priores in Conventu ſuo, & in eorum abſentia Suppriores, & eorum Vicarii, Omnes Fratres noſtri Ordinis ad eorum Conventus declinantes ab omnibus peccatis, & cenſuris, tam a jure, quam ab homine generaliter prolatis, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter non reſervatis poſſunt abſolvere. Quæ explicans *Paſſerinus* loco laudato Quæſt.XII Num.126: ,, hodie, inquit, quia Sedes Apoſtolica ea, quæ graviora ſunt, reſervavit ſibi in Bulla Cœnæ, vel per clauſulas derogatorias privilegiorum, Priores non indigent via communicationis, ut uti poſſint privilegio reſtitutionis ampliſſimæ facultatis factæ a Sixto IV pro Fratribus Obſervantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, ſed abſolute ex vi privilegii Gregorii XI poſſunt abſolvere ab omni excommunicatione, aut cenſura juris, aut hominis generaliter lata, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, vel iis, quæ Sedes Apoſtolica ſibi ſpecialiter reſervavit cum derogatione privilegiorum: aliæ enim cenſuræ non ſunt dicendæ tales, pro quibus Sedes Apoſtolica ſit conſulenda, cum Sedes Apoſtolica per Bullam Cœnæ, & ſpecialem reſervationem declaret, quæ ſint illæ excommunicationes, aut cenſuræ pro quibus Sedes Apoſtolica, non obſtantibus indultis, eſt conſulenda. Suppriores vero, ſeu Vicarii, eandem facultatem habent in abſentia Priorum, tum ex privilegio, tum ex delegatione Priorum, qui quidem ex commiſſione legis tenentur in eorum abſentia relinquere Supprioribus, aut Vicariis talem poteſtatem.

XXXI. Eandem, occaſione data, delegare poſſunt ceteris, quia, ut fert communis ſententia, delegatus a Principe per privilegium perpetuum, & per commiſſionem factam dignitati, ſeu officio, poteſt vices ſuas alteri committere. *Paſſerinus*. ibid. Quæſt.XIII, ubi tamen notat Num.130, quod: ,, in generali conceſſione abſolvendi, vel a quibus Prælatus abſolvere poteſt, vel a caſibus reſervatis, non comprehenditur facultas abſolvendi a Caſibus Papæ reſervatis. Sic enim nec Pontifex committendo caſus ſuos cenſetur committere Caſus Bullæ Cœnæ, & committendo caſus Bullæ Cœnæ, non cenſetur committere abſolutionem ab hæreſi. Unde nec Prælati committendo caſus ſuos, committunt caſus reſervatos Papæ a quibus ipſi ex privilegio tantum poſſunt abſolvere: niſi ſatis exprimant, & ſpecialiter delegent facultatem abſolvendi etiam a caſibus reſervatis Papæ a quibus ipſi abſolvere poſſunt .... vel niſi conſuetudo, & praxis aliud obſervet.

XXXII. Notandum Quinto, quod non ſolum illi qui vota ſolemnia nuncuparunt, ſed ipſimet Novicii, quos ſimplices vocamus, & etiam Recipiendi ad habitum, abſolvi poſſunt a Cenſuris: quia *Novicii in favorabilibus veniunt nomine Religioſorum*, & qui mox recipiendus eſt habetur pro recepto. Ceterum id eo certius eſt quod Apoſtolica Privilegia ſuperius relata de Recipiendis loquantur, *Paſſerinus* Quæſt.XVI, Num.164 cenſet idem dicendum de Oblatis, & etiam de Tertiariis, qui cum Profeſſis collegialiter vivunt. Id probat ex Conſtitutione Leonis X, & ex Decretia S. Congregationis Concilii ſub Clemente VIII, & Paulo V.

XXXIII. Notandum Sexto, quod cum Epiſcopus poſſit in Irregularitatibus occultis, ea excepta quæ eſt ex homicidio voluntario, diſpenſare, poſſunt etiam Ordinis Prædicatorum Superiores in iiſdem diſpenſare cum ſuis ſubditis, & hoc habent ex jure communi, confirmato, & declarato per Conſtitutionem S. Pii V ſuperius laudatam. *Paſſerinus Cap. XXVII Quæſt. I Num.34*. Vi autem Privilegii Sixti IV, cujus verba ſupra relata ſunt, iidem Superiores diſpenſare poſſunt cum ſubditis ſuis, *qui ex gravi cauſa* (ſive ſit occulta, ſive ſit publica) *præterquam homicidii voluntarii, Bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forent*. Adeas *Paſſerinum* ibidem Quæſt.II, III, IV, & V, ubi de tribus iſtis irregularitatibus exceptis, fuſius diſſerit: &, conſequenter ad ſententiam quam tuetur, uti dictum fuit *Nota ſecunda Num.26*, docet, quod Prælati Regulares non poſſunt diſpenſare in Irregularitate orta ex hæreſi, vel ex delicto contento in Bulla Cœnæ, vel ex alio a quo non poſſunt abſolvere. Addit tandem Num.83 quod: ,, quamvis Prælati Regulares etiam ſuper irregularitatibus publicis, alias ut ſupra non reſervatis, poſſint diſpenſare etiam in foro externo, in nulla tamen poſſunt diſpenſare, quæ ad forum externum alterius judicis non inferioris ſit deducta, quia in his datur locus judici prævenienti. Et ulterius, ſi alter judex ſit ſuperior, multo minus poteſt inferior judex ſuper

,, ea ir-

„ ea irregularitate cognoſcere, quæ ad forum ſupe-
„ rioris eſt deducta. Et immo quantum ad hoc ſervari
„ debet Decretum Concilii Tridentini Seſs.XIV
„ Cap.I de Reformat. ut ſi per inferiorem Prælatum
„ alicui, etiam extrajudicialiter, ex delicto etiam,
„ vel cauſa occulta, ſit interdictus aſcenſus ad Ordi-
„ nes Sacros, aut ſi quis a Prælato inferiori fuerit a
„ gradu, ordine, & dignitate ſuſpenſus, non po-
„ teſt, eo Prælato invito, ad Ordines promoveri,
„ vel ad priſtinos ordines, & dignitates reſtitui, &
„ reſtitutio hæc, ſi fiat, eſt nulla. Excipit vero
„ *Donatus* Parte III Tract.II Quæſt.V caſum appel-
„ lationis, vel ubi pœna impoſita ſit evidenter in-
„ juſta.

XXXIV. Notandum Septimo, quod Privilegia concedentia facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate dant conſequenter facultatem delendi infamiam Juris ex qua oriebatur irregularitas. Hinc *Paſſerinus* de Electione Canonica Cap.XXVIII Quæſt:I Num.11 docet, Prælatos Regulares, vi privilegiorum, poſſe, etiam in foro externo, ſuos ſubditos liberare ab infamia juris. Quod intelligendum monet de caſibus, in quibus abſolvere poſſunt, & de infamia quæ deducta non eſt ad forum contentioſum. Ab iſta ſiquidem liberant duntaxat per viam Appellationis, reſcindendo ſententiam infamiæ ab inferiori judice latam: ut enim notaverat ibid. Num.5, Regula Generalis eſt, quod a pœna, impoſita ab homine, liberat ſolum vel judex qui eam tulit, vel ejus Superior. De infamia conſulendus idem Auctor ibid. Cap.X Num.141 &c., & Cap.XXV a Num.581 ad 596.

QUÆSTIO IX.

Qui ad Dignitates extra Ordinem efferuntur, tenenturne libros, & cetera quæ, tempore promotionis, habuerint, Prioribus permittere?

SUMMARIUM.

I. Tenentur, uti decernit Alexander IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Clementem IV.

III. Et Benedictum XIII.

1. Qui ad Dignitates extra Ordinem efferuntur tenentur, libros, & cetera quæ tempore promotionis habuerint, Prioribus permittere, ut habetur ex *Alexandri IV Conſt.XXIX Tom.I pag.282*, cujus hæc verba: „ Ex parte veſtra „ (Magiſtrum Generalem, & Provinciales Ordinis Prædicatorum alloquitur) „ Nobis extitit intimatum, quod, cum con-
„ tingat interdum ad Epiſcopatum, & alias dignita-
„ tes, aliquos de Fratribus veſtri Ordinis promoveri,
„ ipſi libros, & alia, quæ tempore ſuæ promotionis
„ habebant, licet non ad eos, cum proprium eis habere
„ non liceat, ſed ad Ordinem pertineant memora-
„ tum, propriis uſibus applicare præſumunt in ſua-
„ rum præjudicium animarum. Quare ſuppliciter
„ poſtulaſtis a nobis, ut providere ſuper hoc ſalu-
„ briter curaremus. Nos igitur eorum Fratrum ſaluti
„ paterna volentes ſolicitudine providere, ut libros,
„ & alia, quæ ipſos, promotionis ſuæ tempore, ha-
„ buiſſe, ſeu habere, conſtiterit, tibi, fili Magiſter,
„ vel Prioribus, & Conventibus ſuis, ſubmota qua-
„ libet dilatione, reſignent, ipſis Fratribus jam pro-
„ motis in virtute obedientiæ, præſentium auctorita-
„ te, præcipimus. Nos autem, quos promoveri con-
„ tigerit, ne reſignare differant diſtrictius inhibemus,
„ niſi forſan eorum uſum eis ad tempus de gratia du-
„ xeritis concedendum.

II. Magiſtrum, & univerſos Priores, ac Fratres Ordinis Prædicatorum alloquens *Clemens IV Conſtitut.LXXXIII* = Providentia = *Tom.I pag.493*, idem decernit.

III. Prædictam Clementis Conſtitutionem innovat, firmat, & extendit Benedictus XIII Conſt.XV data 7 Martii 1725 = Poſtulat humilitati noſtræ = Tom.V pag.548. Hujus tenoris eſt. „ Benedictus Epiſcopus,
„ Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei Memo-
„ riam. Poſtulat humilitati noſtræ divina diſpenſa-
„ tione commiſſum Sacroſancti Apoſtolatus officium,
„ ut quæcunque reſpiciunt bonum, tranquillitatem,
„ & commodum Ordinum Regularium, unde pluri-
„ mum omni tempore non modo ſplendoris, ac orna-
„ menti, verum etiam utilitatis, atque præſidii Ca-
„ tholicæ Eccleſiæ acceſſiſſe, ac in dies magis ac-
„ cedere ſatis omnibus notum eſt, & quorum in cœtu,
„ nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos
„ ipſos olim fuiſſe, pluriumque annorum ſpatio ver-
„ ſatos eſſe in Domino gloriamur, propenſis ſtudiis,
„ paternaque caritate, & ſolicitudine promovere
„ non omittamus, ac ea præſertim, quæ ad tollendos
„ abuſus, arcendam proprietatis labem, & inviola-
„ tum cuſtodiendum in eiſdem Ordinibus pauperta-
„ tis votum, a Romanis Pontificibus Prædeceſſori-
„ bus noſtris provido, juſtoque conſilio ſancita fuiſſe
„ noſcuntur, ut ſerventur exactius, Apoſtolicæ con-
„ firmationis noſtræ munimine roboremus, & alias
„ deſuper conceſſæ Nobis cælitus auctoritatis partes
„ interponamus, prout rerum, ac temporum condi-
„ tio exigit, & Nos, omnibus maturæ conſideratio-
„ nis trutina perpenſis, ad majorem Omnipotentis
„ Dei gloriam, proſperum prædictorum Ordinum
„ Regularium ſtatum, ac animarum pretioſiſſimo
„ Chriſti Sanguine redemptarum ſalutem, expedire
„ in Domino arbitramur. Dudum ſiquidem felicis
„ recordationis Alexander Papa IV Prædeceſſor no-
„ ſter, cum expoſitum illi fuiſſet aliquando contin-
„ gere, ut Fratres Ordinis Minorum Conventua-
„ lium S. Franciſci ad Epiſcopalem, & alias ſuperio-
„ res, & inferiores dignitates promoti ſecum aſpor-
„ tare, propriiſque uſibus applicare præſumerent li-
„ bros, & alia, quæ tempore ſuæ promotionis habe-
„ rent, tametſi non ad eos, quibus nihil proprium
„ habere licet, ſed ad Ordinem pertinerent, ad ejuſ-
„ modi abuſum ſubmovendum, & conſulendum præ-
„ fati Ordinis indemnitati, quaſdam ſuas deſuper
„ promulgavit Literas Apoſtolicas, tenoris ſequen-
„ tis, videlicet: Alexander Epiſcopus. Servus Ser-
„ vorum Dei, Generali, & Provincialibus Minoris
„ Ordinis Fratrum Minorum. Ex parte veſtra Nobis
„ fuit intimatum, quod cum contingat interdum ad
„ Epiſcopalem, & alias ſuperiores, ſeu inferiores di-
„ gnitates, aliquos de Fratribus veſtri Ordinis pro-
„ moveri, ipſi libros, & alia, quæ tempore ſuæ pro-
„ motionis habent, licet non ad eos, cum proprium
„ eis habere non liceat, ſed ad Ordinem pertineant
„ memoratum, propriis uſibus applicare præſumunt
„ in ſuarum perniciem animarum. Quare ſuppliciter
„ poſtulaſtis a Nobis, ut providere ſuper hoc ſalubriter
„ curaremus. Nos igitur eorundem Fratrum ſaluti,
„ & indemnitati veſtri Ordinis paterna volentes ſo-
„ licitudine providere, ut libros, & alia, quæ ipſos
„ promotionis ſuæ tempore habuiſſe, ſeu habere con-
„ ſtiterit, tibi, fili generalis Miniſter, vel tuis Pro-
„ vincialibus Miniſtris, ſubmota qualibet dilatione,
„ reſignent, ipſis Fratribus jam promotis in virtute

„ obedien-

,, obedientiæ, illis autem, quos promoveri contige-
,, rit, ne reſignare differant, auctoritate præſen-
,, tium duximus injungendum, niſi forſan vos ipſo-
,, rum uſus eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpe-
,, ciali. Datum Laterani Anno Incarnationis Domi-
,, nicæ MCCLV, Nonis Decembris, Pontificatus
,, noſtri Anno Primo. Deinde, cum memoratus abu-
,, ſus in Ordinem quoque Fratrum Prædicatorum
,, irrepſiſſet, recolendæ memoriæ Clemens PP. IV
,, Prædeceſſor itidem noſter, pro ſuo paſtorali zelo
,, eum extirpandum curavit per ſuas conſimiles Li-
,, teras Apoſtolicas, quarum tenor hic ſubjicietur:
,, Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dile-
,, ctis filiis Magiſtro, & univerſis Prioribus, & Fra-
,, tribus Ordinis Prædicatorum, Salutem, & Apo-
,, ſtolicam Benedictionem. Providentia laudabilis,
,, & ſalubris in cunctis veſtris haberi debet operibus,
,, ut exinde claritatem nominis in conſpectu Dei, &
,, hominum habeatis. Cum itaque, ſicut aſſeritis,
,, contingat interdum, quod illi ex vobis, qui de
,, Ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopa-
,, tus, & alias Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur,
,, non conſiderantes quod ex profeſſione in ipſo emiſ-
,, ſa Ordine nihil habent proprium, quod ſibi ſpecia-
,, liter valeant retinere, libros, & alia, quæ apud eos
,, hujuſmodi tempore promotionis habent, uſibus pro-
,, priis applicare, ſecumque portare præſumant in
,, propriæ ſalutis diſpendium, & dicti Ordinis non
,, modicum detrimentum. Nos præſumptioni hujuſ-
,, modi volentes ſalubriter refragari, univerſis Fra-
,, tribus dicti Ordinis ad hujuſmodi Archiepiſcopa-
,, tus, Epiſcopatus, & Prælaturas de cetero aſſumen-
,, dis, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus,
,, ne conſecrationis munus quoquomodo recipiant,
,, antequam libros, & bona contingentia Ordinem
,, memoratum, quæ apud eos tempore ſuæ promotio-
,, nis habere contigerit, Prioribus, & Conventibus,
,, de quibus aſſumpti fuerunt, cum integritate reſi-
,, gnent, niſi forſan iidem Priores, de conſenſu ipſo-
,, rum Conventuum, uſum illorum ad certum tem-
,, pus eis duxerint concedendum, alioquin eo ipſo ab
,, executione Pontificalis Miniſterii noverint ſe ſu-
,, ſpenſos. Inter hujuſmodi autem libros non intelli-
,, gimus comprehendi quaternulos, & alias chartu-
,, las, vel membranas, in quibus dicti Fratres ſibi
,, certa notabilia cum aliquibus privatis ſermonibus
,, collegerunt. Nulli ergo &c. Datum Viterbii Anno
,, Incarnationis Dominicæ MCCLXVIII, Quinto Idus
,, Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Quamvis
,, autem præinſertarum Apoſtolicarum Literarum te-
,, norem a memoratis Regularibus, pro quibus ema-
,, narunt, religioſe hactenus obſervatum fuiſſe, &
,, adhuc obſervari minime vereamur, nihilominus
,, nonnullis juſtis, & gravibus adducti rationibus, ad
,, obſtruendum fraudibus, quæ forſan in poſterum
,, committi poſſent, quemcunque aditum, eaſdem
,, Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum literas
,, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis confir-
,, mandas, & innovandas eſſe duximus, prout Motu
,, proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione
,, noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione illas,
,, & in eis contenta quæcunque, iis tantum exceptis,
,, quæ eidem noſtræ Conſtitutioni adverſantur, ut
,, infra, ampliſſime confirmamus, approbamus, &
,, innovamus, & quatenus opus ſit, adverſus quem-
,, cunque non uſum, ſeu contrarium uſum, qui quo-
,, quomodo prætendi poſſet, reſtituimus, priſtinum
,, in ſtatum reponimus, ac plenarie reintegramus.

,, Præterea, etſi ſatis conſtet ſaluberrimam prædicta-
,, rum literarum diſpoſitionem, non ad eos dunta-
,, xat, de quibus loquitur, ſed ad univerſos etiam
,, alios Regulares Ordines pertinere, cum ratio voti
,, ſolemnis paupertatis, cui illa unice innititur, vi-
,, geat, locumque habeat generatim abſque ulla
,, prorſus differentia in omnibus Ordinibus, quorum
,, profeſſores eodem paupertatis voto æqualiter ob-
,, ſtringuntur, adeoque ſicut iidem profeſſores indi-
,, ſcriminatim nihil proprium poſſident, nec poſſi-
,, dere poſſunt, & quicquid acquirunt, Monaſterio,
,, & Ordini acquirunt, ita ſane abſque ullo diſcrimi-
,, ne, quando ad Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumun-
,, tur, bona, quæ ante earum aſſecutionem habebant,
,, ſecum aſportare, proprioſque in uſus convertere
,, nequaquam poſſunt, ſed Monaſterio, & Ordini,
,, cui acquiſita ſunt, ex integro relinquere, ac reſi-
,, gnare tenentur; Nihilominus ad quamcunque am-
,, biguitatem ſubmovendam, ac penitus e medio tol-
,, lendam, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine
,, paribus, memoratas Alexandri, & Clementis Præ-
,, deceſſorum literas, tenore præſentium expreſſe
,, extendimus, ac ampliamus ad omnes etiam, & ſin-
,, gulos alios Catholicæ Eccleſiæ Ordines, Congre-
,, gationes, & Inſtituta Regularia, Monaſtica, &
,, alia quocunque nomine, & titulo nuncupata, nul-
,, lo prorſus excepto, a quibus, & ab eorum profeſ-
,, ſoribus deinceps illas in omnibus, & ſingulis, quæ
,, præſenti Conſtitutioni non adverſantur, exactiſſi-
,, me obſervari volumus, præcipimus, & mandamus,
,, perinde ac ſi ipſæmet literæ a præfatis Prædeceſſo-
,, ribus noſtris pro ſingulis aliis Ordinibus, Congre-
,, gationibus, ac Inſtitutis prædictis, eorumque pro-
,, feſſoribus quibuſcunque editæ, & promulgatæ
,, fuiſſent, & non alias, aliter, nec alio modo. Cu-
,, pientes inſuper, ut omnis anſa, & occaſio quibuſ-
,, cunque alienis, extraneis, aut ſubdolis prædicta-
,, rum literarum interpretationibus præcidatur, Or-
,, dinumque Regularium quorumcunque præfato-
,, rum indemnitati plenius etiam, atque uberius con-
,, ſultum ſit, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudi-
,, ne ſimilibus, omnibus, & ſingulis Regularibus per-
,, ſonis cujuſcunque Ordinis, Congregationis, ac
,, Inſtituti, ut præfertur, quæ a Nobis, & a Romano
,, Pontifice pro tempore exiſtente, ad Patriarchatus,
,, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, vel quaſcunque
,, alias Prælaturas, & dignitates Eccleſiaſticas in po-
,, ſterum aſſumentur, tenore præſentium ſtrictiſſime
,, interdicimus, ac inhibemus, ne ſecum aſportare,
,, propriiſque uſibus applicare audeant libros, pecu-
,, nias, credita, depoſita, & bona mobilia, ſeu im-
,, mobilia cujuſcunque generis, & ſpeciei, quæ eos
,, tempore ſuæ promotionis penes ſe, vel alios habe-
,, re contigerit, exceptis duntaxat ſcriptis, propriis
,, indumentis, & Breviario, ſed ea omnia, ſtatim ac
,, ſuæ promotioni conſenſerint, & antequam Conſe-
,, crationis munus ſucipiant, Superiori Locali, &
,, Capitulo Cœnobii, Conventus, aut domus, ubi
,, degunt, integra, & intacta abſque ulla prorſus di-
,, minutione, cum eorum notula, ſeu inventario bo-
,, na fide confecto, reſignare teneantur, ut illi poſt-
,, modum Cœnobio, Conventui, vel domui appli-
,, cari poſſint, ac debeant, cui juxta Conſtitutiones,
,, & conſuetudines cujuſque Ordinis, Congregatio-
,, nis, ac Inſtituti, applicanda eſſe conſtiterit. Quod
,, ſi ſecus fecerint, & huic noſtræ ordinationi non
,, obtemperare præſumpſerint, contrafacientes, ultra
,, pœnam ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalis Mini-
,, ſterii in præfatis Clementis IV literis conſtitutam,

,, ſuſpenſionis inſuper a divinis pœnam ipſo facto
,, incurrant, cujus relaxationem Nobis tantum, &
,, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ſublata
,, ceteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apoſtolicæ
,, officio, & majori Pœnitentiario, eam, etiam ad
,, tempus, relaxandi facultate, ſpecialiter, & ex-
,, preſſe reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus,
,, ſtatuimus, & mandamus. Poſtremo, cum æquum,
,, & ſalutare, immo etiam neceſſarium arbitremur,
,, ut occurratur, ac opportunum adhibeatur reme-
,, dium præjudiciis, & detrimentis, quæ hactenus il-
,, lata fuiſſe novimus, ac etiam de cetero inferri poſſe
,, animadvertimus Ordinibus Regularibus, Cœno-
,, biis, Conventibus, ac domibus prædictis ex fa-
,, cultate, quæ ab Alexandro Prædeceſſore, Miniſtro
,, Generali, & Provincialibus Ordinis Fratrum Mi-
,, norum Conventualium S. Franciſci, & a Clemente
,, itidem Prædeceſſore, Magiſtro Generali, ac Prio-
,, ribus Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut præfer-
,, tur, tributa fuit concedendi promotis ad Epiſco-
,, palem, & alias Eccleſiaſticas dignitates, uſum ad
,, tempus librorum, aliorumque bonorum, quæ tem-
,, pore ſuæ promotionis habebant, motu, ſcientia,
,, & poteſtatis plenitudine paribus, tenore præſen-
,, tium nedum præfatis, ſed etiam omnibus, & ſin-
,, gulis aliis Superioribus quorumcunque aliorum
,, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum Re-
,, gularium prædictorum, ad quæ præinſertas Ale-
,, xandri, & Clementis Prædeceſſorum literas, ut
,, ſupra, extendimus, & ampliavimus, etiamſi Ab-
,, bates, Magiſtri, Miniſtri, & Præpoſiti Provincia-
,, les, aut Generales fuerint, vel quacunque alia de-
,, nominatione, ac titolo Ordinibus, Congregatio-
,, nibus, & Inſtitutis antedictis præfuerint, necnon
,, eorundem Cœnobiorum, Conventuum, domorum-
,, que Superioribus Localibus, & Capitulis quibuſ-
,, cunque, prædictam facultatem concedendi ad tem-
,, pus uſum librorum, aliorumque mobilium præfa-
,, torum prorſus adimimus, auferimus, & abroga-
,, mus, ac pro adempta, ſublata, & prorſus abrogata
,, ab omnibus in poſterum haberi volumus, ſtatui-
,, mus, & declaramus, itaut perpetuis futuris tempo-
,, ribus ejuſmodi facultate uti amplius non poſſint,
,, nec debeant, perinde acſi ipſis a præfatis Præde-
,, ceſſoribus noſtris nunquam tributa, & conceſſa
,, fuiſſet, & non alias, aliter, nec alio modo, ſub
,, pœna; ſi ſecus fecerint, ſuſpenſionis a divinis eo
,, ipſo incurrenda, cujus relaxationem Nobis, & Ro-
,, mano Pontifici pro tempore exiſtenti, privative
,, quoad omnes alios, reſervamus, & reſervatam eſſe
,, ſtatuimus, præcipimus, ac mandamus. Decernen-
,, tes præſentes literas ſemper validas, firmas, & ef-
,, ficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & in-
,, tegros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus,
,, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpe-
,, ctabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, &
,, inconcuſſe obſervari, ſicque, & non aliter in præ-
,, miſſis per quoſcunque judices ordinarios, & dele-
,, gatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Audito-
,, res, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Lega-
,, tos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quosli-
,, bet quavis præeminentia, & poteſtate fungentes,
,, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis
,, aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac au-
,, ctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum,
,, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis
,, auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
,, tentari. Non obſtantibus præinſertis Alexandri IV,
,, & Clementis itidem IV Prædeceſſorum literis, & de
,, jure quæſito non tollendo, ac ceteria noſtris, &
,, Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, aliiſque Apoſtoli-
,, cis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, &
,, ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpe-
,, cialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, nec-
,, non quorumvis Ordinum prædictorum, etiam ju-
,, ramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis
,, firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudini-
,, bus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque,
,, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus,
,, illorumque Superioribus, & Profeſſoribus quibuſ-
,, cunque, ſub quibuſvis verborum tenoribus, & for-
,, mis, ac cum quibuſcunque, etiam derogatoriarum
,, derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis
,, clauſulis, & decretis etiam irritantibus, etiam mo-
,, tu ſimili, & conſiſtorialiter, ac alias quomodoli-
,, bet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confir-
,, matis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis,
,, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis,
,, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa,
,, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem
,, per clauſulas generales, idem importantes, men-
,, tio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua
,, alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum
,, omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occa-
,, ſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna
,, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, in-
,, ſertis, ac ſervatis reſpective habentes, hac vice
,, duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad
,, præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe dero-
,, gamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque con-
,, trariis quibuſcunque. Ut autem præſentes literæ
,, ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo il-
,, larum ignorantiam allegare valeat, volumus illas,
,, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen-
,, ſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon
,, Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in
,, Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe,
,, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publica-
,, tas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ con-
,, cernunt, perinde arctare, & afficere, acſi unicui-
,, que eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ
,, fuiſſent, utque ipſarum præſentium literarum tran-
,, ſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu ali-
,, cujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus
,, perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ muni-
,, tis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam ex-
,, tra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus
,, adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli
,, ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
,, confirmationis, approbationis, innovationis, am-
,, pliationis, reſtitutionis, reintegrationis, decreti,
,, declarationis, ſtatutorum, voluntatum, manda-
,, torum, conſtitutionis, aſſignationis, præcepti, &
,, derogationis infringere, vel ei auſu temerario
,, contraire. Si quis autem hoc attentare præſum-
,, pſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Bea-
,, torum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe nove-
,, rit incurſurum. Datum Romæ apud S.Petrum Anno
,, Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſi-
,, mo Vigeſimo Quarto, Nonis Martii, Pontificatus
,, noſtri Anno Primo.

P.M. Card. Prodatar.

F. Card. Oliverius.

Viſa de Curia J. C. Archiep. Amaſenus.

Loco ✠ plumbi.

L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

,, Anno

„ Anno a Nativitate Domini Milleſimo ſeptin-
„ genteſimo vigeſimo quinto, Indictione tertia, die
„ decima quinta Martii, Pontificatus autem Sanctiſ-
„ ſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Benedicti divina
„ providentia Papæ XIII Anno primo, ſupradictæ
„ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad
„ valvas Baſilicarum S. Petri in Vaticano, S. Johan-
„ nis in Laterano, & S. Mariæ Majoris, prout ſimi-
„ liter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ
„ Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, &
„ Monte Citatorio, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis
„ Urbis, dimiſſis copiis, ut moris eſt, per me Tho-
„ mam de Unionibus SS.D.N. Papæ Curſorem.

Johannes del Rè Mag. Curſ.

QUÆSTIO X.

Ut Fratres alicui Privilegio cedere poſſint, requiriturne conſenſus Magiſtri Generalis?

SUMMARIUM.

I. Requiri, liquet ex Conſtitutione Alexandri IV, qui Compromiſſum a Palentinis Fratribus, ſine tali conſenſu factum, irritum declaravit:

II. Et antiquavit tranſactionem, a Fratribus Conventus Montis Peſſulani factam ſine Generalis Magiſtri conſenſu.

III. Alexander IV conſentientes habet Succeſſores ſuos, Honorium IV,

IV. Caliſtum III;

V. Leonem X;

VI. Julium II;

VII. Eugenium IV;

VIII. Hujuſce Privilegii mentio in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

IX. Viget hoc Privilegium.

X. Nec Generalis Magiſter, aut Capitulum Generale renunciare poſſunt exemptionis Privilegio.

XI. Nec Privilegio, de quo diſſeritur, obſtat Bonifatius VIII.

XII. Dum non licet ſtare conventis, a contractibus illis prorſus abſtinendum.

I. Quod Generalis Magiſtri conſenſus requiratur, ut Fratres in aliquo Privilegio cedere poſſint, ex ſequentibus habes: cum enim damno Privilegii, quo libera Sepultura decernitur, compromiſiſſent Palentini Conventus Fratres Prædicatores, id, inſcio Generali Magiſtro, factum audiens *Alexander IV*, compromiſſum irritum declaravit *Conſt.CLXXVI* = Ex tenore = *Tom.I pag.*348 his verbis: „ Eodem compromiſſo ſub quacunque forma,
„ vel pœna, ſeu verborum conditione, facto nequa-
„ quam obſtante, præſertim cum non licuit vobis ſu-
„ per iis taliter compromittere ſine licentia Magiſtri
„ veſtri Ordinis Generalis, libera Sepultura juxta
„ ſupradictam Indulgentiam, ſalva tamen ſecundum
„ conſuetudinem aliorum Religioſorum Diœceſis Pa-
„ lentinæ canonica portione Eccleſiarum, a quibus
„ mortuorum corpora aſſumuntur, uti de cetero va-
„ leatis, vobis auctoritate præſentium concedimus
„ facultatem.

II. Anno MCCLIX *Alexander IV Conſt.CCXXXV* = Religionis favor = *Tom.I pag.*373 antiquavit tranſactionem a Fratribus *Montis Peſſulani* Conventus, damno Privilegiorum, ſine Generalis Magiſtri, & Generalis Capituli, aſſenſu factam. „ Cum igitur,
„ inquit, ex hujuſmodi ordinatione, quæ ſine dicto-
„ rum Magiſtri, & Generalis Capituli, aſſenſu facta
„ dicitur, bis quæ Ordini veſtro tam ex Apoſtolicæ
„ Sedis Privilegiis, vel Indulgentiis, quam etiam
„ a jure conceſſa noſcuntur, plurimum, ut aſſeritur,
„ derogetur, decens eſt, & conveniens rationi, ut
„ Privilegiis, & Indulgentiis, Ordini veſtro a præ-
„ dicta Sede conceſſis, vos, & prædicta domus ve-
„ ſtra, ſicut aliæ domus, & Fratres ejuſdem Ordinis
„ plenarie gaudeatis, ac dignum exiſtit, ut quod
„ a jure conceditur, vobis, deditis ſanctæ contempla-
„ tionis otio, non negetur. Nos itaque volentes vobis
„ ſuper hoc providere, ut in prædictis articulis, non
„ obſtante ordinatione, ſeu compoſitione hujuſmodi,
„ etiam ſi ſit per Sedem eandem confirmata, uti poſ-
„ ſitis Indulgentiis, & Privilegiis, Ordini veſtro, &
„ vobis a Sede prædicta conceſſis, & a jure communi,
„ liberam vobis auctoritate præſentium concedimus
„ facultatem. Decernentes irritum, & inane quic-
„ quid contra vos, vel aliquem veſtrum, ſeu quoſ-
„ cunque alios, præmiſſorum articulorum occaſione,
„ vel alicujus eorum, per quemcunque de cetero fue-
„ rit attentatum.

III. Compoſitiones, & pacta, damno jurium, & Privilegiorum Ordinis conficta reſcindens *Honorius IV Conſt.VIII* = Religionis favor = *Tom.II pag.*9 ſic loquitur: „ Sane ex parte veſtra fuit propoſitum co-
„ ram Nobis, quod nonnulli Priores, & Fratres ve-
„ ſtri Ordinis, in receptionibus domorum, & loco-
„ rum ejudem Ordinis, cum Prælatis, Rectoribus,
„ & Clericis Eccleſiarum, in quarum Territorio do-
„ mus, & loca prædicta, conſiſtunt, ſine tua, fili
„ Magiſter, & alicujus Prædeceſſorum tuorum, ac
„ Generalis Capituli Ordinis prædicti, licentia, &
„ aſſenſu, compoſitiones, & pacta varia in præjudi-
„ cium Indulgentiarum, & Privilegiorum Apoſtoli-
„ cæ Sedis, eidem Ordini conceſſorum, inire temere
„ præſumpſerunt, cum id eis nec ex adminiſtratione
„ competeret, nec ex ſpeciali eſſet conceſſione com-
„ miſſum, nec a Te, tuiſve Prædeceſſoribus, præ-
„ fate Magiſter, vel ab eodem Capitulo fuerunt com-
„ poſitiones, & pacta hujuſmodi acceptata. Quare
„ Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum ex conven-
„ tionibus, & pactis eiſdem præſumptis taliter, in
„ bis, quæ Ordini præfato, tam ex Apoſtolicæ Sedis
„ Privilegiis, ac Indulgentiis, quam a jure commu-
„ ni conceſſa eſſe noſcuntur, nimium derogetur,
„ providere ſuper hoc paterna ſolicitudine curare-
„ mus. Nos itaque volentes ſuper hoc, de benigni-
„ tate Apoſtolica, providere, præſentium auctori-
„ tate, decernimus, quod ex compoſitionibus, &
„ pactis talibus, & taliter initis, in his, quæ ipſi Or-
„ dini, vel perſonis, aut locis eiſdem, ſive de jure
„ communi competant, ſive per Privilegia, vel In-
„ dulgentias ſint conceſſa, eiſdem Ordini, locis, do-
„ mibus, vel perſonis, præjudicium nullum fiat,
„ ſed compoſitionibus, & pactis ipſis, dummodo nec
„ a Te, memorate Magiſter, nec a Prædeceſſorum
„ tuorum aliquo, vel dicto Capitulo acceptata fue-
„ rint, nequaquam obſtantibus, tam ipſis Ordini,
„ domibus, perſonis, & locis, quam iis, cum qui-
„ bus eadem compoſitiones, & pacta ſunt inita, jus
„ priſtinum, abſque alicujus impedimenti obice, in-
„ tegrum conſervetur.

IV. Rectori, & Univerſitati Studii *Pariſien.* ſcribens *Caliſtus III Conſt.XXVIII Tom.III pag.*365: „ No-
„ lentes, inquit, ſicut nec velle debemus, ea, quæ
„ improvido paucorum conſilio geſta ſunt cum detri-
„ mento multorum conniventibus oculis præterire,

,, ac inanes hominum actiones cum jactura animarum
,, pro firmis haberi, præſentium ſerie, declaramus,
,, concordiam anno proxime elapſo per quoſdam Or-
,, dinum Mendicantium Fratres cum Univerſitate ve-
,, ſtra ſine conſenſu Generalium, & Conventuum
,, dictorum Ordinum in præjudicium executionis, de-
,, clarationis, & mandati felicis recordationis Nico-
,, lai Papæ V Prædeceſſoris noſtri, in ſua, quæ inci-
,, pit = Proviſionis noſtræ = per Nos etiam de una-
,, nimi aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum
,, S. R. E. Cardinalium nuper innovata, confirmata,
,, & approbata, per literas Apoſtolicas exordium ſu-
,, mentes = Inter cetera = factam, necnon renun-
,, ciationis, appellationis ad Sedem Apoſtolicam in-
,, terjectæ, ea occaſione, ac aliorum inde ſubſecuto-
,, rum, eſſe temerariam, & præſumptam, nulliuſque
,, exiſtere roboris firmitatis, etiam juramento teme-
,, rario, ſi quod ſit, præſtito, roboratam. Quapro-
,, pter vobis præcipimus, & mandamus, ut ſicut obe-
,, dientiæ filii, & veræ doctrinæ Sectatores eſtis, huic
,, juſſioni noſtræ Apoſtolicæ pareatis, & obediatis, ut
,, tenemini, & inde ut merito devoti noſtri filii, &
,, huic S. Sedi, cui licet immeriti præſidemus gratiis,
,, & favoribus proſequi mereamini, ut optamus.

V, ,, Pacta autem, inquit *Leo X Conſt.L* = Dum
intra = *Tom.IV pag.*338 ,, & conventiones inter
,, eoſdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro
,, tempore inita valeant, niſi per ſubſecutum Capitu-
,, lum proximum Generale, vel Provinciale refuta-
,, ta, ac per eos refutatio hujuſmodi intimata debito
,, tempore fuerit,

VI. Julius II Conſtitut. data 1507 die 29 Martii
= Alias Venerabilem Fratrem = apud Confettium
in Collectione Lit. Apoſt. Privileg. Regul. Mendican.
Parte I pag.97, eodem Privilegio Fratres Ordinis
Minimorum donavit dicens: ,, Quaſcunque conven-
,, tiones, per quoſcunque dicti Ordinis Provinciales,
,, & Vicarios Generales, ſpeciales, ac quoſcunque
,, alios Fratres, ſeu eorum Procuratores, ubicun-
,, que, & quomodocunque, & ſub quibuſcunque
,, clauſulis, & formis, factas, concordatas, tranſa-
,, ctas, & expeditas, quæ per præfatum Franciſcum
,, (*S. Franciſcum a Paula*) vel ſucceſſores ſuos, di-
,, cti Ordinis Generales Correctores, ſeu Capitulum
,, Generale dicti Ordinis acceptatæ, confirmatæ, &
,, ratificatæ non fuerint, nullius eſſe roboris, & mo-
,, menti declaretis, ſi, & prout de jure fuerit fa-
,, ciendum.

VII. Huc ſpectat Privilegium ab *Eugenio IV* Con-
gregationi Monachorum de de Obſervantia S. Juſtinæ,
Ordinis S. Benedicti, conceſſum Conſtitutione da-
ta 1436, pridie Kalendas Julii, Pontificatus anno
Sexto = Etſi quaslibet = quæ legitur in Bullario
Uſuſmaris pag.251: ſic enim loquitur: ,, Adjicientes
,, etiam, quod ſi quandoque contigerit, per aliquem,
,, aut plures actus contra hujuſmodi, aut quæcunque
,, alia decreta, privilegia, indulta, gratias, immu-
,, nitates, & ordinationes præfatæ Congregationi
,, conceſſa, aut illorum aliquod, a quocunque, cu-
,, juſcunque conditionis, dignitatis, gradus, ſeu ſta-
,, tus exiſtat, ex negligentia, vel ignorantia præſen-
,, tium, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut
,, alia quavis cauſa propter quam fuerit aliter atten-
,, tatum, vel pro tempore obſervatum, ignoranter,
,, vel ſcienter, nullum tamen præjudicium decretis,
,, privilegiis, indultis, gratiis, immunitatibus, &
,, ordinationibus hujuſmodi volumus generari, ſed
,, in ſuo vigore, atque robore permanere. Non ob-
,, ſtantibus &c.

VIII. Hujuſce Privilegii mentio in Conſtitutio-
nibus noſtris *Diſt.II Cap.II Textu X Lit.V pag.*205.
Hinc in eiſdem Conſtitutionibus *Diſt.II Cap.XVI Tex-
tu II* legitur: ,, Eandem pœnam (gravioris culpæ)
,, incurrat quicunque Præſidens, vel Frater Con-
,, ventus, vel Provinciæ, qui renunciaverit alicui
,, Privilegio, noſtro Ordini conceſſo, abſque Gene-
,, ralis Capituli aſſenſu; ſine cujus aſſenſu omnem
,, hujuſmodi renunciationem, qualitercunque factam,
,, nullius volumus eſſe roboris, vel momenti.

IX. Viget hoc Privilegium, uti teſtatur *Donatus*
in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tract.I
Quæſt.XLVII pag.29 dicens: ,, Pacta inita ubiliber,
,, & quomodocunque per Regulares contra eorum
,, ſtatuta, aut privilegia, conſuetudines Ordinum,
,, & ſimilia, pro nihilo reputantur, niſi ſint per Ge-
,, nerale Capitulum confirmata, ut egomet tunc Pro-
,, vincialis obtinui coram Illuſtriſſimo Nuncio Nea-
,, politan. contra jam dictos Patres Carthuſianos ad
,, beneficium noſtri Conventus Civitatis Styli. Hinc
,, praxis inolevit procurare, ut hujuſmodi pacta con-
,, firmentur a Romano Pontifice, cum clauſula de-
,, rogatoria Privilegiorum Mendicantium, ne contra
,, illa opponatur, quod Regulares ſunt exempti, &
,, quod eorum bona, & perſonæ ſunt immediate ſu-
,, bjectæ Domino Papæ, cui non poſſunt præjudicare,
,, nec Religioni præjudicium inferre, prout late
,, *Cokier* Tom.II de Juriſd. in Exempt. Parte II Quæ-
,, ſtione CXXIII, & notat *Ceped.* Cap.I de ædifican.
,, Monaſt. Dub.XXII,

X. Conſulendus hac de re *Paſſerinus* Tomo II de
Statibus Quæſt.CLXXXVII Art.IV Num.690, & 691:
ubi lato calamo probat, quod *Pacta inita in præjudi-
cium Religionis, & Succeſſorum, non tenent*. Idem do-
cet ad Caput = Quia ex eo = de Pactis pag.656
Num.11, & 12: & ad Caput = Cum ex eo = de
Exceſſ. Prælatorum pag.375 Num.63: ubi addit, quod
,, etiam ſi Generalis, vel Capitulum Generale con-
,, ſentiret novæ fundationi cum renunciatione exem-
,, ptionis, pactum rejiceretur, tanquam impoſſibili-
,, ter, & tanquam non fuiſſet appoſitum, & fundatio
,, Conventus ſubſiſteret ,,: ut enim jam dixerat in
exemptione ,, agitur etiam de intereſſe Sedis Apoſto-
,, licæ, & ideo renunciatio hujuſmodi, quæ eſt in
,, præjudicium tertii, minime tenet. Caput = Cum
,, olim = §. Nos igitur = de Præſcript.

XI. Nec obſtat Caput = Quia ex eo = de Pactis,
quod habetur in Sexto Decretalium, ubi *Bonifa-
tius VIII* decernit, quod Pacta inita per Fratres Præ-
dicatores, vel Minores, vel alios Mendicantes, cum
Rectoribus paræcialium Eccleſiarum ſuper paræciali-
bus juribus, ſi facta ſunt per Priores, vel Guardia-
nos, de Conventuum ipſorum locorum conſenſu (li-
cet auctoritas Sedis Apoſtolicæ non intervenerit, vel
licentia Prioris, vel Miniſtri Generalis, aut Magiſtri,
vel Provincialis Miniſtri, vel Capituli Provincialis)
ſervanda ſunt: dummodo ſint licita, & honeſta. Id,
inquam, non obſtat, ut enim notat *Paſſerinus* ad idem
Caput: Mendicantes Fratres variis poſtea donati ſunt
Privilegiis, quibus ,, derogatur tam Capiti = Pa-
,, ctum = quam præſenti Capiti = Quia ex eo =
quatenus ſunt contraria dictis privilegiis... Conſide-
,, randum..., eſt ſecundo, quod per Extravagantem
,, = Ambitioſæ = de rebus Eccleſ. non alienan. de-
,, rogatum fuit eiſdem Capitibus. Jura enim perpetua
,, computantur inter bona immobilia, quæ ſine be-
,, neplacito Sedis Apoſtolicæ alienari non poſſunt.
,, Nam inter actiones prohibitas virtute illius Extra-
,, vagantis ſunt ceſſio jurium, & renunciatio bono-
,, rum

,, rum, & jurium, ut per Doctores, quos retuli, ,, inquit, Tom. I de Statibus Quæſt. CLXXXV Art. IV ,, Num. 247, & 256. Igitur renunciatio privilegio- ,, rum nequit ſieri ſine beneplacito Apoſtolico ,,. Adderem tertio, quod Bonifatius VIII loquitur duntaxat de pactis illis peculiaribus, quæ Privilegiis Religioſorum non adverſantur; requirit enim quod illa Pacta ſint *licita, & honeſta*: licitum autem non eſſe Fratribus cedere privilegiis, conſtat ex dictis.

XII. Ceterum quia *Servum Domini, non oportet, litigare*, uti monet Apoſtolus 2. *Timoth.* 2: meminerint Fratres, quantum Religioſos dedeceat, aliquem decipere. Hinc ipſis Auctor ſum, ut, ſi per leges, quas profitentur, non liceat ſtare conventis, a contractibus illis prorſus abſtineant. Quid enim proderit alius decepiſſe? Id certe nunquam ſine multorum offenſione fiet, cum ad hoc nati ſimus, ut omnium ſalutem privatis commodis præferamus. Cetera quæ ad banc materiam ſpectant. Vide *Titulo I Quæſtione XIV*.

QUÆSTIO XI.

Facultas immutandi Officium Divinum, ſeu diurnas preces, fuitne conceſſa Generalibus Comitiis Prædicatorum Familiæ?

SUMMARIUM.

I. Conceſſa fuit ab Honorio IV.

I. Facultas immutandi Officium Divinum, ſeu diurnas preces, Comitiis Generalibus Ordinis Prædicatorum conceſſa fuit ab *Honorio IV Conſtitut. IV = Meritis = Tom. II pag. 8*. Sic enim Generalem Magiſtrum, & Fratres Prædicatores alloquitur: ,, Nos, ,, veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, immu- ,, tandi prædictum Officium, addendo ſcilicet, vel ,, ſubtrahendo, prout per tria Capitula Generalia ,, prædicti Ordinis fuerit ordinatum...... liberam ,, vobis... concedimus, auctoritate præſentium, facul- ,, tatem ,,. Vide tamen Denunciationem III Capituli Generalis Romæ 1694, cujus hæc verba: ,, Denun- ,, ciamus, prodiiſſe Decretum a Sacra Rituum Con- ,, gregatione die 20 Decembris 1692, quo Breviaria ,, noſtra cum ſuis additionibus, mutationibus, cor- ,, rectionibus approbantur ſic, ut nemini liceat, in- ,, ductum, ac præſcriptum in iis ritum immutare.

QUÆSTIO XII.

Conceſſumne fuit Generali Magiſtro, ut, ceteris omnibus excluſis, ipſe unus poteſtatem facere poſſit, typis edendi Miſſale, Breviarium, & id genus ceteros Libros?

SUMMARIUM.

I. Id ipſi conceſſum a Julio III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: Clementem VIII:

III. Qui etiam alia Conſtitutione præcipit, ut Fratres utantur Breviariis, & id genus ceteris Libris, *Romæ tantum impreſſis*.

Paulum V:

IV. Urbanum VIII: Innocentium XI: & Clementem XII.

I. De typis edendis Miſſali, Breviario, & id genus ceteris libris, legendæ, quæ ſequuntur, Conſtitutiones. *Julius III Conſt. XVII Tom. V pag. 19*, Generalem Magiſtrum alloquens: ,, Anno, inquit, ,, ſuperiore, cum Venerabilis Frater noſter Johan- ,, nes Epiſcopus Portuen., S. R. E. Cardinalis, de ,, Salviatis nuncupatus, Ordinis Fratrum Prædica- ,, torum, apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Prote- ,, ctor, Nobis expoſuiſſet, Te cum aliis Patribus dicti ,, Ordinis in veſtro Generali Capitulo, tunc proxime ,, celebrando, reformandis libris, ſcilicet, Miſſali, ,, & Breviario pro uſu veſtri Ordinis olim editis in- ,, cumbere decreviſſe; Nos, Apoſtolica auctoritate, ,, conceſſimus, quod quicquid una cum dilectis ,, filiis Prioribus, & Provincialibus dicti Ordinis in ,, eodem Capitulo ad divinum pertinens officium eſ- ,, ſetis ordinaturi corrigendo, vel augendo, aut ,, etiam minuendo, ſeu mutando, id perinde firmum ,, haberetur, ac ſi per tria Capitula continua eſſet ,, comprobatum. Cum autem, ſicut idem Johannes ,, Epiſcopus Nobis nuper expoſuit, licet reforman- ,, dorum prædictorum librorum opera a te, & reliquis ,, Patribus prædictis in Capitulo Salmanticæ celebra- ,, to ſedulo cœpta fuerit, tamen ob temporis angu- ,, ſtiam illic abſolvi nequiverit, & propterea com- ,, muni totius Capituli voto Tibi cura demandata fue- ,, rit ut per ſocios tuos, vel alios Fratres prædicti Or- ,, dinis, ad hoc idoneos, extra Capitulum opus cœp- ,, tum perficeretur, idque jam tua diligentia perfe- ,, ctum ſit, additis etiam, & imminutis quibuſdam, ,, ac aliis immutatis, quæ ad decorem divini cultus ,, expedire judicaſti, & exinde libros præfatos ſic ,, emendatos dilectis filiis hæredibus quondam Lucæ ,, Antonii Junctæ Typographi, Venetiis commoran- ,, tibus, excudendos tradideris, idem Johannes Car- ,, dinalis Nobis humiliter ſupplicavit, ut emendatio- ,, nem, & mutationem prædictas, & novam Libro- ,, rum eorundem editionem Apoſtolicæ confirmatio- ,, nis præſidio roborare, aliaſque in præmiſſis oppor- ,, tune providere de benignitate Apoſtolica dignare- ,, mur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus incli- ,, nati, emendationem, additionem, mutationem, ,, & editionem præfatas, tam in dicto Capitulo, quam ,, poſtea, ut præfertur, factas, dicta auctoritate ,, Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & ,, confirmamus, ac volumus, & eadem auctoritate ,, decernimus, quod poſthac libri prædicti tam pro ,, particulari Fratrum, & Sororum dicti Ordinis, ,, quam pro communi Chori uſu, juxta emendationem, ,, additionem, mutationem, & editionem hujuſmodi ,, inprimantur, & quod a forma novæ editionis hu- ,, juſmodi ad veterem, vel alium quempiam uſum, ,, recedi, vel quicquam de ea mutari, aut deinceps ,, procurari, vel permitti non poſſit, quod dictis li- ,, bris ſic correctis aliquid addatur, ſeu minuatur, ,, etiam prætextu particularium aliquarum feſtivita- ,, tum, quæ in certis Provinciis, aut Civitatibus ,, conſueverunt celebrari, nec quavis alia occaſione, ,, niſi juxta inſtituta dicti Ordinis per Generale Capi- ,, tulum aliter conſtitutum fuerit.

II. Huc ſpectat *Clementis VIII Conſt. L Tom. V pag. 539*. Hujus tenoris eſt: ,, Cum ſicut Nobis, ,, tuo ,, (F. Hippolytum Mariam Beccaria Generalem Magiſtrum alloquitur) ,, ac etiam totius Ordinis ,, Fratrum Prædicatorum nominibus per dilectum ,, filium Johannem Vincentium Aſturicen. Sacræ ,, Theologiæ profeſſorem, ac ejuſdem Ordinis Pro- ,, curatorem, & Vicarium Generalem expoſitum ,, fuit, ex Capitulorum Generalium Romæ An- ,, no

„ no MDLXXXIX, & Venetiis anno MDXCII, celebratorum, Ordinis prædicti, decretis, juxta ſtatuta dicti Ordinis Libri Chorales, Miſſale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Proceſſionale, Pſalterium, Officium Beatæ Mariæ Virginis, & Kalendarium perpetuum ejuſdem Ordinis, quæ poſt ultimam illarum editionem ex approbatione felicis recordationis Julii Papæ III factam, librariorum incuria, ac licentia, innumeris prope mendis ſcatebant, & pro divini cultus decore, & augmento, mutatione indigebant, nonnullorum dicti Ordinis virorum ad id nominatim deputatorum opera, & ſtudio emendati, & mutati fuerint, iiſque etiam Miſſæ, ac officia propria nonnullorum Sanctorum felicis recordationis Sixti Papæ V, Prædeceſſoris noſtri, aliorumque Romanorum Pontificum, ac noſtro juſſu recitanda, juxta dicti Ordinis ritum accommodata, & addita fuerint, eoſdemque Libros ſic emendatos, mutatos, & auctos dilectis filiis Johanni Bernardo Seſſæ, & Barezzo Typographis Venetiis commorantibus excudendos, tradideris, cum quibuſdam conventionibus, & pactis, in inſtrumento deſuper celebrato contentis, ad quæ relatio habeatur, cupiaſque præmiſſis noſtram, & Apoſtolicæ Sedis approbationem in primis accedere, tum ne in poſterum vitiari aut rurſus mutari poſſint, per Nos provideri, necnon etiam dictorum Typographorum indemnitati opportune proſpici. Quæ omnia a Nobis per eundem Johannem Vincentium humili ſupplicatione petiiſti. Nos igitur, votis tuis benigne annuere, teque, ac univerſum Ordinem prædictum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, emendationem, mutationem, & additionem prædictam, auctoritate Apoſtolica, perpetuo approbamus, & confirmamus, volumuſque, & eadem auctoritate præcipimus, ut poſthac libri prædicti, tam pro particulari Fratrum, & Sororum dicti Ordinis, quam pro communi Chori uſu, juxta emendationem, mutationem, additionem, & impreſſionem hujuſmodi, poſtquam evulgati fuerint, aliter imprimi non debeant, & quod a forma editionis hujuſmodi recedi, vel quicquam de ea mutari, aut deinceps procurari, vel permitti non poſſit, quod in dictis libris, ſic correctis, mutatis, & auctis mutetur aliquid, minuatur, vel addatur, etiam prætextu particularium aliquarum feſtivitatum, quæ in certis Provinciis, aut Civitatibus, conſueverunt celebrari, nec quavis alia occaſione, niſi juxta inſtituta prædicti Ordinis per Generale Capitulum aliter conſtitutum fuerit. Porro ne prædicti Typographi, quibus tu libros hujuſmodi imprimendi curam dediſti, quique magnos ſumptus pro hujuſmodi editione jam fecerunt, & deinceps facturi ſunt, laborum ſuorum fructu fruſtrentur, inhibemus ceteris Impreſſoribus, Typographis, Bibliopolis, Mercatoribus, & aliis perſonis noſtræ ditionis temporalis ſub pœna amiſſionis omnium librorum, & quingentorum ducatorum auri de Camera, eiſdemque, & aliis quibuslibet ubicunque locorum degentibus, ſub excommunicationis ſententia, & aliis cenſuris Eccleſiaſticis, ne libros prædictos infra decennium a die, quo in lucem editi fuerint, ſine tua licentia imprimere, aut ab aliis imprimendos curare præſumant. Mandantes univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, ſeu Officialibus in Spiritualibus Generalibus, & aliis quibuſvis, in quacunque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate conſtitutis, ut quando, & quoties, per te, vel nomine dicti Ordinis fuerint requiſiti, præmiſſa contra inobedientes exequantur, & obſervari faciant, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recordationis Julii PP. III, etiam noſtri Prædeceſſoris, ſuper noviſſima dictorum librorum impreſſione, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac præmiſſis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon privilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis quomodolibet conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, & in ipſis libris impreſſis eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die V Octobris MDXCV, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

III. „ F.Hieronymo Xavierre Generali Magiſtro ſcribens *Clemens VIII Conſtit.XCIX Tom.V pag.601* : „ Cum, inquit, ſicut accepimus, in Capitulo Generali tui Ordinis Fratrum Prædicatorum anno proxime præterito MDCI in Urbe celebrato, reſolutum fuerit, ut libri Chorales, Miſſale, Breviarium, Diurnum, & reliqui, quibus Religioſi dicti Ordinis utuntur, ad normam, & præſcriptum Miſſalis, Breviarii, & Diurni Romani, prout Nos cepere ex relatione dilecti filii noſtri Cæſaris Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyteri Cardinalis, Baronii nuncupati in eodem Capitulo Generali Apoſtolici præſidentis, eidem Capitulo ſignificatum fuerat, præcipue quoad Epiſtolarum, & Evangeliorum ſeriem, ſervato tamen antiquo prædicti Ordinis ritu, quam maxime conformarentur, ac negotium hujuſmodi tibi, per te executioni demandari commiſſum extiterit, tuque ea de cauſa nonnullos ejuſdem Ordinis Religioſos viros doctos ad tale opus conficiendum aptos accerſiveris, ut ipſi impreſſioni dictorum librorum in Romana Curia faciendæ, quam accuratiſſime operam navarent. Cumque, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, eorundem Religioſorum ad hoc deputatorum diligentia effectum ſit, ut jam impreſſioni prædictæ per dilectum filium Alphonſum Ciacconum manus appoſita fuerit. Nos ut libri Chorales hujuſmodi ad præſcriptum Miſſalis, Breviarii, ac Diurni Romani, ut prædictum eſt, conformati, in tota Religione prædicta recipiantur, & in Choro, & extra, publice, ac privatim in uſum admittantur, providere, ſimulque eorum, qui hujuſmodi impreſſionis curam ſuſceperunt, aut in futurum ſuſcipient, indemnitati proſpicere cupientes, teque, ac univerſum Ordinem prædictum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc porrectis inclinati, reformationem Miſſalis, Breviarii, & Diurni, ac aliorum librorum Choralium tui Ordinis Prædicatorum, ad ſupradictam normam factam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus. Volumuſque, & eadem auctoritate præcipimus, ut poſthac libri prædicti, tam pro particulari Fratrum, & Sororum dicti Ordinis,

„ nis, quam pro communi Chori uſu, juxta refor-
„ mationem prædictam, poſtquam vulgati fuerint,
„ aliter imprimi non debeant, quodque a forma no-
„ væ impreſſionis hujuſmodi recedi, vel quidquam de
„ ea mutari, aut deinceps procurari, vel permitti
„ quod in dictis libris ſic reformatis aliquid mutetur,
„ minuatur, vel addatur, etiam prætextu particula-
„ rium aliquarum feſtivitatum, quæ in certis Provin-
„ ciis, aut Civitatibus conſueverunt celebrari, nec
„ quavis alia occaſione, niſi juxta prædicti Ordinis
„ inſtituta per Capitulum Generale, de noſtra vel
„ Suceeſſorum noſtrorum ſpeciali licentia, ac ſine
„ alicujus præjudicio, aliter conſtitutum fuerit, mi-
„ nime poſſit. Præterea, tibi ac dilectis filiis Provincia-
„ libus, & aliis quibuſcunque Superioribus, & Re-
„ ligioſis utriuſque ſexus totius Ordinis prædicti,
„ diſtricte præcipiendo in virtute S. Obedientiæ, &
„ & ſub excommunicationis majoris pœna manda-
„ mus, ut deinceps publice, ac privatim in Choro,
„ & extra, juxta formam Miſſalis, & Breviarii, &
„ reliquorum librorum Choralium ſic reformato-
„ rum, ac Romæ tantum impreſſorum, precari, ce-
„ lebrare, & pſallere teneamini. Porro ne dictus
„ Alphonſus, vel ejus hæredes, aut alii ab eo cau-
„ ſam habentes, quibus tu libros hujuſmodi impri-
„ mendi curam dediſti, quique magnos ſumptus pro
„ hujuſmodi editione jam fecerunt, & deinceps fa-
„ cturi ſunt, laborum ſuorum fructu fruſtrentur. pro-
„ videre volentes, univerſis, & ſingulis utriuſque
„ ſexus Chriſtifidelibus præſertim vero Typogra-
„ phis, Impreſſoribus, & Bibliopolis ubique terra-
„ rum, & locorum exiſtentibus ſub excommunica-
„ tionis majoris ſententia, perſonis vero noſtræ tem-
„ poralis juriſdictionis, etiam amiſſionis typorum,
„ ac librorum omnium, & quingentorum ducato-
„ rum auri de Camera, pro una Cameræ Apoſtolicæ,
„ pro alia accuſatori, & pro reliqua tertiis partibus
„ ipſi Alphonſo, vel ejus hæredibus, aut ab eo cau-
„ ſam habentibus, applicandorum, eo ipſo abſque
„ alia declaratione incurrendis pœnis, inhibemus,
„ ne infra viginti annos a die quo Miſſale, & Bre-
„ viarium, Diurnum, Martyrologium, Rubrica-
„ rium, Proceſſionale, Pſalterium, Officium Beatæ
„ Mariæ Virginis, & Kalendarium perpetuum, &
„ reliqui libri Chorales, quibus Religioſi utriuſque
„ ſexus dicti Ordinis utuntur, in lucem editi fue-
„ rint, illos, vel eorum aliquem, ſine dicti Alphonſi,
„ vel ejus hæredum, aut ab eo cauſam habentium,
„ expreſſa, & in ſcriptis obtenta licentia aliunde im-
„ primere, aut ab aliis impreſſos venales habere, vel
„ tenere, quoquo modo audeant, vel præſumant.
„ Mandantes univerſis & ſingulis Venerabilibus Fra-
„ tribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis
„ locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, ſeu Offi-
„ cialibus, in ſpiritualibus generalibus, & aliis qui-
„ buſvis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, ut quan-
„ do, & quoties, per te, vel nomine dicti Ordinis,
„ ſeu per dictum Alphonſum, per ejus hæredes, aut
„ ab eo, vel ab eis cauſam habentes, fuerint requi-
„ ſiti, præmiſſa contra inobedientes exequantur, &
„ obſervari faciant, invocato etiam ad hoc, ſi opus
„ fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtante
„ felicis recordationis Julii Papæ III Prædeceſſoris
„ noſtri, & aliis noſtris ſuper librorum Choralium
„ veſtri Ordinis impreſſione, ac aliis Conſtitutio-
„ nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac præ-
„ miſſis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento,
„ confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate,
„ alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, pri-
„ vilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtoli-
„ cis quibuſvis perſonis in contrarium præmiſſo-
„ rum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & appro-
„ batis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum teno-
„ res, acſi de verbo ad verbum inſererentur præſen-
„ tibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice
„ duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ce-
„ teriſque contrariis quibuſcunque. Volumuſque,
„ & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod poſt
„ horum librorum publicationem, qui in Romana
„ Curia ſunt præſentes, prædicti Ordinis Fratres,
„ aut Sorores, ſtatim lapſo menſe, reliqui vero, qui
„ citra Montes, ſex menſibus, qui ultra montes ubi-
„ que locorum, intra annum, vel cum primum ve-
„ nalium hujuſmodi librorum facultatem habuerint,
„ ad precandum, celebrandum, & pſallendum juxta
„ illorum ritum, tam in Choro, quam extra illum,
„ maneant obligati. Harum autem literarum exem-
„ pla, etiam in ipſis impreſſa, vel extra, quomodo-
„ cunque manu Notarii publici ſubſcripta, & alicu-
„ jus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ
„ ſigillo munita, eandem ubique fidem in judicio, &
„ extra faciant, quam ipſæ præſentes facerent ſi fuiſ-
„ ſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
„ Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II Apri-
„ lis MDCII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Quam Clementis VIII Conſtitutionem firmavit Paulus V Conſtitutione CXXVII = Alias a felicis = Tom. VII pag. 451.

IV. Huc etiam ſpectant Urbani VIII Conſt. XXI, data 25 Septembris 1625 = Aljas = Tom. VI pag. 461 Innocentii X Conſt. XIX, data 3 Aprilis 1651 = Cum ſicut = Tom. VI pag. 164: Innocentii XI Conſt. XXXV, data 26 Junii 1688 = Exponi Nobis = Tom. VI pag. 378: qua Fratrum Prædicatorum Miſſale Apoſtolica auctoritate firmatur: & ejuſdem Innocentii Conſtit. XXXVI, data 14 Auguſti 1688 = Cum ſicut = Tom. VI pag. 381, quam Clemens XII, feliciter regnans, innovavit, & auxit Conſtitutione L. Hujus tenoris eſt: „ Clemens Papa XII. Ad Perpetuam Rei
„ Memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus fi-
„ lius Thomas Ripoll Magiſter Generalis totius Or-
„ dinis Fratrum Prædicatorum, quod alias emana-
„ runt a felicis recordationis Innocentio PP. XI Præ-
„ deceſſore noſtro ad inſtantiam tunc in humanis agen-
„ tis Antonini Cloche ejuſdem Ordinis, dum viveret,
„ Magiſtri itidem Generalis, literæ in ſimili forma
„ Brevis, tenoris, qui ſequitur videlicet: Innocen-
„ tius PP. XI. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Cum,
„ ſicut dilectus filius Antoninus Clocbe Magiſter Ge-
„ neralis Ordinis Prædicatorum Nobis nuper exponi
„ fecit, ipſe Miſſale, Breviarium, Diurnum, Mar-
„ tyrologium, Rubricarium, Proceſſionale, Pſal-
„ terium, Officinm B. Mariæ Virginis, Kalendarium
„ perpetuum, & reliquos Libros Chorales, quibus
„ perſonæ utriuſque ſexus dicti Ordinis utuntur, in
„ Alma Urbe noſtra, prævia debita approbatione,
„ propediem typis mandare intendat: vereatur au-
„ tem, ne alii eoſdem libros poſtea, nec ea, qua de-
„ cet ſedulitate, & caſtigatione edi curent. Nobis
„ propterea humiliter ſupplicari fecit, quatenus in
„ præmiſſis opportune providere, &, ut infra indul-
„ gere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos
„ igitur ſpecialem ipſi Antonino Magiſtro Generali
„ gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis ex-
„ communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſ-
„ que Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a ju-
„ re, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa
„ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad
„ effec-

„ effectum præſentium duntaxat conſequendum, ha-
„ rum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes,
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Univerſis, &
„ ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſer-
„ tim vero Typographis, Librorum Impreſſoribus,
„ & Bibliopolis ubilibet exiſtentibus, ſub excommu-
„ nicationis latæ ſententiæ, in noſtra vero temporali
„ ditione commorantibus etiam quingentorum duca-
„ torum auri de Camera, ac amiſſionis Typorum, &
„ Librorum omnium, eidem Cameræ applicandorum,
„ abſque aliqua declaratione incurrendis, & exigen-
„ dis pœnis, interdicimus, & inhibemus, ne Miſſale,
„ Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubri-
„ carium, Proceſſionale, Pſalterium, Officium Bea-
„ tæ Mariæ Virginis, Kalendarium perpetuum, alioſ-
„ que Libros Chorales præfatos, vel eorum aliquos,
„ aliquamve partem, poſthac in perpetuum abſque
„ expreſſa, & in ſcriptis accepta dicti Antonini mo-
„ derni, & pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis
„ dicti Ordinis facultate, cujus exemplum in princi-
„ pio, vel fine cujuſque Librorum hujuſmodi im-
„ preſſum una cum præſentibus noſtris literis ſemper
„ addendum erit, imprimere, aut ab aliis impreſſa
„ vendere, ſeu venalia habere, vel proponere quo-
„ vis modo audeant, vel præſumant. Mandantes uni-
„ verſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archie-
„ piſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis,
„ eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ſeu
„ Officialibus, ac in Statu noſtro Eccleſiaſtico Lega-
„ tis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus,
„ & aliis Officialibus, ceteriſque, ad quos quomodo-
„ libet ſpectat, & ſpectare poterit, ut quando, &
„ quoties pro parte dicti Magiſtri Generalis, ſeu no-
„ mine dicti Ordinis requiſiti fuerint, prædicta con-
„ tra inobedientes quoſcunque, etiam per cenſuras
„ Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris, & facti re-
„ media auctoritate Apoſtolica exequantur, & obſer-
„ vari faciant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,
„ auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſti-
„ tutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon,
„ quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento,
„ confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate
„ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privile-
„ giis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in
„ contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis,
„ confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſin-
„ gulis, illorum tenores præſentibus pro plene, &
„ ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſer-
„ tis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,
„ ad præmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpe-
„ cialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earun-
„ dem præſentium literarum tranſumpta, ſeu exempla
„ etiam in ipſis Libris impreſſa, manu alicujus No-
„ tarii publici ſubſcripta, & ſigillo perſonæ in Eccle-
„ ſiaſtica dignitate conſtitutæ munita, eandem prorſus
„ fidem ubique locorum in judicio, & extra faciant,
„ quam ipſæ præſentes facerent, ſi forent exhibitæ,
„ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
„ riam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XIV Au-
„ guſti MDCLXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno
„ Duodecimo. J. F. Albanus. Loco ✱ Annuli Piſ-
„ catoris. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjun-
„ gebat, ipſe Thomas Magiſter Generalis literas In-
„ nocentii Prædeceſſoris hujuſmodi, ne ulla ratione,
„ ſeu arte infringi, eludi, aut labentis temporis de-
„ curſu labefactari valeant, ſed ut eo validius ſubſi-
„ ſtant, ac exactius ſerventur, quo multiplici firmi-
„ tatis vinculo ſæpius fuerint ab hac S. Sede conſtabi-
„ litæ, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ præſidio
„ communiri ſummopere deſideret; Nobis propterea
„ humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis
„ opportune providere, & ut infra indulgere, de beni-
„ gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ejuſdem
„ Thomæ Magiſtri Generalis votis hac in re, quantum
„ cum Domino poſſumus, benigne annuere volentes,
„ eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſio-
„ nis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis
„ cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, qua-
„ vis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodo-
„ libet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dun-
„ taxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, &
„ abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicatio-
„ nibus inclinati, præinſertas Innocentii Prædeceſſo-
„ ris literas, & in eis contenta quæcunque auctoritate
„ Apoſtolica, harum ſerie approbamus, & confir-
„ mamus, ac, quatenus opus ſit, innovamus, il-
„ liſque perpetuæ, ac inviolabilis Apoſtolicæ firmi-
„ tatis robur, vim, & efficaciam adjungimus. Præ-
„ terea omnibus, & ſingulis dicti Ordinis utriuſque
„ ſexus perſonis, nunc & pro tempore exiſtentibus
„ ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, ne aliis
„ quibuſcunque Miſſali, Breviario, Diurno, Mar-
„ tyrologio, Rubricario, Proceſſionali, Pſalterio,
„ Officio B. Mariæ Virginis, Kalendario perpetuo,
„ ceteriſque Libris Choralibus, vel eorum aliquo,
„ aliquave parte, quam iis, quæ in Alma Urbe præ-
„ fata, vel de expreſſa, & in ſcriptis accepta ejuſ-
„ dem Thomæ moderni, ſeu pro tempore exiſtentis
„ Magiſtri Generalis Ordinis prædicti facultate, &
„ licentia, cujus exemplum in principio, vel fine
„ cujuſque Librorum hujuſmodi per extenſum im-
„ preſſum una cum præinſertis, aut præſentibus lite-
„ ris ſemper additum ſit, typis mandata, ſeu impreſſa
„ fuerint, deinceps perpetuis futuris temporibus uti;
„ Superioribus vero dicti Ordinis cujuſvis gradus,
„ dignitatis, ac præeminentiæ exiſtant, ſub ſuſpen-
„ ſionis ab officio, quod obtinent, ac perpetuæ ad
„ idem, vel quodcunque aliud ſimile, vel diſſimile
„ in futurum obtinendum inhabilitatis pœnis eo ipſo
„ abſque alia declaratione per tranſgreſſores reſpecti-
„ ve incurrendis, ne dictorum Librorum, vel alicu-
„ jus, ſeu partis eorum aliter quam, ut ſupra dictum
„ eſt, impreſſorum, uſum præfatis perſonis ſibi ſubdi-
„ tis permittere audeant ſimiliter, vel præſumant, ea-
„ dem auctoritate, tenore præſentium, præcipimus,
„ & mandamus. Decernentes ipſas præſentes literas
„ ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore,
„ ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, &
„ obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tem-
„ pore quandocunque ſpectabit in omnibus, & per
„ omnia inviolabiliter, & exacte obſervari; ſicque,
„ & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Judices
„ Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii
„ Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque
„ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet, qua-
„ vis aliter judicandi, & interpretandi facultate, &
„ auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irri-
„ tum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, qua-
„ vis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contige-
„ rit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, necnon
„ omnibus, & ſingulis, quæ in præinſertis Innocentii
„ Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt, non obſtare, ce-
„ teriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum volu-
„ mus pariter, ut præſentium literarum tranſumptis,
„ ſeu exemplis, etiam in ipſis Libris impreſſis, ma-
„ nu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo

„ per-

„ perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ muni-
„ tis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam ex-
„ tra illud, ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſenti-
„ bus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.
„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annu-
„ lo Piſcatoris die XIX Septembris MDCCXXXVI,
„ Pontificatus noſtri Anno Septimo.

„ Pro D. Cardinale Oliverio.

„ P. L. Jacquet.

Conſulenda Denunciatio IV Capituli Generalis Romæ 1694, quæ meminit Conſtitutionis ab Innocentio XI datæ, & quid agendum ſit, mandat omnibus, & ſingulis Ordinis Prædicatorum alumnis. Hujus tenoris eſt: „ Denunciamus a ſan. mem. Innocen-
„ tio XI per Conſtitutionem, quæ in principio Miſ-
„ ſalis typis edita eſt, ac in parvo etiam Breviario
„ recenter Romæ edito, inhibitum fuiſſe ſub pœna
„ excommunicationis, ne ea, quæ ad recitationem
„ Divini officii ſecundum ritum Ordinis noſtri perti-
„ nent, typis edere quis præſumat. Quare eidem
„ Conſtitutioni inhærentes prohibemus omnibus, &
„ & ſingulis Fratribus Ordinis noſtri, cujuſcunque
„ conditionis, & qualitatis, ne ullo tempore Appen-
„ dices ad Breviaria Ordinis typis edere præſumant,
„ inhibentes in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedien-
„ tiæ, & ſub formali præcepto, omnibus ad Ordi-
„ nem noſtrum quomodocunque ſpectantibus, ne eas
„ Appendices vendant, aut emant, aut iis utantur.

QUÆSTIO XIII.

Facultas transferendi filiationes Fratrum de uno ad alium Conventum conceſſane fuit Generali Magiſtro?

SUMMARIUM.

I. Conceſſa fuit ab Urbano VIII.

II. Ipſique a Capitulis Generalibus aſſeritur ex præſcripto legum Familiæ Prædicatorum.

III. In Italia tamen ſervandum Decretum quod exhibetur.

IV. Speciales Apoſtolicæ Conſtitutiones ea de re pro variis Cœnobiis datæ. Pro Barcbinonenſi.

Pro Neapolitanis Cœnobiis Sancti Dominici, & S. Thomæ.

V. Pro Neapolitano S. Petri Martyris.

VI. Pro Neapolitano Montis Dei.

VII. Pro Neapolitano S. Severi.

VIII. Pro Florentino S. Mariæ Novellæ.

IX. Pro Neapolitano S. Mariæ Sanitatis.

X. Pro Romano S. Mariæ ſupra Minervam.

XI. Pro Neapolitano SS. Roſarii.

XII. Pro Neapolitano Collegio S. Thomæ.

XIII. Pro Neapolitano Cœnobio S. Spiritus de Palatio.

XIV. Pro Florentinis Sancti Marci, & Feſulan. Cœnobiis.

XV. Pro Neapolitano Cœnobio Jeſu, & Mariæ.

XVI. Pro Neapolitano S. Catharinæ de Formello.

XVII. Pro Neapolitano S. Mariæ Salutis.

XVIII. Pro Neapolitano S. Dominici Majoris.

XIX. De Conventibus ex una ad aliam Provinciam transferendis.

I. Urbanus VIII Conſtitutione LIX, data 7 Februarii 1632 = *Tuo nomine* = Tomo VI pag. 81, Fratrum Regni Galliæ Filiationes, Generali Magiſtro, transferendas permittit, *etiam abſque conſenſu Fratrum Conventuum* (Conventus ſcilicet a quo, & Conventus ad quem) dummodo tamen *Fratrum ſucceſſio in bonis, aliaque jura, ad primum Conventum ſpectantia, nullatenus cenſeantur translata ad alium Conventum, ad quem eorundem Fratrum Filiationem hujuſmodi transferri contigerit*. Hoc Privilegium, cujus autographum in Archivo Ordinis aſſervatur Romæ, ampliſſima derogatione munitur, & rogatu Regis Chriſtianiſſimi conceſſum fuit, ut in Bullario, loco mox laudato, videre eſt.

II. De Filiationibus Fratrum transferendis loquitur *Gloſſa Conſtitutionum Diſtinctione II Cap. XIV Textu V Litera H pag.* 312: ubi meminit Decreti Clementis VIII, cui derogavit Urbanus VIII Conſtitutione mox laudata. Eadem de re conſulendi *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* Parte II Capite LXXVII pag. 212, & *Vincentius Maria Fontana* Titulo de Affiliationibus pag. 35 &c. ubi refert Acta Capitulorum Generalium, quibus hæc Filiationes transferendi facultas ex præſcripto Legum noſtrarum aſſeritur Generali Magiſtro. Addenda Declaratio IX Capituli Generalis Romæ 1694, cujus hæc verba: Declaramus, quod, ſi
„ contingat, aliquem Conventum non habere filios,
„ cum in eo aliqui Profeſſi ex aliis Conventibus affi-
„ liantur, nullo modo requiritur aſſenſus Patrum eo
„ in Conventu aſſignatorum, ſed penes Magiſtrum
„ Ordinis erit eidem Conventui, qui nullos filios
„ habet, de filiis providere, juxta morem, & conſue-
„ tudinem, uniuſcujuſque Provinciæ.

III. Circa Filiationes tamen intra Italiam transferendas Sacra Congregatio, negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita, ſequens edidit Decretum die 26 Novembris 1706: „ Filiationes, & Transfiliatio-
„ nes reſpectu utriuſque Conventus, a quo, & ad
„ quem, faciendas eſſe in Capitulis Conventualibus
„ per ſecreta ſuffragia, cum interventu duarum ex
„ tribus partibus omnium filiorum, computatis tam
„ præſentibus, quam abſentibus. Abſentes vero, qua-
„ tenus numerus præſentium non aſcendat ad duas
„ integras tertias partes, eſſe omnino expectandos
„ uſque ad complementum dictarum duarum par-
„ tium ex tribus; ſub pœna nullitatis quarumcunque
„ Filiationum, & Transfiliationum hujuſmodi „.

Hæc ita ſancita ſunt in Cauſa Conventus Aquilani quæ de Fratre Profeſſo mota fuerat. Transfiliationes igitur ſpectat eorum duntaxat qui vota ſolemnia nuncuparunt. Hinc ad hanc uſque diem in ipſamet Italia mos eſt, quod Generalis Magiſter ſuper conſenſu Conventus a quo diſpenſet Novicios quorum Filiationes antea transferuntur quam vota nuncupaverint. Notandum quoque, nihil ex prædicto Decreto innovatum fuiſſe circa Filiationes quas *ſimplices* vocant: cum ſcilicet aliquis inter filios Conventus ſic recenſetur, ut non transferatur de uno ad alium Conventum; nec etiam aliquid innovat circa ceteras Leges, ac conſuetudines legitimas Ordinis. Hinc, exempli gratia, ſi quis ex filiis Conventus adeſſe nollet, ac vocatus ad Transfiliationem nuncium ſuffragio ſuo remitteret, numerandus quidem eſſet ad integrandum numerum a Sacra Congregatione præſcriptum circa duas ex tribus partibus filiorum Conventus: non obeſſet tamen Filiationi, cui faveret ſuffragiorum pluralitas, ut loquuntur, major ſcilicet numerus. Hinc eadem Sacra Congregatio die 26 Novembris 1734, Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Domino Cardinali Sancti Clementis Ponente, in Melevitana Cauſa Transfiliationis cenſuit, *Transfiliationem Patris Agius eſſe validam*.

IV. In Bullario variæ Conſtitutiones reperiun-

tur pro nonnullis Conventibus datæ. Urbani VIII Conſtitutio X == Ex injuncti == Tom.VI pag.29 pro Conventu Barchinonenſi S. Catharinæ Virginis, & Martyris. Ejuſdem Urbani VIII Conſtitutio CXIII. == In his Apoſtolici == Tom.VI pag.130 pro Neapolitanis Cœnobiis S. Dominici, & S. Thomæ.

V. Ejuſdem Urbani VIII Conſt.CXIX == In his == Tom.VI pag.135 pro Neapolitsno Cœnobio S. Petri Martyris: & Clementis X Conſt.LXXV == Alias == Tom.VII pag.484.

VI. Ejuſdem Urbani VIII Conſtit.CXXI == In his == Tom.VI pag.137 pro Neapolitano Cœnobio Montis Dei.

VII. Alexandri VII Conſtit.XIX == In Illis == Tom.VI pag.193 pro Neapolitano Cœnobio S. Severi.

VIII. Ejuſdem Alexandri VII Conſt.XX == Cum ſicut == Tom.VI pag.194 pro Florentino Cœnobio S. Mariæ Novellæ.

IX. Ejuſdem Alexandri VII Conſt.XXIX == In illis == Tom.VI pag.201: & Clementis IX Conſtitut.XLVI == Ex injuncto == Tom.VI pag.256. pro Neapolitsno Cœnobio S. Mariæ Sanitatis.

X. Ejuſdem Alexandri VII Conſt.LXIII == Domenicani == Tom.VII pag.317: & LXIV == Exponi == Tom.VII pag.318 pro Romano Cœnobio Sanctæ Mariæ ſupra Minervam.

XI. Clementis IX Conſt.XLV == Ex injuncto == Tom.VI pag.255 pro Neapolitano Cœnobio SS. Roſarii.

XII. Clementis X Conſt.I == Nuper == Tom.VI pag.261 pro Neapolitano Collegio S. Thomæ.

XIII. Ejuſdem Clementis X Conſt.IV == Militantis == Tom.VI pag.265 pro Neapolitano Cœnobio S. Spiritus de Palatio; & Clementis XII Conſt.LXII == Ex injuncto == Tom.VII pag.507.

XIV. Ejuſdem Clementis X Conſtit.LXI == Exponi == Tom.VII pag.330 pro Florentin. S. Marci, & Feſulan. Cœnobiis.

XV. Ejuſdem Clementis X Conſtit.LXV == In illis == Tom.VII pag.333 pro Neapolitano Cœnobio Jeſu, & Mariæ.

XVI. Innocentii X Conſt.XLVIII == Cum ſicut == Tom.VII pag.348 pro Neapolitano Cœnobio S. Catharinæ de Formello.

XVII. Innocentii XI Conſtit.XIII == Exponi Nobis == Tom.VI pag.357 pro Neapolitsno Cœnobio S. Mariæ Salutis. Alias pro eodem Conventu Conſtitutiones habes in eodem Bullario. Vide Tom.VII pag.382 Conſt.LXXXVII.

XVIII. Clementis XI Conſt.LXXIV == Ex injuncto == Tom.VI pag.516 pro Neapolitano Cœnobio S. Dominici Majoris. Vide etiam Tom.VI pag.130 Conſt.CXIII.

XIX. Quod Conventus ipſos, de una ad aliam Provinciam transferendos, ſpectat, Bonifatius IX Conſt.CCXII == Sacræ Religionis == Tom.II pag.439 decernit „ Quod .... Magiſter dicti Ordinis Prædi-
„ catorum, pro tempore exiſtens, numerum locorum
„ hujuſmodi in illis, de quibus ſibi videbitur, dimi-
„ nuere, & in aliis Provinciis dicti Ordinis multiplicare „ poſſit. Conſulenda ejuſdem Bonifatii IX Conſt.CCX == Ordinis Fratrum == Tom.II pag.438. Huc etiam pertinent omnes illæ ſpeciales Apoſtolicæ Conſtitutiones, quibus Summi Pontifices Privilegiis ornarunt complures Generales Magiſtros Ordinis, & ipſos ſic alloquuntur: „ Sorores curæ dicti Ordinis
„ quandocunque commiſſas, de Monaſterio ad Mo-
„ naſterium religioſe tranſmittere, necnon domos,
„ & Monaſteria unius Provinciæ alteri Provinciæ,
„ ſeu Congregationi, juxta morem ejuſdem aggre-
„ gare ..... libere, & licite valeas „. Ex Conſt.XII Innocentii XI Tom.VI pag.356.

QUÆSTIO XIV.

Quanam poteſtas Vicariis Generalibus totius Ordinis conceſſa ſit?

SUMMARIUM.

I. Vicarium Generalem totius Ordinis facultate Magiſtro Generali conceſſa donat Innocentius VIII.

II. Qui conſentientes habet deceſſorem ſuum Alexandrum VI.

III. Et Succeſſores ſuos, Julium II:

IV. Ac Leonem X.

V. Quid a Conſtitutionibus Prædicatorum familiæ, ea de re, ſancitum ſit?

I. Totius Ordinis Vicarium Generalem facultate Magiſtro Generali conceſſa donat *Innocentius VIII Conſtit.XXXV Tom.IV pag.*20: ſic enim Joachinum Turrianum Vicarium Generalem alloquitur: „ Intelleximus quod, vacante nunc veſtri Or-
„ nis Generalatu, multa in dies occurrunt in Ordine
„ ipſo providenda, quibus ſi Generalis Magiſter jam
„ electus eſſet, pro conſervatione ipſius, mature
„ provideret, ob ſcandala, quæ inde veriſimiliter
„ exoriri, niſi provideatur, poſſent. Et quod tu illa
„ impræſentiarum diſponere non ceſſares, ſi eadem,
„ quam Magiſter Generalis pro tempore exiſtens ha-
„ bere conſuevit, uſque ad proxime futuram ipſius
„ electionem, facultas tibi concederetur. Nos ita-
„ que ejuſdem Ordinis neceſſitatibus pro noſtro pa-
„ ſtorali officio opportune providere volentes, & de
„ tua pariter probitate, induſtriaque, ac zelo Reli-
„ gionis tuæ, plurimum in Domino confidentes, om-
„ nes, & ſingulas facultates, & poteſtates, quas di-
„ cti Ordinis Generalis Magiſter pro tempore exi-
„ ſtens ſuper univerſo Ordine Prædicatorum, habere
„ dignoſcitur tibi, Apoſtolica auctoritate, præſen-
„ tium tenore, concedimus, uſque ad futuri Genera-
„ lis Magiſtri proximam electionem, pariter & in-
„ dulgemus. Non obſtantibus, Conſtitutionibus & Or-
„ dinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis veſtri decre-
„ tis, quibus hac vice expreſſe derogamus, ceteriſque
„ contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX Decem-
„ bris MCCCCLXXXVI, Pontificatus noſtri Anno
„ Tertio.

II. Provincialibus, & Electoribus futuri Generalis ſeribens *Alexander VI Conſt.CVII* == Cum ex == *Tom.IV pag.*168 „ Cum, inquit, ex Conſtitutioni-
„ bus veſtri Ordinis, ut accepimus, mortuo, vel
„ amoto veſtro Generali Magiſtro, Prior Provin-
„ cialis illius Provinciæ, in qua Capitulum Genera-
„ le pro electione dicti Magiſtri facienda, eſt cele-
„ brandum, vices Magiſtri in omnibus, & ejus lo-
„ cum ubique tenere, ac in prædicta electione, vo-
„ cem habere debeat; & contingat quandoque, ſicut
„ nunc accidit: per Sedem Apoſtolicam, aliquem
„ Fratrum non Priorem Provincialem, in Genera-
„ lem Vicarium dicti Ordinis Inſtitui, qui forte, ſe-
„ cundum inſtitutiones veſtras in dicta electione vo-
„ cem non habet, & cum non videatur decens, ju-
„ ſtum, nec rationabile, quod is, qui vices Gene-
„ ralis in omnibus gerit, & primum locum, inter
„ omnes Fratres, & Prælatos veſtri Ordinis ubique
„ tenet,

,, tenet, debeat in electione præfati Generalis Magi-
,, ſtri voce eligendi, & debito honore carere, volu-
,, mus, & auctoritate Apoſtolica per præſentes per-
,, petuis temporibus ſtatuimus, & ordinamus, quod
,, modernus Vicarius veſtri Ordinis, per Nos inſti-
,, tutus, & quilibet alius in ſimili caſu, futuris tem-
,, poribus, per Sedem Apoſtolicam inſtituendus,
,, ſicut vices Generalis in omnihus, & primum locum
,, ubique tenet, ita & in electione ipſius Generalis
,, Magiſtri, primam vocem habeat, & cum duobua
,, ex Provincialibus in dicto Capitulo exiſtentibus,
,, qui poſt expreſſam profeſſionem, diutius habitum
,, veſtri Ordinis portaverunt ad inquirendum, & ad
,, ſcribendum vota electorum ad banchum ſcrutinii
,, electionis prædictæ ſedere debeat, & hoc idem in
,, quolibet Vicario Generali veſtri Ordinis, quem
,, futuris temporibus continget, ſecundum Conſtitu-
,, tiones veſtras inſtitui, volumus, & ordinamus,
,, debere obſervari. Non obſtantibus Conſtitutioni-
,, bus, & Ordinationibns Apoſtolicis dicti Ordinis,
,, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento,
,, confirmatione Apoſtolica, vel quavis auctoritate
,, alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcun-
,, que. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub An-
,, nulo Piſcatoria die XXVIII Aprilis MCCCCI, Pon-
,, tificatus noſtri Anno Nono ,,. Vide Notam quæ ad
calcem hujuſce Quæſtionis legitur.

III. Fratri Thomæ de Vio Cajetano Vicario Ge-
nerali totius Ordinis ſcribens *Julius II Conſtit. LV
Tom. IV pag.* 251: ,, Exponi, inquit, Nobis feciſti,
,, quod ambiguitates quædam circa Vicariorum fa-
,, cultates in tuo Ordine exortæ videntur, quæ ſi in-
,, certæ manerent, grave eſſet præſidentibus in eo-
,, dem, occurrentibus ſubvenire neceſſitatibus. Qua-
,, re Nobis humiliter ſupplicaſti, ut ſuper præmiſſis
,, opportune providere de benignitate Apoſtolica
,, dignaremur. Nos igitur tuis in hac parte ſuppli-
,, cationibus inclinati, tenore præſentium Vicariia
,, pro tempore præfati Ordinis, Provinciarum. Con-
,, ventnumque eorum, mortuis, vel amotia Magi-
,, ſtro, Prioribus Provincialibus, & Conventuali-
,, bus, omnem poteſtatem, & facultatem, tam au-
,, ctoritate Apoſtolica, quam quomodolibet aliter
,, conceſſam, & in poſterum concedendam Magi-
,, ſtro, Provincialibus, vel Conventualibus Prio-
,, ribus præfati Ordinis, exceptis illis, quæ in Con-
,, ſtitutionibus dicti Ordinis ſpecialiter illis inbiben-
,, tur, Apoſtolica auctoritate reſpective concedimua
,, de gratia ſpeciali, in contrarium facientibus non
,, obſtantibus quibuſcunque.

IV. *Thomæ de Vio Cajetano* S. R. E. Cardinali ſcri-
bens *Leo X Conſt. LXXVIII Tom. IV pag.* 360: ,, Cum te,
,, inquit, ob ſingularem, quam de integritate, pru-
,, dentia rerum gerendarum, doctrina, aliiſque virtu-
,, tibus tuis in domino fiduciam gerimus, Legatione
,, fungi in Germaniam decreverimus, pro noſtris,
,, & hujus S. Sedis Apoſtolicæ negotiis arduis pertra-
,, ctandis, & ob id Ordini Prædicatorum, cui au-
,, ctoritate noſtra in Generalatus officio præes, &
,, præeſſe debes, & futuri Generalis Magiſtri electio-
,, ni in proximo feſto Pentecoſtes faciendæ, adeſſe
,, non poſſis, Nos providere volentes, ne Religio
,, ipſa, & Ordo aliquid incommodi ex hoc ſuſtineat,
,, & ſtatus ejus tranquillus interturbetur, auctoritate
,, Apoſtolica, tenore præſentium, tibi concedimus,
,, & decernimus, ut ille, quem tu Vicarium tuum
,, Generalem ſuper dicto Ordine inſtitueris, præſit
,, etiam Generali Capitulo, & electioni futuri Ge-
,, neralis Magiſtri, ſitque Vicarius dicti Ordinis, &
,, electionis, uſque ad conſummatam electionem, cum
,, plena poteſtate, quam hujuſmodi Generales Vica-
,, rii, ſive ex inſtitutionibus dicti Ordinis, ſive ex
,, quibuſvis privilegiis habere conſueverunt. Præci-
,, pientes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, &
,, ſingulis dicti Ordinis profeſſoribus, & ei quomo-
,, dolibet ſubjectis, ut hujuſmodi Vicario, quem
,, inſtituendum duxeris, pareant, & intendant. Non
,, obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus
,, Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus dicti
,, Ordinia, juramento, confirmatione Apoſtolica,
,, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis
,, quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis, etiam
,, in forma Brevis, ſub quibuſvis verborum formis,
,, & clauſulis, dicto Ordini, aut cuivis ejus profeſ-
,, ſori conceſſis, quibus omnibus, illorum tenorea
,, pro ſufficienter expreſſis, & præſentibus inſertis,
,, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpe-
,, cialiter, & expreſſe, ex certa ſcientia, hac vice
,, duntaxat derogamus, ceteriſque contrariis qui-
,, buſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub An-
,, nulo Piſcatoris die XXIX Aprilis MDXVIII, Pon-
,, tificatus noſtri Anno Sexto.

V. Circa præcedentia Diplomata conſulendæ
Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum *Diſt. II Cap. III
Textu I Lit. A pag.* 207: ibidem *Cap. IV Textu II &c.*
& *Capite XIX Lit. A. pag* 343, ubi notat Gloſſa quod
Alexandri VI Decretum ſupra laudatum reſciſſum fuit
a Paulo III. Adeas etiam *Petrum Martyrem Feſtum
Urceanum* Parte III Cap. XVII pag. 262: & *Vincen-
tium Mariam Fontana* De Vicariis Generalibus Ordi-
nis pag. 645 &c. Et Notandum inſuper quod *Julius II*,
in Conſtitutione mox laudata, Vicarium Generalem
ampliſſima facultate donans, nihil ipſi concedit circa
ea quæ Conſtitutiones Ordinis inhibent Vicariis Ge-
neralibus: *Exceptis*, inquit, *illis, quæ in Conſtitutio-
nibus dicti Ordinis ſpecialiter illis inhibentur*.

QUÆSTIO XV.

*Vicarii Generales a Magiſtro Ordinis conſtituti,
eodem mortuo, cenſenturne
ab officiis abſoluti?*

SUMMARIUM.

I. NE ab officiis abeant, cavet Nicolaus V.

II. Salva tamen auctoritate Vicarii Ge-
neralis totius Ordinis.

III. Idem a Sixto IV ſancitum de Vicariis Provin-
cialibus a Generali Magiſtro conſtitutis.

IV. Eadem de re.

V. Huc ſpectant Julii II, & Pauli III Conſti-
tutiones.

VI. Ac illæ quas Clemens VIII, & Paulus V edi-
derunt pro Viſitatoribus in Indias miſſis.

VII. Quinam ſint Vicarii Generalea de quibus
agitur in hac Quæſtione?

I. NE, mortuo Generali Magiſtro totius Ordi-
nis Prædicatorum Vicarii, ab eodem Conſti-
tuti ab officio abeant, cavet *Nicolaus V Conſt. LIX*
= Ad aures noſtras = *Tom. III pag.* 282, dicens:
,, Volentes paci, & Conventuum quieti ejuſdem Or-
,, dinis conſulere, ac turbationi, & ſcandalis, quæ
,, forte propter ejus mortem oriri poſſent, obviare;
,, volumus, &, harum ſerie, declaramus, ut nunc,
,, ſi Generalis ipſe mortuus eſt, aut quandocunque
,, eum mori contigerit, quicquid poteſtatis, juriſ-

„ dictionis, necnon cetera omnia, quæcnnque ha-
„ betis, a Sede Apoſtolica, vel ab ipſo Generali,
„ vigorem ſuum, veluti eo vivente, babeant, &
„ teneant, quonſqne futnrus Generalis creetur, &
„ ipſe de officiis, ac aliis omnibus, quæ habetis, or-
„ dinaverit, & diſpoſuerit. In contrarium facienti-
„ bus quibuſeunque non obſtantibus.

II. Vicariis Conventuum Ordinis Prædicatornm in regulari obſervantia per Italiam reformatorum Conſtitutio præcedens inſcribitur. Scribens vero Vicario Generali totius Ordinis idem *Nicolaus V Conſtitut.LX Tom.III pag.*283 hæc babet : „ Scribimus
„ Vicariia Conventuum tui Ordinis per Italiam re-
„ formatorum, quod ſi Magiſter Generalis Ordinis
„ ipſius mortuus eſt, quemadmodum Nobis nuper
„ extitit ſignificatum, aut eum mori contigerit, quic-
„ quid Officiorum, poteſtatis, ac juriſdictionis a
„ Sede Apoſtolica, vel ab ipſo Magiſtro, quovis mo-
„ do, illis conceſſum fuit, vigorem ſuum, veluti ſi
„ ipſe Magiſter viveret, obtineat, quouſque Magi-
„ ſter Generalis, creabitur, qui de officiis ipſis, &
„ ceteris omnibus aliter diſponere, & ordinare va-
„ lebit. Verum quia poſſent quidam Vicarii reperiri,
„ qui mentibus Fratrum Conventuum prædictorum
„ non bene ſatisfacerent, volumus, & ſerie præ-
„ ſentium tibi concedimus, quod ipſos Vicarios,
„ aut eorum aliquos, uti dictis Fratribus Conven-
„ tuum Reformatorum videbitur, & placuerit, mo-
„ do ad hoc concordes fuerint, deſtituere, & loco il-
„ lorum novos Vicarios inſtituere poſſis, & valeas,
„ in contrarium facientibns non obſtantibus quibuſ-
„ cunque.

III. Ne, mortno Generali Magiſtro, Vicarii Provinciales, ab ipſo conſtituti, Vicariatns officio abeant, eavet *Sixtus IV Conſt.XCIII Tom.III pag.*551: ſic enim Generalem Magiſtrum alloquitur: „ Feciſti
„ Nobis exponi, qnod ex Conſtitutionibus tui Ordi-
„ nis Vicarii Provinciales, a Generali pro tempore
„ exiſtente inſtituti, per ceſſum, vel deceſſum ejuſ-
„ dem Generalis ſtatim abſolvuntur, & ſic Vicariatns
„ ipſi ſine Rectore remanent non ſine confuſione, &
„ damno Ordinis prædicti. Quocirca Nos, ex paſto-
„ rali cura providere ſuper hoc volentes, tuis in bac
„ parte ſupplicationibus inclinati, tenore præſentinm,
„ Apoſtolica auctoritate, concedimus, & decerni-
„ mus, ut, non obſtantibus Conſtitutionibus bujuſ-
„ modi, & quibuſcunque aliis in contrarium, ceden-
„ te, vel decedente, ejuſdem Ordinis Generali Ma-
„ giſtro pro tempore exiſtente, Vicarii ab eo inſtitu-
„ ti remanere debeant, ac remaneant in ſuis officiis,
„ donec per Vicarium totius Ordinis, aut ſucceſſo-
„ rem Generalem aliter fuerit ordinatum.

IV. „ Auctoritate, inquit *Sixtus IV Conſtitut.CLXXXV Tom.III pag.*6301 „ Apoſtolica ſtatui-
„ mus, & decernimus, nt, cedente, vel decedente
„ Generali Magiſtro Ordinis pro tempore exiſtente,
„ Vicarii ab eo inſtituti, remanere debeant, & re-
„ maneant in officiis ſuis, donec per Vicarium totius
„ Ordinis, aut ſucceſſorem Magiſtrum aliter fuerit
„ ordinatum. Non obſtantibus Conſtitutionibns ejuſ-
„ dem Ordinis, & quibuſcunque aliis in contrarinm.

V. „ Tenore præſentium, inquit *Julius II Conſtit.LV*, data 7 Decembris 1507 == Exponi Nobis == *Tom.IV pag.*251: „ Vicariis pro tempore præfati Ordi-
„ nis, Provinciarum, Conventuumque eorum,
„ mortuis, vel amotis, Magiſtro, Prioribus Pro-
„ vincialibns, & Conventualibus, omnem poteſta-
„ tem, & facnltatem, tam auctoritate Apoſtolica,
„ quam qnomodolibet aliter conceſſam, & in poſte-
„ rum concedendam Magiſtro, Provincialibns, vel
„ Conventualibus Prioribus præfati Ordinis, excep-
„ tis illis, quæ in Conſtitutionibus dicti Ordinis ſpe-
„ cialiter illis inbibentur, Apoſtolica auctoritate,
„ reſpective concedimus de gratia ſpeciali.

Pro Lombardiæ Provincia vide Pauli III Conſtitut.V, datam 8 Decembris 1534 == Exponi Nobis == Tom.IV pag.538.

VI. De Viſitatoribus in Indias mittendis legenda *Clementis VIII Conſt.LXV* == Cum ſicut == *Tom.V pag.*551. Huc ſpectat *Pauli V Conſt.IX* == Ex injuncto == *Tom.V pag.*635.

De Viſitatoribus in Indias Occidentales miſſis legenda *Pauli V Conſt.LXIV* == Cum ſicut == *Tom.V pag.*687.

VII. Vicarii Generales de qnibus hic agitur, hi ſunt quos Generalis Magiſter Provinciis, vel Congregationibus præficit. Vide Conſtitutiones Ordinis Prædicatornm, & Acta Capitulorum Generalium, quæ laudantur a *Petro Martyre Feſto Vrceano* Parte III Cap.XVI pag.2601 & *Vincentio Maria Fontana*, Titulis de Vicariis Provinciarum, & de Vicariis Congregationum pag.647 &c.

QUÆSTIO XVI.

Facultas Notarios, ſeu Tabelliones, creandi, conceſſane fuit Generali Magiſtro Prædicatorum familiæ?

SUMMARIUM.

I. Conceſſa fuit a Jnlio III.
II. Qui conſentientem babet S. Pinm V.
III. Cujns Conſtitntionis meminit Benedictus XIII.

I. De Notariis, ſeu Tabellionibus a Generali Magiſtro creandis, quamplures Conſtitutiones latæ. Magiſtro Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum ſeribens *Julius III Conſt.XXVI Tom.V pag.*285
„ Cum, inquit, ad officii Inquiſitionis hæreticæ
„ pravitatis exequutionem Tabellionis, ſeu Notarii
„ opera neceſſaria ſit, Nos, apud quos Venerabiles
„ Fratres noſtri Inquiſitores Generales ejuſdem pra-
„ vitatis in Alma Urbe noſtra conſtituti, ſuper boc
„ inſtiterunt, volentes detuper opportune provide-
„ re, tibi, qui pro tua doctrina, probitate, & dili-
„ gentia in negotiis fidei pro tempore occurrentibus
„ una cum Inquiſitoribus prædictis, etiam interveni-
„ re ſoles, ut in quibuſcunque Civitatibus, terris,
„ & locis, in quibus tibi opportunum videbitur,
„ unam, vel plures perſonas diſcretas, & idoneas,
„ etiam tui Ordinis religioſas, etiam in Sacerdotio
„ conſtitntas, in Notarios, ſeu Tabelliones, etiamſi
„ dum in ſeculo fuernnt, Tabellionatus bnjuſmodi
„ officium non habuerint, aut exercuerint, ad effe-
„ ctum, nt inquiſitiones, interrogationes, reſpon-
„ ſiones, atteſtationes, confeſſiones, condemnatio-
„ nes, abſolutiones, proceſſus, ac acta quæcunque,
„ quæ circa negotium fidei, & officium Inquiſitio-
„ nis hnjuſmodi pro tempore facienda occurrerint,
„ fideliter, & diligenter conſcribant, recipiant, &
„ conſervent, & alia ad Notariorum in talibus nego-
„ tiis officium, & curam pertinentia faciant, creare,
„ conſtituere, & deputare poſſis, & valeas, aucto-
„ ritate Apoſtolica, facultatem per præſentes conce-
„ dimus. Decernentes omnia acta, per Notarios,
„ ant Tabelliones hujuſmodi, per te, præſentium vi-
„ gore,

„ gore, creandos, & deputandos, alias tamen rite, & recte facienda, valere, validaque, & efficacia fore, ac plenam, & indubitatam fidem ubique in judicio, & extra facere in omnibus, & per omnia, ac ſi per quoſcunque alios Tabelliones, ſeu Notarios, publicos conſcripta, & facta fuiſſent, ſicque per quoſcunque Judices, & commiſſarios, quacunque auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVII Februarii MDLIV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

II. „ Debitum paſtoralis officii, inquit *S. Pius V Conſt. CVIII Tom. V pag. 269*: „ Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſi, Nos admonet, & inducit, ut circa Religionum quarumlibet, præſertim Ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici, ad quem patrio quodam jure peculiarem gerimus, paternæ caritatis affectum, ſtatum proſpere dirigendum, & reſcripta Apoſtolica quæcunque publicam, ac alias privatam dicti Ordinis, & Fratrum, ſive Monialium ejuſdem utilitatem concernentia, per probos, & idoneos ejuſdem Ordinis Religioſos, perſonis, quibus opus fuerit intimanda, & inſinuanda, ac debite exequenda, ſtudiis invigilemus aſſiduis, ac alias omnibus illorum incommodis, & neceſſitatibus conſulamus, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut Nobis, dum in minoribus conſtituti eramus, ſatis comprobatum ſit, quod Fratres, Religioſi, & Moniales dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, ſive Ordinem ipſum, vel illius regulam profitentes, quem quidem Ordinem expreſſe profeſſi ſumus, tam univerſaliter, quam particulariter, quamplura damna, incommoda, & detrimenta patiuntur, & impenſas ſuſtinent, ex eo quod Notarii, tam Clerici, quam laici, ſeculares, etiam Apoſtolica, Imperiali, Regali, aut alia auctoritate, creati, & conſtituti, in pleriſque Mundi partibus, regionibus, regnis, provinciis, Dominiis, & locis exiſtentes ex eis oriundi, ſive alias inibi commorantes, mandata, conceſſiones, gratias, privilegia, & indulta, aliaque reſcripta Apoſtolica, tam ad publicam, quam privatam utilitatem emanata, ſive conceſſa, & bonum, ſive commodum publicum, ſive privatum, concernentia, dominis temporalibus, ſive poteſtatibus, Regibuſque, Ducibus, Principibus, Marchionibus, ac aliis Dominis, & Perſonis, quibus intimanda, ſive inſinuanda veniunt, ac intimare, & inſinuare oportet, intimare, notificare, ſive inſinuare, variis confictis reſpectibus, recuſant, ſive non audent, contra eorundem officii liberum, & publicum exercitium, debitamque Sedi Apoſtolicæ obedientiam, ac in non modicum publicæ, & privatæ utilitatis, & commodi præjudicium, & detrimentum. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo poſſumus, in præmiſſis Ordini, & Fratribus præfatis, ac etiam Monialibus ipſis, de opportuno remedio providere, & dictis incommodis, detrimentis, expenſis, & damnis eorum obviare, neve mandata, privilegia, gratias, conceſſiones, indulta, & reſcripta Apoſtolica in genere, vel in ſpecie dicto Ordini, Magiſtro Generali, Vicario, Procuratori Generali, Provincialibus, aliiſque Superioribus, Prioribus, & Fratribus, & eorum ſingulis, dictiſque Monialibus, ſive earundem Abbatiſſis, Prioriſſis, & earundem etiam ſingulis ejuſdem Ordinis, ſive dictum Ordinem, & illius regulam profitentibus quomodolibet in genere, vel in ſpecie, conceſſa, aliaque mandata, & reſcripta Apoſtolica, publicam, vel privatam, ipſius Ordinis utilitatem quomodolibet concernentia, & emanata, ob id debito careant effectu, & vacua remaneant, providere volentes, ipſoſque Ordinem, ac illius Magiſtrum Generalem, Vicarium, Procuratorem, & Fratres, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, & Moniales, eorumque ſingulos, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon nomina, & cognomina Magiſtri Generalis, Provincialium, Vicariorum, Procuratorum, & aliorum Superiorum, ac dictarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Monialium, invocationeſque, denominationes, & dependentias Monaſteriorum, Domorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum tam virorum, quam mulierum dicti Ordinis, ac etiam mandatorum, conceſſionum, indultorum, reſcriptorum, aliarumque gratiarum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, modernis, & pro tempore exiſten. dicti Ordinis Magiſtro Generali, Vicariis, & Provincialibus, tam citra, quam ultra montes, ac alias ubilibet conſtitutis, quod in unaquaque eorum Provincia, unum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis beneviſos dicti Ordinis Religioſos, ſeu Fratres, probos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipſis approbatos, in Notarios creare, conſtituere, & deputare, qui ſic creati, conſtituti, & deputati, ſine aliquo reſpectu, & omni recuſatione ceſſante, libere, quoties requiſiti fuerint, omnia, & ſingula mandata, privilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaque tam univerſalia, quam particularia dicto Ordini, ac quibuſvis illius, quæ de obſervantia ſunt tantum, locis, domibus, Conventibus, Monaſteriis, & Eccleſiis, tam virorum, quam mulierum, ſeu ejuſdem Ordinis Magiſtro Generali, Provincialibus, Vicariis, Prioribus, & aliis Superioribus, Fratribus, ac Abbatiſſis, Priotiſſis, Monialibus, & aliis perſonis ſub regula dictorum Fratrum degentibus, & quæ ſunt obſervantiæ tantum, in genere, vel in ſpecie, & ad univerſam, ſive privatam utilitatem conceſſa, & emanata reſcripta Apoſtolica eiſdem Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus quibuſcunque, ubi, & quoties opus fuerit, ac ad id requiſiti fuerint, notificare, inſinuare, & intimare, ac eoſdem juxta mandatorum, conceſſionum, indultorum, privilegiorum, & reſcriptorum hujuſmodi formam, continentiam, & tenorem, monere, & requirere, alia-

„ aliaque omnia, & ſingula, circa ea requiſita, & opportuna facere, gerere, exercere, & exequi; ac de eiſdem omnibus, & ſingulis, publicos, & publica, actus, & inſtrumenta coram teſtibus ad hoc requiſitis conficere, & ſtipulari, ac in notam redigere, & exinde ſemel, vel pluries, prout ad id requiſiti fuerint, unum, vel plures, ac plura publica, & privata actus, & inſtrumenta, quibus eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, ac ubique, ac ſi per alios quoſcunque publicos, & authenticos rogatos Notarios, ſtipulata, confecta, publicata, & authenticata fuiſſent, conficere, & debitis ſignis, & characteribus ſubſcribere, publicare, & authenticare, libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam, & facultatem impartimur, concedimus, & indulgemus, eiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis, per dictos Religioſos, ut præfertur, Notarios deputatos ſtipulatis, confectis, &, ut præfertur, authenticatis, plenam, & indubitatam fidem ubique, tam in judicio, quam extra, adhiberi debere, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos ab eis, afficere, & arctari debere, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis a divinis, quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quoad alios vero inferiores ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, locorum Ordinariis, & aliis quibuſvis perſonis, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacunque etiam dictæ Sedis auctoritate, facultate, ſeu poteſtate, etiam Legati de latere, ac Cardinalatus honore fungentibus, ne ipſos Notarios, ut præfertur, deputatos, & electos, ſive eorum aliquem in executione ſupradictorum omnium, quovis nomine impediant, ſeu impedire, aut perturbare audeant, vel præſumant, ac decernentes præſentes literas, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu intentionis noſtræ vitio, ſeu defectu notari, ſeu impugnari, ac ſub quibuſvis revocationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris emanandis comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub data per eoſdem Magiſtrum Generalem, Provinciales, & alios ſupra nominatos eligenda, conceſſas, reſtitutas, & plenarie reintegratas exiſtere, & ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filiis Jacobo tit. S. Mariæ in Coſmedin. Presbytero Cardinali de Sabellis nuncupato, noſtro in Alma Urbe Vicario, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtri Generalis, Procuratoris, Provincialium, & aliorum prædictorum, ſeu alicujus eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, illos, & eorum ſingulos, indulto, conceſſione, voluntate, ſtatuto, ordinatione, mandato, & decreto noſtris hujuſmodi juxta earundem præſentium tenorem, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

III. Conſtitutionis *S. Pii V* meminit *Benedictus XIII* in Conſt. LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom. VI pag. 623 §. 44.

TITULUS

T I T U L U S V.

De S. Sedis in Ordinem Fratrum Prædicatorum Juriſdictione.

In Quæſtiones VIII diſtribuitur Titulus iſte.

I. UTrum Ordo Prædicatorum eximatur Epiſcoporum juriſdictione?

II. Poſſuntne Fratres Prædicatores coram locorum Ordinariis conveniri per literas Apoſtolicas, eorundem Ordinis ſpecialem mentionem non facientes?

III. Excommunicationis, vel Interdicti ſententiæ promulgarine poſſunt in Fratres Prædicatores, vel eorum Eccleſias, ſine manifeſta, & rationabili cauſa?

IV. Quinam ſint a quibus Fratres Prædicatores Chriſma, Ordinationes &c. ſuſcipere poſſunt?

V. Poſſuntne Epiſcopi Confeſſiones Fratrum, ipſis invitis, excipere: eiſdem Pœnitentias injungere, & Euchariſtiam exhibere: eoſdem cogere, ut ad Synodos ſuas accedant, ac ſuis Conſtitutionibus ſubjaceant: ad Fratres emendandos in ipſorum Cœnobiis Conventus, ſeu Capitula, ut vocant, celebrare: eorumque Priores adigere, ut ſe Sacramento fidelitatis ipſis obſtringant?

VI. Poſſuntne Epiſcopi ſeſe Priorum Ordinis Prædicatorum electionibus admiſcere?

VII. Executiones cauſarum, & id genus cetera, poſſuntne a Fratribus Ordinis Prædicatorum recuſari?

VIII. Poſſuntne Fratres ejuſdem Ordinis cogi ad pecuniam colligendam?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Ordo Prædicatorum eximatur Epiſcoporum juriſdictione?

S U M M A R I U M.

I. ORdo Prædicatorum juriſdictione Ordinariorum exemptus fuit ab Honorio III:

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: Urbanum IV:

III. Clementem IV: qui cavet, ne Epiſcopi Privilegia, Ordini a S. Sede conceſſa, interpretari poſſint.

IV. Honorium IV:

V. Nicolaum IV:

VI. Qui id etiam alia Conſtitutione declarat:

VII. Bonifatium VIII:

VIII. Alioſque Summos Pontifices ibidem recenſitos.

IX. B. Benedictum XI:

X. Qui idem declarat de Monialibus Ordinis Prædicatorum.

XI. Ac cavet, ne, ratione delicti, contractus &c. Fratres iidem poſſint impeti, moleſtari, ſeu quomodolibet conveniri coram locorum Ordinariis.

XII. Johannem XXII, qui reſcindit ſententias ab Officiali Burdigalenſi latas in Prædicatores, & Minores Fratres.

XIII. Clementem VI:

XIV. Gregorium XI:

XV. Bonifatium IX, qui Privilegium a Deceſſoribus ſuis hac de re datum firmat, & auget.

XVI. Alexandrum V:

XVII. Martinum V, qui Bonifatii IX literas renovat.

XVIII. Et Epiſcopum Cbienſem nullam in Fratres Prædicatores juriſdictionem habere declarat.

XIX. Nicolaum V:

XX. Sixtum IV, qui, accepta provocatione Fratris Rolandi, Officialem Redonenſis Epiſcopi, ceu judicem non legitimum rejicientis, judices, qui de lite cognoſcant conſtituit.

XXI. Et exemptionem Fratrum Prædicatorum, omnibus *Notoriam* eſſe declarat, nec probationibus indigere.

XXII. Paulum III, qui cavet, ne Mendicantes Fratres hac de re moleſtiis afficiantur in Polonia.

XXIII. Et, eoſdem Fratres increpans, præcipit ipſis, ne coram Ordinariis in jus vocati ſe ſiſtant.

XXIV. Epiſcopis vero prohibet, ne Fratres in jus vocare præſumant.

XXV. S. Pium V, qui S. Concilii Tridentini Decreta declarat.

XXVI. Paulum V, qui cavet, ne Religioſorum negotia in Epiſcoporum foro vertantur:

Et declarat, quid a S. Concilio Tridentino ſancitum ſit.

XXVII. Huc ſpectat S. Concilii Congregationis Decretum.

Quo etiam cavetur, ne Epiſcopi ſe ingerant in viſitatione Eccleſiarum Regularium.

Niſi quatenus hoc ipſis conceditur a S. Concilio Tridentino.

XXVIII. Quandonam hoc ipſis concedatur, habetur ex alio S. Congregationis Decreto.

XXIX. Et ex variis aliis Decretis.

XXX. Exemptioni Mendicantium Fratrum conſuluerunt etiam, Urbanus VIII, Innocentius XI, & Clemens XI:

XXXI. Aliique paſſim Summi Pontifices.

XXXII. Qui ſint Ordinarii, quorum juriſdictione Ordo Prædicatorum exemptus eſt?

XXXIII. Ordo ille ſemper, & ubique, Epiſcoporum juriſdictione fuit exemptus.

XXXIV. Quo ſenſu Urbanus IV cenſeatur exemptionem illam conceſſiſſe?

XXXV. Quod Clemens IV inhibet, ne Ordinarii Privilegia dubia Regularium, a Summis Pontificibus conceſſa, poſſint interpretari, id etiam ab Innocentio X vetitum.

XXXVI. Iſtud exemptionis Privilegium tale eſt, ut ipſi, nec in uno quidem caſu particulari, Religioſus aliquis renunciare poſſit.

XXXVII. Exemptio tamen iſta non obſtat, quominus Epiſcopus, ſi velit, poſſit in Eccleſiis Regularium conciones habere.

XXXVIII. Secus dicendum de Prædicatore ab Epiſcopo delegato.

XXXIX. Nec enim cogi poſſunt Regulares, ut in ſuis Eccleſiis acceptent Prædicatores Seculares, vel alterius Religioſæ Familiæ.

XL. Niſi eſſet conſuetudo contraria.

XLI. Licet autem Regulares exempti ſint ordinaria

ria Epiſcoporum juriſdictione, variis tamen in caſibus Epiſcopi habent in ipſos juriſdictionem a S. Sede delegatam.

I. QUod Ordo Fratrum Prædicatorum juriſdictione Ordinariorum exemptus fuerit, ex ſequentibus habes. *Honorius III Conſtitut. II* == Nos attendentes == *Tom. I pag.* 4: „ Ipſum Ordi-
„ nem, inquit, ejuſque poſſeſſiones, & jura, ſub
„ noſtra gubernatione, & protectione ſuſcipimus.

II. Huc ſpectare putant *Urbani IV Conſtit. XXXV* == Cum a Nobis == *Tom. I pag.* 435: „ Omnes liber-
„ tates, & immunitates, a Romanis Pontificibus Præ-
„ deceſſoribus noſtris, ſive per Privilegia, ſeu alias
„ Indulgentias vobis, aut Ordini veſtro conceſſas,
„ ſicut eas juſte, & pacifice obtinetis, vobis, & per
„ vos, eadem auctoritate Apoſtolica, confirmamus,
„ & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

III. Huc etiam referenda *Clementis IV Conſtitutio LXXXVIII* == Ordinis veſtri == *Tom. I pag.* 496, ſic enim Prædicatores, ac Minores Fratres alloquitur:
„ Tranſmiſſa Nobis conqueſtione monſtraſtis, quod
„ nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii Ec-
„ cleſiarum Prælati, veſtris libertatibus derogantes,
„ Indulgentias, ſeu Privilegia, vobis ab Apoſtolica
„ Sede conceſſa, interpretari, & ad ſuum intellectum
„ trahere moliuntur: quanquam intellectum ipſum,
„ verba indulgentiarum, & Privilegiorum hujuſmo-
„ di exprimere videantur, ac vos juxta ipſorum in-
„ terpretationem Privilegia ipſa ſervare compellunt,
„ in veſtrum non modicum præjudicium, & grava-
„ men. Quia vero ſuper hoc Apoſtolicæ proviſionis
„ remedium imploraſtis, Nos veſtris ſupplicationibus
„ annuentes, ne præfati Archiepiſcopi, Epiſcopi, &
„ Prælati prædicta Privilegia, & indulgentias, ſive
„ clara, quæ interpretatione non indigent, ſive du-
„ bia, vel obſcura contineant, de cetero interpretari
„ præſumant, auctoritate præſentium, diſtrictius in-
„ hibemus, volentes, ut cum ejus ſit interpretari,
„ cujus eſt condere, interpretatio ſuper hujuſmodi
„ dubiis, & obſcuris, dictæ Sedis judicio requiratur.

IV. Hac de re legenda *Honorii IV Conſtitutio III* == Moleſte ferimus == *Tom. II pag.* 7 in Epiſcopum *Zamorenſem* data.

V. Generalem Magiſtrum, & Fratres Prædicatores alloquens *Nicolaus IV Conſtitut. III* == Dum ſollicitæ == *Tom. II pag.* 20: „ Vos, inquit, & prædi-
„ ctum Ordinem, ac Eccleſias, Oratoria, domus,
„ & loca veſtra, in quibus habitatis, & inhabitabitis,
„ dum ea inhabitaveritis, cum omnibus juribus, &
„ pertinentiis ſuis, a cujuſvis alterius juriſdictione,
„ ac poteſtate omnimoda, prorſus eximimus de gra-
„ tia ſpeciali, decernentes ex nunc eundem Ordinem,
„ ac perſonas, Eccleſias, Oratoria, domus, & loca
„ præfata, ſoli Romano Pontifici, & Romanæ Eccle-
„ ſiæ, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus abſ-
„ que ullo medio ſubjacere.

VI. Cenomanenſes alloquens *Nicolaus IV Conſtitut. XIII* == Si ad illum == *Tom. II pag.* 25 ipſos increpat, *quod* Fratres Prædicatores, *ac eorum Ordinem divinitus inſtitutum*, *indebite moleſtantes*, *ipſos*, *quos ad reverentiam divinam*, *& Apoſtolicæ Sedis*, *cui Ordo ipſe nullo medio eſt ſubjectus*, *& ab omni Ordinariorum juriſdictione prorſus exemptus* ...... deberent *pro viribus defenſare*, moleſtiis afficiunt.

VII. Soli tantummodo Romano Pontifici ſubjacere Ordinem Fratrum Prædicatorum declarat *Bonifatius VIII Conſt. XII* == Inter ceteros == *Tom. II pag.* 47 dicens: „ Licet igitur nonnulli Romani Pontifices,
„ Prædeceſſores noſtri præfatum Ordinem a Prælato-
„ rum juriſdictione quorumlibet prorſus exemerint,
„ ipſumque fore decreverint, per ipſorum literas
„ ſpeciales, exemptum, Nos tamen Ordinem ipſum
„ ob ſalutis fructus innumeros, qui ex ipſo noſcun-
„ tur animabus Fidelium provenire, gerentes in
„ viſceribus caritatis; Et propterea nolentes omnino,
„ ut quiſquam cujuſcunque ſit Ordinis, dignitatis,
„ & conditionis, aut ſtatus, vos generaliter, vel
„ ſpecialiter, ac præfatum Ordinem ſuper exemptio-
„ ne ipſius, ac aliis veſtris, dictique Ordinis, liber-
„ tatibus, & immunitatibus quibuſcunque, ſub qua-
„ vis forma, vel expreſſione verborum, vobis, &
„ eidem Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſis, impu-
„ gnare, impetere, ac turbare valeat, vel quomodo-
„ libet moleſtare; vos, & Ordinem ipſum, ab om-
„ nium, & ſingulorum quorumlibet Prælatorum, &
„ Perſonarum Eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate,
„ ac juriſdictione prorſus eximimus, de Apoſtolicæ
„ plenitudine poteſtatis. Decernentes, vos, & Or-
„ dinem ſupradictum immediate, nulloque medio,
„ eidem Sedi, & ſoli tantummodo Romano Pontifici
„ ſubjacere, Eccleſias inſuper, Oratoria, domos, &
„ loca, quæ tenetis, & inhabitatis ad præſens, ac te-
„ nebitis, & inhabitabitis in futurum, dum, & quo-
„ ties vos illa tenere, ac inhabitare contigerit, exem-
„ pta prorſus exiſtere, nulloque medio Sedi ſubeſſe
„ decernimus prælibatæ.

VIII. Hinc idem *Bonifatius VIII Conſtitut. XIII* == Virtute conſpicuos == *Tom. II pag.* 48 Ordinem Fratrum Prædicatorum Apoſtolicæ *Sedi immediate ſubjectum* vocat. Idem legitur in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus V *Johannis XXII* Tom. II pag. 132: XII *Clementis VI* Tom. II pag. 231: XX *Gregorii XI* Tom. II pag. 278: VI *Bonifatii IX* Tom. II pag. 448.

IX. De Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus loquens *B. Benedictus XI Conſt. XVI* == Inter cunctas == *Tom. II pag* 89: „ Multominus, inquit, per
„ Epiſcopos, Epiſcopalis Quarta, cum eis tanquam
„ exempti non ſubſint, ... detrahatur.

X. Univerſis Monialibus ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Prædicatorum viventibus, tam præſentibus, quam futuris, ſcribens *B. Benedictus XI Conſt. XIX* == Sacra veſtra == *Tom. II pag.* 91: „ A ju-
„ riſdictione, inquit, & poteſtate Patriarcharum, &
„ Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Diœceſanorum
„ veſtrorum, & quorumcunque aliorum eximimus
„ vos, & loca, & Monaſteria veſtra.

XI. „ Licet...... nonnulli Romani Pontifices, inquit, idem *B. Benedictus Conſt. XXVII* == Inter ceteros == *Tom. II pag.* 95: „ Prædeceſſores noſtri præfa-
„ tum Ordinem (Prædicatorum) a Prælatorum ju-
„ riſdictione quorumlibet prorſus exemerint, ipſum-
„ que fore decreverint, per ipſorum literas ſpeciales,
„ exemptum; Nos tamen Ordinem ipſum, ob ſalutis
„ fructus innumeros, qui ex ipſo noſcuntur anima-
„ bus fidelium provenire, gerentes in viſceribus ca-
„ ritatis, & propterea nolentes omnino, ut quiſquam
„ cujuſcunque ſit ordinis, dignitatis, conditionis,
„ aut ſtatus, vos generaliter, vel ſpecialiter, ac præ-
„ fatum Ordinem, ſuper exemptione ipſius, ac aliis
„ veſtris, dictique Ordinis libertatibus, & immuni-
„ tatibus quibuſcunque, ſub quavis forma, vel ex-
„ preſſione verborum, vobis, & eidem Ordini ab
„ Apoſtolica Sede conceſſis, impugnare, impetere,
„ ac turbare valeat, vel quomodolibet moleſtare;
„ vos, & Ordinem ipſum ab omnium, & ſingulorum
„ quorumlibet Prælatorum, & Perſonarum Eccle-
„ ſiaſticarum omnimoda poteſtate, ac juriſdictione

„ prorſus

,, prorſus eximimus, de Apoſtolicæ plenitudine po-
,, teſtatis: ita quod nec etiam ratione delicti commiſſi,
,, vel initi contractus, aut rei ſitæ, poſitæ, vel exi-
,, ſtentis, extra loca veſtra exempta, poſſitis coram
,, eis, non obſtante Conſtitutione felicis recordationis
,, Innocentii Papæ IV Prædeceſſoris noſtri, in con-
,, trarium edita, impeti, moleſtari, ſeu quomodoli-
,, bet conveniri, decernentes vos, & Ordinem ſu-
,, pradictum, immediate eidem Sedi, & ſoli tantum-
,, modo Romano Pontifici ſubjacere. Eccleſias inſu-
,, per, Oratoria, domos, & loca, quæ tenetia, &
,, inhabitatis ad præſens, ac tenebitis, & inhabitabi-
,, tis in futurum, dum, & quoties vos illa tenere,
,, & inhabitare contigerit, exempta prorſus exiſtere,
,, nulloque medio Sedi ſubeſſe decernimus prælibatæ.

XII. Huc ſpectat *Johannis XXII Conſt.LIV* == Illa ſine == *Tom.II pag.173*, qua reſcinduntur ſententiæ ab Officiali *Burdigalenſi* latæ in Fratres Prædicatores, & Minores.

XIII. *Clemens VI Conſt.XII* == Virtute conſpicuos == *Tom.II pag.231* decernens Fratrea Ordinis Prædicatorum Ordiuariis minime ſubjacere, hæc addit: ,, Decernimus ergo irritum, & inane quicquid
,, contra tenorem conceſſionum, Conſtitutionum, &
,, inhibitionum hujuſmodi per quoſcunque fuerit at-
,, tentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excom-
,, municationis ſententias, ſi quas contra conceſſio-
,, nes, Conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem, in
,, vos, vel veſtrum aliquos, vel loca veſtra, ſeu be-
,, nefactores veſtros, vel executores, aut hæredea
,, prædictos in poſterum promulgari contigerit, pe-
,, nitus non tenere.

XIV. Huc ſpectat *Gregorii XI Conſt.VII* == Exhibita Nobis == *Tom.II pag.271*.

XV. ,, Nos dilecti filii Thomæ ,, inquit *Bonifatius IX Conſt.CCXVII* == Etſi pro cunctorum == *Tom.II pag.443* ,, Magiſtri, & dilectorum filiorum Priorum,
,, & aliarum perſonarum dicti Ordinis in hac parte
,, ſupplicationibus inclinati, ac felicis recordationia
,, Nicolai IV, & Benedicti XI, & nonnullorum alio-
,, rum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum no-
,, ſtrorum veſtigiis inhærentes, Ordinem ipſum, ac
,, Magiſtrum, Priores, & Fratres prædictos, præ-
,, ſentes, & futuros, necnon quaſcunque Sorores,
,, ac Domos, Monaſteria, Loca, & Hoſpitalia quæ-
,, cunque, quæ ſub cura, & regimine Ordiuis, & Fra-
,, trum Prædicatorum fuerint pro tempore conſtituta,
,, & eorum Rectores, & Gubernatores, cum omni-
,, bus ſuis juribus, & pertinentiis, quæ impræſentia-
,, rum obtinent, & in futurum, dante Domino, ju-
,, ſtis modis poterunt adipiſci, ab juriſdictione, do-
,, minio, ſubjectione, & poteſtate quorumlibet Ordi-
,, nariorum, & Prælatorum, ac Perſonarum Eccle-
,, ſiaſticarum, necnon a ſolutione cujuſcunque col-
,, lectæ, pedagii, aut cujuſcunque alterius generis
,, exactionis, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, & ex certa ſcientia, prorſus eximimus, & totaliter
,, liberamus, illaque in jus, & proprietatem B. Pe-
,, tri, & Sedis Apoſtolicæ, ſub eorum ſpeciali, &
,, immediata protectione ſuſcipimus, atque noſtra;
,, decernentes, Ordinem, Magiſtrum, Priores, &
,, Fratres, & Sorores, qui nunc ſunt, & erunt pro
,, tempore, Domos, Monaſteria, Loca, & Hoſpi-
,, talia ſupradicta, eorumque Rectores, & Guber-
,, natores, cum omnibus juribus, & pertinentiis hu-
,, juſmodi, ſolum, & immediate Sedi ſupradictæ ſub-
,, jacere, ita quod Ordinarii, & Prælati, aut hu-
,, juſmodi, ſeu quævis aliæ perſonæ, in ea, utpote
,, prorſus exempta, generaliter, vel ſpecialiter, aut
,, communiter, vel diviſim, non poſſint quavis au-
,, ctoritate excommunicationis, ſuſpenſionis, & in-
,, terdicti ſententias promulgare, aut alias, etiam ra-
,, tione delicti, ſeu contractus, vel rei de qua agitur,
,, ubicunque committatur delictum, ineatur contra-
,, ctus, aut res ipſa conſiſtat, poteſtatem, ſeu juriſ-
,, dictionem aliquam quomodolibet exercere.

XVI. ,, Nos, inquit *Alexander V. Conſtitut.XIII* == Etſi pro == *Tom.II pag.494* ,, dilecti filii Thomæ
,, Magiſtri, & dilectorum filiorum Priorum, & alia-
,, rum perſonarum dicti Ordinis in hac parte ſuppli-
,, cationibus inclinati, ac felicis recordationis Nico-
,, lai IV, & Benedicti XI, & nonnullorum aliorum
,, Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtro-
,, rum, veſtigiis inhærentes, Ordinem ipſum, ac Ma-
,, giſtrum, Priores, & Fratres prædictos, præſen-
,, tes, & futuros, necnon quaſcunque Sorores, ac
,, Domos, Monaſteria, Loca, & Hoſpitalia quæcun-
,, que, quæ ſub cura, & regimine Ordinis, & Fra-
,, trum Prædicatorum fuerint pro tempore conſtitu-
,, ta, & eorum Rectores, & Gubernatores cum om-
,, nibus ſuis juribus, & pertinentiis, quæ impræſen-
,, tiarum obtinent, & in futurum, dante Domino,
,, juſtis modis poterunt adipiſci, ab omni juriſdictio-
,, ne, dominio, ſubjectione, & poteſtate quorumli-
,, bet Ordinariorum, & Prælatorum, ac Perſonarum
,, Eccleſiaſticarum, necnon a ſolutione cujuſcunque
,, collectæ, pedagii, aut cujuſcunque alterius gene-
,, ris exactionis, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, & ex certa ſcientia prorſus eximimus, & totaliter
,, liberamus, illaque in jus, & proprietatem B. Petri,
,, & Sedis Apoſtolicæ, & ſub eorum ſpeciali, & im-
,, mediata protectione ſuſcipimus, atque noſtra; de-
,, cernentes Ordinem, Magiſtrum, Priores, Fratres,
,, Sorores, qui nunc ſunt, & erunt pro tempore,
,, Domos, Monaſteria, Loca, & Hoſpitalia ſupradi-
,, cta, eorumque Rectores, & Gubernatorea, cum
,, omnibus juribus, & pertinentiis hujuſmodi, ſolum,
,, & immediate Sedi prædictæ ſubjacere, ita quod Or-
,, dinarii, & Prælati, aut hujuſmodi, ſeu quævis
,, aliæ perſonæ in ea, utpote prorſus exempta, gene-
,, raliter, vel ſpecialiter, aut communiter, vel di-
,, viſim, non poſſint quavis auctoritate, excommu-
,, nicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias
,, promulgare, aut alias, etiam ratione delicti, ſeu
,, contractus, vel rei, de qua agetur, ubicunque
,, committatur delictum, ineatur contractus, aut rea
,, ipſa conſiſtat, poteſtatem, ſeu juriſdictionem ali-
,, quam quomodolibet exercere.

XVII. Bonifatii IX Conſtit.CCXVII == Etſi pro cunctorum == confirmans *Martinus V Conſtit.LXVI* == Ad ſummi == *Tom.II pag.586* hæc habet: ,, Cum
,, autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti
,, filii Leonardi Magiſtri Generalis dicti Ordinis, &
,, eorundem Fratrum, petitio continebat, licet literæ
,, præmiſſæ per Nos, qui etiam, Sacra Conſtantien.
,, approbante Synodo, exemptionibus uni toti con-
,, ceſſis Ordini detrahere non cenſuimus, ſubſiſtentiæ,
,, vigoriſque effectui ſunt relictæ, ipſi tamen Leonar-
,, dus, & Fratres, a Nobis, qui poſt peſtiferi in Dei
,, Eccleſia Schiſmatis ſublationem, Dominici gregis
,, Paſtor unicus fore proſpicimur, potioris Apoſto-
,, licæ auctoritatis miniſterio fulciri geſtiant, literas
,, antedictas; Nos itaque Leonardi, & Fratrum præ-
,, dictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati,
,, præſentiumque ſerie, literas approbantes eaſdem,
,, illas juxta omnimodas ipſarum continentiam, atque
,, formam, roboris firmitate plenarii decernimus
,, ſubſiſtere, foreque ſubnixas,

XVIII. ,, Non abſque maxima ,, inquit *Martinus V Conſtitut.CXCII* = Qui diſponente = *Tom.II pag.663* Chienſibus ſcribens ,, animi noſtri admira-
,, tione, pariter, atque diſplicentia, nuper per Nos
,, accepto, quod Venerabilis Frater noſter Leonar-
,, dus Epiſcopus Chien. minus mature conſiderans,
,, quam periculoſa ſit Chriſtifidelibus in eadem Inſu-
,, la, circa Infideles, & Schiſmaticos conſtituta,
,, mutua diſcordia, in nonnullos ex vobis, præſer-
,, tim Regentes, & Gubernantes Civitatem Chien.,
,, necnon dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum
,, ibidem degentes, indultis, privilegiis, & exem-
,, ptionibus Apoſtolicis multipliciter contra hæc ful-
,, citos, licet etiam in eos nullam juriſdictionem or-
,, dinariam, ſeu etiam delegatam haberet, excom-
,, municationis ſententiam promulgavit, illoſque
,, mandavit, & fecit excommunicatos publice nun-
,, ciari, & loca Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto,
,, unde Regentes, necnon Fratres, & alii, quorum
,, intererat, ſentientes exinde indebite ſe gravari ad
,, Sedem Apoſtolicam appellarunt, Noſque cauſam
,, appellationis bujuſmodi, poſtquam Venerabilis Fra-
,, ter noſter Antonius Epiſcopus Portuen, excommu-
,, nicatos ad cautelam abſolverat, & interdictum hu-
,, juſmodi, intellectis etiam privilegiis, & exemptio-
,, nibus præfatis, de mandato noſtro relaxaverat, Ve-
,, neeabili Fratri noſtro Epiſcopo Saonen. infra tem-
,, pus a jure ſtatutum audiendam commiſimus, & fine
,, debito terminandam, prout in literis Apoſtolicis
,, deſuper confectis plenius continetur. Nos itaque,
,, ne propter viarum diſcrimina, & locorum diſtan-
,, tiam, ees, matura deliberatione pro bono pacis,
,, per Nos conceſſa, per eundem Leonardum Epiſco-
,, pum, ſeu quoſcunque alios temere violetur, vel
,, interim aliquid contra tenorem literarum earun-
,, dem attentetue, vobis, & cuilibet veſtrum, nec-
,, non omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, quos
,, donec per eundem Epiſcopum Saonen. res ipſa fue-
,, rit definita, in tranquillo, & primævo ſtatu perſe-
,, verare volumus, ac ſi excommunicatio, & inter-
,, dictum præfata nullatenus emanaſſent, intimamus
,, per præſentes abſolutionem, & relaxationem, nec-
,, non appellationum hujuſmodi commiſſionem, ut
,, præfertur, fuiſſe, & eſſe rite factas, illaſque ſuum
,, volumus etiam ſortiri effectum, & inſuper ex nunc
,, irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his
,, per eundem Leonardum Epiſcopum, vel quoſcun-
,, que alios, quavis auctoritate, ſcienter, vel igno-
,, ranter contigerit attentari.

XIX. Huc ſpectant *Nicolai V Conſt.XCVI* = Juſtis, & humilibus = *Tom.III pag 313*, & *CVI* = Sua Nobis = *Tom.III pag.322*.

XX. *Sixtus IV Conſt.XXXVII* = Humilibus ſupplicum = *Tom.III pag.503*, accepta provocatione Fratris Rolandi, Officialem *Redonenſis* Epiſcopi ceu Judicem non legitimum rejicientis, Judices qui de lite cognoſcant conſtituit,

XXI. ,, Et ne prætextu, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.517* ,, Conſtitutionis In-
,, nocentii IV, Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit
,, = Volentes = locorum Diœceſani, & alii Ordi-
,, narii, ac alii quicunque in perſonas, & loca Fra-
,, trum Prædicatorum contra ejuſdem Gregorii Præ-
,, deceſſoris ordinationem ſibi quamcunque juriſdi-
,, ctionem, & ſuperioritatem vendicare præſumant,
,, diſtrictius inhibemus, ne quiſpiam abſque dictæ Se-
,, dis ſpeciali commiſſione, & auctoritate, in perſo-
,, nas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum,
,, utpote prorſus exempta, aliquam excommunica-
,, tionis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam, ſpe-
,, cialiter, vel generaliter, quomodolibet promul-
,, gare, aut in perſonas, domos, & loca hujuſmodi
,, aliquam præeminentiam ſuperioritatem, & juriſdi-
,, ctionem quomodolibet exercere præſumat, etiam
,, ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua
,, contra ipſos ageretur, ubicunque ineatur contra-
,, ctus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat.
,, Decernimus quoque ex nunc quaslibet excommu-
,, nicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias,
,, & quoſcunque proceſſus, quaſvis pœnas, & ſen-
,, tentias generales, vel ſpeciales continentes, quos,
,, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia, quæ
,, contra Fratres, domos, & loca dicti Ordinis quo-
,, modolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptio-
,, ne, utpote notoria, non aliter allegata, nullius
,, roboris, vel momenti eſſe, & pro infectis haberi
,, debere,

XXII. Ne Mendicantes Fratres in *Polonia* moleſtiis afficiantur, cavet *Paulus III Conſt.XLIX Tom.IV pag.578*: Sic enim Archiepiſcopos, Epiſcopos &c. Poloniæ alloquitur: ,, Inter animi noſtri deſideria illud
,, potiſſimum cordi noſtro inhæret, ut fructus, quos
,, Sacri Mendicantium Ordines in agro militantis Ec-
,, cleſiæ afferre non deſinunt, non ſolum proviſione
,, noſtra ſuccreſcant, verum etiam, ſublatis ab eis
,, omnibus impedimentis, multimodis efferantur in-
,, crementis. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt
,, dilecti filii Priores, & Guardiani, ac Fratres do-
,, morum Ordinum Mendicantium per Regnum Po-
,, loniæ, ac alia dominia, & terras temporali ditioni
,, cariſſimi filii noſtri Sigiſmundi Poloniæ Regis illu-
,, ſtris conſtitutarum, quod contra privilegia illis a
,, Sede Apoſtolica conceſſa, & juris diſpoſitionem,
,, ſæpius eoſdem Priores, & Guardianos, ac Fratres
,, ratione delicti, ſive contractus, aut rei, de qua
,, agitur, ad judicium coram vobis trahitis, & in
,, eos juriſdictionem, quam in ipſos non habetis,
,, exercetis, & cenſuris eccleſiaſticis eos illaqueando,
,, necnon ipſis Fratribus juſtitiam per eos contra ve-
,, ſtros ſubditos, ſeu illis alias debentes pro tempore
,, petitam, adminiſtrare denegatis, eoſque alias di-
,, verſimode ſub diverſis coloribus injuſte vexatis,
,, perturbatis, & inquietatis, in maximam eorum
,, confuſionem, & Chriſtifidelium illarum partium
,, ſcandalum non modicum. Quare iidem Priores,
,, Guardiani, ac Fratres nobis humiliter ſupplicari
,, fecerunt, ut eis in præmiſſis opportune providere,
,, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igi-
,, tur, æquum cenſentes, Priores, & Guardianos,
,, ac Fratres prædictos noſtri favoris præſidio a ve-
,, xationibus hujuſmodi relevari, ut eo commodius,
,, & efficacius ſalutis operibus, & animarum fructi-
,, bus intendere poſſint, eorum inclinati ſupplicatio-
,, nibus, vos, & veſtrum ſingulos auctoritate Apo-
,, ſtolica, tenore præſentium, requirimus, & horta-
,, mur, ac vobis nihilominus in virtute Sanctæ Obe-
,, dientiæ, & ſub pœnis in dictis eorum privilegiis
,, contentis, diſtricte præcipiendo mandamus, ne
,, Priores, & Guardianos, ac Fratres prædictos,
,, necnon eorum Priores, & Miniſtros Provinciales,
,, ac domos quaſcunque, quovis modo contra eorum
,, jura, & privilegia, vexare, & moleſtare, aut per-
,, turbare, ſeu eam, quam non habetis, ſuperiorita-
,, tem, & juriſdictionem in eos exercere, aut ratione
,, delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua agitur, &
,, quacunque alia cauſa, contra tenorem dictorum
,, privilegiorum eos coram vobis ad judicium trahe-
,, re, ſeu trahi facere, vel excommunicationis, ſeu

,, aliis

„ aliis ſententiis , cenſuris , & pœnis Eccleſiaſticis
„ innodare præſumatis : ſed judicia ipſa per eos , qui-
„ bus id a dicta Sede commiſſum fuit , exerceri per-
„ mittatis ; & nihilominus juſtitiam eiſdem contra
„ ſibi ſubditos , aut alias debentes petentibus , quo-
„ ties per eos requiſiti fueritis , adminiſtrare non re-
„ cuſetis . Decernentes ex nunc irritum , & inane
„ quicquid ſecus ſuper his a quoquam , quavis aucto-
„ ritate , ſcienter , vel ignoranter , contigerit atten-
„ tari . Non obſtantibus Lateranenſis Concilii noviſ-
„ ſime celebrati , & quibuſvis aliis Conſtitutionibus ,
„ & Ordinationibus Apoſtolicis , ceteriſque contra-
„ riis , quibuſcunque . Datum Romæ apud S. Marcum
„ ſub Annulo Piſcatoris die XXV Junii MDXXXIX ,
„ Pontificatus noſtri Anno Quinto .

XXIII. Fratribus vero Mendicantibus ejuſdem
Regni ſic ſcribit *Paulus III Conſt.I, Tom.IV pag.578* :
„ Nuper Nobis pro parte veſtra inter alia expoſito ,
„ quod Venerabiles Fratres Archiepiſcopi , & Epi-
„ ſcopi , ac dilecti filii locorum Ordinarii per Re-
„ gnum Poloniæ , & alia dominia , ac terras tem-
„ porali ditioni cariſſimi in Chriſto filii noſtri Si-
„ giſmundi Poloniæ Regis illuſtris , ſubjecta conſti-
„ ſtituti , necnon quorundam Archiepiſcoporum , &
„ Epiſcoporum , ac aliorum Ordinariorum Officiales ,
„ ſeu Vicarii in ſpiritualibus generales , vos ſæpius
„ contra privilegia vobis a Sede Apoſtolica conceſ-
„ ſa , & juris etiam diſpoſitionem , ratione delicti , ſive
„ contractus , aut rei , de qua agitur , coram eis ad
„ judicium trahebant , & in vos eam , quam non ha-
„ bebant , juriſdictionem exercebant , vos etiam cen-
„ ſuris eccleſiaſticis illaqueando , ac alias diverſimo-
„ de injuſte vexando , perturbando , & inquietando
„ in maximam veſtram confuſionem . Nos veſtris in
„ ea parte ſupplicationibus inclinati eoſdem Archie-
„ piſcopos & Epiſcopos , & Ordinarios , necnon Of-
„ ficiales , & Vicarios , & eorum ſingulos per alias
„ noſtras in forma brevis literas requiſivimus , &
„ hortati ſumus , eis nihilominus in virtute S. Obe-
„ dientiæ , & ſub pœnis in eiſdem privilegiis conten-
„ tis diſtricte præcipiendo mandantes , quatenus vos ,
„ & domus veſtras quaſcunque quovis modo , contra
„ privilegia , & jura veſtra , vexare , aut moleſta-
„ re , ſeu eam , quam non habent ſuperioritatem , &
„ juriſdictionem in vos exercere , aut ratione deli-
„ cti , ſeu contractus , aut rei , de qua agatur , ſeu
„ ex quacunque alia cauſa contra privilegiorum
„ hujuſmodi tenorem , vos coram eis ad judicium
„ trahere , ſeu trahi facere , aut excommunicatio-
„ nis , ſeu aliis ſententiis , cenſuris , & pœnis Ec-
„ cleſiaſticis innodare præſumerent , ſed judicia ipſa
„ per eos quibus id a dicta Sede commiſſum erat ,
„ exercere permitterent , prout in eiſdem literis ple-
„ nius continetur . Cum autem acceperimus , aliquos
„ ex vobis aliquando per indirectum procurare , ut
„ coram dictis Ordinariis vocemini , privatos veſtros
„ affectus publico intereſſe veſtri Ordinis anteponen-
„ tes , Nos volentes inconvenientibus , quæ hinc ori-
„ ri poſſunt occurrere , vobis , & veſtrum ſingulis
„ in virtute Sanctæ Obedientiæ , & ſub excommuni-
„ cationis pœna diſtrictius inhibemus , ne de cetero
„ coram eiſdem Archiepiſcopis , Epiſcopis , Ordina-
„ riis , ſeu Officialibus , aut Vicariis præfatis , va-
„ dimonium obeatis , ne contra vos , præter , aut ultra
„ tenorem dictorum privilegiorum procedere au-
„ deant , vel præſumant , irritum quoque , & inane
„ quicquid ſecus ſuper his a quoquam , quavis aucto-
„ ritate , ſcienter , vel ignoranter contigerit attenta-
„ ri decernentes , non obſtantibus quibuſvis Conſti-
„ tutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , cete-
„ riſque contrariis quibuſcunque . Datum Romæ
„ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXV
„ Junii , Pontificatus noſtri Anno Quinto .

XXIV. Ne Fratres in jus ab Epiſcopis vocentur ,
cavet *Paulus III Conſtit.LXXXII* = Cum ſicut =
Tom.IV pag.617.

XXV. Quoniam vero , inquit *Sanctus Pius V Con-
ſtit.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.160* ,
„ ex nimia Epiſcoporum ſibi arrogata auctoritate , ipſi
„ perſonas Regulares ſuæ juriſdictioni ſubjicere omni-
„ no ſtudent , ac decreto Concilii præfati , Seſs.XXV.
„ Cap.XIV edito , quo cavetur , quod ſi Regularis
„ intra clauſtra exiſtens , & extra ea , ita notorie de-
„ liquerit , ut Populo ſcandaloſus ſit , termino ab
„ Epiſcopo præfigendo , a ſuo Superiore omnino pu-
„ niatur , ſin minus , ab Ordinario delinquens puni-
„ ri poſſit , confiſi , variis , indebitiſque gravamini-
„ bus Regulares afficiunt , Ordinarios præfatos ali-
„ quid contra Regulares in clauſtris degentes hujuſ-
„ modi , quovis prætextu , occaſione , vel cauſa in-
„ novare non poſſe , vel debere . nec aliquos proceſ-
„ ſus contra ipſas perſonas regulares formare , aut
„ facere poſſe volumus , niſi propter manifeſtum
„ ſcandalum , & ſuorum Ordinum Superioribus prius
„ conſultis , & negligentibus , alioquin omnia , &
„ ſingula contra præmiſſa facta , & geſta , ac facien-
„ da in futurum , pro nullis , & infectis habeantur .
„ Neque etiam ſe intromittant ullo pacto , aut aliqua
„ ratione in gubernatione Conventuum , tam Fra-
„ trum , quam Monialium hujuſmodi , & illorum
„ correctionibus , ſed omnia iſta , & alia neceſſaria
„ ad correctionem , & gubernationem , Fratrum ,
„ aut Monialium hujuſmodi , eorum Generalibus ,
„ ac Miniſtris , ſeu Provincialibus , vel aliis eorum ,
„ aut earum reſpective Superioribus , etiam ratione
„ computa faciendi cum Sindicis Conventuum hu-
„ juſmodi , omnino relinquantur , nec ullo modo in
„ prædictis , per ſe , vel alios , ſe intromittant . Fra-
„ tres quoque , ſi contigerit eos ad hujuſmodi Ordi-
„ narios recurſum habere , a præfatis Generalibus ,
„ Miniſtris , ſeu Provincialibus , Prioribus , Guar-
„ dianis , & aliis Superioribus caſtigari , & puniri
„ poſſe , & debere , neque ipſos Ordinarios præfatis
„ Superioribus Ordinum hujuſmodi , ullatenus inhi-
„ bere ; quinimmo præfatos Superiores proceſſus con-
„ tra Fratres ſuos , & Moniales hujuſmodi , quando
„ opus fuerit , circa delictorum inquiſitionem , vel
„ caſtigationem facere poſſe , decernimus , invocato
„ etiam ad hoc , ſi opus fuerit , auxilio brachii ſecu-
„ laris . Inhibemus etiam ipſis Ordinariis , ne Fratres
„ extra clauſtra degentes , ſub eorum protectione
„ recipiant , eoſque invitis ſuis Superioribus deti-
„ neant . Prohibemus quoque eiſdem Ordinariis , ne
„ aliquo modo ſe intromittant in bonis dictorum Fra-
„ trum extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum pro
„ tempore degentium , ſive decedentium , & quamvis
„ in habitu , vel ſine habitu moriantur , volumus ,
„ quod eorum bona mobilia , & immobilia ad Ordi-
„ nem , quem profeſſi ſunt , pertineant , diſponenda
„ juxta Conſtitutiones , ſeu Ordinationes præfato-
„ rum Ordinum , neque illa Ordinarii præfati occu-
„ pare præſumant , immo hujuſmodi , & ad habitum
„ Religionis revertentium , bona omnia Monaſteriis
„ ipſis , cum ea quæ acquirit Monachus de jure Mo-
„ naſterio acquirantur , pertinere , etiam decerni-
„ mus . Ac ipſis Ordinariis , ne quaſcunque uniones ,
„ etiam perpetuas , a Sede prædicta , vel alias , ut
„ præfertur , hactenus factas , & pro tempore facien-

,, das, de beneficiis eccleſiaſticis, ſeu illorum fructi-
,, bus, quin ſuum ſortiantur effectum, impediant,
,, omnino etiam probibemus, & cenſuras Eccleſiaſti-
,, cas, & alias pœnas per eos in contradictores pro
,, tempore latas, nullius eſſe roboris, vel momenti
,, ſimiliter deeernimus, & declaramus.

XXVI. Ne Religioſorum negotia in Epiſcoporum foro vertantur, cavet *Paulus V Conſtitutione XXIV Tom.V pag.653*, dicens: ,, Religioſorum
,, ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium
,, quieti proſpicere cupientes, quæ illam quoquo mo-
,, do perturbare poſſe videntur, opportuna noſtra
,, declaratione e medio tollere, ac alias deſuper op-
,, portune providere curamus, prout in Domino ſa-
,, lubriter conſpicimus expedire. Cum itaque nomine
,, dilecti filii Baſilii Anguſſolæ Procuratoris Generalis
,, Ordinis Fratrum Carmelitarum in Congregatione
,, Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardina-
,, lium Tridentini Concilii interpretum, expoſitum
,, fuerit, in Hiſpaniarum Regnis, quoſdam Ordina-
,, rios locorum contendere, Religioſos intra elauſtra
,, degentes coram ipſis Ordinariis conveniri debere in
,, cauſis civilibus Cap. == Volentes == de privilegiis
,, in Sexto comprehenſis, propter illius innovationem
,, a Concilio Tridentino factam Seſs.VII Cap.XIV,
,, quo præfatos Religioſos, eorum privilegiis abro-
,, gatis, defendunt comprehendi. Præterea eoſdem
,, locorum Ordinarios pariter contendere, eoſdem
,, Religioſos intra clanſtra degentes in prima inſtan-
,, tia coram ipſis conveniri debere ex decreto ejuſdem
,, Concilii Tridentini Seſs.XXIV Cap.XX de reforma-
,, tione. Cumque ab eodem Baſilio Procuratore
,, Generali in eadem Congregatione ſupplicatum fue-
,, rit, ut ſuper utraque re reſponſa darent, ab eadem
,, vero Congregatione fuerit reſponſum, neque
,, Conſtitutione in Generali Concilio Lugdunenſi
,, edita, quæ incipit == Volentes == neque Decreto
,, Concilii Tridentini Cap.XIV Seſs.VII, comprehendi
,, Regulares, ideoque eos juxta eorum privilegia
,, coram ſuis Superioribus, vel Conſervatoribus eſſe
,, conveniendos. Necnon Decretum ejuſdem Con-
,, cilii Tridentini dicto Cap.XX Seſs.XXIV ad Regu-
,, lares non pertinere, nec eorum Conſervatorias im-
,, minuere, nec quoad primam illarum inſtantiam
,, aliquid novi inducere, ipſeque Baſilius Procurator
,, Generalis nobis humiliter ſupplicari fecerit, ut pro
,, ſui Ordinis quiete, ſupradictas declarationes ab
,, eiſdem locorum Ordinariis ſervari debere, Apo-
,, ſtolica auctoritate præcipere dignaremur. Nos il-
,, lius hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omni-
,, bus, & ſingulis locorum Ordinariis, in virtute
,, Sanctæ obedientiæ per præſentes diſtricte præci-
,, piendo mandamus, ne Fratres, & Religioſos dicti
,, Ordinis Carmelitarum contra diſpoſitionem decla-
,, rationum prædictarum perturbare, vel inquietare
,, quoquo modo audeant, vel præſumant, irritum
,, nihilominus, & inane decernentes quicquid ſecus
,, ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcien-
,, ter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca
,, dilectis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ gene-
,, rali Auditori, & noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Re-
,, gnis Hiſpaniarum Nuncio, per præſentes commit-
,, timus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eo-
,, rum, præſentes literas, & in eis contenta quæcun-
,, que, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro
,, parte dictorum Religioſorum, eorumve Superio-
,, rum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſ-
,, que in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſi-
,, ſtentes, faciant auctoritate noſtra, illos eorundem
,, præmiſſorum effectu, pacifice frui, & gaudere,
,, non permittentes eos deſuper a quoquam, quavis
,, auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari.
,, Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœ-
,, nas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, &
,, facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcen-
,, do, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio
,, brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recorda-
,, tionis Bonifatii Papæ VIII Prædeceſſoris noſtri de
,, una, & in Concilio generali edita de duabus die-
,, tis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate
,, præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque
,, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,
,, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus au-
,, tem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis,
,, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo
,, alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſti-
,, tutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ
,, eiſdem præſentibus haberetur, ſi originaliter fo-
,, rent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
,, S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Augu-
,, ſti MDCVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

XXVII. ,, Ordinarii in Congregationibus Cau-
,, ſarum Fratrum Mendicantium, tam Civilium,
,, quam Criminalium minime ſeſe ingerant, pariter
,, nec in viſitatione eorundem Fratrum, vel Eccle-
,, ſiarum ſuarum, niſi quatenus eis per Concilii Tri-
,, dentini Decreta conceditur ,,. Sacra Congregatio inter Conſtit. Sixti V Conſtitut.XXXV == Lecto == Tom.VII pag.204.

XXVIII. Circa Viſitationem illam Decretum habes in Clementis VIII Conſtit.CXLVIII == Congregatio == Tom.VII pag.242. Hujus tenoris eſt: ,, Con-
,, gregatio itidem Concilii cenſuit, Epiſcopos, aut
,, alios locorum Ordinarios, vigore cujuſvis Decreti
,, ejuſdem Concilii ,, (Tridentini) ,, nullam habere
,, facultatem, quovis tempore, in Monaſteriis, Do-
,, mibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum,
,, quibus non imminet cura animarum perſonarum
,, ſecularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa
,, ſacra, Altaria, & cetera hujuſmodi, aut etiam
,, Tabernaculum, ſeu Pixidem, in qua Sanctiſſimum
,, Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur,

XXIX. Idem legitur in Pauli V Conſtit.CXIII, data 6 Junii 1614 == Johannes Dominicus == Tom.VII pag.254, ubi etiam Epiſtolam habes pag.256, anno 1615 die 21 Auguſti Epiſcopo Ticinenſi ſcriptam a S. Congregatione præpoſita negotiis Epiſcoporum, & Regularium. Ibidem variæ Epiſtolæ laudantur, ab eadem S. Congregatione aliis Epiſcopis ea de re ſcriptæ. Alias habes eodem Tomo VII pag.260, 271: & 272. Huc etiam ſpectat Decretum quod ibidem legitur pag.273 Num.XVIII, & XXVIII: ac pag.276 Num.XXXVIII.

XXX. De Fratrum exemptione conſulendæ etiam Urbani VIII Conſtitut.LXXX == Exhibita Nobis == Tom.VI pag.100: Innocentii XI Conſt.XIX == Cum inter == Tom.VI pag.363: & Conſt.XX == Alias == Tom.VI pag.364: Clementis XI Conſt.VI == Egerunt == Tom.VI pag.440. Eſt in Archiepiſcopum Aquenſem Mendicantes Fratres moleſtiis afficientem: & Conſt.XI == Apoſtolicæ == Tom.VI pag.444, qua Clemens XI irritum declarat quicquid Archiepiſcopus Aquenſis geſſit in Fratres Mendicantes, & cavet, ne prædictus Archiepiſcopus violet privilegia eiſdem Mendicantibus conceſſa.

XXXI. His Apoſtolicis Conſtitutionibus, & aliis ſexcentis, quas apud Auctores paſſim reperies, liquet, Ordinem Fratrum Prædicatorum juriſdictione Epiſcoporum

Google

porum prorſus exemptum eſſe. Idem ceteris Conſtitutionibus hoc in Titulo laudandis evinci poteſt; ſic enim inter ſe ſe quæ ibidem tractantur materiæ connexæ ſunt, ut in præſenti Capite quædam Diplomata retulerim quibus quæ ſequuntur firmari poſſint, & ea de quibus acturi ſumus, Conſtitutionibus mox laudatis nullo negotio probari queant.

XXXII. Notandum Primo, quod Ordinarii, quorum juriſdictione exemptus eſt Ordo Prædicatorum, illi omnes ſunt qui Ordinariam juriſdictionem in Diœceſibus, & Territoriis habent, ut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates &c. Cum autem dicitur, quod Ordo ille ſolius Papæ juris eſt, non excluduntur ex hoc Summi Pontificis Miniſtri, ſed potius includuntur omnes, qui juriſdictionem hac de re delegatam habent a Summo Pontifice, uti ſunt Sacræ Congregationes, Auditor Cameræ, Auditores Rotæ, &c.

XXXIII. Notandum ſecundo circa Conſtitutionem II Honorii III, quod cum una ſit ex duabus quibus Ordinem Fratrum Prædicatorum eademmet die confirmavit, hinc liquet, quod Ordo noſter ſemper, & ubique, Epiſcoporum juriſdictione fuit exemptus, & ſolius Summi Pontificis juris fuit. Id probant hæc verba == *Sub noſtra gubernatione, & protectione ſuſcipimus* == Cum enim omnes *ſub* Summi Pontificis *gubernatione* ſint: Dum dicit, aliquem ab ipſo ſub ſua gubernatione ſuſceptum, ut verba aliquid operentur, id de gubernatione ſpeciali, quam vocant immediatam, debet intelligi: uti videre eſt Capite == Si Papa == De Privilegiis in Sexto.

XXXIV. Notandum Tertio, circa Conſtitutionem XXXV Urbani IV, quod exemptionem ex hoc duntaxat probare poteſt, quia Summus ille Pontifex confirmans & innovans libertates omnes, & immunitates a ſuis Deceſſoribus conceſſas, innovare cenſetur exemptionem ab Honorio III datam.

XXXV. Notandum Quarto, circa Conſtitutionem LXXXVIII Clementis IV, quod, ubi lis eſt Ordinarios inter, & Regulares, Epiſcopi nec incidenter poſſunt interpretari privilegia dubia Regularium, etiamſi non ſit facilis recurſus ad Sanctam Sedem. Id habetur ex eadem Clementis IV Conſtitutione, & ex Innocentii X Conſtitutione data 16 Maii 1648. Incipit == Cum ſicut accepimus == Legitur in Bullario Romano. Ibi autem dubium quarto loco poſitum hujus tenoris eſt: „ Quarto, an in caſu, quo Regulares quicunque, etiam Societatis Jeſu, exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii judicent non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati poſſint, & debeant provocare ad Summum Pontificem, vel, in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metropolitanum, ſive Ordinarium viciniorem, vel potius poſſint in hoc caſu eligere Conſervatores „? Sacra Congregatio Concilii reſpondit: „ Si verba privilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, nec Conſervatores eligere, ſed Summum Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum.

XXXVI. Notandum Quinto, quod iſtud exemptionis privilegium tale eſt, ut ipſi, nec in uno quidem aliquo caſu particulari, Religioſus aliquis renunciare poſſit, hæc enim renunciatio cederet in præjudicium Summi Pontificis, cujus intereſt, ut qui ſibi uni ſubduntur ab aliis non judicentur. Cap. == Cum tempore == De Arbitria, ubi Innocentius III hæc habet: „ Et ſi ſponte volueris, de jure tamen nequiveris ſine licentia Romani Pontificis renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis „. Conſulenda quæ dicta ſunt *Tit.IV Quæſt.X Num.17*. Adeas etiam *Paſſerinum* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.753 &c.

XXXVII. Notandum Sexto, quod exemptio iſta non obſtat, quominus Epiſcopus, ſi velit, poſſit in Eccleſiis ſuæ Diœceſeos, etiam Regularium, etiam Regularibus ipſis invitis, conciones ſacras habere, ut an.1584 die 17 Januarii uni ex noſtris Provincialibus Galliarum Regni S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium reſpondiſſe, referunt *Nicolius* in Floſculis, Verbo, *Prædicator*: & *Gavantus* in Manuali Epiſcoporum, Verbo, *Concio Sacra*. Dixi, quod Epiſcopus id poteſt *in Eccleſiis ſuæ Diœceſeos etiam Regularium*: exemptio ſiquidem non facit, ut loca exempta ſint extra Diœceſim. Hæc enim, licet non ſint de Diœceſi, ſunt tamen in Diœceſi, uti docent Auctores in Caput == Cum Epiſcopus == De officio Ordinarii in Sexto: & Gloſſa in Clementinam == Frequens &c.

XXXVIII. Ceterum quæ hic aſſeritur Epiſcopo Diœceſano, facultas non conceditur Prædicatori ab ipſo delegato; Nec enim poteſt aliquis conciones habere in Eccleſia Regularium ſine eorundem conſenſu: ut anno 1618 die 23 Octobris reſcripſit *S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in Tolentina*.

XXXIX. Nec cogi poſſunt Regulares ut in ſuis Eccleſiis accepient Prædicatores ſeculares, vel alterius Religioſæ familiæ. *Ex eadem S. Congregatione in Alatren. 1613 die 12 Februarii*.

XL. Niſi eſſet conſuetudo in contrarium, ut reſpondit *eadem S. Congregatio in Firmana 1614 die 28 Februarii*, apud *Nicolium* in Floſculis; verbo: *Prædicator*.

XLI. Notandum Septimo, quod licet Regulares vi privilegiorum, ordinaria Epiſcoporum juriſdictione ſint exempti; Epiſcopi tamen in variis caſibus, de quibus alibi ſermo eſt, habent in ipſos delegatam a S. Sede juriſdictionem.

QUÆSTIO II.

Poſſuntne Fratres Prædicatores coram locorum Ordinariis conveniri per literas Apoſtolicas, eorundem Ordinis ſpecialem mentionem non facientes?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, decernit Innocentius IV.

II. Qui, Conſtitutionem, a ſe contra exemptos editam, huic Fratrum Prædicatorum privilegio non obſtare, indulget.

III. Et Succeſſores ſuos conſentientes habet: Alexandrum IV:

IV. Qui idem privilegium Monialibus concedit:

V. Aliaque Conſtitutione illud aſſerit Ordini Prædicatorum.

VI. Clementem IV: Honorium IV: ceteroſque Summos Pontifices.

VII. Idem ceteris Ordinibus Religioſis conceſſum.

Nec huic Privilegio derogat Concilium Tridentinum.

Licet Epiſcopis juriſdictionem delegatam, certis in caſibus, in Religioſos concedat.

VIII. Utrum Religioſus ab Epiſcopo contra privilegium exemptionis citatus, teneatur comparere, ſeu vadimonium obire?

I. Fra-

I. FRatres Prædicatores per literas Apoſtolicas, eorundem Ordinis ſpecialem mentionem non facientes, coram locorum Ordinariis conveniri non poſſe, ſtatuit *Innocentius IV Conſtitut. XXXIX Tom.I pag.*130 dicens: „ Cum jam per ejus gratiam, qui, quæ mundus abominatur, aſſumit, veſtri titulus Ordinis adeo ſit inſignis, quod vix creditur, ab iis, qui contra vos literas impetrant ſine malitia ſubticeri. Nos & illorum obviare fraudibus, & veſtram innocentiam favorabiliter confovere volentes, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, indulgemus, ut nequeatis per literas Apoſtolicas conveniri, quæ de hac indulgentia, & veſtro non fecerint Ordine mentionem.

II. Hinc idem *Innocentius IV Conſt.CCXL Tom.I pag.*200: „ Cum olim, inquit, duxerimus ſtatuendum, ut exempti quantacunque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, rite poſſint coram locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hæc ſuam in ipſos juriſdictionem, prout jus exigit, exercere: vos dubitantes, ne per Conſtitutionem hujuſmodi, libertatibus, aut immunitatibus, vobis, & Ordini veſtro per privilegia, & indulgentias ab Apoſtolica Sede conceſſis, præjudicari valeat, Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper hoc indemnitati veſtræ paterna ſollicitudine curaremus. Quia vero ejuſdem Ordinis Sacra Religio ſic vos apud Nos dignos favore conſtituit, ut Nobis votivum exiſtat, vos ab omnibus, per quæ vobis poſſent provenire diſpendia, immunes libenti animo præſervare, auctoritate vobis præſentium, indulgemus, ut occaſione Conſtitutionis hujuſmodi nullum eiſdem libertatibus, & immunitatibus in poſterum præjudicium generetur.

III. *Innocentianam* Conſtitutionem *XXXIX* mox tranſcriptam renovavit *Alexander IV Conſtitut.XCVI* = Cum jam = *Tom.I pag.*304.

Aliam vero, videlicet *CCXL* innovavit idem Alexander *Conſtitut.CLXI* = Cum olim = *Tom.I pag.*340

IV. Prioriſſæ, & Conventui Monialium Monaſterii *S. Felicis de Vada* ſcribens *Alexander IV Conſtitut.CCLI Tom.I pag.*381: „ Devotionis, inquit, augmentum vobis, Deo propitio, provenire confidimus, ſi ſuper his quæ digne cupitis, nos benignos ad gratiam habeatis. Hinc eſt, quod nos, veſtris piis precibus inclinati, volentes quieti, & paci veſtræ paterna diligentia providere, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut a quoquam conveniri per literas Apoſtolicas non poſſitis, nec aliquis contra vos auctoritate ipſarum procedere valeat, niſi eædem literæ de indulgentia hujuſmodi, & Ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem.

V. „ Ceterum, inquit *Alexander IV Conſtitut.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*408: cum fel. rec. Innocentius PP. Prædeceſſor noſter olim duxerit ſtatuendum, ut exempti quantacunque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, rite poſſint coram locorum Ordinariis conveniri, & illi, quoad hoc, ſuam in ipſos juriſdictionem, prout jus exigit, exercere, Nos vobis, ut occaſione Conſtitutionis hujuſmodi nullum libertatibus, & immunitatibus, vobis, & veſtro Ordini, per privilegia, & indulgentias ab Apoſtolica Sede conceſſis præjudicium generetur, auctoritate præſentium, indulgemus. Decernimus ergo irritum, & inane quicquid contra conceſſionum tenorem, Conſtitutionem, & inhibitionem hujuſmodi per quoſcunque fuerit attentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis, ſententias, ſi quas contra conceſſiones, conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem in vos, vel veſtrum aliquos, aut loca veſtra, ſeu benefactores veſtros in poſterum promulgari contigerit, penitus non tenere.

VI. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.51: V. *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

VII. Nonnullas alias Apoſtolicas Conſtitutiones pro ceteris Ordinibus Religioſis conceſſas laudat *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.636. „ Ex his igitur, inquit Num.637, manifeſtum eſt, quod Regulares ſunt penitus exempti ab ordinaria juriſdictione Ordinariorum, & ita quod non comprehenduntur ſub Decretali = Volentes = De Privilegiis in Sexto, & nec ſubduntur Ordinario ratione delicti ubicunque commiſſi, vel contractus, in quocunque loco initi, vel rei litigioſæ in qualicunque loco conſiſtentis. Quamobrem licet Conſtitutio illa = Volentes = fuerit innovata per Concilium Tridentinum Seſs.VII Cap.XIV nihilominus neque ſub eo Decreto Concilii Tridentini comprehenduntur Regulares: nam Concilium eam Decretalem non extendit, & ampliavit, ad quos non ſe prius extendebat: at vero ipſa non ſe extendebat ad Regulares, duplici ratione „. Id probat, & addit Num.638. „ Non ſemel vero, ſed pluries Concilium Tridentinum ſignificavit, Regulares eſſe exemptos plenarie, etiam in præfatis tribus caſibus, cum Seſs.VI Cap.III conceſſerit Ordinariis facultatem viſitandi, corrigendi, & puniendi Regulares extra clauſtra degentes, & delinquentes, & tamen hoc non conceſſerit eis, niſi ut Delegatis Sedis Apoſtolicæ, & hoc non abſolute, ſed ſolum in viſitatione... Et in dicta Seſs.VII Cap.XIV ubi innovavit Decretalem = Volentes = tribuens Epiſcopis facultatem in Regulares in cauſis miſerabilium perſonarum, in aliis ſolum in defectum judicis, hanc facultatem concedit ut delegatam: unde ſentit, eos non habere ad hoc facultatem Ordinariam ex Decretali = Volentes = innovata. Et Seſs.XIV Cap.V ubi de Conſervatoribus agit, præſervat privilegia Regularium: quæ etiam præſervat Seſs.XXIV Cap.XI: & Seſs.XXIV Cap.XIV non permittit Ordinariis, ut Regulares degentes intra clauſtra, ſi delinquant extra clauſtra, puniantur ab Ordinariis, niſi in caſu quo Superiores Regulares moniti intra tempus præfixum delinquentem non punierint, & de punitione Epiſcopum certiorem non fecerint. Quamobrem S. Congregatio Concilii expreſſe declaravit, Regulares nec comprehendi ſub Decretali = Volentes = edita in Concilio Generali Lugdunen., nec ſub Decreto Cap.XIV Seſs.VII Concilii Tridentini: & nec Decretum Concilii Cap.XX Seſſione XXIV ad Regulares pertinere, nec eorum Conſervatorias imminuere, quam S. Congregationis declarationem approbavit, & obſervari mandavit Paulus V per literas in forma Brevis cum Decreto irritante ſub die 14 Auguſti 1607 data: quæ incipit = Religioſorum = & habetur in Romano Bullario ſub Num.34 inter Bullas dicti Pontificis „. *Hæc Paſſerinus.*

VIII. Quæ-

VIII. Quærit *Num.*730, utrum Regularis contra privilegium exemptionis citatus ab Epiſcopo teneatur comparere, & quomodo ab ejus violentiis ſeſe defendere poſſit? Reſpondet, quod ſi privilegium notorium ſit, Regularis non tenetur comparere coram Epiſcopo. Idem dicendum cenſet ſi Regularis citetur ab Epiſcopo, nulla expreſſa cauſa, vel expreſſa cauſa quæ notorie nulla eſt. „ Cum enim, inquit „ Numero 731, conſtet, & ſit notorium, Regulares „ eſſe omnino exemptos a juriſdictione ordinaria „ Epiſcopi, eis vero ſubjici tanquam Delegatis Se„ dis Apoſtolicæ in ſolis particularibus caſibus, & in „ jure expreſſis, ſimul eſt notorium, quod ſi Ordi„ narius, nullo expreſſo caſu particulari, vel par„ ticulari cauſa, citat Regularem, quod hujuſmodi „ citatio eſt notorie nulla, & Religioſo Ordini inju„ rioſa, & nihili habenda. Citatio enim cum ſit actus „ juriſdictionis, non poteſt ab Ordinario decerni „ contra Regularem exemptum „. Cap. = De illicita = 24 Quæſt.III Cap. = Ex parte = De reſcript. & tradit. Addit Num.732 quod in caſibus præfatis, qui non comparet, non dicitur contumax, & ſi judex citans procedat ad ſententiam, illa nulla eſt, etiamſi feratur ſuper contumacia, quia ſemper eſt a non habente juriſdictionem. *Num. vero* 733 ſubdit, quod in his caſibus poteſt exemptus *appellare a notorio gravamine quod ſibi fert citatio, ac poteſt haberi recurſus ad Conſervatorem*. Quod probat Conſtitutione Gregorii XV de Conſervatoribus data: „ Vel, ſi „ non adeſt Conſervator, poteſt immediate recurre„ re ad Sedem Apoſtolicam, qui recurſus ſuſpendere „ poſſet juriſdictionem, ſi adeſſet, & habet vim im„ pediendi Ordinarium, ne ad ulteriora procedat „. Cap. = Si a judice = Cap. = Ad audientiam = De Appellatione. Hæc *Pafferinus* qui de ceteris caſibus docet quod extra caſum notorii tenetur Regularis reſpondere. Si autem privilegium ſit dubium, tunc Epiſcopus nullatenus poteſt ad ulteriora procedere, ſed, ut dictum fuit ex Innocentii X Conſtitutione, conſulenda eſt Apoſtolica Sedes. Adeas eundem Auctorem a Num.788 ad 797.

QUÆSTIO III.

Excommunicationis, vel Interdicti ſententiæ promulgarine poſſunt in Fratres Prædicatores, vel eorum Eccleſias, ſine manifeſta, & rationabili cauſa?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, decernit Honorius III:

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet Gregorium IX: qui ſententias Excommunicationis ab Epiſcopo Portugallenſi, & ab Archiepiſcopo Brunduſino latas, irritas declarat,

III. Innocentium IV:

IV. Alexandrum IV: qui ſententias excommunicationis ab Arelatenſi Archiepiſcopo in Prædicatores Fratres latas, vel ferendas, irritas decernit.

V. Et, Ordinem noſtrum ab Innocentio III, Honorio III, Gregorio IX, ac Innocentio IV, approbatum declarans, Epiſcopis præcipit, ut ab id genus moleſtiis abſtineant exhibendis Prædicatorum Familiæ.

VI. Irritas declarat id genus ſententias latas, & ferendas in Hiſpaniarum Conventuum Fratres:

VII. Reſcindit ſententias in Cœnobii Palentini Fratres latas, & ferendas:

VIII. Ac tandem famulis Conventuum Prædicatorum providet pro tempore Interdicti.

Idem a Clemente IV ſancitum.

IX. Eundem Clementem IV, qui ſententias duntaxat excipit a Legato de Latere ferendas,

X. Sixtum IV:

XI. Leonem X, qui modum præſcribit, quo Regulares hoc Privilegio uti debent:

XII. Alioſque Summos Pontifices.

XIII, Nec contrarium eſt S. Concilium Tridentinum.

Licet Epiſcopis delegatam in Regulares juriſdictionem concedat in nonnullis caſibus.

XIV, Quid a Gregorio XV ſancitum ſit?

XV, Hinc præ oculis habendi caſus a jure expreſſi, ut ſciatur, quandonam Epiſcopus poſſit Regulares excommunicare, eoſque excommunicatos denunciare?

XVI. Cenſuræ ab Epiſcopo latæ contra non ſubditos corruunt ex triplici defectu.

XVII. Quid de Regularium *Familiaribus* cenſendum?

I. EXcommunicationis, vel interdicti ſententias, in Fratres Prædicatores, vel eorum Eccleſias, ſine manifeſta, & rationabili cauſa promulgari non poſſe, decernit *Honorius III Conſt.I* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.*3 his verbis: „ Statuimus præterea, „ ut nulli liceat..... in vos, vel prædictam Eccle„ ſiam veſtram, ſine manifeſta, & rationabili cauſa, „ excommunicationis, vel interdicti ſententias pro„ mulgare.

Idem legitur in ejuſdem *Honorii Conſt.VII* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.6*.

II. Hinc *Gregorius IX Conſt.CLXXXVI* = Olim = *Tom.I pag.*103 irritas declarat excommunicationis ſententias ab Epiſcopo *Portugallenſi* latas in Fratres Prædicatores. Idem decernit *Conſt.CCIII* = De humilium = *Tom.I pag.*118 de ſententiis ab Archiepiſcopo *Brunduſino*, vel in Fratres, vel in eorum Benefactores latis.

III. Eas inter moleſtias, quas Epiſcopi nonnulli Fratribus exhibere conantur, & a quibus abſtinendum jubet, *Innocentius IV*, iſtam recenſet a Conſtitutione C ad *CXIV* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.*154: „ Excommunicationis ſententiam fulminant in bene„ factores eorum, & idipſum Fratribus comminantes, „ eos de locis, in quibus Domino famulantur, ſata„ gunt amovere, niſi eis obediant in omnibus ſupra„ dictis. Ad hæc, ne Fratres ad honorabiles Civita„ tes, & Villas, ubi religioſe, ac honeſte valeant „ commorari, a Populis devote vocati, accedere „ audeant, inhibentes, tam in accedentes, quam in „ receptatores eorum præſumunt, excommunicatio„ nis ſententiam promulgare.

De Domeſticis noſtris audiendus idem *Innocentius IV Conſt.CLXIX* = Ut in veſtris = *Tom.I pag.*170: „ Ut in veſtris domibus vobis ſervientes in miniſteriis „ opportunis, ob veſtri gratiam, quam apud Sedem „ Apoſtolicam ſedulæ devotionis veſtræ obſequia „ promerentur, noſtræ gratiæ munere non reddan„ tur immunes, Nos, veſtris devotis precibus incli„ nati, quod ſi quando in perſonas, vel terras, in „ quibus reſidetis, excommunicationis, ſeu interdi„ cti ſententiam contigerit promulgari, pueri veſtris „ ſervitiis deputati hujuſmodi ſententiis obnoxii nul„ latenus habeantur, niſi eiſdem cauſam dederint, „ vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici con„ tingat eoſdem, auctoritate vobis præſentium in„ dul-

„ dulgemus; præſentibus, poſt annum viceſimum minime valituris.

Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtitutio CLX* == Ut in veſtris == *Tom.I pag.313*. Quinam vere Religioſorum Domeſtici, ſeu *Familiares* cenſendi ſint, & quæ Privilegia competant ipſis, habes ex alibi dictis.

IV. Audiens *Alexander IV*, quod Arelatenſis Archiepiſcopus excommunicationis ſententias tulerat in Fratres, eorumque occaſione in alios; non ſolum iſtas, ſed etiam ferendas irritas fecit *Conſtitut.CLXIV* == De Venerabili == *Tom.I pag.342* dicens: „ Cum itaque nihil magis ſit menti noſtræ contrarium, vel oppoſitum voluntati, quam quod omnium conditor, & Redemptor in membris ejus, & præcipue in vobis, qui eſtis ſpeciales ejus Nuncii, & Præcones, pati contumeliam videatur, eundem Archiepiſcopum, ex intimo cordis affectu, duximus admonendum, noſtris ſibi in virtute obedientiæ dantes diſtricte literis in præceptis, ut, ſicut Divinam, & noſtram vitare cupit offenſam, a præmiſſis omnibus, & qualibet alia Fratrum domus veſtræ injuria, & moleſtatione deſiſtat, tales de cetero per ſe, vel per alium in vos, ſeu locum veſtrum, aut præfatos executores, vel hæredes decedentium, ſive quemcunque alium, occaſione veſtri, ſententias nullatenus proferendo. Si vero idem Archiepiſcopus, quod abſit, aliter duxerit præſumendum; Nos a juriſdictione ſua vos totaliter eximemus: & nihilominus ex nunc, omnes ſententias, quas ipſe in vos, & quoſcunque alios, occaſione veſtri, tulerit, irritas eſſe decernimus, & inanes, ac ne aliquis illas obſervare præſumat, diſtrictius inhibemus „. Idem verbis paululum immutatis legitur in ejuſdem *Alexandri Conſtit.CLXIII* == Nulla dubietas == *Tom.I pag.341*.

V. Moleſtias quibus Epiſcopi Fratres Prædicatores afficiebant recenſens *Alexander IV Conſtit.CLXIX* == Nimis iniqua == *Tom.I pag.344* hæc addit: „ Cum igitur Ordo veſter a felicis recordationis Innocentio III, Honorio III, Gregorio IX, & Innocentio IV Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & a Nobis ipſis, veſtris dignis ſit exigentibus meritis approbatus, & veſtræ Religionis obtentu vos inter alios Religioſos arctius amplexemur in viſceribus caritatis, ne hujuſmodi gravamina vobis ab eiſdem Prælatis, vel eorum ſubditis, ulterius inferantur, auctoritate præſentium, diſtrictius inhibemus, omnes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas ab ipſis, vel eorum aliquo, præmiſſorum occaſione, in vos, vel aliquem veſtrum, ſeu Eccleſias, vel Oratoria, vel Benefactores veſtros promulgare contigerit, decernentes irritas, & inanes,

VI. Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum per Hiſpaniam conſtitutis ſcribens *Alexander IV Conſt.CCXLVI Tom.I pag.379*: „ Meritis, inquit, veſtræ Religionis inducimur, ut quæ digne depoſcitis, ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, ac Rectores Eccleſiarum, & alii Clerici per Hiſpaniam conſtituti, Indulgentiis, ac Privilegiis, vobis ab Apoſtolica Sede conceſſis, minime deferentes, interdum in vos, contra eorum tenores, interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias promulgare præſumunt, ſuper quo Apoſtolicæ proviſionis remedium imploraſtis; Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, omnes ſententias, quas dicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Rectores, & Clerici in vos, ſeu veſtrum aliquem, aut loca veſtra, ſeu quoſcunque alios occaſione veſtri taliter contra indulta, vobis, & Ordini veſtro ab Apoſtolica Sede conceſſa, in poſterum ferre præſumpſerint, quoad perſonas veſtras, & loca, irritas decernimus, & inanes, quoad alios vero, in quos occaſione veſtri ferri contigerit, eas comminuimus, & cenſemus penitus irritandas „. Ejuſdem tenoris ſunt *Conſt.CCXLVII* == Meritis == *Tom.I pag.379*, & *CCLXIII* == Meritis == *Tom.I pag.390*.

VII Huc ſpectat *Alexandri IV Conſtit.CCLXVII* == Petitio == *Tom.I pag.391*, qua reſcinduntur excommunicationis ſententiæ latæ, & ferendæ in *Palentini* Cœnobii Fratres.

VIII. Fratres Prædicatores alloquens *Alexander IV Conſtitut.CCXCVII* == Virtute conſpicuos == *Tom.I pag.406*: „ Si quando autem, inquit, in terras, in quibus reſidetis, vel earum perſonas excommunicationis, ſeu interdicti ſententias contigerit promulgari; pueri veſtris ſervitiis deputati, negotiorum quoque veſtrorum Procuratores, & Operarii, qui in veſtris locis eorum operibus, perſonaliter continue inſtiterint hujuſmodi ſententiis minime obnoxii habeantur, ibique poſſint audire divina, juxta formam, quæ locis ipſis, in eo caſu a Sede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi eiſdem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem.

Idem legitur in *Clementis IV Conſt.VIII* == Virtute conſpicuos == *Tom.I pag.452*.

IX. „ Ex parte...... veſtra, inquit *Clemens IV* alloquens Fratres Prædicatores *Conſt.XIII* == Exigentibus == *Tom.I pag.454*: „ fuit propoſitum coram Nobis, quod nonnulli Apoſtolicæ Sedis Legati, & Delegati, eorumque Subdelegati, auctoritate literarum Sedis ejuſdem, in quibus de Ordine veſtro ſpecialis mentio non habetur, in aliquos veſtrum, vel loca veſtra, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias fulminare præſumunt, & faciunt ab aliis fulminari, ac mandant, eos excommunicatos publice nunciari, & tanquam excommunicatos ab omnibus arctius evitari, in veſtrum non modicum præjudicium, & ſcandalum plurimorum. Volentes igitur paci, & tranquillitati veſtræ, paterna ſolicitudine præcavere, veſtris ſupplicationibus inclinati, ne ab aliquo Legato, niſi de Latere Apoſtolicæ Sedis miſſo, vel delegato, aut ſubdelegato, auctoritate literarum Sedis prædictæ, excommunicari, ſuſpendi, vel interdici poſſitis, niſi literæ ipſæ plenam, & expreſſam de Ordine veſtro, & indulto hujuſmodi fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium indulgemus; ac decernimus nihilominus, omnes ſententias irritas, & inanes, ac nullius exiſtere firmitatis, quas contra tenorem præſentis indulti per quemcunque de cetero contigerit promulgari.

X. „ Quia ut intelleximus, inquit *Sixtus IV Conſtit.CXXIV* == Sacri Prædicatorum == *Tom.III pag.579* exortis nonnunquam controverſiis, inter locorum Ordinarios, eorumque Vicarios, ſeu Officiales, Curatos, & Fratres prædictorum Ordinum, variis occaſionibus, locorum Ordinarii, eorumque Vicarii, ſeu Officiales, & Curati prædicti, ne Chriſtifideles Fratribus ipſis pias eleemoſynas erogare præſumant, ſuadere, & etiam ſub cenſuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, ſeu prædicari facere, ſeu pronunciare, præſumunt, locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, ſeu Officialibus, & Curatis prædictis, ac etiam

„ aliis

„ aliis quibuſcunque, dicta auctoritate, mandamus, ut ab hujuſmodi perſuaſionibus, inhibitionibus, & mandatis de cetero prorſus omnino abſtineant, decernentes, inhibitiones ipſas, & mandata nullius exiſtere firmitatis, & illis contravenientes cenſuris hujuſmodi minime ligari, ac eoſdem perſuadentes, & inhibentes, mandatoque noſtro hujuſmodi obtemperare non curantes, niſi pœnituerint, & perſuaſiones, ac inhibitiones, & prædicta revocaverint infra triduum, poſtquam deſuper requiſiti fuerint, eo ipſo Ordinarios interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, alios vero inferiores ab eis, excommunicationis ſententiam incurrere.

XI. „ Cenſuras autem, inquit *Leo X Conſtit.L* = Dum intra = *Tom.IV pag.*338 „ per eoſdem Ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matrici Eccleſia Civitatum, necnon in Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis Caſtrorum, & oppidorum reſpective ſolemniter publicatas, quando ſuper hoc ab eiſdem Ordinariis requiſiti fuerint, in Eccleſiis domorum ſuarum publicare, ſe ſervare: Et ut animarum utriuſque ſexus Chriſtifidelium ſaluti uberius conſulatur, illos, quorum confeſſiones pro tempore audierint, cujuſcunque ſtatus, & conditionis fuerint, ad ſolvendum decimas, ſive alias bonorum, ſeu fructuum quotam, in locis, in quibus decimæ ipſæ, aut ſimilia ſolvi conſueverunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum monere, & hortari, ipſiſque etiam illas ſolvere recuſantibus abſolutionem denegare, & ſuper hoc requiſiti, id populo etiam publice prædicare, & perſuadere teneantur. Conſervatores autem eiſdem Fratribus pro tempore a Sede Apoſtolica deputandi, doctrina, & probitate præſtantes, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem Fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas a loco ſuæ ſolitæ habitationis nullus trahi poſſit, privilegiis ſuper hoc alias eis conceſſis, nullatenus ſuffragantibus. Excommunicati quoque Ordinem Mendicantium profiteri volentes, ubi de intereſſe tertii ageretur, abſolvi non poſſint, niſi prævia ſatisfactione. Procuratores quoque, & negotiorum geſtores, ac operarii eorundem Fratrum ſervitiis inſiſtentes, ſententiis excommunicationis promulgatis, illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint.

XII. Præter iſtas Apoſtolicas Conſtitutiones, conſulendæ in primis aliæ Quæſt.I hujuſce Tituli laudatæ; ex his enim diſertis verbis habetur ſpeciale privilegium, quo cavetur, ne Fratres Prædicatores poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel interdici: & id genus ſententiæ latæ, vel ferendæ, irritæ declarantur. Videas præſertim Clementis VI; Bonifatii IX; Alexandri V; Martini V; Pauli III; & S. Pii V; Conſtitutiones.

XIII. Notandum Primo, ex *Paſſerino* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.770, quod licet Conc. Tridentinum in aliquibus caſibus det Epiſcopis delegatam facultatem coercendi, & puniendi Regulares, per hoc tamen ipſis non dat facultatem procedendi contra illos cenſuris, illis exceptis caſibus, in quibus hoc expreſſe decernit. Quapropter Epiſcopi, nec ex vi Concilii Tridentini, nec ex vi Conſtitutionum Apoſtolicarum, etiamſi illis concedatur delegata juriſdictio procedendi criminaliter contra Regulares exemptos, illoſque coercendi, corrigendi, & puniendi, poſſunt procedere contra illos per cenſuras, niſi hoc illis expreſſe concedatur. Quod intelligendum de Regularibus illis duntaxat, qui gaudent ſpeciali privilegio de quo nunc loquimur. Id variis probat prædictus Auctor, & confirmatur, inquit Num.771: „ Quia ubi Concilium voluit, quod Ordinarii poſſent contra Regulares procedere cenſuris, id expreſſit, ut Seſſ.XXII in Decret. de Obſervan. & vitand. in celebratione Miſſæ, quoad hoc, quod eſt celebrare in Oratorio privato, vel omnino extra Eccleſiam: & Seſſ.XXV Cap.V quoad clauſuram Monialium: & Cap.XVI quoad reſtitutionem bonorum Noviciorum redeuntium ad ſeculum. Unde, & in aliis caſibus, ſi voluiſſet, quod Epiſcopi poſſent procedere cenſuris, id expreſſiſſet. C. = Inter Corporalia = De translat. Ep. = C. Ad audientiam = De decimis: & L. = Uni = §. fin. Cap. de Caduc. Teſtat. & hoc amplius confirmatur ex Declaratione Sac. Congregat. de anno 1587, quam referunt Rodericus Tom.I Quæſt.XLV Art.II, Suarezius Tom.IV de Relig. Tract.VIII L.I Cap.X Num.XXVII, Lezana V. Exemptio. Num.XI, & eſt talis: Regulares adeuntes Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi incidunt in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, niſi Regulares illi habeant ex privilegio, quod non poſſint excommunicari, & tunc deberent puniri a ſuis Superioribus alia pœna. Ex hac enim declaratione habetur, quod Epiſcopi contra Regulares, ut ſupra privilegiatos, non poſſunt procedere cenſuris, etiamſi id facere poſſint contra non privilegiatos.

XIV. Notandum Secundo, quod in Conſt. Innocentii X, data 16 Maii 1646 = Cum ſicut accepimus = propoſito Dubio quarto: „ An Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in Confeſſionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc an vigore Concilii Tridentini, vel per quem Canonem „? Sacra Congregatio, cujus oraculum probatum fuit Summo Pontifici, reſpondit: „ Poſſe procedere, non quidem in vim Concilii Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorii XV, quæ incipit = Inſcrutabili Dei Providentia =. Hanc Gregorii Conſtitutionem habes *Tom.VI pag.*17 Sed pro Hiſpania vide Urbani VIII Conſtitutionem XV = Alias a felicis = Tom.VI pag.33.

XV. Notandum Tertio, quod, ſicut Epiſcopus in caſibus a jure expreſſis poteſt Regulares excommunicare, ita etiam poteſt illos excommunicatos denunciare in caſibus itidem a jure expreſſis: ſecus autem in ceteris. Id liquet ex Capite = Religioſi = De privilegiis, & exceſſibus Privilegiatorum in Clementinis. Cum enim ibi Clemens V quoſdam caſus referat in quibus Religioſi excommunicantur, & debent a locorum Ordinariis excommunicati denunciari, *nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante*, ex eadem Clementina ſequitur, quod in caſibus a jure non expreſſis Religioſi nullatenus poſſunt ab Epiſcopis excommunicati denunciari. *L. = Jus ſingulare = & L. = Quod vero = ff. de Leg.* Audiendus hac de re Fagnanus in Cap. = Non poteſt = Num.VIII De re judic. „ Cum olim, inquit, quidam Eques Jeroſolymitanus ſuum Parochum publice alapa percuſſiſſet, citatus ab Ordinario ſua privilegia propoſuiſſet, & quamvis ipſo jure excommunicatus eſſet, cum omnibus tamen converſaretur, re ad Congregationem Concilii delata, Sacra Congregatio cenſuit, non poſſe Ordinarium exercere in eum ullam juriſdictionem, neque ex-

,, communicando, neque declarando excommunicatum, quia ex privilegio exemptus eſt, ut in Cap.XI ,, Seſſ.XXIV Concilii Tridentini; tamen ex quo ipſe ,, ob talem percuſſionem incidit in excommunicatio- ,, nem Cap. == Si quis ſuadente == poſſe Epiſcopum ,, præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & ,, aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Eccleſias eidem Epiſcopo ſubjectas.

XVI. Notandum Quarto, quod, ut anno 1710 die 21 Februarii dixit Sac. Rota in *Nullius*, ſeu *Caputaquen. juriſdictionis ſuper cenſuris*, coram Falconerio ,, Cenſuræ, ab Epiſcopo fulminatæ contra non ,, ſubditos, corruunt ex triplici defectu, juriſdictio- ,, nis ſcilicet, ordinis ſervandi, & formæ ,,, Adeas *Monacellum* in Formul. Leg. Pract. Parte IV in Append. Deciſ.II.

XVII. Notandum Quinto, quod, ut anno 1672 die 15 Novembris declaravit, & reſpondit S. Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Aſſiſien., Familiares Regularium pro delictis ante familiaritatem commiſſis non gaudent exemptione, & privilegio Fori. Adeas *Riccium* in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis Verbo == Servus == Num.3. Ceterum quinam cenſendi ſint vere *Familiares*, & quænam ipſis Privilegia competant? Alibi dictum fuit.

QUÆSTIO IV.

Quinam ſint a quibus Fratres Prædicatores Chriſma, Ordinationes &c. ſuſcipere poſſunt?

SUMMARIUM.

I. ID ab Honorio III ſancitum.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: Alexandrum IV, qui Privilegium iſtud firmat, & auget.

III. Alioſque Summos Pontifices, qui recenſentur.

IV. Leonem X, qui modum hac de re ſervandum præſcribit.

V. S. Pium V, qui Decretum, a Sacro Concilio Tridentino hac de re latum, declarat.

VI. Huc ſpectant tum S. Congregationum Decreta:

VII. Tum Romani Concilii anno MDCCXXV celebrati Decretum circa Ordines ſuſcipiendos extra Tempora:

VIII. Tum aliud ejuſdem Concilii Decretum circa ordinandorum Titulum, & Dimiſſorias literas.

IX. Aliud tandem, quo Clementis VIII Decretum ſervandum præſcribitur.

X. Clementinum Decretum exhibetur.

XI. Ex ipſo habetur quomodo ſint intelligenda privilegia, de quibus agitur.

XII. Pœnæ, quas Clementinum Decretum præſcribit, non incurruntur ipſo facto, ſed, cauſa cognita, imponendæ ſunt.

XIII. Epiſcopus Regulares ordinandos examinare poteſt, ſi velit.

XIV. De interſtitiis in Ordinum ſuſceptione ſervandis.

XV. De ordinandorum ætate a Sacro Tridentino Concilio definita.

XVI. Quid hac de re ſancitum in Conſtitutionibus Prædicatorum Familiæ?

XVII. Quænam pœnæ latæ contra male promotos ad Ordines?

XVIII. Indorum Privilegium, quo, ſacros Ordines ante legitimam ætatem ſuſcipi poſſe, contendebant, ab Alexandro VII reſciſſum fuit.

XIX. Literæ Dimiſſoriæ a Prælatis Regularibus dandæ Religioſis ordinandis.

XX. Nec obſtat Gregorii XIII Declaratio.

XXI. Licet ipſiſmet Noviciis, qui vota ſolemnia nondum nuncuparunt, literas Dimiſſorias concedere poſſe Superiores Regulares, docuerint aliqui:

XXII. Servandum tamen S. Pii V Decretum.

XXIII. Nec poſſunt Regulares ordinandi ſeſe Sacramento fidelitatis, obedientiæ ſcilicet, obſtringere Epiſcopis; aut illos in literis Dimiſſoriis, vel id genus ceteris, ſalutare verbo ſignificante exhibitionem, ſive profeſſionem, obedientiæ.

Id ne fiat, cautum ab Innocentio XI.

XXIV. Quamvis, nonnullis in caſibus, Epiſcopi delegatam juriſdictionem habeant in Regulares.

I. QUinam ſint a quibus Fratres Prædicatores Chriſma, Ordinationes &c. ſuſcipere poſſint, decernit *Honorius III Conſt.I* == Religioſam vitam == *Tom.I pag.3* dicens: ,, Chriſma vero, & ,, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu ,, Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sa- ,, cros Ordines fuerint promovendi a Diœceſano ,, ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, ,, & gratiam, & communionem Sacroſanctæ Roma- ,, næ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravi- ,, tate aliqua exhibere; Alioquin liceat vobis quem- ,, cunque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, ,, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis ha- ,, bentem, qui, noſtra fretus auctoritate, vobis, ,, quod poſtulatis, impendat.

Hæc etiam leguntur *Conſt.VII* == Religioſam vitam == *Tom.I pag.6*.

II. Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſt.CLXXIX* == Convenit == *Tom.I pag.349*: ,, Attendentes igitur, inquit, quod ,, ejuſdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipſius Or- ,, dinis ſæpius tranſmutantur, propter quod ſtabi- ,, lem, & perpetuam in certis, & determinatis ejuſ- ,, dem Ordinis domibus non faciunt manſionem; ,, Conſiderantes etiam, quod bonos, & idoneos, ,, ac approbatos a vobis Fratres, facitis ad Ordi- ,, nes promoveri, veſtris ſupplicationibus inclinati, ,, ut liceat vobis ordinandos Fratres ejuſdem Ordi- ,, nis, quibuſcunque malueritis Catholicis Pontifi- ,, cibus, communionem, & gratiam prædictæ Sedis ,, habentibus præſentare, ipſiſque Pontificibus præ- ,, ſentatos Fratres a vobis ſine qualibet examinatione ,, per eoſdem Pontifices facienda, & abſque omni ,, promiſſione, vel obligatione ipſorum ordinando- ,, rum Fratrum, ad Ordines promovere, vobis, & ,, Ordini veſtro auctoritate præſentium indulgemus.

III. Idem ſancitum ab eodem *Alexandro IV Conſtit.CCXCVII* == Virtute conſpicuos == *Tom.I pag.406*, & in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.48: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clemens VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

Vallis-Gratiæ Moniales alloquens *Alexander IV Conſt.CCXCVIII* == Religioſam == *Tom.I pag.408*: ,, Chriſma vero, inquit, Oleum Sanctum, Conſe- ,, crationes Altarium, ſeu Baſilicarum, & Benedi- ,, ctiones Monialium a Diœceſano ſuſcipietis Epiſco- ,, po, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & com- ,, munionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, &

,, ea

,, ea vobis voluerit ſine pravitate qualibet exbibere ,, . Idem legitur in *Gregorii X* Conſtitutionibus *XX*, & *XXXVI* = Religioſam = *Tom.I pag.*518, & 529.

IV. ,, Fratres ipſi , inquit *Leo X Conſt.L* = Dum intra = *Tom.IV pag.*338 ,, ad Ordines promovendi ,, per Ordinarios de grammatica , & ſufficientia examinari , & dummodo competenter reſpondeant , per ,, eoſdem Ordinarios , libere admitti , ac nullatenus ,, in eorum Eccleſiis , ſeu domibus , aut aliis eorum ,, locis ab alio , quam a Diœceſano Epiſcopo , niſi ,, prius ipſo Diœceſano Epiſcopo , vel ejus Vicario ,, ſuper hoc eum debita reverentia requiſito, & abſque ,, rationabili cauſa contradicente , vel eo a Diœceſi ,, abſente , ad dictos Ordines promoveri debeant . ,, Nec ab alieno Epiſcopo Conſecrationem Eccleſiæ , ,, vel Altaris , aut Cœmeterii Benedictionem petere , ,, ſeo in Eccleſiis per eos pro tempore ædificandis , ,, primum Lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſſint , niſi ubi Ordinarius bis , aut ter , eum ,, debita reverentia ,;& inſtantia requiſitus , ſine legitima cauſa id recuſaverit . Et abſque Curatorum ,, conſenſu , Sponſum , & Sponſam benedicere nequeant .

V. ,, Seſſione vero XXIII Cap.VIII , inquit *Sanctus Pius X Conſt.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*160 : ,, neminem niſi a proprio Epiſcopo ,, ordinari poſſe ſtatuens (Concilium Tridentinum) ,, in Regularibus locum non habere omnino declaramus , ita quod Fratres bujuſmodi præfatos , etiam ,, ſacros Ordines a quolibet Antiſtite , gratiam , & ,, communionem Apoſtolicæ Sedis habente , Ordinarii ,, loci minime requiſita licentia , in locis , ſeu domibus Fratrum bujuſmodi , aut alibi recipere poſſint .

VI. Conſulenda varia S. Sedis oracula , quæ circa Regulares ordinandos habentur in *Urbani VIII Conſtit.CXXIX* = Admodum = *Tom.VII pag.*275 *Num.*14, & 24.

VII. Huc etiam ſpectant , quæ leguntur in Concilio Romano in Baſilica Lateranenſi celebrato anno 1725 . Sic enim loquitur Concilium *Tit.V Cap.II* : ,, Quo vero ad Regulares , privilegia a Summis Pontificibus babentes , ſive expreſſe , ſive per viam ,, communicationis conceſſa , ſacros videlicet Ordines extra tempora ſuſcipiendi ; eum Privilegia ipſa ,, in ſuo robore perſiſtant , nec iis derogatum fuiſſe ,, conſtet , decernimus proinde , Regulares eoſdem , ,, abſque novo indulto Apoſtolico , tuto poſſe extra ,, tempora ordinari ,, . Hujuſce Decreti Concilii Romani meminit Benedictus XIII in Conſt.LXXIX , data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom.VI pag.621 §.34 dicens : *Eoſdem Fratres* (Prædicatorum Ordinis) *ex noſtra , ac dicti Romani Concilii definitione , eodem privilegio frui , ac potiri , poſſe , & debere*. Adeas *Paſſerinum* Tom. III de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art.X a Num.830 ad 835 Editionis Lucæ 1732.

VIII. In eodem Concilio de Regularibus ordinandis agitur *Tit.XXI Cap.I*, & *II* . Caput I bujus tenoris eſt : ,, Antiqua eum ſit Eccleſiæ conſuetudine ,, inductum , & Apoſtolicis Conſtitutionibus probatum , ut Regulares tantummodo , quibus glorioſum ,, eſt mendicare , non alio quam paupertatis , ſeu profeſſæ ab eis approbatæ Religionis titulo , ſacris poſſint Ordinibus initiari ; attendant Epiſcopi , ne Regularium quempiam ad Subdiaconatus ordinem , ,, promoveant , ſi initiandus ipſe , ut exploratius de ,, requiſito valeat ordinationis titulo conſtare , expreſſam de ſolemni , per eum emiſſa , regulari profeſſione , proprii non ſecum attulerit fidem Superioris , deque præviis exercitiis ſpiritualibus peractis atteſtationem non exhibuerit ; una poſtmodum eum Dimiſſoriis literis ſervandas in Archivo ,, Epiſcopali .

IX. Capite autem Secundo ſic legitur : ,, In ſuis ,, vero ſubditis ad Ordinationes dimittendis , Superiores Regulares Decretum felicis recordationis Clementis VIII ſervent ad unguem , ſub ipſis , in Decreto eodem expreſſis , officii , & dignitatis , ſeu ,, adminiſtrationis , ac vocis activæ , & paſſivæ privationis pœnis , aliiſque Summorum Pontificum ,, arbitrio reſervatis . De cetero , ne quem Superiorum exeuſet illius ignorantia Decreti , illud hic ad ,, verbum ſubjungendum decernimus ; evulgandumque etiam ab Epiſcopis in eorum Diœceſana ,, Synodo , poſt hoc Concilium primo tempore celebranda .

X. ,, Decretum Clementis Papæ VIII circa Ordines a Regularibus ſuſcipiendos : De mandato Sanctiſſimi D. N. Clementis , Divina Providentia Papæ VIII , tenore præſentium , mandatur omnibus , ,, & ſingulis quorumcunque Regularium Superioribus , ut de cetero obſervent , & obſervari faciant ,, ea , quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur , cujus tenor eſt talis : ,, Congregatio Concilii cenſuit , Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito , itidem Regulari , qui , præditus qualitatibus requiſitis , Ordines ſuſcipere voluerit , literas Dimiſſorias concedere , ad Epiſcopum tamen Diœceſanum , nempe illius Monaſterii , ,, in cujus familia ab iis , ad quos pertinet , Regularis ,, poſitus fuerit : & ſi Diœceſanus abſuerit , vel non ,, eſſet habiturus ordinationes , ad quemcunque alium ,, Epiſcopum ; dum tamen ab eo Epiſcopo , qui Ordines ,, contulerit , examinetur quoad doctrinam ; & dum ,, ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem Dimiſſoriarum in id tempus , quo Epiſcopus ,, Diœceſanus , vel abfuturus , vel nullas habiturus ,, eſſet ordinationes . Verum , cum a Superioribus ,, Regularibus , Epiſcopo Diœceſano abſente , vel ,, ordinationes non habente , literæ Dimiſſoriæ dabuntur , in eis utique hujuſmodi cauſam abſentiæ ,, Diœceſani Epiſcopi , vel ordinationum , ab eo non ,, habendarum , exprimendam eſſe . Quod qui non ,, fecerint , officii , & dignitatis , ſeu adminiſtrationis , ,, ac vocis activæ , & paſſivæ privationem , ac alias , ,, arbitrio ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ reſervatas , ,, pœnas incurrent . In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15 Menſis Martii 1596 .

XI. Notandum Primo , quod ex hoc *Clementis VIII* Decreto habetur , quomodo ſint intelligenda cetera Privilegia , quibus Summi Pontifices Clementis Deceſſores circa Ordines ſuſcipiendos ornaverant Regulares .

XII. Notandum Secundo , quod in illo Decreto Summus Pontifex pœnas decernens , utitur verbo *incurrent* . Cum autem verbum iſtud futuri temporis ſit , non importat pœnam latam , ſed inferendam . Quapropter pœnæ , de quibus Decretum loquitur non incurruntur ipſo facto , ſed , cauſa cognita , imponendæ ſunt .

XIII. Notandum Tertio , circa Conſtit.CLXXIX Alexandri IV , quod Gregorius XI , Sixtus IV , aliique paſſim eodem Privilegio Fratres Prædicatores ordinandos donarunt , ut ſcilicet ſubjecti non eſſent examini Epiſcopi . Verum ex Leonis X Conſtitutione ſupra laudata , ex Concilio Tridentino Seſs.XXIII Cap.XII , & ex Decreto Clementis VIII , Epiſcopus poterit , ſi velit , ipſos examinare . Quod examen doctri-

ctrinam ſpectat, non mores, de quibus fidei Superiorum Regularium, qui ſubditos ſuos probe norunt, ſtandum eſſe, communis eſt ſententia.

XIV. Notandum Quarto, quod licet aliquibus Regularibus conceſſum fuerit, ut Ordines ſuſcipere poſſint, interſtitiis non ſervatis, de hoc tamen Privilegio minus curandum cenſet *Paſſerinus* Tomo III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.838: ,, Cum, ,, inquit, executio horum ſpectet ad Epiſcopos, qui, ,, ſi volunt ordinare, poſſunt etiam in interſtitiis diſ- ,, penſare, &, ſi nolunt ordinare, non poſſunt ad id ,, compelli a Regularibus ,,. Aliam rationem reddit Num.835: ,, De hoc, inquit, non eſſe multum diſpu- ,, tandum aſſerit Bordonus Reſol.LXVII Num.3, ,, cum in Italia ſit uſu receptum, ut omnes quatuor ,, minores Ordines ſimul eodem die conferantur, pe- ,, tentibus Superioribus. Quod eſt rationabile ad tol- ,, lendam occaſionem vagandi Religioſis, & de hac ,, conſuetudine teſtantur Sylveſter Verbo, Ordo II. ,, Num.7: Campanilla, cum aliis citatis a Barboſa ,, Cap.XIII Num.VI Seſs.XXIII ,,. De ſacris Ordinibus præ oculis habendum, quod a Sacro Concilio Tridentino ſancitum fuit Seſs.XXIII Cap.XIII: ,, Duo ,, Sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, ,, conferantur: privilegiis, ac indultis quibuſvis ,, conceſſis, non obſtantibus quibuſcunque ,,. Sin minus, collator ſuſpenſus manet ab Ordinum collatione, donec a Summo Pontifice diſpenſetur. Cap. == Literas veſtras == & Cap. == Dilectus filius == De tempore Ordin. Suſcipiens vero ſuſpenſus eſt ab Ordine ſic illegitime ſuſcepto. Cap. == Literas == Ibid.

XV. Notandum Quinto, quod ætas Ordinandorum definitur a Sacro Concilio Tridentino Seſs.XXIII Cap.XII his verbis: ,, Nullus in poſterum ad Subdia- ,, conatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum: ad ,, Diaconatum ante vigeſimum tertium: ad Presby- ,, teratum ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum ,, promoveatur ,,. Et infra: ,, Regulares quoque ,, nec minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi exa- ,, mine ordinentur: Privilegiis quibuſcunque quoad ,, hoc penitus excluſis ,,. Id de 22, 23, & vigeſimo quinto annis inchoatis intelligendum: ut habetur ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii, quod refert *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Conſtitutionum Parte II Cap.XL pag.147: ,, Item cum di- ,, citur: Nullum debere promoveri ad Ordinem Sub- ,, diaconatus ante vigeſimum ſecundum: ad Diaco- ,, natus ante vigeſimum tertium: ad Presbyteratus ,, ante vigeſimum quintum annum, ſufficit dictos an- ,, nos eſſe inceptos, non autem eſſe completos.

XVI. Huc ſpectat quod habetur in Conſtitutionibus Ord. Prædicat. Diſt.II Cap.XIV Textu XI Lit.X. pag.326: Prælatis (ejuſdem Ordinis) ,, præcipitur, ,, ut nullum dimittant ad Ordines niſi prius per lite- ,, ras fidem facientes, legitime conſtiterit, eum legi- ,, tima eſſe ætate, juxta Decreta Sacri Concilii Tri- ,, dentini ,,. Id in Capitulo Bononienſi 1564, & in Capitulo Romano 1589 ſancitum,

XVII. Quod vero ibidem additur: ,, Si autem poſt ,, publicationem Conſtitutionis SS.D.N. Sixti V con- ,, tra male promotos, aliquos ante legitimam ætatem ,, ad Ordines acceſſiſſe repererint; eos in cenſuras & ,, pœnas in eadem Conſtitutione ſtatutas incidiſſe de- ,, clarent ,,: id ſancitum anteaquam Clemens VIII Sixtinam Conſtitutionem ibi laudatam ad juris terminos reduxiſſet. Sciendum igitur, quod anno 1588 (ſtylo Bullarum, æræ communis 1589) Nonis Januarii Pontificatus anno Quarto, Sixtus V Conſtitutionem quæ incipit == Sanctum & ſalutare == quæque legitur Tom.VII pag.223, edidit contra Clericos male promotos, quam Clemens VIII Conſt.CXXVIII, data 28 Februarii 1596 == Romanum Pontificem == Tom.VII pag.223 ad juris terminos reduxit dicens: ,, Supradictas literas ad terminos Sacrorum Cano- ,, num, ac Conſtitutionis recolen. mem. Pii Papæ II, ,, etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit == Cum ex ,, Sacrorum Ordinum == ſub Datum Romæ apud ,, S. Petrum XV Kal. Decembris Anno Incarnationis ,, Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo ſexageſi- ,, mo primo, Pontificatus ſui Anno Quarto: cujus ,, tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, ,, & ad diſpoſitionem Decretorum S. Tridentini Con- ,, cilii reſtringimus, & reducimus: necnon cenſuras, ,, & pœnas, in eiſdem Sixti literis contra quoſcun- ,, que, præterquam contra ſimoniace ordinantes, & ,, ordinatos, inflictas, quas volumus in ſuo robore ,, permanere, aliis etiam pœnis, & cenſuris per eoſ- ,, dem Canones, ac Conſtitutionem Pii II, Conci- ,, liumque Tridentinum injunctis, ſalvis, & firmis ,, remanentibus, moderamus, & abolemus ,,. Ex quibus liquet quod Clemens VIII pœnas a Sixto V datas contra ordinatos ante legitimam ætatem reduxit ad terminos Conſtitutionis Pii II, & Concilii Tridentini. De pœnis iſtis conſulendus *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.843 &c. ubi ex Pii II Conſtitutione probat quod Regularis, Ordines Sacros ante ætatem legitimam ſuſcipiens, ſuſpenſus eſt ipſo facto ab Ordine Sacro ſic ſuſcepto: & ſi ante abſolutionem miniſtraverit in Ordine illo, fit irregularis. Addit Num.845 quod Regularis ille, ſpectata qualitate delicti, poterit privari beneficiis, ſi Superioribus viſum fuerit. Num. autem 846 ſubdit, quod illa ſuſpenſio non eſt reſervata Summo Pontifici.

XVIII. Notandum Sexto, quod, rogatu Generalis Magiſtri Fratrum Prædicatorum, Alexander VII Conſt.XXX, data 30 Maii 1663 == Creditæ Nobis == Tom.VI pag.202, Inhibuit, ne Clerici Fratres ejuſdem Familiæ Sacros Ordines in Indiis, ubi ſpeciale privilegium adeſſe contendebant, ſuſcipiant ante legitimam ætatem. Hujus tenoris eſt: ,, Alexander PP.VII. ,, Ad Futuram Rei Memoriam. Creditæ Nobis ex al- ,, to diſpenſationis ratio poſtulat, ut paternam Chri- ,, ſtifidelium, qui e fluctibus ſeculi in religioſæ vitæ ,, portum confugerunt, curam gerentes, illa, quæ ,, felici eorum directioni, & regulari diſciplinæ offi- ,, cere noſcuntur, de medio tollere ſtudeamus, ſicut ,, in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Ex- ,, poni ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ma- ,, giſter Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in ,, pleriſque dicti Ordinis Provinciis Indiarum non ,, ſine notabili regularis diſciplinæ, ſtudiorum, & ,, communis quietis, paciſque detrimento, Fratres ,, ejuſdem Ordinis paſſim ante legitimam ætatem a ,, Concilio Tridentino præſcriptam mittuntur, & ad- ,, mittuntur ad majores ordines ſuſcipiendos, eo ,, quod prætendant adeſſe illic privilegium ſpeciale ,, deſuper Ordini prædicto, aut alteri Religioni, cum ,, qua Ordo ipſe in privilegiis communicat, a Sede ,, Apoſtolica indultum, circa prima dictarum Pro- ,, vinciarum, & converſionum initia, ſive quod ibi- ,, dem Epiſcopi, & Archiepiſcopi ex noviſſima qua- ,, dam conceſſione Apoſtolica ob penuriam operario- ,, rum habeant, aut habere putentur, amplam ea in ,, re facultatem. Ac inſuper in eiſdem Provinciis ,, paſſim irrepſit abuſus intolerabilis, quo Fratres ,, Converſi, ſeu Laici, arte, ac ſolertia Clericalem ,, Religionis habitum, ſacroſque Ordines abſque le-

,, gitima

„ gitima Superiorum dicti Ordinis permiſſione ſuſcipere non verentur, dum videlicet de una in aliam Provinciam commeantes, ſeſe mox Clericos profeſſos fingunt, ac falſificatis dimiſſorialibus literis ſe offerunt Epiſcopis initiandos, tametſi in prædicto Ordine Prædicatorum omnis Converſorum tranſitus ad habitum Clericalem ſit legibus quam ſeveriſſimis interdictus. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Magiſter Generalis agnoſcat, ac deprehendat fore plurimum e re divini obſequii, cultuſque, ac decentiæ, necnon clauſtralis obſervantiæ, & arctioris educationis, ſi validum adverſus hujuſmodi præmaturas ordinationes remedium admoveatur, & proinde qualicunque hujuſmodi privilegio, ſi quod in illis partibus, vel prædicto ejus Ordini immediate conceſſum, vel per communicationem ab alio quocunque Ordine participatum habetur, in manibus noſtris renunciet, cupiatque, opportune a Nobis in præmiſſis provideri, & ut infra indulgeri. Nos ipſum Magiſtrum Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, dictamque privilegii renunciationem ab eodem Magiſtro Generali factam, ut præfertue, harum ſerie admittentes, & acceptantes, quod de cetero non minus in ſupradictis Provinciis Indiarum, quam in Europa, prædicti Ordinis Prædicatorum regulares univerſi, ac ſinguli, priuſquam ad ſacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines aſcendant, ætatem, ad tales ordines ſuſcipiendos per Decreta Concilii Tridentini prædicti reſpective requiſitam, omnino explevisſe debeant, niſi cum aliquibus nominatim, & in caſu ſingulari per literas Apoſtolicas in ſimili forma Brevis toties quoties impetrandas, & ordinationi exhibendas ſuper hujuſmodi ætatis defectu canonice diſpenſatum fuerit, quemadmodum fit in Europa, quodque facultates, ſi quæ jam datæ ſint, ſive in poſterum dentur, illarum Regionum Epiſcopis, & Archiepiſcopis conferendi Majores Ordines hujuſmodi ante legitimam ætatem, ad Fratres dicti Ordinis Prædicatorum nequaquam extendi cenſeantur, neque his ibi, aut ullibi ſuffragari poſſit ad ullum præmaturæ ordinationis effectum, quæcunque communicatio privilegiorum cuicunque Religioni conceſſorum, aut concedendorum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, & declaramus. Præterea quibuſvis ſupradictarum Provinciarum in Indiis conſiſtentium Ordinis prædicti Fratribus Laicis, ſeu Converſis, ne ſine legitima Superiorum ejuſdem Ordinis permiſſione e ſtatu Converſorum ad ſtatum, & habitum Fratrum Clericorum dicti Ordinis tranſire, aut etiam ultra ad ſacros ordines ſeſe intrudere audeant, vel præſumant quovis modo ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna per contraventores eo ipſo abſque alia declaratione incurrenda, auctoritate, & tenore præſentium prohibemus, & interdicimus. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, prædictorum Ordinis, & Provinciarum, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicia in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXX Maii MDCLXIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

„ S. Ugolinus.

XIX. Notandum Septimo, ex Decreto Clementis VIII, aliiſque ſupra laudatis, Prelatorum Regularium eſſe, literas dimiſſorias dare ſubditis ſuis. Quod optimo jure ſancitum, cum ipſis perſpecti ſint ac manifeſti ſubditorum mores. Nec nova diſciplina, cum olim Religioſi ſine Superiorum ſuorum licentia non poſſent ad Ordines promoveri, ut habetur Cap. = Si quis = 28: Cap. = Monachi = 33: Cap. = Cum pro utilitate = 34: XVI Quæſt.I Cap. = Quam ſit neceſſarium = 5: XVIII Quæſt.II & Cap. = Ad aures = 5 De tempore Ordin.

XX Nec obſtat Gregorii XIII Declaratio, ut habetur ex Decreto ſupra laudato quod legitur Tom.VII pag.275 Num.XIV. Hujus tenoris eſt: „ De mandato Sanctiſſimi D.N. Sixti V auditi fuerunt Procuratores Ordinum ſuper Declaratione a fel.rec.Gregorio XIII, & ex ſententia Congregationis edita, quod Regulares teneantur ſuſcipere Ordines Sacros, vel Dimiſſoriis ab Epiſcopis, in quibus Diœceſibus ſunt Monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, idem Sanctiſſimus, ex Sententia Congregationis, dixit, Regulares poſſe concedere dimiſſorias ad Epiſcopum Diœceſanum, qui ſi abſuerit, ad quemcunque, dummodo ab Epiſcopo qui Ordines contulerit examinentur quoad Doctrinam.

XXI. Ipſiſmet Noviciis qui vota ſolemnia nondum nuncuparunt, dimiſſorias literas ad Ordines ſuſcipiendos a Superioribus Regularibus concedi poſſe, docuerunt quidem Auctores quos laudat & excipit *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art.X Num.851:

XXII. Verum ſervandum Decretum a S. Pio V editum quod refert *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Conſtitutionum Parte II Cap.XL pag.147: „ Motu proprio, & ex certa ſcientia &c. Decretum Concilii Tridentini quod habetur Seſs.XXI Cap.II, quo cavetur, ut nullus ſecularis promoveatur ad Ordines Sacros, niſi habeat beneficium, vel patrimonium, quo honeſte ſuſtentari poſſit, harum ſerie extendimus ad Regulares non profeſſos, & ampliamus

„ plianus. Ac Religioſis non profeſſis, ut ad Sacros
„ Ordines promoveri poſſint interdicimus, niſi ob-
„ ſervata forma dicti Decreti &c.„, Quot modis peccare poſſint Prælati Regulares, dimittendo contra legem ſuos ſubditos pro Ordinibus ſuſcipiendis, & quibus pœnis aſſiciantur, docent Auctores quos excipit *Paſſerinus* loco laudato Num.871. De illegitime promotis conſulendus idem Auctor a Num.872 ad 905.

XXIII. Notandum Octavo, quod, licet Regulares teneantur ad jus reverentiale erga Epiſcopos, & ratione dignitatis, & ratione delegatæ juriſdictionis, quam in nonnullis caſibus habent a S. Sede, Apoſtolicis tamen Conſtitutionibus cautum eſt, ne ſeſe Sacramento fidelitatis obſtringant Epiſcopo, vel in ſuſceptione Sacri Presbyteratus Ordinis, vel in alia quacunque occaſione: & ne Regularium Superiores in quibuſvis literis præſentatoriis ſuorum ſubditorum pro ſuſceptione Ordinum, approbatione ad Confeſſiones audiendas, aut ad prædicandum Verbum Dei, vel alia qualibet occaſione, Epiſcopum, verbo, obedientiæ exhibitionem, ſive profeſſionem, ſignificante, ſalutare teneantur: uti videre eſt in Innocentii XI Conſtit.XIX, data 20 Maii 1682 = Cum inter = Tom.VI pag.363: & Conſt.XX, data 6 Febr. 1683 = Alias = Ibidem pag.364.

XXIV. Dixi quod in nonnullis caſibus Epiſcopi delegatam a S. Sede juriſdictionem habent in Regulares. Id liquet ex variis Decretis, de quibus pluries, occaſione data, diſſerui. Adeas *Paſſerinum* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X a Num.1024 ad 1053. Ibidem de parvis Conventibus agit: & a Num.940 ad 1017, ubi diſſerit de variis caſibus in quibus Regulares Epiſcopis ſubditi ſunt in his quæ ſpectant curam animarum ſecularium.

QUÆSTIO V.

Poſſuntne Epiſcopi Confeſſiones Fratrum, ipſis invitis, excipere: eiſdem pœnitentias injungere, & Eucharistiam exhibere: eoſdem cogere, ut ad Synodos ſuas accedant, ac ſuis Conſtitutionibus ſubjaceant: ad Fratres emendandos in ipſorum Cœnobiis Conventus, ſeu Capitula, ut vocant, celebrare: eorumque Priores adigere, ut ſe Sacramento fidelitatis ipſis obſtringant?

SUMMARIUM.

I. NON poſſe, decernit Innocentius IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: Alexandrum IV:

III. Alioſque Summos Pontifices qui recenſentur.

IV. Quos inter S. Pius V declarat Decretum Sacri Concilii Tridentini circa cenſuras ab Epiſcopis latas.

V. Sacra vero Congregatio declaravit, Regulares non teneri intereſſe Orationi quæ per horas XL fit in Eccleſia Cathedrali.

VI. Nec adigi poſſe, ut præſentes adſint oleorum conſecrationi, quæ fit Feria V in Cœna Domini.

Niſi curam animarum habeant.

VII. De quibus omnibus conſulenda alibi relata.

I. QUod Epiſcopi non poſſint Confeſſiones Fratrum Prædicatorum, ipſis invitis, excipere, eiſdem pœnitentias injungere, & Euchariſtiam exhibere; eoſdem cogere, ut ad Synodos ſuas accedant, ac ſuis Conſtitutionibus ſubjaceant: ad Fratres emendandos in ipſorum Cœnobiis conventus, ſeu capitula, celebrare: eorumque Priores adigere, ut ſe Sacramento fidelitatis ipſis obſtringant, variis Apoſtolicis Conſtitutionibus cautum eſt. Etenim ut Epiſcopi, & Eccleſiarum ceteri Prælati, ab his abſtineant, præcipit *Innocentius IV* a Conſtitutione C ad CXIV = Nimis iniqua = *Tom I pag.*154 dicens:
„ Univerſitatem veſtram monemus attente, per Apo-
„ ſtolica ſcripta vobis (Prælatos omnes alloquitur)
„ firmiter præcipiendo mandantes, quatenus con-
„ ſcientiæ, ac famæ veſtræ ſalubriter conſulentes,
„ univerſi, & ſinguli a prænotatis, & aliis prædicto-
„ rum Fratrum gravaminibus penitus deſiſtatis, ſub-
„ ditos veſtros ab aliis arctius compeſcendo: alio-
„ quin &c.

Huc ſpectat *Alexandri IV Conſt.CLXIX* = Nimis iniqua = *Tom I pag.*344.

II. „ Univerſis autem, inquit *Alexander IV Conſtit.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*407
„ Eccleſiarum Prælatis, & aliis, inhibemus, ne con-
„ feſſiones veſtras, vobis invitis, audire, vel com-
„ pellere vos ad Synodos, ſeu convocationes ſuas,
„ accedere, vel cum eis extra Civitates, vel intra,
„ proceſſionaliter exire, aut ſuis Conſtitutionibus
„ ſubjacere, vel capitula, ſcrutinia, & inquiſitiones
„ in locis veſtris, vel alibi de vobis facere, aut fide-
„ litatem juramento firmatam, & manualem obedien-
„ tiam a Prioribus, & Supprioribus veſtris exigere,
„ ſeu prohibere, ne ad Civitates, vel Villas, ubi re-
„ ligioſe, ac honeſte commorari poſſitis, a populis
„ evocati, audeatis accedere, ibique pro veſtris uſi-
„ bus conſtruere ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria,
„ aut de iis, quæ vobis a fidelibus, tam in ornamen-
„ tis Altaris, quam luminaribus Eccleſiarum, fabri-
„ cis, libris, & aliis veſtris neceſſitatibus, abſolute
„ conferuntur, vel in ultima voluntate legantur,
„ portionem aliquam vobis, aut ultimarum executo-
„ ribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus,
„ exigere, vel extorquere, aut in accedentes, ſeu
„ conſtituentes hujuſmodi, vel receptores ipſorum,
„ aut executores, vel hæredes prædictos, excommu-
„ nicationis ſententiam ferre præſumant.

III. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag 50: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

IV. „ Et licet Seſſ.XXV (Concilii Tridentini)
„ Cap.XIII caveatur, inquit *S. Pius V Conſt.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*159 „ quod cen-
„ ſuræ, & interdicta Eccleſiaſtica, etiam a Locorum
„ Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, a Re-
„ gularibus, in eorum Eccleſiis publicari debeant, ta-
„ men ſi tempore celebrationis alicujus ex Feſtis San-
„ ctorum Ordinum eorundem, ac aliis feſtivitatibus
„ juxta eorundem Ordinum privilegia Apoſtolica,
„ interdictum hujuſmodi emanaverit, illud in præ-
„ fatis feſtivitatibus, & earum octavis ſuſpendimus.

V. Orationi quæ XL horis fit in Eccleſia Cathedrali intereſſe non tenentur Regulares. Vide Epiſtolam a Sacra Congregatione ſcriptam Archiepiſcopo Salernitano *Tom.VII pag.*272.

VI. Regulares, niſi curam animarum habeant, non teneri Feria V in Cœna Domini præſentes adeſſe Oleorum conſecrationi, Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium declaravit 5 Februarii 1602 in Feltren., uti docet *Nicolius* in Lucubrationibus Tom.II Canon. Lib.I Tit.XV Num.4 in fine.

VII. De ſingulis privilegiis recenſitis in Apoſtolicis Conſtitutionibus hac in Quæſtione laudatis, ſæpius

pius hoc in Tractatu diſſeritur. In primis præ oculis habenda Sac. Concilii Tridentini Decreta; cetera, quæ a Sacris Congregationibus prodierunt; ea demum, quæ occaſione data, ex Pontificiis Diplomatibus de unoquoque ex iſtis Privilegiis dicta ſunt.

QUÆSTIO VI.

Poſſuntne Epiſcopi ſeſe Priorum Ordinis Prædicatorum electionibus admiſcere?

SUMMARIUM.

I. ID ne fiat, cautum a Gregorio IX.
II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

I. EPiſcopos ſeſe Priorum Ordinis Prædicatorum electionibus admiſcere, non poſſe decernit *Gregorius IX Conſt.XV* = Cum Fratres = *Tom.I pag.24.* Scribens ſiquidem *Bononienſi* Epiſcopo: ,, Fraternitati tuæ, inquit, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus Fratres dicti Ordinis, Bononiæ commorantes, Priorem in Eccleſia S. Nicolai, non obſtante alicujus extorſionis abuſu, libere inſtituere, deſtituere, ac etiam confirmare permittas juxta ſui Ordinis obſervantiam regularem.

II. Huc ſpectant ejuſdem *Gregorii Conſtitutiones XVI* = Ne pro eo = *Tom.I pag.24*, & ejuſdem tenoris *CXVIII Tom.I pag.72*, ac *Innocentii IV Conſt.XI* = Ne pro eo = *Tom.I pag.121*. *Alexandri IV Conſtitutio CCXX* = Provida = *Tom.I pag.367*. Ejuſdem *Alexandri Conſtitutio CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.405*. Ceteras ejuſdem tenoris, quas *Mare Magnum* vocant, ab aliis Summis Pontificibus hac de re datas, ne longum ſit, prætermitto. Moleſtias Fratribus exhibitas, & a quibus abſtinendum præcipit, recenſens idem *Innocentius IV* a Conſtitutione *C* ad *CXIV* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.154*, de nonnullis Epiſcopis queritur, quod: ,, ut ipſos (Fratres) ſuæ ſubdant totaliter ditioni, eiſdem Priores volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntatis ,,. Id inhibet. Eadem de re tulit *Alexander IV* Conſtitutionem *CLXIX* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.344*.

Hinc *Alexander IV Conſt.CXLII* = Inviti = *Tom.I pag.329* Epiſcopum *Brixienſem* ſic increpat. ,, Sane mirantes audivimus quod tu aliquos ex Fratribus Brixienſibus ejuſdem Ordinis in quibuſdam locis tuæ Civitatis, & Diœceſis, ubi de minori, & leviori Religione agitur, abſque Prioris ſui licentia pro tua voluntate in Prælatos inſtituere præſumpſiſti, confirmando nihilominus, auctoritate propria, electiones, ſeu poſtulationes, quæ de ipſorum aliquibus fuerunt aliquando celebratæ. Cum autem hujuſmodi præſumptio dilectos filios Priorem, & Fratres Brixienſes prædicti Ordinis plurimum ſcandalizet, ac redundet in gravem ipſius Ordinis læſionem, volumus, & per Apoſtolica ſcripta tibi præcipiendo mandamus, quatenus quicquid olim circa Fratres eoſdem ſuper inſtitutione, vel confirmatione hujuſmodi feciſti motu proprio, ſine aliqua dilatione, ſeu difficultate, revoces, & ſimilia de cetero non attentes, ita quod, & tua culpa præterita ſuper hoc in oblivionem veniat, & prædictis Priori, & Fratribus de te ulterius conquerendi, neceſſitas non incumbat; nos enim nihilominus, irritum, & inane decernimus quod ſuper inſtitutione, ac confirmatione prædictis olim fuit, vel de cetero contra hujuſmodi mandati noſtri tenorem fuerit attentatum.

QUÆSTIO VII.

Executiones cauſarum, & id genus cetera, poſſuntne a Fratribus Ordinis Prædicatorum recuſari?

SUMMARIUM.

I. POſſe, decernit Gregorius IX.
II. Qui Succeſſores ſuos, ibidem recenſitos, ac Honorium III Deceſſorem ſuum conſentientes habet.

I. QUod Fratres Prædicatores executiones cauſarum, & id genus cetera, recuſare poſſint, decernit *Gregorius IX Conſt.CXCVI* = Inſpirationis = *Tom.I pag.207*, dicens: ,, Auctoritate Apoſtolica, vobis præſentium (tenore) indulgemus, ut ad correctionis, ſeu viſitationis officium, Monaſteriis, vel Eccleſiis impendendum, necnon ad executionem cauſarum, & denunciationes excommunicatorum procedere, vel recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet, nulli Fratrum veſtrorum, de cetero per literas Apoſtolicas teneantur, niſi expreſſe de hac indulgentia fecerint mentionem.

II. Ejuſdem tenoris ſunt *Innocentii IV Conſt.IX* = Inſpirationis = *Tom.I pag.121*. *Alexandri IV Conſtitutio CLXXXIX* = Inſpirationis = *Tom.I pag.354*.

Quibuſcunque commiſſionibus accipiendis Fratres Prædicatores immunes declarant *Honorius III Conſt.XXXII* = Quieti = *Tom.I pag.16*; *Gregorius IX Conſt.XXVIII* = Quieti = *Tom.I pag.28*; *Innocentius IV Conſt.LXIII* = Quieti = *Tom.I pag.139*.

Quæ ſpectant ad fidem excipit *Innocentius IV Conſt.LXII* = Qui poſtpoſita = *Tom.I pag.139* dicens: ,, Devotionis veſtræ precibus inclinati, quod ad recipiendum commiſſiones cauſarum, ac ſententiarum executiones, vel alia contingentia ipſas cauſas, ſive quod ſitis in cauſis aliquibus Aſſeſſores, illis, quæ Fidem reſpiciunt, duntaxat exceptis, per literas Sedis Apoſtolicæ, aut Legatos, ſeu Delegatos ipſius, vel quoslibet alios, cogi non poſſitis inviti, niſi plena in eiſdem literis de conceſſione hujuſmodi mentio habeatur, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus.

Ne ſint in cauſis aliquibus Aſſeſſores, cavet *Alexander IV Conſt.CCLIV* = Inſpirationis = *Tom.I pag.385*. Sic enim Magiſtrum Generalem, & Fratres alloquitur: ,, Digne igitur quia per ea, quæ vobis a Sede Apoſtolica committuntur, principalis veſtri propoſiti nonnunquam executio impeditur, & non modicum ſaluti detrahitur animarum, auctoritate vobis præſentium, indulgemus, ut ad correctionis, ſeu viſitationis, officium, Monaſteriis, vel Eccleſiis impendendum, aut ad cognitiones cauſarum, ſententiarum executiones, vel ad alia contingentia cauſas ipſas, ſeu citationes, & denunciationes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationum, procedere, vel recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet, nulli Fratrum veſtrorum de cetero teneantur, vel compelli poſſint, quod ſint in cauſis aliquibus Aſſeſſores, per literas Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ipſius, aut quaſcunque perſonas, niſi ejuſdem Sedis literæ

,, ex-

„ expreſſe de hac indulgentia, & veſtro ſpecialiter Ordine fecerint mentionem,

„ Porro, inquit *Alexander IV Conſt.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.406* ; „ quieti veſtræ providere volentes, quod per literas Apoſtolicæ Sedis, aut Legatorum, ſeu delegatorum ipſius, conveniri a quoquam minime valeatis, & & quod ad pecuniam colligendam cogi non poſſitis inviti per literas ipſius Sedis, de cetero impetrandas, quodque nullus veſtrum correctionis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium Monaſteriis, vel Eccleſiis, ſeu quibuſcunque perſonis impendere, vel ad cognitionem cauſarum citationem partium, & denunciationem ſententiarum interdicti, & excommunicationum procedere aut recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet, teneatur, per literas Apoſtolicas impetratas, & impetrandas, in poſterum, niſi hujuſmodi Apoſtolicæ literæ de hoc indulto, & Ordine veſtro, expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis Apoſtolica, indulgemus. Concedimus etiam, ut ad viſitanda aliqua Monaſteria Monialium cujuſcunque Ordinis compelli aliquatenus non poſſitis, aut ad recipiendum commiſſiones cauſarum, ſeu ſententiarum executionem, vel alia contingentia cauſas ipſas, per literas præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de indulgentia hujuſmodi ſpecialis mentio, ſive per Legatos, vel delegatos ipſius, vel etiam per quoſcunque. Nullus inſuper Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſque alius Prælatus Eccleſiaſticus, nec eorum Vicarii, vel Officiales, ad portandum, vel deferendum literas, vel exequendum, aut denunciandum ſententias contra Principes ſeculares, Communitates, Populos, ſeu quoſcunque benefactores veſtros, nulluſque delegatus, vel ordinarius Judex ad faciendum citationes, vel commiſſiones recipiendas, ſeu quod ſitis in cauſis aliquibus Aſſeſſores, ſeu ad alia, lites, controverſias, contingentia in cauſis, quæ coram ipſis tractantur, quemquam veſtrum compellere valeant, ſine prædictæ Sedis mandato, vel licentia ſpeciali, expreſſam faciente de hac indulgentia mentionem, nec quiſquam veſtrum parere, vel intendere teneatur ſuper iis monitionibus, mandatis, & juſſionibus eorundem, aut facere, vel implere quod in hac parte duxerint injungendum.

Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452 : VI *Honorii IV* Tom.II pag.9 : XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.49 : V *Johannis XXII* Tom.II pag.132 : XII *Clementis VI* Tom.II pag.231 : XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278 : CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

QUÆSTIO VIII.

Poſſuntne Fratres Prædicatores cogi ad pecuniam colligendam?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, concedit Innocentius IV.
II. Qui Succeſſorem ſuum conſentientem habet Alexandrum IV.

I. QUod Fratres Prædicatores, ad pecuniam colligendam cogi non poſſint, concedit *Innocentius IV Conſt.XLI* = Veſtra ſemper = *Tom.I pag.130* ; „ Sic enim Prædicatores alloquitur: „ Nos itaque vota ſalubria benignis affectibus proſequi delectantes, quod nullus ex vobis per literas Apoſtolicas de cetero impetrandas, ſeu de mandato alicujus ad pecuniam colligendam cogi poſſit invitus, niſi ipſæ literæ de hac indulgentia plenam fecerint mentionem, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus.

II Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtitutio XCVII* = Veſtra ſemper = *Tom.I pag.305*,

T I T U L U S VI.

De Studentibus.

Huic Titulo Quæſtiones VI ſubjectæ ſunt.

PRima, utrum Fratres Prædicatores ad ſcientias, Theologiam præſertim, docendas, ſint deſtinati?

II. Quænam ſint præcipua oracula, quibus Summi Pontifices Doctrinam Præceptoris Angelici Sancti Thomæ Aquinatis celebrarunt?

III. Quænam ſint præcipua Privilegia, quibus Summi Pontifices ornarunt Studentes in Scholis Fratrum Prædicatorum?

IV. Facultas S. Theologiæ Magiſtros conſtituendi Fratres, ſibi ſubditos, fuitne conceſſa Magiſtro Generali Fratrum Prædicatorum?

V. Studium Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ, fuitne Regularibus præceptum?

VI. Quæ pœna conſtituta ſit in illos, qui Libros e Bibliothecis Ordinis Fratrum Prædicatorum extraxerint?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Fratres Prædicatores ſint deſtinati ad ſcientias, Theologiam præſertim, docendas?

S U M M A R I U M.

I. OFficio docendi ſcientias, Theologiam præſertim, Fratres Prædicatores deſtinatos eſſe, liquet ex variis Summorum Pontificum Conſtitutionibus: in primis Innocentii IV.

II. Alexandri IV.

III. Qui difertis verbis Superioribus Ordinis Prædicatorum concedit, ut in ejuſdem Familiæ Cœnobiis Lectores conſtituant, qui, *ſine cujuſquam alterius licentia*, Theologiam doceant.

IV. Idem a Clemente IV: Honorio IV: Bonifatio VIII: Johanne XXII: Clemente VI: Gregorio XI: Bonifatio IX conceſſum.

V. Huc ſpectant Conſtitutiones Urbani V, qui Prædicatorum, ceterorumque Mendicantium Fratrum Superioribus præcipit, ut Fratres Pragam mittant, qui in ejuſdem Civitatis Univerſitate Theologiam doceant.

VI. Johannis XXIII: qua liquet, quod olim unus ex Familiæ Prædicatorum Alumnis Lugduni, *ordinarie, & ſolemniter, in Theologia continue legere tenebatur*.

VII. Caliſti III: qui, cetera inter, declarat, quod Fratres Mendicantes Pariſienſem *Univerſitatem, Franciæ Regnum, ac univerſalem Eccleſiam, ſuis doctrinis, & exemplis, decoraverunt, atque decorant*: variaque decernit circa gradus Scholaſticos ab iiſdem Fratribus in eadem Univerſitate ſuſcipiendos.

VIII. Innocentii VIII, pro Valliſoletano Collegio.

IX. S. Pii V, pro Univerſitate Conventus de Lucheint.

X. Gregorii XV, pro Pampilonenſi Univerſitate, & Cæſarauguſtano Collegio.

XI. Urbani VIII, pro Collegio Oriolenſi.

XII. Innocentii X, pro Univerſitatibus S. Fidei, Abulen., & Manilan.

XIII. Alexandri VII, pro Studio formali Neapolitani Conventus S. Catharinæ apud Formellum.

XIV. Clementis IX, pro Studio Generali Congregationis Sanitatis.

XV. Innocentii XI, pro Collegiis Parmen., & Mutinen., ac Univerſitatibus Quiten., Manilan., & S. Fidei.

XVI. Alexandri VIII, pro Univerſitatibus S. Fidei, & Quiten.

XVII. Innocentii XII, pro Cæſenaten. Studio Congregationis S. Sabinæ, & Cuſcan. Collegio Sancti Antonini.

XVIII. Innocentii XIII, pro Univerſitate Conventus Havanæ.

XIX. Clementis XII, pro Manilana Univerſitate S. Thomæ, & Agrigentino Collegio SS. Auguſtini, & Thomæ de Aquino.

XX. Quid hac de re doceant Conſtitutiones Prædicatorum Familiæ; & Comitiorum Generalium Acta?

I. OFficio docendi deſtinatos eſſe Fratres Prædicatores, probant ipſa Privilegia, quibus eoſ eundem Scholas ornarunt Summi Pontifices. Huc pertinent Summorum Pontificum oracula, quibus Fratrum Prædicatorum doctrinam laudibus ampliſſimis illuſtrarunt. Huc etiam ſpectat diligens illud ſtudium, quo *Remenſis* Archiepiſcopus Cœnobium Fratrum Prædicatorum transferendum curavit anno *MCCXLVI*, ut ejuſdem Metropolis Canonicos Theologiam docerent Fratres, uti narrat *Innocentius IV Conſt.CLI* = Cum locum = *Tom.I pag.*165 dicens: „ Cum locum Fratrum Ordinis Prædicatorum Remenſium transferre cupias, ut iidem Fratres, Majoris Eccleſiæ Canonicis viciniores effecti, accedere valeant commodius ad eandem, & ibidem Lector Fratrum ipſorum accedentibus ad percipienda Theologicarum doctrinarum fluenta, ſcientiam diſſeminet ſalutarem, Nos &c.

II. Idem liquet tot illis aureis Diplomatibus datis, ut in Univerſitate *Pariſienſi* docendi munere fungerentur Fratres Prædicatores. Conſulendæ Conſtitutiones *Innocentii IV*, quas laudant Auctores, de quibus *Tom.I pag.*278 *Nota* 14. Alexandri IV Conſtit.*XX* = Quaſi lignum = *Tom.I pag.*276. Conſtitut.*XXI* = Controverſiam = *Tom.I pag.*279. Conſtit.*XXII* = Controverſiam = *Tom I pag.*280. Conſt.*XLVIII* = Licet Nos = *Tom.I pag.*289. Conſtitut.*XLIX* = Cum Nos = *Tom.I pag.*289. Conſt.*LI* = Ad audientiam = *Tom.I pag.*291. Conſt.*LXI* = De quibuſdam = *Tom.I pag.*296 ubi hæc inter cetera notanda: „ Iidem Fratres viri utique ſanctæ converſationis, & vitæ per quorum miniſterium ſalus potiſſime proficit animarum, tam laudabiliter in Theologica proficiunt Facultate, quod & digni Magiſteriali reputantur honore, & quaſi ubique terrarum habentur in conſpectu Dei, & Hominum gratioſi „. Conſtitutio *LXIV* = Delectabile = *Tom.I pag.*298. Conſtitutio *XCVIII* = Cum ſicut = *Tom.I pag.*305.

Conſtitutio *CII* = Cunctis proceſſibus = *Tom.I pag.*306. In iſta Fratrum Prædicatorum *Doctrina* dicitur *Catholica & ſalubris, ac Prædicatio Fratrum ipſorum Deo gratiſſimo, & delectabilis eum timentibus*. Conſtitutio *CIV* = Licet olim = *Tom.I pag.*308. Conſtitutio *CVI* = Veræ fidei = *Tom.I pag.*311, Conſtitutio *CVII* = Vehementi = *Tom.I pag.*312, Conſtitutio *CXXII* = Romanus = *Tom.I pag.*317. Conſtitutio *CXXIII* = Veri Solis = *Tom.I pag.*319. Docet iſta, quod Fratrum Prædicatorum, & Minorum „ Sanctæ Doctrinæ lumen ubique per mundum „ copioſe diffunditur. Ab his Chriſti Evangelium ar„ denter & efficaciter prædicatur. Ab his recta & ſa„ na conſilia, & exempla ſalutaria exhibentur „. Conſt.*CXXIV*, *CXXV*, & *CXXVI* = Non ſine = *Tom.I pag.*320, & 321. Conſtitutio *CXXVII* = Quidam Scripturæ = *Tom.I pag.*322. Conſtitutio *CXXVIII* = Pariſius = *Tam.I pag.*322. Hujuſce Conſtitutionis hæc verba notanda. „ Cum dilecti filii Fratres „ Prædicatores, & Minores Pariſius Sacræ Scriptu„ ræ ſtudio ſedulo inhærendo, ſibi, & aliis multum „ proficiant, inſignia lucis opera de ſua inſtanti vi„ gilantia, & inſtantia vigili, proferentes, propter „ quod ex ipſis Pariſienſe Studium grande augmentum „ recipit, & eximium veſtra Univerſitas „ (Magiſtros, & Scholares Pariſienſes alloquitur) „ orna„ mentum &c. „ Conſtitutio *CXXX* = Licet Nos olim = *Tom.I pag.*324. Conſtitutio *CLI* = Quidam Scripturæ = *Tom.I pag.*333. Conſtitutio *CLII* = Non ſine = *Tom.I pag.*334. Conſtitutio *CLVI* = Circa frequens = *Tom.I pag.*336. Conſtit.*CLXVI* = Cum adverſus = *Tom.I pag.*342. Conſtitutio *CLXXI* = Bona meritoria = *Tom.I pag.* 345. Conſtitutio *CLXXVIII* = Cum propter = *Tam.I pag.*348. Conſtit.*CLXXX* = Cum propter = *Tom.I pag.*349. Conſtitutio *CLXXXIV* = Cum olim = *Tam.I pag.*352. Conſtitutio *CLXXXVI* = Cum propter = *Tom.I pag.*353. Conſtitutio *CCXXXIX* = Præſentium tibi = *Tom.I pag.*375. Conſtitutio *CCXL* = Multorum = *Tom.I pag.*375. Conſtitutio *CCXLII* = Ex alto = *Tom.I pag.*376. Conſtitutio *CCXLIII* = Inter alia = *Tom.I pag.*377.

III. Magiſtro Generali, Prioribus, ac Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſt.CL Tom.I pag.*333: „ Exultante, inquit, ſpiritu frequen„ ter advertimus, quod ſtatus Eccleſiæ Generalis per „ veſtræ Prædicationis, ac Doctrinæ ſalutaris inſtan„ tiam, divina gratia ſuffragante, multipliciter illu„ ſtratur. Ex hac ſiquidem pia conſideratione proce„ dit, quod Nos ad illa omnia eſſe prompti delecta„ mur, & faciles, per quæ vos præcones Divini No„ minis, in declaranda fidei ſcientia, & roboranda „ operum diſciplina veſtri deſiderii ſanctitatem perfi„ cere valeatis. Hinc eſt, quod Nos devotioni ve„ ſtræ, præſentium auctoritate, concedimus, ut ſin„ guli Fratres de Ordine veſtro, quos ſecundum „ Conſtitutiones ipſius Ordinis, Conventibus veſtris „ deputandos duxeritis in Lectores, ſine cujuſquam „ alterius licentia, libere in domibus prædicti Ordi„ nis legere, ac docere valeant in Theologica facul„ tate, illis locis exceptis, in quibus viget Studium „ Generale, ac etiam quilibet in facultate ipſa doctu„ rus ſolemniter incipere conſuevit.

IV. Id iiſdem verbis ſancitum ab *Alexandro IV Conſtitut.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*406: a *Clemente IV Conſt.VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*452, & in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.48: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

V. De Fratribus Mendicantibus *Pragam* mittendis, ibidem Theologiam profeſſuris ſic *Urbanus V Conſt.I* = Etſi ſacræ = *Tom.II pag.*257 ſcribit „ Mi„ norum Miniſtro, ac Prædicatorum, Eremitarum „ S. Auguſtini, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, „ Ordinum, Prioribus Fratrum, Provincialibus Pro„ vinciarum illarum, in quibus ſecundum morem „ ſingulorum Ordinum dictorum, Regnum Bohemiæ „ conſiſtit; necnon Guardiano, Prioribus, & Fra„ tribus domorum Pragenſium Ordinum prædicto„ rum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. „ Etſi ſacræ Theologiæ Studio, per quam veræ, & „ Catholicæ Fidei, æternæque deitatis, & humanæ „ ſalutis, & ſummi boni habetur agnitio, ſit ubilibet „ inſiſtendum, in Generalibus tamen Studiis propter „ Studentium multitudinem, & concurſum circa ejus „ lecturam, tanto diligentius decet attendi, quantó „ in eis ejuſdem ſcientiæ veritas magis exquiritur, & „ ſi qua emergunt dubia, lucidius declarantur. Cu„ pientes igitur, præmiſſorum intuitu, necnon con„ ſideratione cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli „ Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Bohe„ miæ Regis illuſtris, ſuper hoc Nobis humiliter ſup„ plicantis, quod Generale Studium, quod in qua„ libet licita facultate, ex Apoſtolicæ Sedis indulto „ viget in Civitate Pragenſi, quæ in Regno Bohemiæ „ principaliter exiſtit, in facultate per bonorum ſuf„ ficientiam Magiſtrorum tanquam nova plantatio „ floreat, atque fructificet: diſcretionem veſtram „ hortamur attente, quatenus ob Divinæ Majeſtatis, „ & noſtram, ac prædictæ Sedis reverentiam, quod „ etiam ſine exhortatione aliqua facere debetis, in ſin„ gulis domibus, ſeu locis veſtris de Civitate prædi„ cta doctos, ſufficientes, & bonos in eadem facul„ tate Magiſtros, qui ibidem in ea degant, & doceant „ juxta morem aliorum Generalium Studiorum, ha„ bere, & tenere continuo ſtudeatis, id tam per vos, „ quam apud Superiores veſtros ſic fideliter, & ſoli„ cite procurantes, quod inde optatus fructus prove„ niat, qui ſperatur, noſque proinde veſtram poſſi„ mus in Domino diligentiam commendare.

VI. Fratri *Antonio Coſte* ſcribens *Johannes XXIII Conſt.XIII* = Juſtis, & honeſtis = *Tom II pag.*510: „ dudum ſiquidem, inquit, Alexandro Papæ Quinto, „ Prædeceſſori noſtro, pro parte Venerabilis Fratris „ noſtri Philippi Archiepiſcopi Lugdunen., & dile„ ctorum filiorum Decani, & Capituli Eccleſiæ Lug„ dunen. expoſito, quod dilectus filius Johannes „ Evnardi, Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſ„ ſor in dicta Eccleſia, in qua pro tempore unus di„ cti Ordinis Profeſſor ordinarie, & ſolemniter in „ Theologia continue legere tenebatur, & habeba„ tur, qui etiam legens ad gradum Magiſterii in ea„ dem Theologia communiter promoveri, conſue„ verat, librum Sententiarum, & in aliis Sacræ Scri„ pturæ materiis per quatuor, & dimidii annorum „ ſpatium, vel circa, continue legerat, & tunc le„ gebat, ac in pluribus Conventibus ejuſdem Ordinis „ Provinciæ Franciæ, multis annis ejuſdem Theolo„ giæ Lector principalis extiterat, ſeque idoneum „ reddiderat ad obtinendum honorem Magiſterii in „ eadem, ac eidem Prædeceſſori pro parte Archiepiſ„ copi Decani, & Capituli prædictorum, humiliter „ ſupplicato, ut ipſum Johannem ad honorem dicti „ Magiſterii promoveri, mandare, de benignitate „ Apoſtolica, dignaretur, præfatus Prædeceſſor, „ de ſuffi-

Google

,, de ſufficientia, & idoneitate dicti Johannis ad hæc
,, notitiam non babens, tibi, concedendi eidem Jo-
,, banni, ſi per tuam, & aliorum quatuor Magiſtro-
,, rum in dicta ſcientia diligentem examinationem,
,, ipſum ad hæc ſufficientem, & idoneum reperires,
,, Magiſtralem bonorem, ac docendi licentiam, ſer-
,, vatis Conſtitutionibus Viennen. Concilii, & aliis
,, ſolemnitatibus, in talibus fieri conſuetis, ut ipſe
,, infra dictum Ordinem, & extra, quibuſcunque
,, gratiis, privilegiis, libertatibus, & indulgentiis,
,, tam a Sede Apoſtolica, quam a prædicto Ordine
,, Fratribus ejuſdem Ordinis in eadem Theologia Pa-
,, riſiis Magiſtratis conceſſis, ex tunc uti, & gaude-
,, re valeret, ac ſi in Pariſien. Studio hujuſmodi Ma-
,, giſterium accepiſſet, auctoritate Apoſtolica, ple-
,, nam, & liberam per ſuas literas, videlicet VI Idus
,, Julii, Pontificatus ſui Anno Primo, conceſſit fa-
,, cultatem, prout in ipſis literis plenius continetur.
,, Cum autem, ſicut exhibita Nobis pro parte dicto-
,, rum Archiepiſcopi, Decani, & Capituli, petitio
,, continebat, idem Johannes in dicta Eccleſia per
,, ſpatium ſex annorum, vel circa continue laudabi-
,, liter legerit, & ad eundem Magiſterii honorem ob-
,, tinendum, ut præfertur, plurimum ſit idoneus,
,, præfatuſque Prædeceſſor poſtmodum inter cetera
,, ſtatuendum duxerit, & ordinandum, quod ex
,, tunc in antea nullus ex Fratribus dicti Ordinis
,, abſque licentia, & aſſignatione Capituli Generalis
,, ſecundum morem dicti Ordinis ad bonorem Ma-
,, giſterii in Theologia promoveri poſſit, niſi per Ca-
,, pitulum hujuſmodi foret approbatus, ac etiam
,, antequam hoc ipſi tibi, qui a tempore Generalis
,, Concilii dudum in Civitate Piſan. celebrati, con-
,, tinue citra a Romana Curia te non abſentaſti, præ-
,, ſentarent, præfatus Prædeceſſor, ſicut Domino
,, placuit, fuerit vita functus, pro parte eorundem
,, Archiepiſcopi, Decani, & Capituli Nobis, qui
,, eodem Prædeceſſore, ut præfertur, ſublato de me-
,, dio, fuimus, divina favente clementia, ad apicem
,, ſummi Apoſtolatus aſſumpti, fuit bumiliter ſuppli-
,, catum, ut dicto Johanni ſuper hoc de opportuno re-
,, medio providere, benignitate Apoſtolica, digna-
,, remur. Nos igitur, hujuſmodi ſupplicationibus
,, inclinati, diſcretioni tuæ, de qua in his, & aliis
,, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per
,, Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus,
,, quatenus ad executionem dictarum literarum, jux-
,, ta ipſarum continentiam, in omnibus, & per omnia
,, perinde procedas, ac ſi eædem literæ vivente dicto
,, Prædeceſſore tibi præſentatæ fuiſſent, tuque ad
,, earum executionem procedere incepiſſes, ſtatuto,
,, & ordinatione prædictis, nec non ejuſdem Ordinis
,, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac aliis in contrarium
,, editis non obſtantibus quibuſcunque.

VII. ,, Nuper ſiquidem, inquit *Caliſtus III Con-
ſtitut. XXVI* == Inter cetera == *Tom. III pag* 362 ,, non
,, ſine quadam animi diſplicentia, ex relatibus pluri-
,, morum fide dignorum percepimus, quod quan-
,, quam fel. rec. Bonifatius Papa VIII Prædeceſſor
,, noſter, in ſua quæ incipit: Super Cathedram: Con-
,, ſtitutione, ſive Decretali, quam poſtmodum piæ
,, me: Clemens V, etiam Prædeceſſor noſter, in
,, Concilio Viennen. innovavit, & quæ ſubſequenter
,, ad Eremitarum S. Auguſtini, & B. Mariæ de Monte
,, Carmeli, Ordinum, Fratres, per Sedem Apoſtoli-
,, cam extenſa fuit, inter cetera ſtatuerit, & ordina-
,, verit, quod in ſingulis Civitatibus, & Diœceſi-
,, bus in quibus Prædicatorum, & Minorum Ordi-
,, num Fratrum loca conſiſterent, ac in locis ipſis

,, vicinis, in quibus loca hujuſmodi non baberentur,
,, Magiſtri, & Priores Provinciales Prædicatorum,
,, aut eorum Vicarii, Generales, ac Provinciales
,, Miniſtri, necnon Cuſtodes Minorum, Ordinum
,, prædictorum ad præſentiam Prælatorum ibidem ſe
,, conferrent per ſe, vel Fratres, quos ad boc ido-
,, neos fore putarent, bumiliter petituri, ut Fratres,
,, qui ad hoc electi forent, in eorum Civitatibus, &
,, Diœceſibus confeſſiones ſuorum ſubditorum, con-
,, fiteri ſibi volentium, audire libere valeant, &
,, hujuſmodi confitentibus, prout ſecundum Deum
,, expedire cognoſcerent, pœnitentias imponere ſa-
,, lutares, ac beneficium abſolutionis impendere, de
,, licentia, gratia, & beneplacito eorundem, præ-
,, fatique Magiſtri, Priores, ac Miniſtri ſtuderent
,, eligere perſonas idoneas, ſufficientes, vitæ proba-
,, tæ, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalu-
,, bre miniſterium, & officium exequendum, quas
,, ſic electas, Prælatis ipſis præſentarent, vel face-
,, rent præſentari, ut de illorum licentia, gratia, &
,, beneplacito in Civitatibus, & Diœceſibus eorun-
,, dem, perſonæ ſic electæ hujuſmodi, confeſſiones
,, ſibi confiteri volentium audirent, & eis imponerent
,, pœnitentias ſalutares, ac beneficium abſolutionis
,, impenderent. Ac etiam bon. mem. Johannes PP. XXII
,, Prædeceſſor noſter certos errores damnaverit, &
,, reprobaverit de conſenſu Fratrum ſuorum S. R. E.
,, Cardinalium; Necnon celebris recordationis Eu-
,, genius IV, etiam Prædeceſſor noſter, errores ipſos
,, pro falſis, erroneis, & adverſantibus Sacris Cano-
,, nibus damnatos, reprobatoſque declaraverit, cum
,, quibuſdam aliis, atque decreverit, & ſubſequen-
,, ter piæ memoriæ Nicolaus Papa V, ſimiliter Præ-
,, deceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, de
,, quorum numero tunc eramus, dicti Eugenii Præ-
,, deceſſoris literas, in omnibus, & per omnia appro-
,, baverit, & confirmaverit, prout in ſingulis literis
,, Eugenii, & Nicolai, Prædeceſſorum hujuſmodi,
,, plenius continetur, quarum quidem tenor ſequi-
,, tur, & eſt talis. Nicolaus Epiſcopus, Servus Ser-
,, vorum Dei, univerſis, & ſingulis Venerabilibus
,, Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis,
,, ac dilectis filiis Electis, & Abbatibus ubilibet con-
,, ſtitutis, ad quos præſentes literæ pervenerint, Sa-
,, lutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Proviſio-
,, nis noſtræ debet provenire ſubſidio &c. Datum
,, Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Domi-
,, nicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo
,, Octavo, Tertio Kal. Julii, Pontificatus noſtri An-
,, no Secundo. Verumtamen dum pridem in vigilia
,, Pentecoſtes proxime præterita præfatæ literæ Ni-
,, colai Prædeceſſoris noſtri Venerabili Fratri noſtro
,, Epiſcopo Pariſien., ſeu in ejus Epiſcopali Curia
,, præſentatæ forent, dilectus filius Guillelmus Ri-
,, veti Rector pro tunc Univerſitatis Pariſien. eaſdem
,, impediri fecit, aſſerens dicti Nicolai Prædeceſſo-
,, ris literas de falſo plurimum ſuſpectas, pacis in ea-
,, dem Univerſitate ſolemniter juratæ, & ſtatus Hie-
,, rarchici in Eccleſia S. Dei plurimum turbativas,
,, ſcandaloſas, & adverſas juri communi, ſanctioni-
,, bus ſacris, & Pragmaticæ Sanctioni, & quod ſuper
,, illis renunciando, & illarum revocatoria impe-
,, tranda, Religioſi quatuor Ordinum Mendicantium
,, fuerunt attentius ſummati, quod facere renuerant,
,, & diſtulerant, per ſuas patentes literas, univerſis
,, notum fecit, quod ex cauſis præmiſſis, & aliis ra-
,, tionabilibus, de mandato, ac ſpeciali, & matura
,, deliberatione, & concluſione dictæ Univerſitatis,
,, omnes, & ſinguli illius jurati, de dictis quatuor

„ Mendicantium Ordinibus a gremio præfatæ Uni-
„ verſitatis erant perpetuo privati, non jurati autem
„ ab ejuſdem Univerſitatis conſortio, & graduum in
„ eadem ſuſceptione ſimiliter reſecati. Si tamen di-
„ ctis ſuis obtemperaverint concluſionibus cum effe-
„ ctu, eadem Univerſitas cum eiſdem miſericorditer
„ agere intendebat. Et etiam eum in ſtatutis, & pri-
„ vilegiis dictæ Univerſitatis, & præcipue felicis re-
„ cordationis Alexandri IV inter cetera contineri
„ dicatur, quod ſi forte Magiſtris, & Scholaribus di-
„ ctæ Univerſitatis hoſpitiorum ſubtrahatur taxatio,
„ aut eis, vel alicui ipſorum injuria, vel exceſſus
„ inferrentur enormes, utpote mortis, vel membri
„ mutilatio, niſi, congrua monitione præmiſſa, in-
„ fra quindecim dies foret ſatisfactum, liceret eiſdem
„ Magiſtris, & Scholaribus, uſque ad ſatisfactionem
„ condignam ſuſpendere lectiones, & ſi aliquem eo-
„ rum indebite incarcerari contingeret, fas eſſet ipſis,
„ niſi, monitione præhabita, ceſſaret injuria, ſta-
„ tim a lectione ceſſare. Quodque ſi pro aliqua ex
„ cauſis in Conſtitutione piæ memoriæ Gregorii
„ Papæ IX contentis, eadem Univerſitas lectiones du-
„ xerit ſuſpendendas, omnes Magiſtri tam Regulares,
„ quam ſeculares, ipſas ſuſpendere tenerentur, eas
„ niſi cum Univerſitate minime reſumpturi, eveniat-
„ que interdum, ut ex cauſis præmiſſis ab hujuſmodi
„ lectionibus ceſſatio fiat, Rector, & Univerſitas
„ Religioſos prædictos, ut de aliis taceamus, non
„ ſolum a lectionibus hujuſmodi, verum etiam a
„ prædicationibus verbi Dei ceſſare compellant, in
„ Sedis Apoſtolicæ irreverentiam, fidei Chriſtianæ
„ diſpendium, ac perturbationem dictorum Religio-
„ ſorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in
„ præmiſſis opportune providere paterna diligentia
„ curaremus. Nos igitur, ad quos ex officio Nobis
„ commiſſo pertinet in præmiſſis vigilantiæ noſtræ
„ curas adhibere, ſcientes, quod prædictæ Nicolai
„ Prædeceſſoris literæ matura cum deliberatione pro-
„ ceſſerunt, & quod nullo capite reputandæ ſunt de
„ falſitate, aut ſurreptione, vel obreptione ſuſpectæ,
„ nec ſtatus Hierarchici in Eccleſia Dei turbativæ,
„ vel ſcandaloſæ, neque Sacris Canonibus adver-
„ ſantes, ſed potius conſonæ, ſaluti animarum
„ Chriſtifidelium plurimum profuturæ, eaſque de
„ Venerabilium Fratrum noſtrorum Cardinalium
„ conſilio, & aſſenſu innovamus, confirmamus,
„ & approbamus, ſerie cum præſenti, mandantes il-
„ las, ac omnia, & ſingula in eis, necnon Eugenii
„ Prædeceſſoris literis hujuſmodi contenta ſub excom-
„ municationis, & aliis diverſis ſententiis, cenſu-
„ ris, & pœnis firmiter obſervari, quodque idem
„ Rector præfatos quatuor Ordinum Mendicantium
„ Fratres, pro eo quod determinationibus Sacroſan-
„ ctæ Romanæ Eccleſiæ in materia fidei renunciare
„ noluerint, reſecatos, atque privatos, ut præfer-
„ tur, notificavit, ſtatutum quoque, & privile-
„ gium Alexandri IV hujuſmodi ſolum de ceſſatione a
„ lectionibus, & non a prædicationibus mentionem
„ fecit, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ne
„ tam celebres Ordines, quorum præclara ſuppoſita,
„ illam Univerſitatem, Franciæ Regnum, ac univerſa-
„ lem Eccleſiam, ſuis doctrinis, & exemplis deco-
„ raverunt, atque decorant, tam ſubito, tamque
„ repente fuerint ab eadem Univerſitate, remaneant,
„ & ſint, vel cenſeantur quoquomodo reſecati, quin-
„ immo ibidem perpetuo vigeant, & notabile facul-
„ tatis Sacræ Theologiæ membrum fuerint, & exi-
„ ſtant, privationem, reſecationem, & literas Re-
„ ctoris hujuſmodi, ac in eis contenta, & inde ſecu-
„ ta quæcunque, de dictorum Fratrum conſilio, & aſ-
„ ſenſu, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia,
„ tenore præſentium, revocamus, caſſamus, irri-
„ tamus, & annullamus, ac nullius roboris, vel
„ momenti fuiſſe, & eſſe decernimus, ipſos quatuor
„ Ordinum Mendicantium Fratres in priſtinum, &
„ in eum ſtatum, in quo ante notificationem, pri-
„ vationem, & reſecationem prædictas exiſtebant,
„ reſtituimus, & reponimus, eoſque in aliquo ca-
„ ſuum, niſi hoc in ipſis literis Alexandri, & ſtatu-
„ tis antedictis caveatur expreſſe, ad ceſſandum a
„ prædicationibus Verbi Dei, nec ad id per Recto-
„ rem pro tempore dictæ Univerſitatis, ſeu quem-
„ cunque alium, aut alios compelli poſſe, declara-
„ mus, ſed ipſos quatuor Ordinum Mendicantium
„ Fratres, tam juratos, quam non juratos, & alios
„ Prælatos, Doctores, ac Rectores Eccleſiarum, ad
„ quos ſpectat Verbum Dei in ſuis Eccleſiis, & aliis
„ locis, ubi fuerint requiſiti, prædicare libere, &
„ licite poſſe, & debere in omnibus, & per omnia,
„ perinde ac ſi hujuſmodi ceſſatio non foret in caſibus
„ antedictis, & ita literas Alexandri, & ſtatuta hu-
„ juſmodi, ut juri conſona debere intelligi, decla-
„ ramus. Nihilominus omnibus, & ſingulis Fratri-
„ bus quatuor Ordinum Mendicantium prædictorum
„ qui in dicta Univerſitate debitos, & conſuetos cur-
„ ſus in Theologia inceperint, continuaverint, &
„ perfecerint, & in futurum incipient, continuabunt,
„ & perficient, durante hujuſmodi, aut ſimili reſe-
„ catione, ut Licentiæ gradus, & Doctoratus inſignia
„ Cancellarius dictæ Univerſitatis pro tempore, ut
„ moris eſt, ſibi impendat, & ſi forſan idem Cancel-
„ larius, ad id requiſitus, gradus Licentiæ, & Ma-
„ giſterii inſignia, eis impendere contradiceret, ex
„ tunc liceat antiquiori Magiſtro in Theologia præ-
„ dictorum quatuor Ordinum, vel uni ad hoc depu-
„ tato ab eorundem quatuor Ordinum Magiſtris, illis
„ qui dictos curſus perfecerint, gradus, & inſignia
„ hujuſmodi, prout, ſervatis alias ſolemnitatibus,
„ & examine conſuetis, meruerint, abſque alicujus
„ ſpiritualis, vel temporalis pœnæ incurſu, libere
„ impendere, quodque Fratres ſic per eoſdem Magi-
„ ſtros promoti, omnibus, & ſingulis privilegiis,
„ gratiis, libertatibus, exemptionibus, indultis, &
„ immunitatibus, gaudeant, & utantur, ac uti, &
„ gaudere poſſint, ſicuti illi, quibus idem Cancella-
„ rius hujuſmodi gradus, & inſignia juxta ſtatuta, &
„ conſuetudines dictæ Univerſitatis impendit, in om-
„ nibus, & per omnia, perinde, ac ſi gradus, & in-
„ ſignia prædicta, ab eodem Cancellario cepiſſent,
„ eadem auctoritate concedimus, pariter, & indul-
„ gemus. Præterea quia prætextu privilegiorum di-
„ ctæ Univerſitatis, occaſione, ſeu ex cauſis prædi-
„ ctis, quidam Fratres prædictorum Ordinum citati
„ fuerunt, atque moleſtati, durante hujuſmodi reſe-
„ catione, præfato, & pro tempore exiſtenti, Recto-
„ ri, Conſervatoribus, necnon Magiſtris, & Schola-
„ ribus dictæ Univerſitatis, in virtute Sanctæ Obe-
„ dientiæ, ac ſub excommunicationis pœna latæ Sen-
„ tentiæ, a qua niſi in mortis articulo per alium, quam
„ per Romanum Pontificem abſolvi non poſſint, ſi
„ ſecus egerint, promulgamus, ne occaſione, ſeu
„ ex cauſa, prædictis, prætextu ſupradictorum pri-
„ vilegiorum, ipſos Fratres, vel aliquem ipſorum,
„ niſi apud Sedem Apoſtolicam duntaxat, directe,
„ vel indirecte ſeu alio quovis quæſito colore, per ſe
„ vel per alium, ſeu alios, tam ſuper reſecatione,
„ quam gradus impenſione, ceſſatione a prædicatio-
„ ne, quam alias, occaſione, ſeu ex cauſa prædictis

„ mole-

„ moleſtare, vexare, ſeu perturbare præſumant, „ eadem auctoritate, diſtricte inhibemus, decernen- „ tes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a „ quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel igno- „ ranter contigerit attentari.

VIII. Hac ſpectant *Innocentii VIII Conſtit. LVII* == Inter curas == *Tom.IV pag.38, Conſt.LVIII* == Apoſtolicæ == *Tom.IV pag.39*, *Conſt.LIX* == Hodie == *Tom.IV pag.40*, & Conſt.CVI == In Apoſtolicæ == Tom.VII pag.430 pro Valliſoletano Collegio fundando datæ.

IX. S. Pius V Conſt.CXXVIII == Cum ſicut == Tom.VII pag.175 meminit celeberrimæ Univerſitatis in Cœnobio de Luchent conſtitutæ.

X. Gregorii XV Conſt.IV == Cæleſtis Patris == Tom.VI pag.4 pro Pampilonenſis Univerſitatis fundatione.

Ejuſdem Gregorii Conſt.XV == Ad ea == Tom.VI pag.20 pro Cæſarauguſtano Collegio.

XI. Urbani VIII Conſt.XXXIV == Exponi nobis == Tom.VI pag.57 pro Collegio Orioleſi data.

Ejuſdem Urbani Conſt.LXXVII == Exponi nobis == Tom.VI pag.98.

XII Innocentii X Conſt.IV == In ſupremo == Tom.VI pag.147 pro Univerſitate Collegii S. Thomæ conſtituta in Sanctæ Fidei Civitate.

Innocentius X Conſt.VI == Exponi nobis == Tom.VI pag.152 Abulenſis Univerſitatis S. Thomæ privilegia firmat.

Idem Conſt.IX == In ſupereminenti == Tom.VI pag.154 pro Manilan. Univerſitate S. Thomæ fundanda.

XIII. Alexander VII Conſtit.XLVII == Eccleſiæ == Tom.VI pag.217 ratum habet quod Neapolitanum Cœnobium S. Catharinæ apud Formellum conſtitutum ſit Studium formale.

XIV. Clemens IX Conſt.XXXVII == In excelſo == Tom.VI pag.246 quæ pro Studio generali Congregationis ſanitatis ſancita ſunt, firmat.

XV. Innocentius XI Conſt.X == Exponi nobis == Tom.VI pag.351 firmat ea quæ pro Collegiis Parmen. & Mutinen. ſancita fuere.

Innocentii XI Conſtitut. XVI == Paſtoralis == Tom.VI pag.359 pro Quitenſi Univerſitate.

Ejuſdem Conſt.XVII == Inſcrutabili == Tom.VI pag.360 pro Manilana Univerſitate.

Ejuſdem Conſt.XXVIII == Exponi == Tom.VI pag.369 pro Univerſitatibus S. Fidei, & Quiten., & Conſt.XXX == Alias == Tom.VI pag 372.

Ejuſdem Conſt.XXXIV == Nuper == Tom.VI pag.376 pro Univerſitate Quitenſi,

XVI. Alexandri VIII Conſt.VI == Ex injuncto == Tom.VI pag.393 pro Univerſitatibus S. Fidei, & Quiten.

XVII. Innocentius XII Conſt.XXVII == Ex injuncto == Tom.VI pag.420 Cæſenaten. Conventum pro Studio Congregationis S. Sabinæ deputat.

Idem Conſt.XXXV, data 1 Martii 1692 == Æternæ ſapientiæ == Tom.VII pag.355 decernit, gradus Scholaſticos, prævio examine a Fratribus Ordinis Prædicatorum faciendo, conferendos ſtudentibus in Cuſean. Collegio Sancti Antonini, qui Doctrinam S. Thomæ Aquinatis ſequuntur.

XVIII. Innocentius XIII Conſt.III == Æternæ ſapientiæ == Tom.VI pag.523 Univerſitatem in Havanæ Cœnobio conſtituit, ut ex Angelici Doctoris Sancti Thomæ Doctrina remotiſſimis etiam partibus in doctrina ſana inſtitutioni, atque eruditioni conſulatur.

XIX. Clemens XII Conſtit.XXXI == Dudum == Tom.VI *pag.746* Manilanam Univerſitatem S. Thomæ conſtituit.

Idem Clemens XII, feliciter regnans, Conſtitut.XXXVIII, data 5 Martii 1736 == Exponi nobis == Tom.VII pag.391, privilegiis ornat Fratres Prædicatores qui Philoſophiæ, Theologiæ Scholaſticæ, Moralis, Aſceticæ &c. ac Sacrorum Canonum Scholas habent in Agrigentino Collegio SS. Auguſtini, & Thomæ de Aquino.

XX. Notandum, quod, uti legitur in Prologo Conſtitutionum Ord. Prædicatorum Textu III Lit.H. pag.8 „ Ordo noſter Prædicatorum.... ex ſua prima „ inſtitutione eſt principaliter, eſſentialiter, & no- „ minatim, ad docendum, & prædicandum, ad com- „ municandum aliis contemplata, & ad procurandam „ animarum ſalutem inſtitutus „. Hinc in iiſdem Conſtitutionibus Diſt.II Cap.I Textu II cautum eſt, ne *Conventus* aliquis .... *abſque* .... *Doctore* (id eſt Lectore qui ſcientias doceat) *admittatur*. Conſulendæ eædem Conſtitutiones Diſt.II Cap.XIV, ubi de Studentibus agitur. Adeas *Paſſerinum* Tom.II de Statibus Quæſt.187 Art.I a Num.1103 ad 1159.

Nec omittenda quæ ſæpius a Comitiis Generalibus hac de re ſapienter ſancita ſunt. „ Admonemus, inquit Capitulum Generale Romæ 1670 Admonitione V „ omnes & ſingulos noſtri Ordinis Theologiæ „ Profeſſores, quatenus attendentes ad ea quæ ha- „ bentur in declaratione noſtrarum Conſtitutionum „ Diſtinctione II Cap.XIV de Studentibus §.1, verbo == *Circa ſtudentes* == „ nedum doctrinam noſtri An- „ gelici Præceptoris D. Thomæ Aquinatis fideliſſime „ ſequantur, ſed etiam a concordi, & communiori „ noſtrorum Thomiſtarum ſententia, quæ communi „ omnium judicio creditur aſſerta a Sanctiſſimo Præ- „ ceptore, vel ex ejus principiis deducta, nullo pa- „ cto audeant recedere, præcipue circa materiam de „ Gratia, & libero arbitrio, ſeu Phyſica Præmotio- „ ne: Quam Doctrinam ſolidam, ac inconcuſſam tum „ D. Thomas, tum Thomiſtæ inſigniores ex limpi- „ diſſimo, & incorrupto Sanctorum Patrum, Eccle- „ ſiæque Doctorum fonte integerrime hauſerunt. „ Contra Novatores vero, ſi forte inſurgent, pœ- „ nam privationis cujuſvis gradus, & Scholaſtici of- „ ficii reſpective, ipſo facto, incurrendam irremiſſi- „ biliter pronunciamus.

„ Cum Angelici Doctoris noſtri, inquit Generale Capitulum Romæ 1686 „ Doctrina tutiſſima ſit, „ & inconcuſſa, uti Apoſtolico oraculo habemus, „ operæ pretium eſt, ut qui illam profitemur, etiam „ ſingulariter eandem rimemus, & in eam incumba- „ mus. Ordinando proinde renovamus, quæ dudum „ de lectura Textus Summæ Divi Thomæ ſancita fue- „ runt, ac in particulari mandamus omnibus Ordinis „ noſtri Regentibus, Profeſſoribus, & Lectoribus, „ ut ſingulis diebus præter ordinariam ſcriptorum „ explicationem, etiam unicum Divi Thomæ articu- „ lum explicent, quem ſtudentes tenebuntur in con- „ ferentiis in dies ſtudendo referre memoriter, ultra „ ordinariam ſcriptorum traditorum lectionem. Re- „ gentes autem, Profeſſores, & Lectores in hujus „ Ordinationis executione deſides, Regentatu, Pro- „ feſſura, & Lectoratu ſpolientur.

„ Cum ex felici, quam nobis impoſuimus neceſſi- „ tate ſequendi Doctrinam Angelici Doctoris, inquit Capitulum Generale Bononiæ 1706 Ordinatione XIII, „ ea potiamur conſolatione, quod inter nos non ſint „ doctrinarum ſchiſmata, ſed unum dicamus omnes, „ & in eadem permaneamus ſententia; nec verendum „ ſit,

,, ſii, nos a veritatis tramite unquam deviaturos,
,, quandiu preſſo pede hujus S. Præceptoris inſeque-
,, mur placita: omnes Ordinis noſtri Profeſſores, &
,, quotquot ſtudiis incumbunt, graviſſime monemus,
,, iiſque præcipimus, ut tanti Doctoris doctrinam
,, ubique teneant, tradant, & pro viribus promovere
,, ſatagant; Quod faciendo noſtram, & proximi no-
,, ſtri ſalutem ponemus in tuto, quod a nobis ex ſa-
,, cro noſtro Inſtituto ad ſalutem animarum procu-
,, randam deſtinatis, in primis ſpectandum eſt. Si
,, qui autem ab ea receſſerint, contra ipſos pœnam
,, privationis cujuſvis gradus, & Scholaſtici officii,
,, atque ad illa perpetuæ inhabilitatis reſpective ipſo
,, facto incurrendam irremiſſibiliter pronunciamus.

Ordinatione vero XIV, Quoniam, inquit idem
Generale Capitulum ,, ex Lectorum peritia, & pro-
,, bitate, plurimum pendet optima juvenum educa-
,, tio, & inſtructio, non promoveantur in Lectores
,, Philoſophiæ, ac Theologiæ, niſi qui bonis mori-
,, bus probati fuere, quique obſervantiæ tenaces di-
,, ſcipulos non tantum verbo, ſed exemplo etiam,
,, inſtruere valeant, & qui Divi Thomæ doctrinam
,, omnino calleant, plurimi faciant, & cordi maxime
,, habeant, nec ab ea ullatenus recedant: non novi-
,, tatum amatores, ſed regulas Eccleſiæ, ac Doctoris
,, Angelici placita unice ſequentes: & quos Lectores
,, in ſuis Provinciis ab his regulis, & viis ſanctis re-
,, cedere repererint, eos omnino a ſuis officiis depo-
,, nant, nec ad ea aſſumantur deinceps inconſulto
,, Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali. Cum
,, vero nobis compertum ſit, Fratres noſtros Schola-
,, ſticæ diſciplinæ (quam pro vincendis hæreticorum
,, erroribus commodam, & neceſſariam dicimus)
,, diutius dare operam, omiſſo pene Scripturæ, ac
,, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudio, ut huicce malo,
,, quod certe minimum non eſt, pro viribus medea-
,, mur, jubemus, ut deinceps Lectores Scholaſticas
,, ita verſent quæſtiones ea brevitate, perſpicuitate,
,, methodo, qua par eſt, ut tamen interſerant hinc
,, inde pro re nata in ſpecialibus digreſſionibus, ad
,, cujuſque Tractatus frontem, aut calcem nobiliores
,, controverſias, vel ad Scripturam Sacram, vel ad
,, Hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinentes: curentque
,, ſingulis hebdomadis Domi unum, vel alterum cir-
,, culum propugnari, in quo de Poſitiva, ut loquun-
,, tur, ex profeſſo diſputetur. Declarantes, nemi-
,, nem in poſterum fore admittendum ad Gradus in
,, Ordine capiendos, niſi certis conſtet documentis,
,, Patres Lectores huic Ordinationi morem geſ-
,, ſiſſe.

,, Memores ſint Lectores, inquit Capitulum Ge-
nerale Romæ 1721. Ordinatione V pro ſtudiis ,, Eos
,, in Capitulo Generali Bononienſi anno 1615 priva-
,, tos eſſe voce activa, & paſſiva, & inhabilitatos
,, perpetuo ad omnes gradus qui in Theologicis Do-
,, ctrinam Divi Thomæ, ut eſt in litera, expreſſe non
,, docuerint, quod Statutum prædicti Capituli inno-
,, vamus, & obſervari mandamus, ac hortamur om-
,, nes, tam Lectores, quam ſtudentes, ut, quantum
,, fieri poterit, etiam Textum D. Thomæ memoriæ
,, commendent, cjuſque ſtylo ac verbis aſſueſiant,
,, Item innovamus Ordinationes editas de ſequenda
,, D. Thomæ ſententia communiter recepta, maxime
,, circa materiam de Auxiliis, præſertim a tempore
,, Congregationum de Auxiliis, tam circa Gratiam
,, ſe ipſa, & ab intrinſeco efficacem, quæ liberum
,, arbitrium maxime perficit; tum circa Præmotio-
,, nem, ſeu Prædeterminationem Phyſicam.......
,, Item hujus Capituli auctoritate innovatur excom-
,, municatio major latæ ſententiæ in Fratres noſtros
,, poſita in Capitulo Generali Romæ celebrato anno
,, 1644. Ordinatione VI, libros, inconſultis Supe-
,, rioribus legitimis, typis edere præſumentes.

,, Ad hæc quoque ſtudia, inquit Capitulum Ge-
nerale Bononienſe 1725, Ordinatione I pro ſtudiis,
,, intra clauſtra noſtra vel religioſe ſervanda, vel
,, operoſius adornanda, convertere nos debemus, &
,, pro officii noſtri debito, & ut noſtri Benedicti XIII
,, menti caſtiſſimæ, ac ſuaviſſimis mandatis ſumma
,, contentione obtemperemus. Neque enim pro ſtu-
,, diorum in Ordine ſuo & noſtro, inſigni firmitate,
,, atque illuſtri incremento, ac pro tenaciter retinen-
,, da avita puritate doctrinæ in Scholaſticis ac Mora-
,, libus Diſciplinis, minor eſt, quam pro componen-
,, da ad Leges Religionis vita noſtra, SS.D.N. pater-
,, na cura & ſolicitudo. Quandoquidem Sacræ doctri-
,, næ, perinde ac caſtigationis regularis diſciplinæ,
,, priſtinum ſplendorem novis incrementis augendum
,, conatibus, ac curis noſtris larga benignitate, & ef-
,, fuſa benefica Providentia in Apoſtolicis ſuis Lite-
,, ris, ſuperius denunciatis, nobis demandavit. Quan-
,, tum vero SS. PP. Auguſtini & Thomæ Doctrina
,, Sanctitati Suæ cordi ſit, fueritque a primis annis;
,, quali in æſtimatione operoſa eam a nobis haberi ve-
,, lit, aliæ ejuſdem S.P. literæ ad nos, contra illorum
,, SS. noſtræque Scholæ nuperos moroſoſque calumnia-
,, tores, benigne ex Apoſtolatus ſpecula datæ, quam
,, clariſſime referunt. Utrumque ergo Sanctum Do-
,, ctorem lubentes ſequi debemus, nec latum unguem
,, ab alterutro deſciſcere, obſecundantes gratiſſimæ
,, illi neceſſitati, quam nobiſmetipſis, non in priva-
,, tum tantummodo, ſed in publicum Sanctæ Eccle-
,, ſiæ commodum, in veritatis amorem, ultronei, fe-
,, liceſque impoſuimus. In hoc Ordo noſter quovis
,, tempore præcipuam ſibi gloriam conſtituit: Hoc
,, Hæreticos confodit: Hoc Doctrinæ purioris De-
,, poſitum, ſibi traditum, religioſe cuſtodivit ac
,, ſancte. Quod ſi quis ab hoc reſilire tentaverit,
,, ejus in memoriam revocamus, & contra ipſum
,, innovamus, quæ ſunt decreta in Capitulis Ge-
,, neralibus, Romano 1569 Ordinatione V: Bo-
,, nonienſibus 1615, & 1706, Ordinatione XIII, &
,, aliis miſſis, nuperrime in Romano 1721 Ordina-
,, tione V; ubi voce activa, & paſſiva, gradu, &
,, quolibet officio Scholaſtico ipſo facto privati, &
,, inhabilitati ad tales gradus reſpective declarantur,
,, qui a S. Thomæ Doctrina receſſerint; immo & qui
,, eandem, prout S. Doctoris litera refert, expreſſe
,, non docuerint; quæ omnia ſub eiſdem pœnis obſer-
,, vari volumus, acſi de verbo ad verbum hic inſerta
,, forent.

Ordinatione vero II. ,, Innovamus quoque, in-
,, quit confirmamus, atque exactiſſime obſervari
,, mandamus, ceteras quaſcunque Ordinationes huc-
,, uſque editas, de ſequenda S. Thomæ Sententia com-
,, muniter recepta in Schola noſtra: potiſſime vero
,, circa Divinam Gratiam ſuapte intrinſeca vi effica-
,, cem, & Phyſicas Prædeterminationes, quæ veri
,, Thomiſmi ſummam veluti, & caput conficiunt.

Ordinatione III. ,, Quia tamen, inquit, ſæpe
,, contingit, ut tam Juvenes, quam Lectores dereli-
,, cto puriſſimo fonte quieſcant in rivis, & toti in
,, evolvendis recentibus commentatoribus, S. Magi-
,, ſtri Textum negligant, expreſſe innovamus quod
,, in Capitulo 1706 Ordinatione XIV ſtabilitum eſt;
,, nimirum, quod non promoveantur in Lectores,
,, niſi illi, qui S. Thomæ Doctrinam omnino cal-
,, leant, plurimi faciant, & cordi maxime habeant,
,, totum

Google

,, totum in ea veſtiganda ſtudium reponentes, ut tam
,, ipſi, quam ſtudentes, quantum fieri poterit, Tex-
,, tum D. Thomæ etiam memoriæ commendent, ejuſ-
,, que ſtilo ac verbis aſſueſiant; quemadmodum in
,, noviſſimo Capitulo Romano 1721. Ordinatione V
,, additum eſt.

Ordinatione IV. ,, Præterea, inquit, cum
,, comperta res ſit, Fratres noſtros & præcipue Theo-
,, logiæ Lectores, Scholaſticis Quæſtionibus, ſæpe-
,, numero non tam ſpinoſis quam inutilibus, nimium
,, deditos, Sanctæ Scripturæ, Canonum, Concilio-
,, rum, PP., Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, & controverſia-
,, rum, quæ nos inter & hæreticos in dies agitantur,
,, perneceſſarium ſtudium aut omittere penitus, aut
,, ſaltem magna ex parte negligere, in hoc a ſemitis
,, S. Thomæ certiſſime declinantes; inde innovamus
,, quæ in ſæpe memorato Capitulo Bononienſi 1706
,, Ordinatione XIV ſtatuta ſunt, ut deinceps Lecto-
,, res Scholaſticas ita verſent Quæſtiones, ea brevita-
,, te, perſpicuitate, & methodo, qua par eſt, ut tan-
,, dem interſerant hinc inde (ſuis locis) nobiliores
,, controverſias, vel ad Scripturam Sacram, vel ad
,, Hiſtoriam Eccleſiaſticam (verbo, ad Theologiam
,, poſitivam) pertinentes. Quæ ita temperanda
,, eſſent, ut integro quinquennio a duobus Lectori-
,, bus, Primario, ut vocant, & Morali, integer
,, curſus Theologiæ pro ea parte, qua diſputabilis
,, eſt, abſolveretur. Quod quidem facile admodum
,, obtinebitur, ſi ad exemplum S Thomæ declinata
,, vana prolixitate, quæ diſcipulorum mentes obruit
,, potius, quam erudiat (ex eodem S. D. in Proœ-
,, mio I.P.) ea eligatur docendi methodus, quam
,, prudens brevitas præſcripſerit.

QUÆSTIO II.

Quænam ſint præcipua oracula, quibus Summi Pontifices Doctrinam Præceptoris Angelici S. Thomæ Aquinatis celebrarunt?

SUMMARIUM.

I. EOS inter Summos Pontifices, qui Doctrinam S. Thomæ laudibus illuſtrarunt, recenſendi Alexander IV.
II. Johannes XXII.
III. Clemens VI.
IV. Urbanus V, Conſtitutione = *Copioſus* =
V. Idem, Conſtitutione = *Cum ex certis* =
VI. Idem, Conſtitutione = *Laudabilis* =
VII. Nicolaus V.
VIII. Alexander VI.
IX. Pius IV.
X. S. Pius V, Conſtitutione = *Mirabilis* =
XI. Idem, Conſtitutione = *In Eminenti* =
XII. Idem, Conſtitutione = *Cum dilecti* =
XIII. Sixtus V, Conſtitutione = *Salvator* =
XIV. Idem, Conſtitutione = *Triumphantis* =
XV. Clemens VIII, Conſtitutione = *Quantum prodeſſe* =
XVI. Idem, Conſtitutione = *In quo Nos* =
XVII. Idem, Conſtitutione = *Sicut Angeli* =
XVIII. Paulus V, Conſtitutione = *Splendidiſſimi* =
XIX. Idem, Conſtitutione = *Cum, ſicut* =
XX. Alexander VII.
XXI. Innocentius XI; Conſtitutione = *Paſtoralis* =
XXII. Idem, Conſtitutione = *Inſcrutabili* =
XXIII. Idem, Conſtitutione = *Exponi Nobis* =
XXIV. Innocentius XII.
XXV. Clemens XI, Conſtitutione = *Cum ſicut* =
XXVI. Idem, Conſtitutione = *Paſtoralis officii* =
XXVII. Innocentius XIII.
XXVIII. Benedictus XIII, Conſtitutione = *Demiſſas preces* =
XXIX. Idem, Conſtitutione = *Cuſtodes* =
XXX. Idem, Conſtitutione = *Pretioſus* =
XXXI. Idem, Conſtitutione = *Animi curas* =
XXXII. Idem, Conſtitutione = *Conſilia veſtra* =
XXXIII. Idem, Conſtitutione = *Cum primum* =
XXXIV. Idem, Conſtitutione = *Ad Summi* =
XXXV. Idem, Conſtitutione = *Exponi Nobis* =
XXXVI. Clemens XII, Conſtitutione = *Exponi* =
XXXVII. Idem, Conſtitutione = *Verbo Dei* =
XXXVIII. Idem, Conſtitutione = *Apoſtolicæ Providentiæ* =

I. PRæcipua Oracula, quibus Summi Pontifices Doctrinam Doctoris Angelici S. Thomæ Aquinatis celebrarunt, ex ſequentibus habes. Pariſienſi Cancellario ſcribens *Alexander IV Conſt. LXIV*, data 11 Martii 1256 *Tom. I pag. 898*: ,, Delectabile, in-
,, quit, Nobis eſt auditu percipere, quod te in his
,, promptum reddis, & vigilem, quæ pietatem con-
,, tinent, vel ſapiunt honeſtatem, prout patenter
,, agnoſcitur, quod dilecto filio Fratri Thomæ de
,, Aquino Ordinis Prædicatorum, viro utique nobi-
,, litate generis, & morum honeſtate conſpicuo, ac
,, theſaurum literalis ſcientiæ per Dei gratiam aſſecu-
,, to, dediſti licentiam in Theologica facultate docen-
,, di, priuſquam illuc noſtræ literæ pervenirent, quas
,, tibi ſuper hoc ſpecialiter mittebamus. Quia vero
,, condecens eſt, ut hujuſmodi negotium, a te lau-
,, dabiliter inchoatum, feſtinum habeat exitum, &
,, felicem, devotionem tuam attente rogandam du-
,, ximus, & monendam, per Apoſtolica tibi ſcripta
,, mandantes, quatenus eundem Fratrem in prædicta
,, facultate cito facias regiminis habere principium,
,, & dilectos filios Priorem, & Conventum, Pari-
,, ſienſes, ejuſdem Ordinis, habeas pro divina, &
,, noſtra reverentia commendatos, eoſque favoris op-
,, portuni præſidio proſequaris; Maxime, cum ipſi
,, pro turbatione Studii, per quoſdam iniquitatis fi-
,, lios nequiter procurata, in multa vexatione hacte-
,, nus extiterint, & exiſtant, Pariſienſi Eccleſia de
,, ipſorum laboribus, ſicut noſti, utilitatem non
,, modicam conſequente; Preces autem, & manda-
,, tum noſtrum ſic adimpleat tua ſinceritas, quod Nos,
,, qui lætitiam de prædictorum Fratrum proſperitate
,, concipimus, de tua benevolentia gratioſa circa
,, ipſos exhibita, ſpeciales tibi gratias referamus.

II. De S. Thoma loquens *Johannes XXII Conſt. XL*, data 18 Julii 1323 = Redemptionem = *Tom. II pag. 159*: ,, Hæc igitur, inquit, B. Thomas de Aqui-
,, no, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Sacræ Theo-
,, logiæ Doctor, nobilis quidem genere, ſed nobilior
,, converſatione, fama clarus, vita clariſſimus, ſe-
,, dula meditatione, & attenta deliberatione diſcer-
,, nens, dum adhuc infra pubertatis annos exiſteret,
,, ipſius Ordinis Prædicatorum habitum ſuſcepit, in
,, eo, invito etiam Patre, qui ejus felicibus actibus
,, invidebat, conſtantius manſit, ac in ipſo tandem
,, regularem profeſſionem emiſit, ubi in brevi adeo
,, ſcientia, vita, & moribus profecit, ut ætate adhuc
,, juvenis ad Sacerdotium promoveretur, & ad ejuſ-
,, dem

dem Theologiæ Magiſterium, Pariſiis, loco utique celeberrimo, aſſumptus, magno inibi ſui, ſuique Ordinis, ac Pariſienſis Studii, favore, per multorum annorum curricula Cathedram regeret magiſtralem. Quippe cum illi vita exiſtentiam, converſatio famam, doctrina pareret opinionem, opera divulgationem, eademque tam brevi confecta tempore, admirationem merito exhiberent, ut illud Pſalmi Rigans montes de Superioribus ſuis, de fructo operum tuorum ſatiabitur terra, in eo veriſſime impleretur; Quod utique Thema, idem Sanctus, dum eſſet in Sacra pagina incepturus, aſſumpſerit, quodque, ut fertur, revelatione ſibi poſt ſuam orationem facta didicerat, dum propter juventutem ſuam ſe inhabilem ad Magiſterium reputans, quid proponeretur in inſtanti principio hæſitaret. Nam & in primitivis ſcientiis, & diverſis Philoſophiæ partibus, ut non eſſet otioſus, ſed operaretur terram, necnon in Sac. Scripturæ pagina, tam ſuper novum, quam vetus Teſtamentum ſcripta, plurimaque alia Dei opera in Dei laudem, fideique dilatationem, eruditionemque Studentium, clara, cum ſciens eſſet, famoſa, cum cognitus, non abſque ſpeciali Dei infuſione, perfecit. Doctrina quippe prudentium facilis, & omnino ſcientis ſignum eſt poſſe docere. Profecit utique vir peritus, a terrenorum ambitione remotus, & ad cæleſtium affectionem intentus; perfecto vacans ſtudio, intendebat Deo, prætermittebat terrena, ut aſſequeretur æterna, præmittebat divina, ut roboraretur in Schola, cum ſingulis diebus antequam lecturus aſcenderet Cathedram, vel diſtraheretur ad alia, Miſſam unam celebraret, aliam audiret, in quibus, & alias in oratione, cum in illa foret aſſiduus, lacrymarum effuſionem, mentis ſuæ dulcedinem, devotionemque Deo, cui nihil eſt abſconditum revelabat.

III. „ Attendentes igitur, inquit *Clemens VI Conſt.IV*, data 6 Febr. 1344 == In Ordine Fratrum Prædicatorum == *Tom.II pag.*226 „ quod Ordo prædictus in horto plantatus Eccleſiæ, ac in germine ineffabilis ſpiritualis utilitatis ſuccreſcens, illum prælucidum, ac fructuoſum palmitem, B. videlicet Thomam de Aquino, Confeſſorem, ac Doctorem egregium, ex cujus Sapientiæ, & Doctrinæ ſcriptis, & traditis, univerſalis Eccleſia multiplicem ſpiritualis ubertatis fructum recolligens, ipſius fructus odore reficitur inceſſanter, produxit, & quod idem Ordo, ut ſpiritualium fructuum ubertatem multifariam multiplicet, multifario non laxatur labore. Et propterea dignum, quinimmo debitum, reputantes, ut Ordo prædictus in eadem Eccleſia longe lateque diffuſus; ob honorem, & reverentiam prædicti Doctoris almifici, ac præfati Ordinis præclara merita per Sedem Apoſtolicam ſpiritualibus foveatur præſidiis, & a cunctis ubique, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, devotione congrua multipliciter honoretur, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad loca Fratrum dicti Ordinis, imploraturi a Domino in locorum ipſorum Eccleſiis, veſtrorum veniam delictorum, in humilitate ſpiritus accedatis.

IV. Corpus *S. Thomæ Aquinatis* Toloſam transferendum decernens *Urbanus V Conſt.III*, data 16 Junii 1368 == Copioſus == *Tom.II pag.*258: „ Decens, inquit, reputantes, & congruum, ut dictum Corpus Glorioſi Sancti, qui dum vixit Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſor exiſtens, tanquam Doctor egregius per ſua profunda, & ſalutifera documenta univerſalem illuſtravit Eccleſiam, eam decorando virtutibus, & moribus informando, cum iiſdem Fratribus collocetur; ex certa noſtra ſcientia, ad eandem laudem Dei, exaltationem Eccleſiæ, fideliumque ſalutem, tenore præſentium, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod Corpus prædictum ad Domum Fratrum Prædicatorum, Toloſam transferatur, & ibidem collocetur, & honorabiliter perpetuo veneretur; Volumus autem, quod, ſi Magiſtro, & Capitulo Generali dicti Ordinis proxime celebrando, placuerit, ejuſdem corporis dextrum Brachium Priori, & Fratribus dicti Ordinis Pariſiorum, ad decus, & honorem totius Studii Pariſienſis, in quo idem Glorioſus Sanctus ſua facundia fœcunda, cæleſtis irrigui gratia influente, ſcripturarum ænigmata reſeravit, ſolvit nodos, obſcura dilucidavit, dubiaque declaravit, ad augendam devotionem fidelium tranſmittatur, & in ipſa Domo honorifice perpetuis temporibus veneretur.

V. Et *Conſt.IV*, data 1 Julii 1368 *Tom.II pag.*259: „ Cum ex certis rationabilibus cauſis, inquit idem Urbanus V, ad id animum noſtrum inducentibus, duxerimus ordinandum, quod caput, & corpus B. Thomæ de Aquino, qui dum vixit Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſor exiſtens, tanquam Doctor egregius per ſua ſalutifera, & prælucida documenta univerſalem illuſtravit Eccleſiam, eam decorando virtutibus, & moribus informando, ad nos deferantur, diſcretioni tuæ &c.

VI. Celebris eſt ejuſdem *Urbani V Conſt.V*, 31 Auguſti 1368, *Tom. II pag.*259, eadem de re data. Hujus tenoris eſt: „ Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Toloſano, & dilectis filiis Cancellario Eccleſiæ Toloſanæ, univerſiſque Magiſtris, & Rectoribus, ceteriſque Clericis, & laicis, in Civitate, & Provincia Toloſana commorantibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Laudabilis Deus in Sanctis ſuis, in ſui majeſtate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo providentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura judicii, cæleſtia pariter, & terrena diſponit, etſi cunctos ejus miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores, illos tamen ut dignis digna rependat, potioribus attollit inſigniis dignitatum, & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit, & commendat intenſior excellentia meritorum. Sic & alma mater Eccleſia, ejus ſacra veſtigia inſequens, & exemplo ducta laudabili, licet univerſos in regnis cæleſtibus conſtitutos ſtudiis honorare ſolicite non deſiſtat; egregios tamen Doctores, per quorum prælucida, & ſalutaria documenta eadem Eccleſia illuſtratur, virtutibuſque, & moribus informatur, libenter, & ſolerter inſequitur, quæ ſunt Dei, præmiſſa debita meditatione, perluſtrans ad Divini nominis honorem, gloriam, & exaltationem Catholicæ Fidei, ſalutemque fidelium, rite cenſuit, mireque providit, eoſdem in univerſali Eccleſia honorificentiæ potioris impendiis attollendos. Sane, cum Sacrum, & Venerabile Corpus Beati Thomæ de Aquino, Ordinis Fratrum Prædicatorum, ſit de mandato noſtro ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum Toloſan. de proximo tranſferendum; Nos attendentes, quanta a Deo ſcientia dotatus Ordinem Fratrum Prædicatorum, ac univerſalem Eccleſiam illuſtravit, ac Beati Auguſtini veſtigia inſequens, Eccleſiam eandem doctrinis, & ſcientiis quam plurimis adornavit; volen-

„ teſque

Digitized by Google

„ teſqua propterea, idem corpus ſpeciali honorificentia attolli, univerſitatem veſtram requirimus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, vobis nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus dictum corpus, cum ad partes eaſdem transferetur, benigne, & honorifice ſuſcipientes, illudque devote, ac venerabiliter pertractantes, faciatis ab aliis, quantum in vobis eſt, cum debita honorificentia, ac devotione ſuſcipi, ac tractari. Volumus inſuper, &, tenore præſentium, vobis injungimus, ut dicti Beati Thomæ doctrinam tanquam benedictam, & Catbolicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flaſconem II Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

VII. Sancti Thomæ de Aquino „ ex cujus doctrina tota univerſalis illuminatur Eccleſia „ laudes celebrat *Nicolaus V Conſt.LXXIX*, data 20 Julii 1451 = Cum & plantare = *Tom.III pag.*199.

VIII. „ Etſi, inquit *Alexander VI Conſt.L*, data 29 Julii 1496 *Tom.IV pag.*122 „ cunctæ orbis Eccleſiæ ſub Sanctorum fundatæ vocabulis, ſunt pia fidelium devotione venerandæ, illas tamen, quæ in honorem S. Thomæ de Aquino dedicatæ noſcuntur, eo celebriori memoria convenit venerari, quo ipſe, quaſi lucerna præſulgens in univerſo, chriſtianum orbem illuſtrat, ac ſicut etiam inter cetera fulget Eccleſia, ita fidelium mentes, quos in cæleſti patria cupimus collocari, ejuſdem Sancti apud Altiſſimum adjutæ ſuffragiis, ac interceſſione illuminatæ, a terrenis tenebris ſubleventur, & a peccatorum noxiis liberatæ, præmia felicitatis æternæ conſequi mereantur.

IX. Ut igitur, inquit *Pius IV Conſt.XLII*, data 15 Aprilis 1564 = Salvatoris, & Domini = *Tom.V pag.*97 „ inſignis Academia Salmantina, quæ, ſicut accepimus, feſtivitatem Sancti Thomæ de Aquino in Eccleſia Conventus Sancti Stephani Salmantini, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quotannis celebrare conſuevit, ad tanti Doctoris, ex cujus Sacra Doctrina quanti fructus Eccleſiæ Dei pervenerint, & quotidie perveniunt, nullus eſt fera, qui neſciat, ſanctiſſimos mores imitandos, aſſequendam Doctrinam, & feſtum majori cum devotione celebrandum, quod ad Dei gloriam, & Eccleſiæ Catbolicæ bonum cedere, dubium non eſt, avidius accendantur, dictaque Eccleſia prædicti Conventus, ad quam, ſicut etiam accepimus, dilectus filius Petrus Fernandez, dicti Ordinis profeſſor ſingularem gerit devotionis affectum, in debita veneratione habeatur, ac congruis frequentetur honoribus, & Chriſtifidelium animarum ſaluti opportune conſulatur, ipſique Chriſtifideles eo magis ad Apoſtolicæ Sedis obedientiam retinendam, & devotionem, qua illam proſequuntur, conſervandam afficiantur, quo majora beneficia ab illa ſe recepiſſe cognovarint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, undeeunque exiſtentibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus, firmum confitendi propoſitum babentibus, qui dictam Eccleſiam in ſingulis S. Thomæ, & S. Stephani prædictorum feſtivitatibus proxime futuris, & deinde annis ſingulis, quando videlicet, & quotieſcunque in diem Dominicam, aut propter annum biſſextilem, ipſum Feſtum S. Thomæ in ſecundam feriam inciderit, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis, feſtivitatum hujuſmodi reſpective devote viſitaverint, & ibi pro pace S. Matris Eccleſiæ, & felici ſtatu Romani Pontificis, vel alias oraverint, quoties id fecerint, Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum, & delictorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & abſolutionem in forma jubilei ampliſſima, prout in illius anno Eccleſias Almæ Urbis, & extra illius muros, ad id pro tempore deputatas, viſitantibus concedi ſolet, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Quando vero S. Thomæ, & S. Stephani feſtivitates, in aliis diebus, quam in Dominica, & propter annum biſſextilem in ſecunda feria hujuſmodi evenerint, tunc eis, qui dictam Eccleſiam in eiſdem feſtivitatibus a primis veſperis, uſque ad occaſum ſolis, feſtivitatum earundem ſimiliter viſitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, quoties id fecerint, toties pro quolibet die Feſtorum eorundem, quadraginta annos, & totidem quadragenas, de injunctis ſibi pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Præterea, ut ipſi Chriſtifideles Indulgentiarum hujuſmodi, Deo propitio, facilius efficiantur participes, eis, & eorum ſingulis, qui in ſingulis feſtivitatibus die Dominica contingentibus hujuſmodi, Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere voluerint, & non alias, ut quoſcunque ſibi beneviſos Presbyteros ſeculares, vel dicti, aut quorundam aliorum, Ordinis Regulares idoneos, per Ordinarium approbandos, in ſuos poſſint eligere confeſſores, qui, confeſſionibus ſuis diligenter auditis, ipſos, & eorum ſingulos ab omnibus excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, a jure, vel ab homine latis, ſine præjudicio tertii, necnon ab eorum omnibus, & ſingulis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta contentis, eadem auctoritate abſolvere, eiſque pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, necnon vota quæcunque, ultramarino, viſitationis liminum ipſorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, de Urbe, & S. Jacobi in Compoſtella, necnon caſtitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, valeant, plenam, & liberam facultatem ſimiliter concedimus, præſentibus, quas ſub quibuſvis illarum, aut ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, & gratiarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, moderationibus, derogationibus, reſtrictionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus; etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, vel dictam Sedem, etiam in favorem Fabricæ Principis Apoſtolorum de dicta Urbe, Cruciatæ Sanctæ, vel expeditionis contra Infideles, & quibuſvis aliis cauſis, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, vel aliorum inſtantiam, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clanſulis, & decretis, quomodolibet canonice, & de facto, nunc, & pro tempore emanatis, nullatenus unquam comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas, fore, & cenſeri, ipſiſque Chriſtifidelibus ſuffragari, decernimus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus

antem, quod ſi fidelibus Eccleſiam S. Stephani prædictam viſitantibus, aliqua alia Indulgentia ibi per Nos conceſſa fuerit, præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo quarto, decimo ſeptimo Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

X. „ Mirabilis Deus, inquit *S. Pius V Conſtitut. XXXVIII*, data 11 Aprilis 1567 *Tom. V pag.* 155, in Sanctis ſuis qui ſe daturum illos in laudem, & gloriam & honorem Prophetæ ore promiſit, ut quos, ſicut Sol in conſpectu ſuo fulgentes, ob merita ſanctitatis coronat in Cælo, admirabiliter, etiam honoraret in ſeculo, & in eo, quod illis tribui jubet laudis, & venerationis officio, debitum quoque Majeſtati ſuæ honorem, & gloriam agnoſceret. Quorum non modo vitam, ſed mortem, ſepulcra, monumenta, reliquias, & imagines ad Catholicæ fidei confirmationem, & ad confuſionem hæreticæ pravitatis, ut felicius etiam, quam in præſenti vita, doceret vivere mortuos, qui in Domino moriuntur, ſæpiſſime dignatus eſt decorare, & illuſtrare miraculis. Ex quo Sanctorum laudabili numero, qui Catholicam veritatem corde, opere, & ore roborarunt, Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino, Ordinis Fratrum Prædicatorum, in Cælum aſſumpti multis ante annis, Doctrina orbi terrarum, & Divinis, & propriis eſt comprobata teſtimoniis, nam, & miraculorum ſignis, quibus Servi ſui Thomæ perpetua veræ pietatis opera nobilitare voluit inexhauſta Dei benignitas, & certiſſima Chriſtianæ Regula doctrinæ, qua S. Doctor Apoſtolicam Eccleſiam, infinitis confutatis hæreſibus, illuſtravit, adductus felicis recordationis Johannes XXII, Prædeceſſor noſter, illo in Sanctorum numerum relato, ejus diem feſtum Nonis Martii, quo die nunc etiam colitur, anniverſario honore, celebrari juſſit. Sed quoniam Omnipotentis Dei providentia factum eſt, ut Angelici Doctoris vi, & veritate Doctrinæ, ex eo tempore, quo cæleſtibus civibus aſcriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ ſunt, hæreſes confuſæ & convictæ diſſiparentur, quod & antea ſæpe, & liquido nuper in Sacris Concilii Tridentini Decretis apparuit, ejuſdem memoriam, cujus meritis orbis terrarum, a peſtiferis quotidie erroribus, liberatur, majore etiam, quam antea grati, & pii animi affectu colendam ſtatuimus. Quod officium noſtrum, præter beneficia, ex illius ſalutari diſciplina in dies magis profecta in Sacroſanctæ Eccleſiæ filios, ad quorum paſtoralem, paternamque curam Dei benignitati humilitatem noſtram placuit evocare, poſtulat etiam aliqua ex parte ejuſdem Ordinis Prædicatorum communio, & ſocietas, unde, licet imparibus meritis, Nos etiam tanquam ex fonte profluximus. Itaque primum, ut in Civitate, & Regno Neapolitano, quod in eam Provinciam, quæ ad ſalutarem omnium gentium inſtitutionem, ex nobiliſſima familia Aquinate, clariſſimum hoc edidit Eccleſiæ Dei lumen, tantum inde laudis, decoriſque, Divina bonitas redundare voluerit, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, atque unanimi aſſenſu, ipſa die Nonarum Martii, qua præſtantiſſimus Doctor migravit in Cælum, poſthac ſemper univerſi utriuſque ſexus, ab omnibus veſtitis, ac ſervilibus operibus, laboribuſque abſtinentes, Feſtum Divi Thomæ ſolemniter ſub duplici majori officio, ſicut ceteras ejus generis ſolemnes feſtivitates, quæ de ipſius Eccleſiæ præcepto ſervantur, in aliis autem Orbis terræ partibus quemadmodum Sanctorum quatuor Eccleſiæ Doctorum Feſtivitates piæ memoriæ Bonifatii PP. VIII, etiam Prædeceſſoris noſtri, præcepto celebrantur: ſic eundem feſtum diem S. Thomæ in perpetuum poſthac omnes item utriuſque ſexus Chriſtifideles celebrent, & venerentur, Apoſtolica auctoritate, ſtatuimus, ac ſancimus; ut vero etiam memoriæ S. Doctoris majori ſtudio, ac pietate, cultus, & veneratio adhibeatur, de Omnipotentis Dei, ac BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in ipſo S. Thomæ Feſtivitatis die, Sacellum, vel Altare in Eccleſia S. Dominici Neapolitan. ſitum, in quo ſcriptoris Angelici Doctrina Salvatoris Crucifixi ore, ſicuti pia teſtatur hiſtoria, mirabiliter probata fuit, a primis ejus diei veſperis uſque ad occaſum ſolis, devote viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. In ceteris autem orbis terræ partibus, iis, qui eundem Feſtum diem, ut præfertur, ſolemniter celebraverint, & ad Eccleſiam, quæ apud eos fuerit, vel Sacellum, aut Altare ſub ejuſdem S. Thomæ invocatione, pie, ac devote acceſſerint, quoties id fecerint, toties centum dies de injuncta ipſis pœnitentia, per præſentes literas, in perpetuum valituras, quas ſub aliis cujuſcunque generis Indulgentiarum conceſſionibus, & illarum revocationibus nullo modo comprehendi volumus, miſericorditer in Domino relaxamus: & quia difficile eſſet, has ipſas literas ad ſingula orbis terrarum loca pervenire, volumus, & auctoritate Apoſtolica, decernimus, ut earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati munitis, ubique locorum, & gentium in judicio, & extra, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ iis ipſis, ſi exhibitæ eſſent, jure ab omnibus exhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, voluntatis, relaxationis, ſtatuti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Nota quod iſti Diplomati ſubſcripſerunt Cardinales omnes *Romæ* degentes.

XI. „ Attendentes, inquit *S. Pius V Conſt. XCIII*, data 29 Julii 1570 = In eminenti = *Tom. V pag.* 245: D. Thomæ, qui Theologiæ, & Ordinis Prædicatorum profeſſor fuit, Doctrinam Theologicam ab Eccleſia Catholica receptam aliis magis tutam, & ſecuram exiſtere, ad Præbendam Theologalem hujuſmodi in dicta Baſilica (*S. Petri*) alicui alteri, quam Magiſtris Sacri Palatii Apoſtolici, qui doctrinam prædictam profitentur, quique ex Ordine Prædicatorum hujuſmodi ſemper eligi ſolent, ſecurius, & commodius conferri, & aſſignari non poſſit; Idcirco Baſilicæ prædictæ, illiuſque perſonis, percommodius, valdeque utile, & neceſſarium eſſe cenſentes, ut unam Theologalem Præbendam in dicta Baſilica inſtituamus, illamque officio Magiſtri Palatii hujuſmodi aſcribamus, quo facilius Magiſter dicti Palatii pro tempore exiſtens perſonis Baſilicæ, & Palatii hujuſmodi doctrina, & opera ſua, ac ſacrarum Literarum, & Doctrinæ ejuſdem D. Thomæ interpretatione, & lectura prodeſſe, ac onera

officii

Google

,, officii hujuſmodi, ſibi pro tempore incumbentia,
,, facilius perferre, commodiuſque ſuſtentari poſſit.

XII. *S. Pius V Conſtitut.XCIX*, data 14 Novembris 1570 = Cum dilecti = *Tom.V pag.*153 Romanam editionem Operum S. Thomæ *ad Chriſtianæ Religionis augmentum, & utilitatem*, probat, ac ceteras ad iſtius exemplar componendas jubet.

XIII. Sixtus V Conſtitut.XI, data 1 Junii 1586 = Salvator = Tom.V pag.448, Barchinonenſem Confraternitatem Studentium ſub invocatione S. Thomæ privilegiis ornans, Indulgentias concedit illis, qui *Concluſionibus, aut Diſputationibus Theologalibus dictæ Confraternitatis interfuerint*.

XIV. *Sixtus V Conſt.XX*, data 14 Martii 1588 = Triumphantis = *Tom.V pag.*457 egregiis laudibus ornat doctrinam *SS. Thomæ Aquinatis*, & *Bonaventuræ*: Sic enim de ipſis loquitur: ,, Cum Grego-
,, rius X Summus Pontifex, ob graviſſimas Chriſtia-
,, næ Reipublicæ cauſas, Concilium Generale Lug-
,, dunum indixiſſet, viroſque Sanctitate, Doctrina,
,, Sapientia, præſtantes perquireret, quorum forti,
,, & fideli opera ad rei maximæ tractationem, atque
,, explicationem uteretur, duo in primis clariſſima
,, illius ætatis lumina, e duobus florentiſſimis Ordini-
,, bus Prædicatorum, & Minorum delegit Sanctos
,, Thomam, & Bonaventuram, quos ad ſe ire juſſit
,, ... Divino.... illius munere, qui ſolus dat
,, ſpiritum Scientiæ, Sapientiæ, & Intellectus, qui-
,, que Eccleſiam ſuam per Seculorum ætates, prout
,, opus eſt, novis beneficiis auget, novis præſidiis
,, inſtruit, inventa eſt a majoribus noſtris ſapientiſſi-
,, mis Viris Theologia Scholaſtica, quam duo potiſſi-
,, mum Glorioſi Doctores Angelicus S. Thomas, & Se-
,, raphicus S. Bonaventura, clariſſimi hujus facul-
,, tatis profeſſores, & primi inter eos, qui in Sancto-
,, rum numerum relati ſunt, excellenti ingenio, aſſi-
,, duo ſtudio, magnis laboribus, & vigiliis exco-
,, luerunt, atque ornarunt, eamque optime diſ-
,, poſitam, multiſque modis præclare explicatam,
,, poſteris tradiderunt, & hujus quidem tam ſalutaris
,, ſcientiæ cognitio, & exercitatio, quæ ab uberri-
,, mis Divinarum Literarum, Summorum Pontifi-
,, cum, Sanctorum Patrum, & Conciliorum fontibus
,, dimanat, ſemper certe maximum Eccleſiæ adjumen-
,, tum afferre potuit, ſive ad Scripturas ipſas, vere
,, & ſane intelligendas, & interpretandas, ſive ad Pa-
,, tres ſecurius, & utilius perlegendos, & explican-
,, dos, ſive ad varios errores, & hæreſes detegendas,
,, & refellendas. His vero noviſſimis diebus, quibus
,, jam advenerunt tempora illa pericula ab Apoſto-
,, lo deſcripta, & homines blaſphemi, ſuperbi, ſe-
,, ductores, proficientes in pejus, errantes, & alios
,, in errorem mittentes, ſane Catholicæ Fidei dogma-
,, tibus confirmandis, & hæreſibus confutandis perne-
,, ceſſaria eſt. Profecto rem ita ſe habere ipſimet ve-
,, ritatis inimici ſunt judices, quibus Theologia Scho-
,, laſtica maxime eſt formidoloſa, qui profecto intel-
,, ligunt, apta illa, & inter ſe nexa rerum, & cau-
,, ſarum cohærentia, illo ordine, & diſpoſitione,
,, tanquam militum in pugnando inſtructione, illis
,, dilucidis definitionibus, & diſtinctionibus, illa ar-
,, gumentorum firmitate, & acutiſſimis diſputationi-
,, bus, lucem a tenebris, verum a falſo diſtingui, eo-
,, rumque mendacia, multis præſtigiis, & fallaciis
,, involuta, tanquam veſte detracta, pateſieri, & de-
,, nudari. Quanto igitur magis illi hanc munitiſſi-
,, mam Scholaſticæ Theologiæ arcem oppugnare, &
,, evertere conantur, tanto magis Nos decet hoc in-
,, junctum Fidei propugnaculum defendere, & hæ-
,, reditatem Patrum noſtrorum conſervare, & tueri,
,, & acerrimos veritatis defenſores meritis honori-
,, bus, quantum poſſumus decorare...... ſane ad id
,, quoque non mediocriter excitati ſumus exemplo
,, ſanctæ memoriæ Pii Papæ V Prædeceſſoris noſtri,
,, de Chriſtiana Republica optime meriti, & quem,
,, ut parentem adhuc reveremur, & colimus. Is enim
,, religioſa pietate, & ſingulari devotione permotus,
,, afficiebatur erga Sanctum Thomam de Aquino Or-
,, dinis ſui decus, & Eccleſiæ Catholicæ ornamentum,
,, cupiens eodem modo eundem Sanctum ob ejus præ-
,, ſtantiſſima in Catholicam Eccleſiam merita congruis
,, honoribus exornare, præter alia hoc juſſit, atque
,, decrevit, ut illius feſtus dies quotannis duplicis
,, Officii ritu ad inſtar Sanctorum quatuor Eccleſiæ
,, Doctorum perpetuo celebraretur, quod & S. Bo-
,, naventuræ Doctori eximio tribui debere, æquum
,, profecto exiſtimamus, cum tam multa inter eos vir-
,, tutis, ſanctitatis, doctrinæ, meritorum conjun-
,, ctio, & ſimilitudo intercedat. Hi enim ſunt duæ
,, olivæ, & duo candelabra in domo Dei lucentia,
,, qui & caritatis pinguedine, & ſcientiæ luce totam
,, Eccleſiam colluſtrant. Hi ſingulari Dei providen-
,, tia eodem tempore tanquam duæ Stellæ exorientes
,, ex duabus clariſſimis Regularium Ordinum Fami-
,, liis prodierunt, quæ Sanctæ Eccleſiæ ad Catholi-
,, cam Religionem propugnandam maxime utiles, &
,, ad omnes labores, & pericula pro orthodoxa fide
,, ſubeunda paratæ ſemper exiſtunt, ex quibus tan-
,, quam ex fertili, & bene culto ſolo quotidie per Dei
,, gratiam fœcundæ, & fructuoſæ plantæ procrean-
,, tur, hoc eſt Viri Doctrina, & Sanctitate, præſtan-
,, tes, qui Petri naviculæ tot fluctibus agitatæ, &
,, Romano Pontifici, ejus clavum non ſine magna
,, ſolicitudine tenenti, fortem, & fidelem operam
,, navant. Hi duo Sancti cum eſſent coævi, iiſdem-
,, que ſtudiis dediti, Condiſcipuli, ſimul Magiſtri,
,, pari ratione a Gregorio Decimo Summo Pontifice,
,, cum ambo ad Concilium evocarentur, honorati,
,, & in hujus vitæ peregrinatione fraterna caritate,
,, ſpirituali familiaritate, ſanctorum laborum ſocie-
,, tate valde conjuncti fuerunt, & denique pari greſſu
,, ad Cæleſtem Patriam commigrantes pariter felices,
,, & glorioſi, illa ſempiterna Beatitudine perfruuntur,
,, ubi eodem caritatis affectu, ut pie credimus, pro
,, Nobis in hac lacrymarum valle laborantibus orant,
,, divinamque opem implorant, ut merito idem Six-
,, tus IV hos duos Sanctos perſimiles, & quaſi gemi-
,, nos in Chriſto Fratres agnoſcens, ſtatuerit S. Bo-
,, naventuram conſimili venerationis, & honoris præ-
,, rogativa, atque S. Thomas, decorandum eſſe.

XV. Regni Neapolitani Proregi ſcribens *Clemens VIII Conſtit.CVIII*, data 22 Novembris 1603 = Quantum prodeſſe = *Tom.V pag.*610., ,, Quan-
,, tum, inquit, prodeſſe poſſint, qui præſunt aliis
,, vitæ integritate, & pietate, licet id ex tua nobili-
,, tate conjicere, quippe omnes animi conatus ad Dei
,, gloriam, atque publicam utilitatem cum tu dirigas,
,, tacita tui æmulatione populos ad eos imitandos,
,, atque ad eorum normam, vitam moreſque forman-
,, dos inflammas. Erat quidem antea multo optan-
,, dum, ut Civitas iſta, pietati in primis dedita, no-
,, vum Patronum ad reliquos, quos habet, adden-
,, dum curaret, Thomam Aquinatem, cujus divino
,, eloquio, & cæleſti doctrina, miraculiſque, illa
,, quidem illuſtris, merito apud remotiſſimas Natio-
,, nes, ſumma Chriſtiani nominis cum laude, atque
,, Eccleſiæ utilitate, celebratur: Verum id tuæ de-
,, bebatur virtuti, ut ſanctum conſilium, etſi accep-

,, tum Deo referre oporteat, a quo quicquid boni
,, agimus, ac cogitamus, proficiſcitur, ex quo no-
,, ſtra omnis ſufficientia emanat, tuum tamen in eo
,, etiam ſtudium laudaretur, quo factum eſt, ut mul-
,, torum ſopita pene pietas, te procurante, excitetur,
,, atque in oculis omnium, immo in Dei conſpectu,
,, appareat altior a terra, atque eximior, & Nos ſo-
,, lemus, ut decet, ſemper favere ſupplicationibus,
,, ſed huic certe ardentiori quadam voluntate annui-
,, mus, quod & Nos ipſi Angelico huic Doctori, &
,, noſtro, & totius Chriſtianæ Eccleſiæ nomine plu-
,, rimum debemus, & tua in eum extat pietas ſingu-
,, laris. Hoc igitur Patrono una cum aliis utatur Ci-
,, vitas, hunc in rebus ad uſum vitæ, ad ſalutem ani-
,, marum neceſſariis fautorem, atque adjutorem im-
,, ploret, noſtrique ſaltem, & tui, qui id ipſum
,, optas tantopere, publiciſque, & privatis precibus
,, teneat memoriam, colatque beneficii accepti recor-
,, datione perpetua. Firmum hoc, quod Nos aucto-
,, ritate Apoſtolica, & benedictione noſtra habemus,
,, firmius faciat Deus ſua gratia, & benedictione ſan-
,, ctiſſima. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die XXII Novembris MDCIII, Pontifi-
,, catus noſtri Anno Duodecimo.

XVI. Deputatos autem Regni Neapolitani ſic al-
loquitur idem *Clemens VIII Conſt.CIX*, data 22 No-
vembris 1603 = In quo Nos = *Tom.V pag.611*: ,, In
,, quo Nos, paſtoralis officii noſtri cura excitati, ela-
,, boramus tantopere, ut hominum cogitationes om-
,, nes ad cultum Divinum, atque ad Sanctorum ve-
,, nerationem intendantur, in id vos ſponte ferri cum
,, videamus, inenarrabili certe lætitia in Domino
,, exultamus. Gratia Dei facitis, id quod facitis, &
,, gratia Dei in vobis vacua non eſt, cum donis cæle-
,, ſtibus cumulati gratos vos exhibetis, memoreſque
,, beneficiorum, aucta in Deum pietate, atque in San-
,, ctos ejus reverentia. Quarum quidem cogitatio-
,, num, ut Auctorem verum Deum maxime oportet
,, agnoſcere, ita etiam affirmandum eas ipſas piis pre-
,, cibus eorum, in quorum tutela Civitas iſta eſt
,, adſcita, Divinæ Majeſtati acceptas eſſe magis.
,, Proinde pie, prudenterque cogitatis de novo Ci-
,, vitati Patrono adſciſcendo Cive veſtro, divinæ vo-
,, luntatis Angelico Interprete, vitæ ſanctitate, &
,, miraculis claro, Thoma Aquinate, cujus doctrinæ
,, tantum fuit tributum, ut chriſtianæ eruditionis ſuæ
,, divinum etiam illud habeat teſtimonium: Bene de
,, me, Thoma, ſcripſiſti: tali vos, tantoque depre-
,, catore, quia jure arbitramini divinos theſauros
,, facilius vobis poſſe patere, ſuppliciterque, ac de-
,, miſſe rogatis, ut ad reliquos Patronos iſtius Civi-
,, tatis, is quoque adjungatur; Nos, auctoritate no-
,, ſtra Apoſtolica, pium, ſanctumque iſtud veſtrum,
,, conſilium probamus, vobiſque, ut id liceat, conce-
,, dimus, quod ſi quid, & preces noſtræ valent, pro
,, vobis etiam humillime ſupplicamus, vobis idem,
,, ut præſto ſit, veſtraſque orationes, pio e corde
,, profectas, porrigat Divinæ Majeſtati, curetque,
,, ut vobis ſint eædem ſalutares: Unum id monemus,
,, Civitatem iſtam, tanquam novo ſponſo e Cælo ve-
,, nienti occurrere oportere, circundatam monilibus,
,, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, ut ille veſtimento-
,, rum, hoc eſt bonorum operum, odore ſuaviſſimo
,, captus, caritatis vinculo ſponſæ adhæreat arctiore.
,, Ratum id habeat, qui bonis omnibus propitius eſt
,, Deus, & quam Nos ad augendam pietatem veſtram
,, vobis nunc benedictionem noſtram impartimur, ſua
,, idem ſanctiſſima gratia proſequatur cumulatiſſime.
,, Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris
,, die XXII Novembris MDCIII, Pontificatus noſtri
,, Anno Duodecimo.

XVII. Eiſdem etiam Deputatis ſic ſcribit *Cle-
mens VIII Conſt.CX*, = Sicut Angeli = *Tom.V.
pag.612*: ,, Sicut Angeli in miniſterium miſſi propter
,, eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ineffabili Dei
,, providentia, non modo ſingulorum hominum cu-
,, ram gerunt, verum etiam ipſis Urbibus, & Provin-
,, ciis præſident, ita Sancti cum Chriſto regnantes,
,, qui vitam meruerunt Angelorum, non ſolum pri-
,, vatos quoſque homines ſuis orationibus adjuvant,
,, ſed publicas civitates, & regna, continua prote-
,, ctione, defendunt. Sunt enim communes generis
,, humani cuſtodes, & legati apud Deum potentiſſimi,
,, ſunt cunei inexpugnabiles, & noſtræ ſalutis Præ-
,, ſules, qui ſecretorum conſcii Divinorum familia-
,, rius Clementiam Dei pro noſtris exorant laboribus,
,, & nequiſſimi Dæmonis inſidias, ac conatus ab om-
,, nibus, divina virtute, depellunt. Verum quo plures
,, numero, ac meritis præſtantiores ſunt, qui pro ſa-
,, lute hominum in cæleſtibus Regnis apud Deum in-
,, tercedunt, eo homines ipſi deſiderata bona facilius
,, impetrant, & impetratis diutius perfruuntur. Cum
,, igitur in iſto nobili Regno plurimi olim ſanctitate,
,, miraculis, & doctrina inſignes, viri claruerint,
,, qui univerſam Eccleſiam Dei, ſuarum virtutum
,, ſplendore, illuſtrarunt, inter hos autem Sancti illi
,, Aſprenus, Januarius, Agrippinus, Severus, Atha-
,, naſius, aliique complures tum Epiſcopi, tum Ab-
,, bates, præcipue floruerint, quos merito hæc ve-
,, ſtra Civitas certos ſibi patronos adoptavit; Cum-
,, que, ſuperiorum temporum memoria, S. Thomas
,, Ordinis Prædicatorum Doctor Angelicus ex anti-
,, qua, & Nobili Comitum de Aquino Familia oriun-
,, dus, ſimiliter in eodem Regno tum ſanctitatis, ac
,, miraculorum gratia, tum doctrinæ laude clarus
,, extiterit, laudabili conſilio eadem Civitas illum
,, ceteris Patronis ſuis adjungendum ſtatuit. Hic
,, ſiquidem honor ejus virtutibus, cum admirabili do-
,, ctrina conjunctis, jure optimo debetur. Ac doctri-
,, næ quidem teſtis eſt ingens librorum numerus,
,, quos ille breviſſimo tempore in omni fere diſcipli-
,, narum genere, ſingulari ordine, ac mira perſpi-
,, cuitate, ſine ullo prorſus errore, conſcripſit, in
,, quibus conſcribendis interdum Sanctos Apoſtolos
,, Petrum, & Paulum colloquentes, locoſque illi
,, quoſdam, Dei juſſu, enarrantes habuit, & quos
,, deinde conſcriptos expreſſa Chriſti Domini voce
,, comprobatos audivit. Cum autem illi nunc pecu-
,, liare ejuſdem veſtræ civitatis Patroni nomen acce-
,, dat, ſperandum eſt fore, ut ratione perfectæ cari-
,, tatis, qua Deo propinquior eſt, & patrocinii ad
,, quod eligitur, vobis magis proficiat precibus,
,, quod ejuſdem antedicta doctrina, eximiæ virtutes,
,, & ſumma præſertim, qua ſemper excelluit, humi-
,, litas, hunc ipſum honorem poſtulaſſe videntur.
,, Quapropter cum ille tam religioſe, ac demiſſe ſem-
,, per de ſe ipſo exiſtimaverit, ut inter cetera oblatum
,, a felicis recordationis Clemente IV, Romano Pon-
,, tifice, Prædeceſſore noſtro, Civitatis veſtræ Ar-
,, chiepiſcopatum inſigni cum modeſtia recuſaverit,
,, merito Deus hoc tempore vobis in animum induxit,
,, ut eum, qui cum in terris eſſet, vobis, ob ſum-
,, mam humilitatem, præeſſe noluit, nunc cum in cæ-
,, lis eſt, propter ejuſdem ſanctitatem in numerum
,, veſtrorum Patronorum adſciſcatis. Qua quidem in
,, re Nos, pietatem, & conſilium veſtrum plurimum
,, in Domino commendantes, electionem a vobis fa-
,, ctam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium,
,, appro-

Google

„ approbamus ; illique noſtræ , & Apoſtolicæ confir-
„ mationis robur adjicimus , & , ut in poſterum idem
„ Sanctus Thomas inter ceteros Civitatis veſtræ Pa-
„ tronos connumeretur , utque etiam ab univerſo Cle-
„ ro ſeculari , & regulari utriuſque ſexus , cujuſvis
„ Ordinis , ejuſdem Civitatis, officium de ipſo San-
„ cto Thoma tanqnam de Patrono , publice , & pri-
„ vatim recitari debeat , perpetuo , ſtatuimus , ac
„ præcipimus , & mandamus , ſicque ab ipſis , & aliis,
„ ad quos ſpectat , obſervari debere , irritumque , &
„ inane quicquid ſecus ſuper his, a qnoquam , qua-
„ via auctoritate , ſcienter , vel ignoranter , contige-
„ rit attentari , decernimus . Quo circa Deum , bono-
„ rum omnium auctorem , & parentem , vobis omni-
„ bus precamur , ut meritis quoque ac precibus hujus
„ veſtri novi Protectoris omnes humani generis hoſtis
„ inſidias a vobis longe repellat , civitatem in pace
„ cuſtodiat , & univerſum Regnum cæleſti benedi-
„ ctione tueatur .

XVIII. „ Splendidiſſimi , inquit *Paulus V Conſti-
tut. XXVIII*, data 17 Decembris 1607 *Tom.V pag.657* ,
„ Catholicæ Fidei Athletæ Beati Thomæ Aquinatis ,
„ cujus ſcriptorum Clypeo militans Eccleſia Hære-
„ ticorum tela feliciter eludit , honores , & veneratio-
„ nem , in dies , magis , magiſque , augeri , pluri-
„ mum in Domino gaudemus , & iis , quæ ad illius
„ honorem devote ſancita ſunt , ut firma , & illibata
„ permaneant , libenter Apoſtolicæ firmitatis robur
„ adjicimus . Alias ſiquidem , póſtqnam dilecti filii
„ Deputati , & Electi Civitatis Neapolitan. præter
„ Sanctos Januarium, Athanaſium , Aſprenum, Agrip-
„ pinum , Severum , Euſebium , & Anellum , dictæ
„ Civitatis certos Patronos , etiam S. Thomam Ordinis
„ Fratrum Prædicatorum , Doctorem Angelicum , e
„ nobili Comitum de Aquino ſamilia oriundum, cujus
„ natalibus prædicta Civitas originem dedit , quique
„ in Nobili Regno Neapolitano , eum ſanctitatis , &
„ miraculorum gratia , tum doctrinæ laude clarus ex-
„ titit , dictis Sanctis Patronis laudabili conſilio ad-
„ jungendum duxiſſent . &c.

XIX. Paulus V Conſt.LXXXI , data 20 Octo-
bris 1614 = Cum , ſieut = Tom.V. pag.699 aſſerit
qnod S. Thomas eſt *Eccleſiæ Catholicæ Defenſor* , *ac
Hæreticorum expugnator*.

XX. Alexander VII Conſt.XXIII , data 7 Augu-
ſti 1660 Tom.VI pag.196 Lovanienſes laudat quod
SS: Auguſtini , & Thomæ Aquinatis , præclariſſimo-
rum Eccleſiæ Catholicæ Doctorum , *inconcuſſa* , *tutiſ-
ſimaque dogmata* ſequi velint . Hujus tenoris eſt ;
„ Dilectis filiis , Decano , & aliis Theologicæ Facul-
„ tatis , Magiſtris , Regentibus Lovanien. Alexander
„ Papa VII . Dilecti filii , Salutem , & Apoſtolicam
„ Benedictionem . Literas veſtras die XX Martii datas
„ accepimus , & in eo ſane , quod quinque Propoſi-
„ tiones illas , tam in felicis recordationis Innocentii X
„ Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione , quam in alia
„ noſtra poſtea damnatas , tantopere deteſtamini , ut
„ neminem admittere ad gradus Academicos velitis ,
„ niſi prius religioſam obſervantiam prædictarum
„ Conſtitutionum promittat , & juret , obedientiam ,
„ & zelum veſtrum unice commendamus , atque adeo
„ ſperamus , vos nedum id egregie perſancteqne im-
„ pleturos , verum etiam omnibus aliis in hanc San-
„ ctam Sedem obſervantiæ , & obedientiæ documentis
„ effecturos , nt omni rerum præteritarum ex homi-
„ num animis evulſa , & penitus abolita memoria , pri-
„ ſtinum decus extimationi , & laudi antiquæ veſtræ
„ reſtituatur . Ad hanc igitur ſalutaris obſequii glo-
„ riam , vere , conſtanter que promerendam , quam-
„ vis , ut credimus , eximie currentes , vos , dilecti
„ Filii , etiam atque etiam , quantum poſſumus , hor-
„ tamur in Domino . De reliquo non dubitamus , quin
„ vos præ ſingulari Scientiæ , pietatiſque , ſtudio ,
„ ſanam , & incorruptam , qualem tot Apoſtolicæ Se-
„ dis Declarationes , & SS. Patrum Traditiones requi-
„ runt , doctrinam ſemper amplexuri , & adverſus
„ Orthodoxæ Religionis hoſtes defenſuri ſitis , nec
„ non præclariſſimorum Eccleſiæ Catholicæ Docto-
„ rum Auguſtini , & Thomæ Aquinatis , inconcuſſa ,
„ tutiſſimaque Dogmata , ſequi ſemper , ut aſſeritis ,
„ ac impenſe revereri velitis ; quorum profecto San-
„ ctiſſimorum Virorum , penes Catholicos univerſos ,
„ ingentia , & omnem laudem ſupergreſſa , nomina ,
„ novi præconii commendatione plane non egent .
„ Porro bonorum omnium largitorem Deum oramus ,
„ ut vobis , dilecti filii , cum pacis divina tandem
„ clementia reſtitutæ proſperitate , cæleſtis gratiæ
„ munera tueri , & augere quotidie , pro ſua miſeri-
„ cordia velit : ad quod feliciter conſequendum ,
„ Apoſtolicam Benedictionem vobis peramanter im-
„ pertimur . Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
„ ſub annulo Piſcatoris , die VII Auguſti MDCLX ,
„ Pontificatus noſtri Anno Sexto .

XXI. Quitenſem Univerſitatem in Ordinis Fra-
trum Prædicatorum Cœnobio conſtituens *Innocen-
tius XI Conſt.XVI* , data 23 Julii 1681 *Tom.VI pag.359*.
Doctrinam S Thomæ commendat , ipſam *doctrinam
Sanam* vocans his verbis : „ Paſtoralis Officii , quo
„ Catholicæ Eccleſiæ per univerſum terrarum orbem
„ diffuſæ regimini , Divina diſpoſitione , præſidemus ,
„ cura animam noſtram ſolicitat , ut pia Religio-
„ ſorum Virorum , propriæ , alienæque ſaluti operam
„ dantium , ſtudia , ad Chriſtifidelium , præſertim
„ in longinquis Regionibus degentium , in Doctrina
„ ſana , inſtitutionem , atque eruditionem , laudabi-
„ liter tendentia , peculiaribus favoribus , & gratiis ,
„ quantum Nobis ex alto conceditur , adjuvemus „ .
Ibidem ejuſdem S. Thomæ Aquinatis doctrina : „ San-
„ ctorum Patrum traditionibus , & Univerſalis Eccle-
„ ſiæ Decretis conformis aſſeritur .

XXII. Idem *Innocentius XI Conſt.XVII* , data 7 Au-
guſti 1681 *Tom.VI pag.360* Manilanam Univerſitatem
S. Thomæ Aquinatis conſtituit ad Catholicæ Fidei , di-
vinique cultus propagationem , & incrementum , &
ad Eccleſiæ decus , & præſidium . Sic enim loquitur :
„ Inſcrutabili Divinæ Sapientiæ , atque bonitatis ar-
„ cano ad Eccleſiæ Catholicæ per univerſum terra-
„ rum orbem diffuſæ regimen , meritis licet impari-
„ bus , evecti , Sacrarum , eiſque ancillantium bonarum
„ literarum , ſtudia , per quæ , depulſa ignorantiæ
„ caligine , mentes veritatis luce illuſtrentur , & non
„ minus Catholicæ Fidei , divinique cultus propaga-
„ tioni , & incremento , quam juſtitiæ adminiſtratio-
„ ni , aliiſque Reipublicæ commodis , & ornamentis ,
„ privatorumque utilitatibus conſulitur , ubique lo-
„ corum , ac præſertim in remotiſſimis ab hac Sancta
„ Sede partibus , quantum Nobis ex alto conceditur ,
„ promovere , ac incitare , & confovere ſtudemus ,
„ ſicut , omnibus matura conſideratione perpenſis , ad
„ Omnipotentis Dei gloriam , Eccleſiæque decus , &
„ præſidium , ac ſpiritualem , temporalemque Chri-
„ ſti fidelium utilitatem cognoſcimus in Domino ſa-
„ lubriter expedire &c.

XXIII. Innocentius XI Conſt.XXVIII , data 11 Apri-
lis 1686 = Exponi Nobis = *Tom.VI pag.369* , Doctri-
nam S. Thomæ commendat , & ejuſdem S. Doctoris
Univerſitates S. Fidei , & Quiten. privilegiis ornat.

XXIV. Innocentius XII Apoſtolico Brevi ,
die

Google

die VI Februarii MDCXCIV ſcripto Theologicæ Facultati Lovanienſi, Doctrinam SS. Auguſtini, & Thomæ Aquinatis commendat bia aureia verbis: „ Apo-
„ ſtolica vos primum auctoritate monemus, ut, ſub-
„ latis contentionibus, ſapientiæ, quæ deſurſum at-
„ que pacifica eſt, vacetis, profitentes, ſicut aſſe-
„ ritis, doctrinam præclariſſimorum Doctorum Au-
„ guſtini, & Thomæ: quorum ille tantæ ſcientiæ fuit,
„ ut inter Magiſtros optimos, etiam a noſtris Præde-
„ ceſſoribus, haberetur, & cujus doctrinam, ſecun-
„ dum eorundem Prædeceſſorum ſtatuta, Romana ſe-
„ quitur, & ſervat Eccleſia: Alter vero mira erudi-
„ tione eandem Dei Eccleſiam clarificat, & ſancta
„ operatione fœcundat. Hos dum Univerſitas veſtra
„ Doctrinæ Duces ſecuta fuerit, ſecure pugnabit con-
„ tra boſtes Ortbodoxæ Fidei, in Eccleſiæ gloriam,
„ & ædificationem, excitabitque in dies hanc Apoſto-
„ licam Sedem, ut cumulatius ei præſtet paternæ cari-
„ tatis officia „. Vide *Tom.VII pag.498*.

XXV. *Clemens XI Conſt.XVIII*, data 28 Jannarii 1704 *Tom.VI pag.449*, librum Launoii damnans, Doctrinam S.P. Auguſtini, quam, S. Thoma Duce, Pradicatorum familia ſectatur, commendat his verbis: „ Cum, ſicut Nobis innotuit, in lucem prodie-
„ rit libellus quidam, cui titulus: Veritable tradition
„ de l'Egliſe, ſur la Predeſtination, & la grace &c.
„ Par Mr. de Launoy Docteur en Theologie, de la
„ Maiſon, & Societé de Navarre. A Liege Chea Ni-
„ colas le Francois, proche les Carmes en isle, a la
„ prudence MDCCII: Nuperrime vero Venerabiles
„ Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, in tota Republi-
„ ca Chriſtiana contra bæreticam pravitatem Genera-
„ les Inquiſitores, a Sede Apoſtolica ſpecialiter de-
„ putati, audita libelli bujuſmodi cenſura, illum ad
„ minus, tanquam impium, blaſphemum, nec non
„ fulgidiſſimo Catholicæ Eccleſiæ lumini, maximo-
„ que Doctori Sancto Auguſtino, quinimmo ipſimet
„ Eccleſiæ, atque Apoſtolicæ Sedi injurioſum, dam-
„ nandum, & prohibendum eſſe cenſuerint. Hinc
„ eſt, quod Nos, pro commiſſa Nobis divinitus gre-
„ gis Dominici cura, animarum periculia, atque de-
„ trimentis, quæ ex præſati libelli lectione, & uſu
„ provanire poſſent, paſtorali ſollicitudine, quan-
„ tum cum Domino poſſumus, occurrere cupientes,
„ necnon Romanorum Pontificum Prædeceſſorum no-
„ ſtrorum, qui ejuſdem S. Doctoris, præcelſam do-
„ ctrinam magno ſemper in pretio babuerunt, toto-
„ que mentis affectu amplexi fuerunt, landabilibus
„ veſtigiis inhærere volentes, de memoratorum Car-
„ dinalium conſilio, libellum prædictum, auctorita-
„ te Apoſtolica, tenore præſentium, damnamus, &
„ repsobamus, ac legi, ſeu retineri prohibemus,
„ ipſiuſque libelli impreſſionem, deſcriptionem, le-
„ ctionem, retentionem, & uſum, omnibua, & ſin-
„ gulis Chriſtifidelibus, etiam ſpecifica, & indivi-
„ dua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna ex-
„ commonicationis per contrafacientes ipſo facto, abſ-
„ que alia declaratione, incurrenda, a qua nemo a
„ quoquam, præterquam a Nobis, ſeu Romano Pon-
„ tifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo
„ conſtitutus, abſolotionis beneficium obtinere va-
„ leat, omnino interdicimus &c.

XXVI. Idem *Clemens XI Conſt.* quæ incipit = Paſtoralis Officii = data 5 Kalendas Septembris 1718, & legitur in *Bullario Romano Tomo XI pag.139*, Scholam Thomiſticam commendat his verbia: „ Præterea,
„ ut peſſimæ cauſæ ſplendidum patrocinium conci-
„ lient (Refractarii) præſatæque Conſtitutioni
(Unigenitus) „ majorem undecunque invidiam fa-
„ ciant, ſe ab ea ſuſcipienda retardari affirmant, eo
„ quod ſuſpicentur, per illam damnari Sententias,
„ atque Doctrinas, quas inſignes Catholicorum Scho-
„ læ abſque ulla cenſura bactenua tenuerunt, ac tra-
„ diderunt, Cum tamen, niſi ab antiquis ſemitis,
„ Sanctorumque Patrum veſtigiis, immo, & ab earun-
„ dem Scholarum inſtituto, quod verbis profitentur,
„ reipſa receſſiſſent, probe reminiſci deberent, quod
„ illarum Principea, quorum nomina pertinaciæ ſuæ
„ temere prætendunt, quemadmodum, & ceteri il-
„ luſtriores Eccleſiæ ſcriptorea, ſuum ſemper eſſe
„ duxerunt, ut ab Apoſtolica Sede diſcerent quid
„ credere, quid tenere, quid docere deberent: ut
„ ad illam ſcripta ſua examinanda, & emendanda di-
„ rigerent: ut inde lumen Catbolicæ Fidei recipe-
„ rent, ubi non poſſet Fides ipſa ſentire defectum: ut
„ nemo eorum denique Sententiam ſuam adverſua Pe-
„ tri authoritatem defenderet. Ceterum in boc ipſo
„ præpoſtero judicio conſuetum calumniandi morem
„ non derelinquunt: niſi enim excæcaret eos malitia
„ eorum, ac niſi diligerent magis tenebras quam lu-
„ cem, ignorare non deberent Sententiaa illas, ac
„ Doctrinas, quas ipſi cum erroribus per Nos damna-
„ tis confundunt, palam, & libere in Catholicis Scho-
„ lis, etiam poſt editam a Nobis memoratam Conſti-
„ tutionem, ſub oculis noſtris doceri, atque defendi,
„ illaſque propterea minime per eam fuiſſe proſcri-
„ ptas. Verum ſupercecidit ignis contentionis, &
„ æmulationis, & non viderunt ſolem lucidiſſimæ
„ veritatis.

Quod antem Summus Pontifex de Thomiſtica Schola locutus ſit, liquet ex celeberrimo Scriptore *D. Petro Polidoro* qui Vitam, & rea geſtas Clementis XI publici juris fecit: hæc enim Vir Clariſſimus, quem mira probitas, & eruditio præclara commendant, babet Libro IV Num.37 pag.283: „ E tot confixis
„ Queſnelli pronuntiatis, nonnulla, quæ ad divi-
„ nam gratiam pertinent, notiſſimo Janſenii ſenſu pro-
„ ſcripſit, qui Dei gratiam neceſſitantem, ut Theo-
„ logi in Scholis vocant, invexit. Integra, ac pror-
„ ſus illæſa permanente Doctrina de Divina Gratia
„ ſeipſa efficaci, & ad Beatorum gloriam prædeſtina-
„ tione gratuita, quam a damnatis nuper erroribus
„ immani tutam diſcrimine, potiſſimum Schola Tho-
„ miſtica, aliæque celeberrimæ in orbe Catholico
„ Academiæ, frequenteſque Theologi, ducibus San-
„ ctis Auguſtino, & Angelico Doctore, propugnant.
„ Quorum doctrinæ erroris notam hujuſmodi ab ſe
„ injuſtam Conſtitutione Queſnellianæ ſtudentes Cau-
„ ſæ per ſummam injuriam calumniatos eſſe, Clemens
„ celeberrimia literis ordientibus Paſtoralis Officii,
„ quas ad univerſos Chriſtifideles Kalendis Septem-
„ bris duodeviceſimo hujus ſeculi anno ſcripſit, me-
„ rito queſtus eſt; falſamque criminationem depulit.
„ Neque defuerunt, qui tametſi Queſnellianis, ut
„ Catholicos decebat homines, eſſent adverſi, & Cle-
„ mentinæ ſanctioni obſequerentur, licentia nibilo-
„ minus pari, illuſtres utrinſque Sanctiſſimi Docto-
„ ris Scholas eriminabantur: ſua alia de cauſſa intereſſe
„ rati, id calumniæ genus vulgo alere. At horum
„ boc item pontificium diploma tempeſtive compreſſit
„ audaciam.

XXVII. Innocentius XIII Conſt.III, data 12 Septembris 1721 = Æternæ Sapientiæ = *Tom.VI pag.523*, Univerſitatem in Havanæ Cœnobio conſtituit, ut ex Angelici Doctoris S. Thomæ doctrina, remotiſſimis etiam partibus, in Doctrina ſana inſtitutioni, atque eruditioni conſulatur.

XXVIII. Adverſus calumnias Doctrinæ SS. Auguſtini

guſtini,&Thomæ intentatas *Benedictus XIII Conſtitutionem X*,die 6 Novembris 1724 *Tom.VI pag.545* dedit his verbis: „ Dilectis filiis univerſis Fratribus Ordinis Prædicatorum Profeſſoribus. Benedictus PP. XIII. Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Demiſſas preces, & æquiſſimas conqueſtiones veſtras, quas dilectus filius Auguſtinus Pipia totius Ordinis Magiſter Generalis, Religioſæ vitæ exemplis, ac doctrina, prudentiaque commendatiſſimus, ſupplici libello ad Nos detulit, ea benignitate complexi ſumus, quam, & veſtra in Catholicam Religionem ampliſſima merita, & noſtra, quam dudum profeſſi ſumus, erga Ordinem Prædicatorum obſervantia filialis, noſtræque demum humilitati impoſitum paternæ caritatis, & ſolicitudinis officium poſtulabant. Quod igitur ægre admodum, ut par eſt, moleſteque feratis, erroribus a felicis recordationis Clemente Papa XI Prædeceſſore noſtro per Conſtitutionem, quæ incipit: Unigenitus Dei Filius: ſaluberrimo & ſapientiſſimo judicio rejectis, damnatiſque, Auguſtinianæ, & Angelicæ Doctrinæ nomen obtendi; indeque audere nonnullos Apoſtolicæ auctoritati, ac veſtræ exiſtimationi detrahere, quod ipſa veſtrarum ſententiarum capita, ejus Conſtitutionis cenſuris, notiſque inuſta eſſe calumnientur; juſtam quidem animorum veſtrorum offenſionem laudi damus, qua nimirum vos germanos Sancti Thomæ diſcipulos maxime probaſtis. Magiſterio enim tanti Doctoris imbutos nihil decet magis, quam ut in addictiſſima huic Sanctæ Sedi Fide, obedientiaque, præcipuum ſtudiorum ſuorum fructum, & laudem collocent, & abſonas, refragantesque Apoſtolicis decretis opiniones, non averſentur modo, ſed per arma etiam lucis, & veritatis diſſipent, & evertant. Tantum tamen abeſt, ut vicem veſtram doleamus, ut vobis potius gratulemur, quod hac etiam in parte cauſa veſtra ab hujus Sanctæ Sedis rationibus ſejuncta eſſe non potuerit, quodque alienæ prorſus, calumnioſæque interpretationes ad conflandam memoratæ Conſtitutioni invidiam temere excogitatæ, ad injuriam quoque veſtri nominis redundarint. Ceterum non adeo vobis erat, aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipſis Divinorum Librorum oraculis, & Apoſtolicis definitionibus pro impotenti, obfirmatoque partium ſtudio paſſim vis afferatur, hæc eadem contentionis, pervicaciæque licentia Angelicam Doctrinam attentare non dubitaverit. Illud potius jure mirandum, quod tam præpoſtero conſilio in hac cauſa locus eſſe potuerit, ubi S. Thomæ exploratiſſimis ſententiis damnati errores diſertiſſime confutantur. Quandoquidem Omnipotentia Dei providentia factum eſt, ut Angelici Doctoris vi, ac veritate Doctrinæ, non ſolum innumeræ, quæ vel ipſius ætate, vel antea graſſatæ ſunt, ſed multæ etiam, quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ, & convictæ diſſiparentur. Magno igitur animo contemnite, dilecti filii, calumnias intentatas ſententiis veſtris, de Gratia præſertim per ſe, & ab intrinſeco efficaci, ac de gratuita Prædeſtinatione ad gloriam ſine ulla prævisione meritorum, quas laudabiliter hactenus docuiſtis, & quas ab ipſis SS. Doctoribus Auguſtino, & Thoma ſe hauſiſſe, & verbo Dei, Summorumque Pontificum, & Conciliorum decretis, & Patrum dictis conſonas eſſe Schola veſtra commendabili ſtudio gloriatur. Cum igitur bonis, & rectis corde ſatis conſtet, ipſique calumniatores, niſi dolum loqui velint, ſatis perſpiciant, SS. Auguſtini, & Thomæ inconcuſſa tutiſſimaque Dogmata, nullis prorſus antedictæ Conſtitutionis cenſuris eſſe perſtricta; ne quis in poſterum eo nomine calumnias ſtruere, & diſſenſionea ſerere audeat, ſub canonicis pœnis diſtricte inhibemus. Pergite porro Doctoris veſtri opera, ſole clariora, ſine ullo prorſus errore conſcripta, quibus Eccleſiam Chriſti mira eruditione clarificavit inoffenſo pede decurrere, ac per certiſſimam illam Chriſtianæ Doctrinæ regulam, Sacroſanctæ Religionis veritatem, incorruptæque diſciplinæ ſanctitatem tueri, ac vindicare. Hæc ſunt enim, dilecti filii, quæ Prædeceſſores noſtri de Sancti Thomæ Doctrina ſenſerunt, & prædicarunt, quæque Nos, non modo ad curarum veſtrarum lenimentum, ſed ad animi quoque noſtri ſolatium libentiſſime uſurpamus, & præconio Apoſtolicæ vocis efferimus. Inclytus enim Ordo iſte, cui nomen dedimus, & quem expreſſe, Domino miſerante, profeſſi ſumus, eodem Angelicæ Doctrinæ lacte nos aluit, ac, licet impari, inſtitutionis fructu, ad gerendam Eccleſiarum ſolicitudinem eduxit: ut privato etiam, diuturnoque colendarum artium experimento ediſcere potuerimus, quod ex Apoſtolatus ſpecula per haſce literas annunciamus. Deum interea, qui pacem, & veritatem diligendam præcipit, ſupplices rogate, ut ſincero Angelici Doctoris ſtudio omnes in ſimplicitate cordis nitantur, quæ ille docuit, intellectu conſpicere, atque in unitate ſpiritus, & caritate fraternitatis, quæ ille egit, imitatione complere. Ac vobis, dilecti filii, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VI Novembris MDCCXXIV, Pontificatus noſtro Anno Primo.

„ Carolus Archiepiſcopus Emiſſenus.

XXIX. De Religioſis Epiſcopali munere inſignitis quædam decernens Benedictus XIII Conſt.XLVIII, data 7 Martii 1726 = Cuſtodes = Tom.VI pag.581, declarat, S. Thomam Aquinatem *ob ſanctioris doctrinæ excellentiam* Angelici elogio cognominatum.

XXX. Inſignis commendatio doctrinæ S. Thomæ habetur in ejuſdem *Benedicti XIII Conſt.LXXIX*, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = *Tom.VI pag.622* §.41, cujus hæc verba. „ Quum autem ſilere Nos minime deceat de Doctrina Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis, cui ipſemet Ordo ſalubriter inſiſtit; ignoramus plane, quibus illam laudibus pro magnis ſuis in Eccleſiam meritis extollamus. Satius ergo ad abſolutum illius præconium putamus commemorare, ipſam ex Salvatoris Crucifixi ore, ſicuti pie teſtatur Hiſtoria, fuiſſe probatam, & conſtanti Summorum Pontificum teſtimonio Orthodoxis commendatam populis. Hoc potiſſimum ſuis Conſtitutionibus, & Literis Apoſtolicis præſtitere Johannes vulgo XXII in Conſt.XX, cujus initium = Redemptionem miſit = 15 Kal. Auguſti anno Domini 1323; Clemens VI Conſt. = In Ordine = 8 Idus Februarii 1344: Urbanus V in Diplomatibus = Copioſus, & Laudabilis = dat. 10 Kal. Julii, & pridie Kal. Septembris 1368.: S. Pius V, XXXVI = Mirabilis Deus = 3 Idus Aprilis 1567: Sixtus V, LXXVI = Triumphantis = pridie Idus Martii 1588: Clemens VIII = In quo Nos, & Quantum prodeſſe = 22 Novembris 1603, & Sicut Angeli....... Paulus V = Splendidiſſimi = 17 Decembris 1607: & Alexander VII = Literas = 7 Auguſti 1660: Æquum vero erat, ut Angelica Doctrina tanti Doctoris non vulgaribus efferretur encomiis, quæ, Solis inſtar, Mundum univerſum illu-

,, illuſtrans, uberrima Chriſtianæ Eccleſiæ bona pe-
,, perit, paritque in dies ſingulos, multiplici fructu,
,, Supremo Apoſtolicæ Sedis Magiſterio adverſus
,, quoſcunque veteres, ac recentes errores, quos re-
,, vincit, fidiſſime famulans. Eadem Nos quoque,
,, diuturnis, atque aſſiduis fere experimentis, probe
,, noſcentes, per alias peculiares noſtras Literas in-
,, cipien. = Demiſſas preces = dat. 6 Novem-
,, bris 1724 calumnias, ejuſdem Angelici Doctoris,
,, & S. Auguſtini doctrinæ temere irrogatas, retudi-
,, mus, &, prout rei gravitas expoſcebat, auctori-
,, tatis noſtræ præſidio eliminavimus. Luculentius
,, vero æſtimationis argumentum in ipſam S. Thomæ
,, doctrinam nunc edituri, quo magis, magiſque
,, Prædicatorum Ordo, ceterique Orthodoxi, ac veri
,, ipſius Sectatores ad illius ſinceram, & tutam pro-
,, feſſionem inflammentur, prædictas omnes, & ſin-
,, gulas Deceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, Lite-
,, teras, ſeu, ut vocant, Brevia, necnon omnia, &
,, ſingula in eis contenta, ſuprema, qua fungimur,
,, auctoritate, motu, ſcientia, & deliberatione præ-
,, miſſis, comprobamus, & rurſus, quatenus opus
,, fuerit, eum ipſiſmet editis nuper a Nobis literis in-
,, novamus. Ut autem turbulenti, ac pertinaces
,, tranquillitatis Eccleſiæ Catholicæ perturbatores de-
,, ſinant Orthodoxam S. Thomæ Doctrinam calumnia-
,, ri, ac ne deinceps præpoſteris, & a veritate alienis
,, interpretationibus Apoſtolicas ipſas literas noſtras,
,, non ſine aperta, ut accepimus, verbis noſtris, ac
,, etiam Deceſſorum noſtrorum irrogata violentia,
,, tam Prædicatorum Ordinem, quam alios veros il-
,, lius Aſſeclas, & Sectatores inceſſere audeant, Con-
,, ſtit.XCVIII, quæ incipit = Paſtoralis officii =
,, felicis recordationis Clementis XI, omnibuſque in
,, ea contentis firmiter inhærentes, ſub divini inter-
,, minatione judicii, iterumque ſub canonicis pœnis,
,, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus mandamus,
,, ne Doctrinam memorati S. Doctoris, ejuſque inſi-
,, gnem in Eccleſia Scholam, præſertim ubi in eadem
,, Schola de divina Gratia per ſe, & ab intrinſeco effi-
,, caci, ac de gratuita Prædeſtinatione ad gloriam
,, ſine ulla meritorum prævifione, agatur, ullatenus
,, dicto, vel ſcripto contumelioſe impetant, ac ve-
,, luti conſentientem eum damnatis ab Apoſtolica Se-
,, de, & ſignanter a Conſtit.LXIV dicti felicis re-
,, cordationis Clementis XI incipien. = Unigeni-
,, tus = Janſenii, Queſnelli, & aliorum erroribus, tra-
,, ducant, à quibus S. Thomas, & vera Schola Tho-
,, miſtica, quam longiſſime abeſt, & abſuit, uni-
,, verſis, tam antiquis, quam nunc Chriſti Eccleſiam
,, vexantibus hæreſibus, & pernicioſis aſſertis adver-
,, ſans. Damnamus item Folia, Theſes, & Libros antehac
,, Typis impreſſos, vel etiam, quod Deus avertat, im-
,, primendos; in quibus ad procreandam, ſeu foven-
,, dam Doctrinæ S. Thomæ, Prædicatorum Ordini,
,, aliiſque Genuinæ Thomiſticæ Doctrinæ Aſſeclis in-
,, vidiam, deſignatæ, atque damnatæ a Nobis calu-
,, mniæ aſſertive renovantur, vel in aliam a germana
,, prædictarum noſtrarum Literarum Sententia, ſive
,, Deceſſorum noſtrorum mente, honorifica, atque
,, faventia Doctrinæ Thomiſticæ verba fallaciſſime
,, detorquentur. Deum veritatis, & pacis enixe ro-
,, gantes, ut ad majora Gloriæ ſuæ incrementa credi-
,, tus Nobis Populus non minus tradita a tanto Magi-
,, ſtro ſalutari Doctrina, quam ipſius innocentium
,, morum, & illuſtrium virtutum imitatione pro-
,, ficiat.

§.42. ,, Ne autem Adoleſcentes Seculares a præ-
,, laud. Divini Doctoris Schola deterreri contingat,
,, ex quo nullum in ea præmium, nulla expedita via
,, pateat ipſis per Theologicas diſciplinas ad dignita-
,, tes illas, quæ ſolis Lauream, Licentiam, vel Gra-
,, dum in Theologia conſequutis conferri debent, ac
,, poſſunt; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudi-
,, ne, ut ſupra, ad univerſa inſigniora ſtudia Gene-
,, ralia, Collegia, Studia quoque, ut dicunt, forma-
,, lia, & ea, quæ ad minus quatuor conſtent actuali-
,, bus, & ex his duobus, ut minimum in Theologia
,, Lectoribus in quibuſcunque Provinciis Ordinis
,, prædicti erecta, vel erigenda, extendentes conceſ-
,, ſionem factam a Greg.XIII Fratribus ejuſdem Or-
,, dinis Provinciæ S. Antonini de Novo Regno in Ci-
,, vitate S. Fidei, relatam, & confirmatam per Pau-
,, lum V in ſuis Literis incipien. = Cathedram Mili-
,, tantis Eccleſiæ = prid. Non. Sept. 1612, & Innoc.X
,, in ejus Conſt. = In ſupremo = 10 Kal. Martii 1644,
,, necnon privilegia omnia, & ſingula, Apoſtolica in
,, id conceſſa prædictis Fratribus ad omnia prædicta
,, Studia, Conventus, & Univerſitates extendimus,
,, & prorogamus, decernentes, ut poſt emenſum cer-
,, tum, nec unquam minus quam duorum annorum,
,, ſtadium, ad percipiendam Sac. Theologiæ, juxta in-
,, concuſſa, & tutiſſima S. Thomæ Dogmata, intelli-
,, gentiam accommodatum, a Studiorum illorum Mo-
,, deratoribus, ſive Lectoribus, numero, & proce-
,, dendi ratione ipſis per Magiſtrum Ordinis præſcri-
,, bendis, ac nunc pro tunc a Nobis auctoritate Apo-
,, ſtolica, ut prædictum eſt, confirmatis, poſt præ-
,, miſſas Scholaſticas exercitationes publicas, vel pri-
,, vatas, juxta Regionum approbatas conſuetudines,
,, vel methodum ab eodem Magiſtro præſcribendam,
,, ac præmiſſo diligenti examine, Laurea Doctora-
,, lis, ſive Magiſtralis, Præſentatura, ac Licentia,
,, ſive Gradus Baccalaureatus, ac alii conſueti in
,, Sac. Theologia (quos quidem pari Apoſtolica au-
,, ctoritate, motu, & ſcientia idem valere, ac acce-
,, ptari ubique debere, perinde ac ſi conferrentur in
,, Academia Romanæ Sapientiæ, Salmantina, aut
,, Pariſienſi, vel alia quacunque inſigniori, decla-
,, ramus, decernimus, & volumus) libere ac licite
,, conferri poſſint, ac valeant Scholaribus, Seculari-
,, bus, Studentibus in inſignibus Civitatibus, aut lo-
,, cis, in quibus ad eorum Scholam juvenes Seculares
,, accedere permittuntur, idque tametſi ibidem alias
,, publica pateat Univerſitas, hoc duntaxat caſu præ-
,, ſtitis per divites, a tali ſolutione de cetero non
,, exemptos, conſuetis Univerſitati juribus; ubi ete-
,, nim juvenes per Examinatores præfatos idoneos
,, repertos Officiales Univerſitatis ad eoſdem Gradus
,, promovere renuerint, poterunt ad gradus prædi-
,, ctos promovere Lectores, & Magiſtri præfati no-
,, ſtri Ordinis. Illudque quam maxime concedimus,
,, volumus, decernimus, & mandamus, pro Locis in
,, quibus Secularibus, Studentibus Doctrinæ D. Tho-
,, mæ, prout in hujus receptiſſima Schola traditæ,
,, Gradus ultro non pateant.

§.43. Magiſtro quoque Ordinis pari ratione con-
,, firmamus, & innovamus; ac concedimus facultatem
,, eidem a S.Pio V in Conſt. ſua = Quum Sacer Ordo
,, Prædicatorum = Nonis Martii 1572 ampliſſime
,, conceſſam, ut poſſit ex ſibi ſubjectis Fratribus quem-
,, cunque ad Gradus certa ratione promovere.

XXXI. De Corpore S.P. Auguſtini, Eccleſiæ Do-
ctoris, invento, *Benedictus XIII Conſt.XCIII Tom.VI
pag.652*, ſcribens Epiſcopo Papienſi, ſic eundem al-
loquitur: ,, Animi curas, & auctoritatis officium
,, libenter impendimus ad eas cauſas, quas ad San-
,, ctorum cultum pertinere dignoſcimus, atque adeo
,, eum

„ enm divi oo bonore eſſe conjunctas. Multo autem
„ alacrius bas Apoſtolicæ ſolicitudinis partes ſuſci-
„ pere debemus, ubi eas ad B. Augnſtinum, clariſſi-
„ mum Eccleſiæ lumen, eximiumque Doctorem„
„ ſpectare intelligimus quem nimirum in profitenda
„ Prædicatorum Regula Parentem, in Theologico
„ curriculo Ducem, in Paſtorali Miniſterio, cun-
„ ctiſque vitæ rationibus, Patronum ſemper colui-
„ mus. His igitur tam impoſiti muneris ſtimulis,
„ quam obſtrictæ pietatis ſtudio adducti, operam con-
„ ferre decrevimus, ut judicium de invento iſtic San-
„ cti Doctoris Corpore, ulteriori dilatione ſublata, ſe-
„ cundum Deum, & veritatem ad exitum perducatur.

XXXII. Quod Doctorem Angelicum S. Thomam, Ducem, & Magiſtrum ſibi adſciverint, Placentinis gratulatur *Benedictus XIII Conſt. XCIV*, data 28 Februarii 1728 *Tom. VI pag. 653*. Hujus tenoris eſt.
„ Dilectis filiis Decano, & Theologis Collegiatis
„ Univerſitatis Theologicæ Placentin. Benedictus
„ Papa XIII. Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam
„ Benedictionem. Conſilia veſtra ad ſanam Doctri-
„ nam propagandam laudabiliter intenta lucnlento
„ nuper teſtimonio comprobaſtis cum Angelicum„
„ Doctorem Sanctum Thomam Aquinatem inſignis
„ iſtius Univerſitatis Sacrarum doctrinarum Ducem,
„ & Magiſtrum adſciviſtis, concordibus ſuffragiis
„ decernentes, plana illa, tutaque via exigendum„
„ eſſe Theologiæ curriculum, & ſaluberrimo dog-
„ matum illius pabulo alenda eſſe ſtudioſorum inge-
„ nia. Piam igitur veſtræ virtutis alacritatem pater-
„ nis laudibus commendantes, vota quæ ſuſcepiſtis,
„ rata fore confidimus, ut nimirum incitamento vo-
„ bis eſſe ad virtutis imitationem ſentiatis, quem in
„ Theologica palæſtra ad doctrinæ cognitionem, &
„ uberiores Sacrorum ſtudiorum fructus, Patronum
„ optaſtis. Ac vobis, dilecti filii, Apoſtolicam Bene-
„ dictionem peramanter impertimur. Datum Romæ
„ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII
„ Februarii MDCCXXVIII, Pontificatus noſtri An-
„ no Quarto.

XXXIII. Univerſitatem Mutinenſem, ob ipſius præclara ſtudia in Angelicam S. Thomæ doctrinam, privilegiis a ſe ornatam fuiſſe, declarat *Benedictus XIII Conſtitut. CIV*, data 23 Junii 1728 *Tom. VI pag. 660*, cujus hic tenor: „ Dilecto filio Bartholomæo Saſſari-
„ no Rectori Univerſitatis Mutinen. Benedictus Pa-
„ pa XIII. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Be-
„ nedictionem. Cum primum oblatas per dilectum
„ filium Johannem Dominicum Agnanum noſtri Or-
„ dinis Prædicatorum profeſſorem ſupplices pro Uni-
„ verſitatis iſtius rationibus preces accepimus, liben-
„ ter communibus votis obſecundantes, curavimus,
„ ne quis ſolicitudinis ſcrupulus cuiquam ſupereſſet,
„ de facultate Laureæ Theologalis, ſive antea dela-
„ tæ, ſive in poſterum deferendæ. Nam ejuſdem di-
„ lecti filii merita, perſpecta nobis admodum, &
„ commendata, tum præclara inſignis Collegii ſtudia
„ in Angelicam Sancti Thomæ Doctrinam, non ob-
„ ſcurum propenſæ noſtræ voluntatis argumentum
„ depoſcere videbantur. Nuper vero in tuæ obſer-
„ vantiæ ſignificationibus, pios, gratoſque Univer-
„ ſitatis ſenſus paterne complexi, illud ipſum Ponti-
„ ficiæ benevolentiæ teſtimonium novo Apoſtolicæ
„ benignitatis monumento conſignandum reputavi-
„ mus. Itaque per haſce etiam noſtras in forma Bre-
„ vis Literas ratam firmamque eſſe decernimus,
„ & declaramus, Theologalis Laureæ viris emeritis
„ conferendæ, quam antea diximus, facultatem. Cum
„ autem ad fovendum, augendumque Sacrarum ar-

„ tium cultum, & diſciplinam intenta eſſe providen-
„ tiæ noſtræ conſilia ſatis intelligas, enitere, dilecte
„ fili, ut pari contentione virtutis caritati noſtræ,
„ & publicæ expectationi Collegarum opera cumu-
„ latiſſime reſpondeat, ſanæque doctrinæ, & Eccle-
„ ſiaſticis ſtudiis fructus noſtræ beneficentiæ conſtet
„ in dies uberior. Ac tibi, dilecte fili, Collegiſque
„ tuis, Apoſtolicam Benedictionem peramanter im-
„ pertimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub An-
„ nulo Piſcatoris die XXIII Junii MDCCXXVIII,
„ Pontificatus noſtri Anno Quinto.

XXXIV. Judicium Epiſcopale, Ticini habitum, de Corpore S.P. Auguſtini, Hipponenſis Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris, ibidem ſervato in Confeſſione ædis S. Petri in cælo aureo, approbans, & confirmans *Benedictus XIII Conſt. CVI* = Ad Summi = *Tom. VI pag. 668*, hæc habet: „ Ad ſummi Dei gloriam, in San-
„ ctis ejus amplificandam, mirabile nuper factum eſt
„ in oculis noſtris, dum exuviæ S. Auguſtini Hippo-
„ nenſis Epiſcopi, & præſtantiſſimi Eccleſiæ Docto-
„ ris, quarum venerationem antiquus Dei & San-
„ ctorum hoſtis aliquandiu perturbare tentaverat,
„ tandem omnium Chriſtifidelium cultui, priſtinæ-
„ que honorificentiæ, univerſa Eccleſia plaudente,
„ reſtitutæ fuerunt.

Et ibidem pag. *669*, relato Ticinenſis Epiſcopi Decreto: „ Nuncio, inquit, tam ſancti, tam gravis,
„ & maturi judicii Epiſcopalis ad Nos perlato, præ
„ gaudio exſiliit cor noſtrum, ſummaque lætitia per-
„ fuſi gratias Deo egimus, quod ſuam gloriam in
„ Sancti Auguſtini exuviis, canonice vindicatis, au-
„ gere voluerit, quem ob Sanctimoniam, atque in-
„ temeratam doctrinæ excellentiam, ut fulgentiſſi-
„ mum Eccleſiæ lumen, Innocentius, Zoſimus, Bo-
„ nifatius, Cæleſtinus. Gelaſius, Hormiſdas, aliique
„ Deceſſores noſtri Romani Pontifices, magno ſem-
„ per in honore habuerunt, Noſque ipſi, ut Paren-
„ tem æque ac Magiſtrum veneramur, utpote cujus
„ Regulam, & doctrinam, in Noſtro Prædicatorum
„ Ordine a primis adoleſcentiæ annis profeſſi ſumus,
„ & favente Deo, profitemur.

XXXV. Ut Fratres Provinciæ Caſtellæ, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, doctrinam S. Thomæ Aquinatis, *Angelici Doctoris, clariſſimi Eccleſiæ Dei Luminis, conſtanti Summorum Pontificum .... teſtimonio, laudamque præconio tantopere commendatam*, ſequantur, decernit Benedictus XIII Conſt. CXXXIII, data 14 Februarii 1730 = Exponi Nobis = Tom. VI pag. 701.

XXXVI. *Clemens XII Conſtitut. XI*, data 16 Aprilis 1732 = Exponi = *Tom. VI pag. 725*, confirmat ſtatuta, & privilegia Cathedræ S. Thomæ Aquinatis ad commendationem tutiſſimæ doctrinæ SS. Patrum Auguſtini, & Thomæ, in Univerſitate Mutinenſi erectæ.

XXXVII. Idem *Clemens XII Conſt. XXII*, data 28 Auguſti 1733, *Tom. VI pag. 736*, Doctrinam S. Thomæ Aquinatis egregiis laudibus ornat, & poteſtatem facit, Lauream Doctoratus conferendi iis, qui Theologicæ Facultati operam dederint in gymnaſiis Fratrum Prædicatorum. Hujus tenoris eſt: „ Clemens
„ Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam
„ Rei Memoriam. Verbo Dei ſcripto, & tradito, in-
„ nixam ſcientiam, res divinas, & mores, Chriſtia-
„ no nomine dignos, ad rectam Eccleſiæ miniſtrorum
„ inſtitutionem, & ſalutem animarum, ſolide per-
„ tractantem, ejuſque doctores, ac magiſtros, pie-
„ tate venerabiles, commendari tunc maxime conve-
„ nit, quum ingruente falſorum dogmatum illuvie,

O o „ Fides

,, Fides Catholica , & Chriſtiani mores , ſupremæ cu-
,, ræ noſtræ commiſſi , periclitantur : quo loco Deceſ-
,, ſores noſtri Romani Pontifices Sanctum Chriſti
,, Confeſſorem Thomam Aquinatem Ordinis Prædi-
,, catorum , & Eccleſiæ Doctorem , honoris cauſa ,
,, Angelici cognomento appellatum , ſemper habue-
,, runt , cum propterea juſtis laudibus in ſuis diplo-
,, matibus proſequuti , & præſertim Alexander IV ,
,, qui Thomam , adhuc viventem , per Dei gratiam
,, theſaurum literalis ſcientiæ adeptum pronunciavit ,
,, inque ejus veſtigia ſubinde incurrentes alii Roma-
,, ni Pontifices ſubſequuti , Johannes XXII , Cle-
,, mens VI , Urbanus V , Nicolaus V , Pius IV , &
,, Beatus Pius V , Sixtus V , Clemens VIII , Paulus V ,
,, Alexander VII , Innocentius XII , & Benedi-
,, ctus XIII , qui omnes , uno eum ore approbantes ,
,, in Sacris Eccleſiæ faſtis , juxta , ac magnos Eccle-
,, ſiæ Doctores , Gregorium , Ambroſium , Auguſti-
,, num , & Hieronymum , Thomam quoque , ut vi-
,, tæ probitate , & Sanctioris Theologiæ ſcientia , ve-
,, nerabilem , miraque eruditione Eccleſiam Dei cla-
,, rificantem , ac ſancta operatione fœcundantem , co-
,, li voluerunt . Itaque tanti viri doctrinam , in Con-
,, ciliis etiam Œcumenicis celebratam , debitis præco-
,, niis , rei publicæ cauſa , nos quoque ornare cu-
,, pientes , quum dilectus noſter in Chriſto , ac Fra-
,, tris germani filius , Nereus Sanctæ Romanæ Eccle-
,, ſiæ Diaconus Cardinalis Sancti Hadriani , Corſinus
,, nuncupatus , necnon æque dilecti Ordinis Fra-
,, trum Prædicatorum Protector , flagitantibus ejuſ-
,, dem Ordinis Fratribus , Magiſtro , & Procuratore
,, Generalibus , Thoma Ripollio , & Guillelmo Mo-
,, lo , ſubmiſſas preces nobis obtulerit , ut præcipuo
,, quodam , & ſpeciali modo ejuſdem Sancti Viri do-
,, ctrinam , in gymnaſiis Ordinis eorundem Fratrum
,, Prædicatorum non unis Regularibus , ſed etiam ex-
,, ternis Secularibus alumnis , illuc ad eam perdiſcen-
,, dam confluentibus , tradi ſolitam , pro noſtra erga
,, Beatum Thomam devotione , totumque Ordinem ,
,, de Eccleſia bene meritum , ſingulari benevolentia ,
,, ornare dignaremur , ut adoleſcentes , aliquo velu-
,, ti præmio animati , ad Beati Thomæ doctrinam
,, cum Dei gratia intellectu conſpiciendam , alacrius
,, incumberent , quandoquidem nullum in iiſdem gym-
,, naſiis præmium , nulla ipſis expedita via pateat ad
,, eas Eccleſiæ dignitates conſequendas , quæ in Sacræ
,, Paginæ Doctrina , lauream , quam vocant , licen-
,, tiam , vel gradum publice adeptis , alias de more
,, conferri debent ; Nos hujuſmodi precibus , pietate ,
,, ac juſtitia ſubnixis , annuere volentes , ad amplifi-
,, candum ſub tanto Magiſtro probæ , incorruptæque
,, doctrinæ ſtudium inter juvenes , divino famulatui
,, per ſacratiores diſciplinas addictos , motu proprio ,
,, ex certa ſcientia , & mera voluntate noſtra , deque
,, Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , in quibuſcunque
,, Gymnaſiis , Scholis , Studiis , & Collegiis Ordinis
,, Fratrum Prædicatorum , extra ceteras ſtudiorum
,, Generalium Univerſitates erectis , vel erigendis ,
,, concedi , extendi , & prorogari volumus , ac de-
,, cernimus pro externis quibuſcunque Secularibus ,
,, in iiſdem gymnaſiis Theologicæ facultati toto trien-
,, nio abſolutam operam dantibus , omnia , & ſingula
,, Apoſtolica privilegia ab Anteceſſoribus noſtris Ro-
,, manis Pontificibus conceſſa , juxta conſuetudinem ,
,, & methodum præſcriptam , vel præſcribendam ab
,, eodem Generali Ordinis Prædicatorum Magiſtro ,
,, ut poſt præmiſſum diligens probationis examen ,
,, laurea doctoralis , ſeu magiſtralis , præſentatura ,
,, licentia , baccalaureatus , atque alii gradus conſueti
,, in Sacra Theologia libere , & licite conferantur ,
,, quos quidem gradus iis pares eſſe volumus , qui in
,, hoc noſtro Archigymnaſio , & Academia , Romanæ
,, Sapientiæ nuncupato , quibuſcunque Scholaribus
,, ſolemni cæremonia conferri ſolent , idemque hoc
,, privilegium omnino valere ſtatuimus in quibuſcun-
,, que inſignioribus Civitatibus , & Locis , in quibus
,, Seculares Juvenes Theologicæ facultati operam da-
,, turi , Scholas Ordinis Fratrum Prædicatorum fre-
,, quentare permittuntur , ſive pauperes , ſive etiam
,, divites ſint , quos Univerſitatum officiales ad gradus
,, promovere fortaſſe recuſaverint , etiam ſi alias in
,, iiſdem locis publicæ hujuſmodi , & ordinariæ ſtu-
,, diorum Univerſitates eis pateant , ita ut poſtquam
,, iidem Seculares , & externi juvenes , ſine præjudi-
,, cio quorumcunque jurium , ipſis Univerſitatibus
,, de more perſolvendorum , a qua ſolutione divites
,, eximi non debent , ad jam dictos gradus ſolemni
,, cæremonia probati , ac promoti fuerint , de eadem
,, re , ac facultate prælegere , diſputare , ac alios
,, quoſcunque actus , ad id neceſſarios , ubique facere
,, poſſint , omnibuſque , & ſingulis privilegiis , præ-
,, rogativis , immunitatibus , exemptionibus , liber-
,, tatibus , præcedentiis , favoribus , gratiis , & in-
,, dultis , uti , potiri , & gaudere poſſint , quibus
,, alii , prævio diligenti examine , in Studiorum gene-
,, ralium Univerſitatibus juxta earundem leges , ordi-
,, nationes , uſus , ritus , & mores , de jure , vel con-
,, ſuetudine , aut alias quomodocunque utuntur , po-
,, tiuntur , & gaudent , in omnibus , & per omnia ,
,, nullo prorſus diſcrimine , ac ſi gradus ſuos in pu-
,, blicis Univerſitatibus , & non alibi , accepiſſent ,
,, hac una in re , ſi , & quatenus unquam fortaſſe opus
,, eſſet , propterea derogantes Conſtitutioni noſtræ ,
,, pridem editæ , quæ incipit : Romanus Pontifex .
,, Præſentes quoque literas , & in eis contenta , & ex-
,, preſſa quæcunque , nullo unquam tempore de ſu-
,, breptionis , vel obreptionis , aut nullitatis vitio ,
,, vel intentionis noſtræ , etiam ex eo , quod cauſæ ,
,, propter quas illæ emanarint , coram nobis , vel alibi
,, adductæ , verificatæ , & juſtificatæ , ac quicunque
,, in præmiſſis , & circa ea intereſſe quomodolibet ha-
,, bentes , ſeu habere prætendentes , ad id vocati , &
,, auditi non fuerint , & conſenſum ſuum eiſdem non
,, præſtiterint , aut quovis alio , quantumvis ſubſtan-
,, tiali defectu , fortaſſe laborarent , ſive etiam ex eo ,
,, quod in eis ſolemnitates , ac quævis alia ſervanda ,
,, & adimplenda , ſervata , & adimpleta non fuerint ,
,, aut ex quocunque alio capite , vel cauſa , etiam
,, quantumvis legitima , juſta , & privilegiata , quæ-
,, que ad id exprimenda eſſet , expreſſa non fuerit ,
,, notari , impugnari , invalidari , in jus , vel contro-
,, verſiam vocari , ad viam , & terminos juris redu-
,, ci , aut in illas quodcunque juris , vel facti reme-
,, dium , aut oris aperitio impetrari , neque illas ſub
,, quibuſvis ſimilium , vel diſſimilium gratiarum , re-
,, vocationibus , ſuſpenſionibus , limitationibus , de-
,, rogationibus , ac aliis contrariis diſpoſitionibus
,, comprehendi poſſint , ſed ſemper excipi debeant , &
,, quotieſcunque emanaverint , toties in priſtinum ,
,, & validiſſimum ſtatum reſtitutas , repoſitas , & ple-
,, narie integratas , ac de novo etiam ſub quacunque
,, poſteriori data per dicti Ordinis Fratrum Prædica-
,, torum Magiſtrum , ac Procuratorem Generales ,
,, pro tempore exiſtentes , quandocunque eligenda ,
,, conceſſas , validas , & efficaces fore , & eſſe , ſuoſ-
,, que plenarios , & integros effectus , in omnibus , &
,, per omnia ſortiri , & obtinere , dictiſque Fratribus ,
,, ac Secularibus apud eos , ut prædicitur , Theologicæ
,, facul-

,, facultati triennalem operam dantibus, & ad gradus
,, hujuſmodi, ut præfertur, promovendis, aliiſque,
,, ad quos nunc ſpectat, & in poſterum quomodolibet
,, ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuf-
,, fragari volumus; ſicque, & non alias per quoſcun-
,, que Judices ordinarios, vel delegatos, quavis au-
,, ctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apo-
,, ſtolici Auditores, ac prædicti Ordinis Prædicato-
,, rum pro tempore exiſtentem Protectorem, alioſque
,, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de la-
,, tere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apoſtolicæ
,, Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis
,, aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facul-
,, tate, & auctoritate, judicari, definiri, & inter-
,, pretari debere, & quicquid ſecus ſuper his a quo-
,, quam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoran-
,, ter contigerit attentari, irritum, & inane decer-
,, nimus. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, una,
,, de non concedendis gratiis ad inſtar, & altera, no-
,, ſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de jure
,, quæſito non tollendo, ac etiam in Synodalibus,
,, provincialibus, generalibus, univerſalibuſque
,, Conciliis, editis, vel edendis, ſpecialibus, vel
,, generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus
,, Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & lite-
,, ris Apoſtolicis quibuſvis perſonis, alias in contra-
,, rium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, appro-
,, batis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis,
,, etiam ſi de illis, earumque totis tenoribus ſpecialis,
,, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad
,, verbum, non autem per clauſulas generales, men-
,, tio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, ea-
,, rum tenores eiſdem præſentibus, etiam pro plene,
,, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo
,, robore permanſuris, latiſſime, & pleniſſime, ac
,, ſpecialiter, & expreſſe, motu ſcientia, & poteſta-
,, tis plenitudine ſimilibus, derogamus, ceteriſque
,, contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut ip-
,, ſarum præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, ali-
,, cujus in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ perſonæ
,, ſigillo, & Notarii manu obſignatis, vel etiam ſal-
,, tem extra Italiam, ſigillo, & ſubſcriptione Magi-
,, ſtri Ordinis, aut Provincialium ejuſdem Ordinis
,, pro tempore munitis, eadem prorſus fides in judi-
,, cio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur
,, præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli
,, ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
,, conceſſionis, extenſionis, prorogationis, volun-
,, tatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei
,, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
,, tare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis
,, Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum
,, ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud
,, Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Do-
,, minicæ Milleſimo Septingenteſimo Trigeſimo Ter-
,, tio, Quinto Kalendas Septembris, Pontificatus no-
,, ſtri Anno Quarto.

,, A. Card. Prodatarius.

,, F. Card. Oliverius.

,, Viſa de Curia I. Archiepiſcopus Ancyranus.

,, Loco ✠ Plumbi ,, D. Stivanus.

,, Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XXXVIII. Laudes, quibus SS. Auguſtini, & Thomæ Aquinatis doctrina celebratur confirmans *Clemens XII Conſt.XXIII*, data 2 Octobris 1733 *Tom.VI pag.738*, ne quis eandem calumnietur, cavet, & Scholarum Catholicarum paci conſulit his verbis: ,, Cle-
,, mens PP. XII. Ad Futuram Rei Memoriam. Apo-
,, ſtolicæ providentiæ officio a Prædeceſſoribus noſtris
,, felicis recordationis Clemente XI, & Benedicto XIII
,, ſapienter impenſo, ad diſſipandas Novatorum ca-
,, lumnias, & artes, per quas inducta proſcriptis er-
,, roribus Catholicorum dogmatum larva, & Sancto-
,, rum Doctorum illuſtria nomina obtendentes, ſim-
,, plicium animos a debita Conſtitutioni, quæ incipit:
,, Unigenitus, obedientia deterrere moliebantur, Nos
,, paterna quoque ſolicitudine inhærentes, magnope-
,, re dolemus, tenebras a diſſenſionis filiis offuſas
,, nondum ex quorundam mentibus ſatis eſſe diſcuſſas,
,, ſed pleroſque etiam nunc intolerabili pertinacia con-
,, tendere, cenſuris laudatæ Conſtitutionis, doctri-
,, nam Sanctorum Auguſtini, & Thomæ de divinæ
,, gratiæ efficacia eſſe perſtrictam. Ut igitur nullas
,, caritatis partes ad revocandos errantes Nobis reli-
,, quas faciamus, univerſis, & ſingulis Chriſtifideli-
,, bus, quacunque dignitate, etiam Epiſcopali, &
,, majori fulgentibus in virtute ſanctæ obedientiæ di-
,, ſtricte præcipimus, & ſub canonicis pœnis manda-
,, mus, ne diſputantes, aut docentes, ſive in Scholis,
,, ſive in Concionibus, ſive Scriptis editis, ſive aliter,
,, propoſitiones defendant, aut enuncient, quæ an-
,, tedictas novatorum calumnias firmare, ac promo-
,, vere poſſint. Mentem tamen eorundem Prædeceſſo-
,, rum noſtrorum compertam habentes, nolumus, aut
,, per noſtras, aut per ipſorum laudes Thomiſticæ
,, Scholæ delatas, quas iterato noſtro judicio compro-
,, bamus, & confirmamus, quidquam eſſe detra-
,, ctum ceteris Catholicis Scholis diverſa ab eadem in
,, explicanda divinæ gratiæ efficacia ſentientibus,
,, quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem præclara
,, ſunt merita, quominus ſententias ea de re tueri per-
,, gant, quas hactenus palam, & libere ubique, etiam
,, in hujus Almæ Urbis luce, docuerunt, & propu-
,, gnarunt. Quamobrem felicis recordationis Pau-
,, li V, & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, ad re-
,, ſtinguendum diſſenſionum fomitem veſtigia proſe-
,, quentes, & ſaluberrima mandata renovantes, au-
,, ctoritate quoque noſtra omnibus, & ſingulis ſupe-
,, rius expreſſis interdicimus, & prohibemus ſub iiſ-
,, dem pœnis, ne vel ſcribendo, vel docendo, vel
,, diſputando, vel alia qualibet occaſione, notam,
,, aut cenſuram ullam Theologicam iiſdem Scholis di-
,, verſa ſentientibus inurere, aut earum ſententias
,, conviciis, & contumeliis inceſſere audeant, donec
,, de iiſdem controverſiis hæc Sancta Sedes aliquid de-
,, finiendum, ac pronunciandum cenſuerit. Pacem
,, ſiquidem, quam cum veritate diligendam Dominus
,, præcipit, inter Catholicæ Eccleſiæ filios fovere, &
,, communire debemus, & curamus, ut conjunctis
,, diverſarum licet Scholarum ſtudiis, firmius ſit ad-
,, verſus erroris inſidias præſidium. Propterea loco-
,, rum Ordinariis, Inquiſitoribus, ceteriſque Judi-
,, cibus Eccleſiaſticis injungimus, ut altercationes,
,, & contentiones, quæ, diſputationis æſtu animos
,, abripiente, in Chriſtiani Populi ſcandala erumpere
,, poſſent, per canonica remedia compeſcant, iiſdem
,, facultatem ad id neceſſariam, & opportunam im-
,, pertientes, in contrarium facientibus non obſtanti-
,, bus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
,, riam Majorem ſub annulo Piſcatoris die II Octo-
,, bris MDCCXXXIII, Pontificatus noſtri Anno
,, Quarto.

,, Carolus Archiepiſcopus Emiſſenus.

Ad calcem tot Pontificiorum Diplomatum non abs re fuerit addidiſſe *Benedictionem*, quam vocant, ſeu Precantiunculam, quam pro die feſto Sancti Thomæ Aquinatis reperire eſt in antiquo Pontificali Romano. Legitur *pagina* 249 *Col.*1 Pontificalis Romani

Bull. O.P. Tom.VIII. O o 2 editi

editi Lugduni 1542 : & in alio typis impreſſo Venetiis 1543 *pag.*255. Hujus tenoris eſt.

BENEDICTIO.

Pro die Feſto Sancti Thomæ Aquinatis.

„ Benedicat, & cuſtodiat vos Omnipotens Deus,
„ qui per Beatum Thomam Aquinatem, Virginem,
„ Doctorem, & Confeſſorem ſuum, Divina Sapien-
„ tis illuſtratum, Eccleſiam Sanctam hæreſibus pur-
„ gare, & criminibus : ac luce veritatis, & Doctri-
„ næ integritate illuminare eſt dignatus.

„ ℟. Amen.

„ Et qui ejus Doctrinam, in veritate & charita-
„ te fundatam, nullis permiſit adverſantium telis peſ-
„ ſundari, ipſe vos in recta fide, & perſeverantia,
„ & in ſua voluntate dignetur confirmare.

„ ℟. Amen.

„ Quatenus in fide vera firmati, & in bonis ope-
„ ribus perſeverantes, ejus precibus, & meritis ad
„ æternam valeatis pervenire lætitiam, & cum ipſo
„ ſemper in cæleſtibus gaudiis lætari.

„ ℟. Amen.

„ Quod vobis ipſe præſtare dignetur, cujus re-
„ gnum & imperium ſine fine permanet in ſecula
„ ſeculorum.

„ ℟. Amen.

„ Et Benedictio Dei Omnipotentis Pa ✠ tris, &
„ Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper vos,
„ & maneat ſemper.

„ ℟. Amen.

„ Et pax ejus ſit ſemper vobiſcum.

„ ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Hæc ſunt antiqui Pontificalis Romani verba, quæ refero, licet nullus dubitem, quin ejuſdem *Benedictionis* mentionem facturus ſit Clariſſimus Scriptor *Joſephus Catalanus*, Presbyter Congregationis Oratorii S.Hieronymi Caritatis, qui nominis famam, jampridem variis egregiis lucrubationibus editis perilluſtrem, hiſce diebus vel hoc uno ſplendidiſſimam facit Opere præſtantiſſimo, quo Pontificale Romanum perpetuis Commentariis ornat. Duo jam volumina, toto plaudente literario Orbe, prodierunt, quæ partim legi ſumma animi voluptate perfuſus. Tertium prælo maturum eadem diligentia perfecit eruditus Auctor, qui dum ſucceſſu proſpero commendabile ſtudium ponit in omni ſcientiarum genere, quæ viros decent Eccleſiaſticos, omni laude dignus jure, ac merito cenſendus eſt. Ignoſcat Lector, quod, occaſione data, Commentariorum quibus tandem aliquando Pontificale Romanum illuſtratur, meminerim; Opus illud in omnium votis jam dudum fuerat: arduum cunctis videbatur: nunc tandem vulgatur numeris omnibus abſolutum. Abſit igitur, timeam, ne moroſus aliquis mihi ſuccenſeat, quod Opus præclarum laudaverim. Quidni laudarem? Spero, fore ut quiſquis illud legerit, in ipſius Auctorem omnia laudis ornamenta congerenda eſſe, ſit ultro faſſurus. Laudant illud Præſules ampliſſimi, quos delectat Eccleſiaſticarum rerum diligens ſtudium. Laudant Antiſtites vigilantiſſimi, qui Diœceſeon ſuarum Viris Eccleſiaſticis auctores ſunt, illud conſulant, evolvant, perlegant, ut accuratam ſibi ſacrarum rerum notitiam comparare poſſint. Ibi vetus ac recens exhibetur Eccleſiæ diſciplina. Ibi quid Oriens, quid Occidens ferant, habetur. Ibi ſacrorum Rituum origo diligenter exponitur. Ibi Summorum Pontificum, Conciliorum, Patrum referuntur Oracula. Verbo dicam, ſi librum legeris, nec laudaveris, Virum conſule, qui dulcedine literarum trahatur.

QUÆSTIO III.

Quænam ſint præcipua Privilegia, quibus Summi Pontifices ornarunt Studentes in Scholis Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. UT beneficiorum proventus integre percipiant, Lugdunenſibus Clericis, in Scholis Fratrum Prædicatorum Divionen. Studentibus concedit Innocentius IV.

II. Sixtus V ſexaginta dies Indulgentiarum largitur intereſſentibus *Concluſionibus, aut Diſputationibus Theologicis* Confraternitatis Studentium ſub invocatione S. Thomæ.

III. Paulus V decernit, Gradus Scholaſticos conferendos Indis, qui per quinquennium ſtuduerint in Collegiis Fratrum Prædicatorum.

IV. Idem ab Innocentio XII Indis conceſſum.

V. Lauream Doctoralem Secularibus, S. Thomæ Diſcipulis, in præcipuis totius Ordinis Fratrum Prædicatorum Scholis dari poſſe, conceſſit Benedictus XIII.

VI. Clemens tandem XII, feliciter regnans, Ordini Prædicatorum Privilegium largitus eſt Doctoratus Lauream in S. Theologia illius Doctrinæ Auditoribus Secularibus conferendi, qui ejuſdem Ordinis Scholas triennio frequentaverint.

VII. Eadem facultas nonnullis Conventibus jam pridem conceſſa.

I. QUænam ſunt præcipua Privilegia, quibus Summi Pontifices ornarunt Studentes in Scholis Fratrum Prædicatorum? ex ſequentibus habes. Ut beneficiorum proventus integre percipiant, Lugdunen. Clericis in Scholis Fratrum Prædicatorum Divionen. Studentibus concedit *Innocentius IV Conſt.LXXXI* = Dilectæ = *Tom.I pag.*147 dicens: „ Quicunque veſtrum in Scholis Fratrum Prædicatorum Divionen, Lingonen. Diœceſis, ſtudio „ inſtiterint Theologiæ, Beneficiorum ſuorum pro- „ ventus integre percipiant, ac ſi *Pariſius* in eodem „ ſtudio morarentur.

II. Huc ſpectat *Sixti V Conſt.XI* = Salvator Noſter = *Tom.V pag.*448, qua ſexaginta dies Indulgentiarum concedit intereſſentibus *Concluſionibus, aut Diſputationibus Theologalibus* Confraternitatis Studentium ſub invocatione *S. Thomæ*.

III. Indis qui per quinquennium ſtuduerint in Collegiis Fratrum Prædicatorum Gradus conferendos decernit *Paulus V Conſt.XCIX Tom.V pag.*716 dicens: „ Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpania- „ rum Regis Catholici nomine, Nobis nuper expo- „ ſitum fuit, quod in partibus Indiarum Occidenta- „ lium, propter magnam multorum locorum, & Ci- „ vitatum a Liman., & Mexican., Civitatibus, in qui- „ bus Univerſitates Studii Generalis erectæ ſunt, di- „ ſtantiam, multi reperiuntur, qui ex eo, quod ad di- „ ctas Univerſitates pro ſuſcipiendis inibi gradibus „ conſuetis, accedere non poſſunt, ſtudiis operam „ navare nolunt; unde magna in eiſdem partibus vi- „ rorum, qui in Logicæ, Philoſophiæ, ac Sacræ „ Theologiæ Studiis, pro verbi Dei Prædicationi- „ bus, ac Sacramentorum adminiſtratione verſati ſint, „ penuria viget. Quare idem Philippus Rex humili- „ ter ſupplicare fecit, ut in præmiſſis opportune pro-

„ videre

„ videre de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos
„ igitur, pio ejuſdem Philippi Regis deſiderio, quan-
„ tum cum Domino poſſumus, annuere volentes,
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venera-
„ bilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium,
„ Sacri Concilii Tridentini Interpretum conſilio,
„ Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſ-
„ copis Indiarum Occidentalium, &, Sede illorum
„ vacante, Cathedralium Eccleſiarum Capitulis, ut
„ gradibus Baccalaureatus, Licentiaturæ, Magiſte-
„ rii, & Doctoratus inſignire valeant, quotquot an-
„ nis quinque ſtuduerint in Collegiis formatis Fra-
„ trum Ordinis Prædicatorum, quæ a publicis Uni-
„ verſitatibus ducentis ſaltem milliaribus diſtant,
„ dummodo tamen iidem, ut præfertur, promovendi
„ prius egerint actus omnes, qui in Univerſitatibus
„ Generalibus fieri conſueverunt pro his gradibus
„ adipiſcendis, atque a Rectore, & Magiſtro Colle-
„ gii approbationem obtinuerint, Apoſtolica aucto-
„ ritate, tenore præſentium, concedimus, & indul-
„ gemus. Præſentibus ad decennium proximum tan-
„ tum valituris; volumus autem, quod gradus hu-
„ juſmodi nemini ſuffragentur, nec quiſquam illo uti
„ poſſit extra Indias Occidentales prædictas. Datum
„ Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſca-
„ toris die XI Martii MDCXIX, Pontificatus noſtri
„ Anno Decimoquarto.

IV. Innocentius XII Conſt. III = Alias felicis = Tom. VI pag. 397 concedit, ut Indi, qui per quinquennium ſtuduerint in Collegiis Fratrum Prædicatorum promoveantur ad Gradus.

V. Lauream Doctoralem Secularibus, S. Thomæ Diſcipulis, in præcipuis totius Ordinis Fratrum Prædicatorum Scholis dari poſſe, conceſſerat Benedictus XIII Conſt. LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom. VI pag. 622 §. 42.

VI. Eadem de re ſpecialem habes Conſtitutionem, quæ incipit = Verbo Dei = quam Clemens XII, feliciter regnans, *ad amplificandum ſub tanto Magiſtro* (S. Thoma Aquinate, Doctore Angelico) *probæ, incorruptaque doctrinæ ſtudium*, dedit 28 Auguſti 1733. Quæ quia mox tranſcripta fuit hic prætermittitur. Nihil ipſa ſplendidius, nihil ad laudem tanti Doctoris, & ipſius Scholæ, magnificentius excogitari poteſt. Illam ſæpius legas; verba quæque penitius ſcruteris, expendas; ex tot oraculis Apoſtolicæ Sedis, nova in dies ſuavitate, quam veritas infert, compleberis. Experto crede.

VII. Ceterum facultatem iſtam nonnullis Collegiis noſtris Italiæ a Summis Pontificibus jam pridem conceſſam fuiſſe, vel ex eo liquet, quod eadem facultate jam ab antiquo utebantur, ut de Neapolitano Collegio S. Thomæ, & quibuſdam aliis ejuſdem Regni Collegiis conſtat. De Americano Collegio S. Fidei conceſſionem Gregorii XIII vide in Conſt. LXIX Pauli V = Cathedram = *Tom. V pag. 690.*

QUÆSTIO IV.

Facultas S. Theologiæ Magiſtros conſtituendi Fratres ſibi ſubditos, fuitne conceſſa Magiſtro Generali Fratrum Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. Facultatem illam Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum a Beato Benedicto XI, Gregorio XI, aliiſque Summis Pontificibus, conceſſam fuiſſe, teſtatur Bonifatius IX.

Qui eandem largitur.

II. Servatis tamen quibuſdam conditionibus, quas præſcribit.

III. Idem Privilegium ipſi conceſſum ab Alexandro V, Conſtitutione = *Dum Religionis* =

IV. Conſtitutione = *Perſonam tuam* =

V. Conſtitutione = *Dilectos filios* =

VI. Et Conſtitutione = *Sicut debetur* =

VII. A Johane XXIII.

VIII. A Martino V, Conſtitutione = *Viri Sacra* =

IX. Conſtitutione = *In Apoſtolicæ* =

X. Conſtitutione = *Sedis Apoſtolicæ* =

XI. Et Conſtitutione = *Inter ceteros* =

XII. Ab Eugenio IV, Conſtitutione = *Rationi congruit* =, & Conſtitutione = *Ad jugem* =, ac Conſtitutione = *Hodie noſtræ* =

XIII. A Sixto IV.

XIV. A Julio II, Conſtitutione = *Cum in* =

XV. Conſtitutione = *Exponi Nobis* =

XVI. Conſtitutione = *Ex conſuetudine* =

XVII. Conſtitutione = *Expoſuiſti* =

XVIII. Conſtitutione = *Exponi Nobis* =

XIX. Et Conſtitutione = *Conſiderantes* =

XX. Huc ſpectant Conſtitutiones, Leonis X:

XXI. Pauli III pro Provinciæ Lombardiæ Magiſtris.

XXII. S. Pii V pro Provincia Portugalliæ.

XXIII. Ejuſdem S. Pii pro Collegio Orioleſi.

XXIV. Eiuſdem pro Provincia Regni.

XXV. Ejuſdem pro Provincia Aragoniæ.

XXVI. Ejuſdem pro Provinciæ Bæticæ.

XXVII. Ejuſdem Conſtitutio = *Cum Sacer Ordo* = qua concedit, ut Generalis Magiſter ſibi ſubditis Fratribus Prædicatorum Familiæ Gradus Scholaſticos Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterii, conferre poſſit.

XXVIII. Clementis VIII pro Provincia Hiſpaniæ.

XXIX. Ejuſdem pro Provincia Bæticæ.

XXX. Pauli V pro Provincia Aprutina.

XXXI. Ejuſdem pro Provincia Bæticæ.

XXXII. Ejuſdem pro Provincia Aprutina.

XXXIII. Ejuſdem Pauli V pro Provincia Aragoniæ.

XXXIV. Ejuſdem pro Provincia Bæticæ.

XXXV. Urbani VIII pro Provincia S. Petri Martyris.

XXXVI. Ejuſdem pro Provincia Bæticæ.

XXXVII. Ejuſdem pro Provincia Portugalliæ.

XXXVIII. Ejuſdem pro Provincia Romana.

XXXIX. Innocentii X pro Provincia Portugalliæ.

XL. Innocentii XI Conſtitutio = *In ſupremo* = qua Graduatos ad certum numerum pro unaquaque Provincia reducendos decernit.

XLI. Ejuſdem Conſtitutio = *Cum Nos* = qua Bonifatii IX Conſtitutionem ſervandam jubet.

XLII. Innocentii XII Conſtitutio = *En injuncto* = qua Innocentii XI Conſtitutionem pro Graduatorum reductione datam confirmat.

XLIII. Ejuſdem Innocentii XII pro Cæſarauguſtano Cœnobio S. Ildefonſi.

XLIV. Ejuſdem pro Provincia Lombardiæ.

XLV. Clementis XI pro Congregatione B. Jacobi Venetiarum, aliiſque Congregationibus Italiæ.

XLVI. Innocentii XIII pro Provincia Aprutina.

XLVII. Quomodo concilianda, quæ ſibi hac de re contraria videntur.

XLVIII. De Privilegiis Magiſtrorum, quos Generalis

neralis Prædicat- rum Familiæ Laurea Doctorali donat, conſulenda S. Pii V Conſtitutio;
Quam Benedictus XIII confirmavit.

I. QUod Facultas Sacræ Theologiæ Magiſtros, ſibi ſubditos, Fratres conſtituendi, conceſſa fuerit Magiſtro Generali Fratrum Prædicatorum, ex ſequentibus habes. Fratri *Thomæ de Firmo* Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum ſcribens *Bonifatius IX Conſtitut.CCVIII* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.436*: ,, Felicis recordationis, inquit, Be-
,, nedicti, & Gregorii XI, & nonnullorum aliorum
,, Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum
,, veſtigiis inhærentes, ut tu, & Succeſſores tui Magi-
,, ſtri dicti Ordinis, qui fuerint protempore, in quoli-
,, bet Capitulo Generali ſecundum morem dicti Ordi-
,, nis pro tempore celebrando, uni ex Fratribus dicti
,, Ordinis in Theologica facultate provecto, quem
,, tu, vel ſucceſſores hujuſmodi per tuam, vel ſuc-
,, ceſſorum eorundem, necnon Definitorum dicti Ca-
,, pituli, vel aliorum Magiſtrorum ad hoc aſſumen-
,, dorum, diligentem examinationem, ſufficientem,
,, & idoneum inveneris, Magiſterii honorem, & do-
,, cendi licentiam in Facultate prædicta, ſervatis Con-
,, ſtitutionibus Viennenſis Concilii, & aliis ſolemni-
,, tatibus in talibus conſuetis, auctoritate Apoſtolica,
,, largiri, ſibique, ut infra dictum Ordinem, & ex-
,, tra, quibuſcunque gratiis, privilegiis, libertati-
,, bus, & indulgentiis, tam a Sede, quam ab Ordine
,, prædictis Fratribus, ejuſdem Ordinis in eadem
,, Theologia Pariſius Magiſtratis, conceſſis, perin-
,, de uti, & gaudere valeat, ac ſi in Pariſien. ſtu-
,, dio hujuſmodi Magiſterium recepiſſet.

II. ,, Dilectos filios, inquit, *Bonifatius IX Conſtitut.CCXVI Tom.II pag.442*: ,, Thomam Magiſtrum,
,, & Fratres Ordinis Prædicatorum, qui mundanis ab-
,, jectis illecebris, Altiſſimo in humilitatis ſpiritu de-
,, ſervire ſatagunt, gerentes in viſceribus caritatis,
,, eorum proventui libenter conſulimus, & illis, quæ
,, in diſpendium, & denigrationem Ordinis hujuſmo-
,, di vergere conſpicimus, quantum cum Deo poſſu-
,, mus, libentur obviamus. Hinc eſt, quod Nos,
,, Magiſtri, & Fratrum prædictorum in hac parte
,, devotis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apo-
,, ſtolica, tenore præſentium, perpetua, & irrefraga-
,, bili Conſtitutione, ſtatuimus, & etiam ordinamus,
,, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus
,, ex Fratribus dicti Ordinis abſque licentia, ſeu aſſi-
,, gnatione Capituli Generalis, ſecundum morem
,, ejuſdem Ordinis, ad legendum pro forma, ſeu ad
,, honorem Magiſterii in Theologia promoveri, nec
,, gradu hujuſmodi Magiſterii fungi poſſit, aut de-
,, beat, niſi per dictum Capitulum fuerit approbatus,
,, vel promotus; contrarium vero faciens eo ipſo ex-
,, communicationis ſententiam incurrat, & ſi per Ca-
,, pitulum prædictum reprobatus extiterit, pro non
,, Magiſtro habeatur; quodque quicunque Fratres
,, dicti Ordinis, qui infra decem annos proxime præ-
,, teritos ad honorem Magiſterii hujuſmodi promoti,
,, per aſſignationem prælibati Capituli libros Senten-
,, tiarum non legerint, & quorum lectura non fuerit
,, per hujuſmodi Capitulum approbata, in proximo
,, Generali Capitulo ſecundum morem ipſius Ordinis,
,, vel per eos quibus id per dictum Capitulum com-
,, mittetur, examinentur diligenter, & niſi per exa-
,, minationem hujuſmodi digni reperti fuerint ad Ma-
,, giſterii honorem obtinendum, de cetero Magiſtri
,, in eadem facultate nullatenus cenſeantur, Conſtitu-
,, tionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudini-
,, bus Provinciarum, & locorum dicti Ordinis, nec-
,, non privilegiis, gratiis, & conceſſionibus Apoſto-
,, licis in genere, vel ſpecie, quibuſvis Fratribus,
,, Provinciis, ſeu locis, conceſſis, ſeu factis, aut
,, concedendis, ſeu faciendis, ſub quavis forma,
,, vel expreſſione verborum, etiamſi de eis de verbo
,, verbum habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecia-
,, lis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcun-
,, que. Nos enim ex nunc irritum decernimus, &
,, inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis aucto-
,, ritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atten-
,, tari.

III. Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum ſcribens *Alexander V Conſt.XIV* = Dum Religionis = *Tom.II pag.495*, hæc habet: ,, Ut tu, & quilibet tui
,, Ordinis Magiſter, qui pro tempore fuerit, unum
,, ex Fratribus dicti Ordinis Profeſſoribus, quem
,, duxeris, aut Magiſter hujuſmodi pro tempore exi-
,, ſtens duxerit eligendum, ad Magiſterii in Theolo-
,, giæ facultate honorem ſuſcipendum, & ad id ido-
,, neum, ad Sententiarum libros in ſecundis Scholis
,, Pariſiis legendum pro forma, & gradu hujuſmodi
,, Magiſterii ſuſcipiendi, ſingulis annis, abſque ta-
,, men præjudicio Univerſitatis Pariſien., deputare,
,, & nominare, libere, & licite poſſis, tibi, ac Ma-
,, giſtro cuilibet dicti Ordinis, qui pro tempore fue-
,, rit, auctoritate Apoſtolica, plenam, & liberam,
,, tenore præſentium, concedimus poteſtatem.

IV. Eundem Magiſtrum Generalem alloquens idem *Alexander V Conſt.* = Perſonam tuam = *Tom.II pag.496*: ,, Nos, inquit, tuis devotis in hac parte
,, ſupplicationibus inclinati, & fel. rec. Benedicti XI,
,, Gregorii XI, & nonullorum aliorum Pontificum
,, Romanorum, Prædeceſſorum noſtrorum, veſtigiis
,, inhærentes, ut tu, & ſucceſſores tui, Magiſtri,
,, dicti Ordinis, qui fuerint pro tempore in quolibet
,, Capitulo Generali, ſecundum morem dicti Ordi-
,, nis pro tempore celebrando, uni ex Fratribus dicti
,, Ordinis in Theologiæ facultate provecto, quem tu,
,, vel ſucceſſores hujuſmodi, per tuam, vel ſucceſſo-
,, rum eorundem, necnon Definitorum dicti Capitu-
,, li, vel aliorum Magiſtrorum ad hoc aſſumendorum,
,, diligentem examinationem, ſufficientem, & ido-
,, neum, Inveneritis, Magiſterii honorem, & docen-
,, di licentism in facultate prædicta, ſervatis conſti-
,, tutionibus Viennen. Concilii, & aliis ſolemnitatibus
,, in talibus conſuetis, auctoritate Apoſtolica, largi-
,, ri, ſibique, ut intra prædictum Ordinem, & ex-
,, tra, quibuſcunque gratiis, privilegiis, & libertati-
,, bus, & indulgentiis tam a Sede, quam ab Ordine
,, prædictis, Fratribus ejuſdem Ordinis in eadem
,, Theologia Pariſiis Magiſtratis conceſſis, provide
,, uti, & gaudere valeat, acſi in Pariſien. ſtudio
,, hujuſmodi Magiſterium recepiſſet.

V. ,, Nos, inquit, *Alexander V Conſt.XIX* = Dilectos filios = *Tom.II pag.499*: ,, Magiſtri, & Fra-
,, trum Prædicatorum in hac parte devotis ſupplica-
,, tionibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore
,, præſentium, perpetua, & irrefragabili Conſtitu-
,, tione, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod de
,, cetero, perpetuis futuris temporibus, nullus ex
,, Fratribus dicti Ordinis abſque licentia, ſeu aſſigna-
,, tione Capituli Generalis ſecundum morem dicti Or-
,, dinis ad legendum pro forma, ſeu ad honorem Ma-
,, giſterii in Theologia promoveri, nec gradu hujuſ-
,, modi Magiſterii fungi poſſit, aut debeat, niſi per
,, dictum Capitulum fuerit approbatus, vel promo-
,, tus. Contrarium vero faciens eo ipſo excommunica-
,, tionis ſententiam incurrat, & ſi per Capitulum præ-
,, dictum

dictum reprobatus extiterit, pro non Magiſtro habeatur. Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Provinciarum, & locorum dicti Ordinis, necnon privilegiis, gratiis, & conceſſionibus Apoſtolicia in genere, vel in ſpecie, quibuſvis Fratribus, Provinciia, ſeu locis, conceſſis, ſeu factis, aut concedendis, vel faciendis, ſub quavis forma, vel expreſſione verborum, etiam ſi de eia de verbo ad verbum habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis, & aliis contrariis non obſtantibua quibuſcunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

VI. „ Cum itaque, inquit idem *Alexander V Conſtitut. XXI* = Sicut debetur = *Tom.II pag.* 500. Generali Magiſtro ſcribens: „ ſicut accepimus, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſores jam pluribus annis in Theologiæ ſacultate ſtuduerint, & adeo in facultate ipſa profecerint, qnod ſe idoneos reddiderunt ad obtinendum Magiſterii bonorem in eadem; Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, vel illi in Sacra Theologia Magiſtro, qnem in Generali Capitulo ſecundum morem dicti Ordinis de proximo celebrando, in tui abſentia præeſſe contigerit, aut alteri, cui in præfato Capitulo hoc duxeris committendum, concedendi quatuor ex Fratribus dicti Ordinis profeſſoribua, quos ad hoc duxeris, aut ille, qui in tui abſentia in dicto Capitulo præerit, ſen ia, cui boc permiſeris, ut præfertur, duxerit eligendoa, ſi per tuam, vel ipſius præſidentia, aut alteriua, cui commiſeris, & aliorum, ſaltem quinque, vel plurium in bujuſmodi facultate Theologiæ Magiſtrorum diligentem examinationem, reperti fueriot idonei, & ſufficientes, ad Magiſterii honorem in eadem ſacultate obtinendum, hujuſmodi Magiſterii honorem, & docendi licentiam, in eadem, ſervatis Conſtitutionibus Viennen. Concilii, & aliis ſolemnitatibua in talibua obſervari conſuatis, & ut ipſi Fratrea intra dictum Ordinem, & extra quibuſcunque gratiis, & privilegiia, libertatibus, & indulgentiia, tam a Sede Apoſtolica, quam a dicto Ordine, Fratribus ejuſdem Ordinia Pariſiia in eadem ſacultate Magiſtratis conceſſis, perinde nti, & gaudere valeant, ac ſi in Pariſien. ſtudio hujuſmodi Magiſterii honorem recepiſſent, non obſtantibus quibuſcnnque Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon privilegiia, ac ſtatutis, & conſnetudinibus Studii, & Ordinis prædictorum contrariia, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, etſi de illia, & eorum totia tenoribus ſpecialia, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio foret in præſentibus facienda, quæ alias in ſuo robore volumns permanere, plenam, & liberam concedimus, tenore præſentium, ſacultatem.

VII. Fratri *Thomæ de Firmo* ſcribens *Johannes XXIII Conſt. XXI* = Viri Sacræ = *Tom.II pag.* 515: „ Cnm itaque, inquit, nonnulli tui Ordinia profeſſorea adeo, ſicut accepimus, literarum ſtndiis inſudaverint, quod, gratia eis ſuffragante divina, jam pluribus annis in multis Studiis Sacræ Paginæ lectores extiterint, ſeque idoneos reddant etiam ad obtinendnm bonorem Magiſterii in eadem, diſcretioni tnæ, de qua in Domino fiduciam gerimua ſpecialem, quatuor ex ipſis profeſſoribus, quos ad boc duxeris eligendos, ſi per tuam, & aliorum quatuor Magiſtrorum in dicta pagina diligentem examinationem, eos ad boc ſufficientes, & idoneos repereris, in primo proxime futuro Generali tui Ordinis Capitulo, per te Januæ, vel alibi celebrando, videlicet ultra unum alium, quem, ut aſſeris, ex facultate Sedis Apoſtolicæ valeas in dicta paginæ magiſtrare, honorem hujuſmodi Magiſterii, & docendi licentiam, ſervatis Conſtitutionibus Viennen. Concilii, & aliis ſolemnitatibus in talibus ſervari conſuetis, ut ipſi intra dictum Ordinem, & extra quibuſcunque privilegiis, gratiis, libertatibus, & indulgentiis, tam a Sede, quam ab Ordine prædictis Fratribus ejuſdem Ordinis in eadem Theologia Pariſiis Magiſtratis conceſſis, perinde nti, & gaudere libere, & licite valeant, ac ſi Pariſiis hujuſmodi Magiſterinm, & docendi licentiam recepiſſent, auctoritate Apoſtolica, concedendi, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, ac ſtatutis, & conſuetudinibua Studiorum, & Ordinis Prædicatorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, etſi de illis, & eorum totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio facienda, quæ alias volumus in ſuo robore permanere, plenam, & liberam concedimus, tenore præſentium, facultatem.

VIII. Fratri *Leonardo* Generali Magiſtro ſcribens *Martinus V Conſt. XXVIII Tom.II pag.* 557: „ Viri, inquit, ſacræ lectionis ſtudio dediti, & in lege Domini eruditi, ſub Religionia habitu Domino militantes, favoris Apoſtolici gratiam promerentur, eoque benigniua licet eorum deſideriis annuere, quo ex iſtorum profectibua major poteſt in Dei Eccleſia ntilitas provenire. Cum itaque, ſicut accepimus, in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum Coloniæ in Feſto Pentecoſtes proxime futuro, juxta ipſiua Ordinis inſtituta, ut dicitur, celebrando, quamplures Fratrea ejuſdem Ordinia, qui Sententiarum, & alios libros Facultatia Theologiæ in Studiis Generalibus, & aliis locis dicti Ordinia prælegerunt, habiles, & idonei ad bonorem Magiſterii in dicta Facultate obtinendum, dicantur debere convenire: Nos volentes tuam bonorare perſonam, ut per bonorem tibi impenſum, poſſis te aliis reddere gratioſum, tuis in bac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de qua in bis, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, concedendi, anctoritate noſtra, duobus ex dictis Fratribus ipſius Ordinis profeſſoribus, quos duxeria eligendos, quoſqne ad hoc in vita, & moribus reputaveria, & per tuam, & quatuor aliorum in dicta Facultate Magiſtrorum de dicto Capitulo, diligentem examinationem, ad recipiendum Gradum Magiſterii hnjuſmodi, idoneos, & ſufficientes eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, hujuſmodi Magiſterii honorem, & docendi licentiam in Facultate prædicta, ſervatia Conſtitutionibus Viennenſis Concilii, ac aliis ſolemnitatibus in talibus ſervari conſuetis, non obſtantibns quibnſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non privilegiis, ſtatntis, & conſuetudinibus prædicti Ordinia contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacnnque firmitate alia roboratis, & ſi de illis, & eorum totia tenoribus ſpecialis, & expreſſa, de verbo ad verbnm eſſet in præſentibus mentio facienda, quæ alias volumus in ſuo robore permanere, plenam, & liberam concedimus, tenore præſentium, ſacultatem.

IX. Fratribus Prædicatoribus ſcribens idem, *Martinus V.*

*tinus V Conſt.XLII Tom.II pag.*569 „ In Apoſtolicæ,
„ inquit, dignitatis ſpecula, licet immeriti, diſpo-
„ nente Domino, præſidentes, ad veſtri Ordinis con-
„ ſervationis honorem, ac facultatis Theologiæ pu-
„ ritatem, noſtræ conſiderationis dirigentes intui-
„ tum, quæ circa hæc ſalubriter ſtatuta ſunt, & or-
„ dinata, ut firmiter obſerventur, partes noſtræ ſo-
„ licitudinis adhibemus. Sane pro parte dilectorum
„ filiorum Leonardi Statii Prioris Generalis, & De-
„ finitorum Capituli Generalis Ordinis Fratrum
„ Prædicatorum, dudum in oppido Friburgi, Baſi-
„ lien. Diœceſis celebrati, nobis exhibita petitio con-
„ tinebat, quod olim ipſi tunc in dicto Capitulo exi-
„ ſtentes provide attendentes, quod nonnulli dicti
„ Ordinis Fratres minus ſufficientes, & idonei ad ſta-
„ tum, ipſis, eorum ſufficientia, & idoneitate pon-
„ deratis, non debitum, per viam exquiſitam nimia
„ mundanorum honorum, & honorum ambitione
„ ſeducti, aſcendere molientes, Lectura, & actibus
„ Scholaſticis circa hoc in Studiis Generalibus, in
„ quibus illud in dicta Theologiæ facultate viget
„ generale, non completis, extra eadem Studia ad li-
„ centiæ gradum, & Magiſterii honorem in dicta
„ Theologia promoveri eatenus procuraverant, ac
„ etiam procurabant, quod in ipſius Ordinis præju-
„ dicium cedebat, ac etiam ſcandalum: volentes cir-
„ ca hoc providere, de conſilio, & aſſenſu omnium
„ in præfato Capitulo exiſtentium ſtatuerunt, & or-
„ dinaverunt, ſi ad hoc Apoſtolicæ Sedis accederet
„ firmitatis auctoritas, quod omnes, & ſinguli Fra-
„ tres dicti Ordinis, qui ſic Licentiati, aut Magiſtra-
„ ti in eadem Theologia a quinquennio citra extite-
„ rant, necnon illi, quos, hujuſmodi lectura, &
„ actibus non completis, in ea licentiari, aut Magi-
„ ſtrari, contingeret, pro non licentiatis, & non
„ Magiſtratis haberentur, nec etiam reputarentur
„ niſi per hujuſmodi Capitulum, aut Magiſtrum ap-
„ probati forent; ac etiam mandaverunt Provincia-
„ libus, ac aliis ejuſdem Ordinis Prioribus pro tem-
„ pore exiſtentibus, ſub pœna abſolutionis a ſuis offi-
„ ciis, quam contravenientes incurrerent, quod ta-
„ liter licentiatos, & licentiandos, ac Magiſtratos,
„ & Magiſtrandos in eadem Theologiæ facultate, ad
„ honores, loca, & privilegia, ad quæ ceteri in ea
„ licentiati, ſeu Magiſtri admitti ſolent, non admit-
„ terent, ſed ipſos tenerent, & tractari facerent
„ quoad illa ſicuti ante hujuſmodi licentiæ gradum,
„ & Magiſterium tenebantur. Prohibueruntque in-
„ ſuper Definitores præfati eidem Magiſtro Genera-
„ li pro tempore exiſtenti, ne cum hujuſmodi licen-
„ tiatis, & Magiſtratis de cetero quoquo modo di-
„ ſpenſaret. Quare pro parte veſtra nobis fuit hu-
„ militer ſupplicatum, ut Statutom, & ordinationem
„ hujuſmodi rata, & grata habere pro eorum ſubſi-
„ ſtentia firmiori, illaque obſervari mandare digna-
„ remur. Nos igitur, hujuſmodi talium ambitioſis
„ conatibus per debitæ proviſionis auxilium occur-
„ rere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus incli-
„ nati, ac ea rata habentes, & grata, diſcretioni ve-
„ ſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus
„ omnes, & ſingulos licentiatos, & Magiſtratos hu-
„ juſmodi, vel in poſterum licentiandos, aut Magi-
„ ſtrandos in dicta Theologiæ facultate præfati Ordi-
„ nis, quos niſi lecturam, & actus Scholaſticos in
„ ſtudio ejuſdem facultatis Theologiæ, in quo illud
„ vigeat Generale, fieri ſolitos, compleverint; & in
„ eodem Studio ad hujuſmodi licentiæ Gradum, ac
„ Magiſterii honorem ſuſcipientes in eadem Theolo-
„ gia reperti fuerint ſufficientes, & idonei, pro non
„ Licentiatis, & non Magiſtratis habeatis, & repu-
„ tetis, & ab aliis pro non licentiatis, & non Magi-
„ ſtratis faciatis, auctoritate noſtra, ab omnibus te-
„ neri, & etiam reputari. Decernentes, auctorita-
„ te prædicta, quod nullus cum hujuſmodi ſic Licen-
„ tiatis, & Magiſtratis, ſeu licentiandis, & magi-
„ ſtrandis diſpenſare præſumat, niſi de dictæ Sedis
„ licentia ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam,
„ ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi men-
„ tionem, & cum aſſenſu Magiſtri præfati, aut Pro-
„ curatoris dicti Ordinis, in Romana Curia pro tem-
„ pore exiſtentis, & quod ipſi Licentiati, & Magi-
„ ſtrati, & Licentiandi, & Magiſtrandi, ante vel poſt
„ diſpenſationem hujuſmodi, lecturam, & actus præ-
„ dictos compleverint, aut complere teneantur, &
„ ad hujuſmodi licentiæ gradum, & Magiſterii hono-
„ rem recipiendum idonei reperti fuerint, aut repe-
„ riantur, alioquin diſpenſatio aliter facta eis nulla-
„ tenus in aliquo ſuffragetur.

X. Huc ſpectat ejuſdem *Martini V Conſt:XLVIII* = Sedis Apoſtolicæ = *Tom.II pag.*573.

XI. „ Cupientes, inquit *Martinus V Conſt.CXXIV* = Inter ceteros = *Tom.II pag.*622: „ ut digni dun-
„ taxat dicti Ordinis profeſſores, qui perfecerint in
„ aliquo ex Generalibus Studiis curſus ſuos, ſecundum
„ regularia inſtituta dicti Ordinis, Gradum hujuſmo-
„ di Magiſterii, ac ſuorum laborum meritum, ac
„ præmium conſequantur, hujuſmodi ſupplicationi-
„ bus inclinati, hac noſtra Conſtitutione irrefragabi-
„ li, perpetuo duratura, auctoritate Apoſtolica, te-
„ nore præſentium, ſtatuimus, atque decernimus,
„ quod nullus deinceps ex Fratribus Ordinis, & Pro-
„ vinciæ prædictorum, niſi prius in aliquo Romanæ
„ Curiæ, Pariſien., Bononien., Oxonen., vel Sa-
„ lamantin. ſtudiorum, per quadriennium Theolo-
„ giam legerit, ibique curſus, & actus ſuos Schola-
„ ſticos conſuetos compleverit, & deinde poſt dili-
„ gentem, & rigoroſam examinationem Magiſtro-
„ rum in eadem Theologia ſuper hoc in ipſis Studiis
„ deputatorum, vel deputandorum, ad gradum hu-
„ juſmodi Magiſterii obtinendum ſufficiens, & ido-
„ neus repertus fuerit, quavis, etiam auctoritate li-
„ terarum dictæ Sedis, aut Legatorum ejuſdem, ad
„ ipſum Magiſterii, vel licentiæ gradum, in eadem
„ Theologia, abſque ſpeciali prædictæ Sedis licen-
„ tia, vel indulto, faciente plenam, & expreſſam,
„ ac de verbo ad verbum de Conſtitutione hujuſmo-
„ di in ſuis literis mentionem, per aliquem de cetero
„ valeat promoveri quomodolibet, vel aſſumi. Non
„ obſtantibus literis, & privilegiis Apoſtolicis, qui-
„ buſvis perſonis, cujuſcunque ſtatus, gradus, Or-
„ dinis, vel religionis, exiſtant, ab eadem Sede ſub
„ quacunque verborum forma, conceſſis, ac ſtatu-
„ tis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, etiam jura-
„ mento, confirmatione Apoſtolica, vel quaconque
„ firmitate alia vallatis, ceteriſque in contrarium
„ editis, aut aliter diſponentibus quibuſcunque. Nos
„ enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſe-
„ cus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate,
„ ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

XII. De Sacræ Theologiæ Doctoribus in Armenia Majori creandis loquens *Eugenius IV Conſt.IV* = Rationi congruit = *Tom.III pag.*4: „ Dudum ſiquidem,
„ inquit, felicis recordationis Martino Papæ V Præ-
„ deceſſori noſtro pro parte dilecti filii Joſeph de
„ Aparaver, profeſſoris Ordinis Fratrum Unitorum
„ de Armenia majori, Magiſtri in Theologia, expo-
„ ſito, quod licet ipſe Joſeph ex animi ſui affectu
„ fidem Catholicam inter Chriſtiani nominis Zelato-

„ res

,, res poſſet ampliare, ac lectionibus publicis divinæ
,, Scripturæ, prout ad ipſius Magiſterii gradum per-
,, tinebat, inſiſtere deſideraſſet, tamen quia nonnul-
,, li ejuſdem Chriſtiani nominis charactere inſigniti,
,, pro eo quod ipſi Joſeph, dum alias in facultate
,, Theologiæ pro hujuſmodi gradu aſſequendo exa-
,, minatus, & approbatus fuerat, ac in eadem Magi-
,, ſtralia inſignia receperat, ſceptrum, ſive baculns
,, Magiſtralis duntaxat abſque Birreti traditione aſſi-
,, gnatus extiterat, ſub nomine Magiſtri publice le-
,, gere, & bnjuſmodi Magiſtrales actus exereere abſ-
,, que birreto, & aliis magiſtralibus inſigniis ſibi non
,, licere, aſſerebant, & pro parte dicti Joſeph eidem
,, Prædeceſſori bumiliter ſupplicato, ut, cum juxta
,, antiquum, & approbatum morem illarum partium
,, Magiſtrandis in aliqua facnltate in eorum promo-
,, tionibus ad hujuſmodi Magiſterii gradum dunta-
,, xat baculus ſine Birreto, & aliis inſigniis hujuſ-
,, modi dari conſneviſſet, quatenus ad obſtruendum
,, ora obloquentium, ne ipſe in Chriſtianæ Religio-
,, nis, & verbi Dei propagatione, ac Sacrarum Scri-
,, pturarum Lectionibus hujuſmodi, occaſione præ-
,, miſſorum, impediretur, & ut circa talia ferven-
,, tius intendere, & invigilare valeret, in præmiſſis
,, opportune ſibi providere dignaretur; præfatus
,, Prædeceſſor, dicti Joſeph, apud eum de Religio-
,, nis zelo, literarum ſcientia, vitæ, ac morum ho-
,, neſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis
,, commendati, in ea parte ſupplicationibus inclina-
,, tus, videlicet Quarto Idus Januarii, Pontificatus
,, ſui Anno quartodecimo, certo Judici conceſſit da-
,, ri mandatis, ut ſi de impenſo hujuſmodi Magiſterii
,, gradu conſtaret, eidem Joſeph hujuſmodi Birre-
,, tum, etiam auctoritate Apoſtolica, traderet, nec-
,, non quod in dicta facultate Theologiæ alios, quos
,, ad hoc idoneos reperiret, & poſtquam curſum con-
,, ſuetum legendo, & diſputando juxta morem, &
,, conſuetudinem Univerſitatum generalium ſtudio-
,, rum in dictis partibns, in quibus ipſum Joſeph pro
,, tempore legere, & hnjuſmodi Magiſtrales actus
,, exercere contingeret, impleviſſent, promovendi,
,, & inſignia hujuſmodi illis tunc debita coneedendi,
,, & aſſignandi, licentiam concederet, & etiam facul-
,, tatem. Ne antem ex eo, quia idem Prædeceſſor li-
,, teris ſuper conceſſione mandati hujuſmodi non con-
,, fectis diem clauſit extremum, idem Joſeph illius fru-
,, ſtretur effectu, volentes, & auctoritate Apoſtoli-
,, ca eidem Joſepb concedentes, qnod conceſſio Præ-
,, deceſſoris hujuſmodi a dicta die Quarto Idus Janua-
,, rii ſuum conſequatur effectum, perinde ac ſi ſuper
,, ea dictæ Prædeceſſoris literæ ſub ipſius diei data
,, confectæ fuiſſent, quodque præſentes literæ ad
,, probandum plene ipſius Prædeceſſoris hujuſmodi
,, conceſſionem ubique ſufficiant, nec ad id alterius
,, probationis adminieulum requiratur, Fraternitati
,, tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenns
,, conceſſionem mandati Prædeceſſoris hnjnſmodi exe-
,, cutioni debitæ demandare procures, in omnibus,
,, & per omnia, pront ſuperius eſt expreſſum.

De Fratribus Mendicantibus promovendis ad Gradus Scholaſticos in Univerſitate *Pariſienſi* hæc habet *Eugenius IV*, *Conſt. CCXXXVIII Tom.III pag.*149:

,, Eugenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad
,, Perpetuam Rei Memoriam.. Ad jugem Divinæ
,, Scientiæ, & Sacræ Theologiæ propagationem, ut
,, peculiare illius ſtudinm ad ſalubrem fidelium ædifi-
,, cationem undique ſuos funiculos longiores efficiat,
,, continuas noſtræ meditationis ſolicitudines impen-
,, dimus, ac illis, quæ propterea, ſingulis ſublatis
,, diſpendiis, profutura fore conſpicimus, favores
,, Apoſtolicos diffuſius impertimur. Sane pro parte
,, dilectorum filiorum Generalium, & Fratrum Mi-
,, norum, Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſti-
,, ni, & Carmelitarum Ordinnm, Nobis nuper exhi-
,, bita, petitio continebat, quod licet juxta antiquas,
,, & laudabiles, dudum, etiam a tanto tempore, cu-
,, jus eontrarii non exiſtit memoria, in Facultate
,, Theologiæ Univerſitatis Studii Pariſienſis incon-
,, cuſſe obſervatas, conſuetudines, ſinguli dictorum
,, Ordinum Fratres, qui pro felici dicti Studii Theo-
,, logiæ continuatione, & ſalutari conſummatione,
,, per generalia cujuſcunque ex dictis Ordinibus Ca-
,, pitula, vel per ſuos Generales, aut eorum Vica-
,, rios, ſeu alios ad id ſufficientem poteſtatem haben-
,, tes, ad Univerſitatem Pariſienſem miſſi, & ad le-
,, gendum Bibliam pnblice deputati, & aſſignati fue-
,, runt, ſi per deputatos Facultatis Theologiæ dictæ
,, Univerſitatis ad hoc reperti fuerint ſufficientes,
,, ſolutis juribus ejuſdem facultatis, ſine mora alicu-
,, jus præcedentis temporis ad legendum Bibliam pu-
,, blice hujuſmodi ab eadem facultate admiſſi, & re-
,, cepti, ſive acceptati fuiſſent, necnon illi, qui ſimi-
,, li modo ad legendum Sententias deputati fuerunt,
,, ſine alicujus præcedentis temporis requiſitione, ſine
,, Bibliæ lectura, ſine curſibus, & abſque ulla ipſo-
,, rum curſuum perſolutione, ab ipſa facultate ad
,, legendum Sententias, ſive librnm Sententiarum,
,, admiſſi extiterint, & poſtquam dicti Fratres Bac-
,, calaurei formati in dicta Theologia facti fuerant,
,, quilibet ex eiſdem Ordinibus Regens, unum ex di-
,, ctis Baccalaureis pro obtinenda ſententia in dicta
,, Theologia Cancellario Eccleſiæ Pariſienſis præſen-
,, tare conſuevit, ipſeque Baccalaureus ſic præſen-
,, tatus, ad immediatam ſequentem tunc ſententiam,
,, licet etiam ſtatuti temporis, videlicet quinque an-
,, norum, dum tamen bis de ordinsrio reſpondiſſet,
,, ſpatium non compleviſſet, protinus admiſſi exti-
,, tiſſent, & ex præmiſſis plurimi dictorum Ordinum
,, Fratres in eadem Theologia legendo, & diſputan-
,, do, multipliciter profecerunt, ac plura exinde Deo
,, grata, & hominibus accepta bona ſucceſſerunt, ta-
,, men a multis annis citra, nonnulli ex facnltate
,, Theologiæ Univerſitatis hujuſmodi, dictis Fratri-
,, bus, ac Ordinibus, communique utilitati ſe oppo-
,, nentes, ita fecerunt, ut eis exinde multa diſpendia
,, provenire noſeantur, pro parte Generalium, &
,, Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſuppli-
,, catum, ut ſuper iis opportune providere de beni-
,, gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque ube-
,, res, & commendabiles, quos dicti Fratres dudum
,, in Dei Eccleſia afferunt fructus, propenſins atten-
,, dentes, ac eorum ſtatui, ac indemnitati in præmiſ-
,, ſis opportune conſulere cnpientes, necnon dictas
,, conſnetudines, velut legitimas, & rationabiles,
,, Apoſtolica auctoritate, approbantes, & confir-
,, mantes, ac obſervandas fuiſſe, & in futnrum per-
,, petuo obſervari debere, cenſentes, ac decernentes,
,, præſentis, perpetuo valituræ, & irrefragabiliter
,, obſervandæ Conſtitutionis edicto, eadem auctori-
,, tate, ſancimus, ſtatuimns, & ordinamus, quod
,, deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, &
,, ſinguli dictorum Ordinum Fratres, qui pro conti-
,, nuatione, & conſummatione ſtudii Theologiæ hu-
,, juſmodi, per aliqua ex Generalibus dictorum Ordi-
,, num Capitula, vel eorum aliquod, aut per ſuos Ge-
,, nerales, vel eorum Vicarios, ſeu quoſcunque alios
,, ſufficientem ad id poteſtatem habentes, ad dictam
,, Univerſitatem miſſi, & ad legendum inibi Bibliam

,, publice deputati, & aſſignati fuerint, ac per dictos
,, deputatos facultatis Theologiæ ad hoc ſufficientes,
,, & idonei reperti fuerint, ſolutis juribus ejuſdem
,, facultatis, indilate, & abſque alicujus præcedentis
,, temporis mora, ad legendum Bibliam publice hu-
,, juſmodi, necnon illi, qui ſimilt modo ad legendum
,, Sententias deputati fuerint, nulla cujuſvis tempo-
,, ris expectata mora, ſine lectura Bibliæ, ſine curſi-
,, bus, & abſque ulla ipſorum curſuum perſolutione
,, ad legendum ſententias, ſive librum Sententiarum
,, a dicta facultate, omnibus contradictione, & diffi-
,, cultate penitus ceſſantibus, libere admittantur &
,, & admitti debeant. Ac poſtquam dicti Fratres for-
,, mati in eadem Theologia Baccalaurei fuerint, qui-
,, libet ex eiſdem Ordinibus Regens, unum ex dictis
,, Baccalaureis, pro obtinenda ſententia in dicta
,, Theologia, prædicto Cancellario præſentet, &
,, præſentare debeat, ipſeque Baccalaureus, ſic præ-
,, ſentatus ad immediatam tunc ſequentem ſenten-
,, tiam, licet ſtatuti temporis, videlicet quinque an-
,, norum ſpatium non compleverit, dum tamen bis
,, de ordinario reſponderit, ſine aliqua contradi-
,, ctione protinus libere admittatur. Mandantes ni-
,, hilominus Cancellario dictæ Eccleſiæ pro tempore
,, exiſtenti, necnon univerſis Doctoribus, Magiſtris,
,, & Scholaribus dictæ facultatis, eiſque, & eorum
,, cuilibet in virtute S. Obedientiæ, ac in ſuorum re-
,, miſſionem peccaminum diſtricte præcipiendo in-
,, jungentes, quatenus ſanctionem, ſtatutum, & or-
,, dinem, prædicta efficaciter obſervent, & ab omni-
,, bus faciant obſervari, ac decernentes irritum, &
,, inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam, quavis aucto-
,, ritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atten-
,, tari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordi-
,, nationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiæ, Univer-
,, ſitatis, facultatis, & Ordinum prædictorum, con-
,, firmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate,
,, hactenus, vel in poſterum roboratis, ſtatutis, &
,, conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcun-
,, que, quibus per præſentes volumus derogari. Nul-
,, li ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
,, ſtræ confirmationis, approbationis, Conſtitutio-
,, nis, ſanctionis, ſtatuti, ordinationis, mandati, in-
,, junctionis, & voluntatis infringere &c. Datum
,, Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſi-
,, mo Quadringenteſimo quadrageſimo primo, Nono
,, Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Duo-
,, decimo.

Conſervatores ea de re conſtituit *Conſt.CCXXXIX* == Hodie noſtræ == *Tom.III pag.*150.

XIII. Priorem Luchentenſis Cœnobii Fratres ad Baccalaoreatus, & Magiſterii gradus promovere poſ-ſe, declarat *Sixtus IV Conſt.LXIV Tom.III pag.*524 dicens: ,, Etſi perſonarum, devotum in humilitatis
,, ſpiritu Altiſſimo exhibentium famulatum, ac No-
,, bis, & Sedis Apoſtolicæ devotarum quarumlibet
,, honeſtis ſatisfacere deſideriis, Nobis Apoſtolicæ
,, ſollicitudinis cura ſuadet, illis tamen votis quæ ad
,, ingeniorum, literarum ſtudiis deditorum, illuſtra-
,, tionem ſpectant, eo libentius Nos annuere conve-
,, nit, quo major poteſt inde utilitas fidelibus obve-
,, nire. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte di-
,, lecti filii nobilis viri Nicolai de Proxida Militis,
,, Domini loci de Luchent, Valentinen. Diœceſis,
,, petitio continebat; quod ſi in Domo dicti Loci Or-
,, dinis Fratrum Prædicatorum, quam, & illius Ec-
,, cleſiam quondam Johannes etiam de Proxida Miles
,, Valentinenſis, tunc Dominus dicti loci, in humanis,
,, agens cupiens terrena in cæleſtia commutare, cum
,, cæmeterio, campanili, clauſtris, refectorio, hortis,
,, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, pro Fratri-
,, bus dicti Ordinis, qui inibi perpetuo Domino fa-
,, mularentur, de donis ſibi a Deo collatis ad laudem
,, Domini Noſtri Jeſu Chriſti fundavit pariter, &
,, dotavit, & in qua domo pro augenda Chriſtifide-
,, lium illarum partium devotione, præfatus Nico-
,, laus dicti Johannis filius, & hæres, pro ejuſdem
,, Domus perfectione, & Fratrum ibidem degentium
,, ſuſtentatione, ſummam decem millium florenorum
,, de Aragonia erogavit, ac decens librorum Bi-
,, bliotheca, dicto Nicolao procurante, ordinata eſt,
,, præfati Fratres literarum ſtudio in illa vacantes ad
,, ſolitos gradus promoveri poſſent, plures Fratres
,, dicti Ordinis literarum ſtudio hujuſmodi vacare,
,, & in dicta domo reſidere ac eorum ingenii rore
,, ſapientiæ repleti, Chriſtifideles in eorum ſermoni-
,, bus, & prædicationibus verbi Dei ad populum qua-
,, liter ſuarum animarum ſalutem quærere poſſint, &
,, deberent, inſtituere curarent, quod profecto ad
,, laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, augmen-
,, tum divini cultus, ac ſalutem, & conſolationem
,, animarum ipſarum Chriſtifidelium plurimum ce-
,, deret. Quare pro parte dicti Nicolai fuit Nobis
,, humiliter ſupplicatum, quatenus Priori dictæ Do-
,, mus, qui nunc eſt, & pro tempore erit, ut Fratres
,, dictæ domus, qui in illa literarum ſtudio vacave-
,, rint, & vacando adeo profecerint, quod in facul-
,, tatibus, in quibus ſtuduerint, mereantur ad ſolitos
,, gradus promoveri, aſſumptis ſecum aliquibus di-
,, cti, vel alterius Ordinis profeſſoribus, ſeu Clericis
,, Secularibus, in facultate, in qua aliquis eorum,
,, ibidem ſtudentium, pro tempore Fratrum, promo-
,, vendus fuerit, præcedente diligente examine, &
,, & alias repertis idoneis, ad ſolitos gradus etiam
,, Magiſterii, in Artibus, & Theologia duntaxat,
,, cum ſolitorum inſigniorum exhibitione promove-
,, re, & aſſumere, concedere, & alias in præmiſſis
,, opportune providere de benignitate Apoſtolica
,, dignaremur. Nos igitur, qui cunctos obſervantiæ
,, regularis profeſſores, præſertim literarum ſtudio
,, deditos, ſpeciali dilectione proſequimur, ac votis
,, ejuſdem Nicolai militis ob ſinceræ devotionis affe-
,, ctum, quem ad Nos, & Romanam gerit Eccleſiam,
,, libenter annuimus, hujuſmodi ſupplicationibus
,, inclinati, præfato Priori moderno, & pro tempore
,, exiſtenti, dictæ domus, ut illos præfati Ordinis
,, profeſſores, qui in eadem domo aliquandiu ſtudue-
,, rint, & ſuos debitos curſus in facultate, in qua
,, ſtuduerint, & graduandi erunt, peregerint, aſ-
,, ſumptis ſecum duobus, aut tribus præfati, vel al-
,, terius Ordinis profeſſoribus, ſeu Secularibus Cle-
,, ricis, in facultate, in qua præfati Fratres graduan-
,, di erunt, Magiſtris, diligenter examinare, &, ſi
,, præcedente diligente examine, vita, moribus, &
,, ſcientia, ac fama laudabili idonei comperti fuerint,
,, ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, & Magiſterii
,, gradus, in eiſdem Artibus, & Theologia tantum,
,, prout eorundem Fratrum examinatorum doctrina
,, exegerit, auctoritate Apoſtolica, promovere, &
,, aſſumere, eis legendi, diſputandi, ac interpre-
,, tandi, alioſque Magiſtrales actus, gradibus, ad
,, quos illos promoverint, convenientes, faciendi,
,, auctoritatem concedere, ac ſolita ad quos eos pro-
,, moverint graduum inſignia per ſe, vel alium, ſeu
,, alios exhibere, ipſi vero Fratres per eundem Prio-
,, rem pro tempore promoti, omnibus, & ſingulis
,, privilegiis, favoribus, honoribus, gratiis, exem-
,, ptionibus, præeminentiis, & indultis, in Ordine

,, præ-

prædicto, ac alibi, quibus gauderent ſi in aliqua Univerſitate ſtudii, in quo illud vigeat generale, promoti forent, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo concedimus. Et nihilominus Venerabili Fratri Epiſcopo Barchinonen., & dilectis filiis Archidiacono, ac Berengario Clavell Canonico Eccleſiæ Valentin. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa, ubi expediens fuerit, ſolemniter publicantes, Priorem prædictum, ac promotos per eum vigore literarum præſentium, dicti Ordinis Fratres ad gradus hujuſmodi, facultate, privilegiis, favoribus, honoribus, gratiis, exemptionibus, præeminentiis, & indultis prædictis, gaudere, uti, & frui faciant, non permittentes eos contra præſentium tenorem per quoſcunque, quominus illis uti, frui, & gaudere, libere, & licite valeant, quomodolibet impediri, aut moleſtari, contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Huc ſpectat *Alexandri VI Conſt.CXIII*=Sub Religionis jugo= *Tom IV pag.*174.

XIV. *F. Vincentio Bandello* Generali Magiſtro ſcribens *Julius II Conſt.XVIII Tom.IV pag.*225: „ Cum in Generalibus, inquit, Capitulis Ordinis tui per Generales Magiſtros pro tempore exiſtentes, aliqui viri Religioſi, ad illud convenientes, moribus, & doctrina idonei, ad Magiſterii gradum, ſoliti ſint, ut accepimus, promoveri, Nos tuam quoque dilectionem in hoc honorare volentes, accedentibus præſertim precibus Venerabilis Fratris noſtri Oliverii Epiſcopi Oſtienſis, ejuſdem Ordinis Protectoris, Tibi, ut adhibitis tecum aliquibus in Theologia Magiſtris, & rigoroſo præmiſſo examine, duodecim Ordinis tui Fratribus, quos ad id idoneos eſſe repereris, gradum, & inſignia Magiſterii in Theologia conferre, & exhibere poſſis, licentiam, & facultatem per præſentes concedimus. Decernentes quod dicti, duodecim Fratres, poſtquam gradum, & inſignia hujuſmodi, a te fuerint conſecuti, omnibus, & ſingulis gratiis, præeminentiis, privilegiis, & indultis frui poſſint, & valeant, quibus alii Theologiæ Magiſtri in qualibet privilegiata Univerſitate cum rigore examinis, & requiſitis ſolemnitatibus promoti potiuntur, gaudent, & fruuntur, ac uti, potiri, gaudere, & frui poterunt quomodolibet in futurum, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

XV. In eos, qui ſine licentia Magiſtri Generalis ad Doctoratus Gradum promoti fuere ſcribens *Julius II Conſt.XLIII Tom.IV pag.*239, Procuratorem Generalem ſic alloquitur: „ Exponi nobis nuper fecit Venerabilis Frater noſter Oliverius, Epiſcopus Oſtien., Ordinis Fratrum Prædicatorum Protector, quod nonnulli ex Fratribus dicti Ordinis ad Magiſterii, ſeu licentiæ, & alios gradus, in Theologia, non ſervatis inſtitutionibus regularibus dicti Ordinis, aſpirantes, ad hujuſmodi Gradus abſque licentia Protectoris præfati, ſeu Generalis dicti Ordinis pro tempore exiſtentis, aut tua, præſertim poſt noſtrum ab Urbe diſceſſum, prætextu licentiæ quam ſe a Nobis, vel Sede Apoſtolica impetraſſe aſſerunt, ſunt promoti, quamvis forſan minus idonei exiſtant, in grave præjudicium aliorum Fratrum dicti Ordinis, qui peractis actibus ad hujuſmodi gradus ſuſcipiendos neceſſariis promoveri deberent, necnon ſcandalum plurimorum. Quare dictus Oliverius Cardinalis Epiſcopus, & Protector Nobis humiliter ſupplicavit, quod providere in præmiſſis paterna diligentia curaremus. Nos igitur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quaſcunque promotiones, ſeu licentiæ gradus in eadem Theologia quorumcunque Fratrum dicti Ordinis, abſque licentia dicti Protectoris, ſeu Magiſtri Generalis, aut tua, præſertim poſt noſtrum ab eadem Urbe diſceſſum hujuſmodi, etiam prætextu quarumcunque literarum Apoſtolicarum factas, revocantes, & annullantes penitus, tibi per præſentes committimus, & mandamus quatenus omnes, & ſingulos, qui ſic promoti fuerunt, niſi eis iterum per te, adjunctis tecum aliquibus in eadem Theologia Magiſtris, in numero, de quo tibi videbitur, rigoroſo examine examinatis, ſufficientes, & idonei reperti fuerint, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, non permittas, privilegiis, & indultis, Magiſtris, ſeu Licentiatis in Theologia conceſſis, gaudere, aut aliquam præeminentiam, ut Magiſtros, vel Licentiatos in eadem Theologia habere, eiſque, ne hujuſmodi privilegiis utantur, inhibeas. Contradictores cenſuris Eccleſiaſticis, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſvis derogationibus, & indultis in literis in forma Brevis, vel aliter eiſdem promotis conceſſis, quomodolibet appoſitis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XVI. Generali Magiſtro ſcribens *Julius II Conſtit.LVIII Tom.IV pag.*252: „ Ex conſuetudine, inquit, Ordinis tui eſſe dicitur, ut Generalis pro tempore creatus in ſua nova creatione poſſit duodecim religioſos ad Gradus Magiſterii promovere, ea ratione moti, ſimul inducti paterna dilectione noſtra erga te, tibi, tenore præſentium, facultatem, & poteſtatem concedimus, duodecim Ordinis ipſius tui Fratribus, & Religioſis, ſive actus debitos pro Magiſterio in aliqua Univerſitate egerint, ſive non, dummodo præmiſſo rigoroſo examine, adhibitis aliquibus in facultate Magiſtris, idonei reperti fuerint, ſuper quo tuam, & ipſorum Magiſtrorum conſcientiam oneramus, Gradum, & inſignia Magiſterii in Theologia conferendi, & exhibendi, cum omnibus, & ſingulis gratiis, præeminentiis, privilegiis, & indultis, quibus alii Theologiæ Magiſtri in qualibet privilegiata Univerſitate cum rigore examinis, & requiſitis ſolemnitatibus promoti gaudent, & utuntur, ſeu gaudere, & uti poterunt in futurum. Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Ordinis, necnon juramento a quovis eorum cuicunque Univerſitati præſtito, de non ſuſcipiendo hujuſmodi Magiſterium extra illam, ceteriſque in contrarium facientibus, quibus pro hac vice quoad hoc derogamus, etiamſi ſpecialis mentio, & expreſſa de eis, ac de verbo ad verbum habenda foret, alias in ſuo robore permanſuris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris

„ die XVII Maii MDVIII, Pontificatus noſtri Anno
„ Quinto.

XVII. Et *Conſt.LIX*=Expoſuiſti=*Tom.IV pag.*253 Generali Magiſtro pro tempore exiſtenti concedit, ut
„ Ad Magiſterium in Theologia, etiam non peracto
„ quadriennio in aliqua Univerſitate, ſervata tamen
„ conſuetudine dicti Ordinis, licentiam dare poſſit.

XVIII. *F. Johannem Baptiſtam Plumbum*, ſine conſenſu Magiſtri Generalis Doctorem creatum, hujuſmodi gradu privandum declarat *Julius II Conſt.LXIV* = Exponi Nobis = *Tom.IV pag.*257.

XIX. Socios ſuos, Magiſterii Gradu, Generalem Ordinis donare poſſe, concedit *Julius II Conſt.LXX* = Conſiderantes = *Tom.IV pag.*262: Sic enim eundem Generalem alloquitur: „ Binos præterea Fra-
„ tres tibi de more Socios, quorum unus Provincialis
„ Terræ Sanctæ, alter ſcriba eſſe ſolet, & laboribus pro
„ tanta Religione ſuſceptis impediti, ſtudiis, ſtudio-
„ rumque exercitiis commode intereſſe non poſſunt,
„ ſi alias ſcientia ſunt idonei, & eos gradus, ac bo-
„ nores non habeant, ad Baccalaureatus, & Magi-
„ ſterii Theologiæ gradus, & honores valeas promo-
„ vere. Hæc tibi prædictæ Sedis auctoritate ſic conce-
„ dimus, ut etiam eadem ſimili auctoritate tuis ſucceſ-
„ ſoribus indulgeamus.

XX. Huc ſpectat *Leonis X Conſt.XXXI* = Paterna noſtra = *Tom.IV pag.*318.

Et alia ejuſdem *Leonis X Conſt.LXXXI* = Paterna = *Tom.IV pag.*363.

XXI. De Sacræ Theologiæ Magiſtris Provinciæ *Lombardiæ* conſulenda *Pauli III Conſtit.LXXXVII* = Univerſis = *Tom.IV pag.*625.

XXII. Provinciæ Portugalliæ Fratres, petente Provincia, promovendos ad gradus decernit *S. Pius V Conſt.LV* = Circa Paſtoralis = *Tom.V pag.*150.

XXIII. Cujuſcunque Facultatis Gradus in *Orioleſi* Collegio Fratrum Prædicatorum conferri poſſe, concedit *S. Pius V Conſt.LVII* = Ex debito = *Tom.V pag.*193.

XXIV. De Studentibus, & promovendis ad Gradus, in Provincia Regni nonnulla decernit *S. Pius V Conſt.LXXI* = Accepimus nuper = *Tom.V pag.*215.

XXV. De Baccalaureis, & Magiſtris in Aragoniæ Provincia creandis legenda *S. Pii V Conſtitut.LXXIII* = Circumſpecta = *Tom.V pag.*217.

XXVI. De Fratribus ad Magiſterii gradum promovendis in Provincia *Bætica* conſulenda *S. Pii V Conſtit.CX* = Paſtoralis Officii = *Tom.V pag.*272.

XXVII. „ Cum, inquit *S. Pius V Conſt.CXXIV Tom.V pag.*294: „ Sacer Ordo Prædicatorum S. Do-
„ minici multos ſingulis annis producat viros in Sacra
„ Theologia, & divinis Scripturis eruditos, ac ad
„ Baccalaureatus, Licentiaturæ, & Magiſterii, ſeu
„ Doctoratus in eadem Sacra Theologia gradus reſpe-
„ ctive, & ſucceſſive promovendos, cumque pro di-
„ ctorum Graduum in ſtudiorum Generalium Uni-
„ verſitatibus facienda ſuſceptione maxime opus ſit
„ impenſis, quas dictus Ordo ſi unumquemque de ſuo
„ gremio dictis gradibus ſuſcipiendis idoneum ad eoſ-
„ dem gradus, prout decet, promovere velit, pro-
„ pter ejus Ordinis, qui unus quatuor Mendicantium
„ exiſtit, paupertatem, de facili, aut ſaltem commo-
„ de ſuppeditare non poteſt, unde ſi moderno, &
„ pro tempore exiſtenti ipſius Ordinis Magiſtro Ge-
„ nerali, quoſcunque de ipſius Ordinis gremio exi-
„ ſtentes, Ordinem ipſum expreſſe profeſſos, quos ad
„ dictorum Baccalaureatus, Licentiaturæ, & Magi-
„ ſterii, ſeu Doctoratus, & quorumvis aliorum in
„ Sacra Theologia ſuſcipi ſolitorum graduum, ſuſce-
„ ptionem idoneos, & ſufficientes eſſe cognoverit,
„ ad eoſdem gradus promovendi licentia, & facultas
„ perpetua concederetur, ex hoc ſane dictus Ordo
„ expenſas prædictas, quæ alias per eundem Ordinem
„ in Univerſitatibus faciendæ eſſent, evitaret, & plu-
„ res benemeritos, quos in dies parturit, ad dictos
„ gradus copioſius promovere poſſet, in publicum to-
„ tius Eccleſiæ Catholicæ commodum, & utilitatem,
„ ac illius, & dicti Ordinis ornamentum, & deco-
„ rem; Nos igitur, qui alias, dum in minoribus
„ eſſemus, Ordinem prædictum expreſſe profeſſi fui-
„ mus, eidem Ordini poſtquam ad ſummi Apoſtola-
„ tus apicem divina favente clementia, meritis licet
„ imparibus, aſſumpti ſumus, in præmiſſis opportu-
„ ne providere, ipſumque Ordinem, & illius nunc,
„ & pro tempore exiſtentes, Magiſtrum Generalem,
„ Fratres, & perſonas ſpecialibus favoribus, & gra-
„ tiis proſequi volentes, motu ſimili, & ex certa
„ noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis pleni-
„ tudine, eidem moderno, & pro tempore in perpe-
„ tuum exiſtenti dicti Ordinis Generali Magiſtro, ut
„ adhibitis, & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus, vel
„ tribus, aut aliis pluribus, & tot quot ſibi videbitur,
„ in Sacra Theologia Baccalaureis, ſeu Licentiatis,
„ aut Doctoribus, vel Magiſtris, reſpective tam Se-
„ cularibus, quam dicti, vel quorumvis aliorum Or-
„ dinum Regularibus, quoſcunque de ipſius Ordinis
„ Prædicatorum gremio exiſtentes, Ordinem ipſum
„ expreſſe profeſſos, poſtquam examine rigoroſo
„ præcedente ad id reſpective idoneos eſſe repererit,
„ ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, ac etiam Docto-
„ ratus, & Magiſterii, & quoſcunque alios in Sacra
„ Theologia ſuſcipi ſolitos gradus, reſpective, &
„ ſucceſſive, ac alias prout moris eſt, tam in qui-
„ buſcunque Conventibus, & domibus, ac Eccleſiis,
„ & Monaſteriis, aliiſque regularibus locis ipſius
„ Ordinis, ubivis terrarum, etiam in Alma Urbe, ac
„ etiam in quibuſcunque Studiorum Generalium Uni-
„ verſitatibus exiſtentibus, & tam intra illorum ſepta,
„ quam extra ea, in quibuſvis, etiam Secularibus,
„ & etiam quorumvis aliorum Ordinum Regularibus
„ locis, ac aliis, ubi eundem Magiſtrum Generalem
„ pro tempore reperiri contigerit, etiam Apoſtolica
„ auctoritate promovere, illoſque Baccalaureos, Li-
„ centiatos, & Doctores, ſeu Magiſtros, ac alios
„ Graduatos in eadem Sacra Theologia facere, crea-
„ re, conſtituere, ac deputare, eiſque etiam Do-
„ ctoralia, & alia inſignia, Doctoribus, Magiſtris, &
„ Baccalaureis, & Licentiatis, & alias graduatis in
„ Sacra Theologia hujuſmodi reſpective conferri, &
„ aſſignari ſolita, conferre, & aſſignare, ac eis facul-
„ tatem, omnes, & ſingulos Doctorales, & alios
„ quoſcunque actus, etiam per Doctores, Magiſtros,
„ Baccalaureos, Licentiatos, & alios graduatos reſ-
„ pective exerceri ſolitos, etiam palam, & publice,
„ ac etiam privatim, & tam intus, quam extra regu-
„ laria ipſius Ordinis loca, ac etiam in quibuſcunque
„ Studiorum Generalium Univerſitatibus, & alibi
„ ubilibet exercendi, concedere, & impartiri, alia-
„ que in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomo-
„ dolibet opportuna, ac alias in ſimilibus fieri ſolita,
„ facere, dicere, & exercere libere, & licite poſſit,
„ & valeat, Apoſtolica auctoritate perpetuo conce-
„ dimus, & indulgemus, ac plenam, amplam, ac
„ liberam, & omnimodam facultatem, licentiam,
„ poteſtatem, & auctoritatem concedimus, & impar-
„ timur. Et nihilominus illis, qui per ipſum Magi-
„ ſtrum Generalem nunc, & pro tempore exiſtentem,
„ ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, &

„ & Ma-

,, & Magiſterii, & quoſvis alios Gradus in dicta Theo-
,, logia ſic pro tempore promoti fuerint, quod om-
,, nibus, & ſingulis privilegiis, præeminentiis, præ-
,, rogativis, exemptionibus, facultatibus, honoribus,
,, gratiis, conceſſionibus, & indultis, quibus alii
,, Doctores, Magiſtri, Baccalaurei, Licentiati, &
,, alii Graduati hujuſmodi in quibuſcunque Studio-
,, rum Generalium Univerſitatibus juxta earundem
,, Univerſitatum, ritum, & morem promoti, de jure,
,, ſtatuto, conſuetudine, vel fundatione, aut alias
,, quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent,
,, ſeu uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt,
,, quomodolibet in futurum, æque, pariformiter, &
,, abſque ulla penitus differentia, uti, potiri, & gau-
,, dere libere, & licite poſſint, & valeant, etiam
,, concedimus, & indulgemus; Et ſic in præmiſſis
,, omnibus, & ſingulis, ab omnibus cenſeri, ac ita
,, per quoſcunque Judices &c. ſublata &c. judicari &c.
,, debere, irritum quoque &c. decernimus de gratia
,, ſpeciali, Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis
,, Apoſtolicis, necnon in Generalibus, Provinciali-
,, bus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus,
,, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationi-
,, bus, necnon etiam Ordinis, & Univerſitatum qua-
,, rumcunque prædictorum, etiam juramento &c. ro-
,, boratis, ſtatutis &c. privilegiis quoque, indultis,
,, & literis Apoſtolicis &c. etiam ejuſdem Ordinis,
,, & Univerſitatibus, illiuſque, & illarum reſpective
,, Superioribus, Rectoribus, Doctoribus, & perſo-
,, nis, ac aliis quibuſvis &c. ſub quibuſcunque teno-
,, ribus &c. & in contrarium quomodolibet conceſ-
,, ſis &c. quibus omnibus, etiamſi de illis &c. illorum
,, tenores &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſ-
,, que contrariis quibuſcunque cum clauſulis oppor-
,, tunis. Fiat Motu proprio. M. Et cum abſolutione
,, a cenſuris ad effectum &c. de ſingulis conceſſioni-
,, bus, indultis, facultatibus &c. decreto, derogatio-
,, ne, aliiſque præmiſſis, ut ſupra, perpetuo in forma
,, gratioſa latiſſime extendere, &, ſi videbitur, cum
,, opportuna executorum deputatione, qui aſſi-
,, ſtant &c. etiam ſub cenſuris &c. aggravandi &c. in-
,, vocato &c. ſecularis, cum derogatione diætarum
,, non tamen trium latiſſime extenden. Et quod præ-
,, miſſorum omnium, & ſingulorum, etiam nominum,
,, & cognominum, qualiter, denominatum, annorum
,, nuncupatorum, Ordinem dependentium, aliorum-
,, que neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, &
,, expreſſio fieri poſſit, in literis ſimul, vel ad partim
,, expediendum, ſeu ſi melius videbitur, ſola præ-
,, ſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubique
,, fidem faciat in judicio, & extra, & quoad uſum
,, privilegiorum tantum. Fiat M. Datum Romæ apud
,, S. Petrum, Quinto Non. Martii, Anno Septimo.

XXVIII. De numero Magiſtrorum, & Præſentatorum Provinciæ Hiſpaniæ legenda *Clementis VIII Conſt.I* = Munus Paſtoralis = *Tom.V pag.484*.

XXIX. De numero Magiſtrorum, Baccalaureorum, & Prædicatorum Generalium Provinciæ Bæticæ legenda *Clementis VIII Conſt.IV* = Munus Paſtoralis = *Tom.V pag.489*.

XXX. De S. Theologiæ Magiſtris, ac Prædicatoribus Generalibus Aprutinæ Provinciæ conſulenda *Pauli V Conſtitut.XI* = Decet Romanum = *Tom.V pag.637*.

XXXI. De S. Theologiæ Baccalaureis, & Magiſtris creandis petente Provincia Bæticæ legenda *Pauli V Conſtitut.XXVI* = Paſtoralis officii = *Tom.V pag.654*.

XXXII. De numero Magiſtrorum, & Prædicatorum Generalium Aprutinæ Provinciæ conſulenda *Pauli V Conſtitut.LXIII* = Ut ea quæ = *Tom.V pag.686*.

XXXIII. De numero Magiſtrorum Aragoniæ Provinciæ legenda *Pauli V Conſtitut.LXXI* = Ut ea quæ = *Tom.V pag.692*.

XXXIV. De numero Magiſtrorum Provinciæ Bæticæ legenda *Pauli V Conſt.LXXXVI* = Ut ea quæ = *Tom.V pag.703*.

XXXV. De Magiſtris, Baccalaureis, & Prædicatoribus Generalibus Provinciæ S. Petri Martyris vide *Urbani VIII Conſt.XXXIII* = Paſtoralis ſolicitudinis = *Tom.VI pag.56*. Vide etiam *Clementis XII Conſt.XLIX* = Exponi Nobis = *Tom.VII pag.400*.

XXXVI. De Magiſtris, Baccalaureis &c. Provinciæ Bæticæ conſulenda *Urbani VIII Conſtit.XXXVIII* = Injuncti = *Tom.VI pag.62*.

XXXVII. De Magiſtris, Baccalaureis &c. Provinciæ Portugalliæ legenda *Urbani VIII Conſtit.XL* = Injuncti Nobis = *Tom.VI pag.64*.

XXXVIII. De numero Magiſtrorum Romanæ Provinciæ vide *Urbani VIII Conſt.LXXXVII* = In his = *Tom.VI pag.107*.

XXXIX. In Provinciæ Portugalliæ Congregationibus intermediis Magiſtri, ac Præſentati poſſunt acceptari. *Innocentius X Conſt.XXXIV* = Pro noſtri = *Tom.VII pag.309*.

XL. De reductione Magiſtrorum, aliorumque Graduatorum ad numerum pro unaquaque Provincia, vide *Innocentii XI Conſt.III* = In ſupremo = *Tom.VI pag.336*.

XLI. Circa Gradus Magiſterii Conſtitutionem *Bonifatii IX* = Dilectos filios = ſervandam decernit *Innocentius XI Conſt.XI* = Cum Nos = *Tom.VI pag.353*.

XLII. *Innocentius XII Conſt.XXI* = Ex injuncto = *Tom.VI pag.415* literas Innocentii XI ſuper reductione Magiſtrorum, aliorumque Graduatorum confirmat.

XLIII. De Lectoribus Cæſaraugustani Cœnobii S. Ildefonſi ad Magiſterii Gradum promovendis vide *Innocentii XII Conſtit.XXXIV* = Exponi Nobis = *Tom.VI pag.433*.

XLIV. De S. Theologiæ Magiſtris pro Provincia Lombardiæ conſtituendis, conſulenda *Innocentii XII Conſt.XLIV*, data 17 Julii 1696 = Stante = *Tom.VII pag.363*. In eadem Provincia nullus ad hanc diem præfixus eſt Magiſtrorum Provinciæ numerus. Ad eandem Provinciam pertinet Mutinenſis Conventus, in quo commoratur Profeſſor Cathedræ S. Thomæ Aquinatis in Univerſitate Mutinenſi conſtitutæ.

De ipſo ad Magiſterium promovendo conſulenda Conſtitutio XI = Exponi = a Clemente XII feliciter Regnante data. *Tom.VI pag 725*.

XLV. *Clemens XI Conſt.LXXVI*, data 21 Octobris 1701 = Exponi Nobis = *Tom.VII pag.369*, ratum habet, ac firmat, quod Lectores, Congregationis B. Jacobi Venetiarum nuncium Gradibus remiſerint ad imitationem, & exemplum Provinciæ Tholoſanæ, ac Congregationum S. Sabinæ, & S. Marci Florentiæ. Idem decernit *Conſt.LXXVII*, data 2 Decembris 1702 = Alias pro parte = *Tom.VII pag.370*, pro Congregatione S. Marci de Cavotis in Regno Neapolitano.

XLVI. De numero Magiſtrorum Provinciæ Aprutinæ, vide *Innocentii XIII Conſt.XV*, datam 13 Julii 1722 = Exponi Nobis = *Tom.VII pag.382*. Pro Calabriæ Provinciis vide Decretum eodem anno datum = Il Padre = *Tom.VII pag.503*. Ibidem pag.504 Decretum habes pro Provincia Apuliæ.

XLVII. Ex

XLVII. Ex quibus omnibus aſſertam habes Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum facultatem, Fratres ſibi ſubditos ad Magiſterii, & id genus ceteros gradus promovendi. Id unum probandum ſuſceperam. Nam quod illius promotionis modum, & promovendorum qualitates ſpectat, id qui ſcire peroptat, conſulere poterit Ordinis Prædicatorum Conſtitutiones, ac ejuſdem Familiæ Capitulorum Generalium Acta, de quibus *Fontana* Titulo de Magiſtris in Sacra Theologia: *Camillus Jaſinski* Titulo *Gradus*, *& Graduati*: ac *Petrus Martyr Feſtus Urceanus* in Summario Parte II Cap. XLVII &c. Ne autem qui hæc mox laudata legerit, variis difficultatibus conflictatus, quid potiſſimum ſentire poſſit, vix reperiat: tempora diſtinguat, oportet, ut vulgo dicitur: ſic jura concordabit. Exempli gratia, in Comitiis Generalibus Romæ 1583, & 1589, Graduatorum numerus pro unaquaque Provincia definitus fuit, uti videre eſt apud *Urceanum* loco mox laudato, Capite LIV. Nonnullis tunc naſcentibus Provinciis, qui per id tempus congruebat Magiſtrorum numerus aſſignatus eſt: auctus poſtea, quia & ipſæ Provinciæ latius prolatæ fuerunt. Aliud etiam præ oculis habendum. Diſtinguendi ſcilicet Magiſtri Provinciæ, ab aliis, quos in Gallia *Gratioſos* vocant. Illi, ne privilegiis, quibus gaudent, oneri ſint Provinciæ, certo numero ſunt. Iſti non item; uti videre poteris ex Innocentii XII Conſtitutione XLIV ſupra laudata *Num. XLIV*.

XLVIII. De privilegiis Magiſtrorum, quos Generalis Fratrum Prædicatorum Laurea Doctorali donaverit, conſulenda Conſtitutio CXXIV S. Pii V ſupra relata, quæ incipit = Cum ſacer Ordo = Ipſius meminit *Benedictus XIII Conſt. LXXIX* = Pretioſus = *Tom. VI pag. 623 §. 43* dicens: „ Magiſtro quoque Ordinis pari ratione confirmamus, & innovamus, ac concedimus facultatem eidem a S. Pio V in Conſt. ſua = Cum ſacer Ordo Prædicatorum = Nonis Martii 1572 ampliſſime conceſſam, ut poſſit ex ſibi ſubjectis Fratribus quemcunque ad Gradus certa ratione promovere.

De his qui ſine Magiſtri Ordinis licentia alicui Univerſitati incorporantur vide Ordinationem XI pro Studiis latam a Generali Capitulo Romæ 1694. Hujus tenoris eſt: „ Ordinamus, ne quis abſque licentia Magiſtri Ordinis alicui Univerſitati incorporetur, exceptis Provinciis Indiarum, in quibus ob locorum diſtantiam ſufficiet Provincialis licentia; ita tamen ut qui ſic incorporati fuerint, Magiſtrum Ordinis admonere teneantur, ut incorporationis ſuæ confirmationem, & approbationem obtineant, cui conditioni ſi defuerint, privilegiis in Ordine privabuntur. Si qui autem ad Magiſterium, vel Baccalaureatum in aliqua Univerſitate abſque licentia Capituli Generalis, vel Magiſtri Ordinis promoveri præſumpſerint, eos omnino ſubjicimus omnibus pœnis privativis, & cenſuris, latis in variis Capitulis Generalibus contra illos, quæque referuntur in Conſtitutionibus noſtris Diſtinctione II Capite IV Textu VIII in Gloſſa Litera Q.

„ Sic autem promoti, etiam cum licentia Magiſtri Ordinis Graduum privilegiis, & juribus, in Ordine noſtro conſuetis non gaudeant, niſi pro talibus Gradibus reſpective habeant ſpeciales literas patentes Magiſtri Ordinis, ſalvis tamen juribus, & conſuetudine legitima, & approbata, Provinciarum.

Pro Provincia utriuſque Lombardiæ, vide quæ leguntur in Actis ejuſdem Capituli Generalis pag. 51 ubi ſequens Decretum habetur: „ Ex hoc quod Sanctum Officium continuam Inquiſitorum exigit ſervitutem, eos qui hucuſque approbati, & admiſſi fuerunt ad Magiſterium Provinciæ, libere manutenendos eſſe in poſſeſſione ſui Magiſterii. Patrem Franciſcum Ottavium de Oreſtis Inquiſitorem Ariminenſem, manutenendum pariter eſſe in poſſeſſione Magiſterii Provinciæ juxta expoſita, & petita. Alios vero Inquiſitores, qui in Anteactis Capitulis a Conſilio Patrum approbati fuerunt ad Baccalaureatum, declarandos eſſe Magiſtros Provinciæ, & pro talibus acceptandos, ſicut fieri debebat in Capitulo Provinciali nuperrime Bononiæ peracto. Quoad autem alios Inquiſitores, non eſſe illis denegandas tempore opportuno approbationes Magiſterii ſtudentium, Baccalaureatus, ac Regentatus reſpective a Conſilio Provinciæ: quatenus tamen ante collatum ſibi Inquiſitoris munus digne, & laudabiliter per annos plures Lecturis Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dederint; juxta præſcripta in ſtatutis Religionis, & Ordinationibus Provinciæ utriuſque Lombardiæ, dictis enim Inquiſitoribus ex juſtitia debentur recenſitæ approbationes, & acceptationes reſpective, tanquam de facto, & actualiter præfata munera in Studio Generali Bononiæ peregiſſent ratione ſervitii, quod continuo præſtant Sanctæ Sedi. Et de hujuſmodi Decreto certioretur Pater Generalis Ordinis, & Pater Provincialis electus utriuſque Lombardiæ, ad hoc ut illud in praxim deducant.

„ Joſeph Bartholus Sanctæ Rom., & Univerſalis
„ Inquiſitionis Notarius.

„ Loco ✱ Sigilli.

QUÆSTIO V.

Studium Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ, fuitne Regularibus præceptum?

SUMMARIUM.

I. A Paulo V præceptum fuit.

II. Idem præſcriptum a variis Generalibus Comitiis Prædicatorum familiæ.

III. Et a S. Congregationis Decretis.

I. De Magiſtris Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ, quæ ſequuntur pro Regularibus ſancita ſunt. „ Apoſtolicæ, inquit *Paulus V Conſt. LII Tom. V pag. 676*, „ ſervitutis onere, infirmitati noſtræ a Domino, inſcrutabili conſilio ejus, impoſito, aſſidue admonemur, ſapientibus, & inſipientibus conſtitutos Nos eſſe debitores, ut ſcilicet per miniſterium noſtri Apoſtolatus, qui ſapiunt, quod Sanctus docet Bernardus, non deſipiant, qui non ſapiunt, ſapiant, & qui deſipuerunt reſipiſcant, quibus verbis inſtrui Nos ſatis perſpicimus, ut fideles in fide, & caritate conſervare, infideles, ab infidelitatis tenebris educere, & hæreticos, ac peccatores a perverſitate erroris, ac ſervitute peccati liberare, aſpirante gratia Dei, a quo omnis ſapientia, paſtorali ſollicitudine, procuremus. Cum vero præceptum Domini lucidum illuminet oculos, ac teſtimonium ejus fidele ſapientiam præſtet parvulis, omni vigilantia procurare debemus, ut Prædicatores, & Doctores verbi Dei ad opus Dei operandum inſtructi reddantur in dies magis, & partes ſuas, quantum cum Domino fieri poteſt, ad gloriam ejus, & utilitatem animarum quotidie melius, & felicius adimpleant. Cui rei plurimum conducere

Digitized by Google

,, docere ſatis conſtat Linguarum cognitionem, He-
,, braicæ præſertim, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ,
,, hæc enim converſioni infidelium opportuniſſima eſſe
,, dignoſcitur, quando magna eorum pars, aut Ara-
,, bice loquitur, aut intelligit, ac ſi unquam reliqua-
,, rum trium linguarum notitia in Eccleſia Dei utilis
,, fuit, diebus noſtris profecto utiliſſima eſt, hoſtis
,, enim humani generis linguarum ſcientia, ſingulari
,, dono Dei hominibus tradita, ad ipſius largitoris
,, contumeliam, & ſidei ſuæ catholicæ detrimentum,
,, nunc ut cum maxime abutitur. Quamobrem felicis
,, recordationis Clementis Papæ V, Prædeceſſoris
,, noſtri, quantum conditio temporis patitur, veſtigiis
,, inſiſtentes, motu proprio, & ex certa ſcientia,
,, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ
,, nobis attributæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra
,, perpetuo valitura conſtitutione ſancimus, ſtatui-
,, mus, & ordinamus, ut in cujuſcunque Ordinis,
,, & inſtituti Regularium, tam Mendicantium, quam
,, non Mendicantium, etiam quomodolibet exem-
,, ptorum, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecto-
,, rum, ſtudiis omnibus trium linguarum bujuſmodi,
,, Hebraicæ videlicet, Græcæ, & Latinæ, in majo-
,, ribus vero, ac celebrioribus etiam Arabicæ Docto-
,, res, Regulares quidem, & ejuſdem Ordinis, ſi in
,, illo harum linguarum ſufficientem notitiam haben-
,, tes ſint, ſin minus, Seculares, aut alterius Ordinis
,, Regulares, qui illas actu, & diligenter doceant,
,, habeantur, ſi ſtudia in urbibus, & locis exiſtunt,
,, ubi linguarum prædictarum peritos conducendi fa-
,, cultas eſt, ſtudiis vero locorum, ubi hujuſmodi
,, Doctores deſunt, cum primum in aliis ſtudiis ubi
,, linguæ hujuſmodi docebuntur, ſcholares tantum
,, profecerint, ut docendis aliis idonei ſint, de iiſdem
,, Scholaribus provideatur. Quod, ut citius, & fa-
,, cilius fieri poſſit, & ſperati fructus ex linguarum
,, bujuſmodi ſtudio appareant, omnibus, & ſingulis
,, Regularium Superioribus ſub indignationis noſtræ
,, pœna, eadem auctoritate, tenore præſentium, præ-
,, cipimus, & mandamus, & ſi ipſi negligentes fuerint,
,, eorundem Ordinum Regularium apud Nos, & Se-
,, dem Apoſtolicam Protectoribus injungimus, eorum
,, conſcientiam deſuper onerantes, ut omni cura, &
,, ſolicitudine quanto citius provideant, ut Scholæ
,, Linguarum hujuſmodi quamprimum inſtituantur,
,, ac Doctores prædicti deputentur, earundemque lin-
,, guarum lectionibus Scholares aſſignentur, qui
,, illis ſedulam, & aſſiduam operam navent. Hi vero
,, Scholares ut alacrius huic ſtudio incumbant, volu-
,, mus, & decernimus, ut in promotione ad Docto-
,, ratus gradus, & ad alios ſui Ordinis honores illi,
,, ceteris paribus, præferantur, qui in cognitione
,, trium ſaltem Linguarum prædictarum profecerint,
,, ita, ut ad illas docendas apti ſint. Non obſtantibus
,, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,
,, ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, privile-
,, giis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, qui-
,, buſvis Univerſitatibus, illarumque Rectoribus,
,, ac Ordinibus prædictis, & illorum Superioribus,
,, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis,
,, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogato-
,, riis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac
,, irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in
,, ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomo-
,, dolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Qui-
,, bus omnibus, & ſingulis, eorum omnium, & ſin-
,, gulorum tenores præſentibus pro plene, & ſuffi-
,, cienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes,
,, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe deroga-
,, mus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli
,, ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtro-
,, rum ſanctionis, ſtatuti, ordinationis, præcepti,
,, mandati, injunctionis, onerationis, voluntatis, de-
,, creti, & derogationis infringere, vel ei auſu te-
,, merario contraire. Si quis autem hoc attentare
,, præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
,, Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe
,, noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mar-
,, cum Pridie Kal. Auguſti, Anno Incarnationis Do-
,, minicæ MDCX, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

II. Ut executioni mandaretur Paulina Conſtitutio, illam Fratribus denunciandam curarunt Patres in comitiis Generalibus Pariſien. 1611. Studium illud Linguarum jam pridem Fratribus commendatum fuerat. In Comitiis ſiquidem Romæ celebratis anno 1608 præcipitur, ut quilibet Prior Provincialis teneatur in ſua Provincia conſtituere ſtudium Linguarum Hebraicæ, & Græcæ. Linguæ vero Arabicæ ſtudium jam ab anno 1459 in Comitiis Generalibus, Valenæ celebratis, in Conventu Barcinonenſi conſtituendum curaverant Patres. In Comitiis autem Mediolanen. 1622 Denunciatione III ſic legere eſt:
,, Præcipimus RR. Patribus Prioribus tam Provincia-
,, libus, quam Conventualibus, eorum præſertim
,, Conventuum noſtrorum, in quibus Artium, &
,, S. Theologiæ ſtudia vigent, & copioſus ſatis No-
,, viciorum, vel ſtudentium numerus habetur, ut
,, poſt ſex menſes a præſentium notitia, hujuſmodi
,, ſtudia ,, (Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ,
& Latinæ) ,, inſtituiſſe debeant, ſub pœna abſolutio-
,, nis a ſuis Officiis &c. ,, Id ſancitum fuit juxta Decretum quod ibidem denunciatur a S. Congregatione de Propaganda Fide latum.

III. Aliud ejuſdem S. Congregationis ea de re Decretum, datum 16 Octobris 1623, quod incipit = Quoniam a Concilii Viennenſis celebratione = legitur *Tomo VII pag.*266. Habes ibidem pag.270 aliud ab eadem Congregatione datum 17 Aprilis 1625, quod incipit = Quoniam impoſſibile eſt = Illius mentio in Actis Capituli Generalis Toloſæ celebrati anno 1628.

Huc ſpectat aliud anno 1624 die 17 Decembris datum = Nihil tam magnæ = Tom.VII pag.269, quo Novicios diverſarum Nationum, & Linguarum a Regularibus recipiendos jubet eadem S. Congregatio de Propaganda Fide.

Quibus addenda Ordinatio X pro ſtudiis lata a Capitulo Generali Romæ 1694: ſic enim Provincialibus præcipitur. ,, Inquirant pariter in ſuis Provinciis
,, viros idoneos, qui Hebraicas, & Græcas Linguas
,, in Collegiis noſtris docere valeant, ne ſtudium,
,, adeo Eccleſiæ utile, in Ordine noſtro torpeſcat:
,, innovantes quæ toties ordinata ſunt in variis Capi-
,, tulis Generalibus, ut Studia Linguarum Hebrai-
,, cæ, & Græcæ, in omnibus Provinciis inſtituantur,
,, maxime in Capitulo Toloſano 1628 Denunciatio-
,, ne III ex Decreto S. Congregationis de Propaganda
,, Fide, quodque denunciatum fuerat Pariſiis 1611
,, Denunciatione III, qua Conſtitutio edita a SS^mo^
,, Domino Paulo Papa V pro inſtitutione exercitii
,, Linguarum Hebraicæ, & Græcæ, denunciata eſt.

Ejuſdem Ordinationis meminit Capitulum Generale Bononienſe 1725 Ordinatione V pro ſtudiis dicens: ,, Optimum tandem fore cenſemus, ſi ad pra-
,, xim reducatur Ordinatio X pro ſtudiis Capituli Ro-
,, mani 1694, qua decernitur, ut Provinciales in ſua
,, reſpective Provincia inquirant viros doctos, qui
,, juvenes Hebraicas, & Græcas Linguas in ſtudiis
,, Gene-

,, Generalibus, & Collegiis noſtris docere valeant, &
,, doceant. Et hoc quidem in variis Capitulis Genera-
,, libus jamdudum ſtatutum fuerat, maxime in Tolo-
,, ſano 1628 Denunciatione III, ex Decreto Sacræ
,, Congregationis de Propaganda Fide: quod prius
,, indictum fuerat Pariſiis 1611 Denunciatione III,
,, qua denunciata fuit Conſtitutio edita a Paulo V,
,, pro inſtitutione exercitii Linguarum Hebraicæ, &
,, Græcæ. Docet quippe experientia, earundem Lin-
,, guarum cognitionem ad revincendos hæreticos,
,, qui eas maxime vocant in ſubſidium ſuum, perne-
,, ceſſariam eſſe.

QUÆSTIO VI.

Quæ pœna conſtituta ſit in illos, qui libros e Bibliothecis Ordinis Fratrum Prædicatorum extraxerint?

SUMMARIUM.

I. Excommunicationis pœna conſtituta, ab Eugenio IV pro Papien. Conventus Bibliotheca.
II. A Leone X pro Florentin. S. Marci.
III. A Sixto V pro Raguſin.
IV. A Clemente VIII pro Valentin.
V. A Paulo V pro Barchinonen.
VI. Ab eodem pro Bibliotheca Conventus de Gottor.
VII. Ab Urbano VIII pro Bibliothecis totius Ordinis Prædicatorum.
VIII. Ab Innocentio XII pro Romani Conventus S. Sabinæ Bibliotheca.
IX. A Clemente XI pro Bibliotheca Caſanatenſi.

I. De libris e Bibliothecis non exportandis, conſulenda quæ ſequuntur Diplomata.
Ne quis extrahat libros e Papienſi Collegio Sancti Auguſtini, & ex ejuſdem Civitatis Cœnobio *Sancti Appollinaris*, excommunicationis pœna propoſita, cavet *Eugenius IV Conſt.CCXXIII* = Ut illa = *Tom.III pag.116.*

II. Ne quis libros auferat e Bibliotheca *Florentini* Cœnobii *S. Marci*, cavet *Leo X Conſt.CVI* = Cum non ſine = *Tom.IV pag.382.*

III. De Raguſini Cœnobii Bibliotheca conſulendus *Sixtus V Conſt.XXIX* = Officii noſtri = *Tom.V pag.*470.

IV. Pro Bibliotheca *Valentini* Cœnobii conſulenda *Clementis VIII Conſtitut.XCVIII* = Decet Romanum = *Tom.V pag.*601.

V. Idem ſancitum pro Bibliotheca Barchinonenſi a *Paulo V Conſt LXXXIII* = Cum ſicut = *Tom.V pag.*701.

VI. Pro Conventu Oppidi de Gottor ab eodem *Paulo V Conſt.LXXXV* = Conſervationi = *Tom.V pag.*703.

VII. Urbanus VIII Conſt.XXII = Cum, ſicut = *Tom.VI pag.*47 excommunicatione latæ ſententiæ devincit extrahentes, ac permittentes ut extrahantur libri, vel manuſcripta, a Bibliothecis Ordinis Fratrum Prædicatorum. Hujus tenoris eſt: ,, Urbanus
,, Papa VIII. Ad Futuram Rei Memoriam. Cum,
,, ſicut dilectus filius Lucas Caſtellinus, Ordinis Fra-
,, trum Prædicatorum Procurator Generalis, Nobis
,, nuper exponi fecit, hactenus compertum fuerit, non
,, nullos, conſcientiarum ſuarum prodigos, Libros
,, ex Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis
,, furto ſubripuiſſe, ac ſubripere, ſeu extrahere,
,, atque apud ſe uti proprios in grave animarum ſua-
,, rum periculum, & dictarum Bibliothecarum præ-
,, judicium retinere. Nos præmiſſis, quantum Nobis
,, ex alto conceditur, obviare, & ipſarum Bibliothe-
,, carum conſervationi, & manutentioni conſulere
,, volentes, ſupplicationibus dicti Lucæ nomine No-
,, bis humiliter porrectis inclinati: Ne de cetero quiſ-
,, quam, quavis auctoritate fungens, Libros, Quin-
,, terna, Folia, ſive impreſſa, ſive manuſcripta,
,, Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis
,, hactenus donata, ſeu aſſignata, & in poſterum do-
,, nanda, ſeu aſſignanda, ex eiſdem Bibliothecis ex-
,, trahere, ſeu, ut extrahantur permittere, aut con-
,, ſentire, ſub quovis quæſito colore, prætextu, vel
,, ingenio, audeat, ſeu præſumat, ſub excommunica-
,, tionis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ
,, pœnis, per contrafacientes eo ipſo incurren., Apo-
,, ſtolica auctoritate, tenore præſentium, interdici-
,, mus, & prohibemus. Non obſtantibus Conſtitu-
,, tionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon
,, dicti Ordinis, & illius domorum Regularium qua-
,, rumcunque, etiam juramento, confirmatione Apo-
,, ſtolica, vel quavis firmitate roboratis, ſtatutis, &
,, conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcun-
,, que. Volumus autem, quod præſentium tranſum-
,, ptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici
,, ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate
,, Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubi-
,, que fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhi-
,, beretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque
,, tranſumpta hujuſmodi in valvis dictarum Biblio-
,, thecarum, vel aliquo alio perſpicuo loco, unde
,, ab omnibus cerni poſſint continuo affixa remaneant.
,, Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcato-
,, ris die XXIII Martii MDCXXVI, Pontificatus no-
,, ſtri Anno Tertio.

,, V. Theatin.

Legendum Generale Capitulum Romæ 1694 Confirmationibus III, IV, V, VI, VII, & VIII, quibus quicquid hac de re deſiderare eſt, ſapienter ſancitum fuit. Hujus tenoris ſunt: ,, Tertio confirma-
,, mus, quæ toties in Capitulis Generalibus ſan-
,, cita ſunt, maxime Romæ 1601 Confirmatione XVI
,, & Valliſoleti 1605 Confirmatione II. Quibus
,, demandatur, ut omnes Libri Fratris demortui
,, communi Conventus Bibliothecæ applicentur, &
,, incorporentur, nulla habita ratione contrarii uſus,
,, in aliquibus Provinciis, aut Conventibus perpe-
,, ram introducti, quemque uti abuſum omnino abo-
,, lemus, ac inhærentes Textui Conſtitutionum no-
,, ſtrarum Diſtinct.II Cap.IV Text.X & Gloſſæ ipſius
,, ſub lit.T., & antiquis Ordinationibus Capitulo-
,, rum Generalium, inhibemus, ne libri Ordinis, vel
,, Fratrum vendantur, niſi pretium eorum in alios
,, convertatur libros pro communi Bibliotheca, &
,, ſervatis de jure ſervandis; ſi quis vero libros ejuſ-
,, modi vendiderit, vel donaverit, ad reſtitutionem
,, teneatur, ſicut & Fratres, qui eos receperunt,
,, alias per Rev. Patres Provinciales furti judicio
,, condemnentur.

,, Quarto Confirmamus, &, in quantum opus
,, eſt, innovamus Ordinationem II. Capituli Valen-
,, tini 1647 qua in virtute Spiritus Sancti, & San-
,, ctæ Obedientiæ, & ſub formali præcepto, necnon
,, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac
,, una pro trina canonica monitione præmiſſa injun-
,, gitur Conventuum Superioribus, ut dum aliquis
,, ex Fratribus noſtris ſcientia, & doctrina clarus obie-
,, rit, omni diligentia ſatagant, etiam per cenſuras
,, illius ſcripta colligere, & in communi Depoſito
,, repo-

„ reponere, admonito ſtatim Magiſtro Ordinis, ut ſi quid dignum publica luce fuerit, prælo demandetur; committentes RR. Patribus Provincialibus, & Congregationum Vicariis, ut in Viſitatione Conventuum ſedulo inquirant, an Superiores, ac ceteri Fratres huic ordinationi exacte paruerint, & quos defeciſſe repererint, aut per ſuſpenſionem ab Officiis, aut per inhabilitatem ad ipſa, ſevere puniant, & ſi manuſcripta retineant, etiam ad reſtitutionem per cenſuras, & pœnas privativas, & poſitivas compellant.

„ Quinto Confirmamus, ac etiam innovamus Ordinationem XII ejuſdem Capituli Generalis Valentini, qua omnibus Fratribus Ordinis noſtri in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ ſub formali præcepto injunctum eſt, ut cum aliena, vel propria ſcripta prælo demandaverint, impreſſione terminata, unum exemplar in principaliori Provinciæ Conventu reponant, & alterum ad Magiſtrum Ordinis tranſmittant; & ſi qui negligentes fuerint, pœnis in Fratres Ordinis noſtri latis, qui abſque debita licentia Magiſtri Ordinis opus aliquod edere præſumpſerint, ſubjicimus.

„ Sexto Confirmamus quæ toties ab initio Ordinis conſtituta ſunt inſpecto noſtri Inſtituti fine, quod in Conventibus, in quibus nondum Superiorum incuria Bibliotheca communis erecta eſt, poſt horum Actorum publicationem intra duos menſes pars aliqua Conventus, quæ commodior erit, deſtinetur pro communi Bibliotheca, in qua omnes libri reponantur; in iis vero Conventibus, in quibus, Deo benedicente, Bibliothecæ erectæ ſunt, ſatagant Superiores ea ædificia, cum opus fuerit, reparare ne labantur, eaque exornare, uti decet Bibliothecam, in eaque fideliter libri cuſtodiantur, nec extrahi poſſint ex quibuſcunque Bibliothecis Ordinis, uti denunciatum eſt; ſed in omnibus Conventibus, in quibus Bibliothecarii inſtituti non ſunt, poſt horum Actorum notitiam ex gravioribus Patribus, inſtituatur ſaltem unus, vel a RR. Patribus a Conſiliis, vel a Rev. Patre Povinciali, quique claves penes ſe habeat, & ſedulo libros cuſtodiat, & occluſam, niſi certis horis Bibliothecam teneat; & ſi negligens fuerit in cuſtodiendis libris, alius, nulla habita perſonarum acceptione, inſtituatur in Bibliothecarium. Injungentes Superioribus in viſitatione Conventuum, ut omni ſolicitudine adhibita, obſervantiæ hujus Statuti invigilent: Nihil quippe decentius eſt Ordini noſtro, quam quod Fratres noſtri Deo famulentur, & ſtudia in Bibliothecis colant. Quare inhibemus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ ſub formali præcepto, necnon ſub pœna privationis officii tam RR. Patribus Prioribus, aut Conventuum Superioribus, quam Lectoribus, ne lectiones, aut acta Scholaſtica, aut quæcunque alia, quæ concurſum Secularium, aut Religioſorum, etiam noſtri Ordinis advocare poſſunt, in Bibliothecis faciant, aut habeant; & ſi qui contra hoc ſtatutum quidquam facere præſumpſerint, ultra pœnas jam latas, etiam ad ſimilia officia ad triennium inhabiles declaramus; quodque officium Bibliothecarii ultra triennium durare inhibemus, niſi per RR. Patres a Conſiliis una cum aſſenſu Rev. Patris Provincialis, aut Vicarii Congregationis ad aliud triennium eligantur.

„ Septimo Confirmamus quod toties ab exordio Ordinis conſtitutum eſt, & ultimo Valliſoleti 1605 in fine Confirmationis II, qua ſancitum eſt, ut ſingulis annis pro communi Bibliotheca libri emantur. At quia compertum eſt Superiores Conventuum maxime negligentes eſſe ad librorum emptionem, ſtatuimus, ut ſingulis annis Conventuum Superiores ſub pœna privationis ab officiis, & inhabilitatis ad ipſa ad triennium, applicent pro communi Bibliotheca ad libros emendos id quod uni ex Fratribus pro Veſtiario ſubminiſtratur, & in communi Depoſito ſingulis annis ſervetur, donec collecta ſumma de conſilio Patrum, & admonito R. Patre Provinciali, emantur libri pro communi Bibliotheca; in iis vero Conventibus, in quibus eſt annuus cenſus pro libris emendis, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ ſub formali præcepto, necnon ſub pœna privationis officiorum, & inhabilitatis ad ipſa, & utriuſque vocis omnibus Superioribus, & Fratribus, qui horum redituum curam gerunt, ne in alios uſus, quam pro emptione librorum, quacunque urgente neceſſitate, aut quovis prætextu ejuſmodi cenſus divertere præſumant, eoſque exacte ſingulis annis in communi Depoſito reponant, alias pœnam prædictam incurrant, mandantes ut quolibet anno coram omnibus Patribus a Conſiliis, & ulterius in qualibet viſitatione Patris Provincialis, aut Vicarii Congregationis rationem eorum reddant, quibus omnibus injungimus, ut ſedulo invigilent, quod hujuſmodi reditus recte adminiſtrentur, & quod libri neceſſarii, ut ſunt Sancti Patres, Sacræ Scripturæ interpretes, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Theologiæ etiam Moralis, & Philoſophiæ, Auctores emantur.

„ Octavo Confirmamus, & admonendo denunciamus, uti in Capitulo Generali Tholoſæ 1628 denunciatum eſt, ſan. mem. Urbanum VIII inhibuiſſe omnibus ſub pœna excommunicationis, ne libros ex Bibliothecis noſtris, quinterna, folia ſive impreſſa, ſive manuſcripta, ſive donata, ſive in poſterum donanda ex iiſdem Bibliothecis ſub quovis prætextu extrahere; aut ut extrahantur permittere, aut conſentire, audeat, ſeu præſumat. Quare injungimus Superioribus ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis ad ſex menſes, ut hoc Breve in ingreſſu Bibliothecæ apponere faciant.

VIII. Pro Romano Cœnobio S. Sabinæ vide *Innocentii XII Conſtitutionem XXXIII* = Exponi = *Tom. VI pag.* 432.

IX. Pro Bibliotheca Caſanatenſi vide *Clementis XI Conſtitutionem XVII* = Cum ſicut = *Tom. VI pag.* 448. Hujus tenoris eſt: „ Clemens PP. XI. Ad Futuram Rei Memoriam. Cum, ſicut dilectus filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, ipſe in Conventu Beatæ Mariæ ſuper Minervam de Urbe dicti Ordinis inſignem Bibliothecam per bonæ memoriæ Hieronymum, dum vixit S. R. E. Cardinalem Caſanate nuncupatum, cum omnibus illius libris impreſſis, & manuſcriptis ad publicam commoditatem, eidem Conventui relictam collocaverit, cupiatque propterea opportune in præmiſſis a Nobis provideri, &, ut infra indulgeri. Nos conſervationi, & manutentioni dictæ Bibliothecæ, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, dictumque Antoninum Magiſtrum Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodoli-

,, bet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dun-
,, taxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, &
,, abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus
,, nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis incli-
,, nati, ne de cetero quiſquam, quavis auctoritate,
,, ſuperioritate, officio, vel dignitate fungens, libros,
,, codices, ſcripturas, quinterna, vel folia tam ma-
,, nu exarata, quam typis impreſſa, aut alia quæ-
,, cunque eidem Bibliothecæ hactenus quomodolibet
,, donata, & aſſignata, ſeu in poſterum quandocun-
,, que donanda, & aſſignanda ex ipſa Bibliotheca ſub
,, quovis quæſito colore, prætextu, cauſa, vel oc-
,, caſione extrahere, vel aſportare, ſeu, ut extra-
,, hantur, vel aſportentur permittere audeat quovis
,, modo, ſeu præſumat, ſub excommunicationis latæ
,, ſententiæ, & quoad Regulares etiam privationis
,, vocis activæ, & paſſivæ pœnis per contrafacientes
,, ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis, au-
,, ctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo
,, prohibemus, & interdicimus. Permittimus tamen,
,, ut libri, codices, ſcripturæ, folia, quinterna hu-
,, juſmodi juxta dicti Hieronymi Cardinalis diſpoſi-
,, tionem, ſeu de mandato Congregationum pro
,, tempore exiſtentium S. R. E. prædictæ Cardinalium
,, adverſus hæreticam pravitatem generalium Inqui-
,, ſitorum, vel Indici librorum prohibitorum, & ex-
,, purgandorum præpoſitorum, ex Bibliotheca præfata
,, extrahi, & aſportari valeant, itaut finito uſu, ad
,, quem illos, & illa extrahi, & aſportari contige-
,, rit, illi, & illa ad Bibliothecam ipſam quantoci-
,, tius reportari debeant. Non obſtantibus Conſtitu-
,, tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, qua-
,, tenus opus ſit, Conventus, & Ordinis prædicto-
,, rum, etiam juramento, confirmatione Apoſtoli-
,, ca, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, &
,, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis,
,, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum
,, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innova-
,, tis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores
,, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, &
,, ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robo-
,, re permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vi-
,, ce duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,
,, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus
,, autem, ut præſentis prohibitionis exemplum in
,, valvis dictæ Bibliothecæ, vel alio loco conſpicuo,
,, ubi ab omnibus cerni, & legi poſſit, affixum aſſi-
,, due remaneat. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
,, riam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Ju-
,, lii MDCCIII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

F. Oliverius.

TITULUS

TITULUS VII.

De Sacramentorum adminiſtratione.

Quæſtiones IX complectitur Titulus iſte.

PRima, utrum Fratres Prædicatores regere poſſint Parochias?

II. Quonam modo Divina, tempore Generalis Interdicti, celebranda ſint a Fratribus Ordinis Prædicatorum?

III. Facultas celebrandi ſupra Altare Portatile fuitne conceſſa Fratribus Ordinis Prædicatornm?

IV. Poſſuntne Fratres Prædicatores Sacramenta adminiſtrare Domeſticis ſuis, qui vere ſunt de ipſorum familia, & continui commenſales?

V. Quænam ſint Proceſſiones, ſeu ſupplicationes, ad quas vocati Regulares accedere tenentur?

VI. Fratres Ordinis Prædicatorum ſuntne deſtinati Prædicationis officio?

VII. Fratres Prædicatorum Familiæ ſuntne deſtinati Confeſſionibus excipiendis?

VIII. Poſſuntne Fratres Prædicatores, Sede vacante, eadem, quam ab Epiſcopo tenent, facultate Confeſſiones excipere, Conciones habere &c.

IX. Num præcepto ſatisfaciat, qui diebus Dominicis in ædibus ſacris Fratrum Mendicantium Miſſam audit?

QUÆSTIO I.

Utrum Fratres Prædicatores regere poſſint Parochias?

SUMMARIUM.

I. POſſe cnncedit Honorius III.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos, a quibus variæ Paræciales Eccleſiæ curæ Fratrum Prædicatorum commiſſæ ſunt.

Gedanenſis enim Cœnobii Fratres ab anno 1227 in Paræcialis Eccleſiæ S. Nicolai poſſeſſinnem venerunt.

III. De Parochia Narnienſi conſulenda B. Benedicti XI Conſtitutio.

IV. De San-Maximinenſi legendæ Conſtitutiones Bonifatii VIII, Martini V, Eugenii IV.

V. De Tudertina, ejuſdem Eugenii Conſtitutio, in qua meminit Paræciarum Romanæ Eccleſiæ S. Mariæ ſupra Minervam, Narnien., & Tiburtin. curæ Fratrum Prædicatorum commiſſarum.

VI. De Florentina, ejuſdem Eugenii IV Conſtitutio.

VII. De Firmana, ejuſdem Eugenii IV Conſtitutin.

VIII. De Januenſi, ejuſdem Eugenii Conſtitutio.

IX. De Veneta, ejuſdem Eugenii Conſtitutio.

X. De Florentina, S. Mariæ Novellæ:

XI. Et Florentina, S. Marci Cœnobiorum Fratribus conceſſis, ejuſdem Eugenii Conſtitutiones.

XII. De Capellanis ad nutum ponendis, & amovendis, ac privilegiis earundem Paræciarum, legenda Sixti IV Conſtitutio == *Regimini* ==

XIII. De Paræcia S. Mariæ Rezzonici conſulenda ejuſdem Sixti IV Conſtitutin.

XIV. De San-Maximinenſi, ejuſdem Sixti IV Conſtitutio.

XV. De Paræcia Villæmencienſis, Innocentii VIII Cnnſtitntio.

XVI. De Paræciali Eccleſia *de Pobladura*, ejuſdem Innocentii Conſtitutio.

XVII. De Grottulenſi Paræcia, Julii II Conſtitutio.

XVIII. De Faventina, ejuſdem Julii Conſtitutio.

XIX. Quid a Leone X, Sacro approbante Lateranenſi Concilio, ſancitum ſit circa Paræcias Regularium?

XX. De Grottulenſi Paræcia conſulendæ ejuſdem Leonis X, & Clementis VII Conſtitutiones.

XXI. De Paræciali Eccleſia S. Jacobi de Corneliano, ejuſdem Clementis VII Conſtitutio.

XXII. De Grottulenſi, Pauli III Conſtitutio.

XXIII. De Anconitana S. Ægidii, legenda Sancti Pii V Conſtitutio.

XXIV. Paræciales Eccleſias a Regularibus regi poſſe, declarat idem S. Pius V.

XXV. De Melitenſi Parochia, conſulenda ejuſdem S. Pii Conſtitutio.

XXVI. De Luchentenſi, ejuſdem S. Pii Conſtitutio.

XXVII. De Romana Paræciali Eccleſia S. Nicolai, Gregorii XIII Conſtitutio.

XXVIII. De Balnearienſi, conſulendæ Gregorii XIII, Sixti V, & Benedicti XIII Conſtitutiones.

XXIX. De Bagnaſchenſi, ejuſdem Sixti V Conſtitutio.

XXX. De Grottulenſi, ejuſdem Sixti V Conſtitutio.

XXXI. De Paræciali Eccleſia loci *de Foix*, Alexandri VII Conſtitutio.

XXXII. De Romana Paræciali Eccleſia SS. Quirici, & Julittæ.

XXXIII. Qui curam animarum ſuſcipit, delegandus eſt a Superiore Monaſterii, cui hæc cura annexa eſt.

Approbandus tamen ab Epiſcopo.

I. FRatres Prædicatores Eccleſias Paræciales regere poſſe, cnncedit *Honorius III Conſtit.I* == Religioſam vitam == *Tom.I pag.*2 bis verbis: „ In „ Parochialibus vero Eccleſiis, quas babetis, liceat „ vobis Sacerdotes eligere, & Diœceſano Epiſcopo „ præſentare, quibns, ſi idnnei fuerint, Epiſcopus „ curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus, „ vobis vero de temporalibus debeant reſpondere.

Idem legitur in ejuſdem *Honorii Conſt.VII* == Religioſam vitam == *Tom.I pag.6*.

II. Honorius III conſentientes babet Succeſſores ſuns, qui varias Paræcialea Eccleſias Fratrum Prædicatorum curæ commiſerunt.

Gedanenſis enim Cœnobii Fratres ab anno 1227, Undecimo Kalendas Februarii, in Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai poſſeſſionem veniſſe, habes ex monitorio Auditoris Cameræ pro manutentione ejuſdem Parochiæ dato 24 Januarii 168n == Urbanus Saccbetus == *Tom.VII pag.*344.

III. De Parochia Narnienſis Conventus Fratri-

bus conceſſa, conſulenda *B. Benedicti XI Conſt.XL*, data 24 Junii 1304 = Sacræ Religionis = *Tom.VII pag.*53.

IV. De *San-Maximinen.* Parochia legendæ Conſtitutiones *Bonifatii VIII* laudatæ in Notis ad *Martini V Conſt.CLV* = Ad ea ex = *Tom.II pag.*641.

De eadem Parochia loquitur *Eugenius IV Conſt.I* = Rationi congruit = *Tom.III pag.*1.

V. Parochiam B. Mariæ in Camnecia Tudertin. curæ Fratrum Prædicatorum committit *Eugenius IV Conſt.XXXI* = Ad ea per quæ = *Tom.III pag.*22; ſic enim eoſdem Fratres alloquitur: „ Nos igitur, qui Fidelium animarum ſalutem quærimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut, cedente, vel decedente Presbytero præfato, aut Eccleſiam, & curam ipſam quomodolibet dimittente, Eccleſiam, & curam hujuſmodi ſicuti dilecti filii Beatæ Mariæ ſuper Minervam de Urbe, ejuſdem Beatæ Mariæ Narnien., necnon Sancti Blaſii Tiburtin. ejuſdem Ordinis, domorum Fratres Eccleſiarum ſuarum, quæ ſimiliter Parochiales ſunt, curam gerunt, & exercent, gerere, & exercere libere, & licite valeatis.

VI. *Florentinis* Fratribus Parochiam *S. Georgii* confert *Eugenius IV Conſt.LV* = Ad Eccleſiam = *Tom.III pag.*41, quia „ Eccleſia, inquit, præfata per Fratres præfati Ordinis Fratrum Prædicatorum in obſervantia hujuſmodi degentes, qui ſub ſuavi Religionis jugo, exemplo piæ vitæ, variis hactenus multiplicarunt, prout in dies multiplicant, virtutum meritis, bene, & feliciter dirigetur, populique propterea devotio non mediocriter augebitur ad eandem, & ipſorum Parochianorum animarum cura diligentius exercebitur.

VII. *Firmanis* Fratribus curam Parochialis Eccleſiæ committens *Eugenius IV Conſt.CCXV* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*130, ſic eoſdem alloquitur: „ Nos igitur prout ex debito tenemur Summi Pontificis officii Nobis deſuper injuncti, fidelium quorumlibet animarum ſalutem quærentes, eorumque ſcandalis, quantum cum Deo poſſumus, obviare volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica vobis auctoritate concedimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, ſinguli Fratres in Sacerdotio conſtituti præfatæ domus præſentes, & futuri, quos Prior pro tempore exiſtens dictæ domus, quoties ſibi expedire videbitur, ad id ſimul, vel ſucceſſive duxerit eligendos, ſeu deputandos, curam animarum omnium, & ſingulorum Parochianorum præſentium, & futurorum Capellæ hujuſmodi exercere, necnon eis Euchariſtiæ, Olei Sancti, & alia Sacramenta hujuſmodi miniſtrare, libere, & licite poſſint, & valeant. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon domus, & Ordinis Prædicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

VIII. *Januenſem* Parochialem Eccleſiam *B. Mariæ de Caſtello* Fratribus Prædicatoribus confert *Eugenius IV Conſt.CCXXI* = Romani Pontificis = *Tom.III pag.*134.

IX. Parochialem Eccleſiam *S. Luciæ* Monaſterio Monialium Corporis Chriſti *de Venetiis* unit *Eugenius IV Conſt.CCXXXIII* = Ad ea per quæ = *Tom.III pag.*144. Nota quod hoc Ordinis Monaſterium, Familiæ noſtræ Superiorum juris non eſt.

X. Curam animarum Eccleſiæ *S. Mariæ Novellæ* Fratribus *Florentinis* committit *Eugenius IV Conſtitut.CCXLIV* = Ad ea per quæ = *Tom.III pag.*153.

XI. Aliam Parochialem Eccleſiam *Florentinis* Fratribus Cœnobii *S. Marci* confert idem *Eugenius IV Conſt.CCXLVI* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*154.

XII. „ Ceterum, inquit *Sixtus IV Conſtit.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*518 „ ne ſi ratione Parochialium Eccleſiarum, apud quas eorundem Fratrum domus conſtructæ fuerunt, aut conſtruentur in poſterum, locorum Ordinarii in eoſdem Fratres aliquam ſuperioritatem ſibi vendicare tentarent, Fratrum eorundem quies in aliquo perturbaretur, concedimus eiſdem Fratribus, ut in ſic conceſſis, & quas eis concedi contigerit, Curatis Eccleſiis poſſint per Capellanum per eos pro eorum nutu ponendum, & amovendum, curam hujuſmodi exercere; qui quandiu Capellanatus hujuſmodi fungetur officio, ac ſi dicti Ordinis Prædicatorum profeſſor exiſteret, dictorum Fratrum Prædicatorum libertate, & exemptione ubique fruatur: Eccleſiæ vero prædictæ, & illarum bona, illa, qua domus dicti Ordinis, prærogativa lætentur.

XIII. Eccleſiam, & Parochiam *S. Mariæ Rezzonici* Fratribus Prædicatoribus confert *Sixtus IV Conſtit.LXIII* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.III pag.*522.

XIV. Regis *Renati* rogatu, Parochiam Cœnobii *San-Maximinenſis* ab uno ex Fratribus regendam jubet *Sixtus IV Conſt.XCIV* = Injunctum Nobis = *Tom.III pag.*551 dicens: „ Injunctum Nobis, licet immeritis, deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium, mentem noſtram continua pulſat inſtantia, ut circa fidelium quorumlibet animarum profectum, ſolicitis curis, & ſtudiis ſic ſalubriter intendere curemus, ut per noſtræ operationis miniſterium periculis obvietur, ac ſaluti illarum jugiter intendatur. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum domus Sancti Maximini Ordinis Prædicatorum, Aquenſis Diœceſis, petitio continebat, quod cura animarum Parochianorum Eccleſiæ dictæ domus, quæ etiam Parochialis eſt, ex ordinatione, & privilegio, Apoſtolicis per unum Presbyterum Secularem, ad nutum Prioris pro tempore exiſtentis dictæ domus amovibilem, regi, & gubernari conſuevit, quodque, ſi cura hujuſmodi per aliquem ipſius Ordinis Fratrem, ad nutum ejuſdem Prioris ſimiliter amovibilem, deinceps regeretur, profectui animarum, ſaluti, & conſolationi Parochianorum prædictorum, non parum conſuleretur. Quare pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Renati Regis Siciliæ illuſtris, necnon Prioris, & Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut quod de cetero perpetuis futuris temporibus, cura prædicta per aliquem idoneum Presbyterum dicti Ordinis Profeſſorem ad nutum Prioris pro tempore exiſtentis hujuſmodi amovibilem, regatur, & gubernetur, ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps cura ſupradicta per aliquem idoneum Presbyterum dicti Ordinis Profeſſorem per Priorem pro tempore exiſtentem hujuſmodi ad hoc deputandum, & ad nutum illius amovibilem, perpetuo regatur, & etiam gubernetur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XV. Villæ

XV. Villæmencienſis Cœnobii fundationem confirmans *Innocentius VIII Conſt.XL* = Sedis Apoſtolicæ = *Tom.IV pag.*24, Fratribus animarum curam committit.

XVI. Parochialis Eccleſiæ *de Pobladura* animarum curam Fratribus Cœnobii S. Juliani *a Monte* committit *Innocentius VIII Conſtit.XLVIII* = Ex injuncto = *Tom.IV pag.*30.

XVII. *Grottulenſem* Eccleſiam *B. Mariæ Majoris* Parochialem declarans ipſam Fratribus Ordinis Prædicatorum concedit *Julius II Conſt.LXVI* = Piis ſupplicum = *Tom.IV pag.*259.

XVIII. *Faventinis* Fratribus Eccleſiam Parochialem *SS. Andreæ*, *&* *Jacobi* confert *Julius II Conſtitut.LXXX* = Admonet Nos = *Tom.IV pag.*269.

XIX. ,, Dum, inquit *Leo X Conſt.L* = Dum intra = *Tom.IV pag.*337 ,, intra mentis arcana revolvimus, & diligenti conſideratione penſamus operoſa ſolicitudinis ſtudia, continuoſque labores, pro Divini nominis gloria, exaltatione Catholicæ Fidei, Eccleſiæ unitate ſervanda, & inſtitutione, ac ſalute fidelium animarum per Coepiſcopos, corumque Superiores, in diverſis partibus ad regimen ſuarum Eccleſiarum a Sede Apoſtolica conſtitutos, necnon per Fratres diverſorum Ordinum, præſertim Mendicantium, indefeſſe, & indeſinenter impenſos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuoſis operibus, & opportune, ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro provenit ſatisfactio, ut his, quæ ad pacem, & quietem inter eos conſervandam conducere cognoſcimus, omni ſtudio intendamus. Novimus enim Epiſcopos ipſos in partem ſollicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorum honor, & ſublimitas, teſtante Ambroſio, nullis poteſt comparationibus adæquari: Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianæ Religionis defenſione, & ampliatione complura feciſſe, ac uberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita ut eorundem Epiſcoporum, ac Religioſorum bonis operibus Orthodoxam fidem incrementa ſumpſiſſe, & per orbem terrarum undique dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret. Et ſicut ipſi ſæpe numero vigilantiſſima, & ſolerti cura, ſchiſmata in Dei Eccleſia extinguere, & Eccleſiæ unitatem reddere, & ut eidem Eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitarunt, ita quoque par eſt eos inter ſe noſtris proviſionibus pacis vinculo, ac fraterna caritate, & unitate conjungi, ut eorum concordi doctrina, & mutuis operibus uberiores in Eccleſia Dei fructus proveniant. Sane cupientes, ut jura ſpiritualia, quæ ad Dei laudem, & Chriſtifidelium animarum ſalutem pertinent, & quorum exercitium præfatis Epiſcopis, & eorum Superioribus in ſuis Diœceſibus, cum ipſi in partem ſolicitudinis, ut præfertur, aſſumpti, ac Diœceſes diſtinctæ, & cuilibet eorundem Epiſcoporum aſſignatæ fuerunt, commiſſum extitit, ut per ipſos Epiſcopos exerceantur, & jus illa libere exercendi, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſervetur; & ſi aliqua dictis Fratribus in eorundem Epiſcoporum læſionem per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerint, conceſſiones hujuſmodi eiſdem Religioſis factas in ſubſequentibus duximus moderandas, ut ipſi Fratres potius ab eiſdem Epiſcopis omni cum caritate foveantur, quam aliquo modo moleſtentur, & inquietentur. Una enim eſt Regularium, Secularium, Prælatorum, & ſubditorum exemptorum, & non exemptorum, univerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur, eorumque omnium unus Dominus, una fides. Et propterea decet eos, qui ejuſdem ſunt corporis, unius etiam eſſe voluntatis, & ſicut Fratres nexu invicem caritatis adſtricti ſunt, ſic non convenit alterum in alterius injuriam, ſeu jacturam proſilire, dicente Salvatore, hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Ad conſervandam igitur inter Epiſcopos, & eorum Superiores, ac Prælatos, & Fratres hujuſmodi, mutuam caritatem, & benevolentiam, divini quoque cultus augmentum, pacemque, & tranquillitatem univerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod ita demum fieri poſſe cognoſcimus, ſi unicuique, quantum fieri poteſt, ſua juriſdictio conſervetur, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi, & eorum Superiores, & alii Prælati præfati, Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres ratione locorum ſuorum legitime ſpectantes, quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſervationem, adminiſtrationemque pertinent, ſine tamen Viſitatorum inſolito gravamine, vel impenſa, viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, ſi Religioſi fuerint, juxta ipſius Ordinis regularia inſtituta, intra ſepta regularis loci, Seculares vero Presbyteros, & Fratres hujuſmodi beneficia obtinentes, libere tanquam ſuæ juriſdictioni ſubjectos, punire: ac tam Prælati, quam Presbyteri Seculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Eccleſiis domorum eorundem, devotionis cauſa, celebrare volentes, libenter recipere debeant.

XX. *Leo X Conſtitut.LXXIV* = Exponi Nobis = *Tom.IV pag.*357 declarat ex Decreto Concilii *Lateranen.* revocatam non eſſe facultatem, qua Fratres *Grottulenſis* Cœnobii Sacramenta miniſtrant Parochianis ejuſdem Oppidi.

Idem decernit *Clemens VII Conſt.XXVII* = Dudum felicis = *Tom.IV pag.*447.

XXI. Parochialis Eccleſia *S. Jacobi de Corneliano* Fratrum Prædicatorum curæ commiſſa fuit a *Clemente VII Conſtitut.XXXII* = Divini cultus = *Tom.IV pag.*451.

XXII. Quæ de Parochia *Grottulenſi* Prædeceſſores decreverant, confirmat *Paulus III Conſtitut. XIII* = Alias felicis = *Tom.IV pag.*546.

XXIII. *S. Pius V Conſt.XXIV* = Ex ſupernæ = *Tom.V pag.*137 Parochialis Eccleſiæ *S. Ægidii* curam Fratribus *Anconitani* Cœnobii committit.

XXIV. Cumque, inquit *S. Pius V Conſt.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*160 = ,, Licet Cap.XI Seſſionis XXV (Concilium Tridentinum) ſtatuat, quod in domibus Virorum, ſeu Mulierum, quibus animarum perſonarum Secularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amovibiles inibi deputentur, niſi de Ordinarii conſenſu, ac prævio examine hujuſmodi præcedente, ad curam hujuſmodi admitti poſſe omnino volumus præfatos Regulares.

Inſuper, inquit *S. Pius V Conſt.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*161 ,, Volumus, quod præfati Regulares, quibus cura animarum eſt, poſſint per ſe ipſos juxta ſuorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, ſeu Capellanos Seculares, ipſorum Regularium nutu amovibiles, ab eis deputatos, & ab Ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere, neque in eorum deputatione pro præfatis Capellanis, ſeu Vicariis Secularibus, ſi per tales curam exer-

ceri

,, ceri contigerit, Epiſcopi ullo pacto ſe intromit-,, tant.

XXV. *Meliitenſis* Cœnobii Annunciationis Beatæ Mariæ Eccleſia Parochialis creatur a *S.Pio V Conſtitut.CXVII* = Ex debito = *Tom.V pag.*280.

XXVI. Fratres Conventus Oppidi de Luchent Eccleſiæ Parochialis curam gerunt ex *S. Pii V Conſtitut.CXXVII* = Cum ſicut = *Tom.VII pag.*174.

XXVII. Romani Cœnobii *S. Nicolai* Eccleſiam Parochialem eſſe, liquet ex *Gregorii XIII Conſt.LX* = Paſtoralis officii = *Tom.V pag.*334.

XXVIII. Balnearien. Cœnobio Parochialem Eccleſiam unit *Gregorius XIII Conſt.CXXIII* = Ex injuncto = *Tom.V pag.*414. Eadem de re legenda *Sixti V Conſt.XXII* = Regularium perſonarum = *Tom.V pag.*463: & Benedicti XIII Conſt.CV = Contentiones = *Tom.VI pag.*662.

XXIX. *Sixtus V Conſt.XXIII* = Decet Romanum = *Tom.V pag.*465 Fratres mittit in poſſeſſionem Domus, & Parochialis Eccleſiæ *Bagnaſchen.*

XXX De *Grottulenſi* Parochiali Eccleſia legenda *Sixti V Conſt.XXVIII* = Licet ea = *Tom.V pag.*469.

XXXI. Parochialis Eccleſia Loci de Foix, in Germania inferiori, Fratribus Ordinis Prædicatorum conceditur *Alexandri VII Conſt.LVIII*, data 7 Decembris 1660 = Cum itaque = *Tom.VII pag.*314.

XXXII. Eccleſia SS. Quirici, & Julittæ, Romæ, Parochialis eſt. Conſt.V Innocentii XIII = Exponi = *Tom.VI pag.*524: & VII Benedicti XIII = Dudum ad præclaram = Ibidem *pag.*540.

XXXIII. Ille qui curam animarum ſuſcipit delegandus eſt a Superiore Monaſterii, cui hæc cura annexa eſt. Decretum, hac de re a Sacra Congregatione Concilii datum, legitur inter Conſtitutiones Clementis VIII Conſtitut. CXXII = Congregatio = Tom.VII pag.218. Adeas *Paſſerinum* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.966, ubi hæc habet: ,, Quamvis vero exercentes curam animarum ,, Secularium in Monaſteriis, ſint ſubjecti Epiſcopis, (in his ſcilicet quæ curam animarum Secularium ſpectant) ,, tamen nominandi ſunt a Superioribus Regu-,, laribus, & quidem ut amovibiles ad nutum eorun-,, dem Superiorum. Sic tamen ut neceſſe ſit, eos ap-,, probari ab Epiſcopis, etiam medio examine, ſi ,, Epiſcopo viſum fuerit. Fagnanus ad Cap. Grave, ,, Num.64 de offic. Ordinar. Gonzalez &c. Et poſſunt ,, hujuſmodi Parochi, ſeu Vicarii Parochiales amo-,, veri ad nutum Superiorum, non tamen ab Epiſco-,, po niſi ex cauſa legitima. ,, De variis caſibus in quibus Regulares Epiſcopis ſubditi ſunt in his quæ curam animarum Secularium ſpectant, conſulendus idem Auctor loco laudato a *Numero 940 ad* 1017.

QUÆSTIO II.

Quonam modo Divina celebranda ſint a Fratribus Ordinis Prædicatorum, tempore Generalis Interdicti?

SUMMARIUM.

I. ID ab Honorio III præſcriptum.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet: Gregorium IX.

III. Innocentium IV.

IV. Alexandrum IV, Conſtitutione = *Quanto* = pro Piſanis data.

V. Eundem, Conſtitutione = *Pro reverentia* = pro Mediolanenſibus conceſſa.

VI. Eundem, Conſtitutione = *Ut in veſtris* = pro domeſticis Prædicatorum familiæ data.

VII. Eundem, Conſtitutione = *Devotionis* = pro Fratribus totius Prædicatorum Ordinis conceſſa.

VIII. Eundem, Conſtitutione = *Religioſam* = pro Monialibus Staynacen. data.

IX. Eundem, Conſtitutione = *Devotionis* = qua non ſolum Divina officia celebrandi, ſed etiam cetera Sacramenta recipiendi facultatem largitur.

X. Eundem, Conſtitutione = *Devotionis* = pro Santeranenſi Monaſterio data.

XI. Eundem, Conſtitutione = *Pro reverentia* =

XII. Eundem, Conſtitutione = *Virtute conſpicuos* =

XIII. Eundem, Conſtitutione = *Solet annuere* = pro Bononienſibus data.

XIV. Eundem, Conſtitutione = *Religioſam* = pro Monaſterio Vallis-Gratiæ conceſſa.

XV. Clementem IV, Conſtitutione = *Meritis* =

XVI. Eundem, alia Conſtitutione = *Meritis* =

XVII. Honorium IV.

XVIII. Bonifatium VIII.

XIX. Johannem XXII: Clementem VI Gregorium XI: & Bonifatium IX.

XX. Sixtum IV.

XXI. Leonem X.

XXII. S. Pium V.

XXIII. Quid hac de re a Concilio Tridentino ſancitum ſit, & quomodo Privilegium illud ſit intelligendum?

I. QUonam modo Divina, tempore generalis interdicti celebranda ſint a Fratribus Ordinis Prædicatorum, decernit *Honorius III Conſtitut.I* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.*3 dicens: ,, Cum autem generale interdictum terræ fuerit, li-,, ceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunica-,, tis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſ-,, ſa voce, Divina officia celebrare.

Eadem habet *Conſtit.VII* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.*6.

In *Conſtitutione* vero *XXVIII* = Cum Nos = *Tom.I pag.*15: Sic loquitur: ,, Auctoritate vobis præ-,, ſentium indulgemus, ut in Eccleſiis veſtris, Civi-,, tatibus, & etiam locis ipſarum ſuppoſitis Interdicto, ,, excommunicatis, & interdictis excluſis, clauſis ,, januis, non pulſatis campanis, & ſuppreſſa voce, ,, Divina poſſitis Officia celebrare; attentius provi-,, ſuri, ne hujuſmodi occaſione indulgentiæ, aliis in ,, ſcandalum exiſtatis.

Idem concedit *Honorius III Conſt.XXXI Tom.I pag.*16, dicens: ,, Favorabilibus precibus veſtris be-,, nignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis ,, præſentium, indulgemus, ut, generalis tempore ,, Interdicti, liceat vobis in Eccleſiis veſtris, in qui-,, bus Collegium fuerit, non pulſatis campanis, januis ,, clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, ,, ſubmiſſa voce, Divina officia celebrare.

II. Gregorius etiam *IX* idem ſtatuit *Conſt.XX Tom.I pag.*25 dicens: ,, Precibus veſtris benignum imper-,, tientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium, in-,, dulgemus, ut cum generale terræ fuerit Interdi-,, ctum, liceat vobis in Oratoriis veſtris, clauſis ja-,, nuis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non ,, pulſatis campanis, ſubmiſſa voce, Divina Officia ,, celebrare, dummodo cauſam non dederitis Interdi-,, cto.

Gregorii IX Conſtitutio XXVI = Favorabilibus = *Tom.I pag.*28 ejuſdem tenoris eſt ac *XXXI* Conſtitutio

Digitized by Google

Honorii III mox tranſcripta. In Conſtitutione vero *L* Innocentii IV = Precibus = *Tom.I pag.*133 idem legitur ac in Conſtitutione XX *Gregorii IX* mox exhibita.

III. Innocentius IV Conſt.XLIV Tom.I pag.131, „ Vobis, inquit, aſſidue regnum Dei quærentibus, „ id a Sede Apoſtolica digne conceditur, per quod „ ſpirituale gaudium veſtris cordibus oriatur. Nos „ itaque veſtræ precibus devotionis inducti, præſen„tium vobis auctoritate, concedimus, ut cum ad „ loca perveneritis Eccleſiaſtico ſuppoſita Interdicto, „ Divina in Eccleſiis, in quibus illa ex indulto Sedis „ Apoſtolicæ celebrantur, excommunicatis, & in„terdictis excluſis, non pulſatis campanis, clauſis „ januis, & voce ſubmiſſa celebrare poſſitis niſi con„tingat id vobis ſpecialiter interdici „. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV* Conſtitutio *CXVII* = Vobis aſſidue = *Tom.I pag.*316.

Mediolanen. Tertiariis Virginibus, & Continen. ſcribens *Innocentius IV Conſtitutione CCXXXVIII Tom.I pag.*199: „ Devotionis, inquit, veſtræ precibus in„clinati, audiendi Divina Officia tempore genera„lis Interdicti in locis, in quibus ex indulto Sanctæ „ Sedis celebrantur, dummodo vos, aut ex vobis „ aliqua, cauſam non dederitis Interdicto, vel id vo„bis non contingat ſpecialiter interdici, liberam vo„bis auctoritate præſentium concedimus facultatem.

IV. Piſanis Fratribus ſcribens *Alexander IV Conſtitut.XLIV Tom.I pag.*288: „ Quanto ſtudioſius, in„quit, Divinæ contemplationi vacatis, divinis ob„ſequiis Domino famulando, tanto petitiones ve„ſtras his conſonas favorabilius exaudimus. Hinc „ eſt, quod vobis, auctoritate præſentium, indul„gemus, ut, cum generale terræ fuerit Interdictum, „ liceat vobis, clauſis januis, interdictis, & excom„municatis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſ„ſa voce, ſecundum indulgentias Ordini veſtro ab „ Apoſtolica Sede conceſſas, divina Officia celebra„re. Non obſtante quod felicis recordationis Inno„centius Papa Prædeceſſor noſter Civitatem Piſanam, „ tam arcto ſuppoſuit interdicto, ut nulli quantum„cunque privilegiato liceat in illa eadem celebrare „ Divina,

V. Mediolanenſes Fratres alloquens *Alexander IV Conſt.CXL Tom.I pag.*329: „ Pro reverentia, inquit, „ B. Petri Martyris, cujus pro fide Chriſti nefandis „ hæreticorum manibus occiſi, Corpus Sanctiſſimum, „ Miraculorum diverſitate reſulgens, in veſtra Ec„cleſia requieſcit, ac etiam pro ſanctæ converſatio„nis, & vitæ veſtræ meritis, delectamur vos proſe„qui dono gratiæ ſpecialis. Hinc eſt, quod Nos de„votioni veſtræ, auctoritate præſentium, indulge„mus, ut cum generale terræ fuerit Interdictum, „ in vigilia, & feſto ejuſdem Martyris, ac etiam per „ octo ſequentes dies, apertis januis, excommunica„tis duntaxat excluſis, in Eccleſia veſtra Divina Offi„cia ſolemniter celebrare poſſitis, dummodo cauſam „ non dederitis interdicto, nec id vobis contingat „ ſpecialiter interdici.

Eandem Conſtitutionem renovans *Alexander IV Conſt.CLIX* = Pro reverentia = *Tom.I pag.*339, verbis iſtis: „ excommunicatis duntaxat excluſis „ hæc addit: „ Vos una cum aliis Religioſis, & Clericis ſe„cularibus, qui tunc in Eccleſia veſtra convenerint, „ divina officia ibi ſolemniter celebrare poſſitis, dum„modo, vos, ac iidem Religioſi, & Clerici cauſam „ non dederitis Interdicto, nec id vobis, & eis, con„tingat ſpecialiter interdici.

VI. De Domeſticis Fratrum Prædicatorum ſic eoſdem Fratres alloquitur *Alexander IV Conſt.CXC* = Ut in veſtris = *Tom.I pag.*355: „ Si quando in terras, in „ quibus reſidetis, vel earum perſonas excommuni„cationis, ſeu interdicti ſententias contigerit pro„mulgari, iidem pueri hujuſmodi ſententiis obnoxii „ minime habeantur, niſi eiſdem cauſam dederint, „ vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici con„tingat, auctoritate vobis præſentium, indulgemus.

VII. Generali autem Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſtitutione CXCI Tom.I pag.*355: „ Devotionis, inquit, ve„ſtræ precibus inclinati, ut tempore generalis Inter„dicti, non pulſatis campanis, excommunicatis, & „ interdictis excluſis, januis clauſis, ſubmiſſa voce „ in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris, ac aliis quibuſ„cunque, cum ad loca perveneritis Eccleſiaſtico ſup„poſita interdicto, divina poſſitis Officia celebrare, „ auctoritate vobis præſentium, indulgemus, dum„modo cauſam non dederitis interdicto, nec contin„gat id vobis ſpecialiter interdici.

VIII. Staynacen. Monaſterii Prioriſſæ, ceteriſque Sororibus ſcribens *Alexander IV Conſt.CCV* = Religioſam = *Tom.I pag.*361: „ Cum autem, inquit, „ generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis „ clauſis januis, excommunicatis, & interdictis „ excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce „ divina Officia celebrare, dummodo cauſam non „ dederitis interdicto.

IX. Non ſolum divina officia celebrandi, ſed etiam cetera Sacramenta recipiendi facultatem dat *Alexander IV Conſt.CCXXXVII Tom.I pag.*374: Sic enim Generalem Magiſtrum, & Fratres alloquitur. „ Devo„tionis veſtræ precibus inclinati, ut, tempore gene„ralis Interdicti, non pulſatis campanis, excommu„nicatis, & interdictis excluſis, januis clauſis, ſub„miſſa voce, in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris, ac „ aliis quibuſcunque cum ad loca perveneritis, Ec„cleſiaſtico ſuppoſita interdicto, divina poſſitis offi„cia celebrare, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, „ auctoritate vobis præſentium, indulgemus, dum„modo cauſam non dederitis Interdicto, nec contin„gat id vobis ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, „ & Oratoria eadem fuerint ſpecialiter interdicta.

X. Santeranen. Monaſterii Prioriſſæ, & Monialium Conventui ſcribens *Alexander IV Conſt.CCLV Tom.I pag.*385: „ Devotionis, inquit, veſtræ pre„cibus inclinati, præſentium vobis auctoritate, con„cedimus, ut cum generale terræ fuerit Interdi„ctum, liceat vobis, clauſis januis, excommunica„tis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, „ & voce ſuppreſſa, in Monaſterio veſtro dicere ho„ras Canonicas, & audire Divina a proprio Capel„lano, dummodo vos, & idem Capellanus, cauſam „ non dederitis interdicto, nec id vobis contingat „ ſpecialiter interdici.

XI. Generalem Magiſtrum, Priores, ac Fratres univerſos Ordinis Prædicatorum alloquens *Alexander IV Conſt.CCXCII Tom.I pag.*403 hæc habet: „ Pro „ reverentia B. Dominici Confeſſoris, qui veſtri Sa„cri Ordinis extitit Inſtitutor, ac etiam S. Petri „ Martyris, profeſſoris ejuſdem, necnon ſanctæ con„verſationis, & vitæ veſtræ meritis, delectamur „ vos proſequi dono gratiæ, ſpecialis; Hinc eſt, „ quod Nos, veſtris ſupplicationibus annuentes, vo„bis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut cum „ generale terræ fuerit Interdictum, in vigiliis, & „ feſtivitatibus Confeſſoris, & Martyris prædicto„rum, & octo diebus immediate ſequentibus, vos „ una cum aliis Religioſis, & Clericis ſecularibus,

„ qui

„ qui tunc in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris convenerint, apertis januis, excommunicatis duntaxat excluſis, divina officia inibi celebrare poſſitis, dummodo vos, ac iidem Religioſi, & Clerici cauſam non dederitis interdicto, nec id vobis, & eis contingat ſpecialiter interdici.

XII. Hinc *Alexander IV* in Mari magno Conſtitutione ſcilicet *CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*406: „ Cum autem, inquit, generale Interdictum terræ fuerit, in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris, & aliis quibuſcunque, cum ad loca perveneritis Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, clauſis januis, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, liceat vobis celebrare divina, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec contingat id vobis ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, & Oratoria fuerint ſpecialiter interdicta.

Idem legitur in *Clementis IV Conſt. VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*452

XIII. De divinis officiis celebrandis in Ædibus Sacris Bononien. Monaſterii S. Petri Martyris, tempore Interdicti, legenda ejuſdem *Alexandri IV Conſtitut.CCCIV* = Solet annuere = *Tom.VII pag.*35.

XIV. Vallis-Gratiæ Moniales alloquens *Alexander IV Conſtitut.CCXCVIII* = Religioſam = *Tom.I pag.*408: „ Cum autem, inquit generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce, divina celebrare „. Idem legitur in *Gregorii X* Conſtitutionibus *XX*, & *XXXVI* = Religioſam = *Tom.I pag.*518, & 529.

XV. „ Meritis, inquit *Clemens IV* Fratres Prædicatores alloquens *Conſtit. LXVII Tom.I pag.*486: „ veſtræ Religionis inducimur, ut petitionibus veſtris in his, quæ animarum ſalutem continent, favorabiliter annuamus. Sane petitio veſtra, Nobis exhibita, continebat, quod contingit interdum, Civitates, & alia loca, in quibus habitatis, ſupponi Eccleſiaſtico interdicto, non obſtantibus aliquibus privilegiis, ſeu indulgentiis, quibuſcunque Religioſis ab Apoſtolica Sede conceſſis, exceptis Baptiſmate parvulorum, & pœnitentiis morientium, omnia in eis Sacramenta prohiberi, propter quod non ſine conſcientiarum veſtrarum diſpendio veſtra confiteri peccata, & ab ipſis abſolvi, interdicto durante hujuſmodi, non poteſtis, nec etiam Euchariſtiæ, ac Unctionis extremæ in mortis articulo recipere Sacramenta. Super quo petiviſtis humiliter, vobis ſalubri remedio provideri. Nos itaque, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut tempore talis interdicti, veſtra peccata confiteri, & ab ipſis abſolvi, ac temporibus conſuetis juxta morem veſtri Ordinis Sacræ Communionis, necnon Unctionis extremæ Sacramenta recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium, indulgemus.

XVI. Generali Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Clemens IV Conſt.LXXVI Tom.I pag.*490: „ Meritis, inquit, veſtræ Religionis inducimur, ut petitionibus veſtris, in his, quæ ad conſolationis, & ſalutis augmentum proficiunt favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod contingit interdum in Civitates, & loca, in quibus degitis, ferri ſententias ſtrictiſſimi interdicti, & quod, non obſtantibus aliquibus privilegiis, & indulgentiis quibuſcunque Religioſis ab Apoſtolica Sede conceſſis, nullum ibidem fiat officium publice, vel privatum, diſtrictius inhiberi, propter quod vobis, qui divinis officiis aſſidue intendere cupitis, non modica præbetur deſolationis occaſio, & devotionis fervor, qui vigere debet in vobis continue, ſubtractis divini Sacramenti Myſteriis, minoratur, ſuper quo petiviſtis humiliter, vobis ſalubri remedio provideri. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, ut tempore talis interdicti, in veſtris duntaxat domibus, excluſis omnibus, qui non ſunt de Ordine veſtro, clauſis januis, & non pulſatis campanis, quotidie unam Miſſam, legendo, in communi audire poſſitis, ſeu quod quilibet Sacerdos ejuſdem Ordinis cum duobus, aut tribus tantum miniſtris, modo ſimili, unam Miſſam celebrare valeat, auctoritate præſentium, indulgemus, dummodo in eiſdem interdicti ſententiis de Ordine veſtro, & de hac indulgentia non fiat mentio ſpecialis.

XVII. Idem aliis verbis conceſſit *Honorius IV Conſtit.II Tom.II pag.*6 dicens: „ Meritis veſtræ Religionis inducimur, ut petitionibus veſtris in his, quæ animarum ſalutem continent, favorabiliter annuamus. Sane petitio veſtra, Nobis exhibita, continebat, quod contingit interdum Civitates, & alia loca, in quibus habitatis, ſupponi Eccleſiaſtico interdicto, & non obſtantibus aliquibus privilegiis, ſeu indulgentiis quibuſcunque, Religioſis ab Apoſtolica Sede conceſſis, exceptis Baptiſmate parvulorum, & Pœnitentiis morientium, omnia in eis Eccleſiaſtica Sacramenta prohiberi, propter quod, ſine conſcientiarum veſtrarum diſpendio, veſtra confiteri peccata, & ab ipſis abſolvi, ac divina celebrare officia, interdicto durante hujuſmodi, non poteſtis, nec etiam Euchariſtiæ, ac Unctionis extremæ in mortis articulo recipere Sacramenta, ſuper quo per Sedem Apoſtolicam petiſtis humiliter, vobis de ſalutari remedio provideri. Nos itaque, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut, tempore talis interdicti, veſtra confiteri peccata, & ab ipſis abſolvi, ac ſimul legere Divinum Officium, Miſſas celebrare, januis clauſis, non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, excommunicatis, & interdictis, ac omnibus perſonis, quæ non ſint de Ordine veſtro, excluſis, necnon temporibus conſuetis juxta morem veſtri Ordinis, Sacræ Communionis, & Unctionis extremæ Sacramenta recipere, prohibitione hujuſmodi, ſeu aliquibus literis ſuper hoc a Sede prædicta impetrandis, quæ de Ordine prædicto, & hac indulgentia, ſpecialem non fecerint mentionem, nequaquam obſtantibus, valeatis, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus.

XVIII. „ Cum autem, inquit *Bonifatius VIII Conſt.XIII* = Virtute conſpicuos = *Tom.II pag.*48: „ generale Interdictum terræ fuerit, in Eccleſiis, & in Oratoriis veſtris, & aliis quibuſcunque, cum ad loca perveneritis Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, clauſis januis, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, liceat vobis celebrare Divina, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec contingat id vobis ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, & Oratoria eadem fuerint ſpecialiter interdicta. His vero, qui veſtris immorantur obſequiis, cuncta libere miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica Sacramenta, & ipſos, cum deceſſerint, in veſtris cœmeteriis ſepelire; ſi quando autem in terras, in quibus reſidetis, vel earum perſonas, excommunicationis, ſeu interdicti, ſententias contigerit promulgari, pueri veſtris ſervitiis deputati, negotiorum quoque veſtrorum Procu-

„ rato-

„ ratores, & operarii, qui in veſtris locis eorum operibus perſonaliter continuo inſtiterint, hujuſmodi ſententiis obnoxii minime habeantur, ibique poſſint audire divina juxta formam quæ locis ipſis in eo caſu a Sede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi eiſdem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem.

XIX. Idem ſancitum in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

XX. „ Et quia, ſicut accepimus, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*516 „ noſque ipſi experientia didicimus in minoribus conſtituti, circa literas, & privilegia hujuſmodi nonnulla dubia poſtmodum ſunt exorta, habita ſuper his conſideratione decenti, motu, auctoritate, & ſcientia, prædictis, literas ejuſdem Gregorii Prædeceſſoris, in ea parte, in qua concedit dicti Ordinis profeſſoribus, ut liceat eis in locis, in quibus degunt, babere Oratoria, & in eis cum Altari portatili, etiam tempore interdicti, januis clauſis, Miſſarum ſolemnia, & alia divina officia celebrare, & quod eorum inſiſtentes obſequiis cenſuris generaliter promulgatis, non ligentur, cum contingat eos perſæpe requiri, ut etiam extra Oratoria ſuper hujuſmodi Altari portatili celebrare divina officia, & ad illa interdicti tempore Tertii Ordinis S. Dominici de Pœnitentia nuncupati Fratres, & Sorores, ac ſnos, & illorum procuratores admittant, extendentes, concedimus eiſdem Fratribus, ut non ſolum in Oratoriis, & locis, in quibus degunt, ſed etiam in quovis alio loco congruenti, & honeſto, poſſint ſuper Altari portatili hujuſmodi, Miſſas, & alia divina officia libere, & licite celebrare, exceptis Eccleſiis ab Ordinarii juriſdictione non exemptis, quoties illud eiſdem Fratribus per Ordinarios ex cauſa contingeret inhiberi. Et ut liceat eis tempore interdicti Fratres & Sorores dicti Ordinis B. Dominici de Pœnitentia nuncupati, nec non ipſorum Fratrum Prædicatorum, ac Fratrum, & Sororum dicti Tertii Ordinis, procuratores, & negotia gerentes, utriuſque ſexus admittere ad divina.

XXI. De Feſtis Sanctorum Ordinis, S.P, Dominici, S. Petri Martyris &c. celebrandis interdicti tempore conſulenda *Leonis X Conſt.XCI* = Expoſuit = *Tom.IV pag.*371.

XXII. Huc etiam ſpectat S. Pii V Conſt.XXXIX, data 16 Maii 1567 = Etſi Mendicantium = Tom.VI pag.157. Sed banc Conſtitutionem, in his quæ concedit, ad juris terminos a Gregorio XIII reductam fuiſſe, ſæpius dictum fuit.

XXIII. Notandum quod Concilium Tridentinum Seſſ.XXV Cap.XII de Regular. hæc habet: „ Cenſuræ, & interdicta, nedum a Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinario promulgata, mandante Epiſcopo, a Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſerventur „. Utrum per illa verba S. Synodus privilegia Regularium reſciſſa voluerit, necne, inter Auctores non convenit. Varias ipſorum ſententias refert *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſtione CLXXXIX Art.X Num.990. Quid ipſe ſentiat habes ibidem Num.991. Eadem de re diſſerit in Commentariis ad IV, & V Libros Sexti Decretalium ad Caput = Licet = XI de privilegiis, ubi tres affert Regulas ſervandas ab illis, quibus conceſſum eſt privilegium, ut tempore interdicti divina celebrare poſſint. Numero autem 9 pag.392 ſic loquitur: „ Religioſi tamen modo in boc ſunt privilegiati, ut coram familiaribus ſuis poſſint celebrare tempore interdicti, januis clauſis: ut per Caſarub. Verbo: Interdictum: & per Rodrig. d. Quæſt.CXIV (Tom.II). Quinam cenſendi ſint *Familiares*, & quandonam id ipſis concedatur, docet *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte I Tractatu VI, quem conſulas velim. Hæc ego ſilentio prætermittenda cenſens, duo duntaxat notabo. Primum eſt, quod legitur in Conſtitutionibus Ord. Prædicator. Diſt.II Cap.XII Textu III Lit.C. pag.280, ubi Gloſſa ſic loquitur: „ Cum, cauſa ſervandi, vel non ſervandi, interdictum, contingat, ut inter Fratres, & Clericos diſcordia, & diſſenſio oriatur: debent Fratres omnes (integris Dei honore, & privilegiis Ordinis) Matrici Eccleſiæ morem gerere, ſicut fuit ordinatum apud Cæſaraugustam 1309 Ordinat.II „. Huc ſpectat Clementis V Conſt.XX, data 21 Martii 1310 = Ex frequentibus = Tom.VII pag.55. Aliud eſt, quod quia Decretalis = Alma Mater = De ſententia Excommunicationis in Sexto, non continet privilegium, ſed jus commune, ideo non eſt revocata per Concilium Tridentinum. Jubet enim Concilium interdicta ſervari, ſed juxta formam ea ſervandi a jure communi præſcriptam. Hæc autem habet Decretalis, illa: „ Adjicimus præterea, quod ſingulis diebus in Eccleſiis, & Monaſteriis, Miſſæ celebrentur, & alia dicantur divina officia, ſicut prius: ſubmiſſa tamen voce, & januis clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis.... In feſtivitatibus vero Natalis Domini, Paſchæ, ac Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginia Glorioſæ &c.

QUÆSTIO III.

Facultas celebrandi ſupra Altare Portatile fuitne conceſſa Fratribus Ordinis Prædicatorum?

SUMMARIUM.

I. Conceſſa fuit ab Honorio III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes babet: Gregorium IX:

III. Innocentium IV:

IV. Alexandrum IV:

V. Clementem IV, alioſque Summos Pontifices ibidem recenſitos.

VI. Sixtum IV.

VII. Gregorium XIII, Conſtitutione = *Cum, ſicut* = pro Poloniæ Provincia Fratrum Prædicatorum conceſſa.

VIII. Idem Privilegium variis aliis Religioſorum familiis indultum.

IX. Privilegium hac de re ab Honorio III conceſſum Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, legitur in Corpore juris.

X. Quid a Sac. Concilio Tridentino fuerit hac de re ſancitum?

XI. Eadem de re.

XII. Declarationes Sac. Congregationis Concilii circa præſentem materiam.

XIII. Aliud Decretum a Clemente XI datum.

I. Facultas celebrandi ſuper Altare portatile Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa fuit, *Honorii III Conſtitutione XXIV Tom.I pag.*14. Hujus

tenoris eſt : „ Poſtulaſtis a Nobis , ut cum extra Ci-
„ vitates, & villas frequentius exiſtatis , nec vobis
„ expediat per hujuſmodi loca diſcurrere pro Divi-
„ nis Officiis audiendis , celebrandi vobis , ubi Con-
„ ventus de Ordine veſtro fuerint , ſuper Altare
„ portatile licentiam præberemus. Nos autem id ve-
„ ſtris poſtulationibus inclinati concedimus ſine juris
„ præjudicio alieni .

II. *Gregorius* autem *IX* in *Conſtitut.XXXIX Tom.I pag.32* Priori *Poloniæ* ſic ſcribit : „ Ne pro varietate
„ Eccleſiarum in partibus Poloniæ, & aliarum Re-
„ gionum, quibus tu, & Fratres tui eſtis in Evange-
„ lio ſegregati, Miſſarum Sulemniis fraudari poſſitis ,
„ devotionis veſtræ precibus annuentes , auctoritate
„ vobis præſentium, indulgemus, ut, cum neceſſe fue-
„ rit, in Altari portatili liceat vobis celebrare Divina.

III. Ejuſdem tenoris eſt *Innocentii IV Conſtitut.X* = Poſtulaſtis = *Tom.I pag.*121 ; & *CCCL* = Poſtulaſtis = *Tom.VII pag.*18.

IV. *Alexander IV Conſtit.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.406* Generalem Magiſtrum, Priores, & Fratres univerſos Ordinis Prædicatorum alloquens „ in locis quoque, inquit , in quibus de-
„ gitis, liceat vobis habere Oratoria In quibus cum
„ Altari portatili poſſitis Miſſarum Solemnia , &
„ alia Divina Officia celebrare , abſque juris præju-
„ dicio alieni .

V. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452 : VI *Honorii IV* Tom.II pag.9 : XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.48 : V *Johannis XXII* Tom.II pag.132 : XII *Clementis VI* Tom.II pag.231 : XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278 : CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

VI. „ Huc ſpectat *Sixti IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*516 , cujus verba relata ſunt Quæſtione præcedenti *Numero XX*.

VII. „ Cum , ſicut accepimus , inquit *Gregorius XIII Conſt.CXLI*, data 20 Junii 1580 = Cum ſicut = *Tom.VII pag.*192 „ In quibuſdam Civitati-
„ bus , oppidis , & locis Provinciæ Poloniæ , tanta
„ hæreticorum potentia , & impietas exiſtat , ut Ca-
„ tholicos impune opprimant , nec iiſdem Catholicis
„ Miſſas in Eccleſiis , quarum raritas in illis partibus
„ exiſtit, audire tuto liceat : Nos, ſupplicationibus
„ tuis hac in parte inclinati , tibi , ac pro tempore
„ exiſtenti Ordinis Fratrum Prædicatorum Provin-
„ ciæ Poloniæ Priori Provinciali , (ipſi inſcribitur
hæc Conſtitutio) „ ut licentiam , & facultatem , di-
„ cti Ordinis Profeſſoribus , Altaria portatilia ha-
„ bendi , cum debitis reverentia , & honore , ſuper
„ quibus in Domibus nobilium Civium , & Incola-
„ rum , Civitatum , oppidorum , & locorum dictæ
„ Provinciæ , in quibus vel Eccleſiæ deſunt , vel
„ tanta eſt hæreticorum potentia , & impietas , ut
„ Catholicos impune opprimant , in locis ad hoc con-
„ gruentibus, & honeſtis , per ſe ipſos Miſſas in
„ præſentia perſonarum Catholicarum celebrare poſ-
„ ſint , in caſibus neceſſitatis tantum , ita quod eis ad
„ culpam nequeat imputari , concedere valeatis ,
„ Apoſtolica auctoritate , tenore præſentium , de
„ ſpeciali gratia , indulgemus , Non obſtantibus qui-
„ buſvis Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apo-
„ ſtolicis , ceteriſque contrariis quibuſcunque , Da-
„ tum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris
„ die XX Junii MDLXXX , Pontificatus noſtri Anno
„ Nono .

VIII. De Privilegiis ea de re ceteris Religioſorum familiis conceſſis , adeas *Paſſerinum* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.976 &c.

IX. Celebre eſt Privilegium quod Honorius III Fratribus Prædicatoribus , & Minoribus conceſſit , & habetur in corpore juris Lib.V Tit.XXXIII de Privilegiis &c. Cap.XXX . Hujus tenoris eſt : „ In his quæ
„ ad cultum divinum facere dignoſcuntur , non ma-
„ ligna , ſed benigna eſt potius interpretatio facien-
„ da. Unde mirari compellimur , quod cum Fratri-
„ bus Prædicatoribus , & Minoribus , duxerimus in-
„ dulgendum , ut ubicunque fuerint , ſine Parœcia-
„ lis juris præjudicio , cum Altari valeant viatico ce-
„ lebrare : quidam nimis ſtricte interpretando indul-
„ gentiam noſtram nituntur aſſerere , quod per eam
„ prædicti Fratres , præter Prælatorum aſſenſum ,
„ facere hoc non poſſint : propter quod eos celebrare
„ juxta indulgentiam Apoſtolicam non permittunt .
„ Cum autem eis nihil conferret memorata indul-
„ gentia , ſine qua id , Prælatis annuentibus , liceret
„ eiſdem , fraternitati tuæ mandamus , quatenus ,
„ interpretatione hujuſmodi reprobata , dum tamen
„ ab aliis , quæ jure Parœciali proveniunt , prorſus
„ abſtineant , datam eis ſic licentiam celebrandi , au-
„ ctoritate noſtra , non differas publicare , ita quod
„ dicti Fratres aliquam ex indulgentia noſtra videan-
„ tur in hoc gratiam conſecuti .

Quod in iſto Privilegio dicitur *Altare Viaticum* , illud eſt Altare Portatile de quo nunc loquimur , lapis nempe ſacer , vulgo *Pietra Sacra* . Vocatur *Altare Viaticum* , inquit Durandus Lib.I Ration. Cap.VI , *quod per viam portetur , propter quod portabile , vel viaticum appellatur* . Hinc in Ordine Romano *Tabula itineraria* vocitatur . Quam antiquus ſit eorundem Altarium uſus , docet eruditus Mabillonius in Præfatione ad ſeculum tertium Ordinis Sancti Benedicti Numero LXXVIII.

X. Notandum , quod Concilium Tridentinum Seſſ.22 Cap. un. de obſerv. & evit. in celebratione Miſſarum præſcribit Epiſcopis „ ne patiantur , priva-
„ tis in Domibus , atque omnino extra Eccleſiam ,
„ & ad divinum cultum dedicata Oratoria , ab eiſdem
„ Ordinariis deſignanda , & viſitanda , Sanctum hoc
„ Sacrificium a ſecularibus , aut Regularibus quibuſ-
„ cunque peragi &c. „ Quærunt Auctores , an per illud Decretum reſciſſa ſint Regularium privilegia , uſum Altaris portatilis concedentia . Affirmant aliqui, alii negant . Utriuſque opinionis patronos refert *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.980 , & concludit his verbis : „ Ideo Concilium
„ derogans expreſſe privilegiis Regularium in fine
„ illius Capitis , revocavit omne privilegium , per
„ quod illis conceſſum fuit celebrare vel in privatis
„ domibus , vel omnino extra Eccleſiam . Et eo ma-
„ gis hoc aſſerendum , quod id ſuppoſuit , & expreſ-
„ ſe aſſeruit Gregorius XIII in privilegio conceſſo
„ Societati pro Miſſionariis , ... Dicendum igitur
„ eſt , quod privilegia , in quantum ſint contraria
„ illi Decreto Concilii , & non ſint conceſſa poſt il-
„ lud , & cum illius derogatione , ſunt revocata .

XI. Hinc Num.981 docet , Regulares non poſſe ſine licentia celebrare in Oratorio ſito in domo privata . Domum privatam vocat ſeculares ædes . Quis hanc licentiam concedere poſſit , ex Decretis mox tranſcribendis habetur. Num.982 docet , Regulares poſſe erigere Oratoria intra ſepta Monaſteriorum ſeu Conventuum . Id probat „ quia Oratoria , quæ ſunt
„ intra ſepta Monaſterii , non ſunt omnino extra Ec-
„ cleſiam . Nec Concilium ſine cauſa poſuit illam
„ Dictionem OMNINO , ſed voluit ex hoc ſignifi-
„ care , quod ex vi dicti Decreti non excluduntur
„ Capellæ , vel Oratoria quæ ſint in Sacriſtiis , vel
„ Re-

Digitized by Google

,, Regularium Capitulis, vel locis Eccleſiæ annexis,
,, & quæ ſub nomine Eccleſiæ veniunt in jure. At ve-
,, ro ſub nomine Eccleſiæ veniunt etiam Monaſteria,
,, & Domus Religioſorum ,,. Id probat, ac addit:
,, Et ſic Oratoria, & Capellæ erectæ intra Monaſte-
,, ria Regularium non ſunt omnino extra Eccleſiam,
,, ſed intra Eccleſiam cenſendæ ſunt, & ideo non eſſe
,, contra Concilium Tridentinum, ſi hujuſmodi Ora-
,, toria, vel Capellæ de licentia Prælatorum Regu-
,, larium, ad quos illam dare pertinet, erigantur,
,, & in eis Miſſa celebretur in terminis privilegio-
,, rum, quæ in hac parte non ſunt revocata, cum
,, eis non obſtet Decretum Concilii, tradiderunt ,,.
Rodriquez, Azorius, Suarez, Fagundez, Lezana,
aliique quos laudat. Cetera proſequitur, quæ hanc
materiam ſpectant.

XII. Varias Congregationis Concilii declarationes, quibus Altaris portatilis Privilegium, Regularibus antea conceſſum, a S. Synodo Tridentina reſciſſum dicitur, refert Eminentiſſimus Cardinalis *Petra* in Commentariis ad Conſt. Apoſtol. Tom.IV pag.270 Num.13.

Huc pertinet ejuſdem S. Congregationis Decretum quod ſequitur: ,, Perilluſtris, ac Reveren. Do-
,, mine, uti frater. Tametſi Sacra Cardinalium,
,, Congregatio, Concilii Tridentini interpretum,
,, optimis innixa rationibus ſæpiſſime reſponderit,
,, celebrandi licentias in privatis Oratoriis nonniſi
,, a Sede Apoſtolica eſſe concedendas; Compertum
,, eſt tamen, per plures Antiſtites, ejuſdem Concilii
,, verba in alium ſenſum detorquentes, paſſim illas,
,, ac nullo prope delectu, impertiri. Qua quidem
,, facilitate nedum ipſi Pontificiam ſibi auctoritatem
,, adſciſcunt, aliarumque Eccleſiarum, & frequen-
,, tiam minuunt & dignitatem; Verum etiam (quod
,, ſumme dolendum eſt) tremendum illud myſterium,
,, quo nullum aliud opus adeo ſanctum, atque divi-
,, num, a Chriſtifidelibus tractari poteſt, intra dome-
,, ſticos parietes plerumque cum tanta irreverentia
,, peragitur, ut nihil fere inter prophanam, & divi-
,, nam Domum intereſſe videatur. Quod ſane teter-
,, rimum exemplum, ut de Chriſtiana republica evel-
,, lant Illuſtriſſimi Patres, amplitudini tuæ, ceteriſ-
,, que Archiepiſcopis, atque Epiſcopis univerſis,
,, Sanctiſſimi Domini Noſtri juſſu, ſignificandum
,, duxerunt, facultatem hujuſmodi licentias dandi, ip-
,, ſius Concilii Decreto, unicuique ademptam eſſe, ſo-
,, lique Beatiſſimo Romano Pontifici eſſe reſervatam:
,, proindeque amplitudini tuæ abſtinendum eſſe ab
,, illis utcunque tribuendis, ac ſi quas hactenus,
,, vel a tuis anteceſſoribus, aut alias quoquomodo,
,, quam ab ipſo Summo Pontifice conceſſas repereris,
,, nullas, atque irritas eſſe, quamprimum decernas:
,, atque enixe curandum, ne ulla illarum ratio in-
,, poſterum habeatur. Quam quidem S. Congrega-
,, tionis, atque adeo Sanctitatis ſuæ voluntatem,
,, libenter Amplitudo tua perficiet, harumque litera-
,, rum exemplum in acta publica primo quoque tem-
,, pore referendum, ac deinde ad ſingulos iſtius Pro-
,, vinciæ Epiſcopos &c. Romæ die X Martii an-
,, no MDCXV ,,. Legitur apud *Paſſerinum* loco laudato.

XIII. Idem firmatur ſequenti Decreto, a *Clemente XI*, de celebratione Miſſarum in Oratoriis privatis, anno 1703 die 15 Decembris dato: ,, Quoniam
,, Sancta ſancte tractanda ſunt, ac præſertim tre-
,, mendum incruenti Sacrificii Myſterium, quod
,, omni Religionis cultu, & veneratione peragendum
,, eſt: Propterea ſuper obſervandis, & evitandis in
,, celebratione Miſſarum, Sacroſanctis Œcumenicis
,, Conciliis, ac præſertim Tridentino ſub Cap. unico
,, Seſs.XXII inter cetera ſtatutum eſt, ut tantum
,, Sacrificium ſolummodo in Eccleſiis, aut Oratoriis
,, Divino tantum cultui dicatis celebraretur, præci-
,, piendo Epiſcopis, & locorum Ordinariis, ne pri-
,, vatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam
,, peragi paterentur: Ac ſubinde Sacra Congregatio
,, Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum San-
,, ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ipſius Concilii
,, Tridentini executioni, & interpretationi prægpo-
,, ſitorum, ſæpe ſæpius per opportuna Decreta obre-
,, pentes abuſus eliminavit. Modernis tamen tempo-
,, ribus innotuit Sanctiſſimo Domino Noſtro, quod
,, nonnulli Epiſcopi, ſub prætextu Privilegiorum
,, Capellis Epiſcopalibus competentium, & com-
,, plures Regulares, ſub prætextu Privilegiorum,
,, quæ ipſis a Sancta Sede indulta noſcuntur, per
,, hujuſmodi Privilegiorum dilatationem, ſeu po-
,, tius exceſſum, & abuſum in nonnullis Diœceſibus,
,, præſertim Regni Neapolitani, ac in ipſa Neapo-
,, lis Civitate, ea ſibi licere putant, quæ permiſſa
,, non ſunt, quinimmo prohibita; Siquidem nonnulli
,, Epiſcopi etiam in aliena Diœceſi, & extra domum
,, propriæ habitationis in privatis Laicorum Domibus
,, erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plu-
,, res ex ſuis Capellanis vivificam Chriſti Hoſtiam
,, immolare; Regulares vero in quibuſdam Magna-
,, tum, ſeu aliarum Nobilium Perſonarum privatis
,, Oratoriis, quæ certis quandoque ex cauſis a S. Se-
,, de Apoſtolica concedi ſolent, celebrare audent,
,, vel plures Miſſas, quam in ipſis celebrare ſit indul-
,, tum, vel abſque præſentia Perſonarum, quarum
,, contemplatione gratioſa conceſſio emanavit, vel
,, extra debitas horas, & poſt meridiem, vel illis
,, etiam diebus, quibus per Conſtitutiones Diœce-
,, ſanas, aut etiam per Decreta Sacræ Congregatio-
,, nis Concilii celebrari prohibetur, aut quæ in ipſiſ-
,, met Indultis Apoſtolicis excipiuntur, quominus
,, in iis celebrari poſſit, aut etiam Altari portatili uti
,, non verentur, in Sanctarum Sanctionum contem-
,, ptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam.

,,, Quamobrem ad abuſus hujuſmodi eliminan-
,, dos, & ad inſtaurandam venerationem tremendo
,, Miniſterio debitam, idem Sanctiſſimus Dominus
,, Noſter ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Con-
,, cilii Tridentini Interpretum, inhærendo declara-
,, tionibus alias hac de re editis, expreſſe declarat,
,, Epiſcopis, & his Majoribus Prælatis, etiam Car-
,, dinalatus dignitate fulgentibus, neque ſub præ-
,, textu Privilegii clauſi in corpore juris, neque
,, alio quocunque titulo, ullo modo licere extra
,, Domum propriæ habitationis, in domibus laicis,
,, etiam in propria Diœceſi, quod fortius intelligitur
,, in aliena, etiamſi Diœceſani conſenſus adhiberetur,
,, erigere Altare, ibique Sacro-Sanctum Miſſæ Sa-
,, crificium celebrare, ſeu celebrari facere, ac pari
,, modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Se-
,, dem conceſſa fuerint, non licere Regularibus cujuſ-
,, vis Ordinis, aut Inſtituti, ſeu Congregationis,
,, etiam Societatis Jeſu, aut etiam cujuſcunque Or-
,, dinis militaris, etiam Sancti Joannis Hieroſolymi-
,, tani, aut aliis quibuſcunque Sacerdotibus, etiamſi
,, eſſent Epiſcopi, in iis celebrare in diebus Paſchatis
,, Sanctiſſimæ Reſurrectionis, Pentecoſtes, Nativi-
,, tatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, aliiſque anni fe-
,, ſtis ſolemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis.
,, In reliquis vero diebus prædictis Regularibus, ſeu
,, Sacerdotibus quibuſcunque, etiam Epiſcopis, in

„ præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Miſſa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, ſuper quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo ſe optime informare; Atque illa etiam in caſibus permiſſis celebrari nequeat poſt meridiem, demandando propterea ulterius, ac declarando in omnibus hujuſmodi caſibus, Perſonas quaſcunque dictas Miſſas audientes nullatenus Eccleſiæ præcepto ſatisfacere; Quo vero ad Altare portatile iterum inhærendo declarationibus ſupradictis, cenſuit, licentias, ſeu Privilegia conceſſa nonnullis Regularibus in Cap. In his: de Privil., & per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendi dicto Altari Portatili, in eoque celebrandi abſque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt, omnino revocata eſſe per idem Sacrum Concilium, & propterea eoſdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præſentis Decreti tenore mandat Epiſcopis, aliiſque Ordinariis locorum, ut contra quoſcunque contravenientes, quamvis Regulares, procedant etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ad pœnas præſcriptas per idem Sacrum Concilium in d. Decreto Seſs.XXII uſque ad cenſuras latæ Sententiæ, tributa etiam eiſdem facultate per hoc Decretum ita procedendi perinde, ac ſi per Sanctam Sedem ſpecialiter conceſſa fuiſſet. Et ita Sanctitas ſua declarat, & ſervari mandat, Romæ hac die XV. Decembris 1703,

„ B. Card. Panciaticus Præfectus.

„ Jo: Dominicus Thomatus Epiſcopus Cyrenen. S. C. C. Secr.

„ Die 8 Menſis Januarii 1704 ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in Monte Citatorio Curiæ Innocentianæ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Nicolaum Vaſellum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſ.

„ Pro D. Mag. Curſ. Thomas Orlandus Apoſ. „ Curſ.

Legitur in Bullario Clementis XI pag.540. ejuſque executio præcepta fuit a Benedicto XIII in Concilio Romano *Tit. XV Cap. II.*

QUÆSTIO IV.

Poſſuntne Fratres Prædicatores Sacramenta adminiſtrare Domeſticis ſuis, qui vere ſunt de ipſorum familia, & continui Commenſales?

SUMMARIUM.

I. Poſſe conceſſit Innocentius IV.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos, Alexandrum IV:

III. Nicolaum V:

IV. Innocentium VIII:

V. Leonem X.

VI. De quibus Domeſticis intelligendum ſit hoc Privilegium, declarant Clemens X:

VII. Et S. Concilii Congregatio.

VIII. Quid ex his Declarationibus colligi poſſit?

I. Poſſe Fratres Prædicatores Sacramenta miniſtrare Domeſticis ſuis, qui vere ſunt de ipſorum familia, & continui Commenſales, conceſſit *Innocentius IV Conſt. XLII* = Qui Deum = *Tom. I pag.* 131 dicens: „ Ceterum ut his, qui veſtris immorantur obſequiis, divinæ intuitu pietatis, quod in ſalutem animarum vertitur de veſtris manibus aſſequantur, vobis, de ſpeciali gratia, indulgemus, ut eis libere cuncta miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica Sacramenta „. Idem legitur in *Conſt. CCCV Alexandri IV* = Qui Deum = *Tom. VII pag. 35.*

II. Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſt. CXC* = Ut in veſtris = *Tom. I pag. 355*: „ Pueris, inquit, veſtris ſervitiis deputatis, vobiſcum in veſtris domibus commorantibus, cuncta libere miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica Sacramenta.

Et *Conſtitutione CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom. I pag. 406*: „ Iis vero, inquit Alexander IV, qui veſtris immorantur obſequiis, cuncta libere adminiſtrare poſſitis Eccleſiaſtica Sacramenta, & ipſos, cum decedunt, in veſtris cœmeteriis ſepelire.

III. „ Exhibita ſiquidem, inquit *Nicolaus V Conſtit. XXIX* = Juſtis, & honeſtis = *Tom. III pag. 258*: „ Nobis pro parte dilectorum filiorum Bartholomæi Magiſtri, & Jacobi Procuratoris Generalium Ordinis Prædicatorum, petitio continebat, quod olim Magiſtro, Prioribus, & Fratribus dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus a variis Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris indultum, & conceſſum exiſtit, quod ipſi omnibus, & ſingulis perſonis, quæ in eorum obſequiis morarentur, poſſent Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, & illas, cum deceſſerint in eorum cœmeteriis ſepelire, prout in literis inde confectis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, perſæpe in diverſis domibus, ſive Conventibus dicti Ordinis contingat, nonnullos Chriſtifideles ob cauſam devotionis infra ſepta domorum hujuſmodi, & clauſuram cohabitare, quibus dari debent hujuſmodi Sacramenta, Nos noſtrorum Prædeceſſorum in hac parte veſtigiis inhærentes, ipſorum Magiſtri, & Procuratoris ſupplicationibus inclinati, Magiſtro, Prioribus, & Fratribus præfatis ubilibet conſtitutis, omnibus, & ſingulis perſonis infra ſepta, & clauſuram, prædicta pro tempore commorantibus, quoties opus fuerit, Sacramenta Eccleſiaſtica libere, & licite, ſicut illis, qui in eorum ſervitiis inſiſtunt, miniſtrandi, & eas poſt earum deceſſum in eorum cœmeteriis ſepeliendi, Diœceſani loci, aut alterius cujuſcunque licentia ſuper hoc minime requiſita, plenam, & liberam concedimus tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica facultatem; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus præfati, & aliorum quorumvis Ordinum, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque „. Quam *Nicolai V* Conſtitutionem hic refero propter ea, quæ de famulis, Conventus obſequiis inſiſtentibus, habet. Ceterum quod ſpectat illos, qui ad Cœnobia noſtra divertunt, vide *Numerum XXXIX Quæſtionis I Tituli IX.*

IV. Congregationis Lombardiæ Fratribus ſcribens *Innocentius VIII Conſt. XLVI Tom. IV pag. 29*, ſic ipſos alloquitur: „ Exponi Nobis feciſtis, quod literis, & privilegiis per Sedem Apoſtolicam Ordini veſtro conceſſis inter alia expreſſe continetur, quod Fratres Ordinis veſtri omnibus, & ſingulis perſonis eorum obſequiis inſiſtentibus cuncta Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & illis decedentibus earundem perſonarum cadavera in eorum cœmeteriis ſepelire, prout in eiſdem literis, & privilegiis aſſeritis conſtare, Cum vero habeatis quamplurimos vobis obſequentes, ad quos hujuſmodi indultum extendi deſideratis, veſtris in hac parte, No-

„ bis

Digitized by Google

„ bis porrectis, ſupplicationibus inclinati, literas, „ & privilegia hujuſmodi, ad quaslibet perſonas „ etiam Sorores, ſeu Moniales dicti Ordinis, ſub „ cura, & directione veſtræ Congregationis de„ gentes, aut alias ipſis Sororibus, aut Moniali„ bus, ſeu Fratribus dictæ Congregationis com„ muniter, vel ſingularibus perſonis obſequia „ impendentes, etiamſi eorum agros colant, & gre„ ges paſcant, vel ad longum, vel ad modicum tem„ pus conducti, aut alias Fratrum dictæ Congrega„ tionis ſervitiis occupati ſint, dummodo operas „ diurnas non exerceant, tenore præſentium, exten„ dimus, ac vobis, & veſtræ Congregationis Fra„ tribus, aut eiſdem Monialibus, Sororibus, & aliis „ perſonis præfatis, Extremæ Unctionis, Confeſſio„ nis, & Euchariſtiæ Sacramenta, etiam in Paſchate „ Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti miniſtra„ re, libere, & licite valeatis, Apoſtolica auctori„ tate, concedimus, ac vos a cenſuris, & pœnis, ſi „ quas hujuſmodi Sacramenta ipſis perſonis mini„ ſtrando, aut eorum cadavera in veſtris cœmeteriis „ ſepeliendo, incurriſſetis, eadem auctoritate, abſol„ vimus, & abſolutos fore cenſemus. Non obſtanti„ bus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtoli„ cis, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum, „ juramento, vel aliter roboratis, ſtatutis, & con„ ſuetudinibus, ceteriſque in contrarium facientibus „ quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Pe„ trum ſub annulo Piſcatoris die XXIII Octo„ bris MCCCCLXXXVII, Pontificatus noſtri Anno „ Quarto.

V. „ Eorundem vero, inquit *Leo X Conſtitut.L* = Dum intra = *Tom.IV pag.338* „ Fratrum (Men„ dicantium) obſequio inſiſtentibus, Sacramenta hu„ juſmodi nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum „ durante obſequio.

VI. Notandum quod hæc antiqua privilegia non ſunt intelligenda de quolibet ſervo, domeſtico, vel etiam familiari, ſed de illis duntaxat, qui vere ac proprie ſunt de Familia, & continui Commenſales, de quibus Clemens X Conſt.II, data 21 Junii 1670 = Superna = Tom.VI pag.262 hæc habet: „ In Mo„ naſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta regularia „ inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos Regulares, „ quam Confeſſores Regularium eorundem Monaſte„ riorum, ſeu Collegiorum, audire Confeſſiones illo„ rum Secularium, qui inibi ſunt vere de Familia, & „ continui Commenſales, non autem illorum, qui tan„ tum ipſis deſerviunt.

VII. Idem variis declarationibus S. Congregationis Concilii probari poſſet, quas, ne longum ſit, miſſas facio. Unam, die 14 Auguſti 1568 datam, refert *Paſſerinus* de Statibus Tom.II Quæſt.CLXXXVII Art.I Num.338. Hujus tenoris eſt: „ Prælati Regu„ lares, ſeu alii Religioſi Confeſſores non poſſunt „ audire Confeſſiones Secularium, qui ſunt de Fami„ lia, & deſerviunt ipſorum Monaſteriis, abſque „ approbatione, vel licentia Epiſcopi: ſecus tamen „ ſi illi Seculares ſunt vere de Familia, & continui „ Commenſales.

VIII. Ex qua S. Congregationis declaratione, ut ibidem notat prædictus Auctor, colligitur, præfata „ privilegia in multis per Concilium Tridentinum „ revocata fuiſſe. Diſtingui igitur debent Familia„ res: nam alii ſunt communiter dicti, veluti Artifi„ ces, qui intra Monaſteria laborant, ut Sutores, „ Barbitonſores, vel etiam agrorum cultores, & hu„ juſmodi, ſed non vivunt, nec comedunt de menſa „ Monaſterii, nec ibi habitant, & dormiunt. Ubi „ advertendum, quod ad hoc, ut aliquis dicatur pro„ prie Familiaris, duo copulative ſunt neceſſaria, „ ſcilicet commenſalitas, & ſervitium: ut patet ex „ Capite = Sicut Nobis = De verb. ſignif. & tra„ dunt ibi Joan. Andreas; Archidiaconus; Gemin.; „ & Franc. Commenſalitatem etiam requirit Concil. „ Trident. Seſſ.XIV Cap.V. Sed quod nec quodlibet „ ſervitium ſufficiat, ſed ſit neceſſe, ut inſiſtant circa „ perſonam, ſeu circa ſervitia perſonalia Domini „ tradit Fagnanus Cap. = Ex parte = Num.36 de „ Privilegiis. Unde Num.37 ſubdit, quod proprie „ Familiaris eſt, quem Superior ſub ſe, & ſui cultus „ gratia tenet, & continuo commenſalis ſuæ domus „ exiſtit. L. = Cum quæreretur = ff. de Leg.3. „ L. = Ædiles = §. Familiæ. ff. de Ædil. edict. „ & D. C. = Sicut Nobis = de verborum ſignifica„ tione. Inſiſtere vero circa ſervitia perſonalia di„ cuntur, qui intra domum circa ea, quibus Superior „ utitur, inſiſtunt. Et hujuſmodi Familiares deſcrip„ ſit Concil. Triden. Seſſ.XXIV Cap.XI de Reformat. „ tales vocans, qui actu ſerviunt, & intra Monaſte„ riorum ſepta, ac domos reſident, ſubque Domino„ rum obedientia vivunt: non quidem quia ex vi voti „ obedientiæ teneantur obedire, ſed quia obedientia „ ſervientium ſubſint Domino. De ſolis igitur iſtis „ Familiaribus proprie ſumptis dicitur, quod Con„ feſſarii Regulares poſſint eorum Confeſſiones au„ dire ſine approbatione Epiſcopi, ſi ſint a ſuis Supe„ rioribus approbati „. Conſulendus idem Auctor *Num.480, ac 481*. Et his habetur quid vigeat, quidve reſciſſum fuerit ex antiquis Privilegiis ſupra recenſitis, & ex §. 32 Bullæ = Pretioſus = *Tom. VI pag.620*.

QUÆSTIO V.

Quænam ſint Proceſſiones, ſeu Supplicationes, ad quas vocati Regulares accedere tenentur.

SUMMARIUM.

I. Quænam ſint illæ Supplicationes, declarat Sanctus Pius V.

II. Cui præierat Innocentius IV.

III. Ipſorum veſtigiis inhæret Benedictus XIII, Conſtitutione = *Cum ſicut* =

IV. Et Conſtitutione = *Pretioſus* =

V. Quæ licet ad juris terminos reducta ſit;

VI. Et ex hoc reſciſſa ſint quæ, vi Conſtitutionis illius, de novo conceſſa fuerunt:

Ex his tamen, quæ juxta jus antiquum, quod ante Conſtitutionem = *Pretioſus* = vigebat, & nunc etiam viget, decernit Benedictus, nihil abrogavit Clemens XII:

Ut ipſemet declaravit.

VII. Decretum Generale, quod circa Supplicationes ſervandum jubet Benedictus XIII, editum fuit juſſu Urbani VIII.

VIII. Huc ſpectat alia Declaratio S. Congregationis Concilii.

IX. Quæ laudat S. Pii V Conſtitutionem = *Etſi Mendicantium* =

X. De Conventibus Suburbanis.

XI. De quibuſdam aliis Conventibus: Valliſoletano ſcilicet:

XII. Juvenſcenſi:

XIII. Balneolen.

In Decreto S. Congregationis pro Balneolenſi Con-

Conventu dato notanda in primis, quæ ſpectant modum Crucis deferendæ.

XIV. De Cuſentino,

I. Quænam ſint Supplicationes, ſeu Proceſſiones, ad quas vocati Regulares accedere tenentur, declarat *S. Pius V Conſtit.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*161 dicens: ,, Quod ,, Capite XIII Seſſionis XXV (Concilii Tridentini) ,, cautum fuit, quod omnes ſcilicet tam Clerici, quam ,, Regulares quicunque ad publicas Proceſſiones vocati, accedere compellantur, id quoad Fratres præ- ,, fatos de illis tantum Proceſſionibus intelligi volu- ,, mus, ad quas ſecundum conſuetudinem antiquam ,, locorum ſoliti ſunt accedere, vel quæ pro bono ,, pacis Eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles, ,, indicuntur: quod etiam de illis Conventibus, qui ,, Collegia nuncupantur, minime intelligi volumus, ,, in quibus Fratres ſub arctiori clauſura degunt, ,, itaut nec in Choro cantent, nec ad mortuos acce- ,, dant, ſed tantum ſtudiis, & lectionibus vacant.

II. S. Pio V præiverat Innocentius IV, qui, eas Inter moleſtias, quas Fratribus Ordinis Prædicatorum per id tempus exhibebant nonnulli Epiſcopi, & a quibus abſtinendum jubet, iſtam recenſet in *Conſtitutionibus C, CI &c.* = Nimis iniqua = *Tom I pag.*154: ,, Eis quoque, ut tam extra Civitates, quam intra, ,, cum eis proceſſionaliter veniant ex levi cauſa man- ,, dantes.

III. Decesſorum ſuorum veſtigiis inhærens Benedictus XIII Conſt.LXXVII, data 26 Aprilis 1727 = Cum ſicut = Tom.VI pag.613, cavet, ne Conventus Andrien., aliorumque Cœnobiorum totius Provinciæ Apuliæ Fratres, quibuſdam Supplicationibus, ſeu Proceſſionibus, intereſſe teneantur.

IV. Huc ſpectat quod idem Benedictus XIII Conſtit.LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom.V pag.619 §.22 decernit his verbis: ,, Cum inſuper No- ,, bis compertum ſit, quantum detrimenti adferant ,, ſtudiis, regulari obſervantiæ, ac etiam Eccleſia- ,, ſticis functionibus, extraordinariæ illæ Proceſſiones, ,, ad quas quandoque Fratres prædictos (Prædicato- ,, res) adigi alicubi contingit, motu, ſcientia, & ,, auctoritate ſimilibus, volumus, & mandamus, ,, quod Fratres prædicti non teneantur accedere, niſi ,, ad Proceſſionas ſequentes: ad illam ſcilicet quæ fit ,, in die Corporis Chriſti: illas, quæ fiunt in Litaniis ,, majoribus, & Rogationibus, & alias, quæ pro bo- ,, no, cauſa, & honore publico, ab Epiſcopis indi- ,, centur, juxta Decretum Generale anni 1628. Cir- ,, ca quas tamen non intendimus aliquid innovare, ,, pro illis Conventibus, & locis, in quibus ex Apo- ,, ſtolica diſpenſatione, Decreto aliquo Congrega- ,, tionum S. R. E. Cardinalium, vel conſuetudine, ,, Fratres ad omnes, vel aliquas Proceſſiones accedere ,, antehac non tenebantur, aut non conſueverunt, ,, quos immo in hoc ipſo nullatenus poſthac turbari ,, volumus, eaque indulta, & conſuetudines pro iiſ- ,, dem confirmamus, innovamus, & de novo conce- ,, dimus &c.

V. Notandum Primo, quod licet hæc Benedicti XIII Conſtitutio = *Pretioſus* = ad juris terminos reducta ſit a Clemente XII, feliciter regnante, uti ſæpius dictum fuit, & ex ejuſdem Clementis Conſt.X, data 30 Martii 1732 = Romanus Pontifex = Tom.VI pag. 723 videre eſt;

VI. Et ex hoc reſciſſa ſint, quæ vi Conſtitutionis = Pretioſus = de novo conceſſa fuerunt, ex his tamen, quæ juxta jus antiquum, quod ante Conſtitutionem illam = Pretioſus = vigebat, & nunc etiam viget, decrevit Summus ille Pontifex Benedictus XIII, nihil abrogavit Clementina Conſtitutio = Romanus = ut ipſemet Clemens XII declaravit, tum in eadem Conſtitutione = Romanus = tum in alia, XIX ſcilicet, data 10 Aprilis 1733 = Cum ſicut = Tom.VI pag.733.

VII. Quapropter quæ circa Supplicationes Benedictus XIII decrevit loco laudato juxta Decretum Generale datum anno 1628 vim legis habent. Juſſu Urbani VIII Decretum illud editum fuit, uti videre eſt apud *Matthaucc.* in Offic. Cur. Regular. Tom.II Cap.XVI Num.2.

VIII. ,, Adeſt etiam Declaratio S. Congregatio- ,, nis Concilii ,, inquit *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.995 ,, quam refert ,, Peyrinus ad Conſt.VII S.Pii V §.29, & eſt ſequen- ,, tis tenoris, ſcilicet: Ordinarius poteſt præcipere ,, Regularibus, ut eant ad Proceſſiones publicas, ut ,, puta in Feſto Corporis Chriſti, in Litaniis, & Ju- ,, bilæis publicis faciendis in Plebibus, in quibus ipſi ,, habent Monaſteria, dummodo Proceſſiones ſint ejus ,, generis, quod in Bulla SS.D.N. Pii V = Etſi Men- ,, dicantium = publicata 17 Kal. Junii anno 1567, ,, comprehendantur. Et dummodo Regulares non ſint ,, ex illis Conventibus, Collegia nuncupatis, quæ in ,, eadem Bulla excipiuntur.

IX. Hæc referens *Paſſerinus*, addit: ,, Obiter ve- ,, ro hic primo advertendum, verum eſſe, quod plu- ,, ries dixi, ſcilicet Conſtitutionem = Etſi Mendi- ,, cantium = non eſſe revocatam per Gregorium XIII ,, in quantum eſt declarativa Concilii Tridentini; nam ,, & ſub hac ratione nihil contra dictum Concilium ,, diſponit, nec eſt illi contraria. In præſenti autem ,, puncto procedit declarando, & eam obſervandam, ,, & juxta eam arbitrandum eſſe, & judicandum, quæ ,, ſint publicæ Proceſſiones, Sacra Congregatio cen- ,, ſuit.

X. Notandum Secundo, quod Leo X Conſtit.L = Dum intra = Tom.IV pag.338, Regulares excepit, quorum *loca ſuburbana ultra unum milliare a Civitatibus reſpective* remota ſunt. Sacra autem Congregatio Concilii poſtea declaravit, quod ipſi etiam Regulares ultra medium milliare a Civitate diſtantes, nequeunt compelli, ut ad Proceſſiones accedant. Vide Decreta Tom.VII pag.242, 275, & 282. Idem cenſuiſſe Gregorium XIII, refert *Fagnanus* ad Caput = Grave = Num.65 de Offic. Ordinar. apud *Paſſerinum* loco laudato Num.1000, ubi hæc addit: ,, Ubi ta- ,, men ſit conſuetudo, quod Regulares, non obſtan- ,, te diſtantia ultra milliare ,, (Legerem: *ultra medium milliare*; de hoc enim hic diſſerit Paſſerinus) ,, a Civitate, conveniant ad Proceſſiones, conve- ,, nire teneantur ,,. Anno *1699* die 12 Septembris Sacra Rituum Congregatio in Nucerina Paganorum, cenſuit, ac reſpondit, quod ubi viget conſuetudo, non obſtante diſtantia unius milliarii, Regulares, vel etiam Confraternitates Laicorum, quæ convenire ſolent ad Proceſſiones, convenire tenentur, uti videre eſt apud *Monacellum* in Formul. Leg. Pract. Parte I Tit.V Formul.VII Edicti pro obſervantia Feſtorum Num.30. Addit *Paſſerinus*: id intelligendum tamen ,, de illis Proceſſionibus, ad quas convenire ſolent: ,, quoniam poteſt eſſe, quod hæc interventio ſit reſpe- ,, ctu unius, vel alterius, non vero reſpectu omnium ,, Proceſſionum.

XI. De nonnullis aliis Conventibus extant ſpeciales conceſſiones: Julius enim Secundus Conſt.XCII = Exponi Nobis = Tom.VII pag.435, cavet, ne

Valli-

Valliſoletani Collegii Fratres ire teneantur ad ſupplicationes publicas, funera &c.

XII. Pro Juvenacenſi Conventu Benedictus XIII Conſtitutionem dedit hujuſce tenoris: „ Benedictus Papa XIII. Ad Futuram Rei Memoriam. Exponi nuper Nobis fecerunt dilecti filii Vicarius, & Fratres Conventus SS. Dominici, & Roſæ, Ordinis Prædicatorum Civitatis Juvenacen., quod alias, nempe menſe Martio Anni MDCCIII, quondam Joſephus Buonomo Primicerius Cathedralis Eccleſiæ Juvenacen. totam ſuam pinguem hæreditatem tunc exiſtenti Priori Provinciali illius Provinciæ cum onere erigendi Conventum ſtrictæ obſervantiæ ejuſdem Ordinis in dicta Civitate, reliquit; Provincialis vero, & Fratres ejuſdem Provinciæ hæreditatem cum ſuis oneribus acceptarunt, dummodo Epiſcopus, & Capitulum, ac Canonici præfatæ Eccleſiæ eoſdem Fratres ab omnibus, & ſingulis communibus, ac etiam Synodalibus Proceſſionibus eximere vellent, & ſimiliter ipſi ſecuri redderentur de non recipiendo ullo impedimento in eorum particularibus ſupplicationibus ad quatuor duntaxat, nempe SS. Sacramenti, Dominica infra Octavam Corporis Chriſti, Sanctiſſimi Roſarii prima Dominica Octobris, & Sanctiſſimi Nominis Jeſu prima Januarii redacta, ac tribus ſupplicationibus hujuſmodi per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros dicto Ordini conceſſis, altera Sancti Dominici die quarta Auguſti ſingulis annis peragenda adjiceretur: Ita ut Capitulum, & Canonici, ac pro tempore exiſtentes Epiſcopi ejuſdem Civitatis Religioſos memorati Conventus moleſtare nequirent, interdicendo eis aliquo anno ejuſmodi ſupplicationes, ſed pro tempore exiſtens Epiſcopus, illiuſque futuri ſucceſſores contenti eſſent, quod die Proceſſionis Superior dicti Conventus coram eodem Epiſcopo, ſive Capitulo, & Canonicis illius, Sede Epiſcopali vacante, ſeſe præſentare debeat, ei tantum dicendo, quod Proceſſionem peragere debent, nec illam tam prædicti Epiſcopus, quam Capitulum, & Canonici impedire poſſint, ita ut, illis reluctantibus, poſt eis debitum præſtitum obſequium ſuas Proceſſiones licite habere valeant, diſcuſſiſque proinde materiis Venerabilis Frater modernus Epiſcopus in beneficium eorundem Fratrum propendens ſub animadverſione, quod per hanc puram honorificentiam tot ſpirituales utilitates ejus Eccleſiæ oriri poterant, quot numeroſa Communitas Fratrum Ord. hujuſmodi in una Civitate gignere ſolet, ſuum ad id, ut etiam Capitulum, & Canonici prædicti conſenſum præſtiterunt, dummodo ſupradicti Fratres eiſdem Capitulo, & Canonicis Juri ſepeliendi cederent, prout ceſſerunt, & ſuper hoc Inſtrumentum cum debitis cautelis ſtipulatum fuit, ſcilicet ut Fratres in dicta Civitate cuicunque Proceſſionali Synodali, ſive communi intereſſendi exempti eſſent, & quod propriam Crucem in eorum ſupplicationibus ſub Conditionibus ſupra expreſſis elevare poſſent, & ſub iiſdem cautelis per eoſdem Fratres ejuſmodi Juri ſepeliendi renunciatum fuit, ut præfertur, necnon ſub ſupradictis conditionibus initio menſis Aprilis ejuſdem anni Inſtrumentum ſtipulatum fuit, ut in ejus executionem memorati Fratres in eandem Civitatem introducti, nec Sancti Marci, neque Solemnitatis Corporis Chriſti Proceſſionibus interfuerunt, nec ad illas advocati extiterunt, ſed in pacifica poſſeſſione peragendi ſuas quatuor ſupplicationes, ut ſupra ſibi reſervatas, eorumque exemptionis, ab eodem anno MDCCIII, uſque in præſens remanſerunt, & de præſenti remanent. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dubitari poſſit, quod tractu temporis aliquis novus Epiſcopus, parum iiſdem Fratribus benevolus, illos ſuper Conceſſione tot indultorum a moderno Epiſcopo eis facta moleſtare, & inquietare velit, nulla habita memoria, quod ſine præfatis conditionibus ipſa Religio hæreditatem hujuſmodi minime acceptaſſet, & proinde dicti Exponentes præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent: Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, exemptionem a Proceſſionibus communibus, ac etiam Synodalibus, & conceſſionem peragendi illas Sanctiſſimi Sacramenti, Dominica infra Octavam Corporis Chriſti, Sanctiſſimi Roſarii, Sanctiſſimi Nominis Jeſu, & Sancti Dominici a prædictis Epiſcopo, & Capitulo, ac Canonicis cum Ceſſione Juri ſepeliendi ad favorem eorundem Capituli, & Canonicorum, ſicut præmittitur, factas, ac Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta deſuper ſtipulatum, ſeu ſtipulata cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis, Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerunt, ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ac ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Provinciæ, & Ordinis, ac Conventus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die Vigeſima Octava Auguſti MDCCXXVI. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

„ Card. Oliverius.

„ Adeſt ſigillum ſub annulo Piſcatoris. Die decima Junii Milleſimi Septingenteſimi Vigeſimi Septimi,

,, mi, Juvenatii &c. In hac Epiſcopali Curia compa-
,, ruerunt A. R. M. P. Benedictus Miano Vicarius Ve-
,, nerabilis Conventus S. Dominici hujus Civitatis
,, Juvenatii, & ceteri Fratres de Familia ejuſdem
,, Conventus Ord. Præd. coram Reverendiſſimo Do-
,, mino Generali Vicario ejuſdem Epiſcopalis Curiæ,
,, cui præſentaverunt præſentes, ſeu retroſcriptas
,, Apoſtolicas literas, per quem viſas, & recognitas,
,, & repertas eſſe veras, integras, non abraſas, nec
,, in aliqua parte vitiatas, fuerunt receptæ ſupra ca-
,, put, omni qua decet reverentia, & ad inſtantiam
,, dictorum Patrum pro obſervantia fuit per eundem
,, Reverendiſſimum Dominum Generalem Vicarium
,, dictum, & decretum, quod dictæ Apoſtolicæ Li-
,, teræ obſerventur in futurum juxta earum ſeriem,
,, continentiam, & tenorem &c. Datum Juvenatii in
,, Epiſcopali Curia die, menſe, & anno quibus ſupra.
,, Franciſcus Cant de Nigris Vicarius Generalis &c.
,, D. M. Marziani Canonicus &c. Licet. Extracta eſt
,, præſens Copia a ſuo proprio Originali mihi exhi-
,, bito per R. P. Benedictum Miano Vicarium Ve-
,, nerabilis Conventus S. Dominici hujus Civitatis, &
,, eidem illico reſtituto: & facta collatione concordat,
,, meliori ſemper ſalva &c. Et in fidem Ego D. Fran-
,, ciſcus Paulus Bellacaſa Canonicus hujus Cathedra-
,, lis Eccleſiæ Pub. Apoſtolica auctoritate Not. hic me
,, ſubſcripſi, & ſignavi.

,, Franciſcus Paulus Bellacaſa.

XIII. Pro B..lceolenſi Conventu legenda Clemen-
tis XII Conſt.XXXIX == Cum habitus == Tom.VII
pag.392. In quo S. Congregationis Decreto notanda
in primis, quæ ſpectant modum deferendæ Crucis.
Numero ſiquidem Quinto propoſitum fuerat Dubium:
,, An liceat dictis Patribus in eiſdem Proceſſionibus
,, gerere Crucem obviam retroincedentibus &c. ,,.
Cui Dubio Sacra Congregatio Rituum reſpondit:
,, Ad Quintum, quoad geſtationem Crucis obviæ re-
,, troincedentibus, licere &c ,,. Sic ubique terra-
rum Fratribus Prædicatoribus ſolemne, ut in publicis
Supplicationibus, ſeu Proceſſionibus, ut loquuntur,
Imaginem Crucifixi deferant ad ipſos Fratres con-
verſam.

XIV. Pro Cuſentino Conventu vide Decretum
S. Congregationis Rituum datum 25 Martii 1711.
Legitur Tomo VII pag.501.

QUÆSTIO VI.

Fratres Ordinis Prædicatorum ſuntne deſtinati Prædicationis Officio?

SUMMARIUM.

I. FRatres Prædicatores huic officio deſtinatos eſ-
ſe, declarat Honorius III,

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet Gre-
gorium IX:

III. Innocentium IV:

IV. Alexandrum IV:

V. Clementem IV:

VI. Innocentium V:

VII. B. Benedictum XI:

VIII. Johannem XXII:

IX. Innocentium VI:

X. Bonifacium IX:

XI. Martinum V:

XII. Eugenium IV:

XIII. S. Pium V, Conſtitutione == *Ad Sum-
mum* ==

XIV. Eundem, Conſtitutione == *Etſi Mendi-
cantium* ==

XV. Eundem, Conſtitutione == *Ad hoc Nos
Deus* ==

XVI. Id genus Privilegia ceteris Religioſorum
familiis conceſſa.

XVII. Quarundam Conſtitutionum quæ mox lau-
datæ ſunt meminit Benedictus XIII.

XVIII. Quamplura Decreta circa præſentem ma-
teriam a Sac. Congregationibus data.

XIX. Huc etiam ſpectant Conſtitutiones Urba-
ni VIII, Innocentii X:

XX. Gregorii XV:

XXI. Leonis X:

XXII. Decreta Sac. Concilii Tridentini:

XXIII. Et Conſtitutio Clementis X.

I. FRatres Prædicatores eſſe deſtinatos Prædica-
tionis officio, declarat *Honorius III Conſt.IX*
== Si perſonas == *Tom.I pag.8*. Hiſpaniarum ſiqui-
dem Prælatos alloquens ,, per Apoſtolica, inquit, vobis
,, ſcripta mandamus, quatenus dilectos filios latores
,, præſentium Ordinis Prædicatorum, quorum utile
,, Miniſterium, & Religionem credimus Deo gra-
,, tam, in eorum laudabili propoſito confoventes,
,, ad officium Prædicationis, ad quod deputati ſunt,
,, curetis benigne recipere.

Conſtitutione vero *X* == Dilecti filii == *Tom.I
pag.8* de Fratribus iiſdem ad univerſos Eccleſiæ Præ-
latus ſcribens ,, Ipſos igitur, inquit, quorum, & pro-
,, poſitum ſanctum, & Miniſterium neceſſarium ar-
,, bitramur, Univerſitati veſtræ affectuoſe duximus
,, commendandos, caritatem veſtram rogantes, &
,, exhortantes in Domino, ac per Apoſtolica vobis
,, ſcripta mandantes, quatenus pro reverentia Divi-
,, na ad Officium prædicandi, ad quod deputati ſunt,
,, benigne recipientes eoſdem, ac populos vobis
,, commiſſos, ut ex ore ipſorum Verbi Dei ſemen
,, devote ſuſcipiant, ſedulo admonentes, pro noſtra,
,, & Apoſtolicæ Sedis reverentia in ſuis eis neceſſi-
,, tatibus liberaliter aſſiſtatis, quatenus ad illud ſu-
,, ſcipiendum veſtris exhortationibus præparati,
,, tanquam bona, & fructifera terra pro vitiorum
,, tribulis incipiant ſegetem germinare virtutum, &
,, dicti Fratres per cooperationem veſtram, ſuſce-
,, pti Miniſterii curſum feliciter conſummantes,
,, optatum reportent ſui laboris fructum, & finem,
,, ſalutem videlicet animarum.

Idem, verbis paululum immutatis, ſcribit Ar-
chiepiſcopo Tarraconen. *Conſt.XV* == Quoniam ==
*Tom.I pag.*10. Ejuſdem etiam ferme tenoris ſunt ver-
ba, quæ leguntur in ejuſdem *Honorii Conſtit.XVIII*
== Quoniam == *Tom.I pag.*11.

Eadem de re legendæ *Honorii III* Conſtitutiones
XIX == Cum is == XX == Cum qui == XXI == Cum
paupertatem == *Tom.I pag.*12 XXII == Cum qui ==
*Tom.I pag.*13, & Gregorii IX Conſtitutiones I, & III
== Quoniam == *Tom.I pag.*18, & 19.

II. Hinc idem *Gregorius IX Conſt.XV Tom.I pag.*24.
,, Cum Fratres, inquit, Ordinis Prædicatorum pro-
,, feſſi voluntariam paupertatem, evangelizationi
,, Verbi Dei ſe totaliter dedicarint, & omni confu-
,, ſione contempta, elegerint deſpectos eſſe in domo
,, Domini magis quam ſequi huius ſeculi vanitates,
,, graviter oculos Divinæ Majeſtatis offendit, qui eos
,, aliquibus pompis involvere, vel ſolemnitatibus
,, propoſito eorum contrariis nititur implicare.

Specialiter ad hoc officium delegatos eſſe Fra-
tres Prædicatores aſſerit idem *Gregorius Conſt.XLIX*,
& *L*

Digitized by Google

& *L* == Quoniam == *Tom.I pag.*36, & 37 b s verbis :
„ Nos igitur eorum (Prædicatorum) pium, & ſan-
„ ctum propoſitum, ac miniſterium tam neceſſarium
„ favore benevolo proſequentes, univerſitati veſtræ
„ ipſos affectuoſe duximus commendandos, per Apo-
„ ſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eos ad
„ officium prædieandi, ad quod ſunt ſpecialiter de-
„ putati, benigne recipiatis, ac populos vobis com-
„ miſſos, ut ex ore ipſorum ſemen Verbi Dei devo-
„ te ſuſcipiant, ſedulo commonentes.

Duci *Brabantiæ* Fratres Prædicatores commen-
dans idem *Gregorius Conſt.LI* == Ille humani == *Tom.I*
*pag.*37 ſic loquitur : „ Cum autem miſerator, & mi-
„ ſericors Dominus, qui neminem vult perire, atten-
„ dens, quod meſſis erat multa, operarii autem pau-
„ ci, dilectorum filiorum Fratrum Prædicatorum
„ Ordinem ſuſcitavit, qui non ſua, ſed quæ Jeſu-
„ Chriſti quærentes, tam contra profligandas hære-
„ ſes quam contra peſtes alias mortiferas extirpandas
„ ſe dedicarunt evangelizationi Verbi Dei in abje-
„ ctione voluntariæ paupertatis, Nos ejus inſtructi
„ exemplo, qui & duodecim Apoſtolos, & alios ſe-
„ ptuaginta duos elegit, & binos ad prædicandum
„ ante faciem ſuam direxit, dictos Fratres contra
„ hæreticos in Alemanniam duximus deſtinandos.

III. Ex ipſiuſmet Ordinis profeſſione ad hoc offi-
cium delegatos eſſe Fratres Prædicatores, docet *Inno-
centius IV Conſt.LVII* == Quoniam == *Tom.I pag.*137
ſcribens omnibus Eccleſiarum Prælatis. „ Nos igi-
„ tur, inquit, ſanctum eorum propoſitum, & ne-
„ ceſſarium Miniſterium favore benevolo proſequen-
„ tes, univerſitati veſtræ, ipſos affectuoſe duximus
„ commendandos, caritatem veſtram rogantes, & ex-
„ hortantes in Domino, ac per Apoſtolica vobis ſcri-
„ pta mandantes, quatenus dilectos filios Fratres Or-
„ dinis memorati pro reverentia Divina, & noſtra,
„ ad officium prædicandi, ad quod ſunt ex Profeſſio-
„ ne ſui Ordinis deputati, benigne recipere procu-
„ retis, ac populos vobis commiſſos, ut ex ore ipſo-
„ rum Verbi Dei ſemen devote ſuſcipiant, admo-
„ nentes. Idem legitur in *Alexandri IV Conſt.CCXXXI*
== Quoniam == *Tom.I pag.*371.

Quam familiare noſtratibus ſit Prædicationis of-
ficium, docet *Innocentius IV Conſt.CCLXIX Tom.I
pag.*217 dicens : „ Evangelicæ prædicationis officium,
„ in quo vos babet incumbens aſſidue fidelium popu-
„ lorum Paſtoribus Eccleſiaſticæ ſolicitudinis neceſſi-
„ tas adjutores, ea inter ceteras occupationes ſaluti-
„ feræ actionis prærogativa præfertur, ut vix inve-
„ niatur aliquod exercitium in operibus pietatis,
„ quod illi debeat anteferri. Propterea, ut ſermo
„ Domini inoffenſis progreſſibus provehatur, opor-
„ tet calceatos in præparatione Evangelii pacis pe-
„ des, nunc præſertim cum negotium fidei adverſus
„ peſtem pravitatis hæreticæ per ſuffragia temporis
„ ſuccreſcentem patrocinium defenſionis implorat,
„ non ſolum a ſecularibus, verum etiam a quibuſ-
„ dam aliis ſanctæ occupationis implicationibus ex-
„ pediri.

IV. Hnc ſpectat *Alexandri IV Conſtitut.CCXXXV*
== Religionis favor == *Tom.I pag.*373. Ipſa Summus
Pontifex irritam facit tranſactionem qua Fratres
Montis Peſſulani Conventus ſpoponderant, quod
„ nullus Prior, vel Frater domus ejuſdem poſt pran-
„ dium in plateis, niſi infra ſepta domus ....
„ vel in Eccleſiis, clauſtris, ſeu cœmeteriis prædi-
„ caret.

Ordinem noſtrum ad Prædicationis officium ſpe-
cialius eſſe deputatum, docet *Alexander IV Conſti-
tut.CCXC Tom.I pag.*403 dicens : „ Ex commiſſo nobis
„ Apoſtolatus officio lucrum tenemur ſoliciti quæ-
„ rere animarum, de quarum ſalute, opportuna
„ quadam vigilantia cogitantes, ne ſe mortis fauci-
„ bus ingerant, digne inter alias animi curas, qui-
„ bus diſtrahimur, proviſionis remedia propenſius
„ adhibemus, ad quod eo magis idoneos dilectos
„ filios Priorem, & Fratres Ordinis Prædicatorum
„ Piſan. eſſe credentes, quod ad Prædicationis lau-
„ dabile miniſterium exequendum, ſuæ Religionis
„ profeſſio eſt ſpecialius deputata, univerſitatem
„ veſtram monemus, rogamus, & hortamur atten-
„ te, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandan-
„ tes, quatenus permittentes eoſdem Fratres in Ec-
„ cleſia veſtra congruis temporibus proponere libere
„ verbum Dei nullum in hoc interponatis difficulta-
„ tis obſtaculum, ſed potius eis in hac parte favora-
„ biliter aſſiſtatis, ſcituri, quod ſi ſuper hoc man-
„ datum Apoſtolicum adimplere neglexeritis, Nos
„ aliter in dicto negotio curabimus providere.

V. Quod, ex ipſis injuncto officio, Prædicationis mu-
nus obeant Fratres Prædicatores, docet *Clemens IV* ſic
eoſdem Fratres alloquens *Conſt.LIX Tom.I pag.*481 : „
„ Affectu ſincero ſic veſtri Ordinis decus, & decorem
„ diligimus, quod ſuper omnibus ſpectantibus ad ipſius
„ honeſtatem, ac veſtrarum pacem mentium, nos be-
„ nignos, & benevolos exhibemus. Sane quamvis
„ nonnulli piæ mem. Romani Pontifices Prædeceſſo-
„ res noſtri, per ſuas literas, & mandata vobis, ſeu
„ quibuſdam veſtrum, diverſa Monialium, ſeu So-
„ rorum, Monaſteria Ordinis S. Auguſtini perpetuo
„ regenda commiſiſſe dicantur, Nos tamen, ita illa-
„ rum utilitatibus volentes per veſtrum Miniſterium
„ providere, quod curſus prædicationis, quam ex
„ injuncto vobis officio diligentius exercetis, anima-
„ rum curandis languoribus fructuoſus, concurſu
„ occupationum multiplici nequeat retardari, præ-
„ ſentium auctoritate, ſtatuimus &c.

VI. *Innocentius V Conſt.III* == In loco == *Tom.I
pag.*543 Fratribus Prædicatoribus ſcribens : „ Quam-
„ vis autem, inquit, abſentes corpore Congregatio-
„ ni veſtræ, ſpiritu tamen, & conſideratione præſen-
„ tes, & unanimi deſiderio ſociati, univerſitatem
„ veſtram rogamus, & hortamur in Chriſto, qui ſtat
„ in medio veſtrum, juxta promiſſionem ineffabilem
„ oris ſui, quatenus ad Sanctæ Religionis conſtan-
„ tiam altiſſimam, in qua fundati, & ſtabiliti eſtis,
„ ad paupertatis amorem, ad fervidæ caritatis com-
„ pagem, ad complementum miniſterii veſtri Præ-
„ dicationis ſanctæ verbi Dei, cui vos, & acceptio-
„ ne nominis, & firmitate profeſſionis nexibus alli-
„ gaſtis, ad animarum ſalutem, in venandi labore,
„ atque ſolertia capiendi, ad fructus, qui non pe-
„ reunt, in arca Domini congregandos, ad vineæ
„ Domini electæ cuſtodiam, & captionem vulpecu-
„ larum illam demolientium, & cetera quæ Dei ſunt,
„ & Chriſti ejus, tota veſtrorum cordium anhelet
„ intentio, & ſuſpiret.

VII. „ Cupientes, inquit *B. Benedictus XI Con-
ſtit.XVI* == Inter cunctas == *Tom.II pag.*88 „ ut ipſi
„ gregi cura noſtra eo plenior impendatur, quo am-
„ plior in agro Domini operariorum numerus ope-
„ retur, ſuper egenum intendentes, & pauperem,
„ ac novitatem removentes per eandem Conſtitutio-
„ nem inductam, ſtatuimus de Fratrum noſtrorum
„ conſilio, ut ipſorum Ordinum Fratres, qui ad hoc
„ deputati fuerint in Eccleſiis, & locis eorum, quæ
„ impræſentiarum habent, & inpoſterum obtine-
„ bunt, ac in plateis communibus, ſeu publicis, li-

„ bere abſque Diœceſanorum , & aliorum Prælato-
„ rum petita licentia , valeant Clero , & Populo
„ prædicare , eiſque proponere verbum Dei , ca-
„ veant tamen omnino , ne hora , in qua Diœceſani
„ prædicti prædicarent , vel coram ſe facerent præ-
„ dicari , prædicent iidem Fratres ; putamus etenim
„ dignum , ut majori minor , & ſuperiori inferior
„ deferat in hac parte , niſi forſan aliud circa hoc fa-
„ cerent de voluntate Diœceſanorum ipſorum , aut
„ In ſtudiis Generalibus , diebus illis duntaxat , qui-
„ bus ſermones ad Clerum fieri ſolent , & ſolemniter
„ prædicari , ſive mortuorum funeribus , vel eorun-
„ dem Fratrum feſtis ſpecialibus , ſeu peculiaribus ,
„ quia his caſibus cum Diœceſanis in prædicatione
„ concurrere poterunt , prædicarent ; ubi vero iidem
„ Diœceſani convocarent generaliter ad ſe Clerum ,
„ aut aliqua ratione , vel urgente cauſa , illum du-
„ cerent congregandum , ea hora , in ſtudiis , memo-
„ ratis diebus , ſæpe dicti Fratres ab hujuſmodi præ-
„ dicatione ceſſabunt . In Eccleſiis autem Parochia-
„ libus Fratres ipſi , invitis eorum Rectoribus , ſeu
„ Sacerdotibus , niſi juſſi a Superioribus eorundem ,
„ non audeant prædicare .

Et ibidem *pag.89* . „ Verum quia poſt Baptiſ-
„ mum , inquit idem B. Benedictus XI , inter cetera
„ magis ad ſalutem propoſitio verbi Dei , quo audien-
„ tes illud , quæ eſt victoria noſtra , inſtruuntur in
„ fide , docentur fugienda fugere , & ſectanda ſecta-
„ ri , ac , quo per peccatum lapſi reſurgunt , pæni-
„ tentiæ Sacramentum , proficiunt , grandis nobis
„ ſolicitudo incumbit , ut tales ad hæc promoveantur
„ Fratres , qui oleo dulcedinis verbi ejuſdem noſtros
„ foveant ſubditos , a peccatis prohibeant , increpa-
„ tionis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera ,
„ eoſque ad illa pœnitentiæ acrimonia purgandum ,
„ & tegendum provocent , & inducant . Ad id vero
„ exequendum , ſcientia divinæ legis expoſcitur , de-
„ ſideratur ordo , & vitæ integritas etiam poſtulatur ,
„ ſcriptum eſt enim ; tu ſcientiam repuliſti , & ego te
„ repellam , ne ſacerdotio fungaris mihi , quia labia
„ Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam , & legem exqui-
„ runt ex ore ejus , alias , prout ad eum pertinet ,
„ inter peccatum , & peccatum non poſſet diſcerne-
„ re , nec peccator exiſtens , Dei deberet narrare
„ juſtitias , & teſtimonium illius aſſumere per os
„ ſuum . Nam cujus vita deſpicitur , conſequens eſt ,
„ ut ejus prædicatio contemnatur . Quare decerni-
„ mus , ut Magiſter , & Miniſter Generalis , ac Prio-
„ res , & Miniſtri Provinciales , Prædicatorum , &
„ Minorum Ordinum præfatorum , vel eorum Vica-
„ rii , de diſcretorum conſilio , ad tam ſalubre offi-
„ cium Fratres divina ſcientia doctos , diſcretione
„ vigentes , vita probatos , & expertos moribus ,
„ alioquin diſtrictam reddant in futuro examine ra-
„ tionem , eligant , & aſſumant . Sic enim quod præ-
„ dicabunt , facient , quæ arguent , operari ceſſabunt ,
„ & in eis ædificabitur populus verbo pariter , &
„ exemplo . Ceterum licet , ſicut prædicitur , de ne-
„ ceſſitate non ſit iterum eadem confiteri peccata ,
„ tamen quia propter erubeſcentiam , quæ magna eſt
„ pœnitentiæ pars , ut eorundem peccatorum itere-
„ tur confeſſio , reputamus ſalubre , diſtricte injun-
„ gimus , ut Fratres ipſi confitentes attente moneant ,
„ & in ſuis prædicationibus exhortentur , quod ſuis
„ Sacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno ,
„ aſſerendo id ad animarum profectum procul dubio
„ pertinere .

„ Circa ſtudium Doctrinæ Sacræ „ inquit *Beatus Benedictus XI* Fratres Prædicatores alloquens *Con-
ſtit.XXIII* = Ex horto = *Tom.II pag.93* „ per quod
„ magnum conſequimini meritum , & honorem , ſitis
„ aſſidue vigiles , & attenti , prædicationum frequen-
„ tiæ , & confeſſionum audientiæ , ad quas eſtis ſpe-
„ cialiter deputati , diligenter , & ſolicite inſiſtendo ,
„ & ſic vitam veſtram circa prædicta , & alia ho-
„ neſta , ſeu licita occupetis , quod in vobis illici-
„ ta locum habere non poſſint , totam in auctore
„ ſalutis , ſpei , & conſolationis veſtræ , ancoram
„ ſtatuentes .

VIII. „ Gravem , inquit *Johannes XXII Conſti-
tut.LXIII Tom.II pag.179* , Archiepiſcopo , ceteriſque
Clericis Burdigalen. ſcribens „ dilectorum filiorum
„ Prædicatorum , & Minorum Fratrum Ordinum
„ Burdegalen. querelam non abſque admiratione re-
„ cepimus , continentem , quod vos , filii Curati , &
„ Rectores , jam per annum , & amplius in Eccleſiis
„ veſtris , voſque majoris , & S. Severini Eccleſia-
„ rum Burdegalen. Canonici , in aliqua proceſſione
„ communi non permiſiſtis , nec permittitis , eoſdem
„ Fratres Prædicatores , & Minores proponere Ver-
„ bum Dei , propter quod tam Civitas Burdegalen.
„ dolens , & deflens ſubtractum ſibi ſolitum pabulum
„ Verbi vitæ , necnon dilectus filius Seneſcalcus Va-
„ ſconiæ , quam etiam dicti Fratres , ne Verbum Dei
„ in præjudicium populi Civitatis ejuſdem , & ſua-
„ rum etiam periculum animarum , ſine cauſa diutius
„ maneat alligatum , ad Nos ſuper hoc humiliter re-
„ currentes , nobis , pia precum inſtantia , ſupplica-
„ runt , ut eis in præmiſſis conſulere , paterna ſoli-
„ citudine , curaremus . Nos igitur fel. rec. Bonifa-
„ tii Papæ VIII Prædeceſſoris noſtri in hac parte ve-
„ ſtigiis inhærentes , vos univerſos , & ſingulos præ-
„ ſentium tenore , rogamus , & exhortamur attente ,
„ vobis nihilominus diſtricte præcipiendo , man-
„ dantes , quatenus pro divina , & Apoſtolicæ Sedis
„ reverentia , atque noſtra , prædictos Ordines , &
„ Profeſſores eorum , habentes affectu benevolo com-
„ mendatos , Fratribus ipſis non vos difficiles , gra-
„ ves , duros , aut aſperos , ſed potius favorabiles ,
„ propitios , & benignos , piaque munificentia libe-
„ rales , ſtudeatis juxta Conſtitutionem eandem ,
„ tanquam cooperatores veſtros idoneos , & laborum
„ veſtrorum participes , prompta benignitate reci-
„ pere , & affectuoſe admittere minime omittatis , ut
„ proinde vobis æternæ beatitudinis præmium au-
„ geatur , & animarum ſalutis incrementa felicia
„ procurentur . Nec vos lateat , quod ſi ſecus a vobis
„ agi fortaſſe contigerit , in hac parte Nos diſſimula-
„ re , ſeu præterire , ſalva conſcientia , non poſſu-
„ mus , quin contra vos tanquam tranſgreſſores Con-
„ ſtitutionis ejuſdem , & exhortationum , ac juſſio-
„ num noſtrarum temerarios contemptores , debite
„ procederemus , prout contemptus , & temeritatis
„ hujuſmodi qualitas poſtularet .

IX. Archiepiſcopis , & Epiſcopis Angliæ ſcribens
Innocentius VI Conſt.XI Tom.II pag.250 : „ Gravem ,
„ inquit , dilectorum filiorum Prædicatorum , Mi-
„ norum , Eremitarum S. Auguſtini , & Carmelita-
„ rum Ordinum Fratrum querelam accepimus , con-
„ tinentem , quod ipſi tam prætextu quarundam præ-
„ dicationum in Regno Angliæ per nonnullos contra
„ ſtatum dictorum Fratrum , illum de facto depra-
„ vantium , & condemnantium , & non eſſe in ſtatu
„ ſalutis , falſo aſſerentium , olim factarum , quam
„ quæſtionis , quæ inter Venerabilem Fratrem no-
„ ſtrum Richardum Archiepiſcopum Armachanum ,
„ ex parte una , & Fratres prædictos , ex altera , ſu-
„ per nonnullis articulis per partes ipſas hinc inde
„ pro-

„ propoſitis, coram quibuſdam ex Venerabilibus Fra-
„ tribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ex commiſſione
„ noſtra apud Sedem Apoſtolicam pendere dignoſci-
„ tur, in Confeſſionibus Chriſtifidelium audiendis,
„ prædicationibus verbi Dei, & libera Sepultura,
„ necnon, & eleemoſynis eis fieri ab eiſdem Fratri-
„ bus conſuetis, quas eis facere, aſſerunt mendaci-
„ ter eſſe peccatum, contra Juſtitiam, impediuntur
„ & etiam perturbantur in ipſorum Fratrum præjudi-
„ cium, & maximam læſionem. Quare pro ipſorum
„ parte fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut provi-
„ dere ipſis ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus.
„ Nos igitur æquum, & congruum reputantes, quod
„ hujuſmodi lite pendente nihil per alterutram par-
„ tium in Ipſarum partium, & litis præjudicium de-
„ beat innovari, univerſitatem veſtram monemus,
„ & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta
„ mandantes, quatenus Fratres ipſos in prædictis
„ Confeſſionibus, prædicationibus, & ſepulturis, ac
„ eleemoſynis, non impediatis, nec per veſtros ſub-
„ ditos impediri etiam permittatis. Per prædicta au-
„ tem non intendimus liti prædictæ aliquod præjudi-
„ cium generari, nec ea pendente quicquam, ut præ-
„ mittitur, volumus innovari.

X. „ Dudum ſiquidem, inquit *Bonifatius IX Conſtitut.CCIX* = Super Gregem = *Tom.II pag.*437:
„ felicis recordationis Alexander Papa IV, Præde-
„ ceſſor noſter provide attendens, quod piæ memo-
„ riæ Innocentius etiam Papa IV, ejuſdem Alexan-
„ dri, ac etiam noſter Prædeceſſor, univerſis Reli-
„ gioſis cujuſcunque profeſſionis, vel Ordinis, in
„ virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte injunxerat, ne
„ Parochianos alienos diebus Dominicis, & Feſtivis
„ in ſuis Eccleſiis, ſeu Oratoriis, de cetero recipe-
„ rent ad Divina, nec ipſos aliquatenus ad pœniten-
„ tiam admitterent, ſine ſuorum licentia Sacerdotum,
„ nec eis in ſuis Eccleſiis ante Miſſarum ſolemnia præ-
„ dicarent, pro quibus audiendis prima diei parte
„ iidem Parochiani conſueverunt, & debent in ſuis
„ Eccleſiis convenire, nec ſermones, etiam ſolemnes,
„ facerent illa hora, nec ad prædicandum ſolemniter
„ ad Parochias alienas accederent, niſi eſſent ab eo-
„ rum Sacerdotibus invitati, vel ſaltem niſi ſe ad id
„ humiliter peterent, & obtinerent admitti, nec ea die,
„ quo Diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco ejus præ-
„ dicaret ſolemniter maxime in Eccleſia Cathedrali,
„ aliquis ipſorum in eadem Civitate, vel loco præſu-
„ meret prædicare. Si vero in caſu licito Parochianum
„ alterius eos in ſuis Eccleſiis recipere ad Sepulturam
„ contingeret, omnium, quæ obtentu conſequeren-
„ tur hujuſmodi Sepulturæ, portionem canonicam,
„ etiam non requiſiti, infra octo dies a tempore re-
„ ceptionis eorum Epiſcopo, vel Sacerdoti de cujus
„ Parochia mortuus eſſet aſſumptus, exhibere cura-
„ rent; ſi autem aliquis Religioſorum ipſorum hujuſ-
„ modi præcepti tranſgreſſor, contra prædicta, vel
„ aliquod prædictorum, venire præſumeret, præter
„ inobedientiæ vitium, & excommunicationis ſen-
„ tentiam, quam incurrere voluit ipſo facto, gradus
„ ſui periculo ſubjaceret. Et nihilominus a Diœceſa-
„ no ad præmiſſa univerſa, & ſingula obſervanda
„ per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota,
„ diſtricte cogerentur. Nullis eis contra præmiſſa
„ indulgentiis, vel privilegiis Apoſtolicis valituris.
„ Et volens præfatus Alexander Prædeceſſor ſuper
„ tenore dictarum literarum ejuſdem Innocentii at-
„ tentius, & ſtudioſius deliberare, prædictas literas,
„ & ſi quæ aliæ ſuper prædictis, vel eorum aliquo,
„ contra præfatos Religioſos, vel aliquos ex ipſis ge-
„ neraliter, vel ſpecialiter, præter formam commu-
„ nem, & ſolitam proceſſiſſent, auctoritate Apoſtoli-
„ ca, penitus revocavit, prout in literis Apoſtolicis
„ ejuſdem Alexandri dicitur plenius contineri. Cum
„ autem a Nobis quædam literæ Apoſtolicæ literis
„ ejuſdem Innocentii in effectu conformes ſub da-
„ tum IV Non. Maii, Pontificatus noſtri Anno XII,
„ prout in ipſis literis plenius continetur, emanave-
„ runt, Nos ex certis rationabilibus cauſis animum
„ noſtrum moventibus, ejuſdem Alexandri veſtigiis
„ inhærentes, ipſiuſque literas, revocationem litera-
„ rum ejuſdem Innocentii continentes, quarum teno-
„ res præſentibus haberi volumus pro expreſſis, au-
„ ctoritate ſimili, confirmantes, prædictas ejuſdem
„ Innocentii, necnon præfatas noſtras literas, & om-
„ nia in ipſis contenta auctoritate prædicta, & ex cer-
„ ta ſcientia, tenore præſentium, revocamus, ac caſ-
„ ſare volumus omni robore firmitatis.

Bonifatius IX Conſt.CCXII = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.*439 ſtatuit: „ Quod omnes, & ſinguli
„ utriuſque ſexus perſonæ de Pœnitentia S. Domini-
„ ci, alias Beghini, ſeu Beghinæ, ſeu alias qualiter-
„ cunque nuncupatæ, regularem habitum dicti Ordi-
„ nis portantes, in Eccleſiis Fratrum hujuſmodi,
„ etiam tempore interdicti, dummodo ipſæ cauſam
„ interdicto non dederint, Miſſas, & alia Divina
„ Officia audire, Eccleſiaſtica Sacramenta a Fratri-
„ bus ipſis recipere libere, & licite poſſint, & va-
„ leant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium,
„ de ſpeciali gratia, & de Apoſtolicæ poteſtatis ple-
„ nitudine indulgemus: ſtatuentes nihilominus, quod
„ omnes, & ſinguli cujuſcunque ſtatus, ordinis, vel
„ conditionis extiterint, publice, & temeritate pro-
„ pria docere, aut pertinaciter aſſerere præſumentes,
„ Ordinem prædictum in ſtatu perfectionis non eſſe,
„ ipſiſque Fratribus de eleemoſynis vivere, ac de li-
„ centia Summi Pontificis, aut Legatorum Sedis præ-
„ dictæ, vel aliorum Prælatorum, verbum Dei pro-
„ ponere, & prædicare, eiſque confitentes abſolvere,
„ aſſenſu Prælatorum, aut Rectorum Parochialium
„ Eccleſiarum ſuper his non habito, ſeu requiſito,
„ non licere, ſint eo ipſo excommunicationis ſenten-
„ tia innodati, a qua abſolvi non poſſint, niſi Sedi
„ prædictæ ſe repræſentent.

XI. Ut Fratres Annecien. Cœnobii conciones habentes auditorum cœtui poſſint Indulgentias elargiri, concedit *Martinus V Conſt.CXI* = Injunctum Nobis = *Tom.II pag.*613 dicens: „ Ut quiſvis ejuſdem
„ domus Frater, ad hoc alias canonice deputatus,
„ quotieſcunque in Eccleſia dictæ domus per prædica-
„ tionis miniſterium publice propoſuerit verbum
„ Dei, poſſit, auctoritate Apoſtolica, omnibus ve-
„ re pœnitentibus, & confeſſis, ibidem in prædi-
„ catione præſentibus, ſi Magiſter in Theologia ſe-
„ xaginta, ſi vero alius fuerit, quadraginta dies
„ de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer rela-
„ xare; præſentibus poſt quindecim annos minime
„ valituris.

XII. Huc ſpectant *Eugenii IV Conſt.XVII* = Frequentes hactenus = *Tom.III pag.*10, & *XLVIII* = Frequentes hactenus = *Tom.III pag.*34.

XIII. „ Ad ſummum, inquit *S. Pius V Conſt.XXIII Tom.V pag.*135 „ univerſalis Eccleſiæ regimen cæ-
„ leſti munere vocati, ac in tot rerum, & temporum
„ diſcrimine degentes, amorem, & ſtudium erga
„ Dominicanam Familiam, quæ Chriſti jugum ab
„ adoleſcentia Nos patienter, & alacriter ferre do-
„ cuit, cujus inſtitutum expreſſe profeſſi ſumus, nun-
„ quam interpoſuimus, quin potius auxilio, atque

„ ſavore, eam perpetuo fovere, & munire decrevimus, quo prædicationis ſtudio, ac Sanctæ Inquiſitionis officio, quæ munera illi præcipue ab ejuſdem Ordinis origine demandata fuere, propenſius eam incumbere re ipſa cognovimus.

XIV. „ Declaramus, inquit *S. Pius V Conſt. XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom. V pag. 159* „ Canonem Seſſionis XXIV Cap. IV per quem omnibus Regularibus, etiam in ſuorum Ordinum Eccleſiis contradicente Epiſcopo prædicationis officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres hujuſmodi, quando a ſuis Generalibus, vel eorum Miniſtris Provincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere poſſe, immo volumus, quod in ſuis Eccleſiis, quando eis placuerit, licite, & abſque ullo impedimento, vel contradictione etiam Epiſcopi, niſi ipſe prædicaverit, prædicare poſſint.

XV. „ Et inſuper, inquit *S. Pius V Conſt. CXXIII* = Ad hoc nos Deus = *Tom. V pag. 291* „ quod Fratres dicti Ordinis (Prædicatorum) ab eorum Superioribus tamen approbati, in eorum Eccleſiis quando eis placuerit, etiam quod in Cathedrali Eccleſia, non tamen ab Epiſcopo, prædicetur, libere, & licite abſque aliquo impedimento, ſive etiam ipſius Epiſcopi contradictione, & abſque eo quod coram dicto Epiſcopo ſe non præſentaverint, nec eidem licentiam muneris prædicationis hujuſmodi exhibuerint, & ab eodem Epiſcopo, benedictionem, ut præfertur, non obtinuerint, prædicare, & munus prædicationis hujuſmodi exequi.

XVI. Nonnulla ex privilegiis mox laudatis referens *Paſſerinus* Tom. II de Statibus Quæſt. CLXXXVII Articulo I Num. 1022 &c. meminit id genus Privilegiorum, quæ ceteris Religioſorum Familiis conceſſa ſunt.

XVII. Huc etiam ſpectant Benedicti XIII Conſtitutiones LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom. VI pag. 620 §. 29, & 301 ac CVII, data 28 Septembris 1728 = Magiſter, ac Procurator = Tom. VI pag. 671, Dubio Quarto. Verum, quia, ut ſæpius notatum fuit, Conſtitutiones iſtæ ad juris terminos reductæ fuerunt, hinc operæ pretium eſt, nonnullas alias Apoſtolicæ Sedis referre Conſtitutiones, quæ ante Benedictum XIII prodiere.

XVIII. Varia Decreta, quæ materiam quam tractamus ſpectant, habentur Tomo VII pag. 242 : 275 Num. XVI : 277 Num. XLIX : 280, & 281.

XIX. De controverſiis, ac litibus circa Confeſſiones excipiendas, & Sacras Conciones habendas, ortis inter Epiſcopum Giennenſem, & Regulares, legendum Urbani VIII Breve apud *Paſſerinum* loco laudato Num. 147 &c. Innocentii vero X Conſtitutio = Cum ſicut = die 14 Maii 1648 data, occaſione litis, in Indiis Occidentalibus ortæ inter Epiſcopum Angelopolitanum, & Patres Jeſuitas, legitur apud eundem Auctorem ibidem Num. 157 &c.

XX. De Sacris Concionibus a Regularibus habendis quædam inſuper præſcribit Gregorii XV Conſtitutio XIII = Inſcrutabili = Tom. VI pag. 17. Conſulendæ etiam Urbani VIII Conſt. XV = Alias a felicis = Tom. VI pag. 33, & Conſt. CLVIII = Alias a felicis = Tom. VII pag. 455. Quibus omnibus, brevitatis ergo, prætermiſſis:

XXI. Notandum Primo, quod de Prædicatorum Verbi Dei munere, examine, & approbatione, Leo X legem tulit in Concilio Lateranenſi. Inter ejuſdem Leonis Conſtitutiones, quæ reperiuntur in hoc Bullario eſt XLIX. Legitur *Tom. IV pag. 335*. Hujus tenoris eſt: „ Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio. Supernæ majeſtatis præſidio, per cujus ineffabilem providentiam cæleſtia ſimul, & terrena diriguntur, ſuper gregem Dominicum Nobis commiſſum, ſpeculatoris officium, quantum imbecillitati noſtræ conceditur, exercentes, totaque mente nobiſcum ipſi revolventes inter alia complura, & magna ad Nos pertinere, ut munus prædicationis, quod in Eccleſia Dei præcipuum, & perneceſſarium, magnique fructus, atque utilitatis eſt, dummodo recte, & ex ſincera caritate erga Deum, & proximum, præceptiſque, & exemplis Sanctorum Patrum, qui hæc profitentes cum fidei fundatione, & propagatione plurimum Eccleſiæ contulerunt, exerceatur. Quippe quod Redemptor noſter primus fecit, & docuit, & ejus præcepto, & imitatione duodenus ille Apoſtolorum numerus, quaſi totidem cæli, Dei veri gloriam enarrantes, per orbem Terrarum univerſum genus humanum, quod ſub peccati jugo vetuſta ſervitute continebatur, ſenſim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuæ ſalutis lucem excitantes, verbum ipſum in omnem terram, & fines orbis terræ, tum ipſi prius, tum deinde ſui ſucceſſores longe, lateque propagaverunt, altiſſimeque fundarunt, ut qui nunc tantum ſubeunt onus, meminiſſe debeant, creberrimeque ſecum revolvere, præter auctoris ipſius, ac fundatoris Jeſu Chriſti pientiſſimi Redemptoris, Petri etiam, & Pauli, ceterorumque Apoſtolorum, & Domini Diſcipulorum, ſe vices, quoad hoc officium, ſubire, ac ſuſtinere. Sane fide dignorum relatione percepimus, quod nonnulli Prædicatores noſtris temporibus, quod dolentes referimus, non attendentes, ſe eorum, quos diximus, & inſuper Sanctorum Eccleſiæ Doctorum, aliorumque Sacram Theologiam profitentium, qui aſſiſtendo jugiter Chriſtianis, ac ſe falſis prophetis rectam fidem ſubvertere annitentibus opponentes, Eccleſiam militantem illæſam prius, per ſe talem eam eſſe manifeſtarunt, officium exercere, & nonniſi utilia concurrenti eorum ſermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique ſalutem fidelium, meditanda, & perficienda debere aſſumere, multa tamen, & varia contra inſtitutiones, & exempla, quæ diximus, quandoque etiam ſcandaloſa, populis prædicare, quod mentem certe noſtram mirum in modum commovit, dum nobiſcum ipſi mente volvimus, quod illi officii immemores ſui, in ſuis ſermonibus, non ad utilitatem audientium, ſed ad ſuam potius oſtentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc jam deveniſſe apparent, ut verificetur dictum Apoſtoli, ad Timotheum ita ſcribentis: Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi Magiſtros, prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur, quorum falſas, & inanes mentes prædicantes ipſi præfati, non modo in rectam, veramque viam reducere minime ſtudent, ſed illas majoribus etiam erroribus implicant, dum ſine ulla Canonum atteſtatione, vel reverentia, immo contra ipſas canonicas ſanctiones, Sacræ Scripturæ ſenſum multifariam pervertentes, temereque, ac perperam, plerumque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroreſque, ac minas, multaque mala propediem affutura, jamque ingruentia, nulla prorſus legitima ratione muniti, ſed ſuo duntaxat

„ ſenſui

„ ſenſui obſequentes, comminantur, repræſentant, adeſſeque aſſeverant, plerumque etiam vana quædam, & inania, & alia hujuſmodi populis ingerere, & quod enormius eſt, ab æternitatis lumine, & S. Spiritus admonitione, aut infuſione, illa ſe habere aſſerere, audent. Cumque hi ſub confictorum miraculorum mendaciis, varios errores, fraudeſque diſſeminant, denique populos, quos in Evangelica Doctrina ſedulo inſtruere, & in vera fide retinere, & conſervare deberent, ſermones ſuos a ſenſu, & præceptis Venerabilis Eccleſiæ retrahentes, a ſacriſque Conſtitutionibus, quas maxime ſequi deberent, deviantes, auditores ſuos amovent, ac longe faciunt a ſalute. Per hæc namque, & alia hujuſmodi ſimpliciores homines, ut ad deceptionem procliviores, a via ſalutis, & obedientia Romanæ Eccleſiæ deviantes, in errores varios perfacile inducuntur. Propterea Gregorius hujus muneris peritiſſimus, & fervore caritatis incenſus, Prædicatores vehementer hortatur, & monet, ut dicturi ad populum prudentes, cautique accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus, quaſi jaculis audientium corda configant, & cum ſapientes fortaſſe videri deſiderant, decepti, ſperatæ virtutis compagem inſipienter diſcindant. Sæpe namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda levigantur. Et ſane in nullo alio rudem ii plebem majori damno, ſcandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda prædicant, vel falſa, & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic Sacræ religioni divinitus inſtitutæ, ut nova, & aliena, omnino contraria eſſe noſcuntur, gravi certe, accuratoque ſunt examine digna, ne ſcandalum populo Chriſtiano, & ſuorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur Sanctæ Dei Eccleſiæ, cui, diſponente Domino, præſidemus, quæ quidem una eſt, & unum Deum prædicat, colit, ac unam fidem firmiter, & ſincere confitetur, juxta illud Prophetæ vaticinium, qui habitare facit unius moris in domo, uniformitatem, quantum cum Deo poſſumus, poſthabitam reducere, & retentam conſervare, quique populo Verbum Dei prædicantes, tales eſſe cupientes, ut eorum prædicatione, Dei Eccleſia nullum ſcandalum patiatur, & ſi qui corrigibiles ſunt, ab his, quæ proximis, noſtriſque temporibus præſumpſerunt, cum nonnullos eorum, præter illa, quæ diximus, prædicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Evangelium, ut deberent, explanantes, ſed conficta miracula, & nova, ac falſa vaticinia, aliaque levia, & ab anilibus fabulis parum diſtantia, magnumque ſcandalum parientia, nulla devotionis, & auctoritatis, ejuſque improbantis, ac repellentis hæc, habita ratione, vaſtis clamoribus imprimere, ac ſuadere ubique conantes, & ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & aliis Eccleſiæ Prælatis parcentes, quibus potius honorem, & reverentiam exhibere deberent, ſed in eorum perſonas, ac ſtatum audaciter, ac temere invehi conſueviſſe, & alia hujuſmodi commiſiſſe conſtat, in futurum abſtineant, ut tam periculoſum, contagioſumque malum, ac mortifera peſtis radicitus evellatur, & areſactum ita penitus deleatur, ut nec memoria ejus remaneat, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, ut nullus tam Clericus ſecularis, quam cujuſcunque, etiam Mendicantium, Ordinis Regularis, aut quivis alius, ad quem facultas prædicandi tam de jure, quam de conſuetudine, vel privilegio, aut alias pertinet, ad hujuſmodi officium exercendum, admittatur, niſi prius per Superiorem ſuum reſpective diligenter examinatus, in qua re conſcientiam ipſius ſuperioris oneramus, ac morum honeſtate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate, ad illud aptus, & idoneus reperiatur, & hic, quocunque poſtea prædicaturus acceſſerit, de hujuſmodi examine, & idoneitate ſua per literas authenticas, ſeu alias ſui examinatoris, approbatoriſque, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis fidem legitime faciat. Mandantes omnibus, qui hoc onus ſuſtinent, quique in futurum ſuſtinebunt, ut Evangelium, veritatem, & Sanctam Scripturam juxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Eccleſia, vel uſus diuturnus approbavit, legendoſque hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quidquam ejus proprio ſenſui contrarium, aut diſſonum adjiciant, ſed illis ſemper inſiſtant, quæ ab ipſius Sacræ Scripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus rite, & ſane intellectis, non diſcordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichriſti adventum, aut certum diem Judicii prædicare, vel aſſerere nequaquam præſumant, cum veritas dicat: Non eſſe veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: ipſoſque, qui hactenus ſimilia aſſerere auſi ſunt, mentitos, ac eorum cauſa reliquorum, etiam recte prædicantium, auctoritati non modicum detractum fuiſſe, conſtet. Inhibentes omnibus, & ſingulis Clericis ſecularibus, vel regularibus præfatis, ceteriſque cujuſcunque ſtatus, gradus, & Ordinis exiſtant, qui hoc onus aſſument, ne de cetero in ſermonibus ſuis publicis, alia quæque futura ex literis ſacris conſtanter prædicere, nec illa a Spiritu Sancto, vel divina revelatione ſe habuiſſe, affirmare, & alienas, inaneſque divinationes aſſeverando, aut alio quocunque modo tractando, aſſumant, ſed ex divinæ vocis præcepto Evangelium omni Creaturæ, cum vitiorum deteſtatione, & virtutum commendatione enuncient, & declarent, & pacem, ac dilectionem mutuam a Redemptore noſtro tantopere commendatam, ubique foventes, non ſcindant veſtem inconſutilem Chriſti. ſed ab Epiſcoporum, & Prælatorum, ac aliorum Superiorum, eorumque ſtatus ſcandoloſa detractione, quos coram vulgo, & laicis non modo incaute, ſed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis male geſtorum expreſſis quandoque nominibus aperta, & manifeſta redargutione abſtineant. Denique Conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V, quæ incipit: Religioſi: quam, tenore præſentium, innovamus, & approbamus, inviolabiliter ab eis obſervari debere, decernimus, ut hac ratione ad utilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab illo acceperant, ſuperlucrari, & ejuſdem gratiam, & gloriam conſequi mereantur. Ceterum ſi quibuſdam eorum Dominus futura quædam in Dei Eccleſia inſpiratione quadam revelaverit, ut per Amos Prophetam ipſe promittit, & Paulus Apoſtolus Prædicatorum Princeps, ſpiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere, hos aliorum fabuloſorum, & mendacium gregi connumerari vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipſius gratia ſpiritus, Ambroſio teſte, ſi

„ inci-

incipientibus loqui fervor contradictione ſopitur, & tunc Spiritui Sancto injuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti eſt, eo quod non de facili credendum ſit omni ſpiritui, ſed ſint probandi ſpiritus, teſte Apoſtolo, an ex Deo proveniant, volumus, ut lege ordinaria tales aſſertæ inſpirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apoſtolicæ Sedis examini reſervatæ intelligantur. Quod ſi ſine moræ periculo id fieri non valeret, aut urgens neceſſitas aliud ſuaderet, tunc, eodem ordine ſervato, Ordinario loci notificentur, ut illi, adhibitis ſecum tribus, aut quatuor doctis, & gravibus viris, & hujuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, licentiam concedere poſſint. Si quis autem contra præmiſſorum aliquod committere quidquam auſi fuerint, ultra pœnas contra tales a jure ſtatutas, excommunicationis etiam ſententiam, a qua nonniſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, eos incurrere volumus. Et ut eorum exemplo alii attentare ſimilia minime audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum eſſe perpetuo decernimus. Non obſtantibus ordinationibus, ac privilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, & perſonis præfatis, etiam in mari magno comprehenſis, ac etiam a Nobis forſan approbatis, innovatis, vel etiam de novo conceſſis, quæ quoad hoc, nolumus eis in aliquo ſuffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, innovationis, approbationis; decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare &c. Datum Romæ in publica Seſſione, in Lateranen. Sacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Decimo Sexto, Quarto Decimo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

XXII. Notandum Secundo, quod S. Tridentina Synodus Seſs. V Cap. II de Reformatione edidit Decretum quod ſequitur: ,, Regulares vero cujuſcunque Ordinis, niſi a ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint; Cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant. In Eccleſiis vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint: ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant ,,. Et in Seſs. XXIV Cap. IV de Reformatione: ,, Nullus autem, inquit, Secularis ſive Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat.

XXIII. Notandum Tertio, quod Clemens X Conſt. II, data 21 Junii 1670 = Superna = Tom. VI pag. 262, quæ ſequuntur circa Prædicationem præſcripſit: ,, Cum Sacri Concilii Tridentini Decretis provide ſtatutum fuerit, ut Regulares cujuſcunque Ordinis, niſi a ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant: In Eccleſiis vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam, gratis ab eo dandam, habere teneantur: Sine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint: Atque ut nullus Secularis, ſive Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat....... de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, & prudentia præſtantium, & matura deliberatione noſtra, atque ex certa ſcientia, hac generali, & perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, ac declaramus: Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano Benedictionem petere. Prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quod ſi Epiſcopus benedictionem nedum non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Eccleſiis licere Regularibus prædicare: Eoſque contravenientes ab illo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, cenſuris, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis in vim Conſtitutionis felicis recordationis Gregorii XV Prædeceſſoris noſtri, incipien. = Inſcrutabili Dei providentia = coerceri, & puniri poſſe: Epiſcopum tamen abſque juſta, & rationabili cauſa contradicere non debere. Et hujuſmodi Benedictionem teneri etiam Regulares petere, ſi in quibuſcunque Oratoriis ſui Ordinis ſermonem coram Populo, vel in Eccleſiis, aut ad crates Monaſteriorum Sanctimonialium, eorum juriſdictioni ſubjectarum, licet clauſis januis, & nullus Secularis ibi interſit, habere voluerint. Poſſe autem Epiſcopum licentiam conceſſurum Regularibus in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab univerſitatibus, aut a Magiſtratibus Laicis nominatos, etiamſi Epiſcopi Anteceſſores per tempus immemorabile hanc licentiam abſque examine concedere conſueverint, quoad doctrinam examinare, ſi ita ipſius arbitrio, quod moderatum, & diſcretum eſſe debet, viſum fuerit: Et licentiam prædicandi ſemel iiſdem conceſſam, ob rationabiles cauſas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, ſuſpendere. Non poſſe tamen Epiſcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicent ,,. Hæc Clemens X, ex quibus habes quomodo intelligenda ſint antiqua Privilegia ſupra relata. Varias ea de re quæſtiones ſolvit *Paſſerinus* Tom. II de Statibus Quæſt. CLXXXVII Art. I a Num. 1033 ad 1102. Conſulendæ Admonitiones I, II, III, IV, & XIII, Capituli Generalis Romæ 1694.

QUÆSTIO VII.

Fratres Prædicatores ſuntne deſtinati Confeſſionibus excipiendis?

SUMMARIUM.

I. Deſtinatos eſſe, liquet ex Honorio III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Gregorium IX:

III. Innocentium IV:

IV. Alexandrum IV, Conſtitutione = *Non ſine* =

V. Eundem, Conſtitutione = *Nulla dubietas* =

VI. Eundem, Conſtitutione = *Vehementer* =

VII. Eundem, Conſtitutione = *Cum olim* =

VIII. Eun-

VIII. Eundem, Conſtitutione = *Plantatus* =

IX. Clementem IV:

X. Martinum IV, Conſtitutione = *Ad fructus* =

XI. Eundem, Conſtitutione = *Exhibita Nobis* =

XII. Honorium IV, & Nicolaum IV:

XIII. Bonifatium VIII:

XIV. B. Benedictum XI:

XV. Clementem V:

XVI. Johannem XXII, Conſtitutione = *Vas electionis* =

XVII. Eundem, Conſtitutione = *Dudum* =

XVIII. Bonifatium IX:

XIX. Alexandrum V:

XX. Martinum V:

XXI. Eugenium IV, Conſtitutione = *Rationi* =

XXII. Eundem, Conſtitutione = *Exhibita* =

XXIII. Eundem, Conſtitutione = *Gregis* =

XXIV. Nicolaum V, Conſtitutione = *Proviſionis* =

XXV. Eundem, Conſtitntione = *Dudum* =

XXVI. Cal ſtum III, Conſtitutione = *Ad ea* =

XXVII. Eundem, Conſtitutione = *Illius* =

XXVIII. Sixtum IV, Conſtitutione = *Regimini* =

XXIX. Eundem, Conſtitutione = *Sedis Apoſtolicæ* =

XXX. Alexandrum VI:

XXXI. Julium II, Conſtitutione = *Dudum* =

XXXII. Eundem, Conſtitutione = *Admonet* =

XXXIII. Leonem X, Conſtitutione = *Dum intra* =

XXXIV. Eundem, Conſtitutione = *Exponi Nobis* =

XXXV. S. Pium V, Conſtitutione = *Etſi Mendicantium* =

XXXVI. Eundem, Conſtitutione = *Romani Pontificis* =

XXXVII. Sixtum V:

XXXVIII. Clementem VIII:

XXXIX. Qui etiam cavet, ne Regulares abſolvant a caſibus in Bulla Cœnæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis, vel aliis quos Ordinarii locorum ſibi reſervant.

XL. Gregorium XV, qui circa Confeſſiones a Regularibus excipiendas quædam decernit.

XLI. Ne Regulares, ab Ordinario non approbati, Secularinm Confeſſiones excipiant, cavet Urbanus VIII.

XLII. Regulares a Confeſſionibns excipiendis ſuſpendendi ratio locorum Ordinariis præſcribitur S. Congregationis Decreto.

XLIII. Ne autem omnibus Fratribus nnius Conventus adimatur facnltas Confeſſiones excipiendi, cautum eſt.

XLIV. Confeſſiones vero excipiendæ ſunt in Eccleſia.

XLV. Quod tamen de Confeſſionibns ægrotantium non eſt intelligendum.

XLVI. Quid a Dominica Palmarnm uſque ad Dominicam in Albis circa Confeſſiones audiendas, & Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrandum ſervandum ſit, præſcribit Innocentius X.

XLVII. De variis Conſtitutionibns Apoſtolicis mox laudatis meminit Benedictus XIII.

XLVIII. Clemens vero X Regularium privilegia, quæ Confeſſiones ſpectant, declaravit.

XLIX. Et ex hac Declaratione habetur qnomodo ſint intelligenda Privilegia ſuperius relata.

L. Circa Confeſſiones a Regularibus excipiendas, Alexander VIII duas Propoſitiones damnavit.

I. Fratres Prædicatores eſſe deſtinatos Confeſſionibus excipiendis, liquet *Honorii III Conſt.XX* = Cum qui = *Tom.I pag.12*. Ibi ſiquidem Summus Pontifex univerſos Eccleſiæ Prælatos alloquens ait: „ Dilectos filios Prædicatores, qui paupertatem, & „ regularem vitam profeſſi, Verbi Dei ſunt Evange- „ lizationi totaliter deputati, vobis duximus propen- „ ſius commendandos; Univerſitatem veſtram rogan- „ tes, & hortantes attentius, ac per Apoſtolica vo- „ bis ſcripta mandantes, quatenus, cum ad partes „ veſtras acceſſerint ad prædicandi officium, ad quod „ deputati ſunt, caritative recipiatis eoſdem, & po- „ pulos vobis commiſſos, ut ex ore ipſorum Verbi „ Dei ſemen devote ſuſcipiant, ſedulo admonentes, „ pro divina, & noſtra reverentia in ſuis eis neceſſi- „ tatibus liberaliter aſſiſtatis, benigne permittentes „ Presbyteris eorundem, cum expedierit, pœniten- „ tium Confeſſiones audire, & conſilium eis injun- „ gere ſalutare, cum iidem Fratres animarum inten- „ dentes profectibus, diſcretos, & cautos dirigant „ Sacerdotes, per quos ſalutare poteſt conſilium præ- „ beri, & remedium adhiberi: & propter occaſiones „ multiplices partiri expediat interdum in alios ſolici- „ tudinem paſtoralem.

II. „ Olomucenſi Epiſcopo, ceteriſque Prælatis „ Olomucen. ſcribens *Gregorius IX Conſt.I* = Quoniam = *Tom.I pag.18* de Confeſſionibus excipiendis, hæc ait: „ Per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, „ quatenus dilectos filios Fratres Prædicatores pro „ reverentia Divina ad officium prædicandi, ad quod „ deputati ſunt, recipiatis benigne, ac Populos vobis „ commiſſos, ut ex ore ipſorum verbi Dei ſemen „ devote ſuſcipiant, & confiteantnr eiſdem, cum au- „ ctoritate noſtra liceat confeſſiones audire, ac pœ- „ nitentias injungere „. Eadem ſcribit univerſis Eccleſiarum Prælatis *Conſt.III* = Quoniam = *Tom.I pag.19*, Hinc facultas ubique Confeſſiones excipiendi fuit conceſſa Fratri *Jordano* Conſtitutione IV *Gregorii IX* = Deſcendentes = *Tom.I pag.19*.

III. Omnibus Eccleſiarum Prælatis ſcribens *Innocentius IV Conſt.LVII* = Quoniam = *Tom.I pag.137*: „ Nec impediatis, inquit, quominus „ illis, qui ad „ eorum prædicationem acceſſerint, tunc eorum „ Sacerdotibus valeant confiteri, quatenus ad præ- „ dicta ſuſcipienda veſtris exhortationibus Populi „ præparati, tanquam bona, ac fructifera terra, pro „ vitiorum tribulis incipiant ſegetem germinare vir- „ tutum, & dicti Fratres per cooperationem veſtram „ ſuſcepti Miniſterii curſum felicius conſummando, „ optatum reportent ſui laboris fructum, & finem, „ ſalutem videlicet Animarum.

IV. Hic obiter notandum, ab *Alexandro IV* damnatum fuiſſe Tractatum cui titulus: *De periculis noviſſimorum temporum*: Ex propoſitionibus autem damnatis in hoc Tractatu legebatur iſta: quod ſcilicet Fratres Prædicatores, & Minores „ De licentia, vel „ commiſſione Romani Pontificis, ſeu Diœceſano- „ rum Epiſcoporum Prædicationis exercere officium, „ & Confeſſiones audire libere non valebant, tan- „ quam per hoc Sacerdotibus Parochialibus præjudi- „ cium inferrent „. Id autem oppido falſum eſſe docet *Alexander IV* Conſt.CXXIV, CXXV, & CXXVI = Non ſine = *Tom.I pag.320*, & 321 dicens quod Fratres Prædicatores, & Minores „ de licentia & „ commiſſione, vel conceſſione, Romani Pontificis, „ ſeu Legatorum ejus, vel Ordinariorum locorum „ licite poſſint prædicare populis, & Confeſſiones „ audire, ac pœnitentias injungere ſalutares „. De prædicti Tractatus damnatione legendæ inſuper *Alexandri IV*

xandri IV Conſtitutiones CXXII == Romanus Pon-
tifex == Tom.I pag.317: CXXIII == Veri ſolis ==
Tom.I pag.319: CXXVII == Quidam Scripturæ ==
Tom.I pag.321: CXXVIII == Pariſius == Tom.I
pag.322: CXXX == Licet nos == Tom.I pag.324.
CLI == Quidam Scripturæ == Tom.I pag.333: CLII
== Non ſine == Tom.I pag.334.

V. Moleſtias inter Fratribus Prædicatoribus exhi-
bitas ab Arelaten. Archiepiſcopo iſtam recenſet, &
damnat *Alexander IV Conſt.CLXIII* == Nulla dubie-
tas == *Tom.I pag.341* „ impedit quod prædicandi, &
„ confeſſiones audiendi non exerceant indultam eis
„ a Sede Apoſtolica facultatem.

Idem videre eſt *Conſt.CLXIV*. Ibidem.

VI. Epiſcopo Peruſino ſcribens *Alexander IV
Conſtit.CCIX Tom.I pag.363* „ Vehementer, inquit,
„ mirari cogimur, & moveri, quod tu de novo,
„ auctoritate propria, inter quædam alia temere
„ ſtatuiſti, ut nullus de Civitate, ac Diœceſi Peru-
„ ſina pœnitentiam recipiat ab alio, quam a Sacerdo-
„ te proprio, niſi de ipſius ſpeciali licentia, & man-
„ dato; quod ſi aliquis ſecus fecerit denegentur ei
„ Sacramenta Eccleſiaſtica, & etiam ſepultura. Qui-
„ libet vero Parochialis Presbyter diſpoſitiones ul-
„ timarum voluntatum Parochianorum ſuorum, &
„ eorum legata in ſubſidium pauperum, ac alios pios
„ uſus relicta diligenter inquirat, & ſcire procuret;
„ & ſi teſtator, vel ſui conſanguinei hæc nolint pan-
„ dere proprio Sacerdoti, nec ipſe, nec etiam aliqui
„ alii Clerici ſepulturæ illius, ſi deceſſerit, debeant
„ intereſſe. Cum autem ſtatuta hujuſmodi ea cauſis
„ legitimis reputemus iniqua, & contraria canonicis
„ inſtitutis, ac redundantia in periculum animarum,
„ & ſpecialiter contra dilectos filios Fratres Prædi-
„ catorum, & Minorum Ordinum edita videantur,
„ quos deberes ſincera proſequi in Domino caritate,
„ Fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta, in vir-
„ tute obedientiæ, firmiter præcipiendo mandamus,
„ quatenus ſtatuta ipſa infra octo dies a receptione
„ præſentium, vocatis, & præſentibus omnibus Re-
„ ligioſis, & Secularibus Clericis ejuſdem Civitatis
„ publice, & ſine fictione aliqua ſtudeas revocare.

VII. Magiſtro Generali, & Fratribus Ordinis
Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſt.CCXXVI
Tom.I pag.369* „ Cum olim, inquit, quidam temere
„ ſentientes, & ad ſobrietatem ſapere neſcientes,
„ impudenter aſſererent, quod de licentia, vel com-
„ miſſione Diœceſanorum Epiſcoporum libere non
„ poteratis Prædicationis exercere officium, & Con-
„ feſſiones audire, ſine Sacerdotum Parochialium li-
„ centia, & aſſenſu; Nos ad tollendam, & confutan-
„ dam aſſertionem hujuſmodi, & dilucidandam in
„ talibus veritatem, dudum in quibuſdam literis no-
„ ſtris determinando expreſſimus, quod vos de licen-
„ tia, vel commiſſione, aut conceſſione Legatorum
„ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinariorum locorum, li-
„ bere poſſitis prædicare populis, audire confeſſiones,
„ & abſolvere confitentes, ac pœnitentias injungere
„ ſalutares, aliorum inferiorum Prælatorum, & Re-
„ ctorum Eccleſiarum, ac Sacerdotum Parochialium
„ aſſenſu minime requiſito. Volentes igitur hujuſmo-
„ di noſtram determinationem irrefragabiliter obſer-
„ vari, auctoritate præſentium, diſtrictius inhibe-
„ mus, ne quiſquam ſuper his, vel eorum aliquo,
„ vos, vel aliquem veſtrum, aut etiam confitentes vo-
„ bis contra præmiſſæ determinationis formam ali-
„ quatenus moleſtare præſumat; decernentes nihilo-
„ minus irritum, & inane quicquid a quoquam contra
„ inhibitionem hujuſmodi contigerit attentari.

VIII. Alemanniæ, Bohemiæ, Moraviæ, & Poloniæ
Prælatis univerſis ſcribens *Alexander IV Conſt.CCXCVI*
== Plantatus == *Tom.I pag.405*: „ Quidam, inquit,
„ ex vobis Fratribus Prædicatoribus, ne in veſtris
„ Civitatibus, & Diœceſibus officium Prædicationis
„ exerceant, & confeſſiones fidelium audiant, pro
„ ſuæ interdicunt arbitrio voluntatis. Verum quia
„ ex debito Paſtoralis officii vobis commiſſi, tenemi-
„ ni perſonas religioſas diligere, ac eis favorem be-
„ nevolum impertiri, præſertim in his in quibus ſalus
„ animæ procuratur, diſcretionem veſtram mone-
„ mus, rogamus, & hortamur attente, per Apoſtoli-
„ ca vobis ſcripta mandantes, quatenus prædictos
„ Fratres verbum Dei proponere, ac fidelium con-
„ feſſiones in præfatis Civitatibus, & Diœceſibus li-
„ bere audire permittatis, ita quod lucrum impediri
„ nequaquam valeat animarum, voſque divinam
„ exinde gratiam uberius habere poſſitis.

IX. „ Quidam, inquit *Clemens IV* ſcribens Fratri-
bus Ordinis Prædicatorum *Conſt.XIV Tom.I pag.455*
„ temere ſentientes, & ad ſobrietatem ſapere neſcien-
„ tes, imprudenter præſumunt aſſerere, quod de li-
„ centia, vel commiſſione, aut conceſſione Romani
„ Pontificis, ſeu Legatorum Apoſtolicæ Sedis, vel
„ Ordinariorum locorum, vos, ſine Sacerdotum Pa-
„ rochialium licentia, & aſſenſu, non poteſtis libere
„ prædicare populis, audire confeſſiones, & abſol-
„ vere pœnitentes, ac pœnitentias injungere ſalutares.
„ Nos ergo volentes aſſertionem tam temerariam pe-
„ nitus confutare, & elucidare in talibus veritatem,
„ deliberatione provida, declaramus, quod ſi vobis
„ detur licentia, committatur, ſeu concedatur a
„ Legatis prædictæ Sedis, aut Ordinariis Locorum,
„ nedum a Romano Pontifice, de quo procul dubio
„ eſſet erroneum dubitare, an in omnes ſine alicujus
„ conſenſu, immo etiam invitis quibuslibet, hujuſmo-
„ di poſſit concedere poteſtatem, populis, Legatis,
„ & Ordinariis ſubjectis eiſdem, libere prædicare
„ poteſtis, audire confeſſiones, & abſolvere vobis
„ confitentes, ac pœnitentias vobis confitentibus in-
„ jungere ſalutares, aliorum inferiorum Prælatorum,
„ & Rectorum Eccleſiarum Sacerdotum Parochialium
„ aſſenſu nullatenus requiſito, illis caſibus exceptis,
„ qui de jure, conſuetudine, ſeu retentione, ab eis
„ ſpecialiter facta, Sedi, Legatis, & Ordinariis præ-
„ dictis, ſpecialiter relinquuntur, ad quos non licet
„ vos manus extendere, niſi vobis ſpecialiter com-
„ mittantur: ideoque, auctoritate Apoſtolica, diſtri-
„ ctius inhibemus, ne quiſquam ſuper his, vel eorum
„ aliquo, vos, vel aliquem veſtrum, aut etiam con-
„ fitentes vobis, vel ad prædicationes veſtras forſi-
„ tan accedentes, contra præmiſſæ declarationis for-
„ mam, aliquatenus moleſtare præſumat.

X. Generalem Magiſtrum, & Provinciales Ordi-
nis Fratrum Prædicatorum alloquens *Martinus IV
Conſt.II Tom.II pag.1*: „ Ad fructus, inquit, uberes,
„ quos in agro Dominico, prædicando verbo pariter,
„ & exemplo, confeſſiones audiendo, & per alia
„ virtutum exercitia, ſacer Ordo veſter, & homines
„ ipſius Ordinis profeſſores produxerunt hactenus,
„ & in futurum ſperantur, Deo auſpice, producturi
„ attentæ conſiderationis aciem convertentes, ut
„ Fratres ejuſdem Ordinis, Prædicationis, & audien-
„ di confeſſiones officia, eo liberius, & efficacius,
„ exequi valeant, quo certius de ipſorum circa ea-
„ dem auctoritate conſtabit, tibi, fili Magiſter, per
„ te, vobis vero Provincialibus Prioribus, cum Deffi-
„ nitoribus, in Provincialibus veſtris Capitulis con-
„ gregatis, committendi, auctoritate Apoſtolica,
„ Fra-

„ Fratribus ejuſdem Ordinis in ſacræ pagina eruditis, examinatis, & approbatis a vobis, prædicationis officium, audiendi vero Confeſſiones, abſolvendi confitentes, & injungendi eiſdem pœnitentias ſalutares, etiam Fratribus, alias idoneis: concedendi eiſdem quoque ſæpefati Ordinis Fratribus, quibus dicta officia per vos taliter commiſſa, ſive conceſſa fuerint, quod eadem libere valeant exercere, plenam damus, & concedimus, auctoritate præſentium, facultatem, diſtricte inhibentes, ne quis Fratres ipſius Ordinis, quibus dicta officia taliter concedenda duxeritis, ut præmittitur, ſeu etiam committenda, in exercitio, & executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire.

XI. Fratres Prædicatores, & Minores, ſine Plebani licentia Conciones habere, & Confeſſiones excipere, non poſſe, contendentes increpans *Martinus IV Conſt.III* = Exhibita Nobis = *Tom.II pag.*2 Epiſcopum *Patavienſem* ſic alloquitur: „ Cum itaque prædicta in noſtram, & ejuſdem Sedis, a qua eorundem Ordinum Fratribus poteſtas hujuſmodi prædicandi, Confeſſiones audiendi, & ſibi confitentes abſolvendi, dignoſcitur eſſe conceſſa, injuriam, & contemptum, ac eorundem Prioris, & Guardiani, & Conventuum, non modicum præjudicium, & gravamen redundare noſcantur, nec intendamus, ſicuti nec debemus, talia æquanimiter ſuſtinere, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Plebanum, & Vicarios ſupradictos, ut præmiſſa, ſublato cujuslibet difficultatis, & dilationis obſtaculo, revocent, dictoſque Fratres circa prædicationes, & confeſſiones hujuſmodi ſuum officium exequi libere patiantur, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas; ſic te in hac parte ſolicite habiturus, ut poſſit exinde tua devotio non immerito commendari; Alioquin Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Olomucen. damus noſtris literis in præceptis, ut mandatum in hac parte Apoſtolicum exequatur; contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Idem ſancitum ab eodem *Martino IV Conſtit.IV* = Exhibita Nobis = *Tom.II pag.*3.

XII. Huc etiam ſpectant *Honorii IV Conſtitutio III* = Moleſte ferimus = *Tom.II pag.*7 in Epiſcopum *Zamorenſem* data.

Et *Nicolai IV Conſtitutio XIII* = Si ad illum = *Tom.II pag.*25, qua *Cenomanenſes* increpat.

XIII. „ Ceterum, inquit *Bonifatius VIII Conſtit.XXXIX* = Inter dilectos = *Tom.II pag.*71 „ illi Fratres, qui ad audiendas Confeſſiones, & miniſtrandum Pœnitentiæ Sacramentum ſunt aſſumpti, vel aſſumentur in poſterum, ſecundum tenorem Conſtitutionis ejuſdem, Confeſſiones non audiant, nec imponant Pœnitentias in Monaſteriis, vel Eccleſiis aliorum, ſine licentia Clericorum, vel Perſonarum ipſarum. In Eccleſiis tamen, Cœmeteriis, ſeu locis ſuis, vel quæ inhabitant, & in quibuſcumque aliis locis, poſſint hujuſmodi Confeſſiones audire, & imponere pœnitentias ſalutares. Nomina autem Fratrum aſſumptorum, vel aſſumendorum ad Confeſſiones audiendas, & Pœnitentias imponendas, in Civitate Romana, aſſignari volumus Vicario noſtro, qui eſt, vel erit pro tempore, vel alteri, cui hoc duxerimus committendum, & fieri inde per Vicarium ipſum copiam Rectoribus dictæ Fraternitatis, ut Rectores, Clerus, & Parochiales Presbyteri cognoſcant, qui ſunt illi Fratres, quibus licet Confeſſiones audire, & Pœnitentias imponere ſalutares.

XIV. „ Sed quia, inquit *B. Benedictus XI Conſtit.XVI* = Inter cunctas = *Tom.II pag.*88 „ multoties propoſitum verbum Dei audientem a peccando non retrahit, idcirco poſt peccatum neceſſarium eſt Pœnitentiæ Sacramentum, circa quod, niſi articulus neceſſitatis occurrat, oris Sacerdoti facienda Confeſſio, prout ſcriptum eſt: corde ad juſtitiam creditur, ore autem fit Confeſſio ad ſalutem, exigitur; alias fruſtra eſſet in Sacramento eodem Sacerdotis, qui inter lepram, & lepram debet diſcernere, miniſterium inſtitutum. Electi igitur ab eiſdem Fratribus ad audiendum Confeſſiones, & Pœnitentias injungendas, libere auctoritate Apoſtolica, abſque licentia Diœceſanorum, vel aliorum Prælatorum inferiorum, exemptorum, & non exemptorum, quibus ſubſunt, qui ad confitendum accedunt, audiant, eis peccata ſua confiteri volentes, non Religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum Ordinum, propriis Prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur aliis, prohibentur, abſolvant, ipſiſque Pœnitentias ſalutares injungant, infra ſibi deſignatos terminos ad hujuſmodi exercendum officium conſtitutos. Excommunicationes vero, vel alias ſententias per Prælatos latas contra hoc, vel in ejus fraudes, denunciamus irritas, & inanes. Nec confeſſi ipſis Fratribus peccata illa, de quibus confeſſi ſunt eis, & abſoluti, Pœnitentes, de illis, Sacerdotibus propriis teneantur, ſicut & non tenentur, iterum confiteri. Non obſtante Conſtitutione Generalis Concilii, quæ ſano intellectu, ne ſequatur abſurdum, quod per Pœnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat, & quod liberatus debitor, adhuc ad ſolvendum remaneat obligatus, intelligenda eſt, ut ex ea patet, de illis, qui ſua peccata legitime confiteri, aliis neglexerunt. Sed Sacerdotes ipſi taliter confeſſis, & abſolutis, aſtricti ſunt miniſtrare Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis etiam Sacramenta. Super Confeſſione autem facta Fratribus memoratis, cum hic de confitentis ſolius præjudicio, ſi falſum dicat, agatur, in judicio animæ ſuæ, ſeu pœnitentiali foro, ſtabitur verbo ſimplici illius, qui Sacramenta petit prædicta, & dicit, dictis Fratribus ſe confeſſum. Duos tamen caſus excipimus, ſi Sacerdos aſſerat eum excommunicatum, aut notorie Peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel fraudem, quia ſi hoc egerit, a delicto tali, niſi plene ſatisfecerit, præterquam in morte abſolvi nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. Ut autem Diœceſanis honor debitus reſervetur, præcipimus, ut Provinciales Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum Ordinum præfatorum, per ſe, vel alios, verbo, vel ſcripto, eis ſignificent, ſe Fratres ad hujuſmodi Confeſſionum audiendarum, & Pœnitentiarum injungendarum officium elegiſſe; & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a Diœceſanis eiſdem, quod iidem Electi Fratres, de ipſorum beneplacito, & licentia, dictum poſſint in eorum Civitatibus, & Diœceſibus, infra eis determinatos fines officium exercere. Quod ſi denegent, vel intra triduum non concedant, ex tunc iidem Fratres nihilominus, auctoritate eadem, hujuſmodi officium exequantur. Datam vero licentiam, per Diœceſanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quod ſæpedicti Fratres,

„ qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus
„ habeant in audiendis Confeſſionibus, & Pœniten-
„ tiis Injungendis, quam Parochiales Sacerdotes
„ noſcuntur habere. Sicque de caſibus, Epiſcopis,
„ & Superioribus, quos inferius annotamus, ac Sedi
„ Apoſtolicæ, reſervatis, ſe nullatenus intromit-
„ tant. Obſervent ergo ſolicite dicti Fratres, ne
„ ad Confeſſionem recipiant criminoſos criminibus,
„ pro quibus eſſet ſolemnis Pœnitentia indicenda.
„ Modo eodem excommunicatos reſpuant, & Cleri-
„ cos, qui propter delictum irregularitatem aliquam
„ incurrerunt. Inconveniens etenim exiſtimamus, ut
„ a peccato abſolvat, qui Pœnitentiam ei debitam
„ imponere, aut irregularitatis pœnam, peccati ſeque-
„ lam, vel excommunicationem, quæ infligitur maxi-
„ me a jure, quandoque pro crimine, quæve quem ab
„ Eccleſia, & per conſequens a participatione Eccle-
„ ſiaſticorum Sacramentorum excludit, removere, non
„ poteſt; Incendiarios etiam, eoſque, qui jam enor-
„ mibus ſunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis
„ conſuetudo præſcripta canonice in Epiſcopatibus
„ aliquibus reſervavit Epiſcopis, ſimiliter non ad-
„ mittant. Quam conſuetudinem ex cauſa, quæ ju-
„ ſte ad id animum noſtrum movet, ſolummodo cir-
„ ca voluntarie homicidas, falſarios, Eccleſiarum
„ immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ violatores,
„ & ſortilegos approbamus. Quod ſi forſan antequam
„ ab eo, qui poteſtatem habet, abſolvi poſſint, mors
„ talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur,
„ etiam in prædictis caſibus, ſæpeſati Fratres, eos
„ confiteri volentes, audiant, ipſiſque beneficium
„ abſolutionis impendant. Sed ſubeant juramentum,
„ quod liberati ſe ſuis Epiſcopis, & excommunicato-
„ ribus præſentabunt, excommunicatorum ſuper iis,
„ pro quibus ab eis excommunicati erant, & Epiſco-
„ porum pro peccato hujuſmodi parituri mandatis.

XV. Huc ſpectat *Clementis V Conſt.II* = Sua Nobis = *Tom.II pag.*107.

XVI. „ Vas electionis, inquit *Johannes XXII Conſt. XXXI Tom.II pag.*152 „ Doctor eximius, &
„ egregius Prædicator, cujus prædicatio mundum
„ docuit univerſum, præſumptuoſam illorum auda-
„ ciam refrænans ſolicitus, qui prudentiæ propriæ in-
„ nitentes, in errores varios prolabuntur, non plus
„ ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina
„ ſuggeſſit, ut juxta ſapientis eloquium, quiſque
„ ſuæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum, cum
„ dilectum filium Magiſtrum Johannem de Poliaco,
„ Sacræ Theologiæ Doctorem, certis ex cauſis, de
„ Fratrum noſtrorum conſilio, ad noſtram præſen-
„ tiam vocaſſemus, fide digna relatio ad noſtrum
„ perduxit auditum, quod ipſe in quibuſdam articu-
„ lis tangentibus Pœnitentiæ Sacramentum non ſo-
„ brie, ſed perperam ſapiebat: infraſcriptos Articu-
„ los, periculoſos continentes errores, docens publi-
„ ce in ſuis Prædicationibus, & in Scholis. Primo
„ ſiquidem aſtruens, quod confeſſi Fratribus, ha-
„ bentibus licentiam generalem audiendi Confeſſiones
„ teneantur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant,
„ iterum confiteri proprio Sacerdoti; Secundo, quod
„ ſtante ſtatuto: Omnis utriuſque ſexus: edito in
„ Concilio Generali, Romanus Pontifex non poteſt
„ facere, quod Parochiani non teneantur confiteri
„ omnia ſua peccata ſemel in anno proprio Sacerdoti,
„ quem dicit eſſe Parochialem Curatum; immo nec
„ Deus poſſet hoc facere, quia, ut dicebat, implicat
„ contradictionem. Tertio, quod Papa non poteſt
„ dare generalem poteſtatem audiendi Confeſſiones,
„ immo nec Deus, quin confeſſus habenti generalem
„ licentiam teneatur eadem iterum confiteri ſuo pro-
„ prio Sacerdoti, quem dicit eſſe, ut præmittitur,
„ Parochialem Curatum. Nos igitur ſcire volentes,
„ ſi ſuggeſta Nobis veritatem haberent, Articulorum
„ præmiſſorum copiam eidem Magiſtro Johanni feci-
„ mus aſſignari, & ad defenſionem ſui audientiam
„ plenam ſibi præbuimus, tam in noſtra, & dictorum
„ Fratrum noſtrorum præſentia in Conſiſtorio, quam
„ alias coram aliquibus ex ipſis Fratribus, per nos
„ ad hujuſmodi officium deputatis. Verum licet præ-
„ fatus Magiſter dictos Articulos, & contenta in ipſis
„ defendere niteretur, aſſerebat tamen, ſe paratum
„ credere, & tenere in præmiſſis, & aliis, ea, quæ
„ credenda, & tenenda eſſe, Sedes Apoſtolica defi-
„ niret. Nos igitur attendentes, quod dictorum Ar-
„ ticulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina, re-
„ dundare poterant in multarum perniciem anima-
„ rum, ipſos per plures Magiſtros in Theologia exa-
„ minari fecimus diligenter; Nos ipſi etiam cum di-
„ ctis Fratribus noſtris collationem ſolertem habui-
„ mus ſuper ipſis, per quas quidem collationem, &
„ examinationem, ſuper hoc præhabitas comperimus,
„ præmiſſos Articulos, doctrinam non ſanam, ſed
„ periculoſam multum, ac veritati contrariam, conti-
„ nere: quos etiam Articulos omnes, & ſingulos idem
„ Magiſter Johannes, veris ſibi rationibus opinioni
„ ſuæ dudum habitæ contrariis demonſtratis, in Conſi-
„ ſtorio revocavit, aſſerens, ſe credere eos non veros,
„ ſed ipſorum contrarium verum eſſe, cum diceret, ſe
„ neſcire rationibus ſibi factis in contrarium reſpon-
„ dere, ideoque, ne per aſſertionem, prædicationem, &
„ doctrinam hujuſmodi in errorem, quod abſit, animæ
„ ſimplicium prolabantur, omnes prædictos Articulos,
„ & quemlibet eorundem tanquam falſos, & erroneos,
„ & a doctrina ſana devios, auctoritate Apoſtolica,
„ damnamus, & reprobamus, de Fratrum conſilio
„ prædictorum, doctrinam ipſis contrariam veram
„ eſſe, & Catholicam aſſerentes, cum ille, qui præ-
„ dictis Fratribus confitetur non magis teneatur ea-
„ dem peccata iterum confiteri, quam ſi alias con-
„ feſſus fuiſſet ſuo proprio Sacerdoti juxta Concilium
„ Generale. Optantes autem veritatis vias notas eſſe
„ fidelibus, & cunctis erroribus præcludere aditum,
„ ne ſubintrent, felicis recordationis Alexandri IV,
„ & Clementis IV, Prædeceſſorum noſtrorum, Ro-
„ manorum Pontificum, veſtigia imitando, univerſis,
„ & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſquam di-
„ ctos Articulos, per Nos, ut præmittitur, damna-
„ tos, & etiam reprobatos, vel contenta in eis, vel
„ aliquo ipſorum, utpote a Catholicis mentibus reſ-
„ puenda, tenere audeat, ſeu defenſare quomodo-
„ libet, vel docere. Quo circa Univerſitati veſtræ
„ per Apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo, man-
„ damus, quatenus univerſi, & ſinguli veſtrum, in
„ Civitatibus, & Diœceſibus veſtris, convocato Cle-
„ ro, præmiſſa omnia, & ſingula per vos, ſeu alios
„ ſolemniter publicetis. Nos etiam eidem Magiſtro
„ Johanni mandavimus, quod ipſe in Scholis, & in
„ ſermone Pariſiis prædictos Articulos, & contenta
„ in eis, tanquam veritati contraria, propriæ vocis
„ oraculo, & aſſeveratione conſtanti, debeat publice
„ revocare; quod ſe facturum dictus Johannes effica-
„ citer repromiſit.

XVII. „ Dudum, inquit *Johannes XXII Conſt.XLV Tom.II pag.*167 „ Pontificatus noſtri Anno Primo
„ dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum Ordinis
„ Prædicatorum, ſupplicationibus inclinati, quædam
„ per privilegia nonnullorum Prædeceſſorum noſtro-
„ rum Romanorum Pontificum eis olim indulta eidem
„ Magi-

Digitized by Google

„ Magiſtro, & Fratribus, ac eorum Ordini ad inſtar dictorum Prædeceſſorum, ſub certa forma duximus indulgenda. Sane quia per Conſtitutionem a felicis recordationis Bonifatio Papa Octavo Prædeceſſore noſtro editam, & in Viennenſi Concilio renovatam, quæ incipit = Super Cathedram = nonnulla ex dictis privilegiis, vel in totum, aut quoad certa illorum Capitula revocata, irrita, ſeu annullata fuerant, aut caſſa, nulla, & irrita nunciata; Fratreſque dicti Ordinis in nonnullis partibus adverſus Prælatos Eccleſiarum, contra dictam Conſtitutionem, prædictis uti nitebantur privilegiis, quaſi per eadem privilegia, velut per Nos renovata fuiſſent, extitiſſet Conſtitutioni hujuſmodi derogatum; Prælatis ipſis aſſerentibus ex adverſo, nequaquam præfatæ Conſtitutioni, per dicta privilegia derogatum fuiſſe, ſed ipſam, non obſtantibus eis, in ſuo robore permanere, præſertim cum antequam Conſtitutiones in eodem Viennenſi Concilio per felicis recordationis Clementem Papam V Prædeceſſorem noſtrum editæ, inter quas Conſtitutio prædicta = Super Cathedram = eſt inſerta, per Nos mitterentur ad Studia, a Nobis emanaverat privilegiorum conceſſio ſupradicta. Nos concertationi hujuſmodi finem imponere cupientes, de Fratrum noſtrorum conſilio, declaramus, nequaquam fuiſſe per privilegia ſupradicta Conſtitutioni præfatæ = Super Cathedram = in aliquo derogatum, præſertim cum intentionis noſtræ non fuerit, eiſdem privilegiis aliquod robur dare, ſed ipſam, antedictis privilegiis non obſtantibus, in ſui roboris efficacia permanere. Præfatis Magiſtro, & Fratribus diſtrictius inhibentes, ne deinceps in judicio, vel extra judicium, contra contenta in Conſtitutione prædicta, uti præſumant eiſdem privilegiis, vel in aliquo ſe juvare; ac irritum, & inane, ſi ſecus forſan factum, & quicquid inde ſubſecutum fuerit, decernentes.

XVIII. Huc ſpectant *Bonifatii IX Conſtit.LXXXI* = Sacra veſtra = *Tom.II pag.*359: Conſtitut.CX = Eximiæ devotionis = *Tom.II pag.*377: Conſtitut.CXXVII = Cupientes = *Tom.II pag.*387. Pragen., ac Gneſnen. Archiepiſcopis, & Epiſcopo Wratiſlavien. ſcribens *Bonifatius IX Conſt.C* = Super egenum = *Tom.II pag.*371 „ Super egenum, inquit, intendentes & pauperem, & dantes operam ſaluti animarum, quandam inter Prælatos, & Rectores Parochialium Eccleſiarum, & Clerum Secularem ex una parte, & Fratres Minorum, & Prædicatorum Ordinum ex altera, Provinciæ Bohemiæ & Poloniæ contentionem exortam audivimus ſuper confeſſionibus audiendis, & abſolutionibus peccatorum eis volentium confiteri, ſuper qua ſpecialem Conſtitutionem, & litis deciſionem in perpetuum valituram fel. rec. Johannes PP. XXII Prædeceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, & aſſenſu, ſpecialiter edidit, quæ eſt talis. Johannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis electis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Vas electionis Doctor eximius, & egregius prædicator &c. Sed quia parum eſſet jura condere, niſi qui ea tueatur exiſteret, Nos, volentes Conſtitutionem, & litis deciſionem prædictas, ſemper irrefragabiliter de cetero obſervari, fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta diſtricte mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, Fratribus dictorum Ordinum Provinciæ prædictæ, & confeſſis, ut præmittitur, eiſdem, efficaciter defenſionis præſidio aſſiſtentes, ac facientes Conſtitutionem eandem quoad omnia ejus capitula plenarie, prout jacet, firmiter, & inviolabiliter obſervari, non permittatis contra tenorem ipſius memoratos Fratres, & confeſſos eiſdem, a prædictis Prælatis, Rectoribus, & Clero, ſive aliis, moleſtari, & Sacramenta eiſdem confeſſis tam in vita, quam in extremis, ſeu mortis articulo, aut quoties alias opportunum fuerit, a quoquam denegari, vel eis gravamina, aut injurias a quolibet irrogari, facturi prædictis, & cuilibet prædictorum, de illatis vexationibus, moleſtationibus, injuriis, & gravaminibus contra tenorem eundem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, per viam judicii, in aliis vero, prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitiæ complementum; ita quod officium præfatum, & juriſdictio veſtra ex nunc perpetua cenſeatur „. Ejuſdem tenoris ſunt *Bonifatii IX Conſt.CLXXI* = Super egenum = *Tom.II pag.*414. Inſcribitur „ Dublinen., Caſſalen., & Darnen. Antiſtibus Hiberniæ.

Conſt. CXXX. = Licet is = *Tom.II pag.*389. Conſt.CXXXII = Licet is = *Tom.II pag.*390. Conſtitut.CXXXIII = Licet is = *Tom.II pag.*391. Conſtit.CXXXIV = Licet is = *Tom.II pag.*395. Conſtitut.CXLV = Cupientes = *Tom.II pag.*400. Conſtit.CXLVII = Cupientes = *Tom.II pag.*401. Conſtitut.CLX = Cupientes = *Tom.II pag.*408. Conſtit.CLXII = Cupientes = *Tom.II pag.*409. Conſtit.CLXIII = Cupientes = *Tom.II pag.*409. Conſtit.CLXVI = Cupientes = *Tom.II pag.*411. Conſtit.CLXVIII = Cupientes = *Tom.II pag.*412. Conſtitut.CLXX = Licet is = *Tom.II pag.*413. Conſtit.CLXXIX = Dum præcelſa = *Tom.II pag.*418. Conſt. CLXXX = Cupientes = *Tom.II pag.*419. Conſt.CLXXXI = Cupientes = *Tom.II pag.*420. Conſt.CXC = Cupientes = *Tom.II pag.*425. Conſtit. CXCV = Cupientes = *Tom.II pag.*428. Conſtit.CXCVII = Cupientes = *Tom.II pag* 429. Conſtit.CXCVIII = Cupientes = *Tom.II pag.*4·9. Conſtit. CXCIX = Cupientes = *Tom.II pag.*430. Conſtit.CCV = Cupientes = *Tom.II pag.*434. Conſtitut.CCVI = Cupientes = *Tom.II pag.*434. Conſtit.CCXXIV = Cupientes = *Tom.II pag.*449, & Conſt.CCXXVIII = Cupientes = *Tom.II pag.*451. Id genus ceteras Conſtitutiones, ne longum ſit, ſilentio prætermitto.

XIX. „ Dudum, inquit *Alexander V Conſt.XXIV* = Regnans in excelſis = *Tom.II* pag.501 „ felicis recordationis Bonifatius Papa VIII Prædeceſſor noſter, in Conſtitutione ſua, quæ incipit „: Super Cathedram: „ quam piæ memoriæ Clemens Papa V, etiam Prædeceſſor noſter, poſtea in Viennenſi Concilio innovavit, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, audiendis eorum confeſſionibus, pœnitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratrum Eccleſias, ſive loca, ſuam elegerint ſepulturam, quæ quidem Conſtitutio etiam ſucceſſive ad Eremitarum Sancti Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmeli Ordinum Fratres per Sedem Apoſtolicam extenſa fuit, auctoritate Apoſtolica ſtatuit, ac etiam ordinavit, ut dictorum Ordinum Fratres in Eccleſiis, & locis eorum, & in plateis communibus libere valerent Clero, & populo prædicare, & proponere Verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua vellent Prælati Eccleſiarum coram ſe facere

„ ſolemniter prædicari, in qua Fratres ipſi prædica-
„ re ceſſarent, præterquam ſi aliud de ipſorum Præ-
„ latorum conſenſu procederet ex licentia ſpeciali.
„ In Studiis autem Generalibus, ubi ſermones ex
„ more fieri ſolent diebus illis, qnibus prædicari ſo-
„ lemniter conſuevit, ad funera etiam mortuorum,
„ & in feſtis ſpecialibus, ſeu etiam peculiaribus eo-
„ rundem Fratrum, poſſent iidem Fratres, & lice-
„ ret eis, prædicare libere, niſi forſan in illa hora,
„ qua ſolet ad Clerum in prædictis locis, ſeu Studiis
„ proponi Verbum Dei, Epiſcopus, vel Prælatus
„ ſuperior Clerum ad ſe generaliter convocaret,
„ aut ex alia ratione, vel cauſa urgente Clerum
„ ipſum duceret congregandum. In Eccleſiis autem
„ Parochialibus Fratres illi nullatenus auderent, nec
„ deberent prædicare, vel proponere Verbum Dei,
„ niſi Fratres ipſi a Parochialibus Sacerdotibus invi-
„ tati, vel vocati fortaſſe exiſterent, vel de ipſorum
„ placito, vel aſſenſu, petita licentia, vel obtenta
„ foret, ubi Epiſcopus, vel Prælatus per eoſdem
„ Fratres prædicari mandaret. Statuit etiam, & or-
„ dinavit idem Bonifatius Prædeceſſor noſter, au-
„ ctoritate prædicta, ut in ſingulis Civitatibus, &
„ Diœceſibus, in quibus loca Fratrum ipſorum con-
„ ſiſtere dignoſcerentur, ac in Civitatibus, & Diœ-
„ ceſibus, & locis ipſis vicinis, in quibus loca hu-
„ juſmodi non habentur, Magiſtri, Priores Provin-
„ ciales Prædicatorum, aut eorum Vicarii, ac Ge-
„ nerales, & Provinciales Miniſtri, ac Cuſtodes Mi-
„ norum, & Prædicatorum Ordinum præfatorum,
„ ad præſentiam Prælatornm eorundem locorum ſe
„ conferrent per ſe, vel Fratres, quos ad hoc idoneos
„ fore putarent, ut Fratres, qui ad hoc electi forent,
„ in eorum Civitatibus, & Diœceſibus confeſſiones
„ ſubditorum ſibi confiteri volentium audire vale-
„ rent, & hujuſmodi confitentibus, prout ſecundum
„ Deum cognoſcerent, imponerent pœnitentias ſa-
„ lutares, & eiſdem beneficium abſolutionis impen-
„ derent, gratia, & beneplacito eorundem. Ac de-
„ inde præfati Magiſtri, Priores Provinciales, &
„ Miniſtri Ordinum prædictorum eligere ſtuderent
„ perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, di-
„ ſcretas, atque peritas ad tam ſalubre Miniſterium,
„ & officinm exequendum, quas ſic ab ipſis electas
„ præſentarent, vel facerent præſentari Prælatis an-
„ tedictis, ut de eorum licentia, & beneplacito in
„ Civitatibus, & Diœceſibus eorundem hujuſmodi
„ perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volen-
„ tium audirent, & eis imponerent pœnitentias ſa-
„ lutares, ac beneficium abſolutionis impenderent,
„ prout ſuperius eſt expreſſum; & alia rationabilia,
„ & utilia dictus Bonifatius Prædeceſſor ordinavit,
„ & ſtatuit, prout in eadem Conſtitutione plenius
„ exprimitur. Poſtea vero ad piæ memoriæ Johannis
„ Papæ XXII, Prædeceſſoris noſtri, notitiam dedu-
„ cto, quod quondam Johannes de Poliaco in Sacra
„ Theologia Magiſter in qnibuſdam Articulis, tan-
„ gentibus Pœnitentiæ Sacramentum, non ſobrie,
„ ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos Articulos,
„ periculoſos continentes errores, docens publice in
„ ſuis Prædicationibus, & in ſcholis: primum ſiqui-
„ dem aſtruens, quod confeſſi Fratribus habentibus
„ licentiam generalem audiendi Confeſſiones tenean-
„ tur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum
„ confiteri proprio Sacerdoti: Secundo: quod ſtante
„ ſtatuto, Omnis utriuſque ſexus, in Concilio Ge-
„ nerali edito, Romanus Pontifex non poteſt face-
„ re, quod Parochiani non teneantur omnia peccata
„ ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti confiteri,
„ quem dicebat eſſe Parochialem Curatum: nec Deus
„ poſſit boc facere, quin, ut dicit, implicet contradi-
„ ctionem: Tertio, quod Papa non poſſet dare genera-
„ lem poteſtatem andiendi Confeſſiones, immo nec
„ Deus, qnin confeſſus babenti generalem licentiam
„ teneatur eadem iterum confiteri ſuo proprio Sa-
„ cerdoti, quem dicit eſſe, ut præmittitur, Paro-
„ chialem Curatum: prædictus Johannes noſter Præ-
„ deceſſor volens ſcire, ſi ſuggeſta ſibi in ea parte
„ veritatem baberent, præfatum Johannem de Polia-
„ co de Fratrum ſuorum conſilio evocari, atque Ar-
„ ticulorum præmiſſorum copiam eidem Magiſtro
„ Johanni tradi fecit, & ad defenſionem ſuam audien-
„ tiam plenam ſibi præbuit, tam in ſua, dictorumqne
„ Fratrum præſentia, & in Conſiſtorio, quam alibi
„ coram aliquibus Fratribus ipſis per eum ad hoc
„ depntatis, ſi præfatus Magiſter dictos Articulos, &
„ contenta in ipſis defendere niteretur. Qui quidem
„ Magiſter Johannes aſſerebat, ſe paratum credere
„ & tenere in præmiſſis, & in aliis, quæ credenda,
„ & tenenda Sedes Apoſtolica definiret. Præfatuſque
„ Jobannes Prædeceſſor, attendens, quod dictorum
„ Articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina re-
„ dundare poterant in multarum perniciem anima-
„ rum, ipſos per plures Magiſtros in Theologia exa-
„ minari fecit diligenter, & ipſe etiam cum dictis
„ Fratribus ſuis collationem ſolemnem habuit ſuper
„ præmiſſis: per quas quidem collationem, & exa-
„ minationem ſuper hoc præhabitas comperiit, præ-
„ dictos Articulos doctrinam non ſanam, ſed pericu-
„ loſam multum, & veritati contrariam continere.
„ Quos etiam Articulos omnes, & ſingulos idem Ma-
„ giſter Johannes, veris ſibi rationibus opinioni ſuæ
„ dudum habitæ contrariis demonſtratis, in eodem
„ Conſiſtorio revocavit, aſſerens, eos non veros,
„ ſed contrarium verum eſſe: cum diceret, ſe neſcire
„ rationibus ſibi in contrarium factis, reſpondere.
„ Ideoque, ne per aſſertionem, prædicationem, &
„ doctrinam hnjuſmodi in errorem, quod abſit, ani-
„ mæ ſimplicium prolaberentur, omnes prædictos ar-
„ ticulos, & quemlibet eorum, tanquam falſos, &
„ erroneos, & a doctrina ſana devios, idem Johannes
„ Prædeceſſor, auctoritate Apoſtolica damnavit, &
„ reprobavit de Fratrum ſuorum conſilio prædicto-
„ rum, doctrinam ipſis contrariam, veram eſſe, &
„ catholicam aſſerens, quod illi, qui prædictis Fra-
„ tribus confiterentnr, non magis tenerentur eadem
„ peccata iterum confiteri, quam ſi alias illa confeſſi
„ fuiſſent eorum proprio Sacerdoti juxta dictum
„ Concilium Generale; optans veritatis vias notas
„ eſſe fidelibus, & cunctis erroribus præcludere adi-
„ tum, fel. rec. Alexandri Papæ IV, & Clementis IV
„ Romanorum Pontificum Prædeceſſorum veſtigia
„ imitando, univerſis, & ſingulis diſtrictius inhi-
„ buit: ne quiſquam dictos Articulos per eundem
„ Johannem Prædeceſſorem damnatos, & reproba-
„ tos, & contenta in eis, vel aliquo ipſorum, ntpo-
„ te a catholicis mentibus reſpuenda, tenere auderet,
„ ſeu defenſaret; ac univerſis, & ſingulis Patriar-
„ chis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Electis per
„ Apoſtolica ſcripta, præcipiendo, mandavit, ut in
„ Civitatibus, & Diœceſibus eorum, convocato Cle-
„ ro, communiter præmiſſa omnia, & ſingula per
„ ſe, vel alios publicarent ſolemniter: Nec non ei-
„ dem Johanni mandavit, ut ipſe in Scholis, vel Ser-
„ mone Pariſius prædictos Articulos, & contenta in
„ eiſdem, tanquam veritati contraria, propriæ vo-
„ cis oraculo, & aſſertione conſtanti, publice debe-
„ ret revocare, & etiam ſe facturum illud dictus
„ Johan-

Digitized by Google

„ Johannes de Poliaco efficaciter repromiſit. Cum
„ autem, ſicut nuper Fratrum Prædicatorum, &
„ Minorum prædictorum, ac etiam Eremitarum San-
„ cti Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmeli, Or-
„ dinum, lamentabilis querela ad noſtrum perduxit
„ auditum, nonnulli Clerici, & Eccleſiaſticæ perſo-
„ næ, atque utriuſque ſexus homines, nedum præ-
„ dictos damnatos Articulos prorſus erroneos, &
„ Sacris Canonibus contrarios, per eundem Johan-
„ nem Prædeceſſorem, ut præſertur, ſed etiam quoſ-
„ dam alios Articulos prorſus erroneos, & Sacris
„ Canonibus contrarios, etiam publice non verentur
„ aſtruere, & per illos proprias, & multorum ſim-
„ plicium animas inficere, illoſque a devotione eo-
„ rundem Fratrum prædictorum, & ne Chriſtifideles
„ ſua peccata Fratribus ipſis confiteantur, damnabi-
„ liter detrahere ſatagant, etiam contra eandem
„ Conſtitutionem prædicti Bonifatii Prædeceſſoris,
„ ſuper hoc editam, ut præfertur. Qui quidem adje-
„ cti erronei Articuli ſequuntur per Ordinem in hæc
„ verba. Primus videlicet Articulus talis eſt. Con-
„ feſſus Fratri admiſſo in forma Dudum, tenetur ea-
„ dem peccata in numero iterum Curato confiteri:
„ damnatur per Johannem Papam XXII in Statuto,
„ quod incipit Vas electionis. Secundus. Conclu-
„ ſiones Johannis de Poliaco damnatæ per Johan-
„ nem XXII ſunt ſatis veræ, & a quocunque literato
„ ſufficienter poſſent teneri. Statutum Johannis XXII
„ editum Vas electionis, eſt irritum, & inane, quia
„ cum id fecit erat hæreticus; & per conſequens
„ quicquid fecit prædictus Johannes ſive Mendican-
„ tibus, ſive aliis, ante revocationem, inane fuit.
„ Stante ſtatuto: Omnis utriuſque ſexus: nec Deus,
„ nec Papa de potentia ſua poteſt facere, quin con-
„ feſſus Fratri Mendicanti admiſſo, iterum teneatur
„ confiteri ſuo Curato. Confeſſio Fratribus admiſſis
„ facta eſt dubitabilis, & incerta: quapropter omnes
„ tenentur dimittere incertum, & ſic ſolum confiteri
„ ſuis Sacerdotibus curam animarum habentibus ſub
„ pœna peccati mortalis. Quamvis Fratres admiſſi ha-
„ beant auctoritatem abſolvendi, & audiendi confeſ-
„ ſiones, tamen populus ſubjectus non habet poteſta-
„ tem accedendi ad Mendicantes admiſſos, ſine li-
„ centia proprii Sacerdotis. Fratres petentes privile-
„ gia pro Confeſſionibus audiendis, & ſepulturis ha-
„ bendis, ſunt in peccato mortali, & excommunicati.
„ Fratres non ſunt, aut fuerunt paſtores, ſed fures,
„ latrones, & lupi. Sacerdos curatus dans licentiam
„ Mendicantibus audiendi Confeſſiones, magis di-
„ ſpenſat cum ſtatuto: Omnis utriuſque ſexus: quam
„ Papa Fratribus dans licentiam juxta formam decre-
„ talis: Dudum. Nos vero attendentes, quod nimis
„ perniciosum eſſet, antiquos, dudum, ut præmitti-
„ tur, per eundem Johannem Prædeceſſorem cum ſo-
„ lemnitate, & maturitate damnatos, & reprobatos,
„ & etiam hujuſmodi novos articulos, per Nos veluti
„ erroneos, & etiam eiſdem Canonibus contrarios,
„ tenere, aſtruere, vel docere; necnon in hac parte
„ ſalubriter providere volentes; eoſdem novos ar-
„ ticulos, & quos Nos etiam una cum Fratribus no-
„ ſtris S.R.E. Cardinalibus mature, prout tanti nego-
„ tii qualitas exigit, vidimus, & examinavimus, nec-
„ non etiam per pleroſque in Sacra Theologia Magi-
„ ſtros, ac quoſdam Doctores in jure canonico re-
„ cenſeri fecimus diligenter; per quam quidem exa-
„ minationem reperimus, etiam ipſos novos articu-
„ los fuiſſe, & eſſe falſos, confictos, & erroneos,
„ ac eiſdem Canonibus contrarios, & propterea
„ ipſos, ut tales, de eorundem Fratrum conſilio
„ damnamus, & reprobamus. Volentes, quod ſi
„ quis deinceps prædictos Articulos aſſerere, aut in
„ Scholis, vel alibi gloſſare, defendere, ſeu tene-
„ re, aut prædicare præſumpſerit, tanquam hæreti-
„ cus ſit cenſendus, & excommunicationis ſenten-
„ tiam incurrat ipſo facto, a qua niſi per Summum
„ Pontificem, præterquam in mortis articulo non
„ poſſit abſolvi. Quo circa univerſitati veſtræ per
„ Apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo, manda-
„ mus, quatenus univerſi, & ſinguli veſtrum, con-
„ vocato Clero Civitatum, & Diœceſum veſtrarum,
„ eis præmiſſa omnia, & ſingula per vos, vel alios,
„ ubi, & quando ſuper hoc per eoſdem Fratres, ſeu
„ ipſorum aliquem, vel aliquos, requiſiti fueritis,
„ auctoritate noſtra, ſolemniter publicetis; ac etiam
„ per Rectores ipſarum Parochialium Eccleſiarum,
„ Civitatum, & Diœceſum prædictarum in hujuſmo-
„ di Parochialibus Eccleſiis publicari faciatis. Et
„ ſi quos forſan hujuſmodi damnatos Articulos, no-
„ vos, & veteres, aut eorum aliquem, ſeu aliquos,
„ aſtruere, vel tenere, ſive prædicare repereritis,
„ contra illos, conjunctim, vel diviſim, tanquam
„ hæreticos, ſeu de catholica fide ſuſpectos, proce-
„ dere, necnon ipſos, & eorum quemlibet juxta
„ tantorum exceſſuum qualitatem per cenſuram Ec-
„ cleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, au-
„ ctoritate prædicta, compeſcere, necnon ad obſer-
„ vandam dictam Conſtitutionem præfati Bonifatii
„ Prædeceſſoris, juxta ejus tenorem compellere, ra-
„ tione prævia, ſtudeatis: contradictores per cenſu-
„ ram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, com-
„ peſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio
„ brachii ſecularis. Non obſtante prædicta, quæ in-
„ cipit, Omnis utriuſque ſexus, & aliis Conſtitutio-
„ nibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque.

XX. „ Dudum ſiquidem, inquit *Martinus V Conſt.CCXXV* = Soler Sedes = *Tom, II pag.682*: „ no-
„ ſtræ emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Marti-
„ nus Epiſcopus. Servus Servorum Dei, dilecto
„ filio Officiali Colonien., Salutem, & Apoſtolicam
„ Benedictionem. Honeſtis ſupplicum votis libenter
„ annuimus, illaque favoribus proſequimur oppor-
„ tunis. Sane dilecti filii Henrici Collart Rectoris
„ Parochialis Eccleſiæ S. Stephani Novimagen., Co-
„ lonien. Diœceſis, Nobis nuper exhibita, petitio
„ continebat, quod olim Bonifatio PP. IX in ſua obe-
„ dientia, de qua illæ partes tunc fuerant, nuncu-
„ pato, pro parte quondam Adolphi Rectoris ejuſ-
„ dem Eccleſiæ expoſito, quod nonnulli Minorum,
„ Prædicatorum, B. Mariæ Carmeli, & Eremitarum
„ S. Auguſtini, & aliorum Ordinum Fratres, & alii
„ Presbyteri Seculares, falces in meſſem alienam mit-
„ tere ſatagentes, abſque ipſius Rectoris licentia, &
„ conſenſu in dicta Eccleſia, & ejus Parochia verbum
„ Dei populo prædicare, & Parochianorum ipſius
„ Eccleſiæ utriuſque ſexus confeſſiones audire, illoſ-
„ que eorum peccatis abſolvere, ac eis Eccleſiaſtica
„ Sacramenta, miniſtrare, & nonnulla alia, quæ ad
„ Rectorem ejus Eccleſiæ pro tempore exiſtentem,
„ & ſuos Capellanos pertinere noſcuntur, exercere,
„ & facere, temere præſumerent, in non modicum
„ ipſius Rectoris præjudicium, & gravamen, idem
„ Bonifatius dilecto filio Decano Sanctorum Apoſto-
„ lorum Colonien., ejus proprio nomine non expreſ-
„ ſo, & duobus aliis ſuis in ea parte collegis, per ſuas
„ literas dedit in mandatis, ut ipſi, vel duo, aut
„ unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ſub
„ excommunicationis pœna, quam in ſcriptis tulit,
„ & quam quemlibet contrafacientem, canonica mo-

„ nitio-

„ nitione præmiſſa, incurrere voluit, auctoritate ſua, diſtrictius inhiberent omnibus, & ſingulis Presbyteris, ac dictorum, ac quorumcunque aliorum Ordinum Fratribus, quibuſcunque etiam privilegiis uterentur, ne de cetero in Eccleſia, & Parochia prædictis Verbum Dei prædicare, & confeſſiones Parochianorum hujuſmodi audire, ſeu Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, vel de aliquo, quod ad dictum Rectorem, & ejus Capellanos pertineret, ſe intromittere, ſeu illud exercere, ac Parochianis prædictis, ne ab ipſis Presbyteris, & Fratribus, ſeu eorum aliquo, verbum Dei audire, ſeu ipſis, vel eorum alicui, confiteri, aut ab eis hujuſmodi Sacramenta recipere, abſque ſpeciali, & manifeſta licentia, & conſenſu dicti Rectoris, quoquomodo præſumerent, cum poteſtate aggravandi, quoties expedierit, proceſſus legitimos, ſuper his habendos, & invocandi auxilium brachii ſecularis: Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, quondam Johannes tunc Diaconus dictæ Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum, ad executionem dictarum literarum ſolus procedens, nonnullos proceſſus, diverſas excommunicationes, ſuſpenſiones, & interdicti ſententias, & cenſuras in ſe continentes, prout ex forma literarum earundem, poterat, fecerit, & emiſerit, prout in dictis literis, & proceſſibus plenius dicitur contineri, pro parte ejuſdem Henrici Rectoris Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, illaque in perpetuum ſervari facere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, omnia, & ſingula præmiſſa, ac alia, in dictis literis, & proceſſibus contenta, auctoritate noſtra, approbes, & confirmes, illaque in perpetuum, auctoritate prædicta, facias inviolabiliter obſervari; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus, ſi eiſdem Ordinibus, vel quibuſvis aliis a Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod perſonæ ipſorum Ordinum ad judicium trahi, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ipſi, aut eorundem Ordinum loca interdici non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, ac qualibet alia indulgentia dictæ Sedis, generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, tuæ juriſdictionis explicatio valeat in hac parte quomodolibet impediri, quæ quoad hoc ipſis nolumus aliquatenus ſuffragari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum III Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Nono. Cum autem, ſicut Nobis exhibita pro parte nonnullorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum Ordinum Fratrum petitio continebat, Fratribus ea facere, & exercere non valentibus, quæ alias poſſent juxta ſeriem Decretalis, quæ incipit = Super Cathedram = a fel. rec. Bonifatio PP. VIII, Prædeceſſore noſtro, dudum editæ, ac deinde per piæ memoriæ Clementem PP. V, etiam Prædeceſſorem noſtrum in Viennen. Concilio innovatæ, & quam ipſe Bonifatius PP. ad Eremitarum S. Auguſtini, ac piæ recordationis Johannes PP. XXII ſimiliter Prædeceſſor noſter, ad Carmelitarum Ordinum Fratres hujuſmodi extendit, diſſenſiones, & jurgia inter Fratres, & Henricum prædictos, ac ipſius Henrici ſucceſſores, pro tempore exiſtentes ejuſdem Parochialis Eccleſiæ Rectores, inibique animarum pericula ſubſequi poſſent tempore procedente: Nos, quorum intereſt opportune providere, ipſorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum Ordinum Fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Decretalem prædictam inter Prædicatorum, Minorum, Eremitarum & Carmelitarum Ordinum eorundem Fratres, necnon Henricum, & ſuos ſucceſſores prædictos, provide in omnibus, & per omnia, ac ſi noſtræ, etiamſi ad illarum executionem proceſſum ſit, & Bonifatii IX literæ, & proceſſus hujuſmodi, nullatenus emanaſſent, obſervandam fore, & obſervari debere, necnon irritum, & inane quicquid ipſarum prætextu literarum, quominus hujuſmodi Decretalis obſervetur, ut præfertur, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, nullius firmitatis exiſtere, auctoritate Apoſtolica, decernimus per præſentes.

XXI. Ut San-Maximinenſis Cœnobii Fratres ab iiſdem poſſint abſolvere, quibus Epiſcopi ſubditos ſuos ſolvunt, concedit *Eugenius IV Conſt.I* = Rationi congruit = *Tom.III pag.*1.

XXII. Huc ſpectat *Eugenii IV Conſt.CCXIV* = Exhibita = *Tom.III pag.*128, qua damnantur errores. „ Philippi Norreys de Hibernia.

XXIII. Articulos quibus Mendicantes impetuntur damnans *Eugenius IV Conſt.CCCIV Tom.III pag.*206: „ Gregis, inquit, Nobis crediti curam gerentes pervigilem, ſtudiis efficere conamur aſſiduis, ut, pro quorum ſalute languores humanos Altiſſimi Filius perpeti voluit, fideles execrandis non involvantur erroribus, ſed noſtri directione miniſterii prout ſuperna gratia contulerit a noxiis, ac diſpendiis jugiter præſerventur, & ut etiam vos in partem ſolicitudinis vocati pro dictis extirpandis erroribus opem, & operam ferventius impendatis, vos pro injuncto Nobis officio excitamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Bonifatius Papa VIII Prædeceſſor noſter, in ſua, quæ incipit: Super Cathedram: Conſtitutione, ſive Decretali, quam poſtea piæ memoriæ Clemens Papa V, etiam Prædeceſſor noſter, in Viennen. Concilio innovavit, & quæ ſubſequenter ad Eremitarum Sancti Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmelo Ordinum Fratres per Sedem Apoſtolicam extenſa fuit, inter cetera ſtatuit, & ordinavit, quod in ſingulis Civitatibus, & Diœceſibus, in quibus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratrum loca conſiſterent, ac in locis ipſis vicinis, in quibus loca hujuſmodi non haberentur, Magiſtri, & Priores Provinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarii, & Generales, ac Provinciales Miniſtri, necnon Cuſtodes Minorum, Ordinum prædictorum, ad præſentiam Prælatorum ibidem ſe conferrent, per ſe, vel Fratres, quos ad hoc idoneos fore putarent, humiliter petituri, ut Fratres, qui ad hoc electi forent, in eorum Civitatibus, & Diœceſibus Confeſſiones ſuorum ſubditorum confiteri ſibi volentium audire libere valerent, & hujuſmodi confitentibus, prout ſecundum Deum expedire cognoſcerent, pœnitentias imponere ſalutares, ac beneficium abſolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Præfatique Magiſtri, Priores, ac Miniſtri ſtuderent eligere perſonas idoneas, ſufficientes, vitæ probatæ, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendum, quas ſic electas Prælatis ipſis præſentarent,

„ vel

vel facerent præſentari, ut de illorum licentia, gratia, & beneplacito, in Civitatibus, & Diœceſibus eorundem perſonæ ſic electæ hujuſmodi confeſſiones ſibi confiteri volentium, audirent, & eis imponerent pœnitentias ſalutares, ac beneficium abſolutionis impenderent, prout in ipſa Conſtitutione, ſive Decretali plenius continetur. Et licet poſtmodum ad piæ recordationis Johannis Papæ XXII, etiam Prædeceſſoris noſtri, notitiam deducto, quod quondam Johannes de Poliaco Magiſter in Theologia ſequentes Articulos tenuerat, publiceque docuerat, videlicet: Quod confeſſi Fratribus, licentiam generalem confeſſiones audiendi babentibus, eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum proprio Sacerdoti confiteri tenerentur, ac ſtante ſtatuto: Omnis utrinſque ſexus: in Concilio Generali, nec Deus, nec Romanus Pontifex facere poſſet, quod Parochiani non tenerentur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti Parochiali curato confiteri. Quodque non poſſet Papa generalem dare poteſtatem audiendi confeſſiones, immo nec Deus, quin confeſſus generalem habenti licentiam, teneretur eadam iterum ſuo proprio Sacerdoti veluti Parochiali eurato confiteri, dictus Johannes Prædeceſſor a verbis, quæ vas electionis protulit, exordium ſumens, babita inde per plures ſacræ paginæ profeſſores examinatione diligenti, necnon de Venerabilium Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, præfatos articulos tanquam falſos, & erroneos, & a ſana doctrina devios, auctoritate Apoſtolica damnaverit, & reprobaverit, ipſeque Johannes de Poliaco veris rationibus, opinioni, quam dudum habuerat, contrariis, & quibus reſpondere non poterat, demonſtratis, eoſdem Articulos non eſſe veros affirmans, illos in Conſiſtorio publico, necnon ipſorum Johannis PP., & Cardinalium præſentia revocaverit, tamen, ſicuti nuper Fratrum Ordinum eorundem lamentabili querela ad noſtrum non ſine diſplicentia gravi, pervenit auditum, plures Eccleſiaſticæ, necnon aliæ utrinſque ſexus perſonæ, reprobos, ſuperſtitioſoſque hujuſmodi Articulos complexantes, fideliumque animos inficere, ac eos, ut Fratribus Ordinum hujuſmodi non confiteantur, & ab illorum devotione retrahere, molientes, nedum prædictos, ſed & alios etiam Sacris Canonibus omnino contrarios Articulos aſtruere publice non verentur, videlicet: Quod Confeſſio Fratribus ſic electis, & admiſſis facta, dubitabilis, & incerta ſit, unde tenentur omnes incertum dimittere, & ſic ſolum confiteri ſuis Sacerdotibus curam animarum habentibus ſub pœna peccati. Et quamvis ipſi Fratres admiſſi auctoritatem habeant confeſſiones audiendi, & abſolvendi, tamen ad eos accedendi populus ſubjectus ſine licentia proprii Sacerdotis non habet poteſtatem, Fratres quoque privilegia pro confeſſionibus audiendis, & ſepulturis habendis petentes, in peccato mortali, & Romani Pontifices illa Mendicantibus concedentes, ſive confirmantes, etiam in ſimili peccato, & excommunicati ſunt; Ac dicti Fratres Mendicantes non paſtores, ſed fures, latrones, & lupi cenſentur; Sacerdos autem curatus Mendicantibus Confeſſiones audiendi licentiam dans, magis ſuper ipſo ſtatuto: Omnis urtiuſque ſexus: diſpenſat, quam Papa Fratribus licentiam tribuens, juxta formam Decretalis antedictæ. Nos igitur animarum, & alia, quæ præmiſſorum Articulorum occaſione, niſi prodeuntes inde confutarentur errores, ſuccedere poſſent, pericula trepidantes, ac illis, quantum in Nobis fuerit, obviare cupientes, omnes articulos prædictos una cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus mature inſpeximus, & per diverſos in jure Canonico Doctores, ac ſacræ paginæ profeſſores diligenter examinari fecimus, & quia protinus illos falſos, & erroneos, ac eiſdem Canonibus adverſos fore reperimus, illos de dictorum Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Cardinalium Eccleſiæ conſilio, & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica, pro falſis, erroneis, & adverſantibus Sacris Canonibus damnatos, reprobatoſque declaramus, atque decernimus. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum, quando ſuper a quoquam prædictorum Ordinum Prædicatorum, Minorum, & aliorum Mendicantium ſuper præmiſſis privilegiatorum, Magiſtro Generali, ac Provinciali, Miniſtro, Vicario, vel aliud gerente officium, fueritis requiſiti, ad confutandos, & reprimendos, ac penitus tollendos hujuſmodi errores, prout in præfatis Decretali, ſive Conſtitutione: Super Cathedram: ac Extravagante: Vas electionis: continetur, diligenti ſtudio, atque cura provideatis, ac intendatis, præfataſque Conſtitutiones integre ſervantes, faciatis ab omnibus inviolabiliter obſervari. Et ſi quos forſan hujuſmodi damnatos, ut præfertur, articulos, aut aliquem, ſeu aliquos eorum, pertinaciter aſſerere, vel tenere, ſeu prædicare invenietis, contra illos communiter, vel diviſim, tanquam contra hæreticos, & de Catholica fide ſuſpectos, procedere, necnon ipſos, & eorum quemlibet juxta tantorum exceſſuum qualitatem, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, auctoritate prædicta, compeſcere ſtudeatis. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

XXIV. *Nicolaus V Conſt. XXVI* ═ Proviſionis ═ *Tom. III pag. 856* innovans, & confirmans Eugenii IV Conſtitutionem, qua damnantur errores *Johannis de Poliaco*, ipſiuſque aſſeclarum: „ Nos, inquit, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, eaſdem Prædeceſſoris noſtri literas in omnibus, & per omnia innovantes, approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

XXV. Ex ejuſdem etiam *Eugenii IV* Conſtitutione, *Nicolaus V Conſt. XXVIII* ═ Dudum felicis ═ *Tom. III pag. 857*, *Philippum Norreys* Fratribus Mendicantibus infenſiſſimum damnandum, & carceri mancipandum decernit.

XXVI. „ Sane, inquit *Caliſtus III Conſtit. XIV* ═ Ad ea libenter ═ *Tom. III pag. 347*: pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Alberti Ducis Auſtriæ, & Alberti Ducis Bavariæ, ac Communitatis, & hominum Argentin., necnon, Prædicatorum, Minorum, & aliorum Mendicantium Ordinum, Priorum, Guardianorum, & Fratrum domorum in Civitate Argentina conſiſtentium, Nobis nuper exhibita, petitio continebat, quod nonnulli Parochialium Eccleſiarum Rectores, dictæ Civitatis homines, & Fratres Mendicantes prædictos moleſtare, & inquietare præſumunt, aſſerentes, quod quilibet hominum Argentin. ſemel in anno eiſdem ſub pœna peccati mortalis confiteri teneatur, propter quod, ſi quis alicui Fratrum Mendicantium, & non Rectori ſuæ Parochialis Eccleſiæ confeſſus eſt, Euchariſtiæ Sacramento privatur, in maximum dictorum hominum ſcandalum pariter,

„ & detri-

„ & detrimentum. Quare pro parte Ducum, Com-
„ munitatis, & hominum, necnon Priorum, Guar-
„ dianorum, ac Fratrum prædictorum, aſſerentium,
„ quod niſi per Sedem Apoſtolicam de remedio pro-
„ videatur opportuno, in partibus illis plura ſcanda-
„ la veriſimiliter ſubſequentur, Nobis fuit humiliter
„ ſupplicatum, quatenus ad omne dubium tollendum
„ ſuper privilegiis, eiſdem Fratribus Mendicantibus
„ conceſſis, pro ipſorum hominum devotione, ipſi
„ Fratres Mendicantes, omnium utriuſque ſexus per-
„ ſonarum in Civitate, & Diœceſi Argentin. conſi-
„ ſtentium, confeſſionem, eiſdem rectoribus minime
„ requiſitis, audire libere, & licite poſſint, indul-
„ gere, & decernere, ac declarare, & alias ſuper
„ his opportune providere de benignitata Apoſtolica
„ dignaremur. Nos igitur, qui, quantum cum Deo
„ poſſumus, libenter diſſenſionibus, & ſcandalis ob-
„ viamus, Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum
„ Pontificum veſtigiis inhærentes, qui ſuper iis per
„ Clementinam, quæ incipit: Dudum: de ſepulturis,
„ ſalubriter providerunt, hujuſmodi ſuppplicationi-
„ bus inclinati, ut prædicti Fratres Mendicantes,
„ omnium, & ſingularum utrinſque ſexus perſona-
„ rum, in Civitate, & Diœceſi Argentin. conſiſten-
„ tium, confeſſiones, dictis Rectoribus minime re-
„ quiſitis, audire, & ipſæ perſonæ prædictos Men-
„ dicantes adire, & ipſis confiteri, & pœnitentiam
„ hujuſmodi ſalutarem ab eiſdem ſuſcipere libere, &
„ licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica,
„ tenore præſentium, juxta tenorem dictæ Clementi-
„ næ indulgemus, quodque ob hoc prædicti Paro-
„ chialium Eccleſiarum Rectores eiſdem perſonis Eu-
„ chariſtiam, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica dene-
„ gare nequeant, harum ſerie decernimus, necnon
„ ſi prædictæ perſonæ ſemel in anno eiſdem Fratribus
„ Mendicantibus confeſſæ fuerint, peccata dictis Fra-
„ tribus confeſſa non amplius prædictis Parochialium
„ Eccleſiarom Rectoribus confiteri teneantur, eadem
„ auctoritate, juxta eandem Clementinam declara-
„ mus, mandantes prædictis Parochialium Eccleſia-
„ rum Rectoribus, ne ſub pœna excommunicationis
„ conceſſioni, decreto, & declarationi hujuſmodi
„ contradicere, ſeu contra præmiſſa quomodolibet
„ attentare &c. non obſtantibus conſtitutionibus, &
„ ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis
„ quibuſcunque.

XXVII. Decretalem, quæ incipit: *Super Cathe-
dram* t ſervandam decernens *Caliſtus III Conſt.XVIII*
= Illius licet = *Tom.III pag.*352 „ Sane, inquit, licet
„ olim ſuper quæſtionibus. & periculoſis diſcordiis,
„ quæ inter Prælatos, & Rectores, ſeu Sacerdotes,
„ & Clericos Parochialium Eccleſiarum, per diver-
„ ſas Mundi partes, & provincias conſtitutos ex una
„ parte, & Fratres Ordinum Mendicantium ſuper
„ prædicationibus fidelibus populis faciendis, au-
„ diendis eorum confeſſionibus, pœnitentiis injun-
„ gendis eiſdem, & tumulandis corporibus defun-
„ ctorum, qui ſuam, apud Fratrum ipſorom Eccle-
„ ſias, ſive loca, eligerent ſepulturam, ut plurimum
„ ſuſcitabantur diſſenſiones, per Decretalem dudum
„ a fel. rec. Bonifatio Papa VIII Prædeceſſore noſtro
„ editam, quæ incipit: Super Cathedram: ac per piæ
„ mem. Clementem V, qui in Concilio Viennen.
„ Decretalem innovavit eandem, necnon Johan-
„ nem XXII, etiam Romanos Pontifices Prædeceſſo-
„ res noſtros, qui illam duntaxat de Prædicatorum, &
„ Minorum Ordinum Fratribus mentionem facien-
„ tem, ad Eremitarum, & Carmelitarum Ordinum
„ Fratres per omnia voluit integraliter, & incon-
„ cuſſe obſervari, ſalubriter proviſum extitiſſet; ni-
„ hilominus innumeroſæ quodammodo de diverſis
„ mundi partibus Venerabilium Fratrum Epiſcopo-
„ rum, aliorumque Superiorum Prælatorum, nec-
„ non dilectorum filiorum Curatorum, & Parochia-
„ lium Sacerdotum querelæ contra dilectos filios
„ prædictorum Ordinum profeſſores clamoroſis inſi-
„ nuationibus noſtrum excitare, & fatigare non ceſ-
„ ſant auditum, quod iidem Fratres Decretalem
„ prædictam tenere, & obſervare non curant, & il-
„ lam in Apoſtolicæ Sedis contemptum, & in anima-
„ rum ſuarum periculum, tranſgredi non verentur,
„ plerique etiam ex illis ſpecialium, quæ ab ipſa Sede
„ in eorum favorem adverſus ipſam Decretalem
„ emanaſſe aſſerunt, privilegiorum, conceſſionum,
„ & indultorum prætextu, ne ad hujuſmodi Decre-
„ talis obſervationem compelli poſſint, ſe tuentur, in
„ eorum conquerentium, & Eccleſiarum Parochia-
„ lium præjudicium, & gravamen. Intelleximus
„ quoque, quod a nonnullis ex Epiſcopis, Præ-
„ latis, Rectoribus, Curatis, & Sacerdotibus, dictis
„ Fratribus, contra tenorem prædictæ Decretalis,
„ graves injuriæ, moleſtiæque inferuntur, quodque
„ ex eo quod dicti Fratres in ipſorum Prædicationi-
„ bus Parochianos a viſitatione ſuarum Parochia-
„ lium Eccleſiarum retrahentes, eoſque Parochianos
„ ad viſitandum Parochiales Eccleſias diebus Domi-
„ nicis, & feſtivis non teneri, ſed divina in Eccleſiis
„ ipſorum Fratrum libere frequentare poſſe, ac eoſ-
„ dem Fratres fore quorumlibet Parochianorum pro-
„ prios Sacerdotes, quibus in anno per ipſos Paro-
„ chianos omnia ipſorum peccata confitenda ſunt, &
„ ipſi veri proprii Sacerdotes, quod confeſſio de
„ peccatis a ſemel confeſſis dictis Fratribus ad con-
„ feſſiones audiendas, juxta prædictam Decretalem
„ deputatis, ipſis propriis Sacerdotibus iteranda ſit,
„ aſſerere præſumant; inter talia prædicantes, & aſ-
„ ſerentes, ac veros dictorum Parochianorum Sa-
„ cerdotes proprios, frequenter ſcandala non abſque
„ rancoris, & odii livore ſuſcitantur. Nos igitur,
„ quorum eſt hujuſmodi quæſtionibus, & diſcordiis,
„ ac ſcandalis, rancoris & odii fomentis, ubilibet
„ obviare, & eo diligentius inter conquerentes, &
„ Fratres prædictos, quo illa deteriora prætendun-
„ tur innoxius, & fidelium corda ſcrupuloſis moti-
„ bus circa Eccleſiaſtica Sacramenta ipſis impenden-
„ da pernicioſius diſcindunt, & conturbant, cupien-
„ tes quæſtionibus, & diſcordiis eiſdem finem impo-
„ nere, & ut ſinguli, ad quos id ſpectaverit, juris
„ ſui terminis contenti, alteri debitum non inva-
„ dant, & fimbrias ſuas non dilatent, præſentis Con-
„ ſtitutionis irrefragabili ſancimus edicto, prædictam
„ Decretalem, per Clementinam: Dudum: ut præ-
„ fertur, innovatam, ab omnibus, etiam per eos, ad
„ quos juxta præmiſſa extenſa extitit, in omnibus,
„ & per omnia, juxta illius, ac renovationis, & ex-
„ tenſionis hujuſmodi ſeriem, & tenorem integrali-
„ ter, ac firmiter, & inſtanter ſic ubilibet, etiam in
„ Urbe Romana obſervanda fore, & obſervari debe-
„ re, quæcunque privilegia, conceſſiones, & indul-
„ ta ſi quæ a quibuſvis Romanis Pontificibus, Præ-
„ deceſſoribus noſtris, adverſus Decretalem, & ejus
„ innovationem, & extenſionem prædictas ſub qua-
„ cunque verborum forma, & cum quibuſvis irritan-
„ tis Decreti, ac talibus, quod illis per quaſvis alias
„ literas Apoſtolicas, etiam facientes plenam, & ex-
„ preſſam, ac de verbo ad verbum de illorum tali te-
„ nore mentionem, aut aliis ſimilis effectus, vel ma-
„ joris cautelæ derogatoriis clauſulis, qualitercun-

„ que

Digitized by Google

„ que derogari nequeat, ſive Motu proprio, ſive quovis reſpectu, pro quibuſvis ex dictis Ordinibus, ſeu eorum domibus, & locis in genere, vel in ſpecie, emanaverint, quorum quidem privilegiorum, conceſſionum, & indultorum, ac hujuſmodi uſus, etiam continuata poſſeſſione nullatenus obſiſtente, prædicta auctoritate, caſſantes, revocantes, & irritantes, nulliuſque decernentes cenſenda fore roboris, vel momenti. Præterea aſſertiones, quibus dicti Fratres Eccleſiarum Parochianos ad viſitandum Eccleſias diebus Dominicis, & Feſtivis non teneri, ſeu divina in Eccleſiis ipſorum Fratrum libere frequentare poſſe, ſeque proprios Sacerdotes fore quorumlibet Parochianorum, quibus per ipſos Parochianos ad minus ſemel in anno confitendum ſit, cum non ipſi, ſed Parochialium Eccleſiarum ipſarum Rectores, ſeu Viceſgerentes eorundem, aut alii, quibus cura animarum Parochianorum hujuſmodi imminere dignoſcitur, proprii Sacerdotes cenſeantur, illas etiam quibus iidem proprii Sacerdotes confeſſionem de peccatis Fratribus ipſis juxta Decretalem prædictam, ad audiendas confeſſiones deputatis, ſemel confeſſis factam, iiſdem propriis Sacerdotibus iterandam fore aſtruunt, ut præfertur, reprobantes, Fratribus, & Sacerdotibus eiſdem, ne talia aſſerere præſumant, in virtute Sanctæ Obedientiæ diſtrictius inhibemus: volentes, & decernentes, quod quicunque ex dictis Fratribus, & Sacerdotibus talia de cetero aſſerere præſumpſerint publice, vel occulte, niſi per locorum Diœceſanos, ſeu eorum auctoritate, moniti, ab illis deſtiterint, excommunicationis ſententiam incurrant eo ipſo, & per Diœceſanos ipſos, quibus ſuper hoc plenam, & liberam, præſentium ſerie, poteſtatem concedimus, excommunicationis ſententiam hujuſmodi incurriſſe declarari, & ut tales denunciari poſſint. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac exemptionibus ſpecialibus, vel generalibus, tam Fratribus, & Ordinibus prædictis, quam prædictis Sacerdotibus, communiter vel diviſim, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum a prædicta Sede conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Conſervatores hac de re conſtituit idem *Caliſtus III Conſt.XIX* = Nuper pro = *Tom.III pag.*354.

XXVIII. „ Præterea, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*518 „ quia Parochialium Eccleſiarum Rectores præfati, erga illos, qui dicti Ordinis Prædicatorum Fratribus eorum peccata confitentur, perſæpe in exhibitione Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis ſe reddunt difficiles, concedimus ipſis Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut perſonis eis confeſſis, quibus Rectores præfati, ſine rationabili cauſa, denegaverint, ſeu malitioſe diſtulerint, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis Sacramenta, miniſtrare, ſuper quo eorundem confeſſorum aſſertioni ſtari debeat, illa pœnitentibus poſſint impune exhibere.

„ Rurſus, inquit ibidem *Sixtus IV* „ intelleximus, quod etſi bonæ memoriæ Johannes XXII, Prædeceſſor noſter, illorum opinionem, qui aſſerebant, quod confeſſi Fratribus prædictis, vel aliorum Ordinum Mendicantium ad audiendas Confeſſiones juxta juris diſpoſitionem deputatis pro tempore, tenebantur eorum peccata Rectori eorum Parochialis Eccleſiæ iterum confiteri, reprobaverit: Et deinde præfatus Eugenius, Prædeceſſor reprobationem hujuſmodi approbans, contra talia aſſerentes, tanquam de hæreſi ſuſpectus per locorum Ordinarios inquiri, & procedi mandaverit, ac ſucceſſive piæ memoriæ Nicolaus PP. V, ſimiliter Prædeceſſor noſter, geſta in præmiſſis a Johanne, & Eugenio, Prædeceſſoribus, robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreverit; nihilominus adhuc nonnulli eorum adhærentes proterviæ, opinionem prædictam, & deſuper factos, damnatos, & male ſonantes, ac reprobos articulos, veros eſſe affirmare non verentur; Ut talium præſumptuoſa temeritas tanto minus invaleſcat, quanto plurimum erit Superiorum correctione damnata, conceſſam contra tales per ejuſdem Eugenii, Prædeceſſoris, literas locorum Ordinariis facultatem, ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis extendimus, ac volumus, quod Inquiſitores ipſi quicunque fuerint, eadem qua Ordinarii contra tales auctoritate fungantur.

XXIX. „ Sedis Apoſtolicæ, inquit *Sixtus IV Conſtit.CXI Tom.III pag.*567 „ gratioſa benignitas piis quarumlibet, & præſertim ſublimium, ac aliarum, ſub regulari caſtimonia Domino militantium, perſonarum votis, illis præcipue, per quæ Chriſtifideles ſuarum animarum ſalutem, Deo propitio, facilius adipiſci, & eorum devotio augeri valeant, libenter annuit. Sane pro parte tam cariſſimorum noſtrorum in Chriſto Ferdinandi, & Eliſabeth, Caſtellæ, & Legionis Regis, & Reginæ illuſtrium, quam Vicarii Generalis, & univerſorum Priorum, ac Fratrum Ordinis Prædicatorum, reformatorum nuncupatorum, in dictis Regnis conſiſtentium, dilectorum filiorum, Nobis nuper exhibita, petitio continebat, quod ſi, ut prædictus, & pro tempore exiſtens Generalis Vicarius in qualibet domo dicti Ordinis eis ſubjecta, ubi eum pro tempore morari contigerit, ac in ejus abſentia ſinguli Priores, ſive Præſidentes ſingularum domorum dicti Ordinis, nunc, & pro tempore exiſtentes, & quatuor prædicti Ordinis profeſſores Presbyteri idonei, per Vicarium, & ſingulos Priores, ſive Præſidentes prædictos, in ſingulis domibus deputandi, poſſint Confeſſiones utriuſque ſexus Chriſtifidelium Forenſium, ad ſingulas domos prædictas accedentium, & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties quoties ibidem confitebuntur, libere audire, & eos ab omnibus, & ſingulis peccatis, exceſſibus, & delictis, per eos commiſſis, ac confeſſis, atque excommunicationis ſententiis, cenſuris, & pœnis in ſingulos fideles prædictos in genere, vel in ſpecie, ordinaria auctoritate latis, de quibus ipſi Fideles ſe abſolvi petierint, dum tamen non ſint talia, propter quæ Sedes prædicta ſit merito conſulenda, in loci Ordinarii abſentia duntaxat, abſolvere, & eis ſuper præmiſſis Pœnitentiam ſalutarem injungere, ac vota peregrinationis, & abſtinentiæ per eoſdem fideles emiſſa, quæ loci Ordinarius, ſi præſens eſſet, commutare poſſet, & ipſi fideles commode adimplere non poterunt, & in ipſius loci Ordinarii abſentia, in alia pietatis opera commutare, necnon omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, tam Forenſibus, quam in Civitatibus, & locis, in quibus domus ipſæ conſiſtunt, commorantibus, Euchariſtiæ Sacramentum quocunque tempore, Feſto Reſurrectionis Dominicæ duntaxat excepto, eorundem Fidelium Parochialium Eccleſiarum Rectorum, & quorumlibet aliorum licentia minime requiſita, miniſtrare poſſint, perpetuo ſtatueretur, & ordinaretur, profecto devotio eorundem fidelium, ad domus Fratrum Prædicatorum ex magno devotionis fervore pro

„ conſequendis ſpiritualibus alimentis occurrentium, augeretur, & eorundem fidelium animæ ferculo divini ſermonis decentius reficerentur, ipſique fideles ad imitationem Religionis hujus facilius invitarentur. Nos igitur, qui ſingularum Chriſtifidelium animarum ſalutem quærimus, Regis, & Reginæ, ac Vicarii, Priorum, & Fratrum prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod prædictus, & pro tempore exiſtens Generalis Vicarius in qualibet domo dicti Ordinis ei ſubjecta, ubi eum pro tempore morari contigerit, ac in ejus abſentia ſinguli Priores, ſive Præſidentes ſingularum domorum dicti Ordinis, nunc, & pro tempore exiſtentes, & quatuor dicti Ordinis profeſſores Presbyteri idonei per Vicarium, & ſingulos Priores, ſive Præſidentes prædictos in ſingulis domibus deputandi, poſſint Confeſſiones utriuſque ſexus Chriſtifidelium Forenſium, ad ſingulas domus prædictas occurrentium, & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties quoties ibidem confitebuntur, libere audire, & eos ab omnibus, & ſingulis peccatis, & exceſſibus, & delictis per eoſdem commiſſis, ac confeſſis, necnon excommunicationum ſententiis, & pœnis, in ſingulos fideles prædictos in genere, vel in ſpecie, ordinaria auctoritate latis, de quibus ipſi fideles ſe abſolvi petierint, dum tamen talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica prædicta merito ſit conſulenda, in loci Ordinarii abſentia duntaxat, abſolvere, & eis ſuper præmiſſis Pœnitentiam ſalutarem injungere, ac vota peregrinationis, & abſtinentiæ per eoſdem fideles emiſſa, quæ loci Ordinarius, ſi præſens eſſet, commutare poſſet, & ipſi fideles commode adimplere non poterunt, in ipſius loci Ordinarii abſentia, in alia pietatis opera commutare, necnon omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus tam Forenſibus, quam in Civitatibus, & locis, in quibus ipſæ domus conſiſtunt, commorantibus, Euchariſtiæ Sacramentum quocunque tempore, Feſto prædicto duntaxat excepto, eorundem fidelium Parochialium Eccleſiarum Rectorum abſentium, & quorumlibet aliorum licentia minime requiſita, miniſtrare libere, & licite poſſint, & valeant, parce tamen, ne querelæ inde eveniant. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XXX. *Bergomenſi* Præpoſito ſcribens *Alexander VI Conſt. XLII Tom. IV pag.* 117: „ Dudum, inquit, per Nos intellecto, inter Rectores Parochialium Eccleſiarum, & aliorum Curatorum Civitatis, & & Diœceſis Bergomen., & Fratres Ordinum Mendicantium verti diſſenſiones ſuper prædicationibus populis faciendis, Confeſſionibus eorum audiendis, & Pœnitentiis injungendis, ac Sacramentis, in propriis domibus miniſtrandis, ac ſuper intereſſentia teſtamentorum per eos condendorum, & Sepulturis apud eorum Eccleſias eligendis, necnon portione canonica de legatis, & relictis, eis factis, aliiſque juribus Parochialibus, Rectoribus, & Curatis præfatis debitis; Nos attendentes, diſſenſiones, & quæſtiones inter perſonas Eccleſiaſticas pernicioſas eſſe, & cedere aliis in reprobum, & ſcandaloſum exemplum, Venerabili Fratri, tunc, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Bergomenſi, aliiſque noſtris literis in forma Brevis, dedimus in mandatis, quatenus circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, quicquid per felicis recordationis Bonifatium VIII, & Clementem V in Concilio Viennen., ac Johannem XXII, & poſtmodum per Caliſtum III, Prædeceſſores noſtros, Romanos Pontifices, ſtatutum fuerat, per prædictos Ordinum Mendicantium Fratres profeſſores, & quoſvis alios in prædictis Civitate, & Diœceſi Bergomenſi faceret, auctoritate noſtra, inviolabiliter obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis juris remediis, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, prout in illis plenius continetur. Hodie ſiquidem fide digna relatione dilectorum filiorum Nobilium Virorum Ducis, & Dominii Venetorum, ac ex tenore literarum Communitatis Bergomen. informati, quod cauſæ propter quas literæ prædictæ conceſſæ fuerunt, veræ non fuerant, neque de præſenti exiſtant, quodque nulla penitus contentio fuit, nec eſt inter Ordinum Mendicantium prædictorum profeſſores, & Curatos, aut alios, poſſentque occaſione contentorum in dictis literis veriſimiliter ſcandala inibi exoriri, literas prædictas, ac omnia, & ſingula perinde haberi, ac ſi a Nobis non emanaſſent, Ordinum quoque prædictorum profeſſores in eum, & priſtinum ſtatum, ac ad privilegia, indulta, & literas Apoſtolicas eiſdem Mendicantium Ordinibus conceſſa, in quibus antequam literæ prædictæ emanaſſent, erant, reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ipſique Epiſcopo ſub virtute ſanctæ obedientiæ, &, ſi non paruerit, interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ſubſtitutis vero ab eo, ac aliis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, in quam, ſi contrafecerint, eo ipſo incurrere decernimus, committendo mandamus, quatenus prætextu dictarum literarum revocatarum quicquam nullatenus attentare præſumant, quodque domorum, & Ordinum eorundem Priores, & Guardiani, & illorum Vicarii hujuſmodi revocationem literarum prædictarum, dum inibi major Populi devotio ad divina convenerit audienda, publice nuncient, faciantque ab aliis publice nunciari. Non obſtantibus quibuſcunque litibus per quoſcunque forſan ſuper præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, occaſione dictarum revocatarum literarum contra dictos Mendicantium profeſſores, vel eorum procuratores, motis, quarum ſtatum pro expreſſis præſentibus habentes, illas ad Nos advocamus, & eas penitus extinguimus, necnon omnibus illis, quæ in dictis revocatis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XXXI. Epiſcopo *Nannetenſi* ſcribens *Julius II Conſt. XLII Tom. IV pag.* 238: „ Dudum, inquit, ad ſupplicationem dilectorum filiorum univerſorum, & ſingulorum Rectorum Parochialium Eccleſiarum tuarum Civitatis, & Diœceſis, aliis noſtris in forma Brevis literis dedimus, in mandatis, ut per te, vel Vicarium tuum, Fratribus Conventuum ſingulorum Ordinum Mendicantium Ducatus Britanniæ, tam generaliter, quam, ſi opus foret, ſingulariter, & diviſim, ne de cetero Parochianorum dictarum Eccleſiarum abſque ſuorum Rectorum expreſſa licentia Confeſſiones audire, aut eis abſolutionem impendere, vel Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare præſumerent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhiberes, & inhibitioni hujuſmodi contrafacientes ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarares, prout de jure

foret faciendum, & iteratis vicibus aggravares, invocato etiam ad hoc, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis, necnon cauſam, & cauſas ſuper præmiſſis cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, emergentibus, & annexis, ac connexis, etiam ſummarie audires, cognoſceres, & ſine debito terminares, tibique eoſdem Fratres ad præmiſſa coram vobis citandi, facultatem conceſſimus, prout in illis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur. Cum autem noſtræ non fuerit intentionis, nec ſit, ſuper præmiſſis contra præfatos Mendicantes, quibus tam notorie conſtat, ea tam per felicis recordationis Clementem PP. V Prædeceſſorem noſtrum in Concilio Viennen., quam per Privilegia Apoſtolica fore conceſſa, eas literas dare voluiſſe; Nos igitur volentes eiſdem ſuper iis opportune providere, literas prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, cum omnibus inde ſecutis, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, Vicario vero tuo præfato ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, quas, ſi contra feceritis, eo ipſo incurratis, diſtricte præcipiendo, mandamus, ne prætextu literarum prædictarum, ac quarumcunque aliarum forſan in poſterum ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis concedendarum, contra præfatos Fratres procedere, & innovare quoquo modo, directe, vel indirecte, præſumas, & innovata ſi quæ ſunt, ſine mora in priſtinum, & eum ſtatum, in quo erant, reintegres, reſtituas, & reponas, ac reintegrari, reſtitui, & reponi facias, prout etiam Nos per præſentes reintegramus, reponimus, & reſtituimus. Nihilominus tibi mandantes, ut hujuſmodi revocationem, ac reſtitutionem, etiam in domorum Fratrum hujuſmodi Eccleſiis, dum Populus ad divina convenerit, & pro parte dictorum Fratrum requiſitus fueris, publices, ſeu publicari facias. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

XXXII. De Sacramentis adminiſtrandis a Fratribus Mendicantibus loquens *Julius II Conſt. XLVI Tom. IV pag. 541*: „ Admonet Nos, inquit, ſuſcepti cura regiminis, ut ea, quæ pro ſingulorum Chriſtifidelium animarum ſalute, multa cum deliberatione, & diſcuſſione a Sede Apoſtolica emanaſſe comperiuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur, etiam noſtræ protectionis munimine roboremus, ut eo firmius perſiſtant, quo Sedis ejuſdem fuerint auctoritate ſæpius ſtabilita, ac exinde omnis inter Religioſos quoslibet diſſenſionis, & contentionis fomes, & occaſio de medio ſubmoveatur. Sane licet per felicis recordationis Johannem PP. XXII, Prædeceſſorem noſtrum, opinio illorum, qui aſſerebant, eos, qui Fratribus Ordinum Prædicatorum, vel aliorum Mendicantium, juxta juris diſpoſitionem deputatis pro tempore, ſua peccata confitebantur, teneri de novo confiteri hujuſmodi ſua peccata ſuo Parochiali Rectori, reprobata fuerit, & piæ memoriæ Eugenius PP. IV, etiam Prædeceſſor noſter, per ſuas literas mandaverit Ordinariis locorum, ut contra talia aſſerentes providerent: & poſtmodum præmiſſa per recolendæ memoriæ Nicolaum PP. V ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum, approbata, & confirmata fuerint, ac ſanctæ memoriæ Sixtus PP. IV, etiam Prædeceſſor noſter, hujuſmodi commiſſionem, ſeu mandatum ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis extenderit, ac Fratribus dicti Ordinis conceſſerit, ut perſonis eis confeſſis, quibus Rectores Parochialium Eccleſiarum ſine rationabili cauſa denegarent, ſive malitioſe differrent, Euchariſtiæ, ſeu Extremæ Unctionis Sacramenta, miniſtrare, ſuper quo eorundem confeſſorum aſſertioni ſtari deberet, illa petentibus poſſent impune exhibere. Tamen nonnulli opinionem præfatam, & conceſſionem hujuſmodi in dubium de novo vertere nituntur in præjudicium Apoſtolicæ auctoritatis, & privilegiorum, ac Ordinum prædictorum. Nos igitur, qui Chriſtifidelium animarum ſaluti, & Religioſorum quorumlibet paci, & tranquillitati, ut poſſint quietius, & devotius Domino famulari, libenter, quantum cum Deo poſſumus, conſuli ſinceris deſideramus affectibus, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, præmiſſa omnia per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros præfatos, ſtatuta, ordinata, & conceſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela eadem auctoritate, etiam præſentium tenore, ſtatuimus, & ordinamus, ac decernimus, & declaramus, quod Chriſtifideles confeſſi a Mendicantibus rite præſentatis ſecundum formam Conſtitutionis recolendæ memoriæ Clementis Papæ V, etiam Prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc in Concilio Viennen. editæ, quæ incipit = Dudum = & ab eiſdem abſoluti, de quo aſſertioni ipſius confeſſi ſtetur, etiam in die Paſchæ non teneantur iterum confiteri, de eiſdemmet peccatis ſuo Rectori Parochiali, ſeu Curato, ſed quod ſint æque vere confeſſi, & abſoluti, ac ſi propriis Curatis Parochialibus confeſſi, & ab eis abſoluti fuiſſent. Quodque ſi Curatus Parochialis ob hanc cauſam, quia Parochianus ſuus confeſſus eſt eiſdem Fratribus, & non vult iterum ſua peccata eidem Rectori confiteri, denegaverit ſibi exhibere Euchariſtiæ Sacramentum, etiam in die Paſchæ, aut Extremam Unctionem, ſeu Viaticum, in tali caſu liceat Fratribus ipſis, qui talium Confeſſiones audiverint, hujuſmodi Sacramenta denegata, videlicet Euchariſtiam, etiam in dicta die Paſchæ, & Viaticum, ac etiam Extremam Unctionem tali confeſſo exhibere, & præbere juxta tenorem prædictarum literarum Sixti Prædeceſſoris præfati, ita quod nec miniſtrans hujuſmodi Sacramenta, nec illa ſuſcipiens, in hoc aliquam cenſuram Eccleſiaſticam incurrat, diſtrictius inhibentes quibuſcunque Curatis, ſeu Rectoribus Parochialibus, & ſpecialiter dilectis filiis Univerſitatis ſtudii Generalis Pariſien., Magiſtris, Doctoribus, & Baccalaureis, ne præmiſſa contra tenorem privilegiorum prædictorum affirmare, aſſerere, aut de eis diſputare, niſi gratia exercitii, quoquomodo præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis beneficiorum, Magiſterii, & licentiæ docendi, & prædicandi, necnon inhabilitatis ad illa, pœnis, quas contrafacientes eo ipſo incurrant. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris, univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis locorum Ordinariis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes literas, & in illis contenta quæcunque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte

„ dictorum Fratrum, ſeu alicnjus eorum, deſuper requiſiti fuerint, publicaotes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, eos, auctoritate noſtra, pacifica poſſeſsione, vel quaſi, approbationis, confirmationis, decreti, ſtatuti, ordinationis, declarationis, & inhibitionis prædictorum, ac aliorom præmiſſorum, gaudere, non permittentes eos per Rectores Parochialium Eccleſiarum, ſeu quoſcunque alios, cootra earundem præſentium, & aliarum literarum tenorem, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Noo obſtantibus &c.

XXXIII. De Mendicantibus loquens *Leo X Conſt. L* = Dum intra = *Tom. IV pag.* 338 „ Superiores, inquit, eorundem Fratrum Fratres, qnos ad audiendas confeſſiones ſubditorum eorundem Prælatorum pro tempore elegeriot, eiſdem Prælatis perſonaliter exhibere, ac præſentare, ſi eos ſibi exhiberi, & præſentari petierint, alioquin eorum Vicariis, dummodo ad Prælatos ultra duas diætas accedere non cogantur, omnino teneantur; Poſſintque illi per eoſdem Epiſcopos, & Prælatos, ſuper ſufficienti literatura, & aliqua ſaltem hujuſmodi Sacramenti peritia duntaxat examinari. Talibuſque præſentatis admiſſis, vel etiam indebite recuſatis, confitentes, Conſtitutioni, quæ incipit: Omnis otriuſque ſexus: quoad Confeſſionem duntaxat, ſatisfeciſſe cenſeantur. Ipſique Fratres etiam forenſium confeſſiones audire valeaot, Laicos tamen, & Clericos Seculares, a ſententiis ab homine latis nullatenus abſolvere poſſint. Euchariſtiæ vero, & Extremæ Unctionis, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta, illis quorum etiam infirmorum, ac decedentium Confeſſiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, dare nequeant, oiſi denegatio ſine legitima cauſa facta, vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram Notario publico facta doceretur.

XXXIV. Ne Fratres moleſtiis afficiantur, & ot ſuis fruantur privilegiis decernit *Leo X Conſtit. LXXXVII* = Exponi Nobis = *Tom. IV pag.* 367 dicens: „ Univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus, Præpoſitis, ac Patriarcharum, Epiſcoporum, ac Archiepiſcoporum, in ſpiritualibus Vicariis Generalibus ubilibet conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilecti filii Generalis Magiſter, & Priores Provinciales Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod licet alias felicis recordationis Johannes Papa XXII, Prædeceſſor noſter per quandam ſuam conſtitutionem, quæ incipit: Vas electionis: opinionem erroneam quondam Johannis de Poliaco inter alia ſententis, quod Fideles Fratribus Ordinum Mendicantium generalem licentiam, a piæ memoriæ Clemente PP. V, etiam Prædeceſſore noſtro, per ejus Conſtitutionem in Concilio noſtro Vienneſi editam quæ incipit: Dudum: Confeſſiones audiendi conceſſam habentibus confeſſi, tenerentur peccata per eos dictis Fratribus ſic confeſſa proprio Sacerdoti iterum confiteri, damnaverit: Et deinde recolen. mem. Eugenius IV, ac Nicolaus V, & Sixtus etiam IV, ſimiliter Prædeceſſores noſtri, prædictam, & nonnullas alias ejuſdem Johannis de Poliaco, & aliorum quorundam opiniones, & aſſertiones, etiam condemnantes, maodaverunt contra earundem opinionum aſſertores, velut contra Hæreticos, & de Fide Catholica ſuſpectos, debere procedi: Et idem Sixtus Prædeceſſor, conceſſit, quod ſi Rectores Parochialium Eccleſiarum Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis, bis qui dictis Fratribus eſſent confeſſi, abſque alia rationabili cauſa malitioſe negarent, vel exhibere differrent, Fratres prædicti illa perſonis, quarum Confeſſiones audiviſſent, ea petentibus miniſtrare valerent: Et quod iidem Fratres, vel conſanguinei eorum, qui elegerunt ſepeliri apud Eccleſias Fratrum Mendicantium, etiam prætextu cujuſcunque conſuetudinis non poſſint compelli, deferre corpora defunctorum ad Parochiales Eccleſias, aut alia loca, & cum illis, vel ſine illis, inibi divina celebrare, vel celebrari facere, ante, vel poſt ſepulturam eorundem, prohibueritque Ordinariis locorum ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, ac Parochialium Rectoribus, & aliis quibuſcunque ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis earundem Parochialium Eccleſiarum, ac omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ pro tempore obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo per contrafacientes, incurrendis pœnis, ne eoſdem Fratres contra ipſorum privilegia moleſtare præſumant, aut perſonis quibuſcunque Eccleſiaſticis, vel ſecularibus, in genere, vel in ſpecie, directe, vel indirecte, aliquid inhibeant, præcipiant, aut alias ordinent, vel ſtatuant, quo minus Fratres Ordinis prædicti, & illorum domus, & profeſſores privilegiis, & gratiis, eis conceſſis libere uti poſſint. Et poſtmodum Nos in noviſsimo Lateranenſi Concilio decreverimus, quod peccata ſua Fratribus Mendicaotibus hujuſmodi præſentatis, ſecundum Clementinam Conſtitutionem prædictam & admiſsis, vel etiam indebite recuſatis, confeſſi, Conſtitutioni, quæ incipit: Omnis utriuſque ſexus: quoad confeſſionem duntaxat ſatisfeciſſe cenſeantur, & conceſſionem impendendi Sacramenta prædicta limitaverimus, in eventum videlicet, quod denegatio Sacramentorum hujuſmodi ſine legitima cauſa fieret, & de illa teſtimonio vicinorum, ſeu Notarii publici, inde rogati fide conſtaret. Nec non per quaſdam noſtras in forma Brevis literas declaravimus audientes Miſſas in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & aliis feſtis diebus, non contempto proprio Sacerdote, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de audienda Miſſa, nec in aliquam labem peccati mortalis, pœnamve incurrere. Ac demum per alias noſtras, etiam in forma Brevis literas omnia, & ſingula privilegia dictis Fratribus conceſſa, ſalvis dictis moderationibus Lateranenſis Concilii approbaverimus, & confirmaverimus, ac illa cum dictis moderationibus, etiam motu proprio innovaverimus, prout in ſingulis Conſtitutionibus, & literis prædictis plenius continetur. Nihilominus, ſicut accepimus, plerique Ordinarii locorum, & Parochialium Eccleſiarum Rectores, in diverſis Mundi partibus, propriæ ſalutis immemores, Deique, & Eccleſiaſticæ cenſuræ timore, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, poſtpoſitis, prædicare, & prædicari facere non formidant, non licere Parochianis peccata ſua Fratribus juxta dictam Conſtitutionem Clementinam præſentatis, ſine ipſorum Rectorum, petita prius, & obtenta, licentia, confiteri, & aliter illa confeſſos ad illa rurſus eiſdem Rectoribus confitenda obligatos exiſtere, quod, ſi ſecus fiat, eis Sacramenta præfata Euchariſtiæ, & Extremæ Unctio-

„ ctio-

„ ctionis miniſtrare recuſant, eiſdemque Parochianis,
„ ne præfatis Fratribus confiteantur, neve ad eorum
„ Eccleſias pro divinis audiendis diebus prædictis ac-
„ cedant, ſpecialiter, & expreſſe interdicunt. Fra-
„ tres vero, quorum vitæ ſubſidio fidelium eleemo-
„ ſynis magna ex parte conſulitur, eleemoſynas hu-
„ juſmodi petere non permittunt, ſine eorum licen-
„ tia, & Diœceſanorum, vel eorum Vicariorum li-
„ teris: eleemoſynarum mendicatarum medietatem
„ ſibi vendicare volunt; &, ne ratione confeſſio-
„ num, & celebrationis Miſſarum aliquas a ſuis Paro-
„ chianis eleemoſynas accipiant, prohibere, alio-
„ quin, & ipſi Rectores, vel Vicarii tantundem ab
„ ipſis Parochianis extorquere nituntur. Et ad pro-
„ hibitiones hujuſmodi obſervandas cenſuris, vel ab
„ Ordinariis locorum contra illarum tranſgreſſores
„ paſſim obtentis, vel propria temeritate ad terren-
„ dum ſimplicem populum, qui cenſuras timet, la-
„ tis utuntur. Corpora mortuorum, qui elegerunt
„ ſepeliri in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum non-
„ nunquam rapiunt, & ad ſuas Eccleſias deferunt,
„ ibidem Divina celebrant, ut ſic oblationes perci-
„ piant, & de funeralibus, ac mortuariis, pro cor-
„ poribus, quæ in Eccleſiis dictorum Fratrum ſepe-
„ liuntur, dimidiam, de omnibus autem legatis, &
„ oblationibus, quartam partes, contra diu obſer-
„ vatam conſuetudinem habere contendunt. Ac ſuper
„ præmiſſis, & pleriſque aliis varias dictis Fratribus
„ moleſtias, & injurias inferunt, ac jacturas, quibus
„ eorum quies turbatur, Divinus cultus minuitur,
„ & inter Chriſtifideles ſcandala paſſim oriuntur, non
„ ſine Divinæ Majeſtatis offenſa, & Apoſtolicæ au-
„ ctoritatis contemptu. Quamobrem Nos, qui præ-
„ dictorum Fratrum quietem, & tranquillum ſtatum
„ intenſis deſideramus affectibus, ut ſuis laudabilibus
„ operibus Deo acceptiores fiant, & quietius pro de-
„ linquentium emendatione, & ſalute, apud Deum
„ inſiſtere poſſint, dictorum Generalis Magiſtri, &
„ Priorum Provincialium Fratrum Prædicatorum
„ humilibus ſuper hoc porrectis ſupplicationibus in-
„ clinati, vobis, & cuilibet veſtrum per præſentes,
„ diſtricte vobis præcipiendo, mandamus ſub dictis
„ cenſuris, ut, & vos ab omni moleſtia, & omni in-
„ quietudine penitus abſtineatis, & quoties nomine
„ dictorum Fratrum, vel alicujus ex ejus Ordinis
„ Prioribus Provincialibus, vel Conventualibus pro
„ tempore exiſtentibus, fueritis ſuper hoc requiſiti,
„ omnes, & ſingulos Parochialium Eccleſiarum in
„ veſtris reſpective Civitatibus, & Diœceſibus exi-
„ ſtentes Rectores, ſeu Vicarios, ad deſiſtendum
„ poſthac ab hujuſmodi moleſtiis, & gravaminibus,
„ Conſtitutioneſque prædictas, & dictorum Fratrum
„ privilegia, in eiſdem inviolabiliter obſervanda,
„ ſub pœnis, & cenſuris in dicti Sixti Prædeceſſoris
„ inhibitione contentis, moneatis, & eis præcipiatis,
„ inobedientes vero, legitimis ſuper hoc habendis
„ proceſſibus, cenſuras, & pœnas prædictas incur-
„ riſſe declaretis, & declaratos publice nuncietis,
„ aut nunciari, & tales ab omnibus evitari arctius
„ mandetis, & alia faciatis, quæ in præmiſſis fuerint
„ quomodolibet opportuna, invocato etiam ad hoc,
„ quoties opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Re-
„ liquas vero perſonas tam Eccleſiaſticas, quam Se-
„ culares, cujuſcunque ſtatus, aut conditionis exi-
„ ſtant, quæ Rectoribus Parochialium Eccleſiarum
„ in præmiſſis contra Fratres prædictos favorem, au-
„ xilium, vel conſilium præbere præſumpſerint, per
„ cenſuras, & alia juris opportuna remedia, moni-
„ tione præmiſſa, diſtrictius coerceatis, & ut a tali-
„ bus in futurum caveant, prohibeatis. Non obſtan-
„ tibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-
„ licis, & in Synodalibus Conciliis editis ſtatutis, &
„ conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apo-
„ ſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & aliis
„ quæ Romani Pontifices, Prædeceſſores noſtri præ-
„ fati, in ſuis, & Nos in noſtris literis, privilegio-
„ rum, gratiarum, & indultorum dicto Ordini con-
„ ceſſorum, voluimus non obſtare, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque. Et quia difficile foret prædi-
„ ctas literas originales ad omnia loca, in quibus
„ opus eſſet, deferri, volumus, & prædicta aucto-
„ ritate decernimus, quod earum tranſumptis manu
„ Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus per-
„ ſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,
„ ea fides indubia in judicio, & extra, ubicunque
„ opus fuerit, adhibeatur, quæ ipſis originalibus
„ adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Da-
„ tum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris
„ die XXV Junii MDXVIII, Pontificatus noſtri An-
„ no Sexto.

XXXV. „ Quod vero in Seſſione, inquit *S. Pius V Conſt. XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom. V pag. 159.*
„ XXIII Cap. XV (Concil. Trid.) circa confeſſiones
„ a Regularibus non audiendas ſtatuitur, hoc etiam
„ dictorum Ordinum Fratres, a præfatis ſuis Gene-
„ ralibus, vel Miniſtris Provincialibus ad audiendas
„ Confeſſiones utriuſque ſexus Chriſtifidelium ap-
„ probatos, ut præmittitur, minime comprehendat,
„ ita ut a Confeſſionibus audiendis, tam intra eorum
„ Eccleſias, domos, quam extra, minime prohibean-
„ tur: Super hoc Literas felicis recordationis Pauli
„ Papæ Quarti, etiam Prædeceſſoris noſtri, conce-
„ dentes eiſdem Fratribus Mendicantibus Regularis
„ obſervantiæ poſſe confeſſiones Secularium perſo-
„ narum, etiam infirmarum, etiam extra domos, &
„ Monaſteria ſua, & ubilibet audire, approbando,
„ & de novo concedendo. Statuimus etiam quod ille,
„ qui ſemel in una Diœceſi admiſſus per Epiſcopum
„ fuerit, ſemper in eadem Diœceſi habeatur pro ad-
„ miſſo, nec amplius examinari, vel præſentari in
„ dicta Diœceſi debeat, tam quoad prædicationes fa-
„ ciendas, quam quoad confeſſiones audiendas, nec
„ aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat. Con-
„ feſſores vero Monialium, quæ degunt ſub cura
„ Regularium ab Ordinario examinari nolumus,
„ quemadmodum neque etiam Fratres, ſi debeant au-
„ dire confeſſiones aliorum Fratrum, examinari de-
„ bent. Lectores inſuper ex eiſdem Fratribus, & in
„ Theologia graduati, qui cum licentia ſuorum Su-
„ periorum ad gradum admiſſi fuerint, eum de ipſo-
„ rum doctrina ambigendum non ſit, tam Confeſſio-
„ nes audituri, quam prædicationis munus ſubituri,
„ ab Epiſcopis minime examinentur: ipſique Chriſti-
„ fideles Sacramentum Euchariſtiæ, Reſurrectionis
„ Dominicæ feſtivitate duntaxat excepta, ſumere,
„ eiſque illud per Fratres hujuſmodi adminiſtrari va-
„ leat, nec ad id faciendum per locorum Ordina-
„ rios, aut Eccleſiarum Rectores præfatos, ſeu alios
„ quoſcunque, illorum licentia minime requiſita,
„ etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis, co-
„ gi, vel compelli poſſint, ſeu debeant, etiam decer-
„ nimus, & declaramus.

XXXVI. Regulares cujuſcunque Ordinis, etiam Mendicantium, Lectores, aut in Theologia Graduatos, non poſſe ſecularium Confeſſiones audire, niſi fuerint ab Ordinariis approbati, declarat S. Pius V Conſt. CXXI = Romani Pontificis = *Tom. V pag. 285.*

XXXVII. Eadem de re conſulenda Sixti V Con-
„ ſtit. XXXV

ſtit.XXXV == Lecto in Sacra == *Tom.VII pag.*203, & 204.

XXXVIII. De Confeſſionibus a Fratribus Mendicantibus excipiendis, etiam quadrageſimali, Paſchali, & quovis alio tempore, legenda Clementis VIII Conſt.XXI == Significatum ſuit == *Tom.V pag.*502.

XXXIX. Ne Regulares cujuſvis Ordinis abſolvant a caſibus in Bulla Cœnæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis, vel aliis, quos Ordinarii locorum ſibi reſervant, cautum eſt Clamentis VIII Conſt.CXL == Sacra == Tom.VII pag.234. Vide etiam Pauli V Conſt.CXX == Quoniam == *Tom.VII pag.*259.

XL. Circa Confeſſiones a Regularibus excipiendas quædam decernit Gregorius XV Conſtitut. XIII == Inſcrutabili == Tom. VI pag. 17. Vide Urbani VIII Conſt.XV == Alias a felicis == *Tom.VI pag.*33: & CLVIII == Alias a felicis == *Tom.VII pag.*455.

XLI. Ne Regulares ab Ordinario non approbati ſecularium confeſſiones excipiant, cavet Urbanus VIII Conſt.XXXI == Cum ſicut == *Tom.VI pag.*55. Huc etiam ſpectant Pauli V Conſt.LIX == Nomine Venerabilis == Tom.V pag.684: & Epiſtola quæ legitur *Tom.VII pag.*245.

XLII. Regulares a Confeſſionibus excipiendis ſuſpendendi ratio locorum Ordinariis præſcribitur Decreto Sac. Congregationis quod legere eſt *Tom.VII pag.*257: & 348.

XLIII. Ne autem omnibus Fratribus unius Conventus adimatur facultas confeſſiones excipiendi, cautum eſt Urbani VIII Conſt.CLV, literis ſcilicet Sac. Congregationis, quarum initium == Perilluſtris == *Tom.VII pag.*301.

XLIV. Quod confeſſiones excipiendæ ſint in Eccleſia, habetur ex Urbani VIII Conſtitut. CXXXII == Congregatio == *Tom.VII pag.*287, & ex Epiſtola quæ legitur ibidem *pag.*303 Conſt.XXVI.

XLV. Non poſſunt tamen Regulares ab Ordinariis prohiberi, ne confeſſiones ſecularium ægrotantium in propriis illorum ædibus excipiant abſque Parochorum licentia, dummodo ralinquant ſchedulam, vel notificent ipſis Parochis, quod Pœnitentiæ Sacramentum hujuſmodi fuerit ab eis miniſtratum. Ex Decreto Sac. Congregationis Regularium negotiis præpoſitæ *Tom.VII pag.*308: & ibid. *pag.*272 Num.VI.

XLVI. De confeſſionibus vero audiendis, & Euchariſtiæ Sacramento adminiſtrando a Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis, vide *Innocentii X Conſt.III* == Exponi Nobis == *Tom.VI pag.*146.

XLVII. Quid de confeſſionibus excipiendis a Benedicto XIII ſancitum fuerit, habes in ejuſdem Conſtitut.LXXIX == Pretioſus == Tom.VI pag 620 §.26: 27: & 28: & in Conſt.CVII == Magiſter == Tom.VI pag.671 Dubio tertio. Sed cum Conſtitutiones iſtæ Benedicti XIII ad juris terminos reductæ fuerint:

XLVIII. Notandum, Primo, quod *Clemens X Conſt.II*, data 21 Junii 1670 == Superna == *Tom.VI pag.*262 Regularium privilegia quæ confeſſiones excipiendas ſpectant declarat his verbis: „ Decernimus, ac declaramus..... Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſſiones ſecularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, a quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati „. Mitto quæ Monialium, & eorum qui vere ſunt de familia, & continui commenſales, confeſſiones, de quibus alibi, ſpectant. „ Illos autem Religioſos, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis, generaliter quoque, & indiſtincte, abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad ceteros vero qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis omni tempore, etiam Paſchali, & quorumcunque, etiam infirmorum, confeſſiones audire, abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen confeſſione teneri dictos Religioſos eorundem infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis a facultate audiendi confeſſiones præcipi. Sufficere tamen ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam. Et eos qui dictis Religioſis, ſimpliciter approbatis, Paſchali tempore confeſſi fuerint, Conſtitutioni quæ incipit == Omnis utriuſque ſexus == quoad confeſſionem duntaxat ſatisfeciſſe cenſendos. Regulares vero ad ejuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ſi ab ejus Vicario, aut ab Anteceſſoribus Epiſcopis, approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas confeſſiones concernat. De qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ duntaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit. Porro ſi Regulares cum ſcandalo, aut alias inhoneſte vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur a confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus; cum præcipua Miniſtri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad confeſſionis miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare, quominus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares a ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere a confeſſionibus audiendis. Attamen confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenus poſſe. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuſcunque Ordinis, Inſtituti, aut Societatis, etiam Jeſu, conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares a Sede Apoſtolica poſt Sac. Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſolvendi a caſibus Epiſcopo reſervatis. Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideo a caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem Confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diœceſi a peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus abſolvere, niſi eoſdem Pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe. Vigore ſupradictorum privilegiorum

,, giorum nequaquam licere Regularibus, etiam ſa- ,, tisfacta parte, abſolvere pœnitentes a cenſuris ,, quoad externum, & judiciale forum, & abſolutos ,, ab eis in foro Pœnitentiali, utique non cenſeri ab- ,, ſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quin- ,, immo cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denuncia- ,, tos, ab Epiſcopis cogi poſſe gerere ſe pro talibus ,, etiamſi a Regularibus fuerint abſoluti.

XLIX. Ex quibus Clementis X verbis habetur quomodo intelligenda ſint Privilegia ſupra relata. De variis quæſtionibus quæ hanc materiam ſpectant diſſerit *Paſſerinus* Tom.II de Statibus Quæſt.CLXXXVII Art.I a Num.122 ad 814: & Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.970, & 971.

L. Notandum ſecundo, quod Propoſitiones inter quas Alexander VIII damnavit 7 Decembris 1690, iſta eſt XX: *Confeſſiones apud Religioſos factæ, pleræque, vel Sacrilegæ ſunt, vel invalidæ.* Vigeſima autem prima hujus tenoris eſt: *Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, ſeu ſatisfactione, ob quæſtum, ſeu lucrum ſubſidii temporalis.* Ex Decreto S. Romanæ & univerſalis Inquiſitionis coram Summo Pontifice Alexandro VIII.

Circa Fratres Confeſsionibus excipiendis præpoſitos conſulendæ Admonitiones V, & VI Capituli Generalis Romæ 1694.

QUÆSTIO VIII.

Poſſuntne Fratres Prædicatores, Sede vacante, eadem, quam ab Epiſcopo tenent, facultate Confeſſiones excipere, conciones habere &c.?

SUMMARIUM.

I. POſſe, concedit Clemens IV.
II. Nec revocatum fuit hoc Privilegium.

I. POſſe Fratres Prædicatores, Sede vacante, eadem, quam ab Epiſcopo tenent, auctoritate Confeſsiones excipere, Conciones habere &c. liquet ex ſequenti Conſtitutione, in qua Fratribus Ordinis Prædicatorum, ſic ea de re ſcribit *Clemens IV Conſt.XII* = Exigentibus = *Tom.I pag.454*: ,, Ex ,, parte ...... veſtra fuit propoſitum coram nobis, ,, quod licet vobis a nonnullis Patriarchis, Archiepi- ,, ſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ,, audiendi confeſſiones ſubditorum ſuorum, necnon ,, prædicandi, & aliqua vota in alia pietatis opera ,, commutandi, in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, ,, licentia ſit conceſſa, quia tamen eiſdem Prælatis ,, decedentibus, uti licentia hujuſmodi, Eccleſiis ſic ,, vacantibus, dubitatis, nobis humiliter ſupplica- ,, ſtis, ut providere vobis ſuper hoc paterna diligen- ,, tia curaremus, Veſtris igitur ſupplicationibus in- ,, clinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ,, ut in hujuſmodi caſu poſsitis uti tandiu prædicta li- ,, bere licentia, donec viduatis Eccleſiis proviſum ,, fuerit de Paſtore.

II. Quod privilegium iſtud revocatum non fuerit, variis momentis, ac in primis Sac. Congregationis Declarationibus probat *Paſſerinus* Tom.II de Statibus Quæſt.CLXXXVII Art.I, quem conſulas velim a Numero 299 ad 321.

QUÆSTIO IX.

Num præcepto ſatisfaciat, qui diebus Dominicis in Ædibus Sacris Fratrum Mendicantium Miſſam audit?

SUMMARIUM.

I. SAtisfacit, uti decernit Leo X.
II. Qui deceſſores ſuos Bonifatium IX, & Sixtum IV conſentientes habet.
III. Ac Succeſſorem ſuum Clementem VIII.
IV. Nec adverſatur Sacrum Concilium Tridentinum.
V. Uti declarat S. Pius V.

I. QUod præcepto ſatisfaciat qui diebus Dominicis in Ædibus Sacris Fratrum Mendicantium audit Miſſam, definit *Leo X Conſtitut.LXII Tom.IV pag.349* dicens: ,, Leo Papa X univerſis, & ,, ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & ,, Apoſtolicam Benedictionem. Intelleximus quoſ- ,, dam in dubium revocare, & perinde timoratis con- ,, ſcientiis ſcrupulum injicere, ſi Chriſtifideles, qui ,, Dominicis, & feſtis diebus extra Eccleſias ſuas Pa- ,, rochiales Miſſas audiunt in Eccleſiis Fratrum Or- ,, dinum Mendicantium, Eccleſiæ præcepto de au- ,, dienda Miſſa ſatisfaciant. Nos ambiguitatem hu- ,, juſmodi penitus tollere volentes, ut cum ſincerio- ,, ri conſcientia fideles quique Deo Creatori ſuo ſer- ,, viant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ,, notum facimus, omnes Chriſtifideles utriuſque ,, ſexus, qui non contempto proprio Sacerdote Pa- ,, rochiali in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendican- ,, tium Dominicis, & feſtis diebus Miſſas audiunt, ſa- ,, tisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec ,, in aliquam labem peccati mortalis, pœnamve pro- ,, pterea incurrere. In contrarium facientibus non ,, obſtantibus quibuſcunque. Et quia difficile foret ,, præſentes literas noſtras originaliter ad loca, ubi ,, opus foret, deferri, volumus, & decernimus, ut ,, earum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcri- ,, ptis, & ſigillo alicujus Prælati in dignitate Eccle- ,, ſiaſtica conſtituti, munitis ea fides, ubi opus fuerit, ,, detur, quæ originalibus ipſis daretur, ſi exhibitæ ,, forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ,, ſub Annulo Piſcatoris die XIII Novemb. MDXVII, ,, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

II. Eadem de re legenda Sixti IV Conſt.CXCIII = Vices illius = Tom.VII pag.108. Vide etiam Decretum Sacræ Congregationis ibid. pag.272: & Bonifatii IX Conſtitut.CCXII = Sacræ Religionis = Tom.II pag.439.

III. S. Sedis Apoſtolicæ Nuncio in inferiori Germania ſcribens *Clemens VIII Conſt.XXI Tom.V pag.502*, ,, Significatum, inquit, fuit Nobis, non ſine gravi ,, animi moleſtia, nuper in Oppido Duacenſi, Attre- ,, batenſis Diœceſis; nonnullos Parochos, maximo ,, cum fidelium ſcandalo, tum docendo, & concio- ,, nando, tum omnes reprehenſionibus, & cenſura- ,, rum Eccleſiaſticarum comminationibus perterren- ,, do, fideles Chriſti avertere, ne feſtis diebus ad ,, Eccleſias Fratrum Ordinum Mendicantium, at- ,, que Collegii Societatis Jeſu, pro Miſsis audien- ,, dis accedere, & ne etiam quadrageſimali, ac Pa- ,, ſchali tempore Fratribus dictorum Ordinum, ac ,, Presbyteris Societatis Jeſu peccata ſua confiteri ,, poſſent, auſos fuiſſe, & affirmantes ipſis Chri-

,, ſtifide-

Digitized by Google

„ ſtifidelibus, tam de jure, quam de conſuetudi-
„ ne, prohibitum eſſe in aliis, quam Parochiali-
„ bus Eccleſiis Miſſas feſtis diebus audire, nec li-
„ cere illis Quadrageſimali, vel Paſchali tempore
„ Fratribus dictorum Ordinum, ac Presbyteris So-
„ cietatis Jeſu peccata ſua confiteri, unde maxi-
„ mam in fideli populo exortam fuiſſe animorum
„ perturbationem, accepimus. Contra enim Fratres
„ Ordinum Prædicatorum, & Conventualium, ac
„ Presbyteri dictæ Societatis Jeſu, privilegiis Apo-
„ ſtolicis ſuffulti, tum privatim, tum publice, ac in
„ concionibus, contrarium uſum in Eccleſia Dei re-
„ ceptum, & permiſſum, ac a Sanctis Patribus, &
„ Œcumenicis Conciliis approbatum defendere conati
„ fuerunt. Rem autem eo protractam eſſe intellexi-
„ mus, ut graves inde diſſenſiones inter dictos Paro-
„ chos, & Presbyteros Societatis Jeſu ſubortæ fue-
„ rint. Quod autem gravius affecit, illud in primis
„ fuit, quod Venerabiles Fratres Archiepiſcopus Ca-
„ meracenſis, & Epiſcopus Attrebatenſis, inconſulta
„ Sede Apoſtolica, negotium hoc in diſceptationem,
„ tum etiam in judicium fortaſſis apud ſecularem Cu-
„ riam deduxerunt. At Nos, ne graviora exinde
„ ſcandala ſuboriantur, paterne conſulere, & celeri
„ remedio proſpicere volentes, cauſamque, & cau-
„ ſas hujuſmodi, ſi quæ coram quocunque Judice in-
„ troductæ, ac etiam inſtructæ reperiantur, ad Nos,
„ harum ſerie, avocantes, illaſque penitus extin-
„ guentes, ac perpetuum deſuper, tum Parochis, tum
„ aliis ſilentium imponentes, præſenti noſtro Decre-
„ to ſancimus, licere ſecularibus Chriſtifidelibus uni-
„ verſis Miſſas diebus Dominicis, & aliis majoribus
„ feſtis audire in Eccleſiis tam Fratrum Prædicato-
„ rum, quam aliorum Mendicantium, necnon etiam
„ Collegii Societatis Jeſu, juxta illorum privilegia,
„ & antiquas conſuetudines, dummodo id in con-
„ temptum Parochialium Eccleſiarum non faciant.
„ Et tam dictis Fratribus Prædicatoribus, & Presby-
„ teris dictæ Societatis, quam aliis privilegiatis,
„ quibus id a Sede Apoſtolica indultum eſt, idoneis
„ tamen, & ab Ordinario approbatis peccata ſua,
„ etiam Quadrageſimali, Paſchali, & quovis alio
„ tempore, confiteri licite poſſe, dummodo ta-
„ men iidem Seculares Chriſtifideles Sacramentum
„ Euchariſtiæ die Feſto Paſchatis Reſurrectionis in
„ propria Parochia ab eorum Parocho ſumant. Proin-
„ de tibi per præſentes committimus, & mandamus,
„ ut præſens noſtrum Decretum prædictis Archiepiſ-
„ copo Cameracenſi, & Epiſcopo Atrebatenſi no-
„ tum facias, ac iiſdem, auctoritate noſtra Apoſtoli-
„ ca, mandes, ut illud in prædicto Oppido Duacenſi,
„ & ubicunque opus fuerit, publicari, & obſervari
„ faciant, utque Parochos in eorum officio conti-
„ neant, illoſque ab avocatione Populi ab Eccleſiis
„ Privilegiatorum, ac etiam a propoſitionibus, qui-
„ bus tollitur libertas Populo audiendi Miſſas in Ec-
„ cleſiia privilegiatorum ſupradictis diebus, ac con-
„ fitendi peccata etiam in Paſchate ipſis privilegiatis,
„ abſtinere faciant. Ipſis vero privilegiatis eadem
„ auctoritate præcipias, ut in Concionibus, & Ca-
„ techiſmis Populum ipſum tum ad reverentiam Pa-
„ rochorum, tum ad eorum Miſſas, præſertim Do-
„ minicis, & aliis ſolemnibus Feſtis diebus audiendas,
„ tum ad decimas, reſque alias Eccleſiaſticis debitas
„ ſolvendas, frequenter moneant, & adhortentur.
„ Ac denique omnem hujuſmodi controverſiæ occa-
„ ſionem præcidere, & tollere, & Chriſtifidelium
„ animos ad unionem, & quietem traducere cures,
„ omniaque præmiſſa publicari, & exequi, adjectis
„ etiam cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis tibi beneviſis
„ pœnis, opportuniſque omnibus juris & facti remediis
„ adhibitis, mandes, & facias. In contrarium facien-
„ tibus non obſtantibus quibuſcunque. Volumus au-
„ tem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis,
„ tuo ſigillo, ac Secretarii, ſeu Notarii tui, manu
„ obſignatis, indubia ubique fides haberi debeat. Da-
„ tum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris
„ die XII Decembris MDXCII, Pontificatus noſtri
„ Anno Primo „. Adeas Auctores quos laudat, &
excipit **Donatus** in Rerum Regularium Praxi Tom.IV,
Tractatu VII Quæſt.XCIII.

IV. Nec obſtat Sacri Concilii Tridentini Decretum, quo Populum monendum decernit, ut ad ſuas Eccleſias, ſaltem Dominicis, & majoribus feſtivis diebus convenire debeat: ex hoc enim nullatenus inferri poteſt, quod aliquis Dominicis, aut feſtivis diebus Miſſam audiens in Eccleſia Fratrum Mendicantium, Eccleſiæ præcepto non ſatisfaciat.

V. Id aperte declarat *S. Pius V Conſtitut.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom V pag.*160 dicens:
„ Et inſuper Seſſione XXII Decretum, per quod Po-
„ pulum ſæpe ad ſuas Eccleſias, ſaltem Dominicis,
„ & majoribus feſtivis diebus, convenire debere,
„ monet, inſequendo volumus, quod Fratribus Men-
„ dicantibus hujuſmodi, non ſolum prohiberi non
„ poſſit, ne Miſſas, & alia Divina Officia faciant in
„ eorum Eccleſiis, verum etiam in quibuſcunque aliis,
„ ubi celebrari Miſſas ſolitum eſt, etiam ipſis non vo-
„ catis, ſeu ad id non requiſitis, celebrare valeant:
„ ac etiam quod Conciones, & Lectiones Sacræ Scrip-
„ turæ, & Sermones pro mortuis, etiam in Eccleſiis
„ facere, ac eleemoſynas pro celebrandis hujuſmodi
„ Miſſis, & aliis Divinis Officiis peragendis, ſi eis
„ illas donari, ſeu relinqui contingat, recipere,
„ necnon Miſſas, & Divina Officia hujuſmodi, etiam
„ in diebus Dominicis, vel Feſtivis, etiam antequam
„ Rector Parochialis Eccleſiæ celebraverit, celebra-
„ re, & facere, & quando eis videtur, etiamſi tunc
„ in Eccleſia Cathedrali prædicetur, prædicare, ac
„ etiam quicunque utriuſque ſexus Chriſtifideles,
„ totius anni tempore, illas, & illa, in Eccleſiis
„ Fratrum hujuſmodi audire poſſint: ipſi Chriſtifide-
„ les ullatenus deſuper moleſtari, aut impediri, per
„ locorum Ordinarios, ſeu Rectores Parochialium
„ Eccleſiarum, aut alios quoſcunque, ullo pacto,
„ cauſa, vel occaſione, non valeant, ſeu debeant:
„ ſed præfati Chriſtifideles audiendo Miſſas, & alia
„ Divina Officia in Eccleſia Fratrum hujuſmodi die-
„ bus Dominicis, aut Feſtivis, præcepto Eccleſiæ
„ de illis audiendis ſatisfeciſſe cenſeantur.

* * *
* *

TITULUS

Digitized by Google

T I T U L U S VIII.

De Miſſionibus.

ANtiqua Præeonum Fidei, ſeu Miſſionariorum, privilegia deſcripturus, eruditum Lectorem monitum velim, quod ea nullatenus refero, ut vel de ipſis diſſeram, vel ut præſtantiſſimi Viri, qui hoc præclariſſimo munere funguntur, illis utantur. Neminem quippe fugit, quod ex reeentioribus Apoſtolicæ Sedis Conſtitutionibus, & ipſis in primis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Deeretis, antiqua illa Privilegia ad certos terminos redacta fuerunt. Sapienti ſane conſilio. Ut enim Romæ nihil magis cordi eſt, quam ut ſarta tecta fides ſervetur, ae Chriſtus, in omni, qua late patet terrarum orbe, ubique regnet, imperet; id potiſſimum eurat, ut *in omnem terram* exeat *ſonus* Præconum Evangelii, *& in fines orbis terræ verba eorum*. Quia vero non una omnium, ad quos illi mittuntur, conditio eſt, hinc probe factum, ut cuique, prout res poſtulat, facultas tribuatur. Varias earundem Faeultatum formulas leges, ſi libet, apud *Angelum Mariam Verricellum* de Apoſtolicis Miſſionibus Titulo XVI. *De aliquibus Regularium Privilegiis pro Partibus Inſidelium revocatis* diſſerit Verricellus Titulo XVII, quem Titulum *neceſſario prælegendum* monet *pro uſu Privilegiorum*, de quibus ſcripſerat ipſe Titulis Quarto, & Nono. De his omnibus ego ſermonem abſtinendum cenſeo, hac potiſſimum ductus ratione: quia ſive Religioſi Viri, Apoſtolieo illo munere functuri, ab ipſamet Saera Congregatione de Propaganda Fide, ſive ab ipſis Superioribus Regularibus, quibus conceſſum eſt, mittantur, quid impræſentiarum poſſint, ſingulatim audiunt, ut experientia didici dum id felicitatis haberem, ut per ſex annos in Americanis Miſſionibus degerem. Non igitur Evangelii Præconibus hic exponam quid poſſint, ſed, ut Hiſtoriæ ſerviam, venerandæ antiquitatis proferam monumenta.

Octo autem Quæſtionibus abſolvetur Titulus iſte.

PRima: Quænam ſint facultates Fidei Præconibus, ſeu Miſſionariis, Ordinis Prædieatorum, olim conceſſæ?

II. Quænam ſint Indulgentiæ conceſſæ Fidei Præconibus, ſeu Miſſionariis, Prædicatorum Familiæ?

III. Quænam ſit Indulgentia pro Miſſionibus Fratrum Prædieatorum obeundis conceſſa?

IV. Faeultas Præcones Fidei, ſeu Miſſionarios, Prædicatorum Ordinis, ad exteras Nationes delegandi fuitne conceſſa Generali Magiſtro?

V. De Miſſionariorum famulis.

VI. De ſumptibus Miſſionariorum ſuppeditandis.

VII. Cautumne fuit Apoſtolicis Conſtitutionibus, ne quis Miſſionariorum eonſiliis impedimento ſit?

VIII. Quis inhibuit, ne Fratres Hiſpani, Superioribus Ordinis inſeiis, Indiam peterent?

Q U Æ S T I O I.

Quænam ſunt Facultates Præconibus Fidei, ſeu Miſſionariis, Ordinis Prædicatorum, olim conceſſæ?

S U M M A R I U M.

I. AMpliſſimas facultates ipſis conceſſerunt Honorius III:

II. Gregorius IX Conſtitutione = *Cum meſſis* =

III. Idem Conſtitutione = *Cum hora* =

IV. Idem Conſtitutione = *Sperantes* =

V. Innocentius IV Conſtitutione = *Patri luminum* =

VI. Idem Conſtitutione = *Cum hora* =

VII. Nieolaus III:

VIII. Alexander IV:

IX. Nicolaus IV:

X. Bonifatius VIII:

XI. Johannes XXII, Conſtitutione = *Gratias agimus* =

XII. Idem Conſtitutione = *Cum hora* =

XIII. Idem alia Conſtitutione = *Gratias agimus* =

XIV. Idem Conſtitutione = *Cum ſit* =

XV. Gregorius XI:

XVI. Urbanus VI:

XVII. Martinus V:

XVIII. Eugenius IV, Conſtitutione = *Romanus Pontifex* =

XIX. Idem Conſtitutione = *Ex providentia* = qua renovat Conſtitutionem a B. Benedicto XI datam:

XX. Idem Conſtitutione = *Plantatus* =

XXI. Idem Conſtitutione = *Adveſperaſcente* =

XXII. Idem Conſtitutionibus = *Proſpicientes* = & = *Sacræ religionis* =

XXIII. Nicolaus V:

XXIV. Pius II:

XXV. Adrianus VI:

XXVI. Gregorius XIV:

XXVII. S. Pius V:

XXVIII. Urbanus VIII:

XXIX. Benedictus XIII.

I. QUænam ſint facultates Præconibus Fidei, ſeu Miſſionariis Ordinis Prædieatorum, olim conceſſæ, ex ſequentibus habes. *Honorius III. Conſt. XXXIII* = Vineæ Domini = *Tom. I pag. 16* Fratres Prædicatores, & Minores in Regno *Miramolini* degentes ſic alloquitur: „ Ut autem miniſterium veſtrum confidentius exequamini, concedimus, ut
„ in prædicta duntaxat regione vobis liceat prædicare, baptizare Saracenos ad Fidem noviter venien-
„ tes, & reconciliare Apoſtatas, injungere pœniten-
„ tias, & excommunicatos illos abſolvere, qui ad
„ Sedem Apoſtolicam commode non poſſunt accede-
„ re abſolvendi; liceatque vobis in terra illa in eos,
„ quos Hæreticos eſſe conſtiterit, excommunicationis
„ ſententiam promulgare. Inhibemus quoque, ne
„ cui Chriſtiano liceat vos de terra illa ejicere vio-
„ lenter.

Eiſdem Fratribus *Conſtitutione XXXIV* = Ex

parte veſtra == *Tom.I pag.*16 facultatem concedit nu-
triendi barbam, & comam, ac pecunias recipiendi,
& expendendi.

II. Fratres Prædicatores ad Saracenos, & Paga-
nos proficiſcentes alloquens *Gregorius IX Conſtit.XC*
== Cum meſſis == *Tom.I pag.*58: „ Concedimus, in-
„ quit, ut in Terris illis vobis ſit licitum Chriſtiano-
„ rum ibi morantium, de Prælatorum ſuorum conſi-
„ lio, dummodo ſint Catholici, & aliorum illuc ac-
„ cedentium, Confeſſiones audire, ac eis pœniten-
„ tiam injungere ſalutarem, & ipſis, ſi aliquibus
„ excommunicationum ſententiis ſint aſtricti, con-
„ grua ſatisfactione præmiſſa, beneficium abſolutio-
„ nis juxta formam Eccleſiæ impertiri: ita tamen
„ quod Chriſtianis ad partes illas accedentibus hujuſ-
„ modi abſolutio nonniſi in neceſſitatis articulo, im-
„ pendatur, & tunc injungatur eis, quod de jure
„ fuerit injungendum. Liceat quoque vobis cum ve-
„ ſtri Ordinis Fratribus ſuper irregularitate, niſi
„ adeo ſit enormis, & gravis, quod ea notati ad Se-
„ dem eſſent Apoſtolicam tranſmittendi, proinde
„ diſpenſare, ac alia facere, quæ ad converſionem
„ Infidelium, & ſalutem pertinere noveritis anima-
„ rum.

III. Huc ſpectat ejuſdem *Gregorii Conſtit.CXXIII*
== Cum hora == *Tom.I pag.*73, cujus hæc verba. „ Ut
„ autem Miniſterium veſtrum honoretur plenius, &
„ honorabilius impleatur, præſentium vobis aucto-
„ ritate concedimus, quatenus in terris, quæ Sedis
„ adhuc Apoſtolicæ Magiſterio non intendunt, pro-
„ ponere Verbum Dei, & ejuſmodi homines per
„ exhortationem veſtram converti ad unitatem Chri-
„ ſtianæ Fidei cupientes, baptizare, ac aggregare
„ filiis Eccleſiæ Sacroſanctæ, audire Confeſſiones,
„ injungere pœnitentias ſalutares, ſed & cum conſi-
„ lio Diœceſanorum, ſi Catholici, & præſentes fue-
„ rint, Excommunicatos juxta Eccleſiæ formam abſol-
„ vere, cum Irregularibus in illis caſibus, in quibus
„ ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ, diſpenſare, & eos,
„ qui quomodolibet a fide, vel unitate Romanæ Ec-
„ cleſiæ diſceſſerunt, ſi redire voluerint, &, prout
„ animabus eorum expedire videritis, ſatisfacere
„ pro commiſſis, reconciliare, & ab anathematis vin-
„ culo, quo tenentur, abſolvere valeatis. A Catho-
„ licis inſuper Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſ-
„ copis Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta re-
„ cipere, Veſtes Sacerdotales, Altaris Pallas, &
„ Corporalia, cum vobis neceſſe fuerit, benedicere,
„ ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur,
„ necnon alia facere, quæ ad Dei gloriam, anima-
„ rumque ſalutem videantur pro loco, & tempore
„ pertinere.

IV. *Cheurim* Terræ Prædicatores aliis facultatibus
donat *Gregorius IX Conſt.CLXIV Tom.I pag.*93 his ver-
bis: „ Sperantes, quod multitudo Gentium Terræ
„ Cheurim eo facilius, exhortantibus vobis, ad no-
„ titiam Conditoris omnium convertatur, & conver-
„ ſa ſtabilior in timore Domini perſeveret, quo vos
„ diverſæ dona gratiæ a Nobis perſpexerint recepiſſe,
„ devotioni veſtræ in eiſdem partibus, in quibus
„ Epiſcoporum copiam non habetis, benedicendi Pal-
„ las Altaris, & Sacerdotales veſtes, ac cœmeteria,
„ auctoritate prædicta, vobis concedimus facultatem.

V. Generali Magiſtro, & Terræ Sanctæ Provin-
ciali ſcribens *Innocentius IV Conſt.LVI* == Patri lumi-
num == *Tom.I pag.*136: „ Vobis itaque, inquit, vi-
„ gili mente ſolicitis, ut Dei Filio de animarum lucro
„ aſſidue placeatis, quod Fratres veſtri Ordinis, qui
„ a vobis, vel altero veſtrum deputantur ad prædi-
„ candum Jacobitis, Neſtoritis, Georgianis, Græcis,
„ Armenis, Maronitis, & Moſollinis, aliiſque Na-
„ tionibus in Partibus Orientalibus conſtitutis, quæ
„ olim Ritum S. Romanæ Eccleſiæ non ſervabant,
„ eiſdem, non obſtante ſi aliqui ſint excommunica-
„ tione ligati, in verbis, officio, & cibo ſecure cum
„ eis communicare valeant, ita tamen quod ipſi Fra-
„ tres in Eccleſiis illorum, ſitis in terra Fidelium, Di-
„ vina non celebrent, auctoritate præſentium indul-
„ gemus. Liceat etiam dictis Fratribus illis ex præ-
„ dictis, qui ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ re-
„ deuntes, ſunt excommunicatione ligati, abſolu-
„ tionis beneficium juxta formam Eccleſiæ impertiri,
„ & diſpenſare cum ipſis ſuper eo quod excommuni-
„ cati celebravere Divina, necnon cum illis, qui Or-
„ dines infra ætatem legitimam, vel temporibus in-
„ debitis, aut qui omnes eadem die, vel qui ſupe-
„ riores, prætermiſſis inferioribus, conferre, ſeu
„ recipere præſumpſerint; ſi tamen talis in hoc ſer-
„ vata forma extitit, per quam Ordines recepiſſent.
„ Ceterum, quod per Fratres eoſdem diſpenſari va-
„ leat, ut illi ex Nationibus memoratis, qui poſt
„ ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, vel in gradibus,
„ & caſibus, a Divina minime Lege prohibitis, Ma-
„ trimonia contraxerunt, remaneant in eiſdem, & ii,
„ qui ad Eccleſiæ Catholicæ redierint unitatem, ut
„ inter ſuos habitent, eiſque communicent; necnon
„ quod Clerici publice ad obedientiam Sedis Apoſto-
„ licæ redeuntes gaudeant Privilegio Clericali, &
„ quod Fratres ipſi Chriſtianos Apoſtatas ad cultum
„ Orthodoxæ Fidei redeuntes ad gratiam reconcilia-
„ tionis admittant, vobis concedimus facultatem.

VI. Ampliſsima facultate Fidei præcones donavit
Innocentius IV Conſt.CCCXI == Cum hora == *Tom.I*
*pag.*237. Sic enim alloquitur Fratres Prædicatores de-
gentes in Terris Saracenorum, aliarumque partium &c.
„ Ut autem miniſterium veſtrum honoretur plenius,
„ & honorabilius impleatur, præſentium vobis au-
„ ctoritate, concedimus, ut in terris, quæ adhuc Se-
„ dis Apoſtolicæ magiſterio non intendunt, propo-
„ nere Verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non ob-
„ ſtante ſi aliqua ſunt excommunicatione ligati, in
„ verbis, officio, & cibo, ac in aliis ſecure commu-
„ nicare, & ipſos, ſeu etiam alios converti ad uni-
„ tatem Chriſtianæ Fidei cupientes, recipere, bapti-
„ zare, & aggregare Eccleſiæ filiis valeatis: Et Pre-
„ sbyteri ex vobis ipſos aggregatos poſsint inſignire
„ charactere Clericali, & ipſos ad Acolytatus Ordi-
„ nem promovere. Liceat etiam vobis ibidem re-
„ deuntibus ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ, qui
„ ſunt excommunicatione ligati, abſolutionis bene-
„ ficium juxta formam Eccleſiæ impertiri, & ſuper eo
„ diſpenſare cum ipſis, qui ſacros receperunt Ordi-
„ nes, & divina celebrarunt officia ſic ligati. Hoc
„ ipſum vobis ſit licitum, circa illos de terris eiſ-
„ dem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem
„ legitimam, aut qui omnes eadem die, vel ſupe-
„ riores, prætermiſsis inferioribus, conferre, ſeu
„ recipere Ordines præſumpſerunt: ſi tamen in hoc
„ ſervata talis forma extiterit, per quam Ordi-
„ nes recepiſſent: Vobis præterea diſpenſare li-
„ ceat, ut illi ex Nationibus, veſtræ prædicationi
„ commiſsis, qui poſt ſuſceptionem Sacrorum Ordi-
„ num, vel in gradibus, & caſibus, a Divina mini-
„ me Lege prohibitis, Matrimonia contraxerunt, re-
„ maneant in eiſdem, & hi, qui ad Eccleſiæ Catholi-
„ cæ redierint unitatem, ut inter ſuos habitent, eiſ-
„ que communicent. Necnon quod Clerici Natio-
„ num ipſarum, publice ad obedientiam Sedis Apo-
„ ſtolicæ

ſtolicæ redeuntes, gaudeant privilegio Clericali. Sit etiam vobis licitum omnium Fidelium in terris prædictis Confeſſiones audire, ac ipſis injungere pœnitentias ſalutares, & excommunicatos a Canone, vel alio modo juxta formam Eccleſiæ, abſolvere; dummodo injuriam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earnm in caſibus, in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac etiam enm Clericis ipſarum partium, patientibus defectum natalium, dummodo non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut de regularibus procreati, ſit vobis diſpenſandi facultas; Quam circa illos ſimiliter habeatis, qui ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, ſeu Religione, vel Clericali Ordine diſceſſerunt, ſi bumiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere de commiſſis; Ita qnod ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalva diſciplina Ordinis, reſumantur, & illos ex jam dictis, qui excommnnicationis vinenlo ſunt aſtricti juxta præmiſſam formam, & prædictæ ſatisfactionis modum, abſolvere valeatis, & cum irregularibus ex eiſdem, ſicut eſt expreſſum ſuperius, diſpenſare. Ad hæc ſit vobis abſolvendi facultas occiſores Clericorum, & Religioſarum perſonarum, in prædictis partibus conſtitutos; Fundandi de novo ibidem Ecleſias, & reconciliandi ipſas, quæ ſunt caſu aliquo prophanatæ, ac de novo fundatis Rectores idoneos providendi, & illis, qui de Gentibus, vel Schiſmaticis noviter ſunt converſi, dandi licentiam, ut Uxores ſuas, cum quibus in gradibus, a Lege Divina non probibitis, contraxerunt, valeant retinere. De cauſis matrimonialibus, quas iu partibus illis ad audientiam veſtram deferri contigerit, legitime cognoſcendi, ac diſeordantes inter ſe ad invicem, quod ad pacem, & concordiam redeant, necnon quod inordinate viventes, de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit, ſatisfactionem exhibeant, compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam, vobis libera ſit facultas. Inſuper in locis, in quibus vos boſpitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus reſidentiam facietis, Miſſam, & cetera Divina celebrare Officia, & in eiſdem partibus, cœmeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, facultatem, & licentiam habeatis. Ceterum vobis concedimus quod a Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, & Altaria portatilia, more ipſorum, a jam præfatis Epiſcopis benedicta, habere, & eis uti poſſitis, ſi contingat vos aliquo caſu, veſtra Altariola non babere, ac Veſtes Sacerdotales, Altaris Pallas, Corporalia, per eos, qui ex vobis ſunt Presbyteri, eum neceſſe vobis fuerit, benedicere, ubi Epiſcoporum Catholicorum copia non babetur, necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem Catbolicæ Fidei, ac reprobationem, & irritationem illorum, qui Sacris Traditionibus contradicunt, ſicut pro loco, & tempore videbitis expedire.

VII. Ejnſdem fere tenoris eſt *Nicolai III Conſt.VIII* = Cum hora = *Tom.I pag.559.*

VIII. Hiſpaniæ Provinciali ſcribens *Alexander IV Conſt.CV* = Cum bora = *Tom.I pag.309*: „ Diſcretioni tuæ, inquit, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquos ex Fratribus tibi commiſſis, quos præpotentes videris in opere, ac ſermone, ac fidei ampliandæ zelo ferventes ad Terras Saracenorum Hiſpaniæ, per totum Regnum Tuniſii, & ad quaſeunque Infidelium nationes, auctoritate noſtra, transmittas annuntiaturos illis in virtute Dei Evangelicam veritatem, quos tibi amovere liceat, alioſque ſubſtituere, cum videris expedire. Quibus vice noſtra in peccatorum omnium remiſſionem injungas, ut ſeminaturi ſuper aquas multas, in illo tantum, qui mundum dixit ſe viciſſe, confiſi, ad illnminationem cæcæ multitudinis, & exterminium bæreticæ falſitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confirmandos in luce ſermonis, & certitudine operis, propoſitum ſibi iter ſine qualibet offenſione percurrant. Ut autem miniſterium ipſorum bonoretur plenius, & honorabilius impleatur, eiſdem Fratribus, quos ad boc miſeris, præſentium auctoritate, concedimus, ut in terris, quæ adbuc Sedis Apoſtolicæ miniſterio non intendunt, proponere verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non obſtante, ſi aliqui ſint excommunicatione ligati in verbis, officio, & cibo, ac aliis ſecure communicare; & ipſos, ſeu etiam alios converti ad unitatem Chriſtianæ Fidei cupientes recipere, baptizare, aggregare Ecceleſiæ filiis valeant, & Presbyteri ex eiſdem Fratribus ipſos aggregatos poſſint inſignire charactere clericali; & ipſos ad Acolytatus Ordinem promovere. Liceat etiam ipſis Fratribus, ibidem redeuntibus ad obedientiam dictæ Sedis, qui ſunt excommunicatione ligati, abſulutionis beneficium, juxta formam Eccleſiæ, impertiri, & ſuper eo diſpenſare cum ipſis, qni ſacros receperunt Ordines, & Divina celebrarunt Officia ſic ligati. Hoc ipſum ſit eiſdem Fratribus licitum circa illos de Terris eiſdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel ſuperiores prætermiſſis inferioribns conferre, ſeu recipere Ordines præſumpſerunt; ſi tamen in hoc ſervata talis ſerma extiterit, per quam Ordines recepiſſent. Ipſis quoqne Fratribus diſpenſare liceat, ut illi ex nationibus eorum prædicationi commiſſis, qui poſt ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, vel in gradibus, & caſibus a divina minime lege prohibitis, matrimonia contraxerunt, remaneant in eiſdem, & hi, qui ad Eccleſiæ Catholicæ redierint unitatem, ut inter ſuos habitent, eiſque communicent, necnon quod Clerici nationum ipſarum, publice ad obedientiam Sedis redeuntes ejuſdem, gaudeant privilegio Clericali. Sit etiam eiſdem Fratribus licitum omninm fidelium in terris prædictis Confeſſiones audire, ac ipſis injungere pœnitentias ſalutares, & excommunicatos a Canone, vel alio modo, juxta formam Eccleſiæ abſolvere, dummodo injuriam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter. Cum irregularibns autem partium earundem in caſibus in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac etiam cum Clericis ipſarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut de Regularibus procreati, ſit Fratribus præfatis diſpenſandi facultas; Quam circa illos ſimiliter habeant, qui ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, ſeu Religione, vel Clericali Ordine diſceſſerunt, ſi bumiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere de commiſſis, ita qnod ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalva diſciplina Ordinis, reſumantur, & illos ex jam dictis, qui excommunicationis vinculo ſunt aſtricti, juxta præmiſſam formam, & prædictæ ſatisfactionis modum, abſolvere valeant, & eum irregularibus ex eiſdem, ſicut eſt expreſſum ſuperius, diſpenſare. Ad bæc ſit memoratis Fratribus abſolvendi facultas occiſores Clericorum, & Religioſarum perſonarum in prædictis partibus conſtitutos; fun-

,, dandi ibidem de novo Eccleſias, & reconciliandi
,, ipſas, quæ ſunt caſu aliquo prophanatæ, ac de no-
,, vo fundatis Rectores idoneos providendi, & illis,
,, qui de Gentibus, vel Schiſmaticis noviter ſunt con-
,, verſi, dandi licentiam, ut uxores ſuas, cum qui-
,, bus in gradibus a lege divina non prohibitis con-
,, traxerunt, valeant retinere. De cauſis matrimo-
,, nialibus, quas in partibus illis ad audientiam ipſo-
,, rum drferri contigerit, legitime cognoſcendi, ac
,, diſcordantes inter ſe ad invicem, quod ad pacem,
,, & concordiam redeant, necnon qnod inordinate vi-
,, ventes de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit, ſatis-
,, factionem exbibeant, compellendi per Cenſuram
,, Eccleſiaſticam, ipſis Fratribus libera ſit facultas.
,, Inſuper in locis, in quibus eos hoſpitari contige-
,, rit, vel in locis partium earundem, in quibus reſi-
,, dentiam facient, Miſſam, & cetera Divina celebran-
,, di officia, & in eiſdem partibus cœmeteria benedi-
,, cendi, ac dandi indulgentias, commutandi vota,
,, liberam licentiam, & plenam habeant facultatem.
,, Ceterum Fratribus præfatis concedimus, quod a
,, Catbolicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſco-
,, pis poſſint Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramen-
,, ta ſuſcipere, ac veſtes Sacerdotales, Altaris pal-
,, las, Corporalia, per eos, qui ex Fratribus ipſis
,, ſunt Presbyteri, cum eis neceſſe fuerit, benedice-
,, re, ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non ha-
,, betur, necnon alia facere, quæ ad augmentum
,, Dominici nominis, & ampliationem Catholicæ
,, fidei, ac reprobationem, & irritationem illorum,
,, qui ſacris traditionibus contradicunt, ſicut pro lo-
,, co, & tempore viderint expedire.

IX. Eiuſdem tenoris ſunt *Alexaadri IV Conſti-tut.CXCVII* = Cum bora *Tom.I pag.*358. Nicolai IV *Conſt.VII* = Cum hora = *Tom.II pag.*22.

X. Fratres Sanctium de Bolea, Guillelmum Bernardi &c. ad exteras nationes mittens *Bonifatius VIII Conſt.XXVII* = Immaculata = *Tom.II pag.*59: „ Ut
,, autem, inquit, miniſterium veſtrum honoretur
,, plenius, & honorabilius impleatur, præſentium
,, vobis, & cuilibet veſtrum auctoritate concedimus,
,, ut in terris, quæ adhuc Sedis Apoſtolicæ magiſte-
,, rio non intendunt, proponere Verbum Dei, & ut
,, conſtitutis ibidem, non obſtante ſi aliqua ſint ex-
,, communicatione ligati, in verbis, officio, & cibo,
,, ac in aliis ſacris communicare, & ipſos, ſeu etiam
,, alios converti ad veritatem Chriſtianæ Fidei en-
,, pientes, recipere, baptizare, & aggregare Ec-
,, cleſiæ filiis valeatis, & Presbyteri ex vobis ipſos
,, aggregatos poſſint inſignire charactere clericali, &
,, eos ad Acolytatus Ordinem promovere. Liceat
,, etiam cuilibet veſtrum ibidem redeuntibus ad obe-
,, dientiam Sedis Apoſtolicæ qui ſunt excommunica-
,, tione nodati, abſolutionis beneficium, juxta for-
,, mam Eccleſiæ impertiri, & ſuper eo diſpenſare
,, cum ipſis, qui Sacros forſitan receperint Ordines,
,, & divina celebrarunt officia ſic ligati. Hoc ipſum
,, vobis ſit licitum circa illos de terris eiſdem, qui
,, temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam,
,, aut, qui omnes eadem die, vel ſuperiores præter-
,, miſſis inferioribus conferre, ſeu recipere Ordines
,, præſumpſerunt; ſi tamen in hoc ſervata talis for-
,, ma extiterit, perquam Ordines recepiſſent. Vobis
,, præterea diſpenſare liceat, ut illi ex nationibua
,, veſtræ prædicationi commiſſis, qui in caſibus, &
,, gradibus a divina minime lege prohibitis matrimo-
,, nia contraxerunt, remaneant in eiſdem, & ii, qui
,, ad Eccleſiæ Catholicæ redierint unitatem, ut inter
,, ſuos habitent, eiſque communicent; necnon quod
,, Clerici nationum ipſarum, publice ad obedientiam
,, Sedis Apoſtolicæ redeuntes, gaudeant privilegio
,, Clericali. Sit etiam vobis licitum omnium fidelium
,, in terris prædictis confeſſiones audire, ac ipſis in-
,, jungere pœnitentias ſalutares, & excommunicatos
,, a Canone, vel alio modo juxta formam Eccleſiæ,
,, abſolvere, dummodo injurias, & damna paſſis ſa-
,, tisfaciant competenter. Cum irregularibus inſuper
,, partium illarum in caſibus, in quibus ſolent Legati
,, Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, & etiam cum Clericis
,, ipſarum partium, patientibus defectum natalium,
,, dummodo non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut
,, regularibus procreati, ſit vobis diſpenſandi facul-
,, tas, quam circa illos ſimiliter habeatis, qui ab uni-
,, tate Eccleſiæ Catholicæ, ſeu Religione, vel Cle-
,, ricali Ordine diſceſſerunt, ſi humiliter redire vo-
,, luerint, & digne ſatisfacere de commiſſis; ita quod
,, ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalva diſciplina Ordinis,
,, reſumantur, ac illos, qui ex iam dictis excommu-
,, nicationis vinculo ſunt aſtricti, juxta præmiſſam
,, formam, & prædictæ ſatisfactionis modum, abſol-
,, vere valeatis, & cum irregularibus, ſicuti eſt ex-
,, preſſum ſuperius, diſpenſare. Ad hæc ſit vobis ab-
,, ſolvendi facultas occiſores Clericorum, & Religio-
,, ſarum perſonarum, in prædictis partibus conſtitu-
,, tos, fundandi ibidem de novo Eccleſias, & recon-
,, ciliandi ipſas, quæ ſunt caſu aliquo prophanatæ, ac
,, de novo fundatis Rectores idoneos providendi: &
,, illis, qni de Gentibus, vel Schiſmaticis noviter ſunt
,, converſi, dandi licentiam, ut uxores ſuas, cum
,, quibus in gradibus lege divina non prohibitis con-
,, traxerunt, valeant retinere; de cauſis matrimo-
,, nialibus, qnas in partibus illis ad audientiam ve-
,, ſtram ferri contigerit, legitime cognoſcendi, &
,, diſcordantes inter ſe ad invicem, quod ad pacem,
,, & concordiam redeant, necnon quod inordinate
,, viventes de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit,
,, ſatisfactionem exhibeant, compellendi per cenſu-
,, ram Eccleſiaſticam, vobis libera ſit facultas. Inſu-
,, per in locis, in quibus vos contigerit hoſpitari, vel
,, in locis partium earundem, in quibus reſidentiam
,, facietis, Miſſam, & cetera Divina celebrare offi-
,, cia, & in eiſdem partibus cœmeteria benedicere,
,, ac dare indulgentias, commutare vota, ultrama-
,, rinæ peregrinationis, continentiæ, & Religionis
,, exceptis, facultatem, & licentiam habeatis. Cete-
,, rum vobis concedimus, quod a Catholicis Patriar-
,, chis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis poſſitis Ordi-
,, nes, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, &
,, Altaria portatilia, more ipſorum a præfatis Epiſco-
,, pis benedicta, habere, & eis uti, ſi contingat vos
,, aliquo caſu veſtra Altariola non habere, ac veſtes
,, Sacerdotales, Altaris pallas, & corporalia per eos,
,, qui ex vobis ſunt Presbyteri, cum neceſſe fuerit
,, vobis, benedicere, ubi Catbolicorum Epiſcopo-
,, rum copia non babetur.

XI. Fratres Prædicatores alloquens *Johannes XXII Conſt.XI* = Gratias agimus = *Tom.II pag.*136: „ ut
,, autem, inquit, miniſterium veſtrum eo pleniua
,, proſperetur, quo majori fueritis auctoritate ſuffulti:
,, Vobis, Apoſtolica auctoritate, concedimus,
,, ut in Terris, illarum partium, quæ adbuc Sedis
,, Apoſtolicæ magiſterio non intendunt, proponere
,, Verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non obſtante
,, ſi aliqui fuerint majori excommunicatione ligati in
,, verbo, officio, cibo, ac in aliis boneſtis, & licitis
,, communicare ſecure, ipſoſque, ſeu alios, quos
,, converti ad unitatem Chriſtianæ Fidei affectamus,
,, recipere, baptizare, & aggregare ovili Fidelium
,, valea-

valeatis, ut per regenerationis gratiam de longinquo, ad ſuum revertentes auctorem liberi efficiantur ex ſervis, de extraneis provebantur in filios, ex corruptibili carne nati, ex Dei ſpiritu renaſcantur, & obtineant per gratiam, quod non obtinuerunt per naturam &c.

XII. „ Vobis inſuper, inquit idem *Johannes XXII Conſt.XXXIII* = Cum hora = *Tom.II pag.*154: „ auctoritate Apoſtolica concedimus, ut in Civitatibus, Caſtris, vel Villis, ſeu locis quibuſcunque ad babitandum domos, & loca quæcunque de novo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, aut ea venditionis, permutationis, donationis, aut cujuſvis alienationis titulo, in alios transferre, prout utilius id fieri cognoveritis, de noſtra, ac dictæ Sedis licentia ſpeciali, valeatis. Non obſtante prohibitione felicis recordationis Bonifatii PP. VIII Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne aliquis, vel aliqui, de Prædicatoribus, & Minoribus, ac Religioſis aliis Mendicantibus, quibuſcunque ſuper hoc privilegiis muniti exiſtant, prædicta præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam, & expreſſam faciente de prohibitione bujuſmodi mentionem. Quod ſi ſecùs actum fuerit decernimus irritum, & inane. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illa quæ de jure, vel de obſervata conſuetudine ad Epiſcopalem dignitatem, ſeu juriſdictionem duntaxat pertinent, vobis, ſeu quibuſcunque aliis Fratribus, veſtri, ſeu cujuſcunque alterius Ordinis, ad terras non credentium tranſeuntibus, ſeu jam ibidem exiſtentibus, auctoritate Apoſtolica jam conceſſa, vel in poſterum concedenda, niſi in illis tantum partibus, in quibus Catholici Epiſcopi non fuerint, nec vos, nec alii alterius Ordinis Fratres exercere curetis.

XIII. Eiſdem inſcribitur *Johannis XXII Conſt.LXXII Tom.II pag* 184. Hujus tenoris eſt: „ Gratias agimus gratiarum omnium largitori, qui duritiei cordium infidelium in nonnullis locis Aquilonarium, & Orientalium partium, conſiſtentium, tanquam terræ vaſtæ ſolitudinis, & imbre divinæ gratiæ indigenti, imbrem compluit pluviæ baptiſmatis, & per miniſterium veſtrum, & aliorum Religioſorum, terram illam vomere Sanctæ prædicationis excoluit, ſemenque Verbi Dei cæleſtis agricola ſeminavit, quod feliciter in ſegetem pullulat, ita quod Regiones illæ meſſem multam oſtendunt, quæ quidem, dante Domino incrementum, plures requirit operarios, ut conquiſita jam meſſis Dominica conſeratur in horrea, & aliorum terra, quam imber cæleſtis gratiæ non infudit, veſtris meritis de vena ſuperioris irrigui madefacta, capiat Verbum Dei, reddatur apta colentibus, tandem in ipſa Divini verbi ſemine ſeminato, in fœcundam ſegetem pullulet, ſeges uberem fœcundetur in meſſem, ut, creſcente, veſtro, & aliorum operariorum miniſterio, ſpiritualis conſortii ſacris horreis cumuletur. Ad continuandum igitur in partibus illis ſalutis eulogium, evangelicæ veritatis tubam univerſitati non credentium intonandam, ſacris quoque olivæ ramis fidei Chriſtianæ Aquilonaris, & Orientalis in fructiferi oleaſtri germina inſerenda, ut fiat Chriſtianæ fidei latitudo, ſeque per partes totius Orbis extendat, vos hortandos inſtanter duximus, ac etiam excitandos, vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, ut tanquam fideles Miniſtri ſatoris æterni feratis ſemen gratiæ in agrum ſterilem non credentium animarum, Neophitorum, & nutantium animos confirmetis in fide, corda fidelium confortetis in luce ſermonis, & rectitudine operis propoſitum vobis iter ſine quorunlibet offenſione curratis. Ut autem miniſterium veſtrum eo plenius proſperetur, quo majori fueritis auctoritate ſuffulti, vobis, Apoſtolica auctoritate, concedimus, ut in terris illarum partium, quæ adhuc Sedis Apoſtolicæ magiſterio non intendunt, proponere Verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non obſtante ſi aliqui fuerint majore excommunicatione ligati, in verbo, officio, cibo, ac aliis honeſtis, & licitis communicare ſecure, ipſoſque, ſeu alios, quos converti ad unitatem Chriſtianæ Fidei affectamus; recipere, baptizare, & aggregare ovili fidelium valeatis, ut per regenerationis gratiam de longinquo ad ſuum revertentes auctorem, liberi efficiantur ex ſervis, de extraneis provehantur in filios, ex corruptibili carne nati, ex Dei ſpiritu renaſcantur, & obtineant per gratiam, quod non obtinent per naturam. Liceat quoque vobis, Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſoribus, & Succeſſoribus veſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui erunt pro tempore in illis partibus ordinati, perſonis redeuntibus ad obedientiam dictæ Sedis, majori excommunicatione ligatis, abſolutionis beneficium juxta formam Eccleſiæ impertiri, & cum ipſis, qui Sacros receperunt Ordines, & Divina celebrarunt officia ſic ligati, ſuper irregularitate ob hoc contracta per eos, miſericorditer diſpenſare. Hoc ipſum licitum ſit vobis, & Succeſſoribus prælibatis, circa illos ex terris prædictis, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel qui ſuperiores prætermiſſis inferioribus recipere Ordines præſumpſerunt, ſi tamen in boc ſervata forma extiterit, per quam Ordines recepiſſent. Liceat etiam vobis, & dictis Succeſſoribus diſpenſare, ut redeuntes ex Schiſmaticis ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem, inter ſuos, ſi voluerint, valeant habitare, eiſque communicare ſine contumelia creatoris. Et quod Clerici nationum ipſarum, publice ad dictæ Sedis obedientiam redeuntes, gaudeant privilegio Clericali. Poſſitis quoque Clericorum occiſores, & Religioſarum Perſonarum, & quoſcunque alios Clericos, & Laicos præſentes, & futuros, in illis partibus conſtitutos, qui pro violenta injectione manuum in Clericos Seculares, vel Viros Religioſos, vel incendio, ſeu ſacrilegio, ac alias inciderint in canonem ſententiæ promulgatæ, juxta Eccleſiæ formam, abſolvere, dummodo injurias, & damna paſſis ſatisfaciant competenter, nec ſe ad partes illas pro abſolutione hujuſmodi obtinenda fraudulenter duxerint conferendos, illis exceptis, qui in Alexandriam Saracenis merces portaverunt, & arma, ſeu alia prohibita, vel eiſdem impenderunt auxilium, conſilium, & favorem in Chriſtianorum diſpendium, & ſpecialiter Terræ Sanctæ, vel in Epiſcopos, eorumque Superiores, dummodo Catholici fuerint, & communionem Sedis Apoſtolicæ habuerint, auſu ſacrilego manus injecerint violentas, quorum abſolutionem Sedi prædictæ ſpecialiter reſervamus; cum Clericis etiam ipſarum partium defectum natalium patientibus, dum tamen non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut Regularibus, vel Presbyteris procreati, vobis, & dictis Succeſſoribus diſpenſandi libera ſit facultas. Quam facultatem circa illos ſimiliter habeatis, qui ab unitate Catholicæ Eccleſiæ, vel Religione, ſeu Clericali Ordine receſſerunt,

„ ſi bu-

,, ſi bumiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere
,, de commiſſis; Ita quod ipſi Religioſi ad ſua loca,
,, ſalva diſciplina ſui Ordinis, reſumantur, illoſque
,, ex jam dictis ad Eccleſiæ redeuntibus unitatem, voa
,, præfati Arcbiepiſcopi, & Epiſcopi, poſſitis juxta
,, formam Eccleſiæ, a vinculo excommunicationis
,, abſolvere, & cum eis, ſi qui ſorſan in apoſtaſia,
,, vel ſebiſmate conſtituti, divina officia celebrarunt
,, vel ſe ingeſſerunt eiſdem, ſuper irregularitate,
,, qnam propter apoſtaſiam, ſchiſma, celebrationem,
,, & injectiouem bujuſmodi contraxerunt, ſicut eſt
,, expreſſum ſuperius, diſpenſare. Sit etiam vobis,
,, præfatis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, veſtriſque
,, ſucceſſoribus facultas, eis, qui de ſebiſmaticis ad
,, unitatem Fidei Catbolicæ noviter ſunt converſi,
,, aut in antea convertentur, dandi licentiam, ut
,, uxores ſuas, cum quibus in tertio, vel qnarto gra-
,, du conſanguinitatis, vel affinitatis coutraxiſſe no-
,, ſcuntur, dum in ſchiſmate permanerent, in uxorea
,, licite valeant retinere. In eiſdem etiam partibua
,, vobis, commutandi vota, exceptis Religionia,
,, continentiæ, ac peregrinationis ultramarinæ votia
,, libera ſit facultas. Liceat etiam vobis, præfati Ar-
,, chiepiſcopi, & Epiſcopi, eum Clericis partium ea-
,, tundem, & aliis, ex ſchiſmatiris sd Catbolicam re-
,, deuntibus unitatem, præſentibus, & futuris, ſu-
,, per labe ſimoniacæ pravitatis, quam ante ipſorum
,, reditum ad unitatem prædictam, contraxerunt ha-
,, ctenus, vel contrahent in futurum, miſericorditer
,, diſpenſare, eiſque remittere, ſi qua per labem hu-
,, juſmodi recepiſſent, ſi videritis expedire, injun-
,, cta cis loco remiſſionis hujuſmodi, ſatisfactione
,, alia competenti. Concedimus inſuper vobis, præ-
,, fati Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quod, illis dun-
,, taxat exceptis, quæ mere officii Pontificalis exi-
,, ſtunt, poſſitis per ſpecialem commiſſionem, eorum
,, videlicet ſinguli, in ſingulis veſtris Civitatibus,
,, & Diœceſibus quoties expedire eognoveritis per
,, Fratres Presbyteros providos, & idoneos, Prædica-
,, torum, & Minorum Ordinum explicare, & illis
,, etiam committere, ut Veſtes Sacerdotales, Altaria
,, Eccleſiaſtica ornamenta, Pallas, & Corporalia be-
,, nedicere, ac Eccleſias, Cœmeteria reconciliare va-
,, leant, ſi ipſas forte contingat effuſione ſanguinis,
,, vel ſeminis violari. Vobis autem, præfati Archie-
,, piſcopi, & Epiſcopi, nec non filii Fratres, in lo-
,, cis, in quibus vos hoſpitari contigerit, vel in locis
,, partium earundem, in quibus reſidentiam facietis,
,, Miſſam, & cetera Divina Officia celebrandi in eiſ-
,, dem partibus, libera ſit facultas. Sit vobis licitum
,, omnium Fidelium in terris prædictis confeſſiones
,, audire, ac ipſis injungere pœnitentias ſalutares.
,, Ceterum illis, & vobis prælibatis Fratribus, qui
,, fuerint ad omnes, vel ad aliquos Ordines promo-
,, vendi, præſentium auctoritate, concedimus, quod
,, a Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epi-
,, ſcopis, Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta
,, ſuſcipere libere valeant. Poſſitis quoque vos, præ-
,, fati Arcbiepiſcopi, & Epiſcopi, in eiſdem partibus
,, in Eccleſiarum dedicationibus, & Sanctorum Feſti-
,, vitatibus, vel aliis Congregationibus, ſeu cum
,, proponitur verbum Dei, omnibus vere pœnitenti-
,, bus, & confeſſis, unum annum, & quilibet veſtrum
,, præſati Epiſcopi, centum diea, & alii Fratrea ve-
,, ſtri Ordinis in Presbyteratus Ordine conſtituti,
,, cum ipſi etiam, abſentibus tamen vobis Archiepiſ-
,, eopis, & Epiſcopis ſupradictis, hujuſmodi propo-
,, ſuerint verbum Dei, quadraginta dies de injunctis
,, ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxare, & ut fru-
,, ctum veſtris laboribus reportetis, & ſentiatis ex eis
,, æternæ ſalutis vobis commoda uberius proventura,
,, de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri,
,, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, vo-
,, bis, & cuilibet veſtrum, vere pœnitentibua, &
,, confeſſis, illam indulgentiam, præſentium aucto-
,, ritate, concedimus, quam proficiſcentibus in Ter-
,, ræ Sanctæ ſubſidium Sedes Apoſtolica concedere
,, conſuevit. Ac nibilominus, ut Chriſtifideles, qua-
,, ſi per præmia ſalubriter invitemus ad merita, om-
,, nibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccle-
,, ſias, & loca veſtri Ordinis in partibus præmiſſis
,, conſtructa, & in poſterum conſtruenda, cauſa de-
,, votionis, ſeu eleemoſynæ faciendæ ipſis Fratribus,
,, viſitaverint, ſingulis diebus, quibus id fecerint,
,, centum dies de injunctis cis pœnitentiis relaxamus.
,, Et quia vos pro ampliatione orthodoxæ fidei in illis
,, partibus laborantes, in eundo, morando, & rede-
,, undo, fidelium caritativo ſubſidio, & ſecuro con-
,, ductu noſcimini indigere, omnibus vere pœniten-
,, tibus, & confeſſis, qui vobis tam pii operis proſe-
,, cutioni inſtantibus ſubſidium, & ſecurum condu-
,, ctum gratis præſtiterint, & circa hoc auxilium, &
,, conſilium impenderint opportunum, juxta quanti-
,, tatem ſubſidii, & devotionis affectum, illius in-
,, dulgentiæ, quæ vobis ad partes illas proficiſcenti-
,, bus eſt conceſſa, participationem concedimus, ut
,, cis proficiat ad ſalutem. Vobis Fratribus inſupee
,, Apoſtolica auctoritate concedimus, ut in Civitati-
,, bus, Caſtris, vel Villis, ſeu locis quibuſcunque il-
,, larum partium, ad habitandum Domos, & loca
,, quæcunque de novo recipere, ſeu hactenus recepta
,, mutare, aut ea venditionis, permutationis, dona-
,, tionis, aut cujusvis alienationis titulo, in alios
,, transferre, & de his, quæ ex cauſa permutationis,
,, aut cujuſvis alterius alienationis prædictæ, vos
,, contigerit forte recipere, libere diſponere, niſi
,, eorum, quæ ſic receperitis permutatio alias per alios
,, antiquos Canones fuerit interdicta, prout utilius
,, id fieri cognoveritis, Epiſcoporum, Prælatorum
,, veſtrorum in permutatione, & donatione bujuſmo-
,, di petita licentia, & obtenta, de noſtra, & dictæ
,, Sedis ſpeciali licentia, valeatis: Conſtitutionibua
,, fel. rec. Bonifatii VIII, & aliorum Romanorum
,, Pontificum quorumcunque in contrarium editis;
,, etſi de illis plenam, & expreſſam, ac de verbo ad
,, verbum in præſentibus oporteret fieri mentionem,
,, nequaquam obſtantibus, dummodo loca, ſeu Do-
,, mos hujuſmodi, quas recipietis de novo in Civita-
,, tibus, Caſtris, vel Villis partium earundem, in
,, quibus domus, ſeu loca Fratrum Ordinis Minorum
,, extiterint, a prædictis domibus, ſeu locis, per ſpa-
,, tium trecentarum cannarum menſurandarum per
,, aerem, ubi alias menſurari loci diſpoſitio non per-
,, mitteret, diſtare noſcantur. Ceterum quia expedit
,, vobis Fratribua agentibus in partibus ſic remotis,
,, debita cura Vicarii, qui per Magiſtrum veſtri Or-
,, dinis, vel ipſius Magiſtri auctoritate, vobis in il-
,, lis partibus deputatus extiterit, non carere, Apo-
,, ſtolica auctoritate, decernimus, officium ejuſdem
,, Vicarii per obitum vel ceſſionem, ſeu amotionem
,, ejuſdem Magiſtri, nullatenus expirare, ſed tandiu
,, durare, donec per ſequentem Magiſtrum, in locum
,, ejuſdem Vicarii alius fuerit ſubrogatus, præſenti-
,, bus, quas ad Regnum Granatæ extendi prohibe-
,, mus expreſſe, uſque ad dictæ Sedis beneplacitum
,, duraturis.

XIV. Fratrem *Laurentium de Hungaria*, ceteroſque Fidei Præcones Ordinis Prædicatorum alloquens *Johan-*

Digitized by Google

*Johannes XXII Conſt.LXXXIX Tom.II pag.*196 : „ Cum, ſit, inquit, hora nunc præſens undecima adeo ſuluti congrua, in qua operarii Eccleſiæ Orthodoxæ uſque ad mundi veſperam exire debeant ad excolendam vineam Domini Sabaoth pro denario diurno cæleſtis patriæ, ideo dignum, & juſtum eſt, ut vos fideles miniſtri ſatoris æterni eo magis efficiamini promptiores ad illa bona opera exequenda, & regiones illas, quas nondum bene hucuſque imber cæleſtis gratiæ infudit, per miniſterium veſtrum vomere ſanctæ prædicationis excolatis, & ſemina virtutum, quæ vos ſeminatori eſtis, feliciter in ſegetem pullulent, veſtris monitis de vena ſuperioris irrigui madefactæ, capiant verbum Dei, reddantur aptæ colentibus, ut tandem in ipſis Divini verbi ſemine ſeminato in fœcundam ſegetem pullulet, ſeges uberem fœcundetur in meſſem, creſcentes, veſtro, & aliorum operariorum miniſterio, fructus ſpiritualis conſortii ſacris horreis cumulentur, & in fructiferi oleaſtri germina inſerenda, ſacris Olivæ ramis Chriſticolarum conjungantur. Hinc ex plenitudine Divinæ Clementiæ, & Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli, & noſtra auctoritate concedimus vobis, ut in ipſis terris Infidelium Nationum, ubi Epiſcoporum copia non habetur, loca poſsitis recipere, cœmeteria, eccleſiaſtica ornamenta Altaris, Pallas, & Corporalia conſecrare valeatis, ſicut pro loco, & tempore videritis expedire. Inſuper, & concedimus vobis, ut in prædictis partibus Confeſsiones audire poſsitis, ipſoſque jam regeneratos, qui majori excommunicatione fuerint inibi innodati, & ab irregularitatibus, ſi quas contraxerunt, abſolvere, ſalutareſque pœnitentias eiſdem injungere valeatis. Ceterum quia vos, cum ſitis de Ordine Mendicantium, non valetis vos juvare, ſine caritativis ſubſidiis Chriſtifidelium; ideo, auctoritate noſtra Apoſtolica, concedimus, ut quicunque de numero fidelium Chriſti in eundo, vel morando, ſeu & redeundo, vobis conductum gratis, & pure propter Deum, vel ſubſidium præſtiterint, ſecundum qualitatem, & quantitatem ſubſidii omnibus illis vere pœnitentibus, & confeſſis, centum dies de injunctis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

XV. „ Super gregem inquit *Gregorius XI Conſtitut. XXVIII Tom. II pag.* 283 „ Dominicum noſtræ vigilantiæ, diſpoſitione ſuperna, commiſſum exercere, quantum nobis ex alto conceditur, vigilis ſpeculatoris officium cupientes, ad ea potiſsime, opem, & operam impertimur, e quibus dilatatio Catholicæ Fidei, unitaſque Fidelium ſubſequi valeant, & animarum ſalutis commoda provenire, utendo plerumque poteſtatis plenitudine nobis divinitus attributa, prout perſonarum, locorum, & temporum qualitate penſata, id in Deo conſpicimus expedire. Sane pro parte dilectorum Filiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Scitharum, Rutenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mothitorum, aliarumque non credentium nationum Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcunque aliarum partium, conſtitutorum, & ad eas proficiſcentium, & in ipſis evangelizantium Verbum Dei, coram Nobis fuit expoſitum, quod nonnulli prædictarum Orientalium, ſeu Aquilonarium infidelium nationum, qui ad Fidem Catholicam, dictorum Fratrum prædicationis, & operationis miniſterio, ſeu alias ſunt converſi, pro eo quod in gradibus a lege divina non prohibitis matrimonia contrahere nequeunt abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, a Fide Catholica, & devotione Eccleſiæ totaliter recedentes, cum Hæreticis, & Saracenis ſæpius per contubernium copulantur; propter quod ipſi, & eorum proles, proh dolor! ſpiritualiter pereunt; & multarum inde ſequuntur pericula animarum. Quare, pro parte dictorum Fratrum, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper iis de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur volentes hujuſmodi animarum obviare periculis, & futuris etiam præcavere, ac cupientes, Fidem Catholicam non minui, ſed augeri in favorem dictæ Fidei, cum univerſis gentibus de novo converſis ad Fidem Catholicam, quæ ante converſionem ipſorum cum perſonis eis attingentibus, in quibuſcunque conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus a lege divina non prohibitis matrimonia contraxerunt, quod juxta Conſtitutionem fel. rec. Innocentii Papæ III, Prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editam, quæ incipit: Gaudemus: in matrimoniis ipſis, dictis impedimentis non obſtantibus, libere poſsint, & licite remanere conjuncti; cum Schiſmaticis autem, qui ad unitatem Catholicæ Fidei, & plenam obedientiam S. Romanæ Eccleſiæ effectualiter redierunt, quique cum perſonis in quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, ipſis attinentibus, matrimonia contraxerunt, quod, impedimento non obſtante, poſsint in hujuſmodi matrimoniis licite remanere, auctoritate prædicta, ſimiliter diſpenſamus, prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam ex matrimoniis, omnibus in caſibus antedictis legitimam Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernentes.

Huc ſpectat ejuſdem *Gregorii XI Conſt.XXXII* == Ad propagationem == *Tom.II pag.*285.

XVI. Peregrinantibus Fratribus, ſeu Miſſionariis Ord. Præd. ſcribens *Urbanus VI Conſt.VIII Tom.II pag.*300 : „ Sinceræ, inquit, devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Eccleſiam geritis, promeretur, ut votis veſtris favorabiliter annuamus, illis præſertim, per quæ, ſicut pie deſideratis, divinis officiis intenti exiſtatis, & ſpiritualis ſalutis vobis permaneant incrementa. Cum itaque, ſicut pro parte veſtra nobis exhibita petitio continebat, quandoque vobis Miſſas celebrantibus, vel celebrare volentibus in terris infidelium, infideles ipſi, vobis multa inferant impedimenta, ſic, quod non poteſtis ea devotione qua decet, tantum myſterium exercere, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis celebrandi ante diem, cum caſus neceſsitatis expoſcet, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut Miſſam, antequam eluceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, cum neceſsitas hujuſmodi id exigerit, liceat vobis celebrare, devotioni veſtræ, auctoritate præſentium, de ſpeciali gratia, indulgemus, proviſo quod parce hujuſmodi conceſsione utamini; quia cum in Altaris officii myſterio immoletur Dominus Noſter Jeſus Chriſtus Dei Filius, qui candor eſt lucis æternæ, congruit, hoc non in noctis tenebris fieri, ſed in luce.

XVII. Fratres Minores privilegiis, Fidei Præconibus Ordinis Prædicatorum a *Johanne XXII* conceſsis donans *Martinus V Conſt. XXI Tom.II pag.*552, ſic eoſdem alloquitur: „ Illius qui, ut protoplaſti poſteros barathri eriperet a faucibus, & primi gehennæ man-

Digitized by Google

mancipii objectos faucibus cælitum revocaret ad aulam, carne mortalitatis inducta, ſe ipſum in ſalvationis pretium Crucis victimavit in Ara, vices, licet immeriti, gerentes in terris, ad ea noſtræ perpenſius dirigimus vigilantiæ curas, per quæ fidei, præmia grandia felicitatis offerentis æternæ, propagatio intendatur orthodoxæ, & infidelitatis, hæreſumque, & ſuperſtitionum ſuccisis erroribus, etiam noſtris, quos in vinea Domini cultores eximios fore perſpicimus, ſalutaribus invitemus præſidiis, quibus animarum fidelium quarumlibet ſalutis exquiritur incrementum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Johannes Papa XXII, Prædeceſſor noſter, ſuas conceſsit literas tenoris ſubſequentis. Johannes Epiſcopus, Servus, Servorum Dei, dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Prædicatorum in Terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sicocorum, Rutenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Motorum, aliarumque non credentium Nationum Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcunque aliarum Partium proficiſcentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum hora undecima ſit diei hominibus &c. Et deinde piæ memoriæ Urbanus Papa V etiam Prædeceſſor noſter, intellecto, quod etiam in Bulgariæ, Valachiæ, Raſciæ, & Boſnæ partibus, in quibus Hæretici, & Schiſmatici commorabantur, illos per prædicationem, & exemplum vitæ laudabilis, cum auxilio Divinæ gratiæ, ad unitatem, & obedientiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris cunctorum, & Magiſtræ, jugiter reducere piis, & ſolicitis ſtudiis curabatis, vobis per quaſdam conceſsit, quod vos, & veſtrum ſinguli omnibus, & ſingulis præſcriptis gratiis, privilegiis, indulgentiis, facultatibus, & auctoritatibus in literis Johannis Papæ contentis hujuſmodi ſecundum earum formam in præmiſſis partibus, cum ea tamen modificatione, quod Indulgentias majores uno anno dare, & votum peregrinationis, ſeu viſitationis Dominici Sepulcri commutare, aut illa, quæ ad Epiſcopalem pertinent dignitatem, exercere minime valeretis, perinde uti, ſeu fungi poſſetis, ac ſi literæ Johannis Papæ hujuſmodi vobis, & ſingulis veſtrum nominatim, & ſpecialiter directæ extitiſſent. Et ſucceſsive quondam Urbanus in ſua obedientia, de qua tunc eratis, VI nuncupatus, per alias ſuas literas vobis conceſsit, atque declaravit, quod præfato ipſius Joannis privilegio uti poſſetis quoad omnia in ea contenta, non obſtante quod Epiſcopus catholicus in locis, ſeu partibus ipſis reſideret, vel præſens exiſteret, dummodo Clerum, vel Sacerdotes, aut Curatorum copiam non haberet, qui fidelibus, ſive noviter converſis partium earundem ſufficienter præeſſe valerent in miniſtrando eis Eccleſiaſtica Sacramenta, & fidem Catholicam prædicando, illis tamen quæ de jure, vel obſervata conſuetudine ad eandem Epiſcopalem dignitatem pertinent, exercitio veſtro penitus interdictis, prout in eiſdem aliis literis plenius continetur. Nos igitur crebris fidedignorum certiorati relationibus; Quod vos vitam ducendo piiſſimam, diviniſque, ex quibus gloria attollitur Altiſſimi, inſiſtendo laudibus, & Sanctæ prædicationis exercendo officium, ad ſupernæ Majeſtatis obſequium partium earundem habitatores, & incolas flectere non tepeſcitis, & propterea ut ipſius negotium fidei peramplius proſperari valeat, vobiſque de meſſe, cui inſerere geſtitis aſſiduo, uberiores recolligendi manipulos præſtantior ſit facultas, etiam veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, devotioni veſtræ, quod vos, & ſinguli veſtrum gratiis, & Privilegiis, indulgentiis, facultatibus, & aliis præmiſſis in dictis ipſius Johannis Papæ literis expreſſatis, illis videlicet, quæ ad hujuſmodi Epiſcopalem dignitatem pertinent, in abſentia, aliis vero tam in præſentia, quam in abſentia Catholicorum Epiſcoporum inibi locorum Diœceſanorum in Bulgariæ, Valachiæ, Raſciæ, & Boſnæ prædictis, & etiam aliis, in quibus vos, ut earum habitatores, & incolæ ad unitatem fidei, devotionemquoque, & obedientiam Eccleſiæ hujuſmodi reducerentur, ſive in illis perſiſterent, dictæ Sedis concurrente miniſterio, ſubiiſtis hactenus, & ut ceteri, quibus opus fuerit, paſſim, cooperante Domino, reducantur ad eas, ut optamus in futurum perferre contigerit labores, & ſtudia, partibus fungi, & uti, & ut ſpiritualia per præmia plures virtutum allicere valeatis ad merita, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ, Petri, & Pauli Apoſtolorum, necnon Beati Michaelis, & Omnium Sanctorum feſtivitatibus, ac illarum octavarum, necnon Palmarum, Cœnæ Domini, & duobus immediate ſequentibus diebus, Eccleſias veſtrorum Domorum, & Conventuum in præmiſſis, & aliis quibuslibet partibus infra Vicariam Boſnæ ſecundum morem veſtri Ordinis conſiſtentium, præſentium, & futurorum, devote viſitaverint annuatim, illam Indulgentiam, ſive ei ſimilem, quæ fidelibus hujuſmodi vere pœnitentibus, & confeſſis Eccleſias Fratrum Domus prædictæ in feſto Beati Franciſci devote viſitantibus a Sede prædicta generaliter eſt conceſſa, elargiri libere, & licite poſſitis, auctoritate præſentium, concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus modificationibus, ac reſtrictionibus per ipſos Urbanum V, & Urbanum VI, factis, ut præfertur, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XVIII. Eadem de re Fratribus Ordinis Minorum ſcribens *Eugenius IV Conſt.XXXIV* = Romanus Pontifex = *Tom. III pag.*24: „ Dudum ſiquidem, inquit, felicis recordationis Johannes PP. XXII, Prædeceſſor noſter, ſuas conceſsit literas tenoris ſubſequentis. Johannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Prædicatorum &c., & deinde per piæ memoriæ Urbanum Papam Quintum, etiam Prædeceſſorem noſtrum, intellecto, quod, & vos in Bulgariæ, & Valachiæ, Raſciæ, & Boſnæ Partibus, in quibus Hæretici, & Schiſmatici commorabantur, illos, per prædicationem, & exemplum vitæ laudabilis cum auxilio divinæ gratiæ ad unitatem, & obedientiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris cunctorum, & Magiſtræ, jugiter reducere piis, & ſolicitis ſtudiis curabatis, vobis per quaſdam conceſsit, quod vos, & veſtrum ſinguli, omnibus, & ſingulis præſcriptis gratiis, privilegiis, indulgentiis, facultatibus, & auctoritatibus in literis Johannis Papæ contentis hujuſmodi ſecundum earum formam in præmiſsis partibus, cum ea tamen modificatione, quod indulgentias majores pro uno

„ anno

,, anno dare, & votum peregrinationis, ſeu viſitatio-
,, nis Dominici Sepulcri commutare, aut illa quæ
,, ad Epiſcopalem pertinent dignitatem exercere mi-
,, nime valeatis, perinde uti, ſeu frui poſſetis, ac
,, ſi literæ Johannis Papæ bujuſmodi vobis, & ſingu-
,, lis veſtrum nominatim, & ſpecialiter directæ exti-
,, tiſſent, ac ſucceſsive quondam Urbanus in ſua obe-
,, dientia, de qua tunc eratis, VI nuncupatus, per
,, alias ſuas literas vobis conceſsit, atque declaravit,
,, quod præſato ipſius Johannis Papæ privilegio uti
,, poſſetis quoad omnia in eo contenta, non obſtante
,, quod Epiſcnpus Catholicus in locis, ſeu partibus
,, ipſis reſideret, vel præſens exiſteret, dummndo
,, Clerum, vel Sacerdotes, aut Curatorum cnpiam
,, non haberet, qui fidelibus, ſive noviter converſis,
,, partium earundem ſufficienter præeſſe valerent in
,, miniſtrando eis Eccleſiaſtica Sacramenta, & fidem
,, Catholicam prædicando, illis tamen quæ de jure,
,, vel obſervata conſuetndine ad eandem Epiſcnpalem
,, dignitatem pertinerent, exercitio veſtro penitus
,, interdictis, ac ſubſequenter piæ recordationis Mar-
,, tinus PP. V, ſimiliter Prædeceſſor noſter, aliia
,, ſuis literis devotioni veſtræ, quod vns, & ſinguli
,, veſtrum gratiis, privilegiis, indulgentiia, facul-
,, tatibus, & aliis præmiſsis in dictis ipſius Johannia
,, Papæ literis expreſſis, illis videlicet, quæ ad Epiſ-
,, copalem hujuſmodi dignitatem pertinerent, in ab-
,, ſentia, aliis vero omnibus, & ſingulis, tam in præ-
,, ſentia, quam in abſentia Catholicorum Epiſcopo-
,, rum, inibi locorum Diœceſanorum, in Bulgariæ,
,, Valachiæ, Raſciæ, & Bnſnæ prædictis, & etiam
,, aliis, in quibus, vos, ut earum habitatores, & inco-
,, læ ad unitatem fidei, devotionemque, & obedien-
,, tiam Eccleſiæ bujuſmodi reducerentur, ſive in illis
,, perſiſterent, dictæ Sedis concurrente miniſterio,
,, eratis tunc, & ut ceteri, quibns opus foret, paſ-
,, ſim cooperante Domino reducerentur ad eas in
,, futurum, perferre contingeret labores, & ſtudia,
,, partibns, fungi, & nti, necnon omnibus, & ſin-
,, gulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & cnnfeſ-
,, ſis, qni in Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis,
,, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis
,, Dnmini noſtri Jeſu Chriſti, Nativitatis Beati Jnhan-
,, nis Baptiſtæ, Petri, & Pauli Apoſtolnrum, nec-
,, non Beati Michaelis, & omnium Sanctnrum feſtivi-
,, vitatibus, ac illarum Octavarum, necnon Palma-
,, rum, Cœnæ Domini, & duobus immediate ſequen-
,, tibus diebus, Eccleſiaa veſtrorum Domorum &
,, Conventnum in præmiſsis, & aliis quibuslibet par-
,, tibus Infra Vicariam Boſnæ ſecundum morem ve-
,, ſtri Ordinis, conſiſtentium, præſentium, & futu-
,, rorum devote viſitarent annuatim, illam indulgen-
,, tiam, ſive ei ſimilem, quæ fidelibns bujuſmodi ve-
,, re pœnitentibus, & confeſsis Eccleſiam Fratrum
,, Ordinia prædicti in feſto Beati Franciſci devote
,, viſitantibus a Sede prædicta generaliter conceſſa
,, fuerat, elargiri poſſetis, duxit concedendum,
,, prout in ipſis literis plenius continetur. Cum au-
,, tem, ſicuti cariſsimi in Chriſto Filii noſtri Sigiſ-
,, mundi Roman. Regia illuſtris, & ſemper Auguſti,
,, relatione percepimus, ut uberiores in Dei Eccleſia
,, fructua afferre, necnon plures fidelium animas Do-
,, mino lucrifacere poſſitis, inde Harablech, Reſan,
,, Thabol, Kovinum, Haram, Orſua, Kevveſd,
,, Cheri, Sabes, & Haczach, terris eiſdem ſubjectis,
,, & in quibus Hæretici, ac Schiſmatici plerique,
,, necnon popalus veram Dei notitiam non babens,
,, moram trahunt, evangelizationis miniſterinm pro-
,, ſequi, ac ſalutaribus bujuſmodi populum monitis,
,, & doctrinis ad eandem fidem reducere, in illaque
,, firmare ferventins inſiſtatis, Nos, ut ampliora de-
,, ſuper, vobia adminicula ſuffragentur, Regis præ-
,, dicti, necnon veſtris in bac parte ſupplicationibus
,, inclinati, vobis, nt in terris præfatis ad habitan-
,, dum domos, & loca quæcunque de novo recipere,
,, necnon omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis,
,, indulgentiis, facultatibus, & conceſſinnibus præ-
,, dictis uti, ac etiam in ſingulis ipſarum terrarum
,, villis, atque locis, a quibus tunc Epiſcopi Catho-
,, lici inibi Diœceſani ultra duas diætas lcgaſea remoti
,, fuerint, ea, quæ ad hujuſmodi Epiſcopalem digni-
,, tatem pertinerent exercere aliaa juxta conceſſiones
,, præmiſſas libere, liciteqne valeatis, auctoritate
,, Apnſtolica, tenore præſentium, indulgemus. Non
,, obſtantibus modificationibus, & reſtrictinnibus per
,, ipſos Urbanum Quintum, Prædeceſſorem, & Urba-
,, num nominatnm VI, ut præfertur, factis, ac ip-
,, ſius piæ recordationis Bnnifatii Papæ VIII Præde-
,, ceſſnris noſtri, prohibente, ne Fratres Ordinis
,, Mendicantium in aliqua Civitate, ſive Villa, vel
,, qnovis caſtro, aut alio loco, ad inbabitandnm
,, quæcnnque domos, vel loca, de novo recipere, ſeu
,, hactenus recepta mutare, præſumant, abſque Sedia
,, Apoſtolicæ licentia ſpeciali faciente plenam, & ex-
,, preſſam de prohibitione bujuſmodi mentionem, nec-
,, non aliia conſtitutionibns, ceteriſque contrariis
,, quibuſcunque.

XIX. Privilegia Fidei præcnnibus a *B. Benedicto XI* conceſſa firmans, & augens *Eugenius IV Conſtitut.CLXXIX* = Ex providentia = *Tom.III pag.*91:

,, Nns, inquit, ad dilecti filii Prioris Provincialis
,, Ordinis Prædicatorum Provinciæ Dalmatiæ ſuppli-
,, cationis inſtantiam quaſdam felicis recordationia
,, Benedicti Papæ XI Prædeceſſoris noſtri literas,
,, quas in Cancellaria noſtra diligenter inſpici, &
,, examinari fecimus, earumque tenorem, cum bujuſ-
,, modi Prædeceſſoria literæ incipiant nimia vetuſtate
,, conſumi, de verbo ad verbum præſentibus inſeri fe-
,, cimus, qui talis eſt. Benedictus Epiſcopus, Ser-
,, vus Servorum Dei, dilecto filio Priori Provincia-
,, li Fratrum Prædicatorum in Hnngaria, ſalutem,
,, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum hora undeci-
,, ma ſit diei bominibus, ut exeant ad opus uſque ad
,, mundi veſperam deputati, & illud Apocalipſis eu-
,, logium cito credatur cum Matris Eccleſiæ conſo-
,, latione complendnm, videlicet, oportere viros
,, ſpirituales, vitæ mnnditiam, & intelligentiæ gra-
,, tiam cum Johanne ſortitos, populis, & gentibus,
,, linguis, Regibuſque multis denuo prophetare,
,, quia non ſequitur reliquiarum Iſrael per Iſayam
,, prophetata ſalvatio, niſi juxta Paulum Apoſtolum
,, prius introeat Gentinm multitudo. Nos licet imme-
,, riti ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpecula conſtituti, fide-
,, liter, & prudenter diſpenſandis Dei miniſteriis, &
,, operibus coadjuvandis intendimus, ſi, vergente
,, plenitudine temporis, poſt pia priornm ſtudia in
,, vineam Domini Sabaoth novos, & pene noviſſimos,
,, qui ſapientiam longum didicere per otium, opera-
,, rios mittere curamus. Quia igitur quaſdam amplas,
,, & populoſas Provincias Albaniam, Cunaniam, &
,, Polatium, ac Duratium prope Hungariam ſitas eſ-
,, ſe percepimus, in quibus aliqui Epiſcopi, & plnri-
,, mi Sacerdotes, & Clerici ſub Græcornm dominio,
,, conſtituti, habitant, qui ritum Sanctæ Romanæ
,, Eccleſiæ ſincera mente diligunt, & pro viribus li-
,, benter obſervant, quas etiam, tempore felicis re-
,, cordationis Innocentii Papæ Quarti Prædeceſſoris
,, noſtri, auctoritate ejuſdem, veſtri Fratres adie-

„ runt, & in verbo Dei efficaciter inſtruxerunt, Nos
„ piæ memoriæ Alexandri Papæ IV Prædeceſſnris
„ noſtri veſtigiis inhærendo, diſcretioni tuæ per
„ Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquos ex
„ Fratribus, tibi commiſſis, qui ſunt probatæ con-
„ verſationis, & vitæ, ac potentes in opere, & ſer-
„ mone, mittas ad terras memoratas, in quibus ver-
„ bum Dei proponant, quos tibi amovere liceat,
„ alioſque ſubſtituere, cum videris expedire, qni-
„ bus vice noſtra in peecatorum omnium remiſſionem
„ injungas, ut ſeminaturi ſuper aquas mulias, in illo
„ tanium, qui dixit mundum ſe viciſſe confiſi, ad
„ illuminationem cæcæ multitudinis, & exterminium
„ hæreticæ falſiiatis, ad confirmandum nutantium
„ animos, & fidelium confortandos in luce ſermonis,
„ & certitudine operis, propoſiium ſibi iter ſine of-
„ fenſinne percurrant. Ut autem miniſterium ipſo-
„ rum honoretur plenius, & laudabilius impleatur,
„ eiſdem Fratribus, quos ad hoc miſeris, præſen-
„ tium auctoritate, coneedimus, ut ipſi Clerieis, ae
„ laieis de ipſis terris oriundis, vel ibidem conſtitu-
„ tis, qui unitatem, & obedientiam Sedis Apoſtoli-
„ cæ fideliter amplectenies, ſunt parati ſatisfaeere de
„ commiſſis, reconciliationis, &, ſi aliqua excom-
„ municatione tenentur, abſolutionis beneficium
„ juxta formam Eccleſiæ largiantur, proviſo, ut ſi
„ hujuſmodi excommunicatio ab Ordinariis locorum
„ Epiſcopis fuerit rationabiliter promulgata, juxta
„ formam eandem cum eorum conſilio relaxeiur, &
„ cum Clericis ex prædictis ſuper eo quod excom-
„ municati celebraverunt Divina, necnon cum illis,
„ qui ab Epiſcopis Græcis, aut juxta ritum Græco-
„ rum Ordines infra ætatem legitimam, vel tempo-
„ ribus indebitis, aut qui omnes eadem die, vel ſu-
„ periores prætermiſſis inferioribus, aut etiam ſoluto
„ aliquo pretio, ſecundum ritum eundem recipere
„ præſumpſerunt, valeant diſpenſare. Sit etiam eiſ-
„ dem Fratribus licitum omnium fidelium in terris
„ prædictis Confeſſiones audire, ac ipſis injungere
„ pœnitentias ſalutares, & excommunicatos a canone
„ juxta formam Eccleſiæ abſolvere, dummodo inju-
„ riam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter.
„ Cum irregularibus autem partium earundem in ca-
„ ſibus, in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolieæ diſ-
„ penſare, ac etiam cum Clericis ipſarum partium,
„ patientibus defectum natalium, dummodo non ſint
„ de adulterio, vel inceſtu, aut de regularibus pro-
„ ereati, ſit Fratribus præfatis diſpenſandi facultas,
„ quam circa illos ſimiliter habeant, qui ab nnitate
„ Catholieæ Eccleſiæ, ſeu Religione, vel Clericali
„ Ordine diſceſſerunt, ſi humiliter redire voluerint,
„ & digne ſatisfacere de eommiſſis, ita quod ipſi Re-
„ ligioſi ad ſua loca, ſalva diſciplina Ordinis, re-
„ ſumantur, & illos ex jam dictis, qui excommuni-
„ cationis vinculo ſunt aſtricti, juxta præmiſſam for-
„ mam, & prædictæ ſatisfactionis modum abſolvere
„ valeant, & cum irregularibus eiſdem, ſicut eſt
„ expreſſum ſuperius, diſpenſare: De eauſis matrimo-
„ nialibus, quas in partibus illis ad audientiam ipſo-
„ rum deferri contigerit, legitime cognoſcendi, ac
„ diſcordantes inter ſe ad invicem, quod ad pacem, &
„ concordiam redeant, necnon quod inordinate vi-
„ ventes de ſuis exeeſſibus, ſicut juſtum fuerit, ſatis-
„ factionem exhibeant, compellendi per cenſuram
„ Eccleſiaſticam, Epiſcoporum ſuorum ſcandalo evi-
„ tato, ipſis Fratribus libera ſit facultas. Inſuper in
„ locis, in quibus eos hoſpitari contigerit, vel in
„ locis partium earundem, in quibus reſidentiam fa-
„ eient, Miſſam, & eetera divina celebrare officia,
„ & conſtitutis ibidem, non obſtante ſi aliqua ſunt
„ excommunicatione ligati, in verbis, & eibo, ac
„ aliis ſecure communieare, & ipſos, ſeu etiam
„ alios cnuverti ad unitatem Fidei Chriſtianæ cupien-
„ tes, reeipere, baptizare, & aggregare Eccleſiæ
„ filiis valeant, ac dare indulgentias, eommutare
„ vota, ultramarinis, & continentiæ votis duntaxat
„ exceptis, liberam licentiam, & plenam habeant
„ facultatem. Ceterum Fratribus præfatis concedi-
„ mus, quod a Catbolicis Patriarchis, Archiepiſco-
„ pis, & Epiſcopis poſſint Ordines, & alia Eccleſia-
„ ſtica Saeramenta ſuſcipere, ac veſtes Sacerdotales,
„ Altaris pallas, Corporalia, per eos, qui ex Fratri-
„ bus ipſis ſunt Presbyteri, eum neceſſe fuerit bene-
„ dicere, ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non
„ habetur, & earundem terrarum Clerieos per lite-
„ ras ſuas licentiare, nt a Latinis Epiſcopis ordinen-
„ tnr. Ad hæc ſit memoratis Fratribus abſnlvendi
„ facultas occiſores Clericorum, & Eccleſiaſticarum
„ perſonarum in prædictis partibus conſtitutos: Nulli
„ ergo &c. noſtræ coneeſſionis infringere, vel ei au-
„ ſu temerario contraire, ſi quis antem &c. Datum
„ Lateran. X Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno
„ primo. Nos itaque hujuſmodi Prioris Provinciæ
„ Dalmatiæ ſupplicationibns inclinati, literas præ-
„ fatas auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, in-
„ novamus, & præſentis ſcripti patrocinio commu-
„ nimus; per hoc autem nullum jus Priori, & Fratri-
„ bus prædictis alias acquiri volumus, ſed anti-
„ quum, ſi quod ſit, tantnmmodo conſervari. Vo-
„ lumus etiam, & præſentium tenore concedimus,
„ quod privilegia, faeultates, & indulta hujuſmo-
„ di ad Serviæ, & Raſciæ Provincias etiam ſe ex-
„ tendant, ipſiſque Fratribus, ſive Religioſis per Dal-
„ matiæ, & alios Priores Ordinis hujuſmodi mitten-
„ dis, omnibus illis indultis, & facultatibus, quæ
„ eis in dictis privilegiis eonceduntur, quod in præ-
„ fatis etiam duabns Provinciis uti valeant, plenam,
„ & liberam concedimns facultatem harum ſerie.

XX. Vicario Generali Societatis Peregrinantinm
ſcribens *Eugenius IV Conſtitut.CXCVI* == Plantatus
olim == *Tom.III pag.*109: „ Perſonam tuam, inqnit,
„ Nobis fide digno teſtimonio commendatam, & plu-
„ res ejuſdem Ordinis profeſſores ad partes memora-
„ tas ob animarum procurandam ſalutem, a Nobis, &
„ Ordine tuo, deſtinatos, ſperantes, favente Domi-
„ no, bonorum ſpiritualium inter alios fructus uber-
„ rimos allaturos, ut hæc Deo grata opera per te, &
„ ſucceſſores tuos alios univerſos, quos tu, & ipſi
„ deputaverint, commodius, & fructuoſius procu-
„ rentur, tenore præſentium, indulgemus, ut non
„ ſolum in domibus veſtris, & Eccleſiis aliis, ad quas
„ eritis advocati, ſeu requiſiti, ſed in plateis, &
„ quibnſcunque locis publicis, & Congregationibus
„ Fidelium vebum Dei proponere, & audientibus,
„ Nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, & viam æternæ
„ vitæ prædicare, & evangelizare, libere valeatis.
„ Et dum vos navigare, ſeu ad quæcunque loca trans-
„ fretare contigerit, fidelium quorumcunque Diœ-
„ ceſum, vel locorum, Confeſſiones audire, & tam
„ eis, quam aliis infidelibus occurrentibus, juxta
„ facultates, auctoritatem, & licentias, alias per Nos
„ vobis conceſſas, pro ſuarum ſalute animarum,
„ adeſſe, & prodeſſe ſimpliciter valeatis. Conſti-
„ tutionibns Apoſtolicis, ac dicti Ordinis ſtatutis,
„ conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apo-
„ ſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis,
„ eeteriſqne contrariis, non obſtantibns quibuſcun-
„ que.

XXI. Et *Conſt.CXCVII* ═ Adveſperaſcente ═ *Tom.III pag.*110: „ Nos, inquit idem Eugenius IV, dilecto filio Ludovico de Piſis Ordinis prædicti (Prædicatorum) Societatis propter Chriſtum Peregrinantium, per Magiſtrum Generalem ejuſdem Ordinis Vicario, & hæreticæ pravitatis Inquiſitori deputato, & aliis ſuis ſucceſſoribus pro tempore deputandis, in Partibus Orientalibus tam Fidelium, quam Infidelinm conſtitutis, & quam maxime in Civitatibus Caffæ, & Peyræ, & in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Yberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zizorum, Rutenorum, Sitbarum, Jacobitarum, Nubianorum, Indorum, Moſtelitarnm, Tartarorum, Karelorum, Hungarorum majoris Hungariæ, & aliornm, qui nondum Sacramentum Fidei perceperunt, ut ipſe Vicarius, & ejus ſucceſſores, & deputandi ab ipſis pro tempore dicti Ordinis Fratres, poſſint ſingulorum Chriſtifidelium, quorumcunque Diœceſum, & locorum, ad ipſos pro tempore confluentium, Confeſſiones audire, & pro commiſſis, etiamſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, pœnitentiam ſalutarem injungere, necnon a quibuſvis ſententiis excommunicationis, tam a jure, quam ab homine latis, ac aliis cenſuris, & pœnis quomodocunque, vel qualitercunque eas incurrerint, ſeu ligati fuerint, abſolvere, necnon, dummodo tales bigamiæ, aut homicidii, vel mutilationis membrorum labe reſperſi non ſint, ſuper irregularitate, ſi quam, qnovis modo, aut caſu, incurrerint, diſpenſare, aut hujnſmodi Confeſſione audita, Encbariſtiæ, & Extremæ Unctionis, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare. Inſuper, ut ſinguli Confeſſores idonei, quos Vicarius, & Fratres partium prædictarum dicti Ordinis duxerint eligendos, omnium peccatorum ſuornm, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenariam remiſſionem in mortis articulo impendere, vel ſi alias copiam Confeſſoris habere non valuerint, dnmmodo contriti exiſtant, eandem indulgentiam conſequantur: Quodque Confeſſores ipſi ſingulornm Confeſſiones audire, & pro commiſſis, quoties ipſis videbitur, etiamſi talia ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, debitam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere, necnon ipſornm Fratrum ſingulos, a quibuſcunque ſententiis, cenſuris, & pœnis, in ipſos quavis auctoritate promulgatis, abſolvere, ac ſuper irregularitate per ipſos quoquomodo contracta diſpenſare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, dummodo ex aliquo trinm præmiſſorum videlicet Bigamia, homicidio, vel mutilatione, non proceſſerint, abolere, libere, & licite valeant. Inſnper ut ipſorum Fratrum bonorum operum fructus, amplius valeant propagari, ut Vicarius, & Fratres, pro tempore exiſtentes præfati, ſingnla loca, alias pro habitatione, & uſu Fratrum dicti Ordinis idonea, recipere, & in illis Domus, & Monaſteria cum Eccleſiis, campanilibus, campanis, dormitoriis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis erigere, quæ quidem loca, domus, Monaſteria recepta, & erecta, & earum perſonæ omnibus, & ſingulis privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, & indultis, aliis locis, domibus, Monaſteriis, & perſonis Ordinis Prædicatorum a Sede Apoſtolica quoquomodo conceſſis, uti pariter debeant, & gaudere. Inſuper, ut Vicarius, & Fratres prædicti omnibus, & ſingulis gratiis, libertatibus, exemptionibus, privilegiis, indulgentiis, & indultis quibus Provincialis, & Fratres Provinciæ Terræ Sanctæ utuntur, & gaudent, & quæ Romani Pontifices Fratribus Prædicatoribus dictæ Societatis hactenus conceſſernnt, etiam uti, & gaudere valeant; Quodque Fratres ipſi Schiſmaticos, & excommunicatos, ſeu interdictos quoſcunque, etiam quantumcunque notorios, niſi quos Vicarius, ſeu deputati per eum, evitare mandaverint, evitare minime teneantur; Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qni de bonis ſibi a Deo collatis pro centenario videlicet unum, pro liberatione fidelium captivorum de manibus Infidelium, ſeu pro erectione, & fundatione, ſeu manutentione domornm, & Monaſteriorum, pro uſu, & habitatione dictornm Fratrum erogaverint, liceat eligere Confeſſores idoneos, qui eos Confeſſione eorum diligenter audita, ab omnibus peccatis, criminibus, & exceſſibus ſuis, etiam in caſibus, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervatis, ſemel duntaxat, & deinde quoties ſuerit opportunnm, dummodo talia non fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſpecialiter conſulenda fuerit, abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem injungere, necnon Plenariam omninm peccatorum in mortis articulo remiſſionem impendere, licite valeant, auctoritate Apoſtolica, prout ratio contingit, tenore præſentium, indnlgemus. Inſuper prædicto, & aliis, qui pro tempore fuerint, dictarum partium Vicariis ſuper natalium, & ætatis intra vigeſimum tertium annnm defectibns, cum perſonis, & Fratribus Ordinem prædictum profiteri volentibus, & profeſſis, ut ad omnes ſacros Ordines, uſque ad Presbyteratus Ordinem incluſive, & ſingulas Ordinis Prælaturas, & officia in dictis partibus promoveri, & in illis miniſtrare valeant, diſpenſandi, necnon Notarios ad actus publicos in favorem Fidei Chriſtianæ conſcribendos creandi, & inſtituendi, dicta anctoritate, tenore præſentium, concedimus facultatem; Inſuper ut Fidelium devotio ferventius fide creſcat, ut omnes, & ſingulæ ntriuſque ſexus perſonæ, quæ prædicationibus dictorum Fratrum interfuerint, & illas cum propoſito ſe emendandi audierint, ſingulæ ſingulis vicibus unius Anni, & quadraginta dierum Indulgentiam conſequantur; Quodqne Fratres, & Sorores de Pœnitentia B.Dominici, quos Vicarius, ſen ab eo depntati Fratres pro tempore recipient, & aliæ utrinſque ſexus perſonæ, quæ in Societate Beatæ Virginis, ſub capitulis, & cæremoniis per ipſos Vicarium, ſeu Fratres, ordinandis, Altiſſimo devote famulabuntur, Confeſſores eligere, qui Confeſſionibus eorum diligenter auditis, ipſis confeſſis, & contritis, Plenariam in mortis articulo omninm ſuorum peccaminnm remiſſionem impendere valeant. Poſtremo, ut idem Vicarius, & Inqniſitor, alios Inquiſitores hæreticæ pravitatis in Provinciis, de quibus ſibi videbitur, & ſnpradictis, ſubſtituere, & ordinare valeat, ſimili anctoritate concedimus per præſentes. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in generalibus, vel ſpecialibus Conciliis, editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, quibus quantnm præſentibus adverſantur derogari volumus, etiamſi talia fuerint, de quibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio præſentibus eſſet babenda, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XXII. Huc ſpectant *Eugenii IV Conſtit.CCLXXIX* ═ Proſpicientes ═ *Tom.III pag.*184, & *CCLXXX* ═ Sacræ Religionis ═ *Tom.III pag.*185.

XXIII. Fratri *Johanni de Raguſio* ſcribens *Nicolaus V Conſt.LXIV* == Ad hoc Nos == *Tom.III pag.*286:
„ Tu, inquit, pia conſideratinne motus una cum
„ nonnullis Fratribus Ordinis Fratrum Prædicato-
„ rum profeſſoribus ad augmentum Fidei Orthodoxæ,
„ & pro ſalute Incolarum, & Habitatorum prædicto-
„ rum, ad præfatam Provinciam, & partes illas per-
„ ſonaliter accedere, & ibidem Verbum Dei prædi-
„ care, ac aliquas domos dicti Ordinis de novo erigi,
„ conſtrui, & ædificari facere ferventer exoptas,
„ dummodo tibi, & eiſdem Fratribus ſuper hoc per
„ Sedem Apoſtolicam licentia concedatur. Quare pro
„ parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi
„ & Fratribus prædictis licentiam hujuſmodi conce-
„ dere, aliaſque in præmiſsis opportune providere
„ de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur,
„ qui Catholicæ Fidei incrementum, & animarum
„ ſalutem, ſupremis affectibus deſideramus, hujuſmodi
„ ſupplicationibus inclinati, tibi, ut petita, & obten-
„ ta a Generali ejuſdem Ordinis, ſeu ejus Vicario li-
„ centia, una cum aliquibus Fratribus ejuſdem Ordi-
„ nis in Lege Domini eruditis, & ad hæc ſufficienti-
„ bus, & voluntariis, ad præfatam Provinciam ac-
„ cedendi, &, quoties tibi videbitur, alios ipſius Or-
„ dinis profeſſores recipiendi, ac inibi Verbum Dei
„ prædicandi, & annunciandi, necnon Chriſtifide-
„ lium omnium in eadem Provincia commorantium,
„ quoties opportunum fuerit, confeſsiones per te,
„ vel dictos Fratres audiendi, ac pro commiſsis juxta
„ delictorum, & criminum per eos commiſſorum
„ qualitatem, & exigentiam, etiamſi Sedes Apoſto-
„ lica ſuper his conſulenda eſſet, debitam abſolutio-
„ nem impendendi, & pœnitentiam ſalutarem injun-
„ gendi, & ad Fidem Catholicam venientes cum cæ-
„ remoniis conſuetis baptizandi, omniaque alia Sa-
„ cramenta Fidelibus Chriſti, & baptizatis hujuſmodi
„ miniſtrandi, necnon Conventus, & domos dicti
„ Ordinis de conſenſu, & conceſsione Domini tem-
„ poralis illius patriæ in Civitatibus, Oppidis, & lo-
„ cis ad id aptis, & accommodis, & per ipſum Do-
„ minum tibi aſsignandis, erigendi, conſtruendi, &
„ ædificandi, ſeu conſtrui, erigi, & ædificari fa-
„ ciendi, & illas pro uſu, & habitatione Fratrum
„ dicti Ordinis recipiendi, ac omnia, & ſingula,
„ quæ Rectores Parochialium Eccleſiarum de jure,
„ vel conſuetudine facere poſſent, faciendi, diſpo-
„ nendi, & exequendi, plenam, & liberam licen-
„ tiam tenore præſentium elargimur. Non obſtanti-
„ bus felicis recordationis Bonifatii Papæ VIII, Præ-
„ deceſſoris noſtri, prohibente, ne Fratres Ordinum
„ Mendicantium in quocunque Caſtro, Villa, vel
„ loco ad inhabitandum domos de novo recipere, ſeu
„ eatenus recepta mutare præſumant abſque Sedis
„ prædictæ licentia ſpeciali, faciente plenam, & ex-
„ preſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, &
„ aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque.

XXIV. „ Cum vero, inquit *Pius II Conſt.LXVII* == Dum levamus == *Tom.III pag.*431: „ in terris in-
„ fidelium meſſis quidem ſit multa, operarii vero
„ pauci, ne ager Dominicus ſpinis, & vepribus re-
„ pleretur, nonnulli Prædeceſſores noſtri de florido
„ Prædicatorum Ordine ad irrigandum imbre ſanctæ
„ prædicationis corda Aquilonarium, & Orientalium
„ nationum aliquos direxerunt filios, & alumnos,
„ qui, flante ſpiritu, plenos manipulos in horrea
„ Sanctæ Matris Eccleſiæ portaverunt. Sed proh do-
„ lor! temporibus noſtris venit Inimicus homo, &
„ ſuperſeminavit zizania in medio tritici, cum præ
„ Turcarum potentia Chriſtiannrum aliquas nationes
„ ſuo impiiſſimo dominatui ſubegerit. Inde fit, ut
„ nos eo efficacius operam impendamus, quo magis
„ gregem Dominicum a diro ſerpente conſpicimus
„ crudelius laniari, utque opportunis remediis com-
„ modius provideatur Nos, dilecto filio Chriſtophoro
„ de Viterbio Ordinis Prædicatorum Sacræ Theolo-
„ giæ profeſſori, totius Societatis Peregrinantium
„ propter Chriſtum inter Gentes Vicario Generali, &
„ hæreticæ pravitatis Inquiſitori, per nos deputato,
„ & conſtituto, & aliis ſuis Succeſſoribus pro tempo-
„ re deputandis in partibus Orientalibus tam fidelium
„ quam infidelium conſtitutis, & quam maxime in
„ Civitatibus Caffæ, & Peræ, Chii, & in terris Sa-
„ racenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgaro-
„ rum, Cumanorum, Æthiopum, Iberorum, Ala-
„ norum, Gazarorum, Gothorum, Sitharum, Rute-
„ norum, Syrorum, Jacobitarum, Nubianorum, Ne-
„ ſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indo-
„ rum, Agoleſticorum, Tartarorum, Catelorum
„ Hungarorum majoris Hungariæ, & aliorum, qui
„ nondum Sacramenta fidei perceperunt, ut ipſe Vi-
„ carius, & ejus Succeſſores, & deputandi ab ipſis
„ pro tempore dicti Ordinis Fratres poſſint ſingulo-
„ rum Chriſtifidelium quorumcunque Diœceſis, &
„ locorum ad ipſos pro tempore confluentium, con-
„ feſſionem audire, & pro commiſſis, etiamſi talia
„ fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica foret merito
„ conſulenda, pœnitentiam ſalutarem injungere,
„ necnon a quibuſvis ſententiis excommunicationis
„ tam ab homine, quam a jure latis, ac aliis cenſuris,
„ & pœnis, quomodocunque, vel qualitercunque il-
„ las incurrerint, ſeu ligati fuerint, abſolvere, nec-
„ non, dummodo tales bigamiæ labe reſperſi non ſint
„ ſuper irregularitate, ſi quam quovis modo, & cau-
„ ſa incurrerint, diſpenſare, ac hujuſmodi confeſſio-
„ ne audita Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis, alia-
„ que Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare. Inſuper
„ ut ſinguli Confeſſores idonei, quos Vicarius, &
„ Fratres partium prædictarum dicti Ordinis duxerint
„ eligendos, omnium peccatorum ſuorum, de qui-
„ bus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plena-
„ riam remiſſionem in mortis articulo impendere,
„ vel, ſi alias copiam Confeſſorum habere non va-
„ luerint, dummodo contriti exiſtant, eandem indul-
„ gentiam conſequantur. Quodque confeſſores ipſi
„ ſingulorum confeſſiones audire, & pro commiſſis,
„ quoties ipſis videbitur, etiamſi talia ſint propter
„ quæ Sedes Apoſtolica merito ſit conſulenda, debi-
„ tam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalu-
„ tarem injungere, necnon ipſorum Fratrum ſingu-
„ los a quibuſcunque ſententiis, cenſuris, & pœnis,
„ in ipſos quavis auctoritate promulgatis abſolvere
„ & ſuper irregularitate per ipſos quoquomodo con-
„ tracta diſpenſare, omnemque inhabilitatis, & in-
„ famiæ maculam, dummodo a bigamia non proceſſe-
„ rint, abolere, libere, & licite valeant. Inſuper
„ ut ipſorum Fratrum bonorum operum fructus am-
„ plius valeant propagari, ut Vicarius, & Fratres
„ pro tempore exiſtentes, præfata ſingula loca alias
„ pro habitatione, & uſu Fratrum dicti Ordinis ido-
„ nea, & in illis Domos, Monaſteria cum Eccleſiis,
„ campanilibus, campanis, dormitoriis, hortalitiis,
„ & aliis neceſſariis officinis erigere, quæ quidem lo-
„ ca, Domus, & Monaſteria recepta, & erecta, &
„ eorum perſonæ, omnibus, & ſingulis privilegiis,
„ indulgentiis, immunitatibus, & indultis, aliis lo-
„ cis, Domibus, Monaſteriis, & perſonis Ordinis Præ-
„ dicatorum a Sede Apoſtolica quoquomodo conceſ-
„ ſis,

Digitized by Google

,, ſis, utuntur, & gaudent, uti pariter debeant, &
,, gaudere. Inſuper ut Vicarius, & Fratres prædicti
,, omnibus, & ſingulis gratiis, libertatibus, exem-
,, ptionibus, privilegiis, indulgentiis, & indultis
,, quibus Provincialis, & Fratres Provinciæ Terræ
,, Sanctæ utuntur, & gaudent, & quæ Romani Pon-
,, tifices Fratribus Prædicatoribus dictæ Societatis ha-
,, ctenus conceſſerunt, etiam uti, & gaudere valeant.
,, Quod Fratres ipſi Schiſmaticos, & excommunica-
,, tos, ſeu interdictos quoſcunque, etiam quantum-
,, cunque notorios, niſi quos Vicarius, ſeu deputati
,, per eum, evitare mandaverint, evitare minime te-
,, neantur. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſtifide-
,, libus, qui de bonis ſibi a Deo collatis, pro centena-
,, rio videlicet unum, pro liberatione Fidelium Capti-
,, vorum de manibus Infidelium, ſeu pro erectione,
,, & fundatione, ſeu manutentione Domorum, &
,, Monaſteriorum, pro uſu, & habitatione dictorum
,, Fratrum erogaverint, liceat eligere Confeſſores
,, idoneos, qui confeſſione eorum diligenter audita,
,, ab omnibus peccatis, criminibus, & exceſſibus,
,, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel
,, generaliter reſervatis, ſemel duntaxat, deinde quo-
,, ties fuerit opportunum, dummodo talia ſint prop-
,, ter quæ Sedes Apoſtolica ſpecialiter conſulenda non
,, fuerit, abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem injun-
,, gere, necnon omnium peccatorum in mortis arti-
,, culo remiſſionem impendere licite valeant, au-
,, ctoritate Apoſtolica, ſingulis prædictis, prout eos
,, contingit, tenore præſentium, indulgemus. Inſu-
,, per prædicto, & aliis, qui pro tempore fuerint di-
,, ctarum partium Vicariis, ſuper natalium, & æta-
,, tis infra vigeſimum tertium annum defectibus cum
,, perſonis, & Fratribus Ordinem prædictum profite-
,, ri volentibus, & profeſſis, ut ad omnes Sacros Or-
,, dines, uſque ad Presbyteratus Ordinem incluſive,
,, & ſingula Ordinis Prælaturas, & officia in dictis
,, partibus promoveri, & in illis miniſtrare valeant
,, diſpenſandi; necnon Notarios ad actus publicos in
,, favorem fidei Chriſtianæ conſcribendos, creandi,
,, & inſtituendi, dicta auctoritate, tenore præſen-
,, tium, concedimus facultatem. Inſuper, ut fide-
,, lium ferventius devotio in fide creſcat, ut omnes,
,, & ſingulæ utriuſque ſexus perſonæ, quæ Prædica-
,, tionibus dictorum Fratrum interfuerint, & illas
,, cum propoſito ſe emendandi audierint, ſingulæ ſin-
,, gulis vicibus unius anni, & quadraginta dierum,
,, indulgentiam conſequantur. Quodque Fratres, &
,, Sorores de Pœnitentia S. Dominici, quos Vicarius,
,, ſeu ab eo deputati Fratres pro tempore recipient,
,, & aliæ utriuſque ſexus perſonæ, quæ in Societate
,, Beatæ Virginis ſub capitulis, & cæremoniis per ip-
,, ſos Vicarium, ſeu Fratres ordinandis, Altiſſimo de-
,, vote famulabuntur, Confeſſores eligere, qui con-
,, feſſionibus eorum diligenter auditis, ipſis confeſſis,
,, & contritis, plenariam in mortis articulo omnium
,, ſuorum peccaminum remiſſionem impendere va-
,, leant; Poſtremo, ut idem Vicarius, & Inquiſitor
,, alios Inquiſitores hæreticæ pravitatis in Provinciis,
,, de quibus ſibi videbitur, ſupradictis ſubſtituere, &
,, ordinare valeat. Et ut liberius iidem Vicarius, &
,, Fratres vivere valeant, & Deo confidentius deſer-
,, vire, in omnes, & ſingulos, cujuſcunque ſtatus,
,, gradus, & conditionis exiſtant, bona mobilia,
,, ſive immobilia, videlicet poſſeſſiones, domos, apo-
,, thecas, libros, calices, paramenta, inſtrumenta,
,, & omnia alia ad Divinum Cultum pertinentia ad
,, uſum, & commodum Fratrum neceſſaria, contra ip-
,, ſorum Vicarii, & Fratrum voluntatem occupantes,
,, & detinentes, excommunicationis ſententiam pro-
,, mulgamus, a qua nolumus a quoquam abſolvi poſ-
,, ſe, niſi prius reſtitutione, vel cum eorum Vicario,
,, ſive Fratribus conventione facta, de ipſius, ſive
,, de ipſorum beneplacito, & libera voluntate. Et ut
,, ipſe Vicarius talentum ſibi creditum, ſine impedi-
,, mento, & obſtaculo valeat exercere, ex certa no-
,, ſtra ſcientia ipſam Societatem, quæ per nonnulla
,, Capitula Generalia dicitur eſſe diviſa, redintegra-
,, mus, & reponimus, ac in idem corpus, ut prius
,, erat, reponi volumus, & mandamus, præſertim
,, omnes Conventus Litbuaniæ, Ruſſiæ, Ypodoliæ,
,, Valaqbiæ majoris, & minoris, non obſtantibus
,, quibuſcunque literis, & ordinationibus Capitulo-
,, rum generalium in oppoſitum conceſſis, & conce-
,, dendis, declarantes, & mandantes, tales Conven-
,, tus, & nationes amodo eſſe ſub Vicario dictæ So-
,, cietatis Peregrinantium. Quia vero conditio tem-
,, poris hoc requirit, volumus, & mandamus, ut
,, Fratres, qui dicuntur Uniti, vel Armeni, quod
,, non obſtantibus privilegiis aliquorum Summorum
,, Pontificum, etiamſi de ipſis privilegiis de ver-
,, bo ad verbum deberet fieri mentio ſpecialis, ſe-
,, cundum quod prius fuerat, ipſi Vicario in om-
,, nibus, & per omnia ſubdantur, & de eis diſponere
,, poſſit, ſicut de ceteris ſui Ordinis Fratribus. Non
,, obſtantibus Apoſtolicis, ac in generalibus, vel
,, ſpecialibus Conciliis editis Conſtitutionibus, & Or-
,, dinationibus, quibus, quantum præſentibus ad-
,, verſantur, derogari volumus, etiamſi talia ſint,
,, de quibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad
,, verbum mentio præſentibus eſſet habenda, ceteriſ-
,, que contrariis quibuſcunque.

XXV. *Carolo V* ſcribens *Adrianus VI Conſt.I Tom.IV pag.407*: ,, Exponi, inquit, Nobis feciſti tuum fla-
,, grans deſiderium ad augmentum Chriſtianæ Reli-
,, gionis, converſionemque infidelium, illorum præ-
,, ſertim, qui, Chriſto duce, tuæ ditioni ſunt ſubje-
,, cti in partibus Indiarum, a Nobiſque inſtanter pe-
,, tiiſti, ut ad effectum hujuſmodi augmenti, & con-
,, verſionis, & delatæ gubernationis animarum, quas
,, Redemptor noſter, ſui pretioſi ſanguinis commer-
,, cio redemit, provideremus, quatenus ex omnibus
,, Religionibus Fratrum Mendicantium præſertim
,, Fratrum Minorum regularis obſervantiæ, aliqui
,, ad præfatas partes Indiarum, auctoritate noſtra
,, tranſmitterentur, aliaſque in præmiſſis providea-
,, tur, ſicut in petitione Nobis deſuper oblata plenius
,, continetur. Nos autem, qui ex injuncta Nobis cu-
,, ra paſtorali ad ea, quæ attinent ad ſalutem anima-
,, rum intendere ſuper omnia tenemur, qui ferventiſ-
,, ſimum zelum tuæ Cæſareæ Majeſtatis, ad augendam
,, Rempublicam Chriſtianam a teneris annis pleniſſi-
,, me agnovimus, tam ſanctum, ac laudabile opus in
,, Domino commendantes, & deſuper providere vo-
,, lentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, te-
,, nore præſentium, volumus, ut omnes Fratres Or-
,, dinum Mendicantium, præſertim Ordinis Minorum
,, regularis obſervantiæ, a ſuis Prælatis nominati, qui
,, Divino Spiritu ducti, ultro, ac ſponte voluerint
,, ad partes Indiarum præfatarum, ac convertendo-
,, rum, & inſtruendorum in fide prædictorum Indo-
,, rum cauſa, ſe transferre libere, & licite poſſint, &
,, valeant, dum tamen ſint talis ſufficientiæ in vita,
,, & doctrina, quod tuæ Cæſareæ Majeſtati, aut tuo
,, Regali Conſilio, ſint grati, ac tanto operi idonei,
,, ſuper quo conſcientias ſuorum Superiorum, qui
,, nominare, & licentiare habent, oneramus, ac ut
,, in tam ſancto opere, meritum obedientiæ non deſit,
,, omni-

„ omnibus, qui, ut præfertur, nominati fuerint, & ſe ſponte obtulerint, ad meritum obedientiæ præcipimus, ut præfatum iter, & opus exemplo diſcipulorum Chriſti Domini Noſtri exequantur, pro certo ſperantes, ut ſicut in labore eos imitati fuerint, ita, & in præmio eis ſociabuntur, præfatiſque Fratribus noſtram Apoſtolicam benedictionem libentiſſime ex nunc impertimur. Sed ne forte numerus Fratrum hujuſmodi ſit tantus, ut pariat confuſionem, volumus, ut tua Sacra Majeſtas, ac tuum Regale Conſilium aſſignet, & præfigat numerum Fratrum mittendorum, tales autem Fratres, ſic nominatos, ſeu licentiatos ab eorum Superioribus, ſtricte præcipimus ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ne aliquis inferior audeat aliqualiter impedire, etiamſi pro tunc eſſent in officiis Confeſſionis, Prædicationis, Lectionis, Guardianatus, Cuſtodiatus, Miniſteriatus, Provincialatus, aut Commiſſariatus Generalis, quibus non obſtantibus tranſire poſſint, & debeant. Verum ne præfati Fratres, ſint velut oves abſque paſtore, ſtatuimus, & ordinamus, ut ex ſeipſis, valeant, & debeant eligere, duos, vel tres, aut plures, qui in dictis terris eis præſint, eo modo, quo eiſdem, ſeu eorum majori parti, melius viſum fuerit. Qui ſic electi per triennium, aut aliud majus, vel minus tempus, juxta ſuas conſtitutiones, prout in Hiſpania fieri convenit, prælationem hujuſmodi habeant, & non ultra, maneantque omnes ſemper in obedientia Generalis Miniſtri, & Capituli Generalis, dummodo nihil eis imponant in præjudicium dicti tranſitus, & converſionis infidelium, decernentes quicquid abſque noſtro mandato expreſſo, & aſſenſu ſuper his fuerit attentatum, nullius eſſe momenti. Et quia præfata Terra Indiarum valde diſtat a partibus, ubi Generalis Miniſter degere, & incedere conſuevit, ac propterea difficile foret ad eum recurrere in caſibus ei pertinentibus, volumus, ac tenore præſentium concedimus, ut Fratres, qui pro tempore aſſumentur ad regimen aliorum Fratrum, in prædictis Terris Indiarum habeant in utroque foro ſuper Fratres ſibi commiſſos, omnem auctoritatem, & facultatem, quam Generalis Miniſter, habere dignoſcitur, ita tamen, quod ipſe Generalis Miniſter, ſub cujus obedientia, ſemper manere debent, poſſit præfatam auctoritatem limitare, & arctare, prout ei viſum fuerit, & inſuper, ut melius præfata converſio infidelium fieri valeat, & ſaluti animarum omnium in præfatis terris Indorum pro tempore degentium provideatur, volumus, & tenore præſentium de plenitudine poteſtatis concedimus, ut præfati Prælati Fratrum, & alii, quibus ipſi de Fratribus ſuis in dictis Indiis commorantibus, duxerint committendum, in partibus, in quibus nondum fuerint Epiſcopatus creati, vel ſi fuerint, tamen intra duarum diætarum ſpatium, ipſi, vel officiales eorum, inveniri minime poſſint, tam quoad Fratres ſuos, & alios cujuſcunque Ordinis, qui ibidem fuerint ad hoc opus deputati, ac ſuper Indos ad fidem Chriſti converſos, quam etiam alios Chriſticolas, ad dictum opus eoſdem comitantes, omnimodam auctoritatem noſtram in utroque foro habeant, tantam, quantam ipſi, & per eos deputati de Fratribus ſuis, ut dictum eſt, judicaverint opportunam, & expedientem pro converſione dictorum Indorum, & manutentione, ac profectu illorum, & aliorum præfatorum in fide catholica, & obedientia S. R. E., & quod præfata auctoritas extendatur, etiam quoad omnes actus Epiſcopales exercendos, qui non requirunt Ordinem Epiſcopalem, donec per Sedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Et quia, ut accepimus, per præfatos Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, aliqua indulta conceſſa fuerint Fratribus exiſtentibus, euntibus, aut ire procurantibus, in dictis, & dictas Indiarum partes, Nos omnia illa confirmando, ac, quatenus opus eſt, de novo concedendo, volumus, ut præfati Prælati Fratrum pro tempore exiſtentium, & quibus ipſi de ſuis Fratribus duxerint concedendum, omnibus prædictis indultis, in genere, vel in ſpecie hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant, habentes omnia pro ſufficienter expreſſis, tanquam ſi de verbo ad verbum, infererentur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim Sixti IV incipiente: Etſi Dominici Gregis: ac Bullæ Cœnæ Domini, ceteriſque in contrarium facientibus. Datum Cæſarauguſtæ ſub Annulo Piſcatoris die 9 Maii MDXXII ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus officii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXVI. „ Exponi ſiquidem, inquit *Gregorius XIV: Conſt III* = Quantum animarum = *Tom.V pag.* 481: „ Nobis fecerunt dilecti filii profeſſores Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ del Peru, quod licet felicis recordationis Pius Papa V per ſuas in forma Brevis ad preces cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici confectas literas Religioſis apud Indos exiſtentibus, curam animarum exercendi facultatem conceſſerit, nihilominus Epiſcopi illarum partium prætendunt Religioſos prædictos id facere non poſſe abſque eorum ſpeciali licentia, & examine, pro eo quod deinde piæ memoriæ Gregorius Papa XIII Prædeceſſor noſter illos motus proprios, qui decretis Concilii Tridentini adverſabantur ad ordines juris reduxit, & qui animarum curam ſine Epiſcopi licentia exercent, ii decretis ejuſdem Concilii adverſantur, & propterea literæ dicti Pii Prædeceſſoris in hoc obſervari non debent contra mentem, & intentionem ejuſdem Pii Prædeceſſoris. Nos ad omnem, quæ inde naſcitur, & naſci poterit in futurum, controverſiam componendam, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper cauſis Epiſcoporum, & ſtatu Regularium deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & Nobis referendum commiſimus, conſilio, literis dicti Pii Prædeceſſoris, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicimus, illaſque debitæ executioni demandari volumus, & præcipimus, inhibentes omnibus, & ſingulis Epiſcopis illarum partium ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ pœna, eo ipſo per contrafacientes incurrenda, ne de cetero prædictos profeſſores præmiſſis, ſeu aliis quibuſcunque prætextibus quomodolibet deſuper moleſtare, aut inquietare audeant, ſeu præſumant. Non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die XVI Septembris MDXCI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXVII. De

XXVII. De Miſſionibus Indiarum vide S. Pii V Conſt.CXXIX == *Exponi* == Tom.VII pag.176.

XXVIII. Urbanus VIII Conſt.XXVI == *Ut tamſu* == Tom.VI pag.50 varia privilegia concedit Miſſionibus Rutenorum.

XXIX. De Americanis Miſſionibus conſulenda Benedicti XIII Conſt.LXX == *Ut dilecti* == Tom.VI pag.609.

Vide Benedicti XIII Conſt. == *Pretioſus* == Tom.VI pag.620 §.31: & præ oculis habeas quæ initio hujuſce Tituli dicta fuerunt.

QUÆSTIO II.

Quænam ſint Indulgentiæ conceſſæ Fidei Præconibus, ſeu Miſſionariis Prædicatorum Familiæ?

SUMMARIUM.

I. Plenariam concedit Gregorius IX.
II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Alexandrum IV;
III. Johannem XXII, Conſtitutione == *Inexplicabili* ==
IV. Eundem, Conſtitutione == *Cum hora* ==
V. Eundem, alia Conſtitutione == *Inexplicabili* ==
VI. Gregorium XIII.

I. Quænam ſunt Indulgentiæ conceſſæ Fidei Præconibus, ſeu Miſſionariis Prædicatorum Familiæ, ex ſequentibus habes. Plenariam concedit *Gregorius IX Conſtit.CLXXVII* == Credentes == *Tom.I pag.99* dicens: ,, Credentes quod non minus in oculis Redemptoris habeatur acceptum Infideles ad Fidem divini Verbi propoſitione convertere, quam armis Saracenorum perfidiam expugnare, vobis, qui in terra Ultramarina ad converſionem Paganorum, vel aliorum, verbo, ſeu ſanctæ laboratis converſationis exemplo, illam concedimus veniam peccatorum, quæ in ejuſdem Terræ ſuccurſum venientibus in Generali Concilio eſt conceſſa.

II. Eandem elargitur *Alexander IV* Fratribus miſſis in Terram Sanctam. *Conſt.LV* == Terra Sancta == *Tom.I pag.294*.

III. ,, Inexplicabili deſiderantes affectu, inquit *Johannes XXII Conſt.XVIII Tom.II pag.143* ,, ut divini cultus officium jam in pleriſque gentium partibus, auctore Deo, propagatum, eo magis vigeat, quo Miniſtris potioribus frequentatur, ſolicita deliberatione providemus, ut in hac veſtra Congregatione per vos, filii, provideatur; ut de Ordine veſtro, qui inſpirante Deo, velut Cælum micat ſideribus, ſic perſonarum numero, & virtute coruſcat, ad minus quinquaginta Fratres ad hæc voluntarii, alias diſcreti, & ſufficientes, mittantur ad partes Gentilium per ſingulos Ordinis veſtri Conventus, ad exercenda ibi divina miniſteria, prout expediens fuerit, dividendi. Nos enim univeſis, & ſingulis, quos ad hoc duxeritis taliter eligendos, licentiam, & Indulgentiam, quam merentur tranſeuntes ultra mare in ſubſidium Terræ Sanctæ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, elargimur.

IV. Præcones Fidei Ordinis Prædicatorum ad exteras Gentes proficiſcentes alloquens idem *Johannes XXII Conſtitut.XXXIII* == Cum hora == *Tom.II pag.154*: ,, Ut fructum, inquit, de veſtris laboribus reportetis, & ſentiatis ex eis æternæ ſalutis commoda, vobis uberius proventura, de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, vobis, & cuilibet veſtrum, vere pœnitentibus, & confeſſis, illam Indulgentiam, præſentium auctoritate, concedimus, quam proficiſcentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium, Sedes Apoſtolica concedere conſuevit. Ac nihilominus, ut Chriſtifideles, quaſi per præmia ſalubriter invitemus ad merita, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, & loca Fratrum dicti veſtri Ordinis in partibus præmiſſis conſtructa, & in poſterum conſtruenda, cauſa devotionis, ſeu eleemoſynæ faciendæ ipſis Fratribus, ſingulis diebus viſitaverint, centum dies de injunctis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

V. De Fratribus ad partes Gentilium mittendis ſic ad Capitulum Generale ſcribit *Johannes XXII Conſtit.LXII* == Inexplicabili == *Tom.II pag.178*: ,, Omnibus, & ſingulis prædictis Fratribus, quos ad hoc duxeritis taliter eligendos, & tranſeundi ad partes prædictas licentiam, ac nihilominus illis, & ipſorum ſingulis, quos illuc tranſire contigerit, ut ſpirituali munere invitentur, Indulgentiam, quam merentur transfretantes ultra mare in Terræ Sanctæ ſubſidium elargimur.

VI. De Privilegiis, ac Indulgentiis conceſſis Fratribus ad Inſulas Philippinas proficiſcentibus legenda *Gregorii XIII Conſt.CXX* == Cum, ſicut == *Tom.V pag.412*.

Vide Notam, quæ initio hujuſce Tituli legitur

QUÆSTIO III.

Quænam ſit Indulgentia pro Miſſionibus Fratrum Prædicatorum obeundis conceſſa?

SUMMARIUM.

I. Plenariam conceſſit Paulus V.
II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

I. Indulgentia pro Miſſionibus obeundis conceſſa, Plenaria eſt, ut ex ſequentibus habetur. ,, Cæleſtium, inquit *Paulus V Conſtitut.XXXV Tom.V pag.662* ,, munerum theſauros, quorum diſpenſatores Nos eſſe voluit Deus, libenter his impartimur, quos pro ſua in Deum, & proximos caritate, & Chriſtianæ Religionis zelo, animarum ſalutem omni ſtudio procurare intelligimus, quo in numero in Ordine Prædicatorum Religioſos habemus, eoſque in primis, quos dilectus filius Auguſtinus Galaminius ejuſdem Ordinis Magiſter Generalis, hoc ipſo, & ſequentibus annis, in diverſas Chriſtianæ Reipublicæ Provincias mittere conſtituit. Nos ſane eorundem Religioſorum pietatem, atque opera, eorumque ad quos illi mittendi erunt, Religionem, & devotionem ſpiritualibus gratiis fovere, atque augere cupientes, ejuſdem Auguſtini Magiſtri Generalis precibus humiliter Nobis ſuper hoc porrectis inclinati, piamque illius deliberationem, quantum cum Domino poſſumus, promovere volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis dictæ Religionis Religioſis mittendis, & aliis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ad quos ipſi mittendi acceſſerint, noſtram, & Apoſtolicam Benedictionem per præſentes impartimur, necnon eiſdem vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui pro S. R. E. exaltatione,

Digitized by Google

,, tatione, Principum Chriſtianorum unione, Infide- ,, lium converſione, hæreſum extirpatione, prout ,, unicuique ſuggeret devotio, pias ad Deum preces ,, effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum ,, Indulgentiam, & remiſſionem auctoritate Apoſto- ,, lica, tenore præſentium, pro una vice duntaxat ,, concedimus, & elargimur. Hortantes Venerabiles ,, Fratres noſtros, Patriarchas, Primates, Archie- ,, piſcopos, Epiſcopos, & alios Eccleſiarum Dei Præ- ,, latos, & Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut ,, in ſuis quique Eccleſiis apud Populum præſentes ,, literas, ac omnia in illis contenta publicent, ac ,, publicari faciant, ac omnem illis favorem, & ,, auxilium in præmiſſis præſtent. Volumus autem, ,, & dicta auctoritate decernimus, ut præſentium ,, tranſumptis manu alicujus Notarii publici, ſeu di- ,, cti Ordinis Secretarii, ſubſcriptis, & ſigillo alicujus ,, perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu ,, Magiſtri Generalis dicti Ordinis, obſignatis, eadem ,, prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus, ſi forent ,, exhibitæ, vel oſtenſæ. Præſentibus ad triennium ,, proximum valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ,, ſub annulo Piſcatoris die VII Junii MDCVIII, ,, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Huc ſpectat *Pauli V Conſt.LXXVII* = Cæleſtium = *Tom.V pag.697.*

II. Succeſſores ſuos conſentientes habet Paulus V, uti liquet ex Conſtitutionibus Urbani VIII Conſtitutione CXVI = Cæleſtium = Tom.VI pag.132. Innocentii X Conſt.X = Cæleſtium = Tom.VI pag.155. Alexandri VII Conſt.III = Cæleſtium = Tom.VI pag.179. Innocentii XI Conſt.XXI = Cæleſtium = Tom.VI pag.365. et tom. 3. p. 404.

QUÆSTIO IV.

Facultas Præcones Fidei, ſeu Miſſionarios, ad exteras Nationes delegandi fuitne conceſſa Generali Magiſtro?

SUMMARIUM.

I. Ipſam conceſſit Clemens IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Johannem XXII, Conſtitutionibus = *Inexplicabili* =

III. Eundem, Conſtitutione = *Nuper* =

IV. Urbanum VIII:

V. Alexandrum VII:

VI. Clementem IX.

VII. De Miſſionibus Polonorum Fratrum conſulenda Alexandri IV Conſtitutio = *Cum hora* =

VIII. De Miſſionibus Indiarum conſulendæ Pauli III Conſtitutiones.

IX. De Miſſionariis a Sacra Congregatione delegatis.

I. Quod Facultas Præcones Fidei, ſeu Miſſionarios ad exteras Nationes delegandi conceſſa fuerit Generali Magiſtro, ex ſequentibus liquet. Ipſam conceſſit *Clemens IV Conſt.LX* = Dei Sapientiam = *Tom.I pag.482.* Sic enim Generalem Magiſtrum alloquitur: ,, Diſcretioni tuæ per Apoſto- ,, lica ſcripta mandamus, quatenus aliquos de ipſis ,, Fratribus tibi commiſſis, quos potentes videris in ,, opere, & ſermone, necnon Fidei ampliandæ zelo ,, ferventes, ad terras Tartarorum, Æthiopum, In- ,, dorum, Nubianorum, ac Saracenorum, de Orien- ,, talibus, & Meridionalibus Partibus, ac quaſcun- ,, que Nationes, ſeu Regiones Infidelium, tranſmit- ,, tas, annuntiaturos illis in virtute Dei Evangeli- ,, cam veritatem, quos tibi amovere liceat, alioſque ,, ſubſtituere, cum videris expedire; Quibus, & vi- ,, ce noſtra, in peccatorum ſuorum omnium remiſſio- ,, nem injungas, ut ſeminaturi ſuper aquas multas, ,, in illo tantum, qui ſe dixit mundum viciſſe confiſi, ,, ad illuminationem cæcæ multitudinis, & extermi- ,, nium hæreticæ falſitatis, ad confirmandum nutan- ,, tium animos, & Fidelium confirmandos in luce ſer- ,, monis, & rectitudine operis, propoſitum ſibi iter ,, ſine qualibet offenſione percurrant, poteſtate illa ,, functuri, quæ continetur in Apoſtolicis literis di- ,, rectis Fratribus prædicti tui Ordinis, propter hoc ,, proficiſcentibus ad hujuſmodi barbaras Nationes.

II Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſcribens *Johannes XXII Conſt.XVIII Tom.II pag.*143: ,, Inexplicabili, inquit, deſiderantes affectu, ut di- ,, vini cultus officium jam in pleriſque Gentium par- ,, tibus, auctore Deo, propagatum, eo magis vi- ,, geat, quo Miniſtris potioribus frequentatur, ſoli- ,, cita deliberatione providemus, ut in hac veſtra ,, Congregatione per vos, filii, provideatur; ut de ,, Ordine veſtro, qui inſpirante Deo, velut cælum ,, micat ſideribus, ſic perſonarum numero, & virtu- ,, te coruſcat, ad minus quinquaginta Fratres ad hæc ,, voluntarii, alias diſcreti, & ſufficientes, mittan- ,, tur ad partes Gentilium, per ſingulos Ordinis veſtri ,, Conventus, ad exercenda ibi divina miniſteria, ,, prout expediens fuerit, dividendi. Nos enim uni- ,, verſis, & ſingulis, quos ad hoc duxeritis taliter ,, eligendos, licentiam, & indulgentiam, quam ,, merentur tranſeuntes ultra mare in ſubſidium Ter- ,, ræ Sanctæ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſen- ,, tium elargimur.

Anno *MCCCXXVIII* Eadem de re dedit idem *Johannes XXII Conſt.LXII* = Inexplicabili = *Tom.II pag.*178.

III. Anno autem *MCCCXXXIII* Generali Capitulo *Divionenſi* ſcribens idem *Johannes XXII Conſt.XCI* = Nuper = *Tom IIpag.*197: ,, Nos....., inquit, ,, qui diverſitatem gentium adunari in Confeſſione ,, Chriſti nominis ferventibus deſideriis affectamus, ,, vos, lucentes in mundo quaſi luminaria continen- ,, tia verbum vitæ, affectuoſe duximus exhortandos, ,, hoc ipſum vobis in remiſſionem veſtrorum peccami- ,, num nihilominus injungentes, quatenus perſonas ,, aliquas in dicto veſtro Ordine in competenti nume- ,, ro ad tam ſanctum, tamque ſalubre miniſterium ,, idoneas, eligatis, ac ſic electas ad regiones illas ,, tranſmittatis, quæ divini verbi prædicatione, ſan- ,, ctitate vitæ, & honeſtate morum, necnon, & do- ,, ctrina ſana, Dei mereantur fieri adjutores, triti- ,, cumque purum, & mundum, ac a vitiorum pa- ,, leis expurgatum, in horrea Domini Sabaoth con- ,, gregare valeant, & de labore ſuo fructum perman- ,, ſurum in ſecula reportare,

IV. De Miſſionibus Sinen. & Japonicis vide Urbani VIII Conſt.LXIV = Ex debito = Tom.VI pag.85.

V. De Parochis Indiarum Eccleſiis præficiendis a Priore Provinciale de conſilio Fratrum vide Alexandri VII Conſtitut.XLIII = Militantis = Tom.VI pag.214.

VI. De Miſſionibus Indiarum Clementis IX Conſtitut. XLIV = In excelſa = Tom.VI pag.254.

VII. De Miſſionibus Polonorum Fratrum vide Alexandri IV Conſtitut.CCCVIII = Cum hora = Tom.VII pag.36.

VIII. De

VIII. De Miſſionibus Indiarum vide Panli III Coaſt.CXXVII = Altitudo = Tom.VII pag.137: ejuſdem Conſt.CXXVIII = Alias felicis = Tom.VII. pag.138.

IX. Præter Miſſionarios a Superioribus Ordinis delegatos, alios babet Prædicatorum familia, quos S. Congregatio de Propaganda Fide delegat. De iſtis conſulendum Decretum quo ſancitum fuit, ut Miſſionarii ſint in omnibus ſubjecti Superioribus, excepta remotione a Miſſionibus, ſi a S. Congregatione fuerint delegati. Vide *Tom.VII pag.292.*

QUÆSTIO V.

De Miſſionariorum famulis.

SUMMARIUM.

I. Ipſos privilegiis ornat Gregorius XI.

I. DE famulis Miſſionariorum, ſeu Præconum Fidei loquens, *Gregorius XI Conſt.XXIII Tom.II pag.280*: „ Qui relictis, inquit, parentibus, amicis, & patria, abjectiſque mundi illecebris, ſe ad partes infidelium conferunt, ut prædicantibus fidem Catholicam, prout ſciunt, & poſſunt, jugiter ſerviant, non indigne merentur, ut eos Sedes Apoſtolica, congruis gratiis proſequatur. Cum itaque nonnullos Fratres Ordinis Fratrum Prædicatorum, ad partes Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Scitharum, Rutenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Motithorum, aliarumque nationum Orientis, & Aquilonis, ad prædicandum in eiſdem fidem præfatam, præſentialiter deſtinemus: Nos, volentes eorundem Fratrum, veros, & continuos familiares, ad ſerviendum Fratribus ipſis tanto promptiores reddere, quanto exinde majus præmium, ſe viderint percepturos: univerſis, & ſingulis eiſdem, qui cum Fratribus ipſis ſe conferent, quandiu in eiſdem partibus in ſervitiis ipſorum erunt, ut Confeſſor, quem quilibet eorum duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei, & unitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum, canonice intrantium, perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedere valeat, tenore præſentium, indulgemus. Sic tamen, quod idem Confeſſor, de iis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam per ipſos, ſi ſupervixerint, vel per hæredes eorum, ſi tunc forte tranſierint, faciendam injungat, quam ipſi, vel illi teneantur facere, ut præfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam iidem familiares reddantur procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committerent, quoad illa, prædicta remiſsio eis nullatenus ſuffragetur.

Vide Notam quæ huic Titulo præfigitur.

QUÆSTIO VI.

De Sumptibus Miſſionariorum ſuppeditandis.

SUMMARIUM.

I. Quid hac de re decreverit Gregorius XI?

I. DE Sumptibus Miſſionariorum, ſeu Præconum Fidei, ſuppeditandis conſulenda *Gregorii XI Conſt.XXIV Tom.II pag.280*. Hujua tenoris eſt: „ Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum ad Terras Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sitharum, Rutenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mathicorum, aliarumque non credentium Nationum Orientis, & Aquilonis proficiſcentibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum vos ad Armeniæ majoris, & alias partes infidelium, ad evangelizandum Gentibus, deſtinemus, ut commiſſum vobis negotium lucrifaciendi animas votivis proſperetur ſucceſsibus, vobis ea libenter concedimus, per quæ ſuſtentationi veſtræ provideatur, ac feliciter ſuccedat proſperitas negotii prælibati. Igitur vos pro expenſarum oneribus levius ſupportandis, ad quæ ferenda, cum per gentes ignotas, & Infideles tranſibitis, fidelium eleemoſynas, ut nobis exponi feciſtis, non ſuppetere formidatis, recipiendi, in Conſtantinopolitana, Soldana, & Caphen. Civitatibus, ac Terra Peyre, proprie Conſtantinopolitana, conſtitutis, quæcunque legata, & male ablata incerta, ſi iis, quibus eorum ſolutio, & reſtitutio fieri debeat, ignorentur, vel inveniri non poſsint, plenam, & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem, ac volumus quod ii, qui hujuſmodi legata, & male ablata vobis tradiderint, ad ſolutionem, ſeu reſtitutionem aliis faciendam de ipſis minime teneantur. Præſentibus poſt quinque annos minime valituris.

Vide Notam huic Titulo præfixam.

QUÆSTIO VII.

Cautumne fuit a Apoſtolicis Conſtitutionibus, ne quis Miſſionariorum conſiliis impedimento ſit?

SUMMARIUM.

I. NE id fiat cautum a Gregorio XI Conſtitutione = *Cum vos* =

II. Aliaque Conſtitutione eodem modo incipien: = *Cum vos* =

III. Et ab Adriano VI.

I. NE quis Miſſionariorum, ſeu Præconum Fidei, conſiliis impedimento ſit, Apoſtolicis Conſtitutionibus cautum. Hac enim de re conſulenda *Gregorii XI Conſt.XXV Tom.II pag.281*: „ Gregoriua Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum, in Terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Gazarorum, Gothorum, Sitharum, Rutenorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Jacobitarum, Neſtorianorum, Nubiano-

,, rum, Georgianorum, Armenorum, Indorum,
,, Mathicorum, aliarumque non eredentium natio-
,, num, Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcun-
,, que aliarum partium, proficiſcentibus, ſalutem, &
,, Apoſtolicam Benedictionem. Cum vos ad Terras
,, Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Gaza-
,, rorum, Gothorum, Sitharum, Rutenorum,
,, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alano-
,, rum, Jacobitarum, Neſtorianorum, Nubiano-
,, rum, Georgianorum, Armenorum, Indorum,
,, Mathicorum, aliarumque non eredentium natio-
,, num, Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcun-
,, que aliarum partium, pro magnis, arduiſque ne-
,, gotiis, reſpicientibus exaltationem, & augmen-
,, tum Catholicæ fidei, deſtinemus; quia in deſide-
,, riis noſtris geritur, ut, ſubmotis impedimentis qui-
,, buslibet, eorundem negotiorum proſecutioni, li-
,, bere, & efficaciter, auctore Domino, intendere
,, valeatis, omnes, & ſingulos, cujuſcunque digni-
,, tatis, ordinis, conditionis, vel ſtatus, Eccle-
,, ſiaſtici, vel mundani extiterint, qui vobis, vel
,, familiaribus veſtris, quandiu fueritis in proſecutio-
,, ne prædicta, impedimenta, vel obſtacula per ſe,
,, vel alios, præſumpſerint miniſtrare, quo minus
,, prædicta negotia, libere, & efficaciter proſequi,
,, Deo favente, poſſitis, citandi, quod infra certum
,, terminum competentem, quem eis ad hoc duxeritis
,, præfigendum, Apoſtolico conſpectui perſonaliter
,, ſe præſentent, facturi ſuper his, & recepturi quod
,, juxta ipſorum demerita expedire viderimus, vo-
,, bis, & cuilibet veſtrum, auctoritate præſentium,
,, concedimus facultatem; diem vero citationis, &
,, præfixionis hujuſmodi, & quicquid ſuper præmiſ-
,, ſis duxeritis faciendum, nobis per veſtras literas,
,, harum ſeriem continentes, ſtudeatis fideliter inti-
,, mare.

II. Ejuſdem *Gregorii XI Conſtitut. XXVI Tom. II pag.* 281: ,, Gregorius Epiſcopus, Servus Servo-
,, rum Dei, dilectis filiis Fratribus de Ordine Prædi-
,, catorum in Terris Saracenorum, Paganorum,
,, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Ibero-
,, rum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sit-
,, harum, Rutenorum, Jacobitarum, Nubianorum,
,, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum,
,, Indorum, Mothitorum, aliarumque non creden-
,, tium nationum Orientis, & Aquilonis, ſeu qua-
,, rumcunque aliarum partium, proficiſcentibus, ſalu-
,, tem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum vos ad
,, Terras Saracenorum, Paganorum, Græcorum,
,, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alano-
,, rum, Gazarorum, Gothorum, Sitharum, Ru-
,, tenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtoria-
,, norum, Georgianorum, Armenorum, Indorum,
,, Mothitorum, aliarumque non credentium Natio-
,, num Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcunque
,, aliarum partium pro magnis, arduiſque negotiis,
,, reſpicientibus exaltationem, & augmentum Ca-
,, tholicæ fidei deſtinemus, quia in deſideriis noſtris
,, geritur, ut, ſubmotis impedimentis quibuslibet, eo-
,, rundem negotiorum proſecutioni libere, & effica-
,, citer, auctore Domino, intendere valeatis, omnes,
,, & ſingulos cujuſcunque dignitatis, Ordinis, con-
,, ditionis, vel ſtatus extiterint, Eccleſiaſtici, vel
,, mundani, qui vobis, vel familiaribus, vel Nun-
,, tiis veſtris, quandiu fueritis in proſecutione præ-
,, dicta, impedimenta, vel obſtacula, per ſe, vel
,, alios præſumpſerint miniſtrare, quo minus prædi-
,, cta negotia libere, & efficaciter proſequi, Deo fa-
,, vente, poſſitis, auctoritate Apoſtolica eo ipſo
,, decernimus excommunicationis ſententiæ ſubjace-
,, re, eorumque terras fore ſuppoſitas Eccleſiaſtico
,, interdicto, cujus excommunicationis abſolutionem,
,, & interdicti relaxationem, abſque auctoritate Se-
,, dis Apoſtolicæ ſpeciali, præterquam in mortis ar-
,, ticulo, ab alio, quam a vobis, vel veſtrum ali-
,, quo, & tunc etiam, niſi congrua ſatisfactione præ-
,, miſſa, nequeant obtinere. Non obſtantibus quibuſ-
,, cunque privilegiis, & indulgentiis ſub quacunque
,, forma, vel expreſſione verborum eiſdem impedien-
,, tibus, vel eorum aliquibus ab Apoſtolica Sede con-
,, ceſſis, vel in poſterum concedendis, quæ ad hoc
,, eis in nullo volumus ſuffragari.

III. Huc ſpectat *Adriani VI Conſt. I* = Exponi Nobis = *Tom. IV pag.* 407.

QUÆSTIO VIII.

Quis inhibuit, ne Fratres Hiſpani, Superioribus Ordinis inſciis, Indiam peterent?

SUMMARIUM.

I. ID vetitum a Clemente VII:

II. Et a Paulo V, aliiſque Summis Pontificibus.

III. Cavet etiam Paulus V, ne Fratres ad Indias miſſi ad loca ipſis non deſtinata declinent:

I. NE Fratres Hiſpani, Superioribus Ordinis inſciis, Indiam peterent, inhibuit Clemens VII. Provinciali enim, ac Conventualibus Prioribus *Hiſpaniæ* Provinciæ ſcribens *Clemens VII Conſt. CVIII Tom. IV pag.* 520: ,, Dudum, inquit, per Nos acce-
,, pto, quod nonnulli Fratres Ordinis Prædicatorum
,, de obſervantia nuncupatorum, ad ſeculum redire,
,, inibique, & contra voluntatem ſuorum Superio-
,, rum libere remanere poſſe deſiderantes, animo, &
,, intentione eorum deſiderium adimplendi, & a jugo
,, ſuperioritatis hujuſmodi, etiam Superioribus eo-
,, rum invitis, & contradicentibus, ſe ſubtrahendi,
,, & eximendi, ad Sedem Apoſtolicam habuerunt re-
,, curſum, & eorum aliqui, aſſerentes, ſe ante an-
,, num probationis, nulliter, & invalide profeſſionem
,, emiſiſſe, & infra dictum tempus reclamaſſe, ac ha-
,, bitum depoſuiſſe, alii vero ſe retento hujuſmodi
,, habitu ſub velamine prædicationis Apoſtolicæ ad
,, prædicandum indulgentias in favorem Cruciatæ,
,, contra infideles, Apoſtolica auctoritate, conceſ-
,, ſas, aſſumptos, & electos fuiſſe, ſuper ſingulis præ-
,, miſſis, & forſan aliis tunc expreſſis, diverſas tam
,, Apoſtolicas, quam a Summo Pœnitentiario noſtro,
,, ſub honeſtis tamen, & coloratis verborum narra-
,, tionibus, exemptionum literas, quibus medianti-
,, bus ab hujuſmodi ſuperioritate, & obedientia ex-
,, quiſitis mediis ſe tueri, & in ipſo ſeculo remanere
,, valerent, per ſe, vel alium, ſeu alios, impetrave-
,, rant, & procuraverant, quin potius per importu-
,, nitatem, aut alias extorſerant: Nos motu proprio,
,, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis
,, inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex
,, certa ſcientia, univerſis, & ſingulis, tam Provin-
,, cialibus, quam Conventualibus Hiſpaniæ, Bæti-
,, cæ, Aragoniæ, ac Portugalliæ nuncupatarum Pro-
,, vinciarum, Prioribus, ſecundum morem Ordinis
,, Fratrum Prædicatorum, eorumque pro tempore
,, Vicariis per alias noſtras in forma Brevis literas,
,, ſub data die XIII Septembris, Pontificatus noſtri
,, Anno VIII

Digitized by Google

„ Anno VIII confectas, inter alia dedimus iu mandatia, quatenus ipſi, & eorum quilibet pro parte ipſorum Fratrum, ſeu aliarum perſonarum, ut præfertur, impetratas, & in eis contenta quæcnnque diligenter examinarent, & de illorum veritate inqoirerent, & illis minus veris, aut ſufficientibus compertis, illas, quæ falſo impetratæ fuerint, nullo modo, ſi vero bene, recteque impetratæ fuiſſent, in foro conſcientiæ duntaxat, & non in foro contentioſo, neque contra Religionis conſuetudinem valere, ſed eas tanquam ſubreptitias, & obreptitias, ac intentionis defectui ſubjacen., eum omnibus inde ſeentis nullas, & invalidas fuiſſe, & eſſe, illaſque iiſdem impetrantibus minime ſuffragari debere, deelararent, & etiam cauſis ipſis veris, & comprobatis exiſtentibus, illarum impetratores eum eiſdem literis ſuis ab eorum gremio ejicere licite valerent, eiſi literæ ipſæ, motu ſimili, intuitu, vel contemplatione Imperatoris, Regum, Principum, cum quibuſvis derogatoriarum dcrogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis elauſulis, irritaotibuſque, & aliis decretis a Nobis emanaſſent, conceſſimus, & induſſimus, prout in ipſis literis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Cum autem, ſicut nuper aeeepimus, aliqui dicti Ordinis Fratres iſtios Provineiæ forte minus capaees gratiæ, quam a Domino ſic vocati receperant, ſub prætextu aeli prædicandi, ſeu docendi Sanctum Evangelium, etiam vobis inconſultis, & irrequiſitis, ac forſan, quod deterius eſt, invitis, & contradicentibus, prætextu quarundam aliarum noſtrarum ſub data XIX Octobris, Pontificatus noſtri Anno IX, emanatarum literarum, nulla in Provinciali Capitulo habita deſuper conſultatione, ſeu deliberatione, ab eorum propriis domibus, aut Provincia recedere, & ſimulatæ prædicationis hujuſmodi zelo, aut forſan aliis de cauſis, ad Indos, aut alia loca ire, ac tranſire, ibique ſtare, ſeu habitare, aut permanere velle ſe præparaverint, & in dies præparare ſtudeant, in obedientiæ regularis diſſolutionem, ac religionis denigrationem, non modicam, Nos, volentes ſeandalis, quæ hinc oriri poſſent, opportnne providere, motu ſimili, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis iuſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac deliberatione, vobis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut onus veſtrum, per vos, vel alios, ſeu alium, univerſos, & ſingulos iſtius Provinciæ Fratres dicti Ordinis, qui ab ipſorum propriis Domibus ſub dictis prætextibus, vel aliis, ſine ſuorum Superiorum licentia recedere tentaverint, ſub pœnis contra inobedientes per conſtitutiones dicti Ordinis ſtatutis, ex parte noſtra moneatis, & requiratis, ut ab ipſorum domibus, & Provincia Hiſpaniæ nullatenus recedant, & ſi inde receſſiſſent, quam primum commode poterint, redeant. Alioquin ſi requiſitionibus, & monitionibus veſtris hujuſmodi parere recuſaverint in pœnas prædictas incidiſſe declaretis. Nos enim vobis, & veſtrum cuilibet contra inobedientes prædictos, uſque ad executionem procedendi, eoſque carcerandi, & ad eorum proprias Provincias, & Domos reſpective etiam invitos reducendi, eeteraqoe in præmiſſis, & circa ea, quæ Religionis honori, ac ipſorum Fratrum conſcientiæ, quieti, & tranquillitati videritis in Domioo ſalubriter expedire, faciendi, gerendi, & exequendi, omnimodam per præſentes facultatem pari motu concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis, quoque, indultia, & literis Apoſtolicis, illis præſertim, quibus inter alia caveri dicitur expreſſe, quod Præſides, & Auditores Conſulatus Indiarum, vel alii quicunque, dicti, vel alterius Ordinis Fratres, ad prædicandum etiam apud Indos, & alios quoſcunque, & forſan eorum Superioribus invitis, & contradicentibus, nominare, & deputare poſſint. Quibus omoibus, etiam ad inſtantiam, vel contemplationem Arebiepiſcoporum, Patriarcharum, vel Epiſcoporum, aut aliorum Prælatorum, etiam S. R. E. Cardinalium, Regum, Principum, ſeu aliorum Dominorum, oecnon quarumcunque, aliarum tam Eccleſiaſticarum, quam Secularium perſonarum, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis exiſtentium, etiam cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus efficacioribus, & inſolitis elauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, & revocationibus hujuſmodi præſervativis, etiam motu proprio conceſſis, & in poſterum concedendis, etiamſi in illis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non alias, quam de expreſſo illorum, quorum intereſt, conſenſu derogari poſſit, illorum omnium tenores, & formas præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis in ſuo robore alias permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe, harum ſerie, & motu ſimili, derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis eadem ubique fides prorſus adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVII Maii MDXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

II. Huc ſpectat *Pauli V Conſt. XXXVI* == Sedis Apoſtolicæ == *Tom. V pag. 661*. Adeas *Paſſerinum* de Hominum Statibus, & Officiis Tomo III Quæſtione CLXXXIX Art. VIII Num. 470 &c. ubi ceterorum Summorum Pontificum Conſtitutiones laudat.

III. Ne autem Fratres ad Indias miſſi ad loca ipſis non deſtinata declinent, cautum fuit hac Apoſtolica Conſtitutione: „ Accepimus, inquit *Paulus V Conſtit. XLIV Tom. V pag. 670* „ non ſine animi noſtri moleſtia, Religioſos, qui Religionis Catholicæ propagandæ, & alias in Vinea Domini laborandi cauſa, ad Indiarum partes, & certas illius Provincias a ſuis Superioribus delegantur, deſtinatas ſibi Provincias, & loca non petere, verum, vel in ipſo itinere immorari, vel alio deflectere, non ſine Religionis ejuſdem diſpendio, & ſalutis animarum detrimento. Quare Nos pro noſtra Paſtoralis officii ſolicitudine omnium ſaluti intendentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, omnibus, & ſingulis cujuſcunque Ordinis, & Congregationis, ac Societatis regularibus perſonis, qui ad partes Indiarum ad Fidem Catholicam prædicandam, ſive alia Eccleſiaſtica miniſteria exercenda, & in meſſem Domini operarii mittentur, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, præcipimus, & mandamus, ut memores voti obedientiæ per eos emiſſi, ad eas Provincias, & loca, recta ſe transferant, ad quæ ab eorum Superioribus miſſi fuerint, nec quovis prætextu abſque eorundem Superiorum licentia, legitimo tamen impedimento ceſſante, in itinere immorentur, vel ad loca eis non deſtinata declinent. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinum,

„ qnorum illi profeſsi fuerint, etiam juramento, con-
„ firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia ro-
„ boratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis
„ quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eo-
„ rumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcun-
„ que tenoribus, & formis, in contrarium præmiſſo-
„ rum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & ap-
„ probatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum te-
„ nores præſentibus pro expreſsis, & ad verbum in-
„ ſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſu-
„ ris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe de-
„ rogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Vo-
„ lumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam im-
„ preſsis, manu alicujus Notarii publiei ſubſcriptis, &
„ ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ
„ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra
„ adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent
„ exhibitæ, vel oſtenſæ, præſentibus ad noſtrum, &
„ Sedis Apoſtolicæ beneplacitum duraturis. Datum
„ Romæ apud S. Marcum Die VIII Julii MDCIX,
„ Pontificatus noſtri Anno Quinto.

TITULUS

T I T U L U S IX.

De Sepultura.

Tribus Quæſtionibus conſtat hic Titulus.

PRima, utrum Sepultura cunctis libera ſit in Cœmeteriis Ordinis Fratrum Prædicatorum?

II. Quid de Quarta Funeraria ſancitum ſit?

III. Quid de Cruce deferenda decretum?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Sepultura cunctis libera ſit in Cœmeteriis Ordinis Fratrum Prædicatorum?

S U M M A R I U M.

I. ILlam liberam decernit Honorius III:

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet Gregorium IX:

III. Innocentium IV, qui jus illud ſartum tectum ſervandum decernit Fratribus Conventus Tranen:

IV. Et Conventus Lugdunens

V. Alexandrum IV, Conſtitutione = *Laudabilis* = pro Palentinis Fratribus data:

VI. Eundem, Conſtitutione = *Meritis veſtræ* = qua modum præſcribit, quo probandum ſit, aliquem apud Eccleſiaa Ordinis elegiſſe Sepulturam:

VII. Eundem, Conſtitutione = *Ex tenore* = qua reſcindit tranſactionem, hujuſce privilegii damno, factam a Fratribus Palentinis:

VIII. Eundem, Conſtitutione = *Pertulerunt* = qua ſtatuta quædam huic privilegio contraria reſcindenda decernit in gratiam Conventus Sancteranen.

IX. Idem ab eo ſancitum pro Conventu Palentino:

X. Pro Conventu Beneventano:

XI. Et a Clemente IV pro Conventu Tranenſi.

XII. Huc etiam ſpectat Alexandri IV Conſtitutio = *Religionis favor* =

XIII. Eundem Alexandrum IV, Conſtitutione *Cum Ordinis* = pro Conventu Piſano:

XIV. Eundem, Conſtitutione = *Exhibita* = & Conſtitutione = *Ea quæ* = pro eodem Conventu:

XV. Eundem, Conſtitutione = *Virtute conſpicuus* =

XVI. Clementem IV: Honorium IV: Bonifatium VIII: Johannem XXII: Clementem VI: Gregorium XI: & Bonifatium IX: in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus:

XVII. Eundem Alexandrum IV, Conſtitutione = *Religioſam vitam* = pro Monaſterio Vallis-Gratiæ data:

XVIII. B. Gregorium X, pro Conventu Burdigalenſi:

XIX. Innocentium V, pro Conventu Barchinonenſi:

XX. Nicolaum III pro Majoricen. Conventu.

XXI. Huc ſpectant Bonifatii VIII: B. Benedicti XI: & Johannis XXII Conſtitutiones.

XXII. Martinum V pro Monaſterio Aquenſi;

XXIII. Eugenium IV:

XXIV. Nicolaum V:

XXV. Sixtum IV, Conſtitutione = *Quia* =

XXVI. Eundem, Conſtitutione = *Regimini* =

XXVII. Eundem, Conſtitutione = *Humilibus* = pro Germaniæ Conventibus data:

XXVIII. Alexandrum VI:

XXIX. S. Pium V:

XXX. Gregorium XIII:

XXXI. Urbanum VIII:

XXXII. Innocentium X pro Majoricen:

XXXIII. Benedictum XIII.

XXXIV. Jus ſepeliendi *active* ſumitur, & *paſſive*.

XXXV. De Indulgentiis conceſſis illis, qui apud Eccleſias Mendicantium Fratrum eligunt Sepulturam.

XXXVI. De Sepultura illorum, qui cum Habitu Ordinis ſepeliri petunt.

XXXVII. De Sepultura Tertiariarum, & Tertiariorum.

XXXVIII. De Sepultura Famulorum, qui vere de Familia ſunt, & continui Commenſales.

XXXIX. De Sepultura Secularium hoſpitum, qui intra Clauſtra moriuntur.

XL. Religioſus, extra Cœnobium moriens, in Eccleſia ſui Ordinis ſepeliendus eſt.

XLI. Eadem de re.

XLII. De Sepultura, quæ fit in ipſiſmet Eccleſiis.

XLIII. De Sepultura, quæ fit in Sacriſtia, Choro, Clauſtro, Capitulo &c.

XLIV. De Sepultura, quæ fit in Eccleſiis Monialium.

I. SEpulturam in Cœmeteriis Ordinis Fratrum Prædicatorum liberam cunctis eſſe, decernit *Honorius III Conſt.I* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.3*; ubi hæc habet: „ Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Idem legere eſt in ejuſdem *Honorii Conſtit.VII* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.6*.

II. Hinc *Gregorius IX* in *Conſtitutionibus XVII*, & *XVIII* = Cum a Nobis = *Tom.I pag.24*, & 25 Fratres Prædicatores ſic alloquitur: „ Sepulturam „ Eccleſiarum veſtrarum liberam eſſe decernimus, ut „ eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic „ ſepeliri deliberaverint, nullus obſiſtat. Salva tamen „ juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum „ corpora aſſumuntur „. Ejuſdem tenoris ſunt *Innocentii IV Conſt.XLIX Tom.I pag.133*. Alexandri IV Conſt. *XCV* = Cum a Nobis = *Tom.I pag.304*. Ejuſdem Alexandri IV Conſtitutiones CXVIII = Cum a Nobis = *Tom.I pag.316*. CLXXXVII = Cum a Nobis = *Tom.I pag.354*. CCC = Cum a Nobis = *Tom.I pag.409*. Clementis IV Conſtitutio XV = Cum a Nobis = *Tom.I pag.455*.

III. Ne *Tranenſis* Cœnobii Fratres hoc uterentur privilegio obſtantibus Archiepiſcopo, & Capitulo *Tranen.*, ſcripſit *Innocentius IV Conſt.XLVII* = Fructum = *Tom.I pag.132* dicens: „ Cum itaque Fra- „ tribus

„ tribus ipſis a Sede Apoſtolica ſit indultum, ut li-
„ ceat eis illos, qui apud ipſorum Eccleſias Sepultu-
„ ram eligunt, in ſuis cœmeteriis libere ſepelire, &
„ vos dilectus filios Priorem, & Fratres Prædicato-
„ res Tranen., ſicut, eis intimantibus, Nobis inno-
„ tuit, non patiamini recipere illos ad Sepulturam,
„ qui Sepulturam penes eos in ultima eligunt volun-
„ tate, licet Eccleſiis, a quibus ipſorum aſſumuntur
„ corpora defunctorum, canonica juſtitia nullatenus
„ ſubtrahatur, ſumentes occaſionem duntaxat ex eo,
„ quod cum ipſi conſtruerent Eccleſiam in Civitate
„ Tranen., conceſſa fuit eis a vobis, filii Capitulum,
„ tantum ædificandi licentia, & Fratrum ſuorum de-
„ cedentium Sepultura; Univerſitatem veſtram mo-
„ nemus, rogamus, & hortamur attente, per Apo-
„ ſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus, atten-
„ dentes provide, quam ſit utilis, & ſalubris mora
„ eorundem Fratrum in Civitate prædicta, & ex hoc
„ quod ipſos favore benevolo proſequimur, permitta-
„ tis, eoſdem ob gratiam, & Apoſtolicæ Sedis reveren-
„ tiam uti, ſicut Fratres alii ejuſdem Ordinis, libera
„ Sepultura; ut abſque impedimento eos, qui apud
„ ipſorum Eccleſiam ſepeliri voluerint, valeant ſe-
„ pelire; Eccleſiis, a quibus defunctorum aſſumen-
„ tur corpora, canonica juſtitia ſemper ſalva; preces,
„ & mandatum noſtrum taliter impleturi, quod de-
„ votionem veſtram dignis in Domino laudibus com-
„ mendemus.

IV. Anno MCCXLVI ratam habuit idem *Innocentius IV* tranſactionem circa jus ſepeliendi factam a Capitulo *S. Pauli Lugdunen.*, & ejuſdem Civitatis Fratribus Prædicatoribus. Illius tranſactionis hæc notanda verba:
„ Nos Canonici S. Pauli renunciavimus omnimodæ
„ quæſtioni, recognoſcentes jus eſſe Fratribus ſepe-
„ liendi illorum corpora, qui de Parochia S. Pauli
„ penes eoſdem Fratres elegerint Sepulturam . . . .
„ Et corpus Guillelmi de Clugiato, qui apud dictos
„ Fratres elegerat Sepulturam, & tumulatum fuit
„ in cœmeterio noſtro, invitis Fratribus prædictis,
„ portari per Sacerdotem Parochialem ad ipſorum
„ Eccleſiam faciemus, & quod prædicta omnia de ce-
„ tero firmiter obſervabimus, promiſimus Nos dicti
„ Canonici, præſtito juramento „. *Innocentius IV Conſtitutione CXXXI Tom.I pag.*160.

V. Anno MCCLVII Epiſcopum *Palentinum*, qui, ne Fratres Prædicatores hoc uterentur privilegio, nullum non movebat lapidem. gravioribus verbia accepit *Alexander IV Conſt.CXXXVII* = Laudabilis = *Tom.I pag.*328, ubi Fratres laudat: „ Quod ipſi de
„ Indulgentia, quam idem Ordo (Prædicatorum)
„ a Sede Apoſtolica obtinet, de habenda libera Sepul-
„ tura, utentes . . . . . corpus (cujuſdam Civis Palen-
„ tini) in cœmeterio ipſius Eccleſiæ tumularunt.

VI. Quonam modo probandum ſit, quod aliquis elegerit ſepeliri apud Eccleſias Ordinis, decernit *Alexander IV Conſt.CXLIX Tom.I pag.*333, Fratres ſic alloquens: „ Meritis veſtræ Religionis inducimur, ut,
„ quam digne poſſumus, vobis libenter gratiam fa-
„ ciamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationi-
„ bus inclinati, ne aliquis impedire præſumat, quo-
„ minus corpora perſonarum illarum, quæ apud Ec-
„ cleſiam veſtram in voluntate ultima elegerint ſepe-
„ liri, dummodo id per inſtrumentum legitimum,
„ vel per duos teſtes oſtenderitis fide dignos, poſſitis
„ in ipſius Eccleſiæ cœmeterio tradere Sepulturæ, au-
„ ctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, cum
„ loci veſtri liberam habeatis Eccleſiaſticam Sepultu-
„ ram; decernentes irritum, & inane, ſi quid contra
„ inhibitionem hujuſmodi a quoquam contigerit at-
„ tentari; ſalva tamen canonica juſtitia illarum Ec-
„ cleſiarum, a quibus aſſumuntur corpora mortuo-
„ rum.

VII. Palentini Cœnobii Fratribus ſcribens *Alexander IV Conſt.CLXXVI* = Ex tenore = *Tom.I pag.*348:
„ Nos itaque, inquit, veſtris ſupplicationibus an-
„ nuentes, & eodem compromiſſo (Fratres inter,
& Epiſcopum hac de re ſancito) „ ſub quacunque
„ forma, vel pœna, ſeu verborum conditione, facto
„ nequaquam obſtante, præſertim cum non licuit vo-
„ bis ſuper iis taliter compromittere ſine licentia Ma-
„ giſtri veſtri Ordinis Generalis, libera Sepultura
„ juxta ſupradictam Indulgentiam, ſalva tamen ſe-
„ cundum conſuetudinem aliorum Religioſorum
„ Diœceſis Palentinæ canonica portione Eccleſiarum,
„ a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, uti de
„ cetero valeatis, vobis, auctoritate præſentium,
„ concedimus facultatem. Sententias, ſi quas præfa-
„ tus Epiſcopus, aut alius pro eo in vos, vel ali-
„ quem veſtrum, ſeu quaſcunque alias perſonas, oc-
„ caſione hujuſmodi promulgaverit, decernentes ir-
„ ritas, & inanes, ac vos ad pœnam adjectam in com-
„ promiſſo hujuſmodi non teneri.

VIII. Anno MCCLIX ſtatuta quædam huic privilegio contraria reſcindenda decrevit *Alexander IV Conſt.CCXXVII Tom.I pag.*369 dicens: „ Pertulerunt
„ ad audientiam noſtram dilecti filii Prior, & Fratres
„ Prædicatorum Ordinis, Sancteranen., Ulixbonen.
„ Diœceſis, quod licet ipſi ex conceſſione Sedis Apo-
„ ſtolicæ liberam habeant Sepulturam, quædam ta-
„ men Capitula, necnon & Clerici alii Eccleſiarum
„ Diœceſis ejuſdem, ad dictos Priorem, & Fratres
„ debitam propter Deum reverentiam non habentes,
„ ſed affligentes eos gravibus moleſtiis, & preſſuris,
„ motu proprio, vel potius temerario, ſtatuerunt,
„ ſeu ordinaverunt, ut omnibus de juriſdictione, &
„ Parochiis eorum, apud Eccleſiam dictorum Fra-
„ trum eligentibus Sepulturam, a propriis Sacerdoti-
„ bus Sacramenta Eccleſiaſtica denegentur, ad funus
„ quoque illorum nulla campana pulſetur, nulluſque
„ Clericus corpus Sepulturam taliter eligentis, cum
„ deceſſerit, ad Eccleſiam ipſorum Prioris, & Fra-
„ trum audeat comitari, cum tamen ipſi funera comi-
„ tentur illorum, qui apud alias Eccleſias eligunt ſe-
„ peliri. Nec his contenti, ordinationes alias, & ſta-
„ tuta prædictis ſimilia, & etiam graviora, edidiſſe
„ noſcuntur, per quæ devotio Fidelium ad dictos
„ Priorem, & Fratres habita minuitur, & ipſis Prio-
„ ri, & Fratribus ſcandalum non modicum genera-
„ tur. Cum autem pro parte dictorum Prioris, &
„ Fratrum ad noſtram providentiam ſuper hoc habi-
„ tus ſit recurſus, nos temeritates hujuſmodi nolen-
„ tes, ſicut nec debemus, æquanimiter tolerare,
„ diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus,
„ quatenus prædictas, & quaſcunque alias ordinatio-
„ nes, vel ſtatuta contra prædictæ Sedis conceſſionem
„ ſuper his in eorundem Prioris, & Fratrum, præju-
„ dicium attentata, per te, aut alium, auctorita-
„ te noſtra, penitus ſtudeas irritare, & ne ſimilia
„ fiant de cetero diſtrictius inhibere procures „. (Decanum Conimbrienſem alloquitur.)

IX. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſt.CCXXIX* = Pertulerunt = *Tom.I pag.*370. Inſcribitur Epiſcopo *Legionenſi*, & in gratiam Cœnobii *Palentini* conceſſa fuit.

X. Idem ſancitum pro Beneventano Conventu, ut videre eſt *Alexandri IV Conſt.CCXXXII* = Pertulerunt = *Tom.I pag.*371. Abbas *S. Sofiæ de Benevento* delegatur ad antiquanda hujuſmodi ſtatuta.

XI. Idem

Digitized by Google

XI. Idem mutato nomine legitur pro *Tranenſi* Cœ-
nobio in *Clementis IV Conſt.LXXV* ═ Pertulerunt ═
*Tom.I pag.*490.
XII. Huc ſpectat *Alexandri IV Conſtitutio CCXXXV*
═ Religionis favor ═ *Tom.I pag.*373.
XIII. Piſani Cœnobii Priori, ac Fratribus ſcribens
*Alexander IV Conſt.CCLXIV Tom.I pag.*391: ,,Cum,
,, inquit, Ordinis veſtri Eccleſiis Sedes Apoſtolica
,, liberam, ut aſſeritis, conceſſerit Sepulturam, Nos
,, volentes conceſſionem hujuſmodi firmiter obſerva-
,, ri, vobis, præſentium auctoritate, concedimus,
,, ut beneficio conceſſionis prædictæ, ſicut vobis com-
,, petit ex tenore ipſius, utamini libere quoties opus
,, erit, non obſtante contradictione cujuſquam, de-
,, cernentes nihilominus irritas, & inanes, ac nullius
,, exiſtere firmitatis, excommunicationis, ſuſpenſio-
,, nis, & interdicti ſententias, ſi quas occaſione hu-
,, juſmodi Sepulturæ contra ipſius conceſſionis teno-
,, rem a quoquam in vos communiter, vel diviſim,
,, aut locum veſtrum, ſeu quoſcunque alios, conti-
,, gerit promulgari; ſalva ſemper canonica juſtitia
,, Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſu-
,, muntur.
XIV. Hinc ejuſdem *Alexandri* alia *Conſt.CCLXXX
Tom.I pag.*397: cujus hæc verba: ,, Exhibita Nobis
,, dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum Ordinis
,, Prædicatorum Piſan. petitio continebat, quod cum
,, Nos in cauſa, quæ inter ipſos ex parte una, & Ca-
,, pitulum majoris Eccleſiæ Piſan. ex altera, ſuper eo,
,, quod ipſi ſe dictis Priori, & Fratribus ſuper ha-
,, benda libera Sepultura, & ſepeliendis corporibus
,, illorum, qui apud eorum Eccleſiam eligunt ſepeli-
,, ri, indebite opponentes, eos ſuper his multiplici-
,, ter perturbabant, dilectum filium noſtrum R......
,, Sancti Angeli Diaconum Cardinalem dediſſemus
,, partibus Auditorem, idem Cardinalis cognitis hu-
,, juſmodi cauſæ meritis, & juris ordine obſervato,
,, ac Procuratoribus utrinſque partis præſentibus,
,, necnon a Nobis obtenta licentia de ſententia profe-
,, renda definitiva, pro eiſdem Priore, & Fratribus
,, ſententiam promulgavit, declarando jus ſepeliendi
,, corpora eorum, qui apud eos Sepulturam eligunt,
,, eis competere, ac parti alteri ſuper his perpetuum
,, ſilentium imponendo, non obſtantibus aliquibus
,, privilegiis Apoſtolicis Eccleſiæ Piſan. conceſſis,
,, quæ quantum ad hoc nullius momenti exiſtunt, &
,, etiam quadam compoſitione inter ipſos, & dictum
,, Capitulum ſuper his edita, quam pars dicti Capituli
,, allegabat, prout in publico inſtrumento confecto
,, exinde, ac ſigillo præfati Cardinalis ſignato, ple-
,, nius continetur. Nos itaque, eorundem Prioris,
,, & Fratrum ſupplicationibus inclinati, ſententiam,
,, & declarationem hujuſmodi per eundem Cardina-
,, lem provide latas, ratas, & firmas habentes, eas
,, auctoritate Apoſtolica duximus confirmandas.
,, Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta
,, mandamus, quatenus ſententiam, & declarationem
,, eaſdem faciatis per vos, vel per alium, ſeu alios,
,, auctoritate noſtra, firmiter obſervari ,,. Pro eo-
dem Piſano Cœnobio legenda *Alexandri IV Conſtitu-
tio CCXIV* ═ Ea quæ ═ *Tom.VII pag.*40.
XV. ,, Sepulturam quoque, inquit *Alexander IV
Conſtitut.CCXCVII* ═ Virtute conſpicuos ═ *Tom.I
pag.*407 ,, in Eccleſiis veſtris concedimus, & eam li-
,, beram eſſe cenſemus, ut eorum devotioni, & ex-
,, tremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberave-
,, rint, niſi excommunicati, vel interdicti, aut etiam
,, publici uſurarii fuerint, nullus obſiſtat; ſalva ta-
,, men juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mor-
,, tuorum corpora aſſumentur; diſtrictius inhibentes,
,, ut nulli Religioſi, vel Seculares, vobis invitis,
,, aliquorum corpora defunctorum in veſtris cœme-
,, teriis ſepelire, aut in Eccleſiis veſtris Miſſarum ſo-
,, lemnia, vel pro animabus illorum, qui ad loca
,, veſtra tumulandi fuerint, ibidem exequias cele-
,, brare ſine aſſenſu veſtro, & voluntate, præſumant.
XVI. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Con-
ſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI
Honorii IV Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II
pag.50: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Cle-
mentis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II
pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.
XVII. Vallis-Gratiæ Moniales alloquens *Alexan-
der IV Conſtit.CCXCVIII* ═ Religioſam ═ *Tom.I
pag.*409: ,, Sepulturam quoque, inquit, ipſius loci
,, liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, &
,, extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberave-
,, rint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint,
,, aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat; ſalva ta-
,, men juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuo-
,, rum corpora aſſumuntur ,,. Idem legitur in *B.Gre-
gorii X Conſt.XX, & XXXVI* ═ Religioſam ═ *Tom.I
pag.*518, & 529.
XVIII. Burdigalen. Fratribus ſcribens *B. Grego-
rius X Conſt.XXVII Tom.I pag.*523: ,, Cum Ordinis,
,, inquit, veſtri Eccleſiis Sedes Apoſtolica liberam,
,, ut aſſeritis, conceſſerit ſepulturam; Nos volentes
,, conceſſionem hujuſmodi firmiter obſervari, vobis,
,, præſentium auctoritate, concedimus ut beneficio
,, conceſſionis prædictæ, ſicut vobis competit ex teno-
,, re ipſius, utamini libere, quoties opus erit, non
,, obſtante indebita contradictione cujuſquam; De-
,, cernentes nihilominus irritas, & inanes, ac nul-
,, lius exiſtere firmitatis, excommunicationis, ſuſ-
,, penſionis, & interdicti ſententias, ſi quas occaſio-
,, ne hujuſmodi ſepulturæ, contra ipſius conceſſionis
,, tenorem, a quoquam in vos communiter, vel di-
,, viſim, aut locum veſtrum, ſeu quoſcunque alios,
,, contigerit promulgari, ſalva ſemper canonica ju-
,, ſtitia Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora
,, aſſumuntur.
XIX. Huc ſpectat *Innocentii V Conſt.II* ═ Ea quæ
judicio ═ *Tom.I pag.*541, qua compoſitio de jure ſepe-
liendi, Fratres Prædicatores inter, & Epiſcopum,
Capitulum, ac Parochos Barchinonenſes, inita con-
firmatur.
XX. A *Nicolao III Conſtitutione XIII* ═ Cum a
Nobis ═ *Tom.I pag.*563 firmatur alia de jure ſepelien-
di compoſitio Fratres inter, & Epiſcopum, Capitu-
lum, ac Parochos *Majoricen.* inita.
XXI. Huc etiam pertinent *Bonifatii VIII Conſti-
tut.XXXIX* ═ Inter dilectos ═ *Tom.II pag.*70: B. Be-
nedicti XI *Conſtitut. XXXIV* ═ Religionis ve-
ſtræ ═ *Tom.II pag.*98, & *Conſt.XLII* ═ Meritis ve-
ſtræ ═ *Tom.VII pag.*421: Johannis XXII *Conſt.XXVI,
& XXVII* ═ Nuper ex parte ═ *Tom.II pag.*148,
& 149.
XXII. *Aquenſis* Monaſterii Monialibus ſcribens
Martinus V Conſt.C ═ Sacræ Religionis ═ *Tom.II
pag.*607: ,, Ut perſonarum, inquit, quarumcunque
,, in dicta Eccleſia earum ſepulturam eligere volen-
,, tium, in illa eorum corpora ſepeliri facere, libere,
,, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore
,, præſentium, indulgemus. Non obſtantibus Conſti-
,, tutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetu-
,, dinibus Monaſterii, & Ordinis prædictorum, cete-
,, riſque contrariis quibuſcunque.
XXIII. Huc ſpectant *Eugenii IV Conſt.XVII* ═ Fre-

quentes

quentes hactenus == *Tom.III pag.*10, & *XLVIII* == Frequentes hactenus == *Tom.III pag.*34.

Ejuſdem *Eugenii IV Conſt.XLII* == Juſtis, & honeſtis == *Tom.III pag.*30.

Ejuſdem *Eugenii IV Conſt.CCLI* == Ad Eccleſiarum == *Tom.III pag.*159.

XXIV. Et *Nicolas V Conſt.LXII* == Humilibus == *Tom.III pag.*284.

XXV. *Sixtus IV Conſt.VII* == Quia in futurorum == *Tom.III pag.*484, Conſtitutionem a *Caliſto III* contra Decretalem, quæ incipit: Super Cathedram: latam reſcindens: „ Dudum ſiquidem, inquit, poſt-
„ quam felicis recordationis Bonifatius PP. VIII Præ-
„ deceſſor noſter nonnullis diſcordiis, quæ inter
„ Prælatos, & Parochialium Eccleſiarum Recto-
„ res, & Ordinum Mendicantium Fratres, per di-
„ verſas mundi Provincias conſtitutos, exortæ erant,
„ ſua, quæ incipit: Super Cathedram: Conſtitu-
„ tione, finem imponere curaverat, ſueratque Con-
„ ſtitutio prædicta per piæ memoriæ Clementem
„ PP. V, etiam Prædeceſſorem noſtrum, in Con-
„ cilio Viennenſi innovata, & per piæ memoriæ Jo-
„ hannem Papam XXII, ſimiliter Prædeceſſorem no-
„ ſtrum, ad Eremitarum Sancti Auguſtini, &
„ B. Mariæ de Monte Carmelo Ordinum profeſſores
„ extenſa, nonnulli alii Romani Pontifices, & Præ-
„ deceſſores noſtri, ut omnem inter Fratres, & Præ-
„ latos, ac rectores præſatos, contentionis occaſionem
„ de medio ſubmoverent, dictorum Mendicantium
„ profeſſoribus, tam in genere, quam in ſpecie, ex
„ diverſis rationabilibus cauſis, varia Privilegia ad-
„ verſus Conſtitutionis prædictæ tenorem, & ſuper
„ illius declarationem, & interpretationem conceſſe-
„ runt, & deinde piæ memoriæ Caliſto Papæ III,
„ etiam Prædeceſſori noſtro, per nonnullos Epiſco-
„ pos, alioſque Superiores Prælatos, necnon Paro-
„ chialium Eccleſiarum Rectores, expoſito, quod
„ aliqui dictorum Fratrum ſe ſpecialiter, quæ ab ipſa
„ Sede in eorum favorem adverſus Conſtitutionem
„ emanaſſe aſſerebant, privilegiorum, conceſſionum,
„ & indultorum, prætextu, ne ad dictæ Conſtitutio-
„ nis obſervationem compelli poſſent, tuebantur, in
„ eorundem conquerentium, & Parochialium Eccle-
„ ſiarum præjudicium, & gravamen, variaque pro-
„ pterea inter eoſdem Prælatos, Rectores, & Sacer-
„ dotes, ac Fratres jurgia, contentiones, ac ſcan-
„ dala exorta erant, & oriebantur in dies, quibus
„ obviaretur, ſi conſtitutio prædicta obſervaretur:
„ Et per eundem Caliſtum Prædeceſſorem accepto,
„ quod a nonnullis ex hujuſmodi Prælatis, Rectori-
„ bus, Curatis, & Sacerdotibus, contra tenorem
„ præſatæ Conſtitutionis dictis Fratribus, graves in-
„ juriæ, & moleſtiæ inſerebantur: idem Caliſtus
„ Prædeceſſor, cupiens, hujuſmodi jurgiis, conten-
„ tionibus, & ſcandalis obviare, conſtitutionem,
„ & illius innovationem, & extenſionem prædictas,
„ juxta illarum ſeriem, & continentiam, in omnibus,
„ & per omnia ſervari debere ſtatuit, & ordinavit,
„ ac quæcunque privilegia, conceſſiones, & indul-
„ ta, ſi a quibuſvis Romanis Pontificibus Prædeceſ-
„ ſoribus ſuis, adverſus Conſtitutionem, & innova-
„ tionem, ac declarationem, prædictas, ſub qua-
„ cunque verborum ſorma, & cum quibuſvis irri-
„ tantibus Decretis, & talibus, quod eis per quaſvis
„ alias literas Apoſtolicas, etiam facientes plenam, &
„ expreſſam, ac de verbo ad verbum, de illorum
„ totali tenore mentionem, aut aliis ſimilis effectus,
„ vel majoris cautelæ derogatoriis clauſulis, qualiter-
„ cunque derogari nequiret, ſive motu proprio, ſive
„ quovis reſpectu, pro quibuſvis Ordinibus, ſeu eo-
„ rum domibus, & locis in genere, vel in ſpecie
„ emanaſſent, illorum uſus, quantumcunque con-
„ tinuata poſſeſſione nullatenus obſiſtente, caſ-
„ ſavit, revocavit, & annullavit, ac decrevit,
„ nullius eſſe roboris, vel momenti, prout in
„ eiſdem privilegiis, & quibuſdam literis ipſius
„ Caliſti Prædeceſſoris ſuper ſtatuto, & revocatione
„ hujuſmodi conſectis, & libris Cancellariæ Apoſtoli-
„ cæ, de illius mandato deſcriptis, plenius contine-
„ tur. Cum autem, ſicut experientia, efficax rerum
„ Magiſtra, poſtmodum monſtravit, & Nos ipſi tunc
„ temporis in minoribus conſtituti, dum Generalatus
„ Ordinis Fratrum Minorum ſungebamur officio,
„ vidimus, ex ipſius Caliſti Prædeceſſoris literis,
„ & privilegiorum revocatione, præter ipſius
„ Caliſti Prædeceſſoris intentum, quamplurima
„ jurgia, lites, diſſenſiones, & ſcandala exorta, va-
„ riæque appellationes pro eorundem Fratrum parte
„ ad Sedem Apoſtolicam interpoſitæ, & querelæ de-
„ latæ fuerint, ac propterea idem Prædeceſſor S.R.E.
„ Vice-Cancellario, & in Literarum Apoſtolicarum
„ expeditione ſibi aſſiſtentibus Abbreviatoribus, ne
„ dictarum Literarum copiam, cuique traderent, in-
„ hibuerit, dubiteturque veriſimiliter, quod niſi li-
„ teræ prædictæ Caliſti Prædeceſſoris præſati revo-
„ centur, exinde majora ſint ſcandala proventura.
„ Nos quarumcunque cauſarum, præmiſſorum occa-
„ ſione, & dependentium ab eiſdem, tam in Romana
„ Curia, quam extra eam, pendentium, coram qui-
„ buſcunque judicibus, tam ordinariis, quam a Sede
„ Apoſtolica, vel alias, delegatis, in quacunque inſtan-
„ tia, etiam appellationis, ſtatus, judicium, & col-
„ litigantium nomina, & cognomina, dignitates, præ-
„ ſentibus pro expreſſis habentes, illaſque ad Nos ha-
„ rum ſerie advocantes, & litem penitus extinguen-
„ tes, ac volentes hujuſmodi contentionibus, diſcor-
„ diis, & ſcandalis, quantum poſſumus, obviare,
„ motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, vel alte-
„ rius pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis in-
„ ſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ejuſdem
„ Caliſti Prædeceſſoris literas prædictas, & in illis
„ contenta privilegiorum, conceſſionum, & indul-
„ torum hujuſmodi revocationem, & ſi quæ deſuper
„ ab aliis Prædeceſſoribus noſtris ejuſdem Caliſti Suc-
„ ceſſoribus, Romanis Pontificibus, approbationes
„ emanarunt, auctoritate Apoſtolica, præſentium
„ tenore, ex certa noſtra ſcientia, revocamus, caſ-
„ ſamus, irritamus, & annullamus; & de libris, ac
„ regiſtris quibuslibet, deleri mandamus, ac Privile-
„ gia, conceſſiones, & indulta prædicta, illa om-
„ nia qualiacunque ſint, ac ſi de verbo ad verbum
„ præſentibus inſererentur pro expreſſis habentes, in
„ ſuum plenum, & priſtinum robur, necnon præfa-
„ tos Fratres Mendicantes, quibus conceſſa ſunt, in
„ genere, & in ſpecie, quoad illorum totalem, in
„ præſentibus, præteritis, & ſuturis negotiis, con-
„ ſequendum effectum, in priſtinum, & eum ſtatum
„ in quo videlicet erant, antequam Literæ Caliſti,
„ & revocatio hujuſmodi, quomodolibet emanarent,
„ plenarie reſtituimus, reponimus, & reintegramus,
„ decernentes ea omnia, & ſingula in ſuis prioribus
„ juribus, & efficacia ſore, & effectum etiam quoad
„ præterita, etiam per appellationem pendentia ne-
„ gotia, ſortiri debere in omnibus, & per omnia, pe-
„ rinde, ac ſi præfatæ Literæ Caliſti Prædeceſſoris, &
„ in illis contenta revocatio prædicta, nullatenus
„ emanaſſent. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſu-
„ per his a quocunque, quavis auctoritate, ſcienter,
„ vel

,, vel ignoranter contra illa attentatum forſan eſt ha-
,, ctenus, vel in poſterum contigerit attentari. Et
,, nihilominus venerabilibus Fratribus noſtris Beſſa-
,, rioni Sabinen. Minorum, & Guillermo Oſtien. Ere-
,, mitarum S. Auguſtini, & Beatæ Mariæ de Monte
,, Carmelo, ac Alano Præneſtin., Prædicatorum,
,, Epiſcopis, Ordinum prædictorum, nunc, & pro
,, tempore exiſtentibus Protectoribus in Romana Cu-
,, ria S. R. E. Cardinalibus, per Apoſtolica ſcripta
,, mandamus, quatenus, quilibet ipſorum, per ſe,
,, vel alium, ſeu alios, præmiſſa, ubi, & quando
,, opus fuerit, ipſique deſuper fuerint requiſiti, ſo-
,, lemniter publicans, & Ordini ſuæ Protectioni com-
,, miſſo, ac illius profeſſoribus in præmiſsis efficacis
,, defenſionis præſidio aſsiſtens, faciat eos pacifica
,, poſſeſſione, vel quaſi, exemptionum, vel privi-
,, legiorum prædictorum gaudere, non permittens
,, eos contra illorum, & cujuslibet eorum tenorem
,, per Locorum Ordinarios, & Parochialium Eccle-
,, ſiarum Rectores, ac quoſcunque alios indebite mo-
,, leſtari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſti-
,, cam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac le-
,, gitimis ſuper his habendis proceſsibus, ſervatis,
,, eos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggra-
,, vare procuret, invocato ad hoc, ſi opus fuerit,
,, auxilio brachii Secularis. Non obſtantibus piæ me-
,, moriæ Bonifatii Papæ VIII, etiam Prædeceſſoris
,, noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, qui-
,, bus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, & Diœ-
,, ceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ul-
,, tra unam diætam ad judicium evocetur, ſeu ne Ju-
,, dices a Sede Apoſtolica deputati extra Civitatem,
,, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra
,, quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis, vices ſuas
,, committere præſumant, & de duabus diætis in Con-
,, cilio generali, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutioni-
,, bus contrariis quibuſcunque, ſeu ſi locorum Ordi-
,, nariis, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus,
,, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede
,, præfata indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi,
,, vel excommunicari, aut ultra, vel extra certa lo-
,, ca, ad judicium evocari non poſsint per Literas
,, Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam,
,, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi men-
,, tionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia ge-
,, nerali, vel ſpeciali cujuſcunque tenoris exiſtat,
,, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter
,, non inſertam, hujuſmodi dictis Protectoribus factæ
,, commiſsionis explicatio impediri poſsit quomodoli-
,, bet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore
,, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

XXVI. ,, Eam vero, inquit *Sixtus IV Conſt.LIII* = Regimini = *Tom.III pag.*517. ,, partem literarum
,, ejuſdem Gregorii prædicti, in qua Sepulturam in
,, Eccleſiis Fratrum dicti Ordinis liberam eſſe voluit,
,, ſalva juſtitia Eccleſiarum, a quibus corpora aſſu-
,, muntur, declarantes, libertatem hujuſmodi intel-
,, ligi debere etiam quoad hoc, ut Fratres ipſi, nul-
,, lius ſuper hoc petita licentia, Parochias, in quibus
,, corpora prædicta forent, cum Cruce proceſsionali-
,, ter ingredi, & corpora ipſa levare, & ad eorum
,, Eccleſias ſepelienda deferre poſſint, ubi hoc con-
,, ſuetum foret, vel Presbyteri, de levatione requi-
,, ſiti, hoc facere recuſarent. Nec cogantur inviti,
,, etiam prætextu cujuſcunque conſuetudinis, ipſi,
,, vel defunctorum conſanguinei, illa ad Parochiales
,, Eccleſias, aut alia loca deferre, & cum illis, vel
,, ſine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eiſ-
,, dem defunctis aliqua Divina Officia ante, vel poſt
,, ſepulturam eorundem. Juſtitiam vero Eccleſiarum,
,, a quibus corpora aſſumuntur juxta Martini prædicti
,, Prædeceſſoris voluntatem ſalvam eſſe debere decer-
,, nimus, in omnibus aliis caſibus præter eos, in qui-
,, bus per eorundem Gregorii, Martini, & Eugenii
,, Prædeceſſorum noſtrum ſpecialia privilegia, Fra-
,, tres ipſi ab hujuſmodi ſolutione quartæ ſunt exem-
,, pti, nec in aliquo caſu de candelis, quæ ad manus
,, Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet de-
,, trahatur. In reliquis vero caſibus, quam in præ-
,, miſſis, in quibus quarta ipſa ſolvenda veniret, con-
,, ventiones, ſi quæ ſunt inter Fratres prædictos, &
,, locorum Ordinarios, & Eccleſiarum Rectores ini-
,, tæ, laudabiles, & honeſtæ, in poſterum obſerven-
,, tur. Et ſi forte per Nos, vel Sedem Apoſtolicam
,, de piis legatis, diſpoſitis, & relictis, in genere,
,, vel in ſpecie, decima, ſeu alia portio, vel quota,
,, alteri piæ, vel non piæ cauſæ ex quavis cauſa ha-
,, ctenus conceſſa foret, aut in futurum concedi, &
,, ſolvi, aut dari, mandari contingeret, Fratres præ-
,, dictos, ac illorum Domos, & eis legata relicta, aut
,, alias in eorum favorem expoſita, in conceſſionibus,
,, & mandatis hujuſmodi, decernimus, ac volumus
,, non includi, niſi de ipſis Fratribus, ac præſenti de-
,, creto, ac voluntate noſtris, non per generales clau-
,, ſulas, quæ etiam ſpecialem mentionem importare
,, videntur, ſed vera, & ſpecifica mentio fiat in eiſ-
,, dem.

XXVII. Huc ſpectat *Sixti IV Conſt.CLVIII* = Humilibus = *Tom.III pag.*606. Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum ſcribens idem *Sixtus IV Conſtitut.CLXVIII Tom.III pag.*614: ,, Quia, inquit, cum
,, inter dilectos filios Clerum nationis Germaniæ, &
,, Religioſos Ordinum Mendicantium controverſia
,, vigeat, & quibus de cauſis orta ſit, ex Oratoribus
,, ab ipſo Clero ad Nos nuperrime miſſis intellexi-
,, mus; Et potiſſime iſtæ eſſe dicuntur, de ſolutione,
,, vel decimarum, a qua Mendicantes ipſi ſe penitus
,, volunt eſſe immunes: De corporibus Defunctorum
,, ad Parochiales Eccleſias pro ultimo vale, ut prover-
,, bium eſt, deferendo, priusquam in Eccleſiis ipſorum
,, Religioſorum humentur: Et poſtremo Sacramentis
,, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis miniſtrandis;
,, ſuper quo Mendicantibus ipſis in caſu, in quo Pre-
,, sbyteri Parochiales Sacramenta ipſa illis, qui Men-
,, dicantibus confitebantur, negarent, ab Apoſtolica
,, Sede eſt attributa facultas. Conſideravimus omnia
,, diligenter, Oratoreſque ipſos, Ordinumque ipſo-
,, rum Procuratores a nonnullis venerabilibus Fratri-
,, bus noſtris S. R. E. Cardinalibus, audiri ſæpe feci-
,, mus, & audivimus Nos ipſi. Et quantum talia pro
,, utraque parte adducta in memoriam fuerunt, &
,, probabilibus cauſis inniti viderentur; Nos quan-
,, dam mediam viam ſecuti, modum invenimus, au-
,, ctore Domino, qui convenientiſſimus eſt ad hujuſ-
,, modi controverſias tollendas, & ad nutriendum
,, inter Clerum, & Religioſos prædictos juxta Evan-
,, gelicam Doctrinam debitam caritatem; ipſis etiam
,, dictorum Ordinum Procuratoribus, qui hujuſmo-
,, di negotium proſequebantur, præſentibus, & intel-
,, ligentibus. Modus autem a Nobis excogitatus, ta-
,, lis eſt, videlicet quoad decimas Mendicantes ipſi
,, remaneant in ipſo ſtatu, in quo tempore Prædeceſ-
,, ſorum noſtrorum Romanorum Pontificum erant,
,, & quod contenti eſſe debeant eo jure, qui hujuſmo-
,, di decimas habuerint. In ſepulturis vero, & vale
,, ultimo, conſuetudo, ubi viget ſtet, ſervarique
,, inviolabiliter debeat, ideſt quod corpora ad Paro-
,, chiales Eccleſias deferantur, & alia conſueta ſer-

„ ventur, ita tamen quod ſpoliatio corporum, extorſiones, & pacta illicita a jure reprobata, ob quæ ſub hac re diſcordia orta dicitur, quæ & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna deinceps fieri prohibemus, penitus ceſſent. In adminiſtratione autem Sacramentorum prædictorum, conſiderantes Nos, quod in eventu negationis præmiſſæ ſuper illorum adminiſtratione Mendicantibus fuit conceſſa facultas, peropportunum, & neceſſarium, ad omnem diſcordiæ fomitem amputandum duximus, quod Presbyteri Parochiales Sacramenta hujuſmodi his, qui Mendicantibus fuerint confeſſi, abſque legitimis cauſis, illis videlicet, quæ in jure expreſſæ ſunt, denegantes, eandem excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrant, quam Mendicantes ipſi Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrando incurrent, juxta conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V, noſtri Prædeceſſoris, quæ incipit: Religioſi: in titulo de Privilegiis. Hæc eſt noſtra in præmiſſis voluntas, & mandamus abſque dictorum Ordinum in reliquis præjudicio, quam etiam nonnullis venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis dictæ nationis Germaniæ, in quorum Provinciis dictæ controverſiæ vigent, per noſtras literas intimamus, ut, & ipſi omnia obſervent, & in Diœceſibus, ac Provinciis ſuis obſervari faciant. Commendamus etiam ipſis Mendicantes prædictos, hortantes, ut eos benignitate paterna proſequi velint, teque hortamur, dilecte fili, & monemus attentius, ut eiſdem Archiepiſcopis, & aliis Prælatis debitam reverentiam, debitumque obſequium a tuis omnibus facias exhiberi: Paſtores enim ſunt animarum, & in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, Sanctorum Succeſſores Apoſtolorum: ſic enim fiet, ut mutuæ caritatis, & reverentiæ ſtudio pax inter eos vigeat, & concordia, omni diſcordiæ fomite amputato. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam ſub quibuſcunque cenſuris editis; quibus pro præmiſſarum obſervatione derogamus expreſſe, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

XXVIII. Huc ſpectat *Alexandri VI Conſt.CXXVI* Humilibus = *Tom.IV pag.*189.

XXIX. „ Prohibemus inſuper, inquit *S. Pius V Conſtit. XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom. V pag.*161, eiſdem Ordinariis, ac aliis quibuſcunque perſonis, ne impediant ipſos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, ſeu feſtivis, aut aliis totius anni temporibus, campanas pulſare, & etiam tempore, quo ipſi celebraverint, Miſſas celebrare, necnon mortuorum corpora aſſociare, ac illa per Fratres ipſos, quando in Eccleſiis ſuis præfatis delata fuerint, abſque præſentia Rectorum Eccleſiarum hujuſmodi ſepeliri facere, ac officia mortuorum hujuſmodi peragi poſſe, neceſſariamque præſentiam Rectorum, aut aliorum Clericorum, quin infirmi libere ſua poſſint condere teſtamenta, minime eſſe, ac ipſos Regulares legata, aut quævis alia in teſtamentis relicta, exigere, & obtinere poſſe, neque aliquod jus in contrarium eſſe, decernimus, & declaramus. Mandantes etiam univerſis locorum Ordinariis, ne mortuorum officia agere Rectores Parochialium in Eccleſiis ipſorum Fratrum, contra illorum voluntatem, permittant; ac Moniales dictis Fratribus, ſubditas, vel perſonas ſepulturam in eorum Eccleſiis eligentes, nulla ſoluta Parocho portione, ſepelire, vel ſi Fratres ad mortuorum corpora aſſocianda vocati fuerint, illa abſque Fratrum hujuſmodi præſentia ſepeliri facere audeant, vel præſumant. Cumque maxime deceat, liberam eſſe cujuſvis teſtantis voluntatem, pravum illum uſum, parvo adhuc tempore, ut præfertur, introductum, per quem teſtamenta abſque Presbyterorum præſentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus.

XXX. Huc ſpectant *Gregorii XIII Conſtitut. XCVII* = Ad aures = *Tom.V pag.*363, *& XCVIII* = Alias per Nos = *Tom.V pag.*363.

XXXI. Urbanus VIII Conſt.LXVIII = Nuper pro parte = *Tom.VI pag.*88 decernit, quod exequias comitari poſſunt Fratres Mendicantes; nec Parochi cogere poſſunt hæredes, ut novennalia, & anniverſaria, quæ celebrantur in Eccleſiis Fratrum, peragantur etiam in Parochia.

XXXII. Innocentius X Conſtitut.V = Ex injuncto = *Tom.VI pag.*148 concordiam de jure ſepeliendi a Majoricenſibus initam confirmat.

XXXIII. Benedictus tandem XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = *Tom.VI pag.*627, & 628 de his quæ ad materiam iſtam pertinent loquitur a §. 67 ad 74. Quam Conſtitutionem ſæpius monui ad terminos juris reductam.

XXXIV. Notandum Primo, quod jus ſepeliendi, *active* ſumitur, & *paſſive*. Jus illud *active* ſumptum, eſt jus competens Eccleſiæ ad ſepeliendum cadavera: *paſſive* ſumptum eſt jus quod aliquis habet ut admittatur ad ſepulturam. Quod jus illud *active* ſumptum competat Eccleſiis Ordinis Fratrum Prædicatorum liquet ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ſupra laudatis; ex quibus etiam conſtat quod quilibet, ſui juris exiſtens, poteſt ſibi apud eoſdem Fratres eligere ſepulturam; nec, ut eam concedant, tenentur Fratres licentiam ab aliquo petere. *Paſſerinus* de Statibus Tomo II Quæſt.CLXXXVII Art.IV Inſpect.III Cap.III Obſervatione I, & V. Num.130, & 160. Quod tamen intelligendum ſine præjudicio interventus Parochi, de quo poſtea ſermo erit: & de his duntaxat quibus Eccleſiaſtica ſepultura competit. Quinam ea privari debeant, docet idem auctor a Num.48 ad 129. Quinam vero ſint quibus jus eligendi ſepulturam competit, docet a Num.262 ad 351.

XXXV. Notandum ſecundo, complures auctores, apud *Paſſerinum* loco laudato Num.148, docere „ eligentibus..... Sepulturam in Eccleſiis Regularium eſſe conceſſas omnes Indulgentias conceſſas Fratribus illius Ordinis, in quorum Eccleſia eligunt ſepulturam, & participationem ſuffragiorum ejuſdem Monaſterii „. Auctores citat, & addit, „ Conceſſio iſta facta fuit a Leone X, & promulgata, & publicata ab Hadriano VI ad favorem Ordinis SS. Trinitatis in Regnis Caſtellæ, Legionis, & Granatæ, & habetur Bulla ſub Num.4 apud Bullarium Rodriquez. Privilegium vero hoc eſſe commune habentibus privilegium communicationis aſſerunt Caſarut. & Lezana „. Hæc apud *Paſſerinum*. Sed præ oculis habenda quæ de Indulgentiis dicta ſunt *Titulo I Quæſt.IX*, & *X*. Hinc, licet nullus dubitem quin eligentes ſepulturam in Eccleſiis noſtris participes ſint ſuffragiorum, ut ſupra: illas tamen duntaxat Indulgentias ipſis aſſererem, quæ pro ipſis conceſſæ ſunt; vel quas pro ipſis lucrantur Fratres in Anniverſariis præſertim quæ pro ſepultis in Cœmeteriis noſtris quotannis fiunt. Ceterum *Paſſerinus* celeberrimus Auctor, cujus ſententiæ magni, ut par eſt, paſſim fiunt ab omnibus, *Lezanam* intrepide ſequitur ibid. Obſervatione Octava Numero 211, ubi de hoc privilegio loquens „ quantum vero ad Indulgentias, inquit, & ſuffragiorum participationem

„ locum

„ locum habere poteſt. Et non eſt neceſſe nt copulative hæc duo concurrant ſcilicet delatio habitus, & electio ſepulturæ (in Eccleſiis Regularium) ſed eorum alterum disjunctive ſuffieit, quoniam dictio AUT non copnlat, ſed diſtinguit..... Hoc autem privilegium Hadriani, ſicut & alia, eſt commune omnibus Religionibus communicantibus cum aliis in ſimilibus, aut privilegiis, aut gratiis, aut conceſſionibus.

XXXVI. Notandum Tertio, quod ex Sixti IV Conſt.LIII = Regimini = *Tom.III pag.*518: & Conſtitut. CXXIV = Sacri Prædicatorum = Ibidem pag.579, qui cum habitu Ordinis Fratrum Prædicatorum ſepeliri petunt, in ejuſdem Ordinis Eccleſiis ſepeliendi ſunt, niſi alibi ſepulturam elegerint. Id ceteris Ordinibns conceſſum, uti videre eſt apud *Paſſerinum* ibid. a Num.198 ad 211: ubi docet Num.205 quod contradictores, ne hujnſmodi ſepeliantur apud Regulares, ſunt excommuniesti. Addit Numero 207 &c. quod bis qui ſepeliuntur in habitu Religioſo Indulgentiæ conceſſæ ſunt.

XXXVII. Obſervatione tandem Decima, a Numero 241 ad 251, erudite diſſerit de ſpeciali, ac graviſſima difficultate quæ Mulierum Tertiariarum ſepulturam ſpectat, ubi ſcilicet, & a quo ſepeliendæ ſint? Summorum Pontificum Conſlitutiones, ac S. Congregationum Decreta refert, ac probat, quod Tertiariæ quæ ſeorſum in privatis ac ſecularibus domibus vitam ducunt, ſepulturam eligere poſſunt: &, ea non electa, vel in ſepultura communi, ſi quam habent in Eccleſia Regularium, vel in ſepultura majorum, vel in Parochia ſepeliri debent. De viris autem Tertiariis intra clauſtra collegialiter viventibus, vel qui eum clauſtralibus habitant, nulla eſt difficultas. Iſti namque in Eccleſiis Regularium ſepeliri debent: idque tanquam decisum a S. Ritnum Congregatione in Spoletan. Terræ de Viſſe 20 Junii: & in Nepeſina 11 Decembris 1615 docent Auctores apud *Paſſerinum* ibid. Obſerv. Nona Num.219. Idem dicendum de Oblatis, qni vere, ac plene tales ſunt. Iſti ſiquidem ſepeliendi ſunt in Eceleſiis Conventuum quibus ſe obtulerunt: *Paſſerinus* ibidem a Num.220 ad 227, ubi de conditionibus diſſerit quas babeant oportet *Oblati*, ut fruantur privilegiis Religionis, cui ſe obtulerunt.

XXXVIII. Notandum Quarto, quod famuli qui proprie, ac ſtricte ſunt de familia, & continui commenſales Conventus intra cujus ſepta commorantur, in ejuſdem cœmeterio ſepeliendi ſunt: *Paſſerinus* ibid. Num.228 id probat ex variis Apoſtolicis Conſtitntionibus, & in primis ex Conſtitutionibus Nicolai V, Gregorii XI, & Sixti IV, pro Ordine noſtro datis. Idem prius eidem Ordini conceſſerant Innocentius IV Conſt.XLII = Qui Denm = *Tom.I pag.*131: & Alexander IV Conſt.CXC = Ut in veſtris = *Tom.I pag.*355: quos laudat, & excipit Benedictus XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tom.VI pag.620 §.32.

XXXIX. Notandum Quinto, quod ſecularis hoſpes qui moritur intra clauſtra, ſepeliendus eſt ubi ſepeliri deberet, ſi extra clauſtra moreretur. *Paſſerinus* ibidem Num.230, ubi hæc habet: „ Qantum ad Sacramenta conſuetudo orbis, in jure fndata, eſt, nt fideles in neceſſitate illa recipiant a proprio Sacerdote loci in quo ſunt, & ſic exiſtens infirmus in Monaſterio Sacramenta recipit a Regularibns.... Sepultura tamen danda eſt in loco, ubi deſunctus ſepeliri debet. In eo tamen caſu (Parochus) non poſſet ingredi Monaſterium cum ſtola ad corpus benedicendum, ſed a janua Eccleſiæ officium ſuum peragere inciperet.

XL. Notandum Sexto, quod Religioſus extra Cœnobium moriens, in Eccleſia ſui Ordinis ſepeliendus eſt. „ Extra Ordinem, inquit *Paſſerinus* ibid. Num.238: „ non eompetit Religioſo ſepultura: Cap. fin. de ſepult. in Sexto....... Et ubi Religioſus extra ordinem decedat, poteſt Superior, ubi ſibi bene viſum fuerit, cadaver ſui ſubditi ſepelire, & diſponere de eo tanquam de re ſub Religionis adminiſtrstione comprebenſa.

Huc ſpectat Clementis VIII Conſt.LIV = Romanus Pontifex = Tom.V pag.542, ubi loquens de Fratribus Ord. Præd. Valentini Cœnobii S.Honupbrii, extra muros Civitatis ſiti, decedentibns in quadam domo, quam pro infirmis cnrandis intra Civitatem habebant: „ licitum ſit Conventui, & Fratribus hujuſmodi, inquit, corundem Frstrum, in præfata domo defunctorum, corpora ad Eccleſiaſticam ſepulturam, in eorum Eccleſia, extra muros Civitatis illius, tradendam, cum eorum crnce, & ſine Parochorum, ant aliorum quorumcunque interventu, deferre, nec ipſi Parochi cadavera bujnſmodi, invitis Conventu, & Fratribus, aſſociare, aut in alio circa illorum ſepulturam ſe intromittere debeant...... decernimus „. Eadem etiam de re conſulenda Pauli III Conſt.LXXXVIII = Ex parte = *Tom.IV pag.*625.

XLI. Notandum Septimo, quod ſi Religioſus extra Conventum moriatur, & ex aliquo delicto, vel cenſura, dubium ſit, an ſepeliendus ſit in loco Sacro, „ neene: etiamſi Cadaver Religioſi, inquit *Paſſerinus* ibid. Inſpect.III Cap.II Num.119: „ ſit extra Conventum in aliquo loco non exempto, non per hoc Epiſcopus directe habebit jus cognoſcendi de ſepultura dicti cadaveris, quod non eſt ſub ejus juriſdictione; ſed hoe ſpectabit ad proprium illius (Religioſi) Prælatum, quo judicante Religioſum non eſſe privandum ſepultura, non poterit Epiſeopus impedire, quin ſepeliatur in loco ſacro, quia nequit impedire ſententiam a judice ſibi non ſubordinato latam. Niſi pro quanto ſententia proprii Prælati eſſet manifeſt: injuſta, itaut deferre cadaver illius Religioſi ad locum ſacrum, eſſet delictum ſcandaloſum commiſſum extra Conventum. In quo eaſu intraret diſpoſitio Tridentini Seſs.XXV Cap.III Nnm.14 de Regular.; vel etiam ſi Religioſus non viveret intra clauſtra, & haberet locum alia ejnſdem Concilii diſpoſitio Seſs.VI Cap.VI de Reformatione.

XLII. Notandum Octavo, quod, ab ineunte Ordine, Fratribus Prædieatoribus conceſſum fuit, ut in ipſiſmet Eccleſiis mortuos ſuos ſepelirent: ſic enim Gregorius IX Conſt.XXVII = Cum tanqnam = Tom.I pag.28 ipſos alloquitur: „ Vobis nihilominus licentiam concedentes, ut in ipſis Eccleſiis ad opus Fratrum, & familiæ veſtræ, habere libere cœmeteria valestis.

XLIII. Notandnm Nono, qnod Regnlares ſecularibus Sepulturam concedere poſſnnt non ſolum in Eccleſiis ſuis, ſed etiam in Sacriſtia, Choro, Clauſtro, Capitulo, ut ex Conſtitutionibns ſupra relatis, & ex variis aliis probant auctores apud *Paſſerinum* ibid. Inſpect.III Cap.III Obſervatione II Numero 141: ubi addit quod non intereſt, utrum „ Eccleſiæ regnlarium ſint in Conventibus formatis; ſed, inqnit, in omnibns Eeeleſiis, etiam Vicariatunm, & locorum, quæ non ſunt Conventus formati, poſſunt ſeculares eligere ſepulturam. S. Congreg. Epiſ. in Mediolanen. 13 Maii 1603.

XLIV. Notandum Decimo, quod etiam in Eccle-

ſtis Monialium defuncti ſeculares ſepeliri poſſunt: non tamen in Eccleſia interiori, niſi de licentia ſpeciali, ſed ſolum in exteriori. Sic declaraſſe Gregorium XIII, docent auctores apud *Paſſerinum* ibid. Numero 140. Conſulenda S. Congreg. Decreta Tomo VII pag. 279. Num. 64: & pag. 280 Num. 66. Quod autem intra ſepta Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum ſeculares ſepeliendi non ſint, ex ſequenti Conſtitutione habetur. Sanctæ ſiquidem Sedis Apoſtolicæ Nuncio, in partibus Hiſpaniarum commoranti ſcribens *Sixtus V Conſt. XVI* = Circa paſtoralis = *Tom. V pag.* 454: „ Cum itaque, inquit, ſicut accepimus,
„ nonnullæ perſonæ laicæ in Regnis Hiſpaniarum de-
„ gentes ſæpius eo temeritatis deveniant, ut ſub præ-
„ textu, quod alii ſuorum defunctorum corpora
„ in certis eorum Capellis, ſeu Monialium choris,
„ vel aliis locis infra ſepta, vel clauſuram Monaſte-
„ riorum Monialium S. Auguſtini, vel alterius Ordi-
„ nis, ſub cura, & regimine Fratrum, & Superiorum
„ Ordinis Fratrum Prædicatorum viventium, exiſten-
„ tibus, ſepelire, ſeu deponere conſueverint, ab hujuſ-
„ modi ſcandaloſo abuſu deſiſtere non curantes mu-
„ rum Chori Eccleſiarum Monaſteriorum hujuſmodi
„ pro introducendis cadaveribus rumpere, & clauſu-
„ ram hujuſmodi violare præſumant, in non modicum
„ Chriſtifidelium ſcandalum. Nos pro noſtro paſto-
„ ralis officii munere ſcandaloſo abuſui, & pernicio-
„ ſo exemplo hujuſmodi obviare, ac Monaſteriorum
„ clauſuræ, & Monialium in illis degentium quieti,
„ & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus,
„ providere volentes, ac certam de præmiſſis notitiam
„ non habentes, motu proprio, non ad alicujus de-
„ ſuper Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de no-
„ ſtra mera deliberatione, diſcretioni tuæ per Apo-
„ ſtolica ſcripta committimus, & mandamus, ut au-
„ ctoritate noſtra prohibeas, & ſtatuas, quod de ce-
„ tero perpetuis futuris temporibus nulla prorſus de-
„ functorum corpora, præterquam Regalia, in Cho-
„ ris, Capellis, Capitulis, vel aliis locis infra ſepta,
„ & clauſuram hujuſmodi exiſtentibus, quovis præ-
„ textu, aut colore, ſepeliri, aut deponi perpetuo,
„ vel ad tempus, neque tumbæ, aut ſepulturæ infra
„ ſepta, & clauſuram hujuſmodi cum ſtemmatibus,
„ aut inſignibus, vel aliis quomodolibet, exceptis
„ Regalibus, fieri, aut conſtrui, vel refici poſſint,
„ aut valeant quomodocunque, & quod de præſenti
„ forſan constructæ ex dictis locis infra clauſuram
„ hujuſmodi exiſtentibus, penitus, & omnino amo-
„ veri, & ad alium locum in Eccleſiis Monaſteriorum
„ prædictorum, extra tamen clauſuram arbitrio ſu-
„ periorum prædictorum, & partium intereſſe ha-
„ bentium, eligendum, transferri debeant. Si quæ
„ vero Capellæ, etiam ad aliquas particulares per-
„ ſonas quovis jure ſpectantes, intra eandem clauſu-
„ ram reperiantur, ad quos pro defunctorum corpo-
„ ribus inibi ſepeliendis ex ipſa Eccleſia, nonniſi
„ dirupto muro pateat ingreſſus, earundem Capel-
„ larum januæ, quæ infra eandem clauſuram apertæ
„ exiſtunt, occludi, & illis penitus clauſis alia oſtia
„ extra clauſuram hujuſmodi in eadem Eccleſia ape-
„ riri, & fieri debeant, ita quod pro ingreſſu Capel-
„ larum hujuſmodi, vel alias quomodolibet, nullo
„ modo eadem clauſura de cetero violetur, ac etiam
„ ita in futurum ſub excommunicationis majoris latæ
„ ſententiæ ipſo facto per contravenientes incurren-
„ da pœna, a qua nonniſi per Nos, aut Succeſſores
„ noſtros, Romanos Pontifices pro tempore exiſten-
„ tes, abſolvi poſſint, perpetuo obſervari, eadem
„ auctoritate præcipias, & mandes: Monialeſque,
„ & Conventus Monialium, ſeu domorum hujuſmo-
„ di ſuper præmiſſis a quocunque, etiam prætextu
„ cujuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis,
„ quam eadem auctoritate revoces, & annulles, aut
„ alio quovis colore, nullatenus moleſtari, perturbari,
„ aut inquietari poſſe, Nos enim quicquid ſecus ſu-
„ per his a quocunque, quavis auctoritate, ſcien-
„ ter vel ignoranter attentari contigerit, irritum,
„ & inane decernimus, contradictores quoslibet,
„ & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas
„ Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti re-
„ media, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Ac
„ legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus,
„ ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam itera-
„ tis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi
„ opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

QUÆSTIO II.

Quid de Quarta Funeraria ſancitum ſit?

SUMMARIUM.

I. A Bonifatio VIII: & Clemente V:

II. A B. Benedicto XI:

III. A Martino V:

IV. Ab Eugenio IV:

V. A Nicolao V:

VI. A Paulo II:

VII. A S. Pio V:

VIII. A S. Congregatione:

IX. A Benedicto XIII.

X. Sepulturæ uſus, & officium funeris res ſpirituales cenſentur: eleemoſynæ tamen nomine, aliquid ea de re dari poteſt.

XI. Ubi Benedicti XIII Conſtitutio non viget, ſtandum Decreto Sacri Concilii Tridentini.

XII. Quomodo Concilii verba ſint intelligenda?

XIII. Quænam ſint ex quibus Quarta Funeralium ſolvenda ſit, declarat S. Pius V Conſtitutione = *Etſi Mendicantium* =

XIV. Quæ, prout eſt declaratio Sacri Concilii Tridentini, revocata non eſt.

XV. Ab Honorio III cautum, ne quis morientes compellat ad relinquendam Eccleſiis Tertiam, vel Quartam partem bonorum.

XVI. Variis Apoſtolicis Conſtitutionibus inhibitum, ne Parochi plus percipiant ex Sepulturis, quæ fiunt in Eccleſiis Fratrum, quam ex iis, quæ fiunt in Eccleſiis propriis, vel aliorum Clericorum.

XVII. Ex Bordoni ſententia, Parochus, ſic ſe gerens, ſimoniaca labe fœdatur.

XVIII. De interventu Parochi.

I. QUid de Quarta Funeraria ſancitum fuerit, ex ſequentibus habes: „ Nuper, inquit *Bonifatius VIII Conſt. XXX Tom. II pag.* 61, „ ut ma-
„ teria diſcordiæ tolleretur, quæ inter vos, ex parte
„ una, & Prælatos, Rectores, Sacerdotes, ſeu Clericos
„ Parochialium Eccleſiarum, per diverſas Mundi
„ Provincias conſtitutos, ex altera, ſuper nonnullis
„ articulis conſueverat exoriri, ſtatuendum inter alia
„ duximus, & etiam ordinandum, ut omnes poſſitis
„ admittere ad Eccleſiaſticam Sepulturam, qui apud
„ Eccleſias, & loca veſtra eligerent ſepeliri, quod-
„ que de obventionibus omnibus, tam funerabilibus,
„ quam quibuſcunque, & quomodocunque relictis
„ indiſtincte, vel diſtincte, ad quoſcunque certos,
„ & determinatos uſus, de quibus etiam quarta Ec-
„ cleſiaſtica portio dari, ſeu exigi, non conſuevit,
„ ſeu

Digitized by Google

,, ſeu non debet de jure, neenon de datis, ſeu qnali-
,, tercunque donatis, in morte, ſeu mortis articulo,
,, ant in ioſirmitate donantis, vel dantis, de qua de-
,, ceſſerit, quomodocunque, directe, vel indirecte,
,, vobis, vel aliis pro vobis, quartam partem, quam
,, Apoſtolica auctoritate taxavimus, & etiam limita-
,, vimus, Parocbialibns Sacerdotibus, & Eccleſiarum
,, Rectoribus, ſeu Curatis, integre teneamini elargi-
,, ri. Verum quia, ſicut ex parte veſtra fuit expoſi-
,, tum coram nobis, in quibuſdam locis conſuevit ſol-
,, vi medietas, & in aliis tertia, ſeu alia pars de præ-
,, dictis, pro bujuſmodi Eccleſiaſtica portione, propter
,, quod ſuper medietate, vel tertia, ſeu alia parte bu-
,, juſmodi, præſertim de cera, ultra prædictam quar-
,, tam partem per Nos taxatam, aliquando impeti vos
,, contingit, Nos ſuper hoc vobis ex abundanti, eum
,, hujuſmodi ſtatntum, & ordinatio noſtra evidenter
,, id habeant, providere volentes, auctoritate Apo-
,, ſtolica, declaramus, ut ad exhibendum de præmiſ-
,, ſis, eiſdem Parocbialibus Sacerdotibus, & Eccleſia-
,, rum Rectoribus, ſeu Curatis, niſi dictam quartam
,, per Nos, ut præmittitur, taxatam, & limitatam in
,, quibuſcunque locis, prætextu alicujus conſnetudinis
,, minime teneamini, nec poſſitis etiam coarctari.

Huc ſpectat *Bonifatii VIII Conſt. XXXVI Tom. II pag.67*, cujus hæc verba: ,, Tenore vobis præſentium
,, nunciamus, quod Sanctiſſimus Pater, & Dominus
,, Noſter Dominus Bonifatius, Divina providentia
,, Summus Pontifex, bodie, præſentibus fratribus
,, ſuis, in Conſiſtorio declaravit, quod Conſtitutio
,, facta per ipſum, quæ incipit: Super Catbedram:
,, non habet locum, nec vult, quod extendatur, ad
,, legata, & relicta, Fratribus Prædicatoribus, &
,, Minoribus facta, quando legantes, vel dimittentes
,, in corum loco non eligant ſepulturam, in eujus de-
,, clarationis teſtimonium, præſentes literas fecimus
,, ſigilli noſtri munimine roborari.

Decretalis = *Super Cathedram* = cujus hic ſermo legitur inter Extravagantes Communes *Lib. III Tit. VI Cap. II*: & inter Clementinas *Libro III Tit. VII de Sepulturis*. Clemens enim V ipſam innovavit his verbis:
,, Dudum a Bonifatio Papa Octavo Prædeceſſore no-
,, ſtro infra ſcripta edita Decretali, Benedictus Papa
,, Undecimus Prædeceſſor Noſter aliam illius revoca-
,, toriam promulgavit: quæ quia (ut probavit effe-
,, ctus) nedum pacis ab auctore ipſius ſperatæ fru-
,, ctum non attulit, quinimmo diſcordiæ pro qna ſedan-
,, da proceſſerat, fomentum non modicum miniſtra-
,, vit: Nos eam omnino caſſantes, aliam a præfato
,, Bonifatio editam, Sacro inſtante, & approbante
,, Concilio, innovamus, ſubjicientes tenorem illius,
,, qui dignoſcitur eſſe talis: Bonifatins Epiſcopus Ser-
,, vus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
,, Super Cathedram præeminentiæ paſtoralis, divina
,, diſponente clementia, conſtituti: etſi multis, & ar-
,, duis, quæ in amplum Romanæ Curiæ alveum un-
,, dique confluunt, quaſi torrens, prægravemur ne-
,, gotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus
,, plurimis diſtrahamur, circa id tamen ferventibus
,, votis intendimus, vacamus inſtantius, ac operoſæ
,, ſtudium ſolicitudinis impartimur, ut ad Divini No-
,, minis gloriam, exaltationem Catbolicæ Fidei, &
,, profectum fidelium animarum (præciſis radicitus
,, diſſidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus om-
,, nino ſnbductis) inter Eccleſiarum Antiſtites, ad
,, curam, & regimen gregis Dominici deputatos, ce-
,, teraſque perſonas, quas Ordo Clericalis includit,
,, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæ-
,, ſtuet, invaleſcat concordiæ unitas, animorum
,, identitas perſeveret. Scimus enim, & ex eviden-
,, tia facti colligimus, quod nonniſi in pacis tempore
,, bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod
,, diſſenſiones & ſcandala pravis actibus aditum præ-
,, parant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis mo-
,, ribus auſum præbent. Ab olim ſiquidem inter Præ-
,, latos, & Rectores, ſeu Sacerdotes, & Clericos
,, Paræcialium Eccleſiarum, per diverſas mundi Pro-
,, vincias conſtitutos ex una parte, & Prædicatorum
,, & Minorum Ordinum Fratres, ex altera (pacis
,, æmulo, fatore zizaniæ procurante) gravis & pe-
,, riculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædica-
,, tionibus fidelium populis faciendis, eorum Con-
,, feſſionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eiſ-
,, dem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui
,, apud Fratrum ipſorum Eccleſias, ſive loca noſcun-
,, tur eligere Sepulturam. Nos autem (pii Patris
,, more laudabili) moleſte ferentes incommoda filio-
,, rum, reducentes ad exactæ conſiderationis examen,
,, ac intra pectoris clauſtra ſolicite revolventes, quam
,, ſit plena periculis, quam onuſta diſpendiis, quam-
,, que in divinæ majeſtatis conſpectu reddatur exoſa
,, diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes pa-
,, ternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus evellere,
,, ac omnimode ſubmovere, nullis unquam futuris
,, temporibus, favente Domino, ſuſcitandam: grandi
,, quoque deſiderio cupientes, ut bujuſmodi nego-
,, tium, qnod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem
,, ſalubrem & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtu-
,, dium conſequatur, diligenti cum Fratribus noſtris
,, deliberatione præbabita ſuper eo, ad bonorem Dei,
,, & exaltationem Catbolicæ Fidei, quietum ſtatum
,, partium prædictarum, ac ſalutis animarum fide-
,, lium incrementum, de ipſorum Fratrum conſilio,
,, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus,
,, ut dictorum Ordinum Fratres in Eccleſiis, & locis
,, eorum, ac in plateis communibus libere valeant
,, Clero, & Populo prædicare, ac proponere Ver-
,, bum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua lo-
,, corum Prælati prædicare voluerint, vel coram ſe
,, facere ſolemniter prædicari, in qua prædicare ceſ-
,, ſabunt, præterquam ſi aliud de Prælatorum ipſo-
,, rum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. In
,, Studiis autem Generalibus, ubi Sermones ad Cle-
,, rum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus ſolem-
,, niter prædicari conſuevit, ad funera etiam mor-
,, tuorum, & in Feſtis ſpecialibus, ſive peculiaribus
,, eorundem Fratrum, poſſunt iidem Fratres, & liceat
,, eis libere prædicare: niſi forte illa hora, qua ſolet
,, ad Clerum in prædictis locis Dei Verbum proponi,
,, Epiſcopus, vel Prælatus Superior Clerum ad ſe ge-
,, neraliter convocare, aut ex aliqua ratione, vel
,, cauſa urgente Clerum ipſum duceret congregan-
,, dum. In Eccleſiis autem Paræcialibus Fratres illi
,, nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel
,, proponere Verbum Dei, niſi Fratres prædicti a Pa-
,, ræcialibus Sacerdotibus invitati fuerint, vel vo-
,, cati, & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu
,, petita licentia fuerit, & obtenta: niſi Epiſcopus,
,, vel Prælatus Superior per eoſdem Fratres prædicari
,, mandaret. Statuimus etiam, & ordinamus aucto-
,, ritate prædicta, ut in ſingulis Civitatibus, & Diœ-
,, ceſibus, in quibus loca Fratrum ipſorum ſubſiſtere
,, dignoſcuntur, vel in Civitatibus, & Diœceſibus
,, locis ipſis vicinis, in quibus loca bujuſmodi non
,, habentur, Magiſtri, Priores Provinciales Prædi-
,, catorum, aut eorum Vicarii, & Generales, & Pro-
,, vinciales Miniſtri, & Cuſtodes Minorum Ordinum
,, prædictorum, ad præſentiam Prælatorum eorun-

,, dem

„ dem locorum ſe conferant per ſe, vel per Fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut Fratres, qui ad hoc electi fuerint in eorum Civitatibus, & Diœceſibus Confeſſiones ſubditorum ſuorum ſibi confiteri volentium audire libere valeant, & hujuſmodi confitentibus (prout ſecundum Deum expedire cognoverint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati Magiſtri, Priores, Provinciales, & Miniſtri Ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalnbre miniſterium, & officium exequendum: quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in Civitatibus, & Diœceſibus eornndem hujuſmodi perſonæ ſic electæ, Confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis in poſterum impendant, prout ſuperius eſt expreſſum: extra Civitates, & Diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per Provincias deputari, Confeſſiones nullatenus auditure. Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad hujuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout Univerſitas Cleri, & Populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et ſi iidem Prælati petitam licentiam Confeſſionnm hujuſmodi audiendarum conceſſerint, illam præfati Magiſtri, Miniſtri, & alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officium exequantur. Quod ſi forte jam dicti Prælati quemquam ex dictis Fratribus præſentatis eiſdem ad hujuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto, loco ipſius, ſimiliter eiſdem præſentandus Prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari. Si vero iidem Prælati præfatis Fratribus ad Confeſſiones (ut præmittitur) audiendas electis, hujuſmodi exhibere licentiam recuſarint: Nos ex nunc ipſis, ut Confeſſiones ſibi confiteri volentium libere, liciteque audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſaltares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri gratioſe concedimus, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. Per hujuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis, ſeu Fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo Curatis, vel Paræcialibus Sacerdotibus eſt a jure conceſſa: niſi forſan eis Eccleſiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Hujuſmodi quoque ſtatuto, & ordinationibus noſtris adjicimus, ut Fratres dictorum Ordinum in Eccleſiis, vel locis ſuis ubilibet conſtitutis liberam (ut ſequitur) habeant Sepulturam: videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis, & Eccleſiis memoratis. Verum ne Paræciales Eccleſiæ, & ipſarum Curati, ſive Rectores, qui miniſtrare habent Eccleſiaſtica Sacramenta, quibus noſcitur de jure competere, prædicare, ſeu proponere Verbum Dei, & Confeſſiones audire Fidelium, debitis, & neceſſariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur, auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ordinamus eadem, ut dictorum Ordinum Fratres, de obventionibus omnibus tam funeralibus, quam quibuſcunque, & quomodocunque relictis diſtincte, vel indiſtincte, ad quoſcunque certos vel determinatos

„ uſus, de quibus etiam quarta, ſive canonica portio dari, ſive exigi non conſuevit, vel non debet de jure: necnon de datis, vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit quomodocunque directe vel indirecte Fratribus ipſis, vel aliis pro eiſdem, quartam partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) Paræcialibus Sacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Curatis largiri integre teneantur. Facturi, & curaturi, quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta hujuſmodi minime deberetur, ad ipſorum Fratrum utilitatem, & commodum hujuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedant, ſeu quod in morte, vel ab infirmis hujuſmodi dandum, vel donandum Fratribus ipſis exiſteret: in eorundem dantium, vel donantium ſanitate, ſibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare: ut ſi (quod abſit) per Fratres ipſos dolo, vel fraude, quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (præter id, ad quod ſos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus, & Curatis teneri volumus) etiam diſtricta ratio, in extremi judicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem hujuſmodi nihil valeant Paræciales, Rectores, Curati, & Prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti Fratres amplius impendere ſint aſtricti, neque ad id, a quoquam poſſint aliqualiter coerceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter, & pacifice favente Domino procedatur) univerſa privilegia, gratias, indulgentias, verbo, ſeu ſcripto, ſub quacunque forma vel expreſſione, ſeu conceptione verborum, a Nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicunque Ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conventiones, ſtatuta, & pacta, in quantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum, contraria, ea penitus revocamus, vacuamus, caſſamus & irritamus: quinimmo caſſa, vacua, & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. Ceterum univerſos Eccleſiarum Prælatos cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, ac Sacerdotes Paræciales, & Curatos, ſive Rectores prædictos, præſentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominuſque eis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus pro divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, prædictos Ordines, & Profeſſores eorum habentes affectu benevolo commendatos, Fratribus ipſis non ſe difficiles, graves, duros, aut aſperos, ſed potius favorabiles, propitios ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere: Sic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus Verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat, quod ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ Sedis benignitas, quæ Ordines, & Profeſſores eoſdem ubere favore proſequitur, & gerit in viſceribus caritatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc proviſionis opportunæ remedium adhiberet: ipſoſque nihilominus cæleſtis indignatio Principis digna pro meritis rependentis, cujus obſequia Fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret.

II. „ Ut

II. „ Ut circa Sepulturam, inquit *B.Benedictus XI*
Conſt.XVI = Inter cunctas = *Tom.II pag.89* „ apud
„ loca eorundem Fratrum eligentium ſepeliri, &
„ portionem canonicam, de relictis eiſdem Fratribus
„ minime detrahendam, nequeat in poſterum dubi-
„ tari, jubemus, ut corpora defunctorum, qui apud
„ eos elegerunt, dum viverent, Sepulturam, pro-
„ ceſſionaliter, cum Cruce, Turribulo, & Aqua Be-
„ nedicta, cantando, ſeu legendo Officium mortuo-
„ rum, vel Pſalmos, & alienas ingrediendo Paro-
„ chias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre Eccle-
„ cleſias tumulanda. De quibuſcnnqne vero relictis
„ præfatis Fratribus in communi, vel ſingulis, in
„ ultimis decedentium voluntatibus, ſive apud eos
„ ſepeliendi ſint, ſive alibi, nulla per Parochiales
„ Sacerdotes morientium, a qua Fratres ipſos liberos
„ eſſe volumus, canonica portio, multominus per
„ Epiſcopos, Epiſcopalis quarta, cum eis tanquam
„ exempti non ſubſint, nec etiam debita jure Paro-
„ chiæ, ſi forſitan Cathedralis defunctorum eſſet Pa-
„ rochialis Eccleſia, detrabatur. De funeralibus an-
„ tem, medictatem, ſi commode diviſionem reci-
„ piant, alias ejuſdem medietatis extimationem ſol-
„ vant Parochiali Eccleſiæ, & Sacerdotibus antedictis.
„ Funeralia vero intelligantur hoc caſu, quæ cum
„ funere deſeruntur; de candelis tamen, quas Fra-
„ tres portant, portio non petatur. Moneant autem
„ iidem Fratres, & pro poſſe inducant confitentes
„ ſibi, ut de propriis bonis ſuis Parochialibus Eccle-
„ ſiis, earumque Sacerdotibua competenter relin-
„ quant, & quæ eis debent Parochialia jura reddant.
„ Ad hæc non murmuret, quæſumus, Secularis Cle-
„ rus, non gerant moleſte Prælati, quod circa præ-
„ miſſa ſic duximus providendum. Attendant, quan-
„ ta ex iis, quæ in primis duobus Articulis ſtatuta
„ ſunt, ſalus animarum proveniat. Advertant, quan-
„ ta tollantur jurgia, & prudenter conſiderent, quod
„ eorum onera cum aliis noſtro beneficio ſalubriter,
„ & quaſi neceſſario partiuntur. Circa tertium vero
„ Articulum diligenter intelligant, quod Fratres ipſi
„ hæc per privilegia Romanorum Pontificum eis be-
„ nigne conceſſa ante Conſtitutionem eandem hacte-
„ nus babuerunt. Quodque ſunt pauperes, nibil ha-
„ bentes ſinguli, nec in communi ruſtica prædia,
„ immo nec urbana, vel mobilia eorum alteri etiam
„ univerſi. Mendicant victum, quærunt veſtitum,
„ & eatenns ſubſiſtere poſſunt, quatenus, vel vivo-
„ rum pietas, aut morientium caritas, eis neceſſaria
„ ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur eorum,
„ qui omnia, voluntatem habendi etiam, relique-
„ runt? Quia non compatiatur eiſdem, operantibus
„ tam utiliter in agro prædicto? Certe nullus niſi qui
„ triturantis bovis os impie alligare velit, aut eos,
„ ſubtractis alimentis, necare. Inopes patrimonii
„ onera ipſa non babendi neceſſitate, non ſuſtinent,
„ & a Curialibus res, Eccleſiis, vel piis locis dona-
„ tas, a Quartæ præſtatione, ſeu lucrativorum in-
„ ſcriptionibus, lex facit immunes. Relicta paupe-
„ ribus non patiuntur falcidiam, & legata ad fabri-
„ cam, vel pro ornamentis Eccleſiæ, aut ad divinum
„ cultum perpetuum, ſolutioni non ſubjacent cano-
„ nicæ portionis. Pauperes autem, ut eſt dictum,
„ ſunt Fratres, & quod eis relinquitur, aut in ſua
„ alimenta erogantur, aut in fabricam, ſive cultum
„ divinum, & Eccleſiæ ornamenta convertuntur.
„ Propter quæ Nos, qui debemus intelligere ſuper
„ egenum, & pauperem, & non oblivisci eorum,
„ cum humanitatis ſit, etiam ſecularis Principis,
„ proſpicere rgenis, & dare operam, ut pauperibus
„ alimenta non deſint, non tam pie, quam quodam-
„ modo juſte, in eodem Articulo egimus, eoſdem,
„ ut præmittitur, reddendo Fratres ab onere canoni-
„ cæ portionis exemptos. Hæc autem dicta Conſtitu-
„ tione, quæ incipit = Super Cathedram = quam
„ penitus revocamus, aliiſque quibuſcunque Conſti-
„ tutionibus, ſpecialibus, & generalibus ſtatutis,
„ privilegiis, indulgentiis, ſub quacunque forma
„ verborum conceſſis, etiamſi de eis de verbo ad ver-
„ bum, vel aliquorum nominibus, in noſtris literis
„ oporteret fieri mentionem, conventionibus, pactis,
„ juramentis, ſententiis, & conſuetudinibus con-
„ trariis, nequaquam obſtantibus, inviolabiliter ob-
„ ſervari ſancimus.

III. Compoſitionem de quarta funerali Fratres inter & Capitulum, ac Parochos Valentinos initam firmat *Martinus V Conſt.CXIX* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.II pag.618*.

IV. Ea de re legenda *Eugenii IV Conſtit.XXXIX* = Sedis Apoſtolicæ = *Tom.III pag.28*.

Privilegium de non ſolvenda *Canonica portione* ad jus commune revocatur Eugenii IV Conſtit.III = Rationi congruit = Tom.III pag.3.

Quartam partem eduliorum, panis, vini, carnium &c. quæ dantur ob ſepulturam, non eſſe ſolvendam Parochis, declarat *Eugenius IV Conſtit.CLXXI* = Ad ea per quæ = *Tom.III pag.85* dicens: „ Pro
„ parte dilectorum filiorum Priorum Sancti Domini-
„ ci, & S. Auguſtini, ac Guardiani Sancti Franciſci
„ Reatin. domorum Fratrum Prædicatorum, ac Ere-
„ mitarum ipſius S. Auguſtini, & Minorum Ordi-
„ num, eorumque Conventuum Nobis nuper exhi-
„ bita, petitio continebat, quod licet a tanto tempo-
„ re citra, cujus initii, ſeu contrarii memoria homi-
„ num non exiſtit, pro ſingulis Fidelium utriuſque
„ ſexus decedentium corporibus in Eccleſiis domo-
„ rum hujuſmodi, aut earum cœmeteriis pro tempore
„ ſepeliendis ipſorum hæredes, & conſanguinei ſin-
„ gulis Conventibus domorum hujuſmodi, in quibus
„ corpora hujuſmodi ſepulta fuerunt, unum caſtra-
„ tum, ſeu aliarum carnium, aut, dum illarum eſus
„ ab Eccleſia interdicitur, piſcium, necnon vini,
„ & panis certas quantitates, pia largitione donare,
„ & concedere conſueverint, tamen nonnulli Recto-
„ res Parochialium Eccleſiarum, infra quarum Paro-
„ chiarum metas dictæ domus conſiſtunt, a duobus
„ menſibus citra ſuper quarta parte donatorum, &
„ conceſſorum hujuſmodi, aſſerentes falſo, illa ad
„ eos de jure pertinere, præfatos exponentes multi-
„ pliciter moleſtarunt, & moleſtant, ac fecerunt, &
„ faciunt, quo minus ipſi Conventus donata, & con-
„ ceſſa eis hujuſmodi integre percipere potuerint, &
„ poſſint. Quare pro parte dictorum exponentium
„ Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper his
„ opportune, providere de benignitate Apoſtolica di-
„ gnaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam
„ non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,
„ diſcretioni tuæ, cum ipſi exponentes, potentiam
„ dictorum Rectorum perhorreſcentes in Civitate, &
„ Diœceſi Reatin. non ſperent conſequi poſſe juſtitiæ
„ complementum, per Apoſtolica ſcripta mandamus,
„ quatenus, ſi, vocatis dictis Rectoribus, & aliis,
„ qui fuerint evocandi, tibi de conſuetudine hujuſ-
„ modi legitime conſtiterit, tu illam perpetuis futuris
„ temporibus inviolabiliter obſervandam fore, &
„ quod juxta eam ex nunc in antea dicti Conventus,
„ & eorum ſinguli caſtratum, ac carnium, & piſcium,
„ necnon panis, & vini quantitates hujuſmodi inte-
„ gre, & cum effectu abſque alicujus quartæ partis de
„ illis

,, illis Rectoribus ipſis, & eorum ſucceſſoribus, vel
,, eorum alicui facienda aſſignatione, perpetuo per-
,, cipere poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica,
,, ſtatuas, ordines, & declares, necnon Rectoribus,
,, & ſucceſſoribus prædictis, ne de cetero præfatos
,, Conventus, aut eorum aliquos contra conſuetudi-
,, nem prædictam ſuper hoc impedire præſumant, ea-
,, dem auctoritate, inhibeas, ipſis etiam ſuper mole-
,, ſtiis, & inquietationibus ſupradictis perpetuum ſi-
,, lentium imponendo. Non obſtan. felicis recorda-
,, tionis Bonifatii Papæ Octavi, Prædeceſſoris noſtri,
,, illa præſertim, qua cavetur, ne quis extra ſuam
,, Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis ca-
,, ſibus, & in illis ultra unam diætam a fine dictæ Diœ-
,, ceſis computandam, ad judicium evocari poſſit, &
,, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,
,, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Huc ſpectat *Eugenii IV Conſt.CLXXXI* = Paſto-
ralis Officii = *Tom.III pag.93.*

Literas, quibus *Panormitanos* Fratres Quarta
portione de Legatis ſolvenda immunes reddiderat Eu-
genius IV Conſt.XIX = Sacræ Religionis = *Tom.III
pag.14*, confirmat idem *Eugenius IV Conſtit.CCLXXII*
= Dudum = *Tom.III pag.178.*

Quonam modo ſit intelligenda hæc clauſula: *Sal-
va juſtitia Eccleſiarum &c.* explicat Alexander IV
Conſt.CCXCIV = Sua Nobis = Tom.I pag.404. Au-
diendus eadem de re *Eugenius IV Conſtitut. CCLXXIV
Tom.III pag.*180 dicens: ,, Sedis Apoſtolicæ provi-
,, dentia circumſpecta nonnunquam conceſſa per eam,
,, ne exinde lites, & controverſiæ oriantur, diluci-
,, dat, & declarat, necnon deſuper decernit, & or-
,, dinat prout id, perſonarum, rerum, locorum, &
,, temporum qualitate penſata, conſpicit in Domino
,, ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem de anno pro-
,, xime præterito per Nos accepto, quod ab aliquibus
,, aſſerebatur, Decretali: Super Cathedram: a felicis
,, recordationis Bonifatio Papa Octavo, Prædeceſſo-
,, re noſtro, de Juribus Parochialibus editæ, & in
,, Viennen. Concilio innovatæ, per Nos derogatum
,, fuiſſe, unde gravia poſſent jurgia, diſſenſiones, &
,, ſcandala exoriri, Nos tunc per alias noſtras literas
,, omnia, & ſingula, conceſſiones, & privilegia, li-
,, teras, indulta, ſi quæ contra Decretalem prædictam,
,, vel aliquam illius partem per innovationem litera-
,, rum Prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pon-
,, tificum, ſeu pro talibus reputatorum, aut alias,
,, ſub quibuſcunque modis, vel formis, a Nobis ema-
,, naſſent, etſi de illis, ut eorum tolleretur effectus,
,, ipſarumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa,
,, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, re-
,, vocavimus, caſſavimus, & irritavimus, nulliuſ-
,, que firmitatis eſſe decrevimus, prout in dictis lite-
,, ris plenius continetur. Cum autem felicis recorda-
,, tionis Martinus Papa V, etiam Prædeceſſor noſter,
,, quoddam privilegium per piæ memoriæ Gregorium
,, Papam XI, etiam Prædeceſſorem noſtrum, dile-
,, ctis filiis Magiſtro, Prioribus, & Fratribus Ordi-
,, nis Fratrum Prædicatorum ad inſtar Bonifatii præ-
,, dicti, ac etiam felicis recordationis Benedicti Pa-
,, pæ XI, Prædeceſſoris noſtri, dudum conceſſum,
,, ut in qualibet ſui diſpoſitione inviolabiliter obſer-
,, vari deberet, per ſuas literas inter cetera decreve-
,, rit, ac clauſulam hujuſmodi videlicet: Salva juſti-
,, tia Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſu-
,, merentur: in eodem privilegio inter alia expreſ-
,, ſam, in omnibus aliis debere intelligi, præterquam
,, in iis, de quibus in privilegio Gregorii hujuſmodi
,, ſpecialiter cavetur, quod canonica portio minime
,, exigatur, ex certa ſcientia declaravit, Conſtitu-
,, tione a piæ memoriæ Papa Clemente V, etiam Præ-
,, deceſſore noſtro, in dicto Concilio edita, quæ in-
,, cipit: Dudum: non obſtante; Nos, qui, dicto Mar-
,, tino Prædeceſſore, ſicut Domino placuit, rebus
,, humanis exempto, divina favente clementia, ad
,, apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti fuimus, ac du-
,, dum ante datum literarum revocatoriarum noſtra-
,, rum prædictarum privilegium Gregorii in qualibet
,, ſui diſpoſitione hujuſmodi inviolabiliter obſervari
,, aliis noſtris literis inter cetera duximus decernen-
,, dum, attendentes, quod literæ, decretum, & de-
,, claratio Martini hujuſmodi ad lites, & controver-
,, ſias evitandas, cum multa, prout etiam tunc in mi-
,, noribus conſtituti accepimus, diſcuſſione, & deli-
,, beratione proceſſerant, ac paci, & quieti Magiſtri,
,, Priorum, & Fratrum Prædicatorum ad nunc quod
,, ſuper eo, an per literas revocatorias noſtras præſa-
,, tas prioribus literis noſtris prædictis, & contentis
,, in eiſdem detractum fuiſſe cenſeatur, forſan exo-
,, riri poſſet, dubium ſubmovendum, & alias ſuper
,, præmiſſis opportune providere volentes, eorun-
,, dem Magiſtri, Priorum, & Fratrum in hac parte
,, ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica,
,, ex certa ſcientia declaramus, tempore dati revoca-
,, toriarum literarum noſtrarum prædictarum noſtræ
,, intentionis fuiſſe, & etiam hodie eſſe, per illas, ac
,, revocationem, caſſationem, irritationem, & decre-
,, tum, & in eiſdem contenta, prædicta Martini Præ-
,, deceſſoris, ac prioribus noſtris literis, necnon de-
,, clarationi, & decretis in illis contentis, hujuſmo-
,, di, in aliquo detrahere, aut ea quovis modo muta-
,, re minime voluiſſe, neque velle, quinimmo eiſ-
,, dem ſcientia, & auctoritate decernimus, & etiam
,, declaramus, hujuſmodi Prædeceſſoris, ac per con-
,, ſequens priores noſtras literas cum declaratione, &
,, decretis prædictis, aliiſque in eis contentis clauſulis
,, in ſuis robore, & vigore plenarie permanere, habe-
,, ri, cenſeri, & ſervari debuiſſe, ac debere, pe-
,, rinde in omnibus, & per omnia, ac ſi revocatoriæ
,, literæ noſtræ præfatæ, nullatenus emanaſſent. Non
,, obſtantibus præmiſſis necnon omnibus illis, quæ
,, idem Martinus Prædeceſſor in ſuis, ac nos in prio-
,, ribus noſtris literis prædictis voluimus non obſta-
,, re, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

V. ,, Nuper ſiquidem, inquit *Nicolaus V Con-
ſtit.LXVI* = Diligentia ſemper = *Tom.III pag.*287:
,, ſub dato pridie Kalend. Junii, Pontificatus noſtri
,, Anno Quarto, dilectis filiis Generali, & Fratribus
,, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini li-
,, teras conceſſimus, per quas eis indulſimus inter ce-
,, tera, ut de iis, quæ pro ornamentis, paramentis,
,, libris, fabrica, luminaribus, Anniverſariis, ſepti-
,, mo, viceſimo, triceſimo, vel aliis diebus ad per-
,, petuum cultum divinum, ſeu pro pictantiis, aut
,, victu, vel veſtitu, ad ſuſtentationem eorum, aut
,, pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolu-
,, tionem aliquæ domus ejuſdem Ordinis obligatæ di-
,, cebantur, vel de domibus, prædiis, hortis, aliiſque
,, locis ſecundum inſtituta ejuſdem Ordinis de iis,
,, quæ pro hujuſmodi, hortis, & locis emendis eis le-
,, gabantur, ſeu hactenus legata fuerant, dummodo
,, non converterentur in alios uſus, ſed in illos dun-
,, taxat, pro quibus relicta fuerant, aut relinqui con-
,, tingeret, nulli tenerentur portionem canonicam
,, exhibere. Poſtmodum vero ſub dato Idibus Februa-
,, rii, Pontificatus, & Anni prædictorum præfatum
,, indultum, & quævis alia per Nos, aut Prædeceſſo-
,, res noſtros Romanos Pontifices, quibuſvis aliis
,, quo-

„ quorumcunque Ordinum Mendicantium Fratribus, aut eorum Conventibus, ſive domibus ubicunque conſiſtentibus, ſub quavis verborum forma, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, facta, indulta, & conceſſas deſuper literas, revocavimus, prout in quibuſdam aliis noſtris literis continetur, quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, & eſt talis: Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram Rei Memoriam. Tunc recte, & congrue officium noſtrum gerimus, cum ſingulis Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, jura, & dignitates diligenti ſtudio præſervamus, & eas a temerariorum inſultibus cuſtodimus indemnes. Nuper ſiquidem dilecti filii Prior Generalis, & Fratres Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini cum importuna ſupplicationis inſtantia a Nobis extorſerunt literas tenoris ſubſequentis. Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, ut petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ut de iis, quæ pro ornamentis, paramentis, libris, fabrica, luminaribus, anniverſariis, ſeptimo, viceſimo, vel triceſimo, aut aliis diebus, ad perpetuum cultum divinum, ſeu pictantiis, aut victu, vel veſtitu, ad ſuſtentationem veſtram, necnon pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus ejuſdem Ordinis obligatæ dicuntur, vel de domibus, prædiis, hortis, aliiſque locis, vobis ſecundum inſtituta ejuſdem Ordinis, de iis, quæ pro hujuſmodi domibus, hortis, & locis emendis, vobis legantur, ſeu hactenus legata fuerunt, dummodo non convertantur in alios uſus, ſed in illos duntaxat pro quibus relicta fuerunt, aut relinqui contigerit, nulli teneamini portionem canonicam exhibere, vobis tenore præſentium indulgemus. Et ne quis a vobis, vel ultimarum voluntatum executoribus, ſeu decedentium hæredibus, de præmiſſis, aut de iis, quæ vobis in ultimis voluntatibus legantur, vel antea legata fuerunt, ſeu alias pro veſtris neceſſitatibus conferentur, aliquid exigere, vel extorquere præſumat, diſtrictius inhibemus. Non obſtantibus Bonifatii VIII, quæ incipit == Super Cathedram == ac Johannis XXII, in Concilio Lugdunen. necnon Clementis V, Prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum, editis Conſtitutionibus, quibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, quoad præmiſſa duntaxat, hac vice, ex certa ſcientia, ſpecialiter derogamus. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo, Pridie Kalen. Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Cum autem ex literis prædictis Rectoribus Parochialium Eccleſiarum evidens fiat injuria, maxime cum ſit in Sacris Canonibus provide ſtatutum, & ordinatum, quod prædicti, & quorumcunque Ordinum Mendicantium Fratres de luminaribus, anniverſariis, & aliis in prædictis literis contentis eiſdem Rectoribus canonicam exhibere portionem teneantur: Nos, ad quos ex officio Nobis commiſſo, pertinet, præfatos Canones, ac geſta Sanctorum Patrum præſervare, motu proprio, non ad alicujus, vel aliquorum, Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex

certa ſcientia, prædictas, necnon quaſcunque alias, quibuſvis aliis quorumcunque Ordinum Mendicantium Fratribus, aut eorum Conventibus, ſive Domibus ubicunque conſiſtentibus, ſeu Ordinibus hujuſmodi per Nos, ſeu Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices ſuper non exhibitione canonicæ portionis hujuſmodi, ſub quacunque verborum forma, etiam motu proprio, & ſcientia ſimilibus, conceſſas literas, ac proceſſus habitos per eaſdem, & quæcunque inde ſecuta, illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habendo, revocamus, caſſamus, & annullamus, decernentes prædictos, ac omnes, & ſingulos Fratres eorundem Ordinum ad exhibitionem canonicæ portionis hujuſmodi juxta Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Bonifatii VIII, Johannis XXII, & Clementis V, inſtituta, in omnibus, & per omnia, teneri, & compelli poſſe, & debere, perinde ac ſi literæ ipſæ a Nobis, ſeu Prædeceſſoribus noſtris, nullatenus emanaſſent. Non obſtantibus præmiſſis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, & Conſtitutionis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo, Idibus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Nos igitur, qui talia, & tanta, intendimus maturo, digeſtoque conſilio recenſere, & diverſis arduis præpediti negotiis primodictas literas revocavimus, illas, & alias præfatorum Prædeceſſorum quaſcunque hactenus eorundem Ordinum Fratribus conceſſas, & per Nos confirmatas, ſeu approbatas literas, & proceſſus inde habitos per eaſdem, & quæcunque inde ſecuta, illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habendo, volumus, & decernimus in earum robore permanere, ac ſi ultimodictæ revocatoriæ literæ nullatenus emanaſſent, quas cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, motu, & ſcientia ſimilibus, revocamus, caſſamus, & annullamus, eaſque nullius volumus eſſe roboris, vel momenti.

„ Ad omnes præſertim, inquit *Nicolaus V Conſtit.LXXXIV* == Regimini univerſalis == *Tom.III pag.304* „ dirimendas lites, ac quæcunque ſubmovenda ſcandala, quæ inter Eccleſiaſticas, Seculares, ac Mendicantium Ordinum Regulares perſonas, hoſtis antiqui verſutia, veterem, jam prope ſopitam, renovantis zizaniam, ex quibuſdam per Nos hinc inde eiſdem perſonis factis conceſſionibus pullulare conſpicimus, eo Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudio propenſius occurrimus, quo ipſarum perſonarum diſſenſio periculoſius aliis cedit in exemplum, & illarum turbatio vehementius Nos perturbat. Nuper ſiquidem pridie Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Quarto, dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini per quaſdam inter cetera indulſimus, ut de iis, quæ pro ornamentis, paramentis, libris, fabrica, luminaribus, anniverſariis, ſeptimo, vigeſimo, triceſimo, vel aliis diebus, ad perpetuum cultum divinum, ſeu pro pictantiis, aut victu, & veſtitu, ad ſuſtentationem eorum, aut pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus ejuſdem Ordinis obligatæ dicebantur, vel de domibus, prædiis, hortis, aliiſque locis, eis ſecundum inſtituta ejuſdem Ordinis, de iis, quæ pro hujuſmodi domibus, hortis, & locis emendis eis legabantur, ſeu hactenus legata fuerant, dummodo non con-

„ verte-

„ verterentur in alios uſus, ſed in illos duntaxat pro
„ quibus relicta fuerant, ant relinqui contingeret,
„ nulli tenerentur portionem canonicam exhibere.
„ Et deinde videlicet Idibus Febrnarii Pontificatus,
„ & Anni prædictornm, præfatum, & quævis alia,
„ per Nos, ant Prædeceſſores noſtros Romanos Pon-
„ tifices quibuſvis aliis quorumcunqne Ordinum
„ Mendicantium Fratribus, ant eorum Conventibus,
„ ſive Domibus ubicunque conſiſtentibus, ſub quavis
„ verborum forma, etiam motu proprio, & ex cer-
„ ta ſcientia facta indulta, & conceſſas deſuper lite-
„ ras, per alias noſtras literas revocavimus, caſſavi-
„ mus, & annullavimus. Ac ſubſequenter videli-
„ cet III Kalendas Aprilis dicti Pontificatus Anno
„ Qninto, aliæ a Nobis emanarunt literæ, per quas,
„ Nos, aſſerentes, quod Nos, qui talia, & tanta
„ maturo, digeſtoque conſilio recenſere intendeba-
„ mns, & diverſis ardnis præpediti negotiis primodi-
„ ctas literas revocaveramus, illas, & alias præfa-
„ torum Prædeceſſorum quaſcunque eatenus eorun-
„ dem Ordinum Fratribus conceſſas, & per Nos con-
„ firmatas, ſen approbatas literas, & proceſſus inde
„ habitos per eaſdem, & quæcunque inde ſecuta, il-
„ larnm tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti fo-
„ rent ipſis poſterioribus literis, pro expreſſis haben-
„ do, volnimns, & decrevimus in earum robore
„ permanere, ac ſi ultimo dictæ revocatoriæ literæ
„ a Nobis nullatenus emanaſſent. Quas cum omnibus,
„ & ſingulis inde ſecutis, motu, & ſcientia, ſimili-
„ bus, revocavimns, caſſavimus, & annullavimus,
„ ac nullius eſſe volnimus roboris, vel momenti,
„ prout in ſingulis literis prædictis, quarum tenores
„ de verbo ad verbum præſentibus baberi volumus
„ pro inſertis, plenius continetur. Cum autem, ſicut
„ gravibus plnrimorum querelis fide digna relatione
„ percepimus, ex eo quod nonnulli ex Venerabili-
„ bus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac
„ ex dilectis filiis Rectoribus, & Clericis Parochia-
„ lium Eccleſiarum, necnon Prædicatorum, Mino-
„ rum, Eremitarum, Carmelitarnm, ceterorumqne
„ Mendicantium Ordinum Fratribus, prætendentes
„ per præfatas, ac alias, a Nobis babitas, literas,
„ Conſtitutionibus, conſuetudinibus, privilegiis,
„ & indultis ſuper ſolvendis, ant non ſolvendis Pa-
„ rocbialibus, & aliis juribus, editis, fuiſſe deroga-
„ tum, indulta, conceſſiones, & pacta inter eos ini-
„ ta, & conſuetudines diutins habitas ſervare recu-
„ ſant, non modo antiquam, & periculoſam inter eos
„ ab olim ſuſcitatam, & alias ſopitam, diſcordiam
„ rennvari, quinimmo graviora poſſent jurgia, diſ-
„ ſenſiones, & ſcandala veriſimiliter exoriri, Nos,
„ qui illius in terris vicem gerimus, qui pacem, &
„ concordiam nutrit in ſublimibus, ac pacem ipſam
„ jure hæreditario ſuis reliquit diſcipulis in diſceſſu,
„ motn proprio, auctoritate Apoſtolica, ex certa
„ ſcientia, prædictas, ac quaſcunque alias per Nns tam
„ Arcbiepiſcopis, Epiſcopis, Rectoribus, & Cleri-
„ cis, quam Fratribns prædictis, etiam motu, &
„ ſcientia ſimilibus, ac ſub qnibuſvis formis, & ex-
„ preſſionibus verborum ſuper ſolvendis, vel non
„ ſolvendis, juribus prædictis, ſeu per quas aliquid
„ ſuper ſolutione jnrium prædictorum innovaretur,
„ ſeu innovari quomodolibet poſſet, per Nos bacte-
„ nus in ſpecie, ſeu in genere conceſſas literas, illa-
„ rum tenores de verbo ad verbnm præſentibus pro
„ inſertis babentes, revocamus, caſſamus, annulla-
„ mus, ac illis in judicio, & extra, ubicunque exbi-
„ bitæ fuerint, vel oſtenſæ, nullam fidem adhiberi
„ debere decernimus, necnon Arcbiepiſcopos, Epiſ-
„ copos, Rectores, & Clericos, ac Fratres prædi-
„ ctos, & illornm quoslibet quoad ſolutionem facien-
„ dam, vel non faciendam antedictam, in eo ſtatu,
„ in quo antequam a Nobis prædictæ literæ emana-
„ rent, fuerant, in integrum reſtituimns, & repo-
„ nimus; Mandantes, juxta formam, & tenorem
„ præſentium in judicio, & extra ubicunque per quos-
„ libet cenſeri, & judicari, ipſaſque præſentes in Li-
„ bro Cancellariæ noſtræ deſcribi, & ad cujuslibet
„ illas petentis inſtantiam per dictam Cancellariam in
„ forma de Curia gratis abſqne taxatione aliqua expe-
„ diri. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutioni-
„ bus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque.

VI. Huc ſpectant *Pauli II Conſt.XIX* = Iis quæ = *Tom.III pag.*453, & Clementis VII Conſt.CXVII = Dum uberes = *Tom.VII pag.*127.

VII. „ Quartam autem, inquit *Sanctus Pius V Conſt.XXXIX* = Etſi mendicantium = *Tom.V pag.*160
„ funeralinm, de qua Seſſione XXV cap.XIII nequa-
„ quam ſolvere teneantur Monaſteria, quæ a qua-
„ draginta annis citra fundata exiſtunt, poſtquam
„ Concilium ipſum loquitur tantum de Monaſteriis
„ ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quar-
„ tam ſolvere conſueverunt, & ubi ſolvi conſuevit,
„ id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliqnibus parti-
„ bus deferri contigerit, tempore quo Defunctorum
„ corpora ad Sepnlturam deferuntur, non autem de
„ Miſſis, ſeu legatis, vel aliis, Fratribus ipſis, ſeu
„ Monialibus hujuſmodi relictis, aut alias quomodo-
„ libet donatis, ſolvi debet, ſicque intelligi Concilii
„ decretnm quoad quartam hujuſmodi ſolvendam de-
„ bere decernimus. Ubi vero non eſt conſuetudo,
„ ſolvendi Quartam hujuſmodi de nullo ſupraſcripto-
„ rum ſolvi debere, declaramus. Nec ad Quartam,
„ ſeu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro
„ ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cor-
„ tinarum, pannornm, & aliorum, quæ dictis Ec-
„ cleſiis relinqni, vel dari contigerit, etiamſi pro
„ victu Fratrum, aut alias relinquatur, aliquid con-
„ tribnere teneantur. Ac etiam jus Sepulturæ ſolvi
„ tantum conſuetum Curatis, & non aliquid aliud,
„ eis ſolvi debeat, quamvis partes ad earum libitum
„ Eccleſiis Ordinis bujuſmodi, ſeu eornm Fratribus,
„ alia quæcunque tribnant, ſeu eleemoſynas elar-
„ giantur quando ſepeliuntnr ibidem corpora mor-
„ tuorum bujuſmodi, nec propterea impediri debeant,
„ quin poſſint Defunctorum corpora præfata ad eo-
„ rum Eccleſias tumulanda deferri facere.

„ Quartam autem, inquit *S. Pius V Conſt.CXXIII* = Ad hoc Nos Deus = *Tom.V pag.*291, funeralium
„ quoad domos, ſive Conventus, & Monaſteria
„ ipſius Ordinis (Prædicatorum) tempore dicti
„ Concilii Tridentini ante qnadraginta annos funda-
„ ta, & erecta, & ratione illorum ubi conſuetudo il-
„ lam ſolvendi tantum extitit, ac de ceris, & aliis,
„ quæ deferuntur juxta cadaver, dum ad Sepulturam
„ defertur, non antem de aliis quibuſvis, eiſdem
„ Fratribus, ſeu Monialibus, aut eorum domibus,
„ Conventibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & locis,
„ etiam pro funeris, ſive Anniverſarii, aut Miſſa-
„ rum celebratione, donatis, legatis, ſive alias qno-
„ modolibet largitis, & ubi duæ Quartæ forſan ſolvi
„ conſueverint, una ſcilicet Parocbiali Eccleſiæ,
„ alia vero Epiſcopo, ſive Catbedrali, ant Colle-
„ giatæ Eccleſiæ, ſive Canonicis, & Capitulo ejuſ-
„ dem, una tantum, ſcilicet Epiſcopo, nbi vero
„ conſuetndo illam ſolvendi non fuit, ſive Domus,
„ Conventus, & Monaſteria dictorum Fratrum, &
„ Monia-

„ Monialium poſt quadraginta annos erecta, ſive fundata fuerint, nequaquam, nec ullo modo ſolvere, „ ſeu tradere, omnem aliam præmiſſis contrariam „ conſuetudinem, ſive morem, harum ſerie caſſantes, & extinguentes, ac omnibus, & ſingulis, „ quorum intereſt, deſuper perpetuum ſilentium „ imponentes.

VIII. De quarta funeraria Decretum S. Concilii Tridentini ſervandum jubet S. Congregatio *Tom.VII pag.*204: ibid. *pag.*242: ibid. *pag.*306: ibid. *pag.*334: ibid. *pag.*346.

De eodem privilegio vide varia Decreta *Tom.VII pag.*278, 279, 280, 367, & *pag.*501. Huc etiam ſpectat Alexandri IV Conſtit.CCCX ═ De pia ═ *Tom.VII pag.*38.

IX. In gratiam tandem Parochorum Benedictus XIII Conſt.XXIV ═ Romanus ═ *Tom.VI pag.*559 decernit, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcunque Regularium de cetero tumulabuntur, quarta funeralis perſolvatur. Conſulenda ejuſdem Benedicti Conſt.LXXIX ═ Pretioſus ═ *Tom.VI pag.*627 §.67, & *pag.*628 §.71.

X. Notandum Primo, quod cum Sepulturæ uſus, & officium funeris, res cenſeantur ſpirituales, quæ ſine Simonia pretio acquiri nullatenus poſſunt, nihil pro ipſis tanquam pretium dari poteſt. Cap. ═ *Abolenda* ═ de Sepultura. Eleemoſinæ tamen, ſeu ſtipis, nomine, aliquid eade re dari poteſt, ut qui Altari ſerviunt de Altare vivant: Cap. ═ *Ad Apoſtolicam* ═ de Simonia.

XI. Notandum Secundo, quod licet ex variis Apoſtolicis Conſtitutionibus ſupra relatis, & ex aliis, de quibus *Paſſerinus* T.II de Statibus Quæſt.CLXXXVII Art.IV Inſpect.V Cap.III a Num.637 ad 662, Regulares exempti ſint a quarta funeraria ſolvenda, in locis tamen in quibus viget Conſtitutio Benedicti XIII ═ Romanus ═ ſervanda eſt, in aliis autem ſtandum Decreto S. Concilii Tridentini Seſs.XXI Cap.13 de Reformatione, cujus hæc verba: „ Decernit S.Synodus, ut „ quibuſcunque in locis jam ante annos quadraginta, „ (computandos a die prima Maii 1524 ad 1 Maii 1564, quo Concilium omnes obligare incepit, uti decrevit Pius IV in Conſtitutione ═ Sicut ad Sacrorum ═ data XV Kal. Auguſti MDLXIV. Vide *Paſſerinum* loco laudato Num.668) „ Quarta, quæ funeralium „ dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita „ eſſet perſolvi, ac poſtea fuerit ex quocunque privi„ legio aliis Monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſ„ cunque Locis Piis conceſſa, eadem poſthac integro „ jure & eadem portione, quæ antea ſolebat, Cathe„ drali, ſeu Parochiali Eccleſiæ perſolvatur; Non „ obſtantibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis, „ etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſ„ cunque.

XII. Quæ Concilii verba quomodo ſint intelligenda declarat *S. Pius V* in Conſtitutionibus ═ Etſi Mendicantium ═ & ═ Ad hoc nos Deus ═ ſupra laudatis *Tom.VII*. Adeas *Paſſerinum* ibid. a Num.663 ad 691: ubi docet quod Concilium non loquitur de *Portione Epiſcopali*, cum Regulares ab ea ſint immunes jure communi, quo ſunt exempti juriſdictione Epiſcoporum. Nec etiam loquitur Concilium de Quarta Parochiali, quæ dicitur *Legatorum*, quia, niſi obſtet legitima conſuetudo, ab iſta Quarta Legatorum ſolvenda Regulares immunes ſunt, vi privilegiorum, quæ nec abrogata, nec moderata fuerunt a Concilio. Sed loquitur de Quarta Funeralium duntaxat, de qua tria decernit: Primo, quod illam ſolvere teneantur Eccleſiæ, & Monaſteria quæ XL annis ante Concilium ſolita erant eandem ſolvere, nullo in contrarium obſtante privilegio. II. Quod illam ſolvere non teneantur Eccleſiæ, & Monaſteria, quæ per XL annos ante Concilium ad illam ſolvendam non tenebantur. III. Quod Monaſteria de novo ædificata intra XL annos ante Concilium, & quocunque tempore poſt Concilium, ad eandem ſolvendam non teneantur. Quæ *Paſſerini* doctrina firmari poteſt verbis Concilii, declarationibus S. Pii V, Decretis S. Congregationis ſupra laudatis, aliiſque quorum ibidem meminit idem Auctor.

XIII. Notandum Tertio, quod S. Pius V in Conſtitutione ═ Etſi Mendicantium ═ de qua ſupra, declarat, quænam ſint ex quibus Quarta Funeralium ſit ſolvenda.

XIV. Nec objici poteſt quod illa S. Pii V Conſtitutio reſciſſa fuerit a Gregorio XIII Conſtitutione ═ In tanta ═ Gregorius enim non abrogavit abſolute, ſed ad terminos juris communis, ſeu antiquioris, reduxit illam, hinc Auctores apud *Paſſerinum* ibid. Num.677, & 678 &c. docent, quod illa Conſtitutio S. Pii non eſt revocata, prout eſt declaratio Concilii, quia Conſtitutio reducta ad terminos juris antiqui viget in iis quæ conſonant antiquo juri: quæ autem ſe habent per modum declarationis non ſunt nova, ſed legi antiquæ quæ declaratur inerant, & inſunt: & inde eſt quod declaratio retrotrahitur ad tempus legis declaratæ. „ Itaque, inquit *Paſſerinus*, Conſtitutiones iſtæ Pii V, „ quatenus ſunt declarationes Concilii Tridentini, „ vel juris communis, non ſunt niſi jus ipſum com„ mune, & Decreta Concilii Tridentini: quibus ne„ dum non derogat Gregorius XIII, ſed illa confir„ mat, cum ad eorum terminos dictas Conſtitutiones „ reducit „. Idem firmari poteſt ex *Fagnano* Cap. ═ Quoniam ═ Num.15 de Conſtit. quia nempe declaratio legis eſſentialiter non differt a lege declarata. *L. Hominis V. Verbum ff. de verbor. ſignificatione*. Hinc ibid. Num.2 loquens *Fagnanus* de declarationibus Concilii editis a S. Concilii Congregatione, docet, quod eſſentialiter non ſunt niſi Decreta Concilii, male quidem ab aliquibus intellecta, ſed explicatione dilucidata, quæ eandem vim obligandi habent, ac ipſa Decreta declarata.

XV. Notandum Quarto, quod Honorius III Conſtitut.XXXIX ═ Ex parte ═ *Tom.VII pag.*5, cavet, ne quis morientes compellat ad relinquendam Eccleſiis Tertiam, vel Quartam partem bonorum.

XVI. Notandum Quinto, quod Urbanus VIII Conſt.CXLVII, data 11 Martii 1638 ═ Cum ſicut ═ *Tom.VII pag.*297, inhibet, ne Parochi plus percipiant ex ſepulturis quæ fiunt in Eccleſiis Fratrum, quam ex iis, quæ fiunt in Eccleſiis propriis, vel aliorum Clericorum. Idem ſancitum a S. Congregatione Epiſcop. & Regular. 27 Octobr. 1603: 16 Auguſti 1641: in Materanen. 25 Martii 1642: a S. Congregat. Rituum 21 Novembris 1627: Alia Decreta laudat Clemens XI Conſt.LXIV, data 3 Junii 1716 ═ Nuper ═ *Tom.VI pag.*506, illaque firmat. Hujus tenoris eſt: „ Clemens PP. XI. Ad Futuram Rei Memoriam. „ Nuper pro parte dilecti filii Bernardini Solorzani „ Procuratoris Generalis Provinciæ S. Johannis Ba„ ptiſtæ Ordinis Prædicatorum Regni Peruani in In„ diis Occidentalibus, Congregationi Ven. Fratrum „ noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & con„ ſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præ„ poſitæ, expoſito, quod alias prædicta Congregatio „ Die VII Decembris MDCXXXX, inſtante tunc „ exiſtente Commiſſario Curiæ Fratrum Ordinis Mi-

norum S. Franciſci de Obſervantia nuncupat., declaraverat, Parochos, & Presbyteros Terræ de Lauretano, ac alios Diœceſis Brunduſin. accipere non poſſe majorem Eleemoſynam pro Defunctis, qui in Eccleſiis dictorum Fratrum ſepeliebantur, quam accipiebant pro iis, qui in Eccleſiis dictorum Parochorum, & Presbyterorum ſecularium; ſimiliter die XXXI Augusti anni MDCLVIII, inſtantibus Fratribus Provinciæ Dalmatiæ ejuſdem Ordinis, decreverat, Functiones Generales ſuper Cadaveribus Defunctorum, quæ ibidem ſepeliebantur in Eccleſiis Regularium, poſtquam ipſa Cadavera ad Eccleſias ipſorum Regularium perveniſſent, ad eoſdem Regulares, non autem ad Parochos pertinere; eodemque modo die XVI Decembria MDCLXI pariter declaraverat ſuper controverſiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentinæ, & Monachos Monaſterii S. Sixti Congregationis Caſſinen. Ordinis S. Benedicti occaſione funerum exortæ fuerant, prout ſtatuerat, & decraverat die XVII Decembris MDCLXXI ad inſtantiam tunc exiſtentis Procuratoris Generalis eorundem Fratrum S. Franciſci, Parochis qui aſſociabant Cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regularium pariter ſepeliebantur, non licere ea occaſione ingredi Eccleſias Regularium, ſed a januis ipſarum Eccleſiarum dimittere debere Cadavera hujuſmodi, & ſolum poſſe benedicera, & dare ultimum vala; Officiaque, & alia omnia, quæ in ſimilibus fieri ſolebant, a Regularibus, non autem a Parochis fieri debere; his vero non obſtantibus, cum Parochi in partibus Hiſpaniarum, & Indiarum aliter in Eccleſiis Presbyterorum, ſeu Clericorum Regularium Societatis Jeſu in grava eorum præjudicium prætenderent, tunc paritar exiſtens Procurator Generalis earundem Hiſpaniarum, & Indiarum ejuſdem Societatis memoratæ Congregationi tunc exiſtentium ejuſdem S.R.E. Cardinalium dia VI Maii MDCLXXII ſupplicaverat, ut ad removenda omnia, & quæcunque ſcandala benigne declararet, ſupradicta omnia Decreta, & Declarationes ad unguem in Eccleſiis ſuarum Domorum, & Collegiorum ſervanda fore, ac ſi ad ipſius Societatis inſtantiam emanaſſent; dicta vero Congregatio Cardinalium indulſerat, decernendo, dandas eſſe prædictas declarationes alias editas, eaſque in dictis Eccleſiis Societatis omnino ſervandas eſſe, ejuſque Decretum poſtmodum per felicis recordationis Clementem PP. X Prædeceſſorem noſtrum, per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis expeditas literas confirmatum, ac pro earundem literarum, ac pro Decreti hujuſmodi executione monitorium a tunc etiam exiſtente cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditore expeditum fuerat: & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod dilecti filii Parochi ejuſdem Regni Peruani in prædictis Indiis prætenſiones dictis Decretis, & Reſolutionibus contrarias, & oppoſitas habebant in Eccleſiis Domorum, & Conventuum dictæ Provinciæ S. Johannis Baptiſtæ, & ſignanter Oppidi de Potoſi, & Civitatis de Chuquiſache reſpective nuncupat., nempe exigendi majorem Eleemoſynam pro Defunctis, qui in Eccleſiis Parochorum, & Presbyterorum ſecularium ibidem ſepeliebantur, ac rurſus peragendi ſuper ipſos functiones generales ſuper defunctorum cadaveribus, quæ in eorundem Fratrum Eccleſiis tumulabantur, poſtquam ipſa cadavera ad eorum Eccleſias pervenerant, & tandem ingrediendi ſuas Eccleſias occaſione dictorum funerum, & aliorum ſimilium; Ideoque ad removenda ſcandala, aſſiduaſque diſcordias, quæ in dias oriebantur, pro parte ejuſdem Bernardini Procuratoris Generalis eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut ſuper præmiſſis in omnibus, & ſingulis Eccleſiis ſupradictæ Provinciæ eodem modo, quo ad favorem eorundem Presbyterorum, ſeu Clericorum Societatis præfatæ in Partibus Hiſpaniarum, & Indiarum proviſum fuerat, ut præfertur, provideret, Decretaque ad eorum, & aliorum favorem edita, ad dictas Eccleſias memoratæ Provinciæ Sancti Johannis Baptiſtæ, & ſignanter Oppidi de Potoſi, & Civitatis de Chuquiſache, Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi, in poſterum eadem forma exacte, ac ſi ad eorundem Fratrum Prædicatorum Provinciæ, Oppidi, ac Civitatis prædictorum favorem emanaſſent, extendi, & obſervari, & executioni demandari præciperet; Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentis narratis, ac referente Eminentiſſimo Sanctæ Priſcæ, cenſuit, & decrevit, danda eſſe decreta alias edita, & ſignanter illud emanatum ſub die VI Maii MDCLXXII ad inſtantiam Patris Alonſi de Alarcos Procuratoris Generalia Hiſpaniarum, & Indiarum Societatia Jeſu, videlicet: Sacra &c. Oratoris precibus benigne indulgens, cenſuit dandas eſſe petitas declarationes ſæpe alias editas, eaſque etiam in prænarratis Eccleſiis Societatis eſſe obſervandas, nimirum: Parochis in aſſociationa, ſive occaſione aſſociationis Cadavarum non licere ingredi Eccleſias Regularium, ſed teneri dimittere eadem Cadavera ad januam Eccleſiarum, ibique ſolum poſſe benedicere, & dare ultimum vale: Officia varo, & alia munia, quæ in hujuſmodi miniſteriis adhiberi ſolent ab ipſis Regularibus peragi debere, non autem a Parochis: Epiſcopos, ſeu Ordinarios locorum permittere non debere, ut Parochi, aliique de Clero ſeculari majorem eleemoſynam ſibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium ſepulturam ſibi elegerint, quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri ſecularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent: Functiones Funeralium ſuper Cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regularium contingit ſepeliri, poſtquam ad eaſdem Eccleſias pervenerint, ad ipſos Regulares, non ad Parochos pertinere. Contrariis quibuſcunque circa ſupraſcripta omnia minime obſtantibus. Romæ XXIV Aprilis MDCCXVI. F. Cardinalis de Abdua. V. Archiepiſcopus Damaſcenus. Loco ✱ Sigilli. Cum autem, ſicut dictus Bernardinus Procurator Generalis Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſius Bernardini Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homina, quavis occaſiona, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate

,, Apo-

Digitized by Google

,, Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & con-
,, firmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmita-
,, tis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſ-
,, ſis auctoritate prædictæ Congregationis Cardina-
,, lium. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas,
,, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque
,, plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtine-
,, re; & illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpe-
,, ctabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective in-
,, violabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per
,, quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam
,, cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, &
,, definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſu-
,, per his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter,
,, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtanti-
,, bus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,
,, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ
,, apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die
,, Tertia Junii MDCCXVI, Pontificatus noſtri Anno
,, Decimo Sexto.

,, Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

,, F. Cardinalis Oliverius.

Idem ex Conſtitutione Pauli V == Expoſitum Nobis == data 25 Junii 1608, quam Urbanus VIII confirmavit Conſtitutione == Cum ſicut == data XII Kalendas Aprilis MDCXXIV, probat *Paſſerinus* Tom.II de Statibus Quæſt.CLXXXVII Art.IV Inſpectione III Capite III Obſervatione V Num.167, & addit: ,, Favent vero omnes iſtæ Conſtitutiones
,, omnibus Regularibus, quia Pontifices iſti bune mo-
,, rem accipiendi majorem eleemoſynam, occaſione
,, ſepulturæ habendæ in Eccleſiis Regularium, vocant
,, abuſum; & tanquam abuſum prohibent. Unde eſt
,, quod illud non ſolum eſt malum prohibitum, ſed
,, ex eo eſt prohibitum, quia ſecundum ſe, & ideo
,, univerſaliter eſt malum.

XVII. *Bordonus* autem Tom.II Reſol.LI Num.139 cenſet quod Parochus, ſic ſe gerens, Simoniacus ſit. Idque probat ex Capite == Non ſatis == 8. Cap. == Cum in Eccleſiæ == 9. Cap. == Audivimus == 41. de Simonia: aliiſque Sacris Canonibus. Et ſane ſi illud quod ultra conſuetam eleemoſynam exigunt illi Parochi, percipiatur ut pretium Sepulturæ in aliena Eccleſia permiſſæ, nullus dubito quin illi Parochi Simonia fœdentur. Si autem illud alio quocunque titulo exigant, injuſtitia ſaltem eſt. De Conſtitutionibus Pauli V, & Urbani VIII, mox laudatis, meminit Clemens IX Conſt.XLIII, data 10 Septembris 1669 == Exponi Nobis == Tom.VI pag.253.

XVIII. Notandum Sexto, quod licet levare corpus defuncti de propria domo, illique benedicere, ſit proprium munus Parochi, & de jure communi Regulares corpus defuncti deferre nequeant, niſi Parochus illud, ſolito ritu, levaverit, uti probant Auctores apud *Paſſerinum* ibid. Num.161: id tamen ,, limitatur, inquit *Paſſerinus* ibid. Num.164: ,, ut, ſi
,, Parochus requiſitus nolit convenire, tunc poſſint
,, Regulares Cadaver levare, & illud ad ſuas Eccle-
,, ſias deferre. Sic habet expreſſe declaratio S. Con-
,, gregationis (Epiſcop. & Regul. 22 Januarii 1604)
,, Et tanquam deciſum a Rituum Congregatione in
,, Capuana 22 Decembris 1629,,: tenent auctores quos ibi laudat, addens alia Decreta S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in una Brixien. 8 Junii 1591: & in Nicotoren. 5 Junii 1615. ,, Limitatur
,, Secundo, inquit, ut ubi viget conſuetudo quod
,, Regulares, Parocho non requiſito, intrent cum
,, Cruce fines Parochiæ, & corpora defunctorum de-
,, ferant ad ſuas Eccleſias, & eos ſepeliri faciant, illa
,, ſit ſervanda: ſic enim expreſſe voluit Leo X (*in*
,, *Concilio Lateranen. ſeu in Conſtitutione == Dum intra*
,, *mentis ==*) Et S. Congregatio Regularium (12 *Ja-*
,, *nuarii* 1604) improbat conſuetudinem, quæ neque
,, erat antiquitate vallata, neque viridi obſervantia
,, nitebatur, neque pacifica, & non interrupta, poſ-
,, ſeſſione firmatam eſſe, conſtabat. Ceterum eadem
,, S. Congregatio ibi in fine decrevit, firmata eſſe
,, debere, & in ſuo robore permanere, circa jura ad
,, Sepulturam ſpectantia, quæ ex particulari conſue-
,, tudine, aut alio jure, obſervantur. Unde in his ſtan-
,, dum conſuetudini locorum legitime præſcriptæ, &
,, poſſeſſione pacifica vallatæ: nam in materia fune-
,, rum ſtatur ſemper conſuetudini ,,. Id probat. ,, Li-
,, mitatur tertio, inquit Num.173, ubi Parochus ipſe
,, conceſſerit, ut ſine ejus præſentia defunctus aliquis
,, ſepeliatur ,,. *Leo X, & S. Congregatio locis mox laudatis*. Hinc concludit Num.175, quod ,, ubi Re-
,, gulares ſint in poſſeſſione ſepeliendi mortuos, irre-
,, quiſito Parocho, ſunt in ea manutendi ,,. De Interventu Parochi, aliiſque ad hanc materiam ſpectantibus varia Decreta, & Apoſtolicas Conſtitutiones habes *Tom.V pag.*151: ibidem pag.596: *Tom.VI pag.*195: 253: 506: 628 §. 72, & 73: ac pag.671. Dubio II *Tom.VII pag.*184: 248: 273: 278: 279: 280: 333: 341: 346: 347: & 392: quæ, data occaſione, conſulere poteris. S. Pius V Conſt.XXXV == Ea quæ == *Tom.V pag.*151 firmat conſuetudinem Majoricenſium Fratrum, mortuos, ſine interventu Parochi, ſepeliendi. Eandem ratam habuit, ac firmavit *Innocentius X* Conſt.V, data 22 Februarii 1645 == Ex injuncto == *Tom.VI pag.*148. Idem S. Pius V Conſt.CXXXVII == Romanus == *Tom.VII pag.*184, varia præſcribit circa corpora defunctorum in Principatu Cataloniæ ſepelienda a Fratribus Mendicantibus, & in primis quod ea ſepelire poſſint, etiam irrequiſitis Eccleſiarum Rectoribus, & Capitulis.

QUÆSTIO III.

Quid de Cruce deferenda ſancitum ſit?

SUMMARIUM.

I. A Bonifatio VIII:
II. A Bonifatio IX:
III. A Leone X:
IV. A S. Pio V:
V. A Benedicto XIII.
VI. Cujus Eccleſiæ Crux deferenda ſit?

I. Quid de Cruce deferenda ſancitum ſit, ex ſequentibus colligere licet. ,, Quando vero, inquit *Bonifatius VIII Conſt.XXXIX* == Inter dilectos == *Tom.II pag.*70: ,, Defunctorum corpo-
,, ra portanda erunt ad Sepulturam, quam defunctus,
,, vel defuncta elegerit, in Eccleſiis, ſeu Cœmeteriis
,, Fratrum ipſorum, vel locis, Fratres portandi ipſa
,, proceſſionaliter cum Cruce, cantando, vel legendo
,, officium mortuorum, vel pſalmos, cum turribu-
,, lo, incenſo, & aqua benedicta, liberam habeant
,, facultatem, abſque Clericorum Parochialium re-
,, quiſitione, vel invitatione, defuncti corpore non
,, portato ad Parrochialem Eccleſiam, nec aliquo of-
,, ficio dicto in ea; liceat tamen Parochialibus Pres-
,, byteris, & Clericis in ea proceſſione, in qua cor-
,, pora portabuntur per Fratres, Crucem Eccleſiarum
,, ſuarum juxta Crucem Fratrum, ante, vel poſt
,, eam portare.

II. *Boni-*

II. *Bonifatius IX Conſt.CCXII* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.439* Fratribus Ordinis Prædicatorum concedit quod poſſint ,, ad domos quorumcunque decedentium pro tempore, qui, apud eorundem Fratrum Eccleſias, Sepulturas eligere voluerint, vel habere debuerint, cum Cruce, turribulo, luminaribus, aqua benedicta, & aliis cæremoniis conſuetis, etiam per aliorum Parochias, perſonaliter accedere, & funera decedentium hujuſmodi, qui pro tempore vitæ ſuæ libere elegerint, vel alias habere debuerint ſepulturas, ut præfertur, ad eorum Eccleſias portare, & inibi facere ſepeliri.

III. ,, Parochias autem, inquit *Leo X Conſt.L* = Dum intra = *Tom.IV pag.338* : ,, cum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorundem ſuam elegerint ſepulturam, intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac non recuſante Parochiano Presbytero, & tunc ſine ejus, ac Ordinarii præjudicio, niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſervantia, & cum pacifica poſſeſſione, ſuffragetur.

IV ,, Nec non, inquit *S. Pius V Conſt.CXXIII* = Ad hoc Nos Deus = *Tom.V pag.291* : ,, Fratres ipſi (Prædicatorum) quæcunque corpora defunctorum, qui ſe in eorum Eccleſiis ſepeliri ordinaverint, vel ſi a defunctorum hæredibus, ſive curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipſorum Fratrum Cruce elevata, etiam ſine dictorum Canonicorum, ac Capitularium perſonarum, necnon Curatorum, vel aliorum Presbyterorum interventu, ex ipſorum defunctorum domibus levare, eaque accipere, & aſſociare, ac ad ipſorum Fratrum Eccleſias directe deferri, & in eorum Eccleſiis, non tamen tempore interdicti, ſepeliri facere, ſalvo duntaxat jure parochiali. Nec Fratres ipſi ad alterius cujuſvis contrariæ conſuetudinis, uſus, ſive moris obſervationem teneri, vel ſuper præmiſſis a quoquam, quavis auctoritate, moleſtari, ſeu perturbari poſſint, vel debeant.

V. Huc ſpectat Benedicti XIII Conſtitut.LXXIX = Pretioſus = *Tom.VI pag.628* §. 73. Circa ſepeliendos a Confraternitatibus vide *Tom.VII pag.364*.

VI. Notandum ex *Paſſerino* de Statibus Tom.II Quæſt.CLXXXVII Art.IV Inſpect.III Cap.III Obſervatione Sexta Num.186, quod, de jure ſcripto, una tantum Crux, illius ſcilicet Eccleſiæ, in qua cadaver ſepeliendum eſt, deferri debet. Ita ſancitum a S. Rituum Congregatione in Baren. Terræ Medugni 2 Augusti 1631: in Meſanen. 12 Februarii 1633: & in Camerinen. 21 Novembri 1637: & a S. Congregatione Epiſcop., & Regular. anno 1640: & 28 Decembris 1642. Quod tamen, inquit ibidem Num.187: ,, limitatur primo in caſu, in quo Capitulum Cathedralis Eccleſiæ conveniat ad funus, tunc enim ſub Cruce Capituli proceſſio duci debet ,,. Id probat ex variis Decretis S. Congregationis Rituum. ,, Limitatur ſecundo, inquit Num.188, ut ubi ſit conſuetudo quod Parochus, vel etiam Regulares omnes in funeribus ſuas erigant Cruces, conſuetudo ſit ſervanda, & admittenda ,,. Id firmat ex Decreto S. Congregationis Rituum.

Die 22 Februarii 1733, cum S. M. Benedicti XIII cadaver e Baſilica Vaticana ad Minervitani Conventus Eccleſiam Ordinis Fratrum Prædicatorum ſolemni pompa translatum fuit, licet non ſolum omnium Ordinum Conventus, ſed etiam Patriarchalium, & Collegiatarum Eccleſiarum adeſſent veneranda, inſigniaque Capitula, ſolius tamen Eccleſiæ S. Mariæ ſupra Minervam Crux erecta funus præcedebat. Ut & ego vidi, ac ceteri, qui ſuperſunt innumeri, teſtari poſſunt.

Decimo etiam Kalendas Februarii 1735, cum Sereniſſimæ Reginæ Magnæ Britanniæ Mariæ Clementinæ, ſanctitatis fama ubique terrarum celeberrimæ, cadaver e templo Duodecim Apoſtolorum ad Baſilicam Vaticanam, ſolemni pompa, delatum fuit, funus ducebat ſola Crux Baſilicæ Vaticanæ, nec alia fuit erecta.

TITULUS

Digitized by Google

T I T U L U S X.

De Decimis.

Titulus iſte de Decimis in Quatuor Quæſtiones diſtribuitur.

PRima: utrum Novalia Prædicatorum familiæ Decimis eximantur?

II. Poteſtne aliquis ex hortis, virgultis, & id genus ceteris Prædicatorum familiæ, decimas percipere?

III. Licetne alicui novas, & indebitas exactiones, Fratribus Ordinis Prædicatorum imponere?

IV. Ordinis Prædicatorum Fratres, & Moniales exemptine fuerunt ceteris Decimis ſolvendis?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Novalia Prædicatorum Familiæ Decimis eximantur.

S U M M A R I U M.

I. EXempta decernit Honorius III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Id etiam jure communi conceſſum.

IV. Quid ſit Novale?

V. Num ſemper tale cenſeatur?

I. ORdinis Fratrum Prædicatorum Novalia Decimis eximuntur ab Honorio III Conſtitutione I, qua prædictum Ordinem confirmavit = Religioſam = Tom.I pag. 2, ubi ſic loquitur: „ Sane „ Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, vel „ ſumptibus, colitis, ſive de veſtrorum animalium „ nutrimentis, nullus a vobis Decimas exigere, vel „ extorquere præſumat „. Idem habet Honorius III Conſt.VII = Religioſam vitam = Tom.I pag.6.

II. Verbis paululum immutatis, idem legitur in Innocentii IV Conſt. LI = Sacroſancta = Tom. I pag.134: in Alexandri IV Conſt.CCXCVIII = Religioſam = Tom. I pag.408: & in id genus ceteris Conſtitutionibus, quas, brevitatis ergo, miſſas facio; nec enim circa exemptionem, ſeu immunitatem iſtam aliqua difficultas eſt.

III. Notandum ſiquidem Primo, quod omnes Religioſi, jure communi, ſunt immunes Decimis Novalium quæ propriis manibus, aut ſumptibus colunt: ut habetur ex Capite = Ex parte tua ad Nos = 10 de Decimis, primitiis, & oblationibus. Ita paſſim Doctores ad illud Caput.

IV. Notandum Secundo, quod Novale eſt *ager nunc primum præciſus*, uti legitur Capite = Innovate = I. De verborum ſignificatione: ſeu, ut ibidem dicitur Capite = Quid per = 21: Novale eſt ager de novo ad cultum redactus, de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuerit: & qui prius modicum, vel nullum fructum afferebat.

V. Notandum Tertio ex Capite = Conſultationi veſtræ = 33 de Privilegiis &c. „ quod terra, de „ qua non extat memoria, quod aliquando culta fuiſ„ ſet, redacta per Religioſos viros noviter ad cultu„ ram, perpetuo debet, quoad immunitatem de non „ ſolvendis Decimis, Novalium jure, cenſeri „ (id eſt Novale ſemper eſt Novale) „ cum alias nonnun„ quam contingeret indulgentiam de Novalibus plus „ eis diſpendii, quam utilitatis, afferre „. Adeas *Paſſerinum Tom.III* Sexti Decretal. Art. XV. De Privilegiis Decimarum Num.328, 422, & 423.

Q U Æ S T I O II.

Poteſtne aliquis ex hortis, virgultis, & id genus ceteris Prædicatorum Familiæ, Decimas percipere?

S U M M A R I U M.

I. QUod nullus id poſſit, decernit Innocentius IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Idem de animalium nutrimentis conceſſum.

IV. Quid per hortos, virgulta, & animalium nutrimenta, intelligendum ſit?

I. QUod nullus ex Prædicatorum Familiæ hortis, & virgultis decimas percipere poſſit, decernit Innocentius IV Conſt.XLII = Qui Deum = Tom. I pag.131 dicens: „ Ut de hortis, & virgultis veſtris (Fratres Prædicatores alloquitur) „ nullus a vobis „ Decimas exigere, vel extorquere præſumat, au„ ctoritate præſentium, diſtrictius inhibemus.

II. Innocentius IV Succeſſores ſuos conſentientes habet, Alexandrum IV Conſt.CCCV = Qui Deum = Tom.VII pag.35: & Conſt.CCXCVII = Virtute conſpicuos = Tom. I pag.407: Clementem IV Conſtit.VIII = Virtute conſpicuos = Tom.I pag.452: Honorium IV Conſt. VI = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.9: Bonifatium VIII Conſt.XIII = Virtute conſpicuos = Tom. II pag.50: Johannem XXII Conſt.V = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.132: Clementem VI Conſt.XII = Virtute conſpicuos = Tom.II pag.231: Gregorium XI Conſt.XX = Virtute conſpicuos = Tom. II pag.278: Bonifatium IX Conſt. CCXXII = Virtute conſpicuos = Tom. II pag.448: Ceteroſque in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus.

III. Innocentius IV Conſt. LI = Sacroſancta = Tom.I pag.134 addit etiam animalium nutrimenta, dicens: „ Sane Novalium veſtrorum „ (Fratres Prædicatores alloquitur) „ quæ propriis ſumptibus co„ litis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive „ de hortis, & virgultis veſtris, ſeu de veſtrorum „ animalium nutrimentis, nullus a vobis Decimas „ exigere, vel extorquere, præſumat „. Idem legitur in Alexandri IV Conſt.CCXCVIII = Religioſam = Tom.I pag.408. Prioriſſæ vero, & Conventui Monialium Pruliani Monaſterii ſcribens Alexander IV Conſt.CCL = Pietatis = Tom. I pag.381, „ Pietatis, inquit, opera, cujus obſervantiæ vos „ pro Chriſti gloria dedicaſtis, adeo vobis Apoſtolicæ „ Sedis gratiam promerentur, ut ea, quæ cum Deo „ & honeſtate, poſſumus, vobis, favore benevolo, „ concedimus. Hinc eſt, quod Nos, veſtris ſuppli„ cationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium, „ indul-

Digitized by Google

„ indulgemus, ut de poſſeſſionibus quas propriis „ ſumptibus colitis, ſeu de molendinis veſtris, aut „ de veſtrorum animalium nutrimentis, non teneamini alicui decimas exhibere: diſtrictius inhibentes, „ ne quis de præmiſſis a vobis Decimas exigere, vel „ extorquere præſumat: Non obſtantibus aliquibus „ indulgentiis impetratis, vel etiam impetrandis, per „ quas effectus bujuſmodi gratiæ valeat impediri.

IV. Notandum ex *Paſſerino* Tom.III Sexti Decretalium Art.XV de Privilegiis Decimarum Numero 336, quod horti dicuntur loca in quibus vel arbores, vel olera ad veſcendum, vel etiam ad voluptatem, oriuntur, & plantantur. „ Videtur autem, inquit Num.337 „ quod lex per virgulta intelligat paucas ar„ bores fructiferas ad uſum Religioſorum plantatas „. Quid per animalium nutrimenta ſit intelligendum exponit his verbis Numero 3311 „ Nutrimenta vero ani„ malium ſunt ordeum, herba, fœnum &c...... ſed „ aliter alii explicant, ut idem ſit de nutrimentis ani„ malium quod de animalibus, quæ nutriunt..... vel „ quæ aliis dant nutrienda, & cuſtodienda ſuis ſumpti„ bus.... Sed utrumque eſt verum, quia ſcilicet nec „ de nutrimentis, nec de animalibus nutritis, Religioſi „ Decimas ſolvunt „. Id jure communi Religioſis competere notat ex prælaudato Capite = Ex parte =

QUÆSTIO III.

Licetnè alicui novas, & indebitas, exactiones Fratribus Ordinis Prædicatorum imponere?

SUMMARIUM.

I. NON licere, decernit Honorius III.

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos: Innocentium IV, Conſtitutione = *Dignum eſt* =

III. Eundem, Conſtitutione = *Nimis iniqua* = & Conſtitutione = *Ea quæ* =

IV. Alexandrum IV, Conſtitutionibus = *De pia* =

V. Eundem, Conſtitutione = *Nulla dubietas* =

VI. Conſtitutione = *Ex parte veſtra* =

VII. Conſtitutione = *Paupertati* =

VIII. Conſtitutione = *Pium eſt* =

IX. Conſtitutione = *Virtute conſpicuos* =

X. Conſtitutione = *Religioſam* =

XI. Et Conſtitutione = *Dignum* =

XII. Clementem IV, Conſtitutione = *Pium* =

XIII. Eundem, Conſtitutione = *Virtute conſpicuos* =

XIV. Id in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus a ceteris Summis Pontificibus conceſſum.

XV. Benedictus etiam XIII Cracovienſes Fratres ab Hibernali contributione liberos declaravit.

XVI. De *Pedagiis, taxis, impoſitionibus*, & *Gabellis*.

I. NOvas, & indebitas, exactiones Fratribus Prædicatoribus imponere, nemini licere, ſtatuit *Honorius III Conſt.I* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.3* dicens: „ Statuimus præterea, ut nulli liceat „ Eccleſiæ veſtræ novas, & indebitas exactiones im„ ponere.

Idem ſancit *Conſtit.VII* = Religioſam vitam = *Tom.I pag.6.*

II. De Angariis, & Pangariis, ac ceteris oneribus tum realibus, tum perſonalibus loquens *Innocentius IV Conſt.LXXXIII* = Dignum eſt = *Tom.I pag.147* hæc ſcribit univerſis Poteſtatibus Lombardiæ: „ Vo„ bis, & cuilibet veſtrum, auctoritate præmiſſa, di„ ſtrictius, ſub interminatione Anathematis prohibe„ mus, ne Fratribus antedictis de cetero injungatis „ aliquid de præmiſſis gravaminibus, quocunque „ quæſito colore: quod ex nunc decernimus irritum, „ & inane. Alioquin in præſumptores, ſeu quemli„ bet præſumptorem, excommunicationis ſententiam „ proferimus in his ſcriptis.

III. Moleſtias Fratribus Prædicatoribus exhibitas damnans *Innocentius IV* a Conſtitutione *C* ad *CXIV* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.153* queritur, quod nonnulli Eccleſiarum Prælati „ reſiduum cereorum, „ quando noviter apponuntur, exigunt ab eiſdem,. „ ... eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis „ Miſſis, quas in locis ſuis, & Altaribus celebrant, „ oblationes ad opus eorum recipiant, & reſervent. „ Quicquid etiam eiſdem, celebrantibus Miſſarum „ ſolemnia intra Domorum ſuarum ambitum, pia fi„ delium devotione donatur, ab ipſis extorquere, „ oblationis nomine, contendentes: quod eiſdem tam „ in ornamentis Altaris, quam in libris Eccleſiaſticis „ abſolute confertur, vendicant perperam juri ſuo „ ..... Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, „ necnon de habitaculis Fratrum, ſicut de Judæorum „ domibus, contendunt redditus extorquere, aſſe„ rendo, quod niſi Fratres morarentur ibidem, eis „ ab aliis habitantibus proventus aliqui ſolverentur: Ut autem ab his abſtineant, præcipit. Eaſdem moleſtias recenſet, ac damnat *Alexander IV Conſt.CLXIX.* = Nimis iniqua = *Tom.I pag.344.* Huc ſpectant ejuſdem *Innocentii IV* Conſtitutiones *CCXLII*, & *CCXLIII* = Ea quæ = *Tom.I pag.201*, & 202, quibus confirmat ſententias latas in Canonicos, & Rectorem *de S. Quintino*.

IV. Ne de bonis relictis Ordini Fratrum Prædicatorum aliquid detrahatur, cavet *Alexander IV Conſtitut.CXIV Tom.I pag.315*. Sic enim ſcribit Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque Prælatis *Arelaten.*, & *Aquen.* Provinciarum: „ De pia, & ſancta conver„ ſatione dilectorum filiorum Fratrum de Ordine „ Prædicatorum frequenter evenire, percepimus, „ quod, quando aliqui fideles, ſeculum relinquen„ tes, bona ſua piis locis, & pauperibus deputant, „ aliqua de bonis ipſis prædictis Fratribus pro ædifi„ ciis, libris, & veſtibus, ac aliis eorum neceſſitati„ bus, largiuntur. Nonnulli vero aliqua bona ad ſe „ ſpectantia Fratribus eiſdem pro ſimilibus rebus, Di„ vinæ retributionis intuitu, in ultima voluntate re„ linquunt, conantibus vobis aliquando mediam, „ quandoque tertiam, vel quartam partem de bonis „ ipſis, prætextu portionis canonicæ ab eiſdem Fra„ tribus extorquere, in grave ipſorum præjudicium, „ & ſcandalum fidelium prædictorum. Nos itaque „ miſericorditer attendentes, quod non ſolum inde„ cens, & indignum, immo eſt penitus ab omni hu„ manitate remotum, aliquid de præmiſſis ab eiſdem „ Fratribus exigi, qui, ſub extrema paupertate vi„ ventes, de Prælatorum, & Eccleſiarum eleemoſy„ nis deberent penitus ſuſtentari, univerſitatem ve„ ſtram per Dei miſericordiam obſecramus, ac in re„ miſſionem vobis injungimus peccatorum, & per „ Apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo, manda„ mus, quatenus circa perſonas dictorum Fratrum, „ affectum benevolum pro divina, & noſtra reveren„ tia dirigentes, nihil ab eis de bonis hujuſmodi ulte„ rius exigatis, ſed onera paupertatis eorum, de bo„ norum veſtrorum ſubſidiis potius relevetis, ita „ quod exinde apud Nos gratioſi favoris augmentum,

„ vobia

,, vobia proveniat, & nulla ſuper boc coactionis ne-
,, ceſſitas intercedat.

Ejuſdem tenoris ſunt *Conſtitutiones CXV* = De
pia = *Tom.I pag.*315. Archiepiſcopis, Epiſcopis, ce-
teriſque Prælatis per Regnum *Siciliæ*, & *Apuliæ* con-
ſtitutis inſcribitur. *CXVI* = De pia = *Tom.I pag.*315.
Data eſt Archiepiſcopis &c. *Burdigalen.*, & *Auxitan.*
Provinciarum. *CXXI* = De pia = *Tom.I pag.*317.
Scripta eſt Epiſcopis, & ceteris Prælatis Tuſciæ, &
Ducatus *Spoletan.* Conſtit.*CXXXV* = De pia = *Tom.I
pag.*327. Inſcribitur univerſis Eccleſiarum Prælatis.

V. Quam male cum Fratribus ageret Arelatenſis
Archiepiſcopus narrans *Alexander IV Conſtit.CLXIII*
= Nulla dubietas = *Tom.I pag.*341: ,, Ab eis, in-
,, quit, vel ultimarum executoribus voluntatum, &
,, hæredibus decedentium, de iis, quæ pro fabrica,
,, & luminaribus, vel ornamentis Eccleſiæ, necnon
,, de aliis, quæ ipſis a Chriſtifidelibus pro cultu di-
,, vino, pia liberalitate, legantur, contra Sanctio-
,, nes Canonicas, & tenorem mandati Apoſtolici,
,, quod ſibi ſuper hoc direximus, canonicam exigit
,, portionem, quæ ſi ſibi negatur ab ipſis, idem eos,
,, ac prædictos executores, & decedentium hæredes
,, excommunicationis gladio ita præcipiti modo per-
,, cutit, ſicut alienus a mente, vel deſtitutus Pontifi-
,, cali modeſtia penitus haberetur ,,. De eodem que-
ritur, verbis paululum immutatis *Conſt.CLXIV* = De
venerabili = *Tom.I pag.*341.

VI. Hinc ab eodem *Alexandro IV* edita *Conſti-
tut.CLXVII Tom.I pag.*343, in qua Generalem Magi-
ſtrum, & Fratres Prædicatores ſic alloquitur: ,, Ex
,, parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod
,, nonnulli Prælati, & Rectores Eccleſiarum de his,
,, quæ a Fidelibus in ornamentis, vel pro eis, ſeu fa-
,, brica, luminaribus, anniverſariis ſeptimo, trige-
,, ſimo, ſive aliis, ad perpetuum cultum divinum vo-
,, bis legantur, quandoque tertiam, interdum quar-
,, tam partem, & frequenter medietatem a vobis, ſeu
,, ultimarum executoribus voluntatum, aut deceden-
,, tium hæredibus exigunt, & extorquent, nomine ca-
,, nonicæ portionis, & niſi eis pars, quam de prædi-
,, ctis legatis exigunt, concedatur, in vos, vel exe-
,, cutores teſtamentorum hujuſmodi, aut benefacto-
,, res veſtros, excommunicationis, vel interdicti,
,, ſeu ſuſpenſionis præſumunt ſententias fulminare.
,, Super his igitur vobis providere volentes, univerſis
,, Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum, ne de præmiſſis,
,, a vobis, aut dictis executoribus voluntatum dece-
,, dentium, vel hæredibus, portionem aliquam con-
,, tra Conſtitutiones Canonicas exigere, vel extor-
,, quere præſumant, aut in vos, ſeu executores, vel
,, hæredes prædictos, ſeu benefactores veſtros, aut
,, loca veſtra, ſententias aliquas, hac occaſione,
,, proferre, auctoritate præſentium, diſtrictius inhi-
,, bemus; decernentes irritum, & inane quicquid
,, contra hujuſmodi inhibitionem noſtram ſuper his
,, per quemcunque contigerit de cetero attentari.

VII. Tributis etiam quocunque nomine indicendis
eoſdem immunes reddit *Alexander IV Conſt.CXCIX
Tom.I pag.*358 dicens: ,, Paupertati veſtræ quam prop-
,, ter Deum voluntarie ſuſtinetis, ac quieti veſtræ,
,, paterna in poſterum ſolicitudine, providere volen-
,, tes, auctoritate vobis præſentium, indulgemus, ut
,, vos ad præſtationem procurationum Legatorum Se-
,, dis Apoſtolicæ, vel Nunciorum ipſius, aut exa-
,, ctionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel
,, proviſionum quarumcunque, minime teneamini,
,, nec ad ea ſolvenda per literas dictæ Sedis Legato-
,, rum, vel Nunciorum, aut executorum, ſeu Re-
,, ctorum terrarum ejuſdem, cujuſcunque tenoris exi-
,, ſtant, vel cujuſcunque auctoritate compelli aliqua-
,, tenus valeatis. Nos enim decernimus irritas, &
,, inanes, interdicti, ſuſpenſionis, & excommuni-
,, cationis ſententias, ſi quas in vos, vel aliquem,
,, veſtrum, aut loca veſtra, vel quoſcunque alios,
,, occaſione veſtra, præmiſſorum prætextu, per quem-
,, cunque de cetero contigerit promulgari.

VIII. Canonica etiam portione ex nonnullis ſol-
venda eximit ipſos *Alexander IV Conſt.CCXCI* = Pium
eſt = *Tom.I pag.*403 dicens: ,, Neceſſitatibus veſtris
,, (Magiſtrum, & Fratres Ordinis Prædicatorum,
,, alloquitur) paterno compatientes affectu, ut de
,, his, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris,
,, ſeu fabrica, luminaribus, anniverſario, ſeptimo,
,, vigeſimo, trigeſimo, ſeu aliis ad perpetuum cul-
,, tum divinum, ſeu pro pictantiis ad ſuſtentationem
,, veſtram, aut indumentis veſtris, vobis legantur,
,, nulli canonicam juſtitiam, aut portionem aliquam
,, teneamini exhibere, devotioni veſtræ, auctoritate
,, præſentium, indulgemus; diſtricte inhibentes, ne
,, quis a vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel extor-
,, quere præſumat, & ſententias excommunicationis,
,, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quas in vos, vel ali-
,, quem veſtrum, ſeu executores teſtamentorum, vel
,, hæredes decedentium, ſeu benefactores veſtros,
,, communiter vel diviſim, per quoſcunque contra,
,, hujuſmodi conceſſionem, & inhibitionem noſtram
,, contigerit promulgari, decernentes irritas, &
,, inanes.

IX. Univerſos Ordinis Prædicatorum Fratres al-
loquens *Alexander IV Conſt.CCXCVII* = Virtute con-
ſpicuos = *Tom.I pag.*408: ,, Indulgentes, inquit, vo-
,, bis, ut ad præſtationem procurationum Legatorum
,, prædictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Diœ-
,, ceſanorum locorum, aut exactionem, vel colle-
,, ctarum, ſeu ſubſidiorum, vel proviſionum, quo-
,, rumcunque minime teneamini, nec ad ea ſolvenda
,, per literas dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nun-
,, ciorum, ejuſdem, ſeu Rectorum terrarum, Ec-
,, cleſiæ Romanæ impetratas, ſeu impetrandas in po-
,, ſterum, cujuſcunque tenoris fuerint, in perpetuum
,, compelli poſſitis, niſi dictæ Sedis literæ impetrandæ
,, plenam, & expreſſam de hujuſmodi indulto, & di-
,, cto Ordine fecerint mentionem ,,. Idem legitur in
Clementis IV Conſtit.VIII = Virtute conſpicuos =
*Tom.I pag.*452.

X. Vallis-Gratiæ Moniales alloquens *Alexan-
der IV Conſt. CCXCVIII* = Religioſam = *Tom.I
pag.*408: ,, Novas, inquit, & indebitas exactiones ab
,, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu
,, Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſecula-
,, ribuſque perſonis a vobis omnino fieri prohibe-
,, mus ,,. Idem legitur in *Gregorii X Conſtitutioni-
bus XX*, & *XXXVI* = Religioſam = *Tom.I
pag.*518, & 529.

XI. Lombardiæ Provinciæ Fratres alloquens *Ale-
xander IV Conſtit.CCCII Tom.I pag.*410: ,, Dignum
,, eſt, inquit, & æquitati convenit, & rigori, quod
,, inſigniti privilegio Clericali, Laicorum vexatio-
,, nibus non turbentur. Sane veſtri querelam accepi-
,, mus, quam dolentes referimus: quod Civitatum,
,, Caſtrorum, aliorumque locorum, Rectores vobis
,, injurias inferunt, & jacturas, ſuper exactionibus,
,, talliis, collectis, ab eiſdem impoſitis vobis, nec
,, non oneribus perſonalibus quibuſcunque, more Lai-
,, corum ſolito, Deum præ oculis non habentes, Se-
,, dem Apoſtolicam non verentes, matrem omnium, &
,, magiſtram. Volentes igitur, ut tenemur ex officii

,, noſtri debito, de cetero oppreſſionis hujuſmodi du-
,, ritiem, coarctare; eiſdem Rectoribus, ac Perſo-
,, nis aliis quibuſcunque, tenore præſentium, ſub
,, interminatione anathematis, prohibemus, ne de
,, cetero talia præſumant aliquatenus attentare, vo-
,, bis, veſtrumque cuilibet auctoritate Apoſtolica in-
,, dulgentes, ne de cetero ad exactiones, talliaa, col-
,, lectas, nec non opera perſonalia, quocunque no-
,, mine cenſeantur, perſtringi poſſitis.

XII. ,, Pium eſt, inquit *Clemens IV* Fratres Prædicatores alloquens *Conſt. VII Tom. I pag. 452*: ,, Pium
,, eſt, & conſonum æquitati, ut vos, qui abnegan-
,, tes ſalubriter voſmetipſos, elegiſtis in paupertate
,, Chriſto pauperi famulari, tanquam nihil habentes,
,, & omnia poſſidentes, illius intuitu, cujus Vicarii
,, ſumus in terris, illa proſequamur gratia, per quam
,, cultus ejus ampliari valeat, & paupertas veſtra in
,, aliquo relevari. Hinc eſt, quod nos neceſſitatibus
,, veſtris paterno compatientes affectu, ut de iis, quæ
,, in ornamentis, vel pro eis, aut libris, ſeu fabrica,
,, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo,
,, trigeſimo, ſive aliis, ad perpetuum cultum divi-
,, num, ſeu pro pictantiis, aut victu, ad ſuſtenta-
,, tionem veſtram, aut indumentis, vel calceamen-
,, tis veſtris, necnon pro annuis cenſibus redimen-
,, dis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus veſtri
,, Ordinis obligatæ noſcuntur, vel de domibus, præ-
,, diis, & hortis, aliiſque locis vobis ſecundum inſti-
,, tuta veſtri Ordinis opportunis, aut de iis, quæ pro
,, hujuſmodi domibus, prædiis, hortis, & locis emen-
,, dis, vobis legantur, dummodo præmiſſa non con-
,, vertantur in uſus alios, ſed in illos duntaxat, pro
,, quibus relinquuntur, aut alios etiam, qui in hac
,, conceſſione, vel indulgentia continentur, nulli
,, canonicam juſtitiam, aut portionem aliquam tenea-
,, mini exhibere, devotioni veſtræ, auctoritate præ-
,, ſentium, indulgemus; diſtrictius inhibentes, ne
,, quis a vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel ex-
,, torquere præſumat, & ſententias omnes excommu-
,, nicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quas in
,, vos, vel aliquem veſtrum, ſeu executores teſta-
,, mentorum, vel hæredes decedentium, ſeu benefa-
,, ctores veſtros communiter, vel diviſim, per quoſ-
,, cunque, contra hujuſmodi conceſſionem, & inhi-
,, bitionem noſtram, contigerit promulgari, decer-
,, nentes irritas, & inanes.

XIII. ,, Concedimus quoque vobis, inquit idem *Clemens IV* ſcribens Fratribus Prædicatoribus *Conſt. VIII* = Virtute conſpicuos = *Tom. I pag. 452*: ,, ut de his,
,, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, lu-
,, minaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſi-
,, mo, ſive aliis ad perpetuum cultum divinum, ſeu
,, pro pictantiis, aut victu, ad ſuſtentationem ve-
,, ſtram, vel indumentis, aut calceamentis veſtris,
,, necnon pro annuis cenſibus redimendis, ad quo-
,, rum ſolutionem aliquæ domus obligatæ noſcuntur,
,, vel de domibus, prædiis, & hortis, aliiſque locis,
,, vobis ſecundum inſtituta veſtri Ordinis opportu-
,, nis, aut de iis, quæ pro hujuſmodi domibus, præ-
,, diis, hortis, & locis emendis, vobis legantur,
,, dummodo præmiſſa non convertantur in uſus alios,
,, ſed in illos duntaxat, pro quibus relinquuntur, aut
,, alios etiam, qui in hac conceſſione, vel indulgen-
,, tia continentur, nulli canonicam juſtitiam, aut
,, portionem aliquam teneamini exhibere, & ne quis
,, a vobis, vel ultimarum executoribus voluntatum,
,, ſeu decedentium hæredibus, de præmiſſis aliquid
,, exigere, vel extorquere præſumat, diſtrictius
,, inhibemus.

XIV. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VI *Honorii IV* Tom. II pag. 9: XIII *Bonifatii VIII* Tom. II pag. 50. V *Johannis XXII* Tom. II pag. 132: XII *Clementis VI* Tom. II pag. 231: XX *Gregorii XI* Tom. II pag. 278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom II pag. 448.

XV. Benedictus XIII Conſt. XL = Nuper = Tomo VI pag. 575 Cracovienſes Fratres ab hybernali contributione liberos declarat.

XVI. Notandum ex *Paſſerino* Tom. III de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art. X Num. 1058 quod ,, effectus
,, Profeſſionis eſt, ut Monaſteria Religioſorum ſint
,, exempta a pedagiis, taxis, impoſitionibus, & ga-
,, bellis. Capite = Ea quæ = & ceteris de Cenſi-
,, bus &c. Capite = Tua Nobis = De Decimis. Ca-
,, pite = Adverſus = De Immunitate Eccleſ. Capite
,, = Quanquam = De Cenſibus in Sexto.

QUÆSTIO IV.

Ordinis Prædicatorum Fratres, & Moniales, exemptine fuerunt ceteris Decimis ſolvendis?

SUMMARIUM.

I. Huc ſpectant Conſtitutiones, B. Gregorii X:
II. Nicolai IV, Conſtitutione = *Devotionis* =
III. Et Conſtitutione = *Quanto* =
IV. Bonifatii VIII, Conſtitutione = *Virtute conſpicuos* =
V. Conſtitutione = *Caritatis* =
VI. Et Conſtitutione = *Laudabilis* =
VII. B. Benedicti XI;
VIII. Clementis VI:
IX. Innocentii VI, Conſtitutione = *Petitio* =
X. Et Conſtitutione = *Exhibita* =
XI. Bonifatii IX, Conſtitutione = *Sacra* =
XII. Et Conſtitutione = *Etſi* =
XIII. Alexandri V:
XIV. Johannis XXIII:
XV. Martini V:
XVI. Eugenii IV, variis Conſtitutionibus:
XVII. Et in primis Conſtitutione = *Dudum juſtis* =
XVIII. Nicolai V;
XIX. Caliſti III:
XX. Pii II:
XXI. Sixti IV;
XXII. Alexandri VI:
XXIII. Clementis VII, Conſtitutione = *Cum, ſicut* =
XXIV. Conſtitutione = *Alias* =
XXV. Conſtitutione = *Dudum* =
XXVI. Et Conſtitutione = *Exhibita* =
XXVII. Pauli III, Conſtitutione = *Exponi* =
XXVIII. Conſtitutione = *Religionis* =
XXIX. Et quatuor aliis Conſtitutionibus = *Exponi* =
XXX. Julii III:
XXXI. Pauli IV;
XXXII. Pii IV:
XXXIII. S. Pii V, Conſtitutione = *Ad Summum* =
XXXIV. Conſtitutione = *Sincera* =
XXXV. Conſtitutione = *Etſi Mendicantium* =
XXXVI. Conſtitutione = *Romanus Pontifex* =
XXXVII. Conſtitutione = *Dum ad uberes* =
XXXVIII. Conſtitutione = *Militanti* =

XXXIX. Et

Digitized by Google

XXXIX, Et Conſtitutione == *Ad hoc nos Deus* ==
XL. Sixti V:
XLI. Clementis VIII.
XLII. Aliæ Conſtitutiones ea de re laudantur.
XLIII. De quibus Decimis intelligendæ ſint laudatæ Conſtitutiones?
Num derogatum ſit Capiti == *Nuper* ==

I. ORdinis Prædicatorum Fratres, & Moniales exemptos fuiſſe ceteris Decimis, liquet ex Conſtitutionibus, quæ ſequuntur.

Monialibus Ordinis Fratrum Prædicatorum ſcribens *B. Gregorius X Conſt.XXXI Tom.I pag.525* ipſas a decimis juſſu Concilii Generalis *Lugdunen.* 11 ſolvendis eximit dicens: „ Devotioni veſtræ, præſentium auctoritate, concedimus, ut de fructibus, redditibus, „ & proventibus veſtris Eccleſiaſticis ſolvere non teneamini, decimam, nuper ſubſidio Terræ Sanctæ „ in generali Concilio deputatam, & inhibemus diſtrictius, ne quis prætextu ejuſdem decimæ aliquid „ a vobis, vel Monaſteriis veſtris, ſeu quibuſcunque „ aliis pro vobis, aut Monaſteriis ipſis exigere, vel „ extorquere præſumat; Nolentes, quod pro tardatione ſolutionis ipſius decimæ, aliquam excommunicationis ſententiam, latam hactenus, vel proferendam de cetero, incurratis.

II. Priorifſas omnes, & Conventus Monaſteriorum Sororum incluſarum Ordinis Prædicatorum alloquens *Nicolaus IV Conſt.XVII*== Devotionis augmentum== *Tom.II pag.*27: „ Auctoritate vobis præſentium „ indulgemus, inquit, ut de fructibus, redditibus, & „ proventibus veſtris Eccleſiaſticis ſolvere non teneamini decimam pro negotiis Aragoniæ, Valentiæ, „ ac Siciliæ Regnorum in quibuſcunque partibus a „ Sede Apoſtolica deputatam, diſtrictius inhibentes, „ ne quis prætextu ejuſdem decimæ aliquid a vobis, „ vel Monaſteriis veſtris, ſeu quibuſvis aliis, pro „ vobis, aut Monaſteriis ipſis exigere, vel extorquere præſumat, nos enim excommunicationis, „ ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas in „ vos, vel prædicta Monaſteria, aut aliqua ipſorum promulgari contigerit, ex nunc decernimus „ irritas, & inanes, & nullius exiſtere firmitatis.

III. Eaſdem Moniales ſub cura Fratrum Prædicatorum viventes alloquens *Nicolaus IV Conſt.XXIV Tom.II pag.*31: „ Quanto ſtudioſius, inquit, devota „ mente, ac humili, contemplationis divinæ vacatis „ obſequiis, tanto libentius veſtræ pacis procuramus „ commodum, & quietem. Attendentes igitur, quod „ licet quamplurima Monaſteria veſtri Ordinis varias „ poſſeſſiones obtineant, idem tamen Ordo in paupertate fundatur; voſque voluntariæ pauperes, Chriſto pauperi deſervitis, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut vos, ſeu veſtrarum aliquæ, ad exhibendum procurationes aliquas, Legatis, vel Nunciis Apoſtolicæ Sedis, ſive ad præſtandum ſubventionem quamcunque, vel ad contribuendum in „ exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidiis aliquibus, per literas dictæ Sedis, aut Legatorum, vel „ Nunciorum ipſorum, ſeu Rectorum Terrarum, „ vel Regionum, quaſcunque impetratas, vel etiam „ impetrandas, minime teneamini, nec ad id cogi „ poſſitis, etiamſi in hujuſmodi Sedis ejuſdem contineatur literis, quod ad quævis exempta, vel non „ exempta loca, & Monaſteria, ſe extendant, & aliqua eis, cujuſcunque tenoris exiſtat, ipſius Sedis „ indulgentia, non obſiſtat, niſi forſan literæ ipſæ „ dictæ Sedis, de indulto hujuſmodi, & Ordine veſtro plenam, & expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium, indulgemus. Nos enim „ decernimus irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas „ in vos, vel aliquam veſtrarum, aut aliquod Monaſteriorum veſtrorum, ſeu quoſcunque alios, occaſione veſtri, præmiſſorum prætextu, contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem, per quemcunque de cetero contigerit promulgari.

Ejuſdem tenoris eſt ipſius *Nicolai IV Conſt.XXV* == Quanto ſtudioſius == *Tom.II pag.*32.

IV. „ Indulgemus vobis, inquit, *Bonifatius VIII Conſt. XIII* == Virtute conſpicuos == *Tom. II pag.* 51, Fratres Prædicatores alloquens „ ut ad præſtationem „ procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Diœceſanorum locorum, aut „ exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, „ vel proviſionum, quorumcunque minime teneamini, nec ad ea ſolvenda per literas dictæ Sedis, „ aut Legatorum, vel Nunciorum ejuſdem, ſeu Rectorum terrarum Eccleſiæ Romanæ impetratas, vel „ in poſterum impetrandas, cujuſcunque tenoris fuerint, in perpetuum, compelli poſſitis, niſi dictæ „ Sedis literæ impetrandæ plenam & expreſſam de Indulto hujuſmodi, & dicto Ordine fecerint mentionem.

Idem legitur in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus, V *Johannis XXII Tom.II pag.*132: XII *Clementis VI Tom.II pag.*231: XX *Gregorii XI Tom.II pag.*278: CCXXII *Bonifatii IX Tom.II pag.*448.

V. Monialibus ſub cura, & inſtitutionibus Fratrum Prædicatorum viventibus, per Italiam conſtitutis ſcribens *Bonifatius VIII Conſt.XV Tom.II pag.*52: „ Caritatis opera, inquit, quibus aſſidue bonorum „ contemplatione cæleſtium vacare noſcimini, nos inducunt, ut honeſtas petitiones veſtras, quantum „ cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Volentes itaque favore vos proſequi „ gratiæ ſpecialis, veſtris ſupplicationibus inclinati, „ ut vos, & Monaſteria, Prioratus, membra, & „ alia loca veſtri Ordinis ubilibet conſtituta, ad præſtationem decimæ in ſubſidium negotii Regni Siciliæ per Sedem Apoſtolicam deputatæ, hac vice, „ minime teneamini, nec ad id compelli a quoquam „ aliquatenus valeatis invitæ, vobis, auctoritate „ Apoſtolica, indulgemus. Sententias quoque ſuſpenſionis, interdicti, & excommunicationis, ſi „ quæ propter hæc contra hujuſmodi exemptionis, & „ indulti noſtri tenorem, in vos, Monaſteria, Prioratus, Membra, & loca prædicta dudum forſitan „ ſunt prolatæ, & ex nunc ferri contigerit, irritas decernimus, & inanes.

VI. Univerſis Monialibus ſecundum inſtituta, & ſub cura Ordinis Fratrum Prædicatorum viventibus ſcribens *Bonifatius VIII Conſt.XVIII Tom.II pag* 53: „ Laudabilis, inquit, Sacra Religio, quæ in Monaſteriis veſtris a vobis, & perſonis aliis in eis degentibus, ſub onere voluntariæ paupertatis jugiter colitur, ſic, a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit „ illecebras, ut inter alia clauſtralis abſtinentiæ nexibus religatæ, puritate fulgeatis obſervantiæ regularis, & voluntatis libitum coarctantes omnino „ ſub obedientiæ debito, dignam, & ſedulam exhibeatis Domino ſervitutem. Hinc eſt, quod nos „ pium, & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus fore „ proſpicimus opportunam, vobis univerſis, & ſingulis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut ad „ præſtationem decimarum, de quibuſcunque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ im- „ præ-

præſentiarum babetis, & juſtis modis, præſtante Deo, acquiſiveritis in ſuturum; vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, & Legatorum, & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, collectis, ac ad exhibendum pedagia, telonea, ac alias exactiones quibuſvis Regibus, Principibus, ſeu aliis Perſonis ſecularibus, minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis.

VII. Eiſdem Monialibus, tam præſentibus, quam futuris ſcribens *B. Benedictus XI Conſtit. XIX Tom. II pag. 91*: „ Sacra, inquit, veſtra Religio, ſub qua devotum Creatori noſtro famulatum impenditis, promeretur, ut Apoſtolica Sedes favorabilem ſe vobis exhibeat, & in veſtris opportunitatibus gratioſam. Hinc eſt, quod Nos, pium, & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus fore conſpicitur opportuna, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus, ut ad præſtationem decimarum de quibuſcunque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ impræſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad exhibendum annuum redditum, ſeu cenſum, veſtris Diœceſanis Epiſcopis, nec non pedagia, telonea, & alias exactiones, quibuſvis Regibus, ſeu aliis perſonis Secularibus, & etiam ad dandum procurationes aliquas Legatis, vel Nunciis Apoſtolicis, ſive ad decimam, vel aliam portionem, aut ſubventionem aliquam, de veſtris proventibus cuiquam exbibendam, vel ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidiis aliquibus, minime teneamini, nec ad id compelli poſſitis per literas Sedis ejuſdem, vel Legatorum ejus, aut quorumcunque aliorum, etiamſi in ejuſdem Sedis literis contineatur expreſſe, quod ad quævis exempta, vel non exempta loca, & Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis, cujuſcunque tenoris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat, niſi forſan dictæ literæ Sedis ejuſdem de indulto hujuſmodi, & Monaſteriis veſtris plenam, & expreſſam fecerint mentionem; ac nihilominus a juriſdictione, & poteſtate Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum Diœceſanorum veſtrorum, & quorumcunque aliorum eximimus vos, & loca, & Monaſteria veſtra, de gratia ſpeciali; illis inſuper gaudentes privilegiis, gratiis, & indulgentiis, quæ ipſi Ordini Prædicatorum ſunt conceſſa, & in poſterum concedentur. Nos enim ex nunc irritas decernimus, & inanes, interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas in vos, vel aliquas veſtrum, aut loca, & Monaſteria veſtra, ſeu quoſcunque alios, occaſione veſtri, præmiſſorum prætextu, contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem, per quemcunque de cetero contigerit promulgari.

VIII. Huc ſpectat vivæ vocis oraculum *Clementis VI Conſt. VII Tom. II pag. 227*. Hujus tenoris eſt: „ Venerabilibus Patribus, Epiſcopis, & Abbatibus, nec non Collectoribus, & Officialibus Romanæ Eccleſiæ univerſis, in partibus Italiæ conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint. Bertrandus miſeratione Divina Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſalutem in ſalutis auctore. Ad notitiam veſtram deducimus per præſentes, quod cum Sanctiſſimo Patri, & Domino Noſtro, Domino Clementi digna Dei providentia Papæ Sexto, pro parte Religioſarum Dominarum Prioriſſarum, & Conventuum Monaſteriorum Monialium, Civitatum Mediolanenſis, & Januenſis, nec non Sanctæ Mariæ de Puella, & Sanctæ Catharinæ in Civitate [illegible], ſub cura Ordinis Fratrum Prædicatorum [illegible]tium, ſicut, & diverſorum aliorum, fuiſſet in Conſiſtorio, & alibi humiliter ſupplicatum, quod licet ipſæ per privilegia Romanorum Pontificum exemptæ exiſterent a ſolutione decimarum, quas Romana Eccleſia, pro diverſis emergentibus negotiis imponere conſuevit, & contributione, pro Procurationibus Legatorum, ſeu Nunciorum Sedis Apoſtolicæ debitis facienda; Et vos, non obſtantibus dictis privilegiis, eaſdem niteremini ad ſolvendum pro dicta decima, & contributione prædictæ Sedis Legatis, & Nunciis facienda compellere; Idem Dominus Noſter nobis oraculo vivæ vocis commiſit, quod Nos informationem ſuper hoc recipere, & relationem ſibi poſtea facere curaremus. Nos igitur, virtute commiſſionis hujuſmodi, licet aliqua privilegia originalia, & aliqua tranſumpta coram nobis exhibita viderimus, quia tamen judicialiter præſente parte non fuimus plenius informati, relationem non ad finem deciſionis negotii, ſed ad aliquam proviſionem faciendam propter pericula, quæ poſſent occurrere, occaſione proceſſuum prædictorum eidem Domino Noſtro duximus faciendam. Qui Dominus Noſter hujuſmodi relatione audita ordinavit, & voluit, quod, ſi prædictæ Dominæ a ſolutione decimæ per Romanam Eccleſiam impoſitæ, ſeu contributionem pro Procurationibus Legatorum, ſeu Nunciorum Sedis Apoſtolicæ faciendam ſe excuſaverunt hactenus, nec exactum fuit aliquod ab eiſdem, nihil pro prædictis per vos, vel alios exigatur ab ipſis, donec idem Dominus noſter aliud duxerit ordinandum.

IX. *Innocentius VI Conſt. XII Tom. II pag. 251* eadem de re ſcribit: „ Venerabilibus Fratribus Guidoni Portuenſi, Ægidio Sabinen., Epiſcopis, Apoſtolicæ Sedis Legatis, & aliis quibuſcunque ejuſdem Sedis Legatis, Nunciis, ac Collectoribus, & Subcollectoribus Decimarum, & aliarum quarumcunque ſubventionum, in Italiæ, Alemanniæ, Franciæ, Hiſpaniæ, & aliis quibuſcunque partibus per Sedem eandem, pro ſe, ſeu Regibus, vel Principibus, aut aliis impoſitarum, ſeu eis conceſſarum, nec non Procurationum aliorum Legatorum, & Nunciorum dictæ Sedis, qui inibi pro tempore præterito extiterunt, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum univerſarum Prioriſſarum, Monialium, & Conventuum, Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum Inſtituta Fratrum Ordinis Prædicatorum viventium, nobis exbibita, continebat, quod licet ipſæ vigore privilegiorum eis a Sede Apoſtolica conceſſorum a ſolutione procurationum Legatorum, & Nunciorum dictæ Sedis, necnon decimarum, & aliarum quarumcunque ſubventionum, quæ per Sedem ipſam pro tempore imponuntur, ſeu conceduntur, omnino exemptæ, liberæ, & immunes exiſtant, & hujuſmodi procurationes, decimas, ac ſubventiones ſolvere, aut in eis contribuere, minime conſueverunt. Vos tamen eas ad ſolvendum procurationes vobis, Legatis, & Nunciis, nec non aliis Legatis, & Nunciis dictæ Sedis, qui inibi pro tempore præterito extiterunt, debitas, ac decimas, & ſubventiones alias per Sedem ipſam, pro ſe, & Regibus, ſeu Principibus, ſeu aliis impoſitas, ſeu ipſis conceſſas, & contribuendum in ipſis, per vos, vel alium, ſeu alios, compellere nitimini, & contra eas, & earum Prioratus, &

Loca

„ Loca, diverſos propterea proceſſus feciſtis, ſuſpen-
„ ſionis, excommunicationis, & interdicti ſententias,
„ & pœnas alias continentes; propter quod ex parte
„ nonnullarum, ex dictis Prioriſſis, Monialibus, &
„ Conventibus fuit ad Sedem Apoſtolicam appella-
„ tum. Quare pro parte ipſarum Prioriſſarum, Mo-
„ nialium, & Conventuum nobis fuit humiliter ſup-
„ plicatum, ut eis ſuper iis providere de benignitate
„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, hujuſmodi ſup-
„ plicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apo-
„ ſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, di-
„ ctas Prioriſſas, Monisles, & Conventus ad hujuſ-
„ modi, ſeu ſimiles procurationes, ſubventiones, &
„ decimas ſolvendum, ſeu in eis contribuendum con-
„ tra Privilegia, & conſuetudines prædicta, per vos,
„ vel slium, ſeu alios nullstenus compellatis, ac præ-
„ dictos, ac alios quoſcunque proceſſus contra eas
„ propterea factos ſine difficultate qualibet relsxetis,
„ & relaxare faciatis.

X. Eidem *Guidoni* ſic loquitur idem *Innocentius VI Conſt.XIII Tom.II pag.*251: „ Venerabili Fratri Gui-
„ doni Epiſcopo Portnenſi, & Apoſtolicæ Sedis Le-
„ gato, nec non univerſis, & ſingulis ejuſdem Sedis
„ Nunciis, in partibus Hiſpaniæ conſtitutis, ac Col-
„ lectoribua, & Subcollectoribus Procurationum,
„ aliorum Legatorum, & Nunciorum dictæ Sedis,
„ qui in ipſis partibus pro tempore præterito extite-
„ runt, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.
„ Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Prio-
„ ris, & Fratrum Ordinis Prædicatorum Salmantin.
„ petitio continebat, quod licet univerſi Fratres, Do-
„ mus, & loca dicti Ordinis, vigore privilegiorum
„ eis a Sede Apoſtolica conceſſorum, a ſolutione
„ Procurationum exiſtant immunes, hujuſmodique
„ procurationes ſolvere, aut in eis contribuere mi-
„ nime conſueverint, vos tamen ipſos Priorem, &
„ Fratres Salmantin., ad ſolvendum procurationes
„ vobis, Legsto, & Nunciis, nec non aliis Legatis,
„ & Nunciis Sedis Apoſtolicæ, qui in illis partibua
„ pro tempore præterito extiterunt, debitas, & ad con-
„ tribuendum in eis, per vos, vel alium, ſeu alios
„ compellere nitimini, & contra eos diverſos propte-
„ rea proceſſus feciſtis, ſuſpenſionis, excommunica-
„ tionis, & interdicti ſententias, & pœnss alias con-
„ tinentes; propter quod pro parte dictorum Prioris,
„ & Fratrum fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum.
„ Quare iidem Prior, & Fratres nobis humiliter ſup-
„ plicarunt, ut eis ſuper hoc providere de benigni-
„ tate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi
„ ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per
„ Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita,
„ Priorem, & Fratres ad hujuſmodi procurationes
„ ſolvendum, ſeu etiam in ais contribuendum, con-
„ tra privilegia, & conſuetudines hujuſmodi per vos,
„ vel alium, ſeu alios nullatenus compellatis, & præ-
„ dictos, ac alios quoſcunque proceſſus contra eos
„ propterea factos, ſine difficultate qualibet relaxe-
„ tis, & relaxari faciatis.

XI. Procurationibus, & aliis id genus tributis Fratres Prædicatores, ceteroſque *Piſanæ* Diœceſeos Mendicantes immunes reddit *Bonifatius IX Conſtit.CXLII* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.*396.

XII. *Bonifatius IX Conſt.CCXVII* = Etſi pro cunctorum = *Tom.II pag.*444 de Fratribus Ordinis Prædicatorum loquens: „ Quodque, inquit, Magiſtri,
„ Priores, Fratres, Sorores, Rectores, & Guber-
„ natores præfati, ratione Domorum, Locorum,
„ Monaſteriorum, & Hoſpitalium prædictorum, aut
„ quorumcunque aliorum bonorum, aut poſſeſſio-
„ num, quæ impræſentiarum habent, & juſtis modis,
„ præſtante Domino, habebunt in futurum, ſeu alia
„ quavis occaſione, decimam, vel aliam portionem,
„ aut annuos redditua, ſeu cenſum, vel procuratio-
„ nem aliquam, vel aliam ſubjectionem, Legstis, vel
„ Nunciis dictæ Sedis, aut Ordinariis Locorum, vel
„ aliis quibuſcunque, aut pedagia, vel telonea, &
„ alias exactiones, quibuſvis Regibus, ſeu aliis Per-
„ ſonis Eccleſiaſticis, vel Secularibus dare, & ſolve-
„ re minime teneantur, nec ad id compelli poſſint, vel
„ ſuper hoc, aut alias a quoquam quomodolibet con-
„ veniri per literas Sedis prædictæ, aut Legatorum,
„ vel Delegatorum, ſeu Nunciorum ipſius, aut Diœ-
„ ceſanorum locorum, vel Rectorum terrarum Ec-
„ cleſiæ Romanæ, aut quorumcunque aliorum, etiam
„ ſi in ejuſdem Sedis literis contineatur expreſſe, quod
„ ad quævis exempta, vel non exempta loca, ſeu Mo-
„ naſteria ſe extendant, & aliqua eis, cujuſcunque
„ tenoris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia non obſi-
„ ſtat, niſi forſan dictæ Literæ Apoſtolicæ de dicto
„ Ordine, & præſentibus de verbo ad verbum, ac
„ etism Monaſteriis, Locis, & Domibus, ipſorum-
„ que Rectoribus, & Gubernatoribus, & Perſonis
„ prædictis, plenam, & expreſſam, ac etiam ſpecia-
„ liter, & notanter fecerint mentionem. Et nihilo-
„ minus volumus, & eiſdem Magiſtro, Prioribus, &
„ Fratribus, auctoritate Apoſtolica, concedimus,
„ quod ipſi de præſentibus, & in eis contentis alicui,
„ ex locorum Ordinariis, quoad vixerit, niſi ſemel
„ tantum, ſi ſuper hoc per eum fuerint requiſiti, fi-
„ dem facere nequaquam teneantur, nec ad id a quo-
„ quam inviti valeant coarctari; felicis recordationis
„ Innocentii PP. IV, Prædeceſſoris noſtri, & aliis
„ Conſtitutionibus Apoſtolicis, Legibus Imperiali-
„ bus, Statutis, & Conſuetudinibua, per quæ præ-
„ miſſa poſſent quomodolibet infringi, vel impediri,
„ & aliis in contrarium editis, non obſtantibus quibuſ-
„ cunque. Nos enim quaslibet excommunicationum,
„ ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, & quoſcun-
„ que proceſſus, quaſvis pœnss, ſeu ſententias conti-
„ nentes, quas, & quos contra Magiſtrum, Priores, Fra-
„ tres, Sorores, Domos, & Hoſpitalia, Perſonas, &
„ alia ſupradicta, contra tenorem, & formam præſen-
„ tium, & exemptionis hujuſmodi promulgari, & habe-
„ ri contigerit, irritos decernimus penitus, & inanes.

XIII. „ Quod .... Magiſtri, Priores, inquit *Alexander V Conſt.XIII* = Et ſi pro = *Tom.II pag.*494:
„ Fratres, Sorores, Rectores, & Gubernatores præ-
„ fati ratione domorum, locorum, Monaſteriorum,
„ & Hoſpitalium prædictorum, aut quorumcunque
„ aliorum bonorum, aut poſſeſſionum, quæ impræ-
„ ſentiarum habent, & juſtis modis, præſtante Do-
„ mino, habebunt in futurum, ſeu alia quavis occa-
„ ſione, decimam, vel aliam portionem, aut annuos
„ redditus, ſeu cenſum, vel procurationem aliquam
„ vel aliam ſubventionem Legatis, vel Nunciis dictæ
„ Sedis, aut Ordinsriis locorum, vel aliis quibuſ-
„ cunque, aut pedagia, vel telonea, & alias exa-
„ ctiones quibuſvis Regibus, ſeu aliis Perſonis Eccle-
„ ſiaſticis, vel Secularibua, dare, & ſolvere mini-
„ me teneantur, nec ad id compelli poſſint, vel ſu-
„ per hoc, aut alias a quoquam quomodolibet conve-
„ niri per literas Sedis prædictæ, aut Legatorum, vel
„ Delegatorum, ſeu Nunciorum ipſius, aut Diœceſa-
„ norum Locorum, vel Rectorum terrarum Eccleſiæ
„ Romanæ, aut quorumcunque aliorum, etiam ſi in
„ ejuſdem Sedis literis contineatur expreſſe, quod ad
„ quævis exempta, vel non exempta loca, ſeu Mona-
„ ſteria ſe extendant, & aliqua eis, cujuſcunque te-

„ noris

,, noris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia non obſtet,
,, niſi forſan dictæ Literæ Apoſtolicæ de dicto Ordi-
,, ne, & præſentibus de verbo ad verbum, ac etiam
,, Monaſteriis, Locis, & Domibus, ipſiſque Recto-
,, ribus, ac Gubernatoribus, & Perſonis prædictis,
,, plenam, & expreſſam, ac etiam ſpecialiter, & no-
,, tanter fecerint mentionem. Et nihilominus volu-
,, mus, & eiſdem Magiſtro, Prioribus, & Fratribus
,, auctoritate Apoſtolica concedimus, quod ipſi de
,, præſentibus, & in eis contentis alicui ex locorum
,, Ordinariis, quoad vixerint, niſi ſemel tantum, ſi
,, ſuper hoc per eum fuerint requiſiti, fidem facere
,, nequaquam teneantur, nec ad id a quoquam inviti
,, valeant coarctari, editis non obſtantibus quibuſcun-
,, que. Nos enim quaslibet excommunicationum, ſuſ-
,, penſionum, & interdicti ſententias, & quoſcunque
,, proceſſus, quaſvis pœnas, ſeu ſententias continen-
,, tes, quas, & quos contra Magiſtrum, Priores,
,, Fratres, Sorores, Domos, & Hoſpitalia, Perſo-
,, nas, & alia ſupradicta contra tenorem, & formam
,, præſentium, & exemptionis hujuſmodi promulga-
,, ri, & haberi contigerit, irritos decernimus peni-
,, tus, & inanes.

XIV. Huc pertinet *Johannis XXIII Conſtitutio* = Perſonas vacantes = *Tom. II pag.* 523 pro *Piſano* Monaſterio *S. Silveſtri* data.

XV. Huc ſpectant *Martini V Conſtitutiones XXIX* = Humilibus = *Tom. II pag.* 558, & *XXX* = Regimini = *Tom.II pag.*558, ac *LI* = Regimini = *Tom.II pag.*575. *Bonifatii IX Conſtitutionem CCXVII* = Et ſi pro cunctorum = confirmat *Martinus V Conſt. LXVI* = Ad ſummi = *Tom.II pag.*585. Hac de re legendum Diploma quod exſcribitur *Tom.II pag.*586.

Annonam, Fratribus Cœnobii *S. Sabinæ* de Urbe erogatam, omni tributo liberam declarat *Martinus V Conſt.CXXI* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.*620.

XVI. Bononienſem Conventum omni tributo eximit *Eugenius IV Conſtitut.XLI* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*29.

Bononienſe Monaſterium *S. Agnetis* a quocunque tributo immune reddit *Eugenius IV Conſtitut.CLXXIV* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*87.

Fratres ipſos de Pœnitentia S. Dominici, degentes in Eremitorio S. Michaelis de Agnano, omni tributo immunes reddit *Eugenius IV Conſt.CCIII* = Voto Religionis = *Tom.III pag.*114.

Mendicantes Fratres omni tributo immunes eſſe declarat *Eugenius IV Conſt.CCV* = Dudum = *Tom.III pag.*115 dicens: ,, Dudum, videlicet quarto Kalen-
,, das Septembris, Pontificatus noſtri Anno Nono,
,, cum præciperemus taxationem valoris honorum,
,, fructuum, & reddituum Eccleſiæ, & aliorum benefi-
,, ciorum, ac Piorum Locorum, Civitatis, & Diœceſis
,, Piſtorienſis, cum eis gravamina imponerentur, *fide*
,, *digna relatione didicimus* inæqualiter factam fuiſſe,
,, & nonnullos ſupra ſuarum facultatum vires grava-
,, ri, quam eorum conditio poſtulabat, licet de volun-
,, tate noſtra, gravamina, quæ per Communitatem Flo-
,, rentiæ nunc exiguntur, non procedant: volentes ta-
,, men hujuſmodi errorem, & inconvenientiam tolli, &
,, taxationem prædictam ad debitam æſtimationem re-
,, duci, Vener. Fratri noſtro Roberto Epiſcopo Areti-
,, no, & nonnullis aliis Eccleſiaſticis Perſonis Piſto-
,, rienſis Diœceſis per noſtras certi tenoris literas
,, commiſimus, & dedimus in mandatis, ut, facta di-
,, ligenti inquiſitione, dictam taxationem corrige-
,, rent, & ad juſtam æqualitatem reducerent. Qui
,, Epiſcopus, & dictæ Perſonæ in hac cauſa Com-
,, miſſarii, procedentes, Eccleſiis, & Domibus Fra-
,, trum Ordinum Mendicantium, & Monaſteriis Mo-
,, nialium ſub cura ipſorum viventibus Civitatis, &
,, Diœceſis earundem. . . . commiſſionem eis per nos
,, factam, cum ſolum de locis piis, ac beneficiis, &
,, nullo modo de præmiſſis Domibus, & Eccleſiis Men-
,, dicantium, vel Monaſteriis eorum curæ commiſſis,
,, noſtræ literæ facerent mentionem, taxam, & ex-
,, timum impoſuerunt, & cataſto in Archivo Eccle-
,, ſiæ Piſtorienſis collocarunt. Nos itaque, hujuſmo-
,, di Eccleſias, & Domos Ordinum Mendicantium,
,, & eis ſubjecta Monaſteria, quibus ſpecialia privi-
,, legia, propter Fratrum merita, & fructus, quos
,, in Eccleſia Dei uberes faciunt, a Sede Apoſtolica
,, ſingulariter ſunt conceſſa, & in ſimilibus taxationi-
,, bus, ut fructificare in ſalutem animarum, & quie-
,, tius Deo vacare poſſint, cum Clero, Eccleſiis, &
,, hujuſmodi alias cataſtis talibus non venerant adſcri-
,, benda; volentes in eorum gratiis, & privilegiis
,, eos conſervare, & confovere, circumſpectioni tuæ
,, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus;
,, quatenus dictarum Eccleſiarum, & Domorum Or-
,, dinum Mendicantium prædictorum, & Monaſte-
,, riorum ſub illorum cura viventium, ſi tamen ipſa
,, Sororum Monaſteria alias in Cataſtis cum Clero,
,, non conſueverint annumerari, hujuſmodi taxatio-
,, nem, & extimum, noſtrarum literarum vigore, ut
,, dicitur, facta, in cataſto, & libro taxationum hu-
,, juſmodi, in Eccleſia Piſtorienſi, & ubicunque ali-
,, bi, etiam apud Scribam Commiſſariorum hujuſmo-
,, di exiſtentibus, auctoritate noſtra, per te, vel
,, alium ſubdelegatum abradi, & aboleri facias, ac
,, procures, realiter, & cum effectu, contradictores
,, quoslibet cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis,
,, vel conditionis exiſtentes, & quacunque etiam Ec-
,, cleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate,
,, per cenſuram Eccleſiaſticam &c. compeſcendo, præ-
,, dictis literis, ceteriſque contrariis non obſtantibus
,, quibuſcunque.

Monialium S. Dominici *Piſan.* Monaſterium omni tributo eximit *Eugenius IV Conſt.CCLV* = Ad ea per quæ = *Tom.III pag.*163.

XVII. Mendicantes decimis ſolvendis immunes eſſe declarat *Eugenius IV Conſtitut. CCLXXIII Tom.III pag.*179. Hujus tenoris eſt: ,, Eugenius Epiſcopus,
,, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.
,, Dudum juſtis ex cauſis pro ſumma neceſſitate Ca-
,, tholicæ Fidei, & univerſalis Eccleſiæ, unam deci-
,, mam fructuum Eccleſiaſticorum in univerſo Orbe
,, conſiſtentium duximus imponendam, & ab omni-
,, bus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Præ-
,, latis, ac Perſonis Eccleſiaſticis, Secularibus, &
,, Regularibus, exemptis, & non exemptis, hujuſ-
,, modi redditus, & proventus ubicunque obtinenti-
,, bus, & infra certum tempus obtenturis, cujuſcun-
,, que præeminentiæ, ſtatus, gradus, dignitatis,
,, religionis, ordinis, vel conditionis exiſtant,
,, etiam a dilectis filiis Hoſpitalium, & Ordinum
,, Sancti Johannis Jeroſolymitani, & Sanctæ Mariæ
,, Theutonicorum Magiſtris, Præceptoribus, Fra-
,, tribus, Prioribus, Bailliviis, & certis aliis Hoſpi-
,, talium, & Ordinum prædictorum profeſſoribus Be-
,, neficia obtinentibus, ſolvendam, exigendam, &
,, colligendam, auctoritate certarum literarum no-
,, ſtrarum, decrevimus, & declaravimus, prout in
,, dictis literis, quarum tenorem præſentibus pro ex-
,, preſſo haberi volumus, plenius continetur. Cum
,, autem noſtræ intentionis extiterit, atque exiſtat, ut
,, Ordines Mendicantium, & inſuper Sanctæ Mariæ
,, Servorum ubicunque exiſtentium ab ejuſmodi de-
,, cimæ

Digitized by Google

„ cimæ ſolutione, & omnibus aliis decimæ ſolutioni-
„ bus, ad quorumcunque inſtantiam impoſitis, ſive
„ imponendis, exempti ſint, auctoritate Apoſtolica
„ ex certa ſcientia declaramus, & decernimus per
„ præſentes, noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, ut
„ Ordines Mendieantium, videlicet Prædicatorum,
„ Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum, ac in-
„ ſuper Sanctæ Mariæ Servorum, ac omnes, & ſin-
„ gulas Domos eornm ab hujuſmodi ſolntione decimæ
„ exemptos, & exemptas fuiſſe, & eſſe, ſtatuentes,
„ auctoritate, & ſcientia eiſdem, eos, & eas a quo-
„ quam, quavis auctoritate, ad ſolutionem hujnſmo-
„ di decimæ, & impoſitionis perſolvendam minime
„ coarctari poſſe, aut debere quovis modo; Man-
„ dantes in virtute S. Obedientiæ omnibus, & ſingu-
„ lis Prælatis, vel quibuſvis perſonis, cujuſcnnque
„ ſtatus, gradus, & dignitatis exiſtant, per Nos ha-
„ ctenus deputatis, vel in poſterum depntandis, &
„ certis aliis ab eiſdem, vel quavis alia Eccleſiaſtica,
„ vel mundana auctoritate ad exeentionem dictarum
„ literarum ordinatis, ſubrogatis, ſeu ordinandis,
„ vel ſubrogandis, ſub pœna excommunicationis,
„ quatenus Ordines, & Domos, prædictos, & prædi-
„ ctas, præfatorum occaſione, nullo modo, ſeu quo-
„ vis quæſito colore impetant, vexent, vel mole-
„ ſtent, ſeu impeti, moleſtari, & vexari faciant, quo-
„ quomodo; irritum ex nunc, & inane decernentes
„ quiequid contra hujuſmodi noſtram declarationem,
„ & decretum, actum, geſtum, ſententiatum, ſen
„ promulgatnm fuerit. Nulli ergo omninn hominum
„ liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitu-
„ tionis, ſtatuti, & mandati infringere, vel ei auſu
„ temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
„ præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,
„ ac Beatorum &c. Datnm Romæ apud Sanctum Pe-
„ trum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo,
„ Quadringenteſimo Quadrageſimo Tertio, Nono
„ Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio-
„ decimo.

XVIII. Huc ſpectat *Nicolai V Conſt.XIV* = Sedis Apoſtolicæ = *Tom.III pag.*246, qua declarat, qnatuor Ordinum Mendicantium Fratres, & Moniales eiſdem ſubjectas, immunes eſſe ſubſidio, ſeu tributo juſſu Sedis Apoſtolicæ ſolvendo Regi Aragonum. Hinc idem *Nicolaus V Conſtitut.XV* = Nuper per noſtras = *Tom.III pag.*248 reſtituendnm decernit quicquid Fratres Mendicantes propter ſubſidium, ſeu tributum, Aragonnm Regis gratia indictum, ſolverunt.

XIX. Bononienſes Fratres, & Moniales, omni tributo ſolvendo immunes eſſe, declarat *Caliſtus III Conſt. XXII* = Romanus Pontifex = *Tom.III pag.*357.

XX. Huc ſpectat *Pii II Conſt. IX* = Sacræ Religionis = *Tom.III pag.*387.

XXI. „ Indulium vero, inquit *Sixtus IV Conſtitut. LIII* = Regimini = *Tom. III pag.*517, „ ejuſdem
„ Gregorii Prædeceſſoris, de decimis non ſolvendis,
„ ad quæcunque bona dictorum Fratrum, & quaſeun-
„ que decimas, etiam quas vulgo Papales appellant,
„ & Apoſtolica Sedes pro Chriſtianæ Fidei defenſio-
„ ne, aut aliis imminentibus perſæpe neceſſitatibus in-
„ dicit, & quæcnnque alia onera, motn, & ſcientia
„ prædictis extendimus; decernentes, Fratres ipſos
„ Prædieatores, etiamſi per quoſeunque exemptos,
„ & Mendicantes ſolvi mandarentur, cum quibuſvis
„ derogatoriis, & fortioribus clauſulis, ad illarum
„ ſolutionem non teneri, & in illornm ſolntione ceſ-
„ ſando, cenſuras, & pœnas aliqnas non incnrrere,
„ niſi præſentibus, non per generales, & alias clau-
„ ſulas ſpecialem mentionem importantes, non alias,
„ ſit derogatum ſpecifice, eorum de verbo ad verbum
„ inſerto tenore.

XXII. Huc ſpectat *Alexandri VI Conſt. XXXVI* = Humilibus = *Tom.IV pag.*151.

XXIII. Fratres Ordinis Prædicatorum Congregationis Lombardiæ alloquens *Clemens VII Conſt.XXXVII Tom.IV pag.*455: „ Cum, inquit, ſicut accepi-
„ mus, vos juxta privilegia, & indulta Apoſtolica,
„ vobis per felicis recordationis Bonifatium VIII, &
„ Martinum V, ac alios Romanos Pontifices, Præ-
„ deceſſores noſtros, conceſſa, & approbata, a qui-
„ buſcunque Decimis, & collectis, ex quibuſvis cau-
„ ſis pro tempore impoſitis, exempti, & liberi eſſe
„ cenſeamini, ac ſub mendieitate, redditus ultra ſep-
„ tem dueatos auri pro quolibet Fratre non poſſiden-
„ tes, & circa divinorum celebrationem, verbi Dei
„ prædicationem, aliaque ſalubria opera ad animarum
„ Chriſtifidelium ſalutem intenti, gratum Altiſſimo
„ famulatum exhibere ſtudeatis, Nos, ut liberius
„ divinis beneplacitis vacare poſſitis, vos paterno af-
„ fectu confovere volentes, veſtris in hac parte ſup-
„ plicationibus inclinati, vobis, quod ad ſolutionem
„ Decimarum per Nos, pro inſtantis temporis neceſ-
„ ſitate impoſitarum, & imponendarum pro tempore,
„ ac contributionem in illis faciendam, ſolum, & dun-
„ taxat de reſiduo fructuum bonorum per vos poſſeſ-
„ ſorum, qui demptis, & exceptis ſeptem ducatis auri
„ ſimilibus, pro quolibet ex Fratribus in ſingulis do-
„ mibus veſtris degentibus deductis, ut præfertur,
„ ſupererit, & non alias teneamini, & ad decimas ip-
„ ſas aliter, quam de reſiduo fructuum bonorum hu-
„ juſmodi minime compelli, nec propterea aliquibus
„ cenſuris innodari, poſſitis, auctoritate Apoſtolica,
„ concedimus, & pariter indulgemus, diſtricte præ-
„ cipiendo inhibentes omnibus, & ſingulis dictarum
„ decimarum collectoribus, & exactoribus, nunc,
„ & pro tempore deputatis, ne vos, aut aliquem ve-
„ ſtrum, quovis prætextu, ad aliquam ſolutionem,
„ ſeu contributionem decimarum hujuſmodi coarcta-
„ re, vel deſuper moleſtare, aut inquietare, vel per-
„ turbare quoquomodo præſumant, ac decernentes
„ irritum, & inane quicquid ſecus attentari contige-
„ rit. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutioni-
„ bus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non om-
„ nibus illis, quæ in literis impoſitionis decimarum
„ hujuſmodi voluimus, non obſtare, & in eis con-
„ tentis, quæ præſentibus pro expreſſis haberi volu-
„ mus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, decer-
„ nentes præſentium tranſumptis manu Notarii ſub-
„ ſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Ec-
„ cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fi-
„ dem in judicio, & extra adhiberi debere, quæ ad-
„ hiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ,
„ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub An-
„ nulo Piſcatoris die IV Novembris MDXXVI, Pon-
„ tificatus noſtri Anno Tertio.

XXIV. Commiſſariis, Collectoribus, & Subcollectoribus Decimarum ſcribens *Clemens VII Conſt.LVI Tom.IV pag.*475: „ Alias, inquit, emanarunt literæ
„ a Nobis, tenoris videlicet ſubſequentis. Dilectis
„ Filiis Vicario Generali, & Fratribus Ordinis Fra-
„ trum Prædicatorum Congregationis Lombardiæ
„ regularis obſervantiæ, Salutem, & Apoſtolicam
„ Benedictionem. Cum, ſicut accepimus, vos juxta
„ privilegia, & indulta &c. Datum Romæ apud S. Pe-
„ trum ſub Annulo Piſcatoris die IV Novembris
„ MDXXVI, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Cum
„ autem Vicarius, & Fratres prædicti Nobis conque-
„ ſti fuerint, quod licet vobis inhibuerimus, ne Fra-
„ tres

tres domorum dictæ Congregationis, quovis prætextu ad aliquam ſolutionem, ſeu contributionem decimarum hujuſmodi, contra tenorem præinſertarum literarum coarctare, vel deſuper moleſtare, aut inquietare, vel perturbare præſumeretis, ac decreverimus irritum, & inane quicquid ſecus attentari contigerit, tamen quotidie eos, ac Moniales Monaſteriorum eorum curæ commiſſorum, ex eleemoſynis, & laboribus ſuis viventes, moleſtare præſumitis, in grave eorundem Vicarii, Fratrum, & Monialium præjudicium, & gravamen, pru parte ipſorum Vicarii, Fratrum, ac Monialium hujuſmodi Nobis fuit bumiliter ſupplicatum, ut de opportuno remedio in præmiſſis ſubvenire, de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſertas literas, Vicario, & Fratribus conceſſas, innovantes, & approbantes, illaſque inviolabiliter obſervari volentes, & ad Moniales ſub cura eorundem Fratrum degentes quoad hoc, ut detractis ex fructibus ſeptem ducatis pro qualibet Moniali, Decimam fructuum ſolvere teneantur, extendentes, & ampliantes, vobis, ac præſentibus, & pro tempore exiſtentibus Commiſſariis, Collectoribus, & Subcollectoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac quingentorum ducatorum auri de Camera, partim eiſdem Vicario, & Fratribus, partim vero Cameræ Apoſtolicæ applicandis, pœnis mandamus, quatenus eoſdem Fratres domorum, ac Moniales Monaſteriorum, eorundem Fratrum curæ commiſſorum, contra præinſertarum literarum tenorem, nullatenus moleſtare præſumatis, non obſtantibus omnibus, quæ in præmiſſis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes præſentium tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in judicio, & extra illud, adhiberi debere, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent originaliter exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Bononiæ ſub Annulo Piſcatoris die XVI Januarii MDXXX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

XXV. Ne Moniales *Nucerini* Monaſterii decimas ſolvant, cavet *Clemens VII Conſt.XCIX* = Dudum felicis = *Tom.IV pag.*508.

XXVI. Collectoribus decimarum ſcribens *Clemens VII Conſt.CI Tom.IV pag.*511: „ Exhibita, inquit, Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Priorum, & Fratrum, ac dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſarum, & Monialium domorum, & Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum Provinciæ Romanæ, ſub cura, & regimine Provincialis Romani exiſtentium, petitio continebat, quod cum eorum domus, & Monaſteria adeo ob agrorum ſterilitatem, bellorumque tumultus, ac alias malas temporum calamitates in eorum facultatibus diminutæ exiſtant, ut vix earum fructus, redditus, & proventus pro Fratrum, & Monialium in illis pro tempore exiſtentium ſuppetant alimentis, ad ſolvendum decimas in ſubſidium Sedis Apoſtolicæ impoſitas aſtringantur, neceſſe eſt, ut ſolitus Fratrum, & Monialium numerus in domibus, & Monaſteriis hujuſmodi in tantum diminuatur, quod non poſſint ibi divina officia, ut par eſt, recitari. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſi hujuſmodi decimæ ad aliquam minorem ſummam reducerentur, & moderarentur, poſſet in domibus, & Monaſteriis hujuſmodi decens Fratrum, & Monialium numerus nutriri, pro eorundem Priorum, & Fratrum, ac Prioriſſarum, & Monialium parte Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes, ut par eſt, majorem cultus divini, quam ſubventionis neceſſitatum hujuſmodi Sanctæ Sedis incumbentium, licet, & ipſæ tales ſint, ut poſtponi non poſſint, rationem haberi, dictorum Priorum, Fratrum, & Prioriſſarum, ac Monialium in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis per præſentes ſub indignationis noſtræ pœna committimus, & mandamus, quatenus cum hujuſmodi decimarum in poſterum ſolutio, quomodocunque ingruerit, deductis prius ex ſingulis decimis ducatis ſeptem pro qualiber perſona in eiſdem domibus, & Monaſteriis pro tempore commorante, quos ſibi pro eorum neceſſitatibus omnino dimitti volumus, de eo ſolum, quod ſupereſſe cognoveritis juxta ſolitam taxam decimas prædictas exigere procuretis. Non obſtantibus quibuſvis literis ſuper decimarum hujuſmodi impoſitionibus, quibus, earum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectum validitatis præſentium harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes, poſtquam vobis præſentatæ fuerint, præſentanti, dimiſſa vobis copia, reſtituantur, quodque earundem præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloquæ alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi originaliter eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die ultima Junii MDXXXII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

XXVII. Fratribus, & Sororibus Provinciarum *Romanæ*, & utriuſque Lombardiæ ſcribens *Paulus III Conſt.XXXVI Tom.IV pag.*567: „ Exponi, inquit, Nobis nuper feciſtis, quod licet alias felicis recordationis Clemens Papa VII, Prædeceſſor noſter, tunc Vicario Generali, & Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum Congregationis Lombardiæ regularis obſervantiæ, nunc Provinciæ utriuſque Lombardiæ, quod ad ſolutionem decimarum per eum tunc impoſitarum, & pro tempore imponendarum, ac contributionem in illis faciendam, ſolum, & duntaxat pro reſiduo fructuum bonorum per eos poſſeſſorum, quod demptis, & exemptis ſeptem ducatis auri juxta taxam antiquam pro quolibet Fratre ſupereſſet, & non alias ſolvi tenerentur, & ad ſolvendum decimas ipſas alias, quam de reſiduo fructuum bonorum hujuſmodi, minime compelli, nec propterea aliquibus cenſuris innodari poſſent, per quaſdam conceſſerit, & indulſerit, diſtrictius inhibendo omnibus, & ſingulis dictarum decimarum collectoribus, tunc, & pro tempore deputatis, ne eos, aut aliquem eorum, quovis prætextu ad aliquam ſolutionem, ſive contributionem, decimarum hujuſmodi coarctare, nec deſuper quoquomodo moleſtare præſumerent, & deinde ipſorum Vicarii, & Fratrum, ac Monialium Monaſteriorum eorum curæ commiſſorum ſupplicationibus inclinatus, literas prædictas innovans, & approbans, ac inviolabiliter obſervari volens, & ad Moniales ſub cura eorundem Fratrum degentes, quoad id ut detractis ex fructibus ſeptem ducatis, juxta taxam prædictam pro qualibet Moniali, decimam fructuum ſolvere tenerentur, extendens, & amplians, tunc,

„ & pro

„ & pro tempore exiſtentibus commiſſariis, collectoribus, & ſubcollectoribus decimarum hujuſmodi ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac quingentorum ducatorum auri de Camera partim eidem Vicario, & Fratribus, ac partim Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, pœnis, per alias mandavit, quatenus Fratres domorum, & Moniales Monaſteriorum hujuſmodi contra literarum dictarum tenorem nullatenus moleſtare præſumerent, & poſtremo veſtris, filii Priores, & Fratres, ac filiæ Prioriſſæ, & Moniales domorum, & Monaſteriorum dicti Ordinis Romanæ Provinciæ, ſupplicationibus inclinatus, Exacturibus decimarum pro tempore deputatis ſub ejus indignationis pœna per reliquas ejus in forma Brevis literas commiſerit, & mandaverit, quatenus cum hujuſmodi decimarum ſolutio quandocunque in poſterum ingrueret, deductis prius ex ſingulis decimis, ducatis ſeptem pro qualibet perſona in eiſdem domibus, & Monaſteriis pro tempore commorante, quos ſibi pro eorum neceſſitatibus omnino dimitti voluit, de eo ſolum, quod ſupereſſe cognoviſſent juxta ſolitam taxam decimas prædictas exigere procurarent, prout in ſingulis prædictis plenius continetur. Nihilominus Collectores, & Subcollectores, ac alii Exactores, & Commiſſarii decimarum ad præſens impoſitarum, vos ad ſolutionem decimarum earundem, aliaſque juxta harum prædictarum continentiam, & tenorem cogere, & alias in præmiſſis hujuſcemodi vexare, moleſtare, & inquietare præſumunt, in gravem veſtrum perturbationem. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut ſingulas literas Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi approbare, & innovare, aliaſque vobis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos, ut liberius divinis beneplacitis vacare poſſitis, paterno affectu confovere volentes; veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſingulas literas Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi cum conceſſionis, indulti, inhibitionis, extenſionis, ampliationis, mandati, & commiſſionis, ac omnibus ſingulis aliis in eis contentis, clauſulis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innovamus, ſuuſque effectus ſortiri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere decernimus, diſtrictius inhibendo eiſdem Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Exacturibus, & Commiſſariis ſub pœnis prædictis, ne vos, aut veſtrum quemlibet contra Clementis Prædeceſſoris, ac noſtrarum literarum hujuſmodi tenorem, moleſtare præſumant, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis literis ſuper decimarum hujuſmodi impoſitionibus pro tempore emanatis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes, præſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem adhiberi debere, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi originaliter exhiberentur, vel oſtenderentur, ac eaſdem literas per quoſcunque, quibus illas pro tempore intimari contigerit, dimiſſa eis copia, illas pro tempore intimanti reſtitui debere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV Martii MDXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

XXVIII. *Pennenſis* Cœnobii Fratres Decimis, aliiſque tributis ſolvendis exemptos eſſe declarat *Paulus III Conſtit. LVIII* = Religionis = *Tom. IV pag. 577*.

XXIX. Quid de Decimis, ac cæteris id genus ſolvendum ſit, Fratribus, & Monialibus *Romanæ*, ac utriuſque Lombardiæ Provinciarum ſcribit *Paulus III Conſt. LXVII Tom. IV pag. 602* dicens: „ Exponi Nobis nuper feciſtis, quod licet alias felicis recordationis Clemens PP. VII Prædeceſſor noſter, tunc Vicario Generali, & Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum Congregationis Lombardiæ regularis obſervantiæ, nunc Provinciæ utriuſque Lombardiæ, quod ad ſolutionem decimarum pro tempore tunc impoſitarum, & pro tempore imponendarum, & contributionem in illis faciendam, ſolum, & duntaxat pro reſiduo fructuum bonorum per eos poſſeſſurum, quod demptis, & exemptis ſeptem ducatis auri juxta taxam antiquam ſupereſſet, & non alias, tenerentur, & ad ſolvendum decimas ipſas aliter, quam de reſiduo fructuum bonorum hujuſmodi minime compelli, nec propterea aliquibus cenſuris innodari poſſent per quaſdam conceſſerit, & indulſerit, diſtrictius inhibendo omnibus, & ſingulis dictarum decimarum Collectoribus, tunc, & pro tempore deputatis, ne eos, aut aliquem eorum quovis prætextu ad aliquam ſolutionem, ſeu contributionem decimarum coarctare, vel deſuper moleſtare quoquomodo præſumerent, & deinde ipſorum Vicarii, & Fratrum, ac Monialium, Monaſteriorum eorum curæ commiſſorum ſupplicationibus inclinatus, prædictas literas innovans, & approbans, ac inviolabiliter obſervari volens, & ad Moniales ſub cura eorundem Fratrum degentes quoad id, ut detractis ex fructibus ſeptem ducatis juxta taxam prædictam pro qualibet Moniali, decimam fructuum ſolvere tenerentur, extendens, & amplians, tunc, & pro tempore Commiſſariis, Collecturibus, & Subcollecturibus decimarum hujuſmodi ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac quingentorum ducatorum auri de camera, partim eiſdem Vicario, & Fratribus, & partim Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, pœnis per alias mandaverit, quatenus Fratres domorum, & Moniales Monaſteriorum contra literarum prædictarum tenorem, nullatenus moleſtare præſumerent, & poſtremo veſtrum, filii Priores, & Fratres, ac filiæ Prioriſſæ, ac Moniales domorum, ac Monaſteriorum dicti Ordinis Provinciæ Romanæ ſupplicationibus inclinatus, Exactoribus decimarum pro tempore deputatis ſub ejus indignationis pœna, per reliquas ejus in forma Brevis literas commiſerit, & mandaverit, quod cum hujuſmodi decimarum ſolutio quandocunque in poſterum ingruerit, deductis prius ex ſingulis decimis ducatis ſeptem pro qualibet perſona in eiſdem domibus, & Monaſteriis pro tempore commorante, quos ſibi pro eorum neceſſitatibus omnino dimitti voluit, de eo ſolum, quod ſupereſſe cognoviſſent, juxta ſolitam taxam, decimas prædictas exigere procurarent, prout in literis prædictis plenius habetur, nihilominus Collectores, & Subcollectores, ac alii Exactores, & Commiſſarii decimarum ad præſens impoſitarum, vos ad ſolutionem decimarum earundem alias, quam juxta literarum prædictarum continentiam, & tenorem cogere, & alias in præmiſſis diverſimode moleſtare, vexare, & inquietare præſumant, in gravem veſtrum perturbationem. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut ſingulas literas Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi, licet per Nos alias approbatas, denuo approbare, & innovare, aliaſque vobis in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos, ut liberius divinis

,, beneplacitis vacare poſſitis, paterno affectu confo-
,, vere volentes, veſtris ia hac parte ſupplicationibus
,, inclinati, ſingulas literas Clementis Prædeceſſoris
,, hujuſmodi cum conceſſionis, indulti, inhibitionis,
,, extenſionis, ampliationis, maadati, & confirmatio-
,, nis, ac omnibus ſingulis aliis in eis conteatis clau-
,, ſulis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſeatium
,, approbamus, & innovamus, ſuoſque effectus ſor-
,, tiri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere
,, decernimus, diſtrictius inhibentes eiſdem Collecto-
,, ribus, & Subcollectoribus, ac Exactoribus, &
,, Commiſſariis ſub pœnis prædictis, ne vos, aut ve-
,, ſtrum quemlibet contra Clementis Prædeceſſoris,
,, ac noſtras literas hujuſmodi, tenorem moleſtare
,, præſumant, non obſtaatibus Conſtitutionibus, &
,, Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſcunque lite-
,, ris, ſuper decimarum hujuſmodi impoſitionibus
,, pro tempore etiam noviſſime emanatis, ceteriſque
,, contrariis quibuſcunque. Decernentes præſentium
,, literarum tranſumptis manu alicujus Notarii ſub-
,, ſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu
,, perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ muai-
,, tis, eandem prorſus fidem adhiberi debere, quæ
,, eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi origiaaliter
,, exhiberentur, vel oſtenderentur, ac eaſdem lite-
,, ras per quoſcunque, quibus illas intimari pro tem-
,, pore contigerit, dimiſſa eis copia, illas pro tempore
,, intimanti reſtitui debere. Datum Roaæ apud San-
,, ctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VI Decem-
,, bris MDXL, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Ne *Bergomenſes* Fratres Ordinis Prædicatorum Decimas ſolvant, inhibet *Paulus III Conſt.LXX* == Exponi Nobis == *Tom.IV pag.605*.

Quid de Decimis a Conveatibus Status Veneti ſolvendum ſit, decernit *Paulus III Conſtit.LXXXI* == Exponi Nobis == *Tom.IV pag.616*.

Huc ſpectat *Pauli III Conſt.XC* == Exponi Nobis == *Tom.IV pag.627*.

XXX. Huc etiam pertinet *Julii III Conſtit.XXII* == Querelam == *Tom.V pag.24*.

Hiſpaniarum Nuncio ſcribens *Julius III Conſtit.XXVIII Tom.V pag.30*: ,, Exponi, inquit, Nobis
,, nuper fecerunt dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ,
,, Moniales, & Sorores Ordiais S. Dominici, de ob-
,, ſervantia nuncupati in Regais Hiſpaniarum exi-
,, ſtentes, quod licet alias felicis recordationis Leo Pa-
,, pa X Prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula privi-
,, legia, immunitates, exemptiones, & libertates,
,, prærogativas, & facultates, gratias, coaceſſionea,
,, & indulta, ſive temporalia, ſive ſpiritualia, qua-
,, liacunque illa eſſeat, aut fore contingeret, Ordi-
,, nibus Mendicantium quibuſcunque quomodolibet
,, conceſſa, & ex tunc in futurum concedenda, Ordini
,, Fratrum Prædicatorum S. Dominici, illiuſque
,, Fratribus, necaon Monialibus, ac ſub eorundem
,, Fratrum cura degentibus Sororibus de Pœnitentia
,, S. Dominici, ſeu Tertii Ordinis nuncupati, illo-
,, rumque locis, domibus, Moaaſteriis, Eccleſiis,
,, & perſonis quibuſcunque communicaverit, & coa-
,, ceſſerit, & ad illos, illas, & illa, extenderit, pe-
,, rinde, ac ſi a principio illa ia eorum favorem ema-
,, naſſent, & poſtmodum, poſtquam felicis memoriæ
,, Clemens PP. VII, etiam Prædeceſſor aoſter, ex
,, certis tuac expreſſis, & legitimis cauſis, etiam per-
,, petuis futuris temporibus, ut Abbatiſſæ, Moniales,
,, & Sorores Monaſteriorum S. Claræ in communi
,, viventes Tertiæ Regulæ S. Franciſci, ubicunque
,, locorum exiſteates, terras, & poſſeſſiones, tam
,, per alienos, quam per proprios colonos ordinatos,
,, & familiares Monaſteriorum ſuorum excoli, & cul-
,, tivari facientes, ſi exinde pro earum ſuſtentatione
,, ſufficientes redditus non haberent, pro fructibua
,, ex illis excreſcentibus, Rectoribus Parochialium
,, Eccleſiarum, infra quarum limites poſſeſſiones ipſæ
,, conſiſtebaat, aut quibuſvis aliis perſoais cujuſcun-
,, que dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel con-
,, ditioais, etiamſi ipſius Clemeatis Prædeceſſoris
,, Commiſſarii forent, decimas, aut primitias, ta-
,, xas, vel collectas, ſeu exactiones, etiam per ip-
,, ſum Clementem Prædeceſſorem, & Sedem prædi-
,, ctam, vel ejus Legatos, & Nuncios, aut quoſcun-
,, que alios, quavis occaſione, vel cauſa, etiam pro
,, Fidei Catholicæ tuitione, ſeu expeditioae contra
,, Turcas, aut recuperatione Terræ Sanctæ, vel alia
,, quavis urgentiſſima cauſa impoſitas, & imponen-
,, das, etiam prætextu quarumvis cenſurarum, &
,, pœnarum Eccleſiaſticarum in literis exactionum ha-
,, rum contentarum, ſolvere minime tenerentur, nec
,, ad id per Executores, vel Commiſſarios inibi de-
,, putatos, quavis auctoritate cogi, vel compelli
,, poſſent, inter alia ſtatuerat, & ordinaverat, &
,, decreverat, recolendæ etiam memoriæ Paulus Pa-
,, pa III, etiam Prædeceſſor noſter, quod Abbatiſſæ,
,, Moniales, & Sorores Ordinis S. Claræ de Obſer-
,, vantia nuncupatæ in communi viventes, prædicta
,, in Regnis Caſtellæ, & Legionis exiſtentes, necnon
,, domus, Monaſteria, loca, poſſeſſiones, & alia
,, quæcunque bona mobilia, & immobilia, ſi ex eo-
,, rum redditibus congruam noa haberent ſuſtentatio-
,, nem, taxandam, videlicet pro unaquaque Moniali ad
,, ſexdecim ducatos auri de Camera, a ſolutione, &
,, præſtatione Decimarum, & primitiarum prædi-
,, ctarum juxta decretum Clementis Prædeceſſoris hu-
,, juſmodi, & deſuper confectarum literarum teno-
,, rem eſſeat, & eſſe deberent prorſus, & omnino
,, exempta, & immunia, neque deſuper a quoquam
,, moleſtari, vel perturbari poſſent, inter alia vo-
,, luerit, ſtatuerit, & ordinaverit: Noſque poſtmo-
,, dum omaia, & ſingula privilegia, immunitates,
,, exemptiones, libertates, prærogativas, favores,
,, conſervatorias, facultates, gratias, conceſſiones,
,, & Iadulgeatias, etiam per modum commuaicatio-
,, nis, & extenſioais Ordini, Fratribus, Proviaciis,
,, Congregationibus, & aliis perſonis utriuſque ſe-
,, xus Ordinis S. Dominici, necnon Monaſteriis,
,, Domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque ipſo-
,, rum, vel ab eis dependeatium, in genere, vel in
,, ſpecie, tam per ſupradictos, quam quoſcunque alios
,, Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, & Se-
,, dem Apoſtolicam, ſub quacunque forma, & ver-
,, borum expreſſione, hactenus quomodolibet con-
,, ceſſa, & ianovata, approbaverimus, & innova-
,, verimus, ac pro potiori cautela, illa omnia, & ſin-
,, gula, prout per Prædeceſſores, & Sedem prædi-
,, ctos, conceſſa, ſtatuta, & ordinata fuerant, de
,, novo in omnibus, & per omnia, ita quod Ordo,
,, Magiſter, Fratres, Moaiales, Sorores, & alii Or-
,, dinis S. Dominici, aecaoa illorum Monaſteria,
,, Domus, Eccleſiæ, & loca hujuſmodi, illis, tam
,, in genere, quam in ſpecie conceſſa, uti, potiri,
,, & gaudere poſſent, & deberent, ac ab impoſitioni-
,, bus, gravaminibus, oneribus, decimis etiam tem-
,, poralibus, & aliis pedagiis, gabellis, ac oaaibua
,, aliis, & ſingulis ſupradictis libera penitus, immu-
,, nia, & exempta exiſterent, conceſſerimus, ac ſta-
,, tuerimus, & ordinaverimus, necnon Superiores,
,, Fratres, Moniales, Sorores, Monaſteria, Do-
,, mos, Eccleſias, & loca Ordinis S. Dominici hu-
,, juſmodi,

Digitized by Google

,, juſmodi, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemp-
,, tionibus, & gratiis quibuſvis aliis conceſſis hacte-
,, nus, & ex tunc in poſterum concedendis, uti,
,, frui, & gaudere poſſe, & debere in omnibus, &
,, per omnia perinde, ac ſi Fratrum Prædicatorum,
,, & aliis ſibi commiſſis Ordinibus, eorumque Supe-
,, rioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, Per-
,, ſonis, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis
,, Ordinis S. Dominici, vel ſub illius Fratrum cura
,, degentibus hujuſmodi, ſpecialiter, & expreſſe
,, conceſſæ fuiſſent, decreverimus, illaque eis, &
,, eorum ſingulis communicaverimus, & propterea
,, merito quæcunque Caſtellæ, & Legionis, ac alio-
,, rum Hiſpaniarum Regnorum quorumcunque, Mo-
,, niales Ordinis Prædicatorum S. Dominici, eorum-
,, que Monaſteria, loca, & domus, quæ ex terra-
,, rum, & poſſeſſionum, ac bonorum ſuorum reddi-
,, tibus, congruam non haberent ſuſtentationem, ta-
,, xandam pro qualibet Moniali ad ſexdecim ducatos
,, auri de Camera, a ſolutione, & præſtatione
,, Decimarum, & primitiarum prædictarum, libera,
,, immunia, & exempta ſint, & eſſe deberent, nec
,, deſuper moleſtari potuerint, ſive poſſent. Nihilo-
,, minus Moniales Ordinis Fratrum Prædicatorum
,, hujuſmodi in Regnis prædictis exiſtentes, quamvis
,, non habeant competentes, pro earum ſuſtentatione,
,, ut præfertur, taxanda, redditus, ad inſtantiam
,, quorundam Militum S. Jacobi de Spata, præten-
,, dentium poſſeſſionum, terrarum, & bonorum Mo-
,, naſteriorum, & domorum dicti Ordinis Fratrum
,, Prædicatorum, Decimas, ad ſe pertinère, per aſ-
,, ſertos ipſorum Militom Conſervatores, ſeu alias,
,, & ab aliis diverſimode moleſtentur, in non modi-
,, cum dictarum Monialium præjudicium, & præter
,, mentem, tam noſtram, quam Leonis, & Clemen-
,, tis Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum. Quare
,, pro parte dictarum Monialium Nobis fuit humiliter
,, ſupplicatum, ut omnes, & ſingulas Ordinis Prædi-
,, catorum in regnis ſupradictis, & aliis ubilibet per
,, univerſum orbem conſtitutas Moniales, earumque
,, Monaſteria, loca, terras, poſſeſſiones, & bona
,, quæcunque, quæ pro Monialium prædictarum ſu-
,, ſtentatione, ut præfertur, taxanda, ſufficientes
,, annuos redditus non habeant, vigore literarum
,, Leonis X Prædeceſſoris hujuſmodi ſuiſſe, & in po-
,, ſterum fore a quarumcunque decimarum, primi-
,, tiarum, taxarum, collectarum, & exactionum ſo-
,, lutione, prædictis Militibus, & quibuſvis aliis,
,, facienda penitus, & omnino, liberas, immunes,
,, & exemptas, ac libera, immunia, & exempta eſſe,
,, declarare, illaſque eximere, & liberare, ſicque
,, in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque
,, Judices, etiam S. R. E. Cardinales, & Sacri Palatii
,, Apoſtolici cauſarum Auditores, in quavis cauſa,
,, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter
,, judicandi, & interpretandi auctoritate, & facul-
,, tate, judicari, & definiri debere, ac ſi ſecus ſuper
,, his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel
,, ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane
,, decernere. Necnon eiſdem Militibus, & eorum
,, Conſervatoribus, & quibuſvis aliis etiam Venera-
,, bilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſco-
,, pis, Epiſcopis, necnon dilectis filiis aliis locorum
,, Ordinariis, ac Collegiis, Capitulis, Univerſitati-
,, bus, perſonis, cujuſcunque dignitatis, ſtatus,
,, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, ſub
,, indignationis noſtræ, & excommunicationis latæ
,, ſententiæ, ipſo facto incurrendæ, pœna, ne Mo-
,, niales Ordinis Prædicatorum S. Dominici con-
,, gruam portionem, ut præfertur, taxandam, pro
,, eorum ſuſtentatione, non habentes, earumque Mo-
,, naſteria, domos, loca, terras, & poſſeſſiones, ac
,, colonos quoſcunque, tam proprios, quam alienos,
,, ad ſolutionem decimarum, primitiarum, taxarum,
,, collectarum, & exactionum hujuſmodi, quovis
,, prætextu cogere, compellere, ſeu alias quomodo-
,, libet moleſtare, inquietare, aut perturbare, ſive
,, contra eas procedere, vel ab eis quicquam exigere
,, audeant, vel præſumant. Quinimmo illas, & illa
,, exemptione, & immunitate hujuſmodi, aliiſque
,, præmiſſis, pacifice frui, & gaudere faciant, &
,, permittant, committere, & mandare, aliaſque in
,, præmiſſis opportune providere de benignitate Apo-
,, ſtolica dignaremur. Nos igitur quarumcunque li-
,, tium, & cauſarum, præmiſſorum occaſione, inter
,, Milites, & Moniales Ordinis Fratrum Prædicato-
,, rum hujuſmodi, ac alios quoſcunque ubilibet, &
,, qualitercunque pendentes, ſtatus, & merita, no-
,, minaque, & cognomina Judicum, & collitigan-
,, tium pro expreſſis habentes, ac cauſas ad Nos avo-
,, cantes, & lites prædictas penitus extinguentes, hu-
,, juſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ
,, per præſentes committimus, & mandamus, quate-
,, nus in præmiſſis, juxta formam literarum Pauli
,, Prædeceſſoris noſtri procedas, declares, & exe-
,, quaris, & nihilominus ſi declarationem, & execu-
,, tionem prædictas fieri contigerit, ut præfertur,
,, eiſdem Monialibus in præmiſſis efficacis defenſionis
,, præſidio aſſiſtens, per te, vel alium, ſeu alios facias
,, auctoritate noſtra eaſdem declarationem, & exe-
,, cutionem firmiter obſervari, non permittens di-
,, ctas Moniales, earumque Monaſteria, domos, lo-
,, ca, terras, poſſeſſiones, & bona quæcunque deſu-
,, per contra tenorem literarum Pauli, Prædeceſſoris
,, hujuſmodi, per Milites prædictos, ſeu quoſcunque
,, alios indebite moleſtari, perturbari, vel inquieta-
,, ri; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac tibi
,, in præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſu-
,, ras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias,
,, tuo arbitrio moderandas, appellatione poſtpoſita,
,, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſer-
,, vatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas
,, prædictas, etiam iteratis vicibus aggravando, in-
,, vocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bra-
,, chii ſecularis.

XXXI. Univerſis, & ſingulis quorumvis Ordi-
num Mendicantium Prælatis ſuperioribus, & inferio-
ribus ſcribens *Paulus IV Conſt.IX* = Cum Nos =
Tom.V pag.49: ,, Cum Nos, inquit, nuper urgen-
,, tibus temporum conditionibus, diverſas ſuper red-
,, ditibus Eccleſiaſticis decimas a quibuſcunque etiam
,, Ordinum Mendicantium profeſſoribus, bona ſtabi-
,, lia ex privilegio Apoſtolico habentibus, perſol-
,, vendas in dominio Venetorum, & diverſis Italiæ
,, partibus impoſuerimus, Nos, ad uberes fructus,
,, quos vos in agro militantis Eccleſiæ continuo pro-
,, ducitis, debitum reſpectum habere, ac indemnita-
,, tibus veſtris, quantum incumbentia Nobis onera
,, patiuntur, conſulere volentes, veſtris in hac parte
,, ſupplicationibus inclinati, vobis, quod de cetero
,, ratione cujuslibet decimæ, tam in dominio Veneto-
,, rum, quam aliis partibus Italiæ, per Nos hactenus
,, impoſitæ, & in poſterum ex quibuſvis cauſis impo-
,, nendæ ultra illius medietatem, ſi una, ſi vero duæ
,, decimæ imponantur, ultra unam decimam, & ſic
,, de ceteris, ſolvere non teneamini, nec ad id per
,, ipſarum decimarum Collectores, & Subcollectores
,, pro tempore deputatos, ſeu quoſcunque alios qua-

vis auctoritate fungentes cogi, ſeu coarctari, aut propterea aliquibus cenſuris, vel pœnis eccleſiaſticis innodari poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus; mandantes dilectis filiis modernis, & pro tempore Camerario noſtro, & Clericis; ac Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, necnon quibuſvis aliis decimarum hujuſmodi hactenus deputatis, & in poſterum deputandis, Collectoribus, & Subcollectoribus, quavis auctoritate, dignitate, ſeu prærogativa præfulgeant, quatenus de cetero vos, occaſione ſingularum decimarum hactenus, ut præfertur, impoſitarum, & imponendarum, ratione domorum veſtri Ordinis, & illarum fructuum ultra illius medietatem, quovis modo directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio, gravare non audeant, vel præſumant, ſed exactione medietatis decimarum hujuſmodi contenti vos ab illis omnino quietent, liberent, & penitus abſolvant in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi decimas hujuſmodi integre perſolviſſetis; non permittentes vos per eoſdem Collectores, & Subcollectores, ſeu quoſcunque alios, quavis facultate munitos, quovis prætextu contra præſentium literarum tenorem moleſtari, vel perturbari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis literis, & facultatibus ſuper impoſitionibus decimarum pro tempore emanatis, etiamſi per illas præſentibus de verbo ad verbum derogari videretur, quas adverſus præſentes nullatenus ſuffragari poſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes quod præſentium literarum tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XX Julii MDLVI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXXII. *Pius IV Conſt.LI* = De ſtatu = *Tom.VII pag.*162 eximit Moniales a ſolutione decimarum.

Pro Fratribus Mendicantibus vide *Pii IV Conſt.LVI* = Cum nos = *Tom.VII pag.*167.

XXXIII. Huc ſpectat *S. Pii V Conſtitut. XXIII* = Ad ſummum = *Tom.V pag.*135, qua *Papienſe* Cœnobium *SS. Thomæ*, & *Apollinaris* a Decimis, & aliis oneribus ſolvendis immune declarat.

XXXIV. *Vincentinos* Fratres ab onerum pro tempore impoſitorum ſolutione liberos declarat *S. Pius V Conſtit.XXXII* = Sinceræ devotionis = *Tom. V pag.*148.

XXXV. ,, Inhoneſtum quoque, inquit *S. Pius V Conſt.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.*160: eſſe cenſentes, Mendicantium Ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiamſi curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis unita, ad contributionem pro Seminario, aut Decimarum aliquarum ſolutionem, immo illos, & eorum domos, Monaſteria, beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque poſſeſſiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcunque tam ad ipſos, quam ad Moniales præfatas, etiam largitione fidelium, ſeu alias juſtis de cauſis ab eis acquiſita, ac pecuniis empta, vel alias quomodolibet pertinentia minime teneri, illoſque, & illas, a quibuſcunque decimis, primitiis, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus, necnon ſubſidiis caritativis, etiam per Nos conceſſis, ad quorumcunque, etiam Regum, Principum, & Dominorum temporalium inſtantiam, quæcunque, etiam urgentiſſima, & de neceſſitate exprimenda cauſa, ac etiam aliis quibuſcunque oneribus, tam ordinariis, quam extraordinariis, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu quam veſtitu, aut alias ſibi neceſſariarum quomodolibet, etiam auctoritate Apoſtolica nunc, & pro tempore impoſitis, itaut penitus, & omnino ad alicujus rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus, & liberamus, illoſque, & illas, ad illos, & illa, etiamſi ſeculares, & aliæ perſonæ quæcunque in eas exigendi poſſeſſione fuerint, minime teneri debere, volumus: nec ſub Capite XII Seſſionis XXV comprehendi poſſe, vel debere decernimus. Quod vero de uſu quæſtorum Eleemoſynarum auferendo loquitur Seſſionis XXI Cap.VIII id ad Mendicantium Ordines nullo modo referri poſſe, vel debere etiam decernimus, quin potius cum eleemoſynis hujuſmodi vivere cogantur, eis id facere liberum omnino eſſe declaramus.

XXXVI. Mendicantes Fratres ab oneribus ſolvendis immunes eſſe, licet bona poſſideant in communi, declarat *S. Pius V Conſt.XLIV Tom.V pag.*171 dicens: ,, Romanus Pontifex, tam univerſalis chriſtianæ, quam ſingularum ejus Religionum præcipuus defenſor, omnibus illarum incommodis, pro ſui paſtoralis officii debito, libenter occurrit, & eorum indemnitati ſalubribus, juxta temporum, morumque exigentiam, declarationibus, & aliis remediis conſulere ſolet opportunis. Sane licet dilecti filii omnium Mendicantium Ordinum Fratres a contributione Seminarii Clericorum, in qualibet Civitate juxta ejuſdem Concilii formam erigendi, per Tridentini Concilii decreta eximantur; Noſque inter alia eiſdem Mendicantium Ordinum Fratribus conceſſa Privilegia, eos, & eorum quemlibet, tam a Seminarii hujuſmodi contributione, quam ſubſidio quolibet, necnon decimis quibuſcunque, & ceteria aliis oneribus Apoſtolica auctoritate ſimiliter exemerimus, & liberaverimus, eoſque ad illorum omnium contributionem, nullo unquam tempore cogi, & compelli poſſe, decreverimus: cum tamen, ſicut, non ſine animi noſtri moleſtia, nuper accepimus, nonnulli locorum Ordinarii, & forſan in Provincialibus Conciliis, & forſan ſub prætextu, quod Ordinum Mendicantium Fratres hujuſmodi bona ſtabilia ex indulto, ſeu diſpenſatione Apoſtolica retinere poſſunt, & propterea Mendicantes re vera non ſint, eos ad Seminarii ſubſidii, decimarum, & aliorum onerum hujuſmodi contributionem cogere, forſan præſumpſerunt, & in dies præſumunt, in grave ipſorum Ordinum gravamen, & præjudicium non modicum, Nos animo revolventes, eos ex fructibus bonorum hujuſmodi, varias Reipublicæ Chriſtianæ utilitates afferre, cum ex ipſis varios Magiſtros, & Doctores manuteneant, ex quorum doctrina ipſorum Fratres Novitii, eruditi poſtmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus ſuis, conſiliis, orationibus, aliiſque innumeris pietatis operibus juvent, & paſcant, eorumque domos, non minus, immo magis, quam ea, quæ per Ordinarios erecta ſunt, Seminaria vocari poſſe, & propterea Mendicantium nomen amittere nullo modo debere, volentes idcirco omnem dubitandi materiam, amputare, omnes, & ſingulos Mendicantium Ordinum Fratres hujuſmodi, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommuni-

,, catio-

,, cationis &c. aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis a ju-
,, re &c. ad effectum &c. harum ſerie abſolventes, &
,, abſolutos fore cenſentes, necnon quarumcunque
,, litium, & cauſarum coram quibuſvis Judicibus, &
,, ubicunque quomodolibet pendentium, ſtatus, &
,, merita, & cognomina Judicum, & Collitigantium,
,, necnon quorumcunque privilegiorum, indulto-
,, rum, exemptionum, & immunitatum eorundem
,, Ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quo-
,, modolibet conceſſorum, tenores præſentibus pro
,, expreſſis habentes, lites quoque, & cauſas præfatas,
,, ut præfertur, pendentes ad Nos harum ſerie avo-
,, cantes, illaſque penitus extinguentes, & colliti-
,, gantibus hujuſmodi perpetuum ſuper præmiſſis ſi-
,, lentium imponentes, motu proprio, non ad ipſo-
,, rum Fratrum, vel alicujus eorum Nobis, ſuper
,, hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa no-
,, ſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudi-
,, ne, omnes, & ſingulos quatuor Mendicantium
,, Ordinum, videlicet S. Dominici, & S. Franciſci,
,, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelita-
,, rum, & quos etiam recenſeri volumus Servorum
,, B. Mariæ nominibus comprehenſos Fratres, eo-
,, rumque domos, Monaſteria, & loca, etiamſi in
,, communi propria bona, tam mobilia, quam immo-
,, bilia, & ſtabilia, ac alia quæcunque poſſederint
,, Mendicantium vocabulo, & omnibus, & ſingulis
,, Mendicantium privilegiis eis quomodolibet con-
,, ceſſis, uti poſſe, & debere, nec ſuper præmiſſis,
,, ullo unquam tempore moleſtari poſſe, auctoritate
,, Apoſtolica per præſentes ſtatuimus, ac declaramus,
,, ac tam Concilii Tridentini, quam omnia, & ſingula
,, alia decreta, ſtatuta, ordinationes, privilegia,
,, & jura de Mendicantibus loquentia, ad omnes, &
,, ſingulos Ordines præfatos, eorumque domos, &
,, loca, etiam propria bona, in communi tamen, re-
,, tinentes, extendimus, & ampliamus, illaque de
,, illis loqui omni auctoritate præfata per eaſdem præ-
,, ſentes declaramus; Ac inſuper eiſdem Ordinariis,
,, & quibuſvis aliis, tam Eccleſiaſticis, quam ſecula-
,, ribus, quavis auctoritate fungen., in virtute ſan-
,, ctæ obedientiæ, & aliis arbitrio noſtro moderandis
,, pœnis, ſimiliter per præſentes mandamus, ut ſi
,, quid per eos, tam noſtro, quam Prædeceſſoris no-
,, ſtri temporibus, tam ratione Seminarii ſubſidii, &
,, decimarum, quam aliorum onerum hujuſmodi,
,, exactum fuit, id totum eiſdem Fratribus, omni mo-
,, ra, & dilatione poſtpoſitis, reſtituant, diſtrictius
,, inhibentes eiſdem locorum Ordinariis, ceteriſque
,, perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, qua-
,, vis auctoritate fungen., & cujuſvis dignitatis, gra-
,, dus, & conditionis exiſten., ne eoſdem Mendican-
,, tium Ordinum Fratres præfatos, bona hujuſmodi
,, retinentes, quovis prætextu ſuper Seminarii ſubſi-
,, dii, & decimarum contributione, moleſtare, in-
,, quietare, vel perturbare audeant, vel præſumant.
,, Decernentes quoque præſentes literas ullo unquam
,, tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut
,, intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, no-
,, tari, vel impugnari, nullatenus poſſe, minuſque
,, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum
,, revocationibus, modificationibus, limitationibus,
,, reſtitutionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus,
,, tam per Nos, quam etiam Succeſſores noſtros quo-
,, modolibet, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum
,, derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis
,, clauſulis, irritantibuſque decretis pro tempore fa-
,, ctis, & faciendis, quorumcunque tenorum exiſtant,
,, includi, ſed illis non obſtan., in ſuis robore, & effi-
,, cacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties
,, in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plena-
,, rie reintegratas, ac etiam ſub data per ipſos eligen-
,, da, de novo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis
,, voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe, & ad hoc ut
,, perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi, & effica-
,, cis contractus inter Sedem Apoſtolicam, & præfa-
,, torum Ordinum Mendicantium hujuſmodi Fratres,
,, habere debere, ſicque per quoſcunque Judices, &
,, Commiſſarios, quavis auctoritate fungen., & cau-
,, ſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Car-
,, dinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis ali-
,, ter judicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
,, ritate, judicari debere, irritum quoque &c. atten-
,, tari. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Ca-
,, meræ Apoſtolicæ Generali Auditori, necnon qua-
,, rumcunque tam Cathedralium, quam Collegiata-
,, rum Eccleſiarum Decanis, Præpoſitis Archipre-
,, sbyteris, Archidiaconis, Theſaurariis, & quibuſ-
,, vis aliis in eiſdem Eccleſiis dignitates obtinentibus
,, ubilibet, & in quibuſcunque Regionibus, terris,
,, & locis exiſtentibus, per præſentes motu ſimili
,, mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet per
,, ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis
,, contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit,
,, ac quoties pro parte dictorum Fratrum, vel cujuſ-
,, vis eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes,
,, eiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio
,, aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eoſdem Fra-
,, tres, & eorum ſingulos præmiſſis omnibus pacifice
,, frui, & gaudere. Non permittentes eos, vel eo-
,, rum quempiam ſuper illis, quomodolibet indebite
,, moleſtari. Contradictores &c. Et nihilominus le-
,, gitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſen-
,, tentias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam aggravan-
,, do, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxi-
,, lio brachii ſecularis &c. Non obſtantibus felicis re-
,, cordationis Bonifatii PP. VIII Prædeceſſoris noſtri
,, de una, & Concilii Generalis de duabus diætis,
,, dummodo ultra tres diætas quis vigore præſentium,
,, ad judicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis, nec-
,, non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis,
,, editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus,
,, & Ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramen-
,, to &c. Statutis &c. & literis Apoſtolicis, ſub qui-
,, buſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis
,, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque effi-
,, cacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque,
,, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam mo-
,, tu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ po-
,, teſtatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam
,, conſiſtorialiter, conceſſis, approbatis, confirma-
,, tis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus, etiamſi
,, de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpe-
,, cifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia &c. te-
,, nores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil
,, penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata
,, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis haben. illis
,, alias &c. hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe
,, derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi ali-
,, quibus &c. quod interdici &c. ac de verbo ad ver-
,, bum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus
,, autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus
,, Notarii publici ſubſcriptis, aut alicujus Prælati,
,, vel in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti ſigillo mu-
,, nitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem
,, præſentibus adhiberetur, quodque eædem præſen-
,, tes in valvis Cancellariæ Apoſtolicæ, & Baſilicæ
,, Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon in Acie
,, Campi

Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris publicentur, & inter Extravagantes Conſtitutiones perpetuo valituras, conſcribantur, ac poſtquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant, necnon omnes, & ſingulos illas concernentes, perinde ligent, ac ſi eſſent perſonaliter intimatæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die Prima Octobris MDLXVII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXXVII. ,, Dum ad uberes, inquit *S. Pius V Conſt. LXVII Tom. V pag.* 210 ,, quos ſacri Mendicantium Ordines in agro Dominico quotidie faciunt fructus, attente reſpicimus, & attentæ conſiderationis indagine perſcrutamur, ipſorum Religionis ſinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus ſub humilitatis ſpiritu, devotum Altiſſimo præſtant famulatum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut illis ea libenter concedamus, per quæ ſemotis quibuslibet gravaminibus promptiores ejuſdem Altiſſimi inhæreant ſervitiis. Hinc eſt, quod nos volentes eoſdem Mendicantium Ordines, & dilectos filios eorum Fratres, & Monachos, ceteraſque perſonas, ac etiam Moniales quaslibet ejuſdem Ordinis ſub illorum cura degentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, Motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & ſinguli Mendicantium Ordinum hujuſmodi Fratres, Monachi, & dilectæ filiæ in Chriſto Moniales, ſeu Sorores, & aliæ utriuſque ſexus perſonæ ubilibet per totum Chriſtianum orbem diffuſi, & conſtituti, illorumque Monaſteria, Cœnobia, Domus, Conventus, Eccleſiæ, Capellæ, Oratoria, & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ, poſſeſſiones, prædia, agri, & alia omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, ac ſe moventia, & ubilibet, ac in quibuſcunque rebus conſiſtentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, Coloni, Arrendatarii, Locatarii, & Affictuarii, negotiorumque ſuorum geſtores univerſi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore exiſtentes in perpetuum ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tam urbanis, quam ruſticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, collectis, impoſitionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam perſonalibus meris, & mixtis, etiam ſubſidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque hoſpitiis, ac alias quibuſcunque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate, quomodolibet impoſitis, & imponen., & quæ laicis, ac aliis quibuſvis quomodolibet imponi conſueverunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, & rerum cujuſcunque generis, vel qualitatis exiſtant, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram undecunque, & quomodocunque pro tempore delatarum, necnon animalium quorumcunque mortuorum, & vivorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quavis cauſa, ac ſuper quibuſcunque rebus, tam in Alma Urbe noſtra, quam extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon a contributionibus, & ſolutionibus illis faciendis, ac tam pro victu, & veſtitu, quam quocunque alio uſu tantum, ac tam emendo, quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando, necnon etiam a ſolutione quadrantis pro ſingulis libris carnium de animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam, quæ in ſuis ædibus, prædiis, & poſſeſſionibus privatis, detinent, & nutriunt, ac a contributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliiſve machinis ſtruendis, & reparandis, ſeu reficiendis, ac Civitatum, Terrarum, & locorum quorumcunque fortificationibus, necnon etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Urbe, quam extra eam, ubilibet penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque terræ, agri, poſſeſſiones, & loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquando pro paſcuis animalium ad certum tempus reſervantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec comprehendi cenſeantur, ac etiam Monaſteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque Militum, tam Equitum, quam Peditum hoſpitiis, quemadmodum magno cum noſtro dolore huculque in pleriſque locis factum comperimus, nequaquam aſſignentur, nec aſſignari debeant. Et inſuper, quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quæcunque bona Monaſteriorum, Cœnobiorum, & aliorum locorum Regularium præfatorum, ab aliis, quam a Syndicis, & Procuratoribus Religioſis Fratribus, Monachis, & Monialibus, aliiſque perſonis præfatis exigi, illaque duntaxat in beneficium loci, & ſuſtentationem ipſorum Religioſorum Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoſcunque quovis nomine cenſeantur, nec in alium, quam præmiſſum uſum converti, ſeu expendi poſſint, neque debeant, niſi de conſenſu Superiorum illius loci cui data, vel conſignata, aut donata fuerint, ſeu ad quem alias ſpectabunt, nec etiam ſoli tutores, aut curatores, ſeu protectores, & alio nomine Sancteſii, aut alias nuncupati, de eiſdem bonis ullo modo diſponere poſſint. Quodque idipſum etiam de eleemoſynis, oblationibus, & quibuſcunque aliis donativis intelligi, & obſervari debeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, ordinamus, volumus, & declaramus, necnon Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares perſonas, eorumque Monaſteria, Cœnobia, Conventus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, poſſeſſiones, prædia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, Locatarios, Affictuarios, ac Geſtores, prædicta, ut præfertur, libera, immunia, & exempta, eiſdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & eſſe decernimus, mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Cameræ Apoſtolicæ Camerario, Præſidentibus, & Clericis, ac Commiſſariis, Agentibus, & Officialibus quibuſque, ut omnibus, & ſingulis, tam Virorum, quam Mulierum Monaſteriis Mendicantium Ordinum hujuſmodi exiſtentibus, ſub ditione noſtra temporali mediate, vel immediate, conſtitutis, tantum ſal, quantum pro eorum uſu ſuffecerit ſingulis annis omni dilatione ceſſante, & contradictione remota contribuere, & aſſignare, ac contribui, & aſſignari facere debeant realiter, & cum effectu, diſtrictius etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de camera pro una Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, & pro altera medietatibus ſingulis Monaſteriis,

& locis

„ & locis præfatis, quæ moleſtari, ſeu perturbari contigerit irremiſſibiliter applicandorum pœnis, eo ipſo, ſi, & quoties contractum fuerit, incurrendis, inhibentes tam illis, quam dilectis filiis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Datiorum, Gabellarum, onerum, & aliorum præmiſſorum Exactoribus, Conductoribus, & Appaltatoribus, necnon quibuſvis Communitatibus, & Univerſitatibus, illarumque Officialibus, & perſonis, aliiſque quibuſcunque ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, quatenus præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter, & perpetuo obſervent, ac ab omnibus obſervari faciant, neque Fratres Monachos, Moniales, & alias Religioſas Perſonas, alioſque ſupradictos, ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtent, & perturbent, neque permittant per quoſcunque quomodolibet moleſtari ſeu perturbari; Et ſi quis contradicere, aut quovis modo contravenire præſumpſerit, per mandatum executivum contra ipſum, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel præeminentiæ fuerit, ipſo facto procedi. Et ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus: Quocirca Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſive eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, necnon dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis quarumcunque Eccleſiarum Prælatis, & perſonis ubilibet, & in quibuſcunque regionibus, terris, & locis exiſtentibus, ac aliis, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum, Monachorum, Monialium, aliarumque Religioſarum perſonarum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos, & eorum ſingulos ſtatuto, ordinatione, voluntate, declaratione, conſtitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per Camerarium, Præſidentes, Clericos, & Commiſſarios Cameræ hujuſmodi, necnon Legatos, Vice-Legatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores prædictos, aut quoſcunque alios ad aliquam ſolutionem, contributionem, vel præſtationem, præmiſſorum occaſione, quomodolibet, faciendam, quovis modo cogi, & compelli, aut alias contra præſentium tenorem, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari.

XXXVIII. De Decimis, aliiſque ſubſidiis non ſolvendis a Fratribus Ordinis Prædicatorum legenda *S. Pii V Conſt.XCI* = Militanti Eccleſiæ = *Tom.V pag.241*: „ Romanus Pontifex, inquit *S. Pius V Conſt.XCVII Tom.V pag.251* „ in ſupremo militantis Eccleſiæ culmine collocatus, ad hoc potiſſimum ſollicitudinis ſuæ nervos intendit, ut Religionum omnium præſertim Ordinum Fratrum Mendicantium, qui ſub regulari obſervantia in eorum Monaſteriis..... famulatum reddere intendunt, diſpendiis occurrat, & profectibus ſalubriter intendat, exemptioneſque, & alias gratias illis ſuorum virtutum, & laborum intuitu, per Sedem Apoſtolicam conceſſas a noxiis præſervet, ac alias officii ſui partes ſolerter impendat, prout temporum neceſſitate, perſonarumque, & rerum qualitate penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem, ut imminentibus neceſſitatibus ad reprimendas vires, & impetus ſæviſſimi Turcarum tyranni, ſubvenire poſſemus, ſex decimas integras; eorumque fructuum, redditruum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium, & quarumcunque Eccleſiarum Patriarchalium, Cathedralium, & Metropolitanarum, Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ceterorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, Secularium, ac S. Benedicti, S. Auguſtini, Ciſtercien., Cluniacen., Præmonſtraten., & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel alias poſſident, Mendicantium, ac quorumcunque aliorum Ordinum utriuſque ſexus, necnon Congregationum Regularium, & Militiarum, ſecundum verum annuum valorem fructuum, redditruum, proventuum, & aliorum prædictorum, ac etiam ſex alias decimas omnium, & quarumcunque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, & emolumentis ſupradictis aſſignatarum, & aſſignandarum percipiendas, exigendas, & levandas, ab omnibus, & quibuſcunque perſonis Secularibus, & Regularibus, Ordinum, & Congregationum præfatarum in certis temporibus, & terminis, ac expreſſis ſolutionibus, ſolvendas per quaſdam noſtras literas ſub datum Pridie Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Quinto, indiximus, & impoſuimus, decernendas decimas hujuſmodi, non ſecundum antiquam taxam, ſed ſecundum communem extimationem fructuum, redditruum, & proventuum, & aliorum prædictorum; Alias vero penſionum Decimas, ad rationem decem pro centenario arbitrandas, ſolvendas, & præſtandas, & ſecundum ea prædictos omnes, in ſolidum cogendos eſſe, nec ullas omnino immunitates, & exemptiones, ex cauſa reſignationis, & quacunque alia gravi, & onerosa occaſione quocunque modo conceſſas, & interim concedendas, illis ſuffragari, ſive dictam integram ſolutionem minuere, vel impedire debere, prout in dictis literis, plenius continetur. Nos autem, conſiderantes indictionem, & impoſitionem ſex decimarum hujuſmodi, aliaque in dictis noſtris literis contenta, omnes Fratres Religioſos, & Moniales Ordinum Mendicantium, illorumque domos, Monaſteria, Conventus, Eccleſias, loca, & bona quæcunque amplecti, quorum tamen alii nullos, aut admodum modicos, & paucos fructus retinent, ſive habent, alii vero ex retroactis calamitoſis temporibus, ita ære alieno gravati, ac in tali neceſſitate conſtituti exiſtunt, ut eiſdem Religioſis, ſive Fratribus, & Monialibus ſolutio dictarum ſex decimarum, fere impoſſibilis foret, cogitanteſque quod Fratres Religioſi, & Moniales præfati, continuis orationibus, quotidie pro Fidei Catholicæ, & illius univerſi Populi Chriſtiani, conſervatione, tuitione, & defenſione, apud Dominum noſtrum Salvatorem Jeſum Chriſtum inſiſtunt, & orant, ut non minus orationibus, quam alii facto, & armis, contra dictum ſæviſſimum Turcarum tyrannum, & illius vires, & impetus immanes pugnare videntur,

„ itaut

itaut merito aliqualiter in aliis onerinus ſublevandos eſſe videatur. Quapropter ipſos Fratres, Religioſos, & Moniales, eorumque ſingulos, ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, illoſque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon veriores literarum, aliarumque ſcripturarum deſuper confectarum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, veſtigiis etiam Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum inhærendo, indictionem, & impoſitionem ſex decimarum hujuſmodi, per Nos, ut præfertur, factam, ad illarum medietatem videlicet tres decimas tantum, quas non ſecundum communem extimationem fructuum, reddituum, & proventuum, vel ad rationem decem pro centenario, ſed juxta antiquam illorum taxam, arbitrandas eſſe volumus, quoad dictorum Ordinum Mendicantium Fratres Religioſos, & Moniales, eorumque Domos, Conventus, Monaſteria, Eccleſias, loca, & bona quæcunque tantum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reducimus, & moderamus, ipſaſque ſex decimas juxta dictam antiquam taxam, non autem ſecundum communem extimationem præſtari debere, nec Fratres, Religioſos, & Moniales, ipſos ultra tres decimas hujuſmodi ſolvere teneri, eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus. Et inſuper volumus, quod Monaſteria, Domus, Conventus, aliaque loca, & bona eorundem Ordinum Mendicantium, necnon illorum Fratres, Religioſi, Moniales, & perſonæ quæcunque, qui alias decimas in præteritum impoſitas, ſolvere non conſueverunt, ſub indictione, & impoſitione ſex decimarum hujuſmodi, nec præſentibus reductione, & moderatione, comprehendantur; Quinimmo ipſos, & illa omnia ab onere ſolutionis, & impoſitionis ſex decimarum hujuſmodi, auctoritate, & tenore prædictis, penitus eximimus, & liberamus, ac illos, & illa immunes, & liberos, ac immunia, & libera reſpective eſſe, nec ad ſolutionem dictarum ſex decimarum teneri, neque Fratres, Religioſos, Moniales, aliaſque perſonas prædictas ad illas ſolvendum ullatenus compelli poſſe; ſicque per dilectum filium modernum, & pro tempore exiſtentem Camerarium noſtrum, necnon Collectores quoſcunque ad dictas decimas colligendas deputatos, & deputandos, & quoſvis alios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ex nunc quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, eiſdemque Camerario, & Collectoribus, ac aliis quibuſvis, ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafacientes eo ipſo incurrenda, diſtrictius inhibentes, ne quandiu dicta impoſitio ſex decimarum duraverit, ultra tres partes illarum, ab eiſdem Mendicantium Ordinum Fratribus, Religioſis, Monialibus, & perſonis exigere, & ab ipſis Fratribus, Monialibus, & perſonis aliarum decimarum, ſic, ut præfertur, illas ſolvere non conſuetis, quicquam petere, vel eos, aut aliquem eorum hujus prætextu, moleſtare, perturbare, vel inquietare præſumant, ac tam illis, quam receptoribus decimarum hujuſmodi, aliiſque ſuper his deputatis, diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus, ſi quid hactenus ab eiſdem Fratribus, Religioſis, & Monialibus, ſive eorundem aliquo, ultra dictas tres decimarum partes receperint, illud integrum eis quamprimum reſtituant, ac per eos, ad quos ſpectat, realiter reſtitui faciant; Ac reductionem, moderationem, ſtatutum, ordinationem, voluntatem, exemptionem, liberationem, decretum, inhibitionem, aliaque omnia præmiſſa, necnon præſentes literas, nullo unquam tempore, quovis quæſito colore, vel ingenio de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari, neque aliquatenus, etiam ad eorundem Collectorum, & aliorum deputatorum inſtantiam revocari, caſſari, annullari, reduci, vel retractari poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, dictiſque Fratribus, Religioſis, Monialibus, & perſonis, ac eorum Monaſteriis, domibus, & locis ſuffragari debere, ſimiliter decernimus, & declaramus.

XXXIX. „ Minuſque, inquit *S. Pius V Conſtit.CXXIII* = Ad hoc Nos Deus = *Tom.V pag.*291: Fratres, & Moniales ipſi (Prædicatores) ad aliquorum onerum, realium, vel perſonalium, etiam ratione eorundem domorum, ſeu Conventuum, Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum, ac quorumcunque beneficiorum eiſdem unitorum, etiamſi, ut præfertur, curam animarum habeant, contributionem, etiam pro Seminario, & decimarum, quarumcunque, aut cujuſcunque ſubſidii, etiam caritativi, & triennalis nuncupati, nunc, & pro tempore per Nos, & quoſcunque Romanos Pontifices, aut præfatam Sedem impoſitorum, & imponendorum, ex quavis cauſa, quantumcunque urgentiſſima teneantur, vel deſuper aliter moleſtari poſſint, ſeu debeant. Quodque Fratres, & Moniales præfati, ubique locorum novas domos, ſive Conventus, & Monaſteria, ac Eccleſias dicti Ordinis cum clauſtris, cellulis, refectoriis, dormitoriis, aliiſque officinis neceſſariis, Ordinarii loci, ſive cujuſvis alterius, licentia deſuper minime requiſita, conſtruere, ædificare, erigere, & inſtituere, nec pariter ſuper his moleſtari poſſint, ſive debeant, eiſdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, eiſque Fratribus, & Monialibus, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Ac etiam ipſos Fratres, & Moniales, eorumque domos, Monaſteria, Beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quæcunque, cujuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtant, dictorumque bonorum colonos, laboratores, & conductores, ac oblatos, & Tertii Habitus Moniales, aliaſque perſonas præfatas a quibuſvis decimis, etiam prædialibus, & primitiis, quartis, mediis, & aliis partibus fructuum, ac ſubſidiis, etiam caritativis præfatis, ac ab omni juriſdictione, & ſuperioritate quorumcunque locorum Ordinariorum, etiam de novo, quatenus opus ſit, auctoritate, & tenore ſimilibus, eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus eſſe volumus. Necnon, quatenus opus ſit, illos, eorumque ſingulos in jus, & proprietatem

„ B. Pe-

Digitized by Google

„ B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ, ac ſub eorum ſpe-„ ciali, & immediata protectione ſuſeipimus, ac eos „ ſolum, & duntaxat immediate Sedi præfatæ, & „ Nobis, ac pro tempore exiſtenti Romano Pontifici „ ſubjacere decernimus, & declaramus.

XL. Eccleſiaſtica bona a quibuſdam tributis ſolvendis libera declarat *Sixtus V Conſt.XXXVII* = Romani = *Tom.VII pag.*205.

XLI. In Oriolenſis Collegii gratiam Caput = *Nuper* = De Decimis revocatur a *Clemente VIII Conſtit.III* = Expoſcit = *Tom.V pag.*487.

De eodem Collegio legendæ *Clementis VIII Conſtit.XX* = Decet Romanum = *Tom.V pag.*500, & *XLVI* = Paſtoralis officii = *Tom.V pag.*583.

XLII. Vide Benedicti XIII Conſtit. = Pretioſus = *Tom.VI pag.*627 *§.66*, & *pag.*628 *§.*75 : *pag.*673 *Conſt.CX*: & Clementis XII Conſt.VII = Romanum = *Tom.VI pag.*716.

Pro Monaſterio Imolenſi vide Alexandri IV Conſtit.CCCIII = Internæ = *Tom.VII pag.*35 : Urbani IV Conſt.LIX = Sua Nobis = *Tom.VII pag.*42 : B. Benedicti XI Conſt XXXVIII = Sacra veſtra = *Tom.VII pag.*52 : Clementis V Conſt.XVII = Quanto = *Tom.VII pag.*54 : Pauli III Conſtitut.CXXIX = Alias ad = *Tom.VII pag.*138.

Pro Monaſterio Ferrarienſi S. Catharinæ vide Pauli III Conſt.CXXXVII = Provida = *Tom. VII pag.*146.

Non teneatur Regulares ſolvere Ordinariis Quartam Legatorum, niſi &c. *Tom. VII pag.* 276 *Num. XXXIX pag.*277 *Num.LI.*

XLIII. Notandum, quod ut Privilegiorum, quæ nobis circa Decimas Apoſtolicæ Sedis benignitas conceſſit, vis eludatur, duo nobis a nonnullis objiciuntur. Primum eſt, quod illa Privilegia de Decimis *extraordinariis*, non autem de ordinariis loquuntur: Secundum eſt, quod hæc Privilegia non continent expreſſam derogationem Capitis = *Nuper* = Verum quod primum ſpectat; luce meridiana clarius eſt, quod, licet quædam ex illis Privilegiis de Decimis *extraordinariis* loquantur, cetera tamen quibuſcunque Decimis ſolvendis eximunt Ordinem Fratrum Prædicatorum: & iſta de Decimis tum *ordinariis*, tum *extraordinariis* intelligenda ſunt; *Dictio enim QUASCUNQUE*, ut inquit *Paſſerinus* loco mox laudando, *generaliſſima diſtribuit univerſale ad ſingulas ſpecies, & illas comprehendit omnes*. De expreſſa derogatione Capitis = Nuper = conſulendus *Paſſerinus* Tom.III Sexti Decretal. Art.XV de Privilegiis Decimarum Num.362, & a Numero 378 ad 383, ubi nullum non movet lapidem, ut evincat quod Capiti = Nuper = derogarunt Summi Pontifices, qui nos Decimis ſolvendis immunes reddiderunt. Numero autem 417 hæc addit: „ Et quia privilegium communicationis „ reſpicit etiam eundem Ordinem (Prædicatorum), „ ut Privilegia conceſſa particularibus domibus intel-„ ligantur conceſſa toti Ordini, ut in Conſtitutione „ Leonis X = Cum inter ceteros = edita 21 Ju-„ nii 1518 .... & in Conſt. Julii III = In Sacra B.Pe-„ tri = edita 10 Junii 1551 ...... & in aliis aliorum „ Ordinum Privilegiis communicationis patet, quia „ Conventus, ſeu Collegium D. H..... Oriveleu. „ (Oriolen. de quo ſupra Numero XLI.) „ Ord. Præd. „ habet privilegium exemptionis cum derogatione „ expreſſa Capitis = Nuper = ... ideo ex vi com-„ municationis hoc Privilegium competit toti Ordini, „ nedum ex communicatione Privilegiorum, quæ „ cum tali expreſſa derogatione conceſſa fuerunt ali-„ quibus aliis Ordinibus, ſed etiam quia uni Conven-„ tui dicti Ordinis tale privilegium fuit conceſſum „. Hæc *Paſſerinus*, qui Num.384 quid hac de re tenendum cenſeat, declarat his verbis: „ Habet igitur Or-„ do Prædicatorum amplam exemptionem a quibuſ-„ cunque decimis ſolvendis de quibuſcunque bonis.

T I T U L U S XI.

De Apoſtatis.

Tribus Quæſtionibus abſolvetur Titulus iſte.

PRima eſt, utrum votis obſtrictus poſſit ab Ordine Fratrum Prædicatorum diſcedere?

II. Poſſuntne Fratres Prædicatores pœnis debitis Apoſtatas coercere?

III. Transfugæ Fratres, vel ejecti ab Ordine, poſſuntne docere, conciones habere, confeſſiones excipere?

Q U Æ S T I O I.

Utrum votis obſtrictus poſſit ab Ordine Fratrum Prædicatorum diſcedere?

S U M M A R I U M.

I. NE diſcedat, cavet Honorius III.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III. Quis cenſendus Apoſtata?

IV. Quotuplex ſit Apoſtaſia?

V. Quænam ſit Apoſtaſia præſumpta?

I. NE quis, votis ſolemnibus nuncupatis, ab Ordine Fratrum Prædicatorum diſcedat, cavet Honorius III Conſt.I = Religioſam vitam = *Tom.I pag.*2 dicens: „ Prohibemus inſuper, ut nulli Fra„ trum veſtrorum, poſt factam in Eccleſia veſtra „ Profeſſionem, fas ſit, ſine Prioris ſui licentia, de „ eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſ„ cedere. Diſcedentem vero, abſque communi lite„ rarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere „. Huc etiam ſpectant ejuſdem Honorii III Conſtit.V = Juſtis petentium = *Tom.I pag.*5: Conſt.VII = Religioſam vitam = *Tom.I pag.*6: Conſt.XIX = Cum is = *Tom.I pag.*12: Conſt.XXI = Cum paupertatem = *Tom.I pag.*12.

II. Honorius III conſentientes habet Succeſſores ſuos Gregorium IX Conſt.V = Cum paupertatem = *Tom.I pag.*19: Innocentium IV Conſt.XL = Cum paupertatem = *Tom.I pag.*130, & ejuſdem tenoris Conſt.LX *Tom.I pag.*138: Alexandrum IV Conſt.XCI = Cum paupertatem = *Tom.I pag.*303: & Conſtitut.CCXCVII = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*407. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus, Capite ſequenti laudandis, & in aliis quarum initium = Religioſam vitam = etiam pro Monialibus datis.

III. Notandum Primo, ex S.Thoma 2.2. Quæſt.XII Art.I in Corpore, quod ſicut Apoſtata a Fide dicitur ille, qui retrocedit a Fide, ita qui recedit a ſtatu Religioſo, cui nomen dedit, Apoſtata dicitur. Hinc Apoſtaſia definitur: *Deſertio Status Religioſi, & obedientiæ ſuæ Religionis, cum animo non redeundi*. Duobus enim conſtat eſſentia Apoſtaſiæ ſtricte ſumptæ. „ Primum eſt, inquit *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Num.244 „ egreſſio, „ ſeu receſſus a clauſtro...... Secunda conditio eſt, „ ut recedat animo excutiendi jugum obedientiæ in „ perpetuum; non enim Religioſus eſt Apoſtata, niſi „ recedat a ſtatu Religioſo, & ad alium ſtatum tran„ ſeat, quantum ſit ex ſe ipſo. Non vero a ſtatu Reli„ gioſo retrocedit, qui, cauſa vagandi, vel aliquid „ agendi, exit a clauſtro poſt tempus reverſurus, „ licet talis Religioſus dici poſſit vagus, vel fugiti„ vus..... Bene verum eſt, quod vagi, & fugitivi „ dicuntur Apoſtatæ aliquo modo, ſed communiter, „ large, & improprie..... ſed Apoſtata proprie eſt, „ qui recedit animo manendi in ſeculo, & excutiendi „ perpetuo jugum religionis, & obedientiæ „. Hinc intelligitur quid ſibi velit Gloſſa Conſtitutionum noſtrarum Diſt.I Cap.XX Lit.A. ubi hæc habet: „ De„ claramus, quod ille, qui per ſe Ordinem egreditur, „ & ſubito ac ſtatim revertitur, non eſt judicandus „ Apoſtata, nec incidit in pœnas Conſtitutionum. „ Quia tamen actum Apoſtaſiæ commiſit, debet ab „ excommunicatione abſolvi, & ad cautelam ad gra„ tias Ordinis reſtitui; ſicut fuit declaratum Ja„ nuæ 1305, & in multis aliis Capitulis „. Quod ut penitius intelligatur.

IV. Notandum Secundo, quod Apoſtaſia multipharium dividitur. Alia eſt pure mentalis, alia prorumpens extrinſecus: & iſta dividitur in attentatam, & conſummatam, quæ ſubdividitur in protervam & pertinacem, & non pertinacem: & rurſus in occultam, præſumptam, & manifeſtam. Hæc omnia patent ex terminis. Ne tamen aliqua difficultas ſit circa Apoſtaſiam *præſumptam*.

V. Notandum Tertio, quod Apoſtaſia dicitur præſumpta, cum dantur exterius indicia, ſeu præſumptiones ſufficientes ad inquirendum contra Apoſtatam. Exempli gratia, ſi quis, ſine legitima facultate, dimittat habitum Religioſum, & veſtes induat Secculares, Apoſtata præſumitur. Licet enim Apoſtaſia dari poſſit, etiam habitu Religioſo retento, uti videre eſt ex Decreto Clementis VIII de caſuum reſervatione; & habitus Religioſi dimiſſio non ſit de eſſentia Apoſtaſiæ: quia tamen habitus eſt ſignum Religioſæ Profeſſionis, inde fit, quod habitus dimiſſio ſignum dimiſſæ Profeſſionis eſt. Præſumitur etiam Apoſtaſia in illo, qui, licet habitum non dimittat, diſcedit tamen a clauſtro illis in circumſtantiis, quæ ſufficienter probant ipſius animum numquam redeundi: „ Et talis eſt vere „ ſubjectus pœnis Apoſtatarum, inquit *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Numero 249 „ & contra illum procedi poteſt, tanquam „ contra Apoſtatam: ſervato ſemper diſcrimine pœ„ narum, quod aliquæ incurruntur ipſo facto, ad „ alias requiritur aliqua judicis ſententia.

Q U Æ S T I O II.

Poſſuntne Fratres Prædicatores pœnis debitis Apoſtatas coercere?

S U M M A R I U M.

I. POſſe, decernit Innocentius IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet.

III Et Deceſſorem ſuum Gregorium IX,

Qui

Digitized by Google

Qui Fratres, inſciis Præpoſitis, ab Ordine Prædicatorum diſcedentes, ceu excommunicatos, vitandos decrevit.

IV. In Prædicatorum enim Familia, Apoſtatæ ſunt ipſo facto excommunicati.

V. Idem cenſendum de illis, qui habitum ſuæ Religionis temere dimittunt.

VI. De ceteris Decretis adverſus Apoſtatas.

I. FRatres Prædicatores pœnis debitis Apoſtatas coercere, poſſe, decernit *Innocentius IV Conſt.V* = Libenter = *Tom.I pag.*120 dicens: „ Veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis (Fratres alloquitur) capiendi, ligandi, mancipandi carceri, „ & alias ſubdendi diſciplinæ rigori per vos ipſos, & „ alios Clericos, ſi neceſſe fuerit, Apoſtatas veſtri „ Ordinis de Provincia, & de aliis partibus illuc accedentes, in quocunque habitu eos inveniri contigerit, auctoritate præſentium, liberam concedimus „ facultatem.

Hinc ejuſdem Summi Pontificis *Conſtitutio VI Tom.I pag.*120, Archiepiſcopo *Viennenſi* ſcripta. Hujus tenoris eſt: „ Ex parte dilecti filii Prioris Provincialis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Nobis extitit ſupplicatum, ut excommunicationum ſententias, quas in Apoſtatas ſui Ordinis idem Prior, vel „ Provinciale Capitulum, vel reliqui Priores Conventuales Provinciæ, exigente juſtitia, protulerunt, vel duxerint proferendas, robur faceremus „ debitum firmitatis habere. Cum igitur dignum ſit, „ ut quos Dei timor a malo non revocat, rigor coerceat Eccleſiaſticæ diſciplinæ, mandamus, quatenus „ ſententias ipſas, ſicut rationabiliter ſunt, vel fuerint promulgatæ, auctoritate noſtra, ſecundum judicii ſtrepitum, uſque ad ſatisfactionem condignam, „ appellatione remota, facias inviolabiliter obſervari.

Et in *Conſt.XLV* = Proviſionis = *Tom.I pag.*132 hæc habet *Innocentius IV*: „ Ut Apoſtatas, vel inſolentes veſtri Ordinis, niſi veſtris ſalubribus monitis „ acquieſcant, excommunicare, capere, ac ligare, „ & carceri tradere, ſi videbitur expedire, poſſitis, „ auctoritate præſentium, concedimus facultatem.

Hinc idem *Innocentius IV Conſtitutione CXXIX Tom.I pag.*159: „ Devotionis, inquit, veſtræ precibus benignum impartientes aſſenſum, capiendi, „ ligandi, incarcerandi, & alias ſubdendi diſciplinæ „ rigori Apoſtatas veſtri Ordinis, per vos, ac etiam „ alios, ſi neceſſe fuerit in quocunque habitu eos contigerit inveniri, plenam vobis concedimus, auctoritate præſentium, facultatem.

II. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſt.XXXIX* = Devotionis veſtræ = *Tom.I pag.*286.

Excommunicandi, & auxilio civilis Magiſtratus utendi, facultatem addit *Alexandri IV Conſt.CCX Tom.I pag.*364 dicens: „ Devotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum, excommunicandi, capiendi, ligandi, incarcerandi, & alias ſubdendi „ diſciplinæ rigori Apoſtatas veſtri Ordinis, per vos, „ ac etiam alios, ſi neceſſe fuerit, in quocunque habitu eos contigerit inveniri, plenam vobis concedimus auctoritate præſentium facultatem, invocato, „ ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

„ Apoſtatas quoque, inquit *Alexander IV Conſtit.CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.*407: „ veſtri Ordinis excommunicare, capere, ligare, „ incarcerare, & alias ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis per vos, ac etiam alios, in quocunque habitu „ eos contigerit inveniri, invocato ad hoc, ſi opus „ fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452: VI *Honorii IV* Tom.II pag.9: XIII *Bonifatii VIII* Tom.II pag.50: V *Johannis XXII* Tom.II pag.132: XII *Clementis VI* Tom.II pag.231: XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278: CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448, & id genus ceteris. Conſulenda in primis Leonis X Conſtit.LIII, data 6 Aprilis 1517 = Accepimus = Tom.IV pag.341.

III. Notandum Primo, quod, ante Innocentium IV, ipſemet Gregorius IX Conſt.XII, data 3 Auguſti 1227 Tom.I pag.23, Fratres, inſciis Præpoſitis, ab Ordine Prædicatorum diſcedentes, utpote excommunicatos, vitandos decreverat: ſic enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis ſcripſit: „ Cum dilectorum filiorum Magiſtri, & Fra„ trum Ordinis Prædicatorum precibus inclinati, per „ noſtras inhibuerimus literas, ne quis poſt Profeſſio„ nem eidem Ordini factam, ab Ordine ipſo ſine ſui „ Prioris diſcedat licentia, & diſcedentem abſque „ cautione communium literarum Prioris, & Fra„ trum ipſorum, auctoritate alicujus privilegii ab „ Apoſtolica Sede indulti, nullus audeat retinere, „ univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta manda„ mus, quatenus quoslibet contra inhibitionem no„ ſtram ab ipſorum Fratrum Ordine diſcedentes, & „ propter hoc excommunicatos ab ipſis, uſque ad ſa„ tisfactionem condignam arctius evitetis, & faciatis „ ab omnibus evitari „. Ejuſdem tenoris eſt Innocentii IV Conſtitutio LXI = Cum dilectorum = Tom.I pag.138.

IV. In his duabus Conſtitutionibus notanda verba iſta: *Et propter hoc excommunicatos ab ipſis*: in Ordine ſiquidem Fratrum Prædicatorum Apoſtatæ ſunt ipſo facto excommunicati, ut in ejuſdem Ordinis Conſtitutionibus Diſt.I Cap.XX. Textu I legitur: „ Qui„ cunque apoſtataverit, ipſo facto ſit excommunica„ tus: quam ſententiam ferimus ex nunc præſenti ſta„ tuto „. Quapropter licet ejuſdem Ordinis alumnus, qui, animo apoſtatandi, egreſſus e Conventu, ſubito, ac ſtatim, regreſſus eſt, Apoſtata judicandus non ſit quoad ceteras pœnas, ut ex Gloſſa prædictæ Conſtitutionis dictum eſt ſupra: hoc tamen unico actu egreſſus e Conventu, quo Apoſtaſiam conſummavit, eſt excommunicatus, etiamſi Veſtes Religioſas non dimiſerit. Hinc ejuſdem Familiæ Prædicatorum Apoſtata ad nullos Ordines promoveri poteſt, &, ſi aliquem ſuſcipiat, fit irregularis. *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Num.275, & 278. Conſulendus idem Auctor de ceteris Apoſtatarum pœnis a Numero 267 ad 316. Quænam ſint propriæ Apoſtatis Ordinis Prædicatorum habetur in ejuſdem Ordinis Conſtitutionibus Diſt.I Cap.XX. Adeas *Petrum Martyrem Feſtum Vrceanum* in Summario Parte IV Cap.XXIX: & *Vincentium Mariam Fontanam* Titulo de Apoſtatis pag.39 &c.

V. Notandum Secundo, quod ſicut ex dictis dari poteſt Apoſtaſia ſine dimiſſione Veſtis Religioſæ, ita contingere poteſt, quod Religioſus Habitum temere dimittat, Apoſtata tamen non ſit. Quid autem de temeraria habitus dimiſſione cenſendum ſit, habetur ex Gloſſa Conſt. Ord. Præd. Diſt.I Cap.XX Textu I Lit.A. cujus hæc verba: „ Quilibet Religioſus tene„ tur deferre patenter Habitum ſuæ Religionis, cum „ procedit in publicum: quicunque autem temere Ha„ bitum ſuæ Religionis dimiſerit, peccat mortaliter, „ & eſt excommunicatus de jure. Cap. = Ut pericu„ loſa = Tit. de Apoſt. „. Adeas *Paſſerinum* loco laudato a Numero 317 ad 372.

VI. Notandum Tertio, quod, præter jam laudata,

varia prodierunt Apoſtolicæ Sedis Decreta circa Apoſtatas. Vide Conſt.CXXIV Urbani VIII == Sacra Congregatio == *Tom.VII pag.268* : Innocentii X Conſtit.XXXII == Procurator == *Tom.VII pag.308* : Innocentii XII Conſt.XXXIX == Congregatio == *Tom.VII pag.358* : Pii IV Conſtitut.L == Sedis Apoſtolicæ == *Tom.VII pag.160*. Quomodo Apoſtatæ recipi debeant : & quibus pœnis ſubjaceant cooperantes fugæ, vel Apoſtaſiæ Religioſorum, docet *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art. VIII a Num.521 ad 551. Vide Conſtitutiones Ordinis Præd. Diſt.I Cap.XX.

QUÆSTIO III.

Utrum transfugæ Fratres, vel ejecti ab Ordine, docere, Conciones habere, vel Confeſſiones excipere, poſſint?

SUMMARIUM.

I. NOn poſſe, decernit Innocentius IV:

II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos, Alexandrum IV:

III. Clementem IV:

IV. Urbanum VIII.

V. Ejecti non ſolum ſuſpenſi, ſed etiam irregulares ſunt.

VI. Quid de Transfugis ſancitum?

I. QUod Transfugæ Fratres, vel ejecti ex Ordine, docere, Conciones habere, Confeſſiones excipere, non poſſint, decernit *Innocentius IV Conſtitutione CXV* == Juſtis petentium == *Tom. I pag.156* dicens: „ Ne prædicti, quos ab Ordine pro „ ſuis culpis per vos expelli contigerit, vel egreſſi „ fuerint proprio ſuo motu, prædicare, Confeſſiones „ audire, ſeu docere, præſumant, niſi de noſtra, vel „ veſtra, licentia ſpeciali, ad alium tranſierint Or„ dinem, diſtrictius inhibemus „. Ejuſdem tenoris ſunt *Alexandri IV Conſtitutiones CX* == Juſtis petentium == *Tom.I pag.313* : & CCCVI == Juſtis petentium == *Tom.VII pag.36*.

II. Magiſtro, Prioribus Ordinis Prædicatorum, eorumque Vicariis ea de cauſa ſic ſcribit *Alexander IV Conſt.CCLXXXI Tom.I pag.398* : „ Cohiberi per Nos „ ita debet malignitas perverſorum, ut illi, qui ſtu„ dio innocentis vitæ ferventer invigilant ad ea, quæ „ divinæ voluntati ſunt placita, & animarum fru„ ctuoſa ſaluti, liberius, & jucundius invaleſcant. „ Sane petitionis veſtræ ſeriem audivimus continen„ tem, quod nonnulli ex Fratribus veſtri Ordinis, „ qui ſuis culpis exigentibus a veſtris ſacris Collegiis „ repelluntur, & illi, qui onus obedientiæ temeri„ tate propria deponentes, extra Clauſtra ipſius Or„ dinis damnabiliter evagantur, prædicandi, Con„ feſſiones audiendi, & docendi officia, exercere „ præſumunt in ſuæ ſalutis diſpendium, & plurimo„ rum ſcandalum, & ejuſdem Ordinis detrimentum. „ Nos itaque veſtris devotis precibus inclinati, ut illi „ ex prædictis Fratribus, quos pro ſuis culpis ab Or„ dine ipſo per vos, aut aliquem veſtrum, expelli „ contigerit, vel egreſſi fuerint proprio motu, prædi„ care, Confeſſiones audire, ſeu docere non audeant, „ niſi ad alium Ordinem, in quo licite hujuſmodi „ exerceantur officia tranſierint de noſtra, vel ve„ ſtra licentia ſpeciali, auctoritate præſentium diſtri„ ctius inhibemus; vobiſque concedimus, ut ſi forte „ ipſi, contra inhibitionem noſtram aliquid ſuper „ præmiſſis temere attentare præſumpſerint, ſinguli „ veſtrum in illos, quos infra fines prædicationis ſuæ „ juxta conſuetudinem veſtri Ordinis diſtinctos, in„ venerint talia præſumentes, monitione præmiſſa, ex„ communicationis ſententiam valeant promulgare.

„ Inhibemus etiam, inquit *Alexander IV Conſtit.CCXCVII* == Virtute conſpicuos == *Tom.I pag 407* „ ne Fratres, quos ab Ordine veſtro pro ſuis culpis „ per Magiſtrum, Priores, ac eorum Vicarios, ex„ pelli contigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo „ motu, prædicare, Confeſſiones audire, ſeu docere „ præſumant, niſi ad alium Ordinem, in quo licite hu„ juſmodi officia exercentur, tranſierint de noſtra, „ vel Magiſtri, ſeu Priorum, ac Vicariorum ipſo„ rum, licentia ſpeciali. Quod ſi forte ipſi contra „ inhibitionem noſtram aliquid ſuper præmiſſis teme„ re attentare præſumpſerint, Magiſter, & ſinguli „ Priores, ac ipſorum Vicarii, in illos, qui infra „ fines prædicationis ſuæ juxta conſuetudinem Ordi„ nis veſtri diſtinctos, invenerint talia præſumentes, „ monitione præmiſſa, auctoritate noſtra excommuni„ cationis ſententiam valeant promulgare.

III. Idem legitur in *Clementis IV Conſt.VIII* == Virtute conſpicuos == *Tom.I pag.452*.

IV. Urbanus autem VIII Conſt.CXXIV, data 21 Septembris 1614 == Sacra Congregatio == *Tom.VII pag.269* de ejectis hæc habet: „ Præterea ſtatuit, ut „ iidem Superiores nemini ex Religioſis expulſis lite„ ras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apo„ ſtolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Re„ ligionem. Item, ut ejecti, extra Religionem de„ gentes, ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio Ordi„ num, ſublata Ordinariis facultate dictam ſuſpenſio„ nem relaxandi.

V. Notandum, quod licet Urbanus VIII in Decreto mox laudato loquatur duntaxat de ſuſpenſione, ex privilegio tamen conceſſo ab aliis Summis Pontificibus in Conſtitutionibus ſupra laudatis, ejecti ab Ordine Prædicatorum, nec docere poſſunt, nec ſacras Conciones habere. Quod, nec etiam Ordines, quos non habent, ſuſcipere poſſint, probat *Paſſerinus* Tomo III de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art. VIII Numero 641. Addit Numero 642, quod ſunt irregulares: & irregularitas illa diſpenſabilis non eſt per Epiſcopos. Subdit tandem Num.644, quod ſi redeant, ceſſat ſuſpenſio, & ſuper irregularitate diſpenſari poſſunt a Superioribus.

VI. De Transfugis conſulenda potiſſimum Confirmatio XVIII Capituli Generalis Romæ 1694. Legitur ſupra, *Titulo I Quæſt.XVII Num.XXIII*.

T I T U L U S XII.

De tranſeuntibus ad alios Ordines.

Duabus Quæſtionibus conſtat Titulus iſte.

PRima: Utrum Fratres Prædicatores ad alios Ordines tranſire poſſint ſine S. Sedis, & Generalis Magiſtri licentia?

II. An Facultas, inemendabiles ab Ordine dimittendi, conceſſa fuerit Fratribus Ordinis Prædicatorum?

Q U Æ S T I O I.

Utrum Fratres Prædicatores ad alios Ordines tranſire poſſint ſine S. Sedis, & Generalis Magiſtri licentia?

S U M M A R I U M.

I. NOn poſſe, decernit Gregorius IX.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Innocentium IV:

III. Alexandrum IV:

IV. Urbanum IV:

V. Clementem IV:

VI. Nicolaum IV:

VII. Johannem XXII:

VIII. Benedictum XII:

IX. Bonifatium IX:

X. Martinum V:

XI. Nicolaum V:

XII. Paulum III:

XIII. S. Pium V:

XIV. Benedictum XIII:

XV. Triplici de cauſa, poteſt aliquis de una ad aliam Religionem laudabiliter tranſire.

XVI. Quod, *arctioris* Religionis obtentu, poſſint Fratres Prædicatores ad alium Ordinem tranſire, conceſſere Summi Pontifices, qui recenſentur.

Quid hac de re ſervandum?

I. FRatres Prædicatores ad alios Ordines tranſire ſine S. Sedis, & Generalis Magiſtri licentia, non poſſunt ex *Gregorii IX Conſt.CXXXI* = Quo vos = *Tom.I pag.77*. Sic enim *Ciſtercienſes* Abbates alloquitur: „ Per Apoſtolica ſcripta in virtute obe- „ dientiæ præcipiendo mandamus, quatenus Fratres „ eoſdem (Prædicatores) ad ſui reaſſumptionem „ habitus, ſublato cujuslibet difficultatis obſtaculo, „ remittentes, de cetero nullum ex ipſis, prætextu „ indulgentiæ alicujus, niſi prius Sedis Apoſtolicæ, „ vel Prioris ſui petita fuerit, & obtenta licentia, re- „ cipere præſumatis: alioquin quantumcunque in his „ deferre vobis, quæ ſunt ad Redemptoris gloriam „ cupiamus, cogemur ſuper hoc illud ſtudium pro- „ viſionis apponere, per quod contemptum obedien- „ tiæ pateat, nobis, vel Deo potius, multipliciter „ diſplicere.

II. Fratribus vero Minoribus ſcribens *Innocentius IV Conſt.LXIX* = Quo vos = *Tom.I pag.141* hæc habet: „ Sane admirantes accepimus, quod vos „ non abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris de- „ bet actibus haberi continue, ſpecialiter Fratres Præ- „ dicatores, & eorum Ordini obligatos, frequenter „ ad veſtrum recipientes Ordinem, unitatem ſpiritus „ in pacis vinculo non ſervatis. Verum cum ex hoc „ poſſit ſciſſuræ, & ſcandali, exoriri materia, quæ „ ſolatium pacis æternæ quærentibus, debet omnibus, „ exiſtere peregrina, univerſitati veſtræ per Apoſto- „ lica ſcripta, in virtute obedientiæ præcipiendo, „ mandamus, quatenus tam Fratres eoſdem, quam eo- „ rum Ordini voto, vel juramento etiam obligatos, „ nullatenus de cetero prætextu indulgentiæ alicujus, „ ſeu aliquarum literarum obtentarum a Sede Apoſto- „ lica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de „ præſentibus expreſſam non fecerint mentionem, niſi „ prius Prioris ſui petita fuerit, & obtenta licentia, re- „ cipere præſumatis. Alioquin decernentes irritum, & „ inane quicquid per vos in hac parte contra præcep- „ tum noſtrum contigerit attentari, præſentium aucto- „ ritate ſtatuimus, ut hujuſmodi præſumptores incur- „ rant excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua „ nequaquam abſolvi valeant, niſi ſe apud Sedem „ Apoſtolicam perſonaliter repræſentent, ab ea, ſicut „ viſum fuerit, abſolvendi.

Negotium faceſſere videbantur hæc verba: *vel juramento etiam obligatos*: hæc autem ſic interpretatus eſt ipſemet *Innocentius IV Conſt.LXXV* = Meminimus = *Tom.I pag.144* dicens: „ Nos quæ de obliga- „ tis Ordini prædictorum Fratrum in præmiſſis noſtris „ literis diximus, ne ipſos recipere præſumatis, ſta- „ tuendo, ut hujuſmodi præſumptores, ipſo facto „ ſententiam excommunicationis incurrant, de illis „ tantum intelligi volumus, quos poſt prædictum an- „ num probationis elapſum, eorum eſſe conſtiterit „ Ordini alligatos.

Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtitutio XCIX* = Meminimus = *Tom.I pag 305*.

Gregorianæ Conſtitutionis *CXXXI*, de qua mox dictum fuit tenorem paucis exponens *Innocentius IV Conſt.CLXXVI* = Cum olim = *Tom.I pag.173* addit: „ Volentes igitur, ut ejuſdem Prædeceſſoris noſtri „ mandatum, utpote pluribus ſalutiferum, & ſemi- „ narium pacis, firmiter obſervetur a vobis, univer- „ ſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo „ mandamus, quatenus omnes, quos de Ordine præ- „ dicto vos, vel Anteceſſores veſtri, contra mandatum „ hujuſmodi recepiſtis, ad Priores ipſorum ſine diffi- „ cultatis obice remittentes, ſtudeatis a receptione ta- „ lium propter quietem Ordinis utriuſque de cetero „ abſtinere. Alioquin ne hoc per aliquorum inſolen- „ tiam impediri contingat, Venerabilibus Fratribus „ noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, locorum ve- „ ſtrorum Diœceſanis, noſtris damus literis in manda- „ tis, ut eos, qui ex vobis hujuſmodi mandato Apo- „ ſtolico noluerint humiliter obedire, ad id monitio- „ ne præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appel- „ latione remota, compellant, indulgentia Sedis Apo- „ ſtolicæ contraria non obſtante „. Idem præcipit *Conſtitutione CLXXVII Tom.I pag.174*. Illi porro, quibus ad alium Ordinem tranſire conceſſum erat, intra bimeſtre, vel trimeſtre, habitum ipſius ſuſcipere tenebantur, ut videre eſt *Conſt.CCLXIV Innocentii IV Tom.I pag.215*. Idem ſancitum ab *Alexandro IV Conſt.CCXIX* = In gravem = *Tom.I pag.367*.

III. *Inno-*

Digitized by Google

III. *Innocentianam* Conſtitutionem *LXIX*, de qua mox dictum fuit, renovavit *Alexander IV Conſtitut.LXXXIX* = Quo vos = *Tom.I pag.303*.

S. P. Auguſtini, ac S. Willelmi Eremitis ſcribens *Alexander IV Conſt.CC Tom.I pag.359*: „ Veſtrum, inquit, & veſtrorum Ordinum condecet honeſtatem, ut ordinatæ caritatis ſtudio deſudantes ſuper his, quæ tanquam ingrata vobis, & inimica reſugitis, neminem offendere præſumatis. Hinc eſt, quod Nos dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum ſupplicationibus inclinati univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus, ſi quos Fratres ipſius Ordinis abſque ſuorum Priorum petita, & obtenta licentia recepiſtis, eidem Ordini ſine dilatione, ac difficultate qualibet reſtituere ſtudeatis. Nos autem ad præcludendam viam ſimilia in poſterum præſumendi, auctoritate præſentium, diſtrictius inhibemus, ne prætextu quarumcunque literarum a Sede Apoſtolica generaliter, vel ſpecialiter obtentarum, ſeu obtinendarum, quæ de præſentibus plenam, & expreſſam non fecerint mentionem, in poſterum dicti Ordinis Fratres profeſſos ſine præfata licentia in Ordinibus veſtris aliquatenus admittatis, ac decernentes nihilominus irritum, & inane quicquid per vos contra præceptum, & inhibitionem noſtram ſuper hoc contigerit attentari; eadem auctoritate ſtatuimus, ut præſumentes ſcienter contra hujuſmodi præceptum, & inhibitionem propria temeritate venire; ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, a qua non poſſint abſolvi, niſi conſpectui Sedis Apoſtolicæ perſonaliter ſe præſentent, ab ea juxta ipſius providentiam abſolvendi.

IV. Generali, ac ceteris Prioribus, & Fratribus Eremitis Ordinis S. P. Auguſtini ſcribens *Urbanus IV Conſt.XVII Tom.I pag.424*: „ Felicis, inquit, recordationis Alexander PP. Prædeceſſor noſter, paci, & tranquillitati dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum paterna ſolicitudine providere cupiens, ac etiam cujuslibet ſcandali materiam, quæ inter vos, & ipſos oriri poſſet in poſterum amputare, vobis, prout ſignificantibus dilectis filiis Magiſtro, & Fratribus prædicti Ordinis Prædicatorum, accepimus, per literas Apoſtolicas diſtricte inhibuit, ne vos prætextu aliquarum literarum a Sede Apoſtolica generaliter, vel ſpecialiter obtentarum, ſeu obtinendarum, Fratres ipſius Ordinis ſine ſuorum Priorum licentia in veſtro recipere Ordine tentaretis. Decrevit quoque dictus Prædeceſſor irritum, & inane quicquid per eos contra inhibitionem hujuſmodi contingeret attentari, ſtatuens nihilominus, quod præſumentes ſcienter contra inhibitionem hujuſmodi propria temeritate venire, ſententiam excommunicationis incurrerent ipſo facto, a qua non poſſent abſolvi, niſi conſpectui Sedis Apoſtolicæ ſe perſonaliter præſentarent, juxta ipſius providentiam abſolvendi. In ſupradictis autem literis ſuis idem Prædeceſſor vobis in virtute obedientiæ diſtrictius dicitur præcepiſſe, ut ſi quos Fratres dicti Ordinis Prædicatorum in veſtro recepiſſetis Ordine, ſuorum Priorum non petita licentia, nec obtenta, illos eidem Ordini Prædicatorum ſine dilatione, aut difficultate reſtituere ſtuderetis. Porro mirantes audivimus, licet credere vix poſſumus, quod vos hujuſmodi inhibitionis decretis, & præceptis Apoſtolicis, ac etiam excommunicationibus vilipenſis, quoſdam Fratres prædicti Ordinis Prædicatorum, quos ſine ſuorum Priorum licentia receperatis in Fratres, non ſolum eidem Ordini reſtituere noluiſtis, verum etiam fugitivos ipſius poſtmodum paſſim, & indifferenter in Ordine veſtro præſumpſiſtis admittere in dictorum Magiſtri, & Fratrum Prædicatorum præjudicium, pluriumorum ſcandalum, & Ordinis eorum evidens detrimentum. Quia vero pro parte dictorum Magiſtri, & Fratrum Prædicatorum ſuper hoc ad noſtram providentiam habitus eſt recurſus, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo, mandantes, quatenus univerſos, & ſingulos Fratres dicti Ordinis Prædicatorum, quos contra inhibitionem, & præceptum hujuſmodi recepiſtis, a veſtro conſortio penitus repellatis, & ipſos eidem Ordini Prædicatorum ſine qualibet difficultate, ſeu dilatione juxta tenorem dictarum literarum ipſius Prædeceſſoris noſtri, reſtituere procuretis; alioquin Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Reatin. damus noſtris literis in mandatis, ut vos ad id monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota compellat.

Conſtitutio Epiſcopo *Reatino* data, cujus hic mentio, ejuſdem fere tenoris eſt. Legitur *Tom.I pag.426*.

V. Huc ſpectat *Clementis IV Conſtitutio XXIII* = A veſtra = *Tom.I pag.458* Abbati, & Conventui de *Melros* Ordinis Ciſtercien. inſcribitur, ut quoſdam Fratres Ordinis Prædicatorum reſtituant.

Huc etiam pertinent ejuſdem *Clementis IV Conſtitutiones LXXVII*, ac *LXXVIII* = Quo vos = *Tom.I pag.491*, & *LXXXVII* = Lecta Nobis = *T.I pag.495*.

„ Multæ ſunt, inquit idem *Clemens II Conſtitut.LXXX Tom.I pag.492* „ viæ humani generis inimico, quibus præcipue viros Religioſus conatur, ſeducere, quas pro ſalute animarum, & veſtri Ordinis honeſtate præcludere in quantum poſſumus affectamus. Expoſita ſiquidem nobis petitio veſtra continebat, quod nonnulli poſt profeſſionem in Ordine veſtro emiſſam per Apoſtolicæ Sedis, vel ſuorum Prælatorum literas, ad aliquem de approbatis Ordinibus obtenta licentia tranſeundi, poſtquam in Ordine ipſo, ad quem ſic tranſitum fecerint, profeſſi fuerint, ſeu per annum moram contraxerint in eodem, tunc ad alios Ordines ſibi ex privilegiis Sedis Apoſtolicæ, interdictos, vel illos, ad quos transferendi ſe licentiam prius ab eiſdem Prioribus obtinere minime potuiſſent, ſe tranſferre præſumunt, & ſic non abſque ſalutis ſuæ diſpendio, per modum hujuſmodi obtinent quod prius nequiverant impetrare. Volentes itaque ſuper hoc eorum malitiis obviare, id de cetero fieri diſtrictius inhibemus, decernentes irritum, ſi contra prohibitionem hujuſmodi quicquam fuerit attentatum.

VI. *Nicolaus* vero *IV Conſt.IV Tom.II pag.201* „ Inter cetera, inquit, vobis, & Ordini veſtro ab Apoſtolica Sede conceſſa expreſſe reperitur inhibitum, ne quis poſt profeſſionem in Ordine veſtro factam ab ipſo ſine Magiſtri, vel ſui Prioris, diſcedat licentia, diſcedentem vero abſque cautione literarum alterius ipſorum, prætextu alicujus privilegii Apoſtolicæ Sedis, nullus audeat retinere, quod ſi forte retinere præſumpſerit, vobis, Magiſter, vel ſinguli Priores dumtaxat, licitum ſit in ipſos diſcedentes Fratres excommunicationis ſententiam promulgare; ſed nonnulli Ordinis veſtri Fratres poſt factam in ipſo profeſſionem, ab eis, infirmitate mentita, & aliis confictis mendaciis,

„ ac per

Google

„ ſe per malignitatis aſt ntias occaſionibus variis ad-
„ inventis, & ambitionibus creſcentibus in eiſdem,
„ a Superioribus ſuis interdum exeundi de Ordine
„ ipſo licentiam poſtulant, eamque obtinent ab eiſ-
„ dem, interdum vero illicentiati exeunt de eodem,
„ ad alios Ordines convolantes, in quibus ad digni-
„ tates, prælaturas, ac officia aſſumuntur, non ſine
„ propriæ ſalutis diſpendio, & derogatione non mo-
„ dica honeſtatis Ordinis memorati. Nos itaque vo-
„ lentes congruæ medelæ huic morbo remedium ad-
„ hibere, & animarum obviare periculis, & evagandi
„ materiam amputare, auctoritate Apoſtolica ſta-
„ tuimus, & etiam ordinamus, ut Fratres veſtri Or-
„ dinis, qui poſt profeſſionem ab eis in Ordine ipſo
„ factam, anno probationis completo, ad quoſcun-
„ que Ordines alios profeſſionis cujuslibet, petita,
„ vel non petita, obtenta, vel non, a Superioribus
„ ſuis licentia, immediate, vel per alium, ſeu alios
„ Ordines mediate tranſierunt jam, ſive tranſierint,
„ in Ordine, vel in Ordinibus, ad quem, vel ad
„ quos tranſitum habuerunt, aut eos in poſterum ha-
„ bere contigerit, vel etiam extra illos, ad nullam
„ omnino adminiſtrationem, vel officium, curam ani-
„ marum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem,
„ vel prælaturam, ſeu perſonatum quoquo modo
„ poſſint aſſumi, abſque Apoſtolicæ Sedis ſpeciali, &
„ expreſſa licentia, per ipſius Sedis patentes literas
„ concedenda, facientes plenam, certam, & deter-
„ minatam de Statuto, & Ordinatione hujuſmodi
„ mentionem; Nos enim nihilominus ex nunc irritum,
„ & inane decernimus, ſi ſecus in hac parte fuerit
„ attentatum.

VII. „ Paci, inquit *Johannes XXII* Prædicato-
res alloquens *Conſt.III Tom.II pag.* 131. „ & tranquil-
„ litati veſtræ paterna volentes ſolicitudine provi-
„ dere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus,
„ ut nullus aliquem Fratrem, Ordinem veſtrum pro-
„ feſſum, de Ordine prædicto poſſit ejicere, ſeu dare
„ licentiam ad alium Ordinem tranſeundi, niſi Ma-
„ giſter ejuſdem Ordinis, vel Prior Provincialis, de
„ cujus Provincia Frater fuerit antedictus „. Idem
ſancitum ejuſdem *Johannis* Conſtitutione IX Tom.II
pag. 135.

VIII. „ Regularem vitam profeſſis, inquit *Benedictus XII Conſt.II Tom.II pag.* 219 „ ſic expedit ſub-
„ trahi omnem inquietudinis, & turbationis mate-
„ riam, quod in contemplationis ſuavitate quieſcere
„ valeant, & tranquillum Domino reddere famula-
„ tum. Cum igitur ex eo, quod Profeſſores Ordinum
„ Mendicantium ad Monachorum nigrorum, & Ci-
„ ſtercienſium Ordines conſueverunt plerumque
„ tranſire, multas in dictis Ordinibus turbationes,
„ infeſtationes, moleſtias, damna, & ſcandala pro-
„ veniſſe, experientia doceat manifeſte; Nos iis ex
„ debito Paſtoralis officii pro futuro tempore occur-
„ rere cupientes, de conſilio Fratrum noſtrorum,
„ decernimus, ne quis cujuſvis Ordinis Mendicantium
„ Profeſſor ad aliquem duorum Ordinum quoquomo-
„ do tranſire valeat ſine Romani Pontificis licentia
„ ſpeciali, plenam, & expreſſam faciente de Conſtitu-
„ tione hujuſmodi mentionem. Non obſtantibus Pri-
„ vilegiis Apoſtolicis quibuſcunque conceſſis in con-
„ trarium dictis Ordinibus Mendicantium, ſeu ipſo-
„ rum Prælatis, aut aliquibus eorundem, quæ quoad
„ hoc ex nunc fore nullius decernimus firmitatis.

IX. „ Statuimus, & etiam ordinamus, inquit *Bonifatius IX Conſt.CCXX* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.* 447 „ quod quorumcunque Mendicantium Ordi-
„ num Fratres, hujuſmodi Prædicatorum Ordinis
„ Fratres, aut Sorores ſubjectas eiſdem, in ipſorum,
„ aut Prædicatorum dictorum aliorum Ordinum,
„ Fratres, aut Sorores hujuſmodi, in eorum Confra-
„ tres, aut Sorores, etiam vigore quarumcunque
„ literarum Apoſtolicarum, ſuper hoc hactenus
„ forſan conceſſarum, vel in poſterum concedenda-
„ rum, etiam, quod ad parem, vel arctiorem poſſint
„ tranſire Ordinem, continentium, niſi in eis de
„ Ordinibus a quibus recedunt, & ad quos transfe-
„ rendi ſe licentiam obtinuerint, necnon de præſen-
„ tibus, & eorum toto tenore ſpecialis, & expreſſa
„ mentio habeatur, recipere.

X. Ne Mendicantium Ordinum Fratres ad alios
Ordines tranſeant, cavet *Martinus V Conſtitut.XIX Tom.II pag.* 550 dicens „ Viam ambitioſæ cupiditatis,
„ Religioſis, potiſſime Mendicantibus, præcludere
„ cupientes, ad alios Ordines, præſertim Monaſti-
„ cos, fucatis tamen coloribus, aſſerentibus ob fru-
„ gem melioris vitæ, aut arctioris obſervantiæ, tam
„ S. Benedicti, quam Ciſtercienſium, Camaldulen-
„ ſium, Vallis umbroſæ, Canonicorum Regularium
„ S. Auguſtini, vel aliorum Monaſteriorum Ordi-
„ num convolare nitentibus, licentiam a Sede Apo-
„ ſtolica, ſeu Legatis, aut Nunciis ejuſdem Sedis de
„ transferendo ſe a Mendicantium Ordinibus, ea ra-
„ tione præſertim, ut veriſimiliter, prout facti
„ experientia docet, eſt præſumendum, quod liberius
„ degant, dignitateſque, & beneficia Monaſtica con-
„ ſequi valeant, & ex certis aliis cauſis honeſtati non
„ conſonis, obtinentibus: ac volentes conſervationi
„ Ordinum Mendicantium etiam providere, auctori-
„ tate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſen-
„ tium declaramus, ac decernimus, ſtatuentes, quod
„ de cetero nullus Religioſus de Ordinibus Mendi-
„ cantium quorumcunque, cujuſcunque ſtatus, con-
„ ditionis, vel Religionis exiſtat, quomodocunque,
„ aut qualitercunque poſſit, vel debeat virtute cu-
„ juſcunque licentiæ, aut indulti Apoſtolici, ſeu Pœ-
„ nitentiariæ noſtræ curam gerentis, aut alia, qua-
„ vis auctoritate hactenus, etiam per Bullas Apoſto-
„ licas facultatum quarumvis, tam Legatorum, &
„ Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, necnon Pœnitentia-
„ riæ hujuſmodi pro tempore curam gerentis, quam
„ aliorum quorumcunque ſub quavis poteſtate, aut
„ auctoritate, maxime de transferendis Fratribus,
„ aut aliquibus, præſertim Ordinum Mendicantium
„ profeſſoribus in genere, vel ſpecie ab Ordinibus
„ hujuſmodi Mendicantium ad Monaſticos ſub qua-
„ cunque verborum conceptione appareant, admitti,
„ & recipi per aliquos, etiam Superiores Ordinis,
„ vel Monaſterii, aut loci Monaſtici, ſeu alias in
„ Monachum, vel in Fratrem alicujus ex Ordinibus
„ Monaſticis prædictis, vel aliis expreſſis, & non
„ expreſſis Ordinibus, Carthuſien. duntaxat ex-
„ cepto, ſub pœna excommunicationis, quam, tam
„ recipientes, quam recepti ipſo facto incurrant, &
„ quam ex nunc, prout ex tunc, contra quemlibet
„ tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſcien-
„ tia, & auctoritate præfatis, proferimus in his ſcrip-
„ tis, & a nemine, niſi duntaxat a Romano Pontifi-
„ ce, præterquam in mortis articulo, excommuni-
„ cati hujuſmodi abſolutionis beneficium poſſint quo-
„ modolibet obtinere. Et nihilominus ſecus, vel ali-
„ ter facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ,
„ roboris, vel momenti. Decernentes etiam, & vo-
„ lentes, quod ſi quis hactenus virtute cujuſvis li-
„ centiæ, ſeu indulti hujuſmodi fuiſſet receptus ad
„ aliquem Ordinem Monaſticum, & habitum con-
„ ſuetum geſtari per Monachos talis Ordinis ſuſcepiſ-
„ ſet,

,, ſet, ſive Profeſſionem emiſerit, ſive non, ſub dicta
,, pœna teneatur in Monaſterio, in quo receptus fuit,
,, etiamſi beneficia Eccleſiaſtica, ſeu Rectorias Ec-
,, cleſiarum quarumvis obtineat, ſtare in ejus tali
,, vocatione in hujuſmodi Ordine Monaſtico, & Al-
,, tiſſimo deſervire. Si quis autem prætextu hujuſmo-
,, di licentiæ, cum habitu, vel ſine, quomodolibet
,, vagando incederet, monitione prævia teneatur,
,, & debeat infra terminum quindecim dierum a die
,, monitionis hujuſmodi computandorum ad ejus Re-
,, ligionem, & Ordinem, unde cum licentia, vel
,, ſine, receſſerat, remeare. Quod ſi efficere negle-
,, xerit, poſt ipſum terminum, tanquam notorius
,, Apoſtata, & excommunicatus in omnibus, & per
,, omnia debeat per quemlibet reputari, & tractari
,, etiam per invocationem auxilii brachii Secularis,
,, quoties fuerit opportunum. In futurum autem,
,, nullus ex profeſſoribus alicujus ex Ordinibus Men-
,, dicantium hujuſmodi, ad aliquem Monaſticum Or-
,, dinem, Carthuſienſe duntaxat excepto, poſſit, aut
,, debeat per quemcunque recipi, vel admitti virtu-
,, te alicujus licentiæ, vel indulti, abſque Sedis ejuſ-
,, dem licentia ſpeciali ſub dictis pœnis; Et nihilo-
,, minus ſecus facta non teneant ipſo jure: hujuſmo-
,, di licentiis, & indultis, necnon Conſtitutionibus
,, Apoſtolicis, & Mendicantium Ordinum prædicto-
,, rum, etiamſi de iis ſpecialis, & expreſſa, aut de
,, verbo ad verbum in noſtris literis mentio haben-
,, da foret, & aliis contrariis non obſtantibus qui-
,, buſcunque.

XI. *Nicolaus V Conſt.LXXI* = Solicitudo Paſto-
ralis = *Tom.III pag.*292 ex Martini V præſcripto
prohibens, ne Mendicantes Fratres ad Monacho-
rum, Cathuſianis exceptis, Ordines tranſeant: ,, Du-
,, dum ſiquidem, inquit, felicis recordationis Mar-
,, tinus Papa Quintus, Prædeceſſor noſter, viam am-
,, bitioſæ cupiditatis Religioſis potiſſime Mendicanti-
,, bus ad alios Ordines, præſertim Monaſticos, fu-
,, catis coloribus, & ob frugem melioris vitæ, convo-
,, lare nitentibus, præcludere cupiens, ex certa ſcien-
,, tia declaravit, ac decrevit, ſtatuens, quod de ce-
,, tero nullus Religioſus de Ordinibus Mendicantium,
,, quorumcunque, cujuſcunque ſtatus, conditionis,
,, vel Religionis exiſteret, quomodocunque, & qua-
,, litercunque, poſſet, & deberet virtute cujuſcun-
,, que licentiæ, & indulti Apoſtolici, ſeu Pœniten-
,, tiariæ noſtræ, tunc ſuæ, curam gerentis, vel alia
,, quavis auctoritate, hactenus etiam per Bullas Apo-
,, ſtolicas facultatum quarundam, tam Legatorum,
,, & Nunciorum Sedis præfatæ, necnon Pœnitentia-
,, riæ hujuſmodi pro tempore curam gerentis, quam
,, aliorum quorumcunque, ſub quavis poteſtate, aut
,, auctoritate, maxime de transferendis Fratribus,
,, aut aliquibus præſertim Ordinum Mendicantium
,, profeſſoribus in genere, vel in ſpecie, ab Ordinibus
,, hujuſmodi Mendicantibus ad Monaſticos, ſub qua-
,, cunque conceptione verborum apparerent, admitti,
,, aut recipi per aliquos etiam Superiores Ordinis, ſeu
,, Monaſterii, aut loci Monaſtici, ſeu alias in Mona-
,, chum, ſeu in Fratrem alicujus ex Ordinibus Mona-
,, ſticis ſupradictis, vel alias expreſſis, & non ex-
,, preſſis, Ordine Carthuſiano duntaxat excepto, ſub
,, pœna excommunicationis, in quam tam recipientes,
,, quam recepti, ipſo facto incurrerent, & quam ex
,, tunc contra quemlibet tranſgreſſorem protulit: ac
,, ſecus, vel aliter facta, non tenere, nullius exiſte-
,, re efficaciæ roboris, vel momenti: decernens, quod
,, ſi quis virtute cujuſcunque licentiæ, ſeu indulti
,, fuiſſet receptus ad aliquem Monaſticum Ordinem,
,, & habitum conſuetum geſtari per Monachos dicti
,, Ordinis ſuſcepiſſet, ſive profeſſionem emiſiſſet,
,, ſive non, ſub dicta pœna teneatur in Monaſterio,
,, in quo receptus eſt, ſtare, per quaſdam primo, &
,, deinde per alias ſuas literas ſtatuit, & ordinavit,
,, quod omnes, & ſinguli Fratres Ordinis Eremita-
,, rum Sancti Auguſtini, qui ipſius Prædeceſſoris ſu-
,, per hoc non obtenta licentia, erant tunc, & in an-
,, tecedenter eſſent, Venerabilium S. R. Eccleſiæ Car-
,, dinalium, ſeu aliorum Prælatorum, aut quarum-
,, vis perſonarum Eccleſiaſticarum, vel Secularium
,, Capellani, ſeu Confeſſores, aut Familiares, non
,, tamen in domibus eorundem Cardinalium pro tem-
,, pore commorantes, proinde eorum Superioribus,
,, & correctioni ipſorum in omnibus, & per omnia
,, eſſent ſubjecti, ac ſi Capellani, ſeu Confeſſores,
,, aut Familiares, ut præfertur, non eſſent, decer-
,, nens nihilominus, eos ad renunciandum officiis, &
,, familiaritatibus hujuſmodi obtentis, deſiſtendum-
,, que penitus, & omnino ab officiis, & familiarita-
,, tibus eiſdem atque ad clauſtra ſua revertendum, &
,, regulariter juxta ſuæ profeſſionis continentiam vi-
,, vendum, per dilectos filios Priorem Generalem,
,, ac Provinciales ipſius Ordinis Priores efficaciter
,, compellendos, prout in ſingulis dicti Prædeceſſoris
,, inde confectis literis plenius continetur. Cum au-
,, tem, ſicuti facti evidentia demonſtrat, Prædeceſſoris
,, ſtatuta, decreta, & ordinationes hujuſmodi, quæ
,, minime cuſtodita ſunt, non ſolum ſperatos fructus,
,, prout veriſimiliter credebatur, non attulerunt,
,, verum etiam iidem Religioſi exquiſitis mediis, ſuavi
,, jugo Domini excuſſo, Religionis obſervantia, &
,, clauſtrali amœnitate penitus derelictis, ad alios
,, Monaſticos, ſive Canonicorum Regularium Sancti
,, Auguſtini Ordines ſe tranſtulerunt, nonnulli vero
,, Beneficia Eccleſiaſtica, etiam quibus cura imminet
,, animarum, ſimulatis occaſionibus, aſſecuti, illa
,, contra decreta, ſtatuta, & ordinationem prædicta
,, detinuerunt, prout eorum aliqui detinent in ani-
,, marum ſuarum periculum, & Ordinis memorati
,, præjudicium, ac non modicum detrimentum; Nos
,, volentes in præmiſſis prout ex officii Paſtoralis de-
,, bito obligamur, de opportuno remedio providere,
,, declarationem, ſtatuta, & ordinationes, prædicta,
,, auctoritate Apoſtolica ratificantes, & approbantes,
,, & pro illorum ſoliditate innovantes, illaſque in-
,, violabiliter obſervari, mandantes, univerſis, &
,, ſingulis ejuſdem Ordinis profeſſoribus cujuſcunque
,, dignitatis, ordinis, vel conditionis fuerint, qui
,, contra literarum earundem tenores ad aliquem Mo-
,, naſticum, ſive Canonicorum Regularium Sancti
,, Auguſtini, præterquam Carthuſien. Ordinem, ſe
,, tranſtulerint, quique Beneficia Eccleſiaſtica cum
,, cura, vel ſine cura ex poſt adepti ſint, aut earun-
,, dem, vel aliarum perſonarum, præterquam ſi ali-
,, quorum S. R. E. Cardinalium prædictorum Capel-
,, lani continui commenſales, eorumque ſervitiis in-
,, ſiſtant, harum ſerie in virtute ſanctæ obedientiæ
,, auctoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus,
,, quatenus infra unius menſis ſpatium, poſtquam
,, præſentes ad ipſorum notitiam deductæ fuerint, ad
,, domos ipſius Ordinis, in quibus regularem profeſ-
,, ſionem emiſerant, vel alias, prout Generales, &
,, Provinciales Priores dicti Ordinis pro tempore
,, exiſtentes ſtatuerint, omni prorſus exceptione re-
,, mota redire, ac Beneficia hujuſmodi, quæ ex nunc
,, vacare decernimus, realiter, & cum effectu di-
,, mittere, ipſorumque Superiorum mandatis parere,
,, eiſque intendere humiliter teneantur. Et nihilomi-

,, nus

„ nus eiſdem Prioribus, tenore præſentium, auctoritate præfata præcipimus, & mandamus, quatenus omnes, & ſingulos profeſſores prædictos, qui in earundem, ac præſentium literarum obſervatione ſe exhibuerint negligentes, quomodolibet, vel rebelles, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, exemptionibus, habilitatibus, diſpenſationibus, commendis, licentiis, collationibus, proviſionibus, aut literis Apoſtolicis, eis, vel eorum aliquibus, etiam alicujus, ſeu aliquorum intuitu, vel reſpectu, ſub quacunque forma, vel expreſſione, verborum, etiamſi de illis individua, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum habenda foret, hactenus factis, ſeu conceſſis, & in poſterum forte, faciendis, & concedendis, quæ eis in præmiſſis nullatenus volumus ſuffragari, omnibus, & ſingulis beneficiis, quæ obtinent, ſeu obtinebunt quomodolibet in futurum, privare, ipſoſque ab illia amovere, & amoveri facere, necnon inobedientes prædictos, pœnis, quæ pro culpis, aut exceſſibus majoribus, ſeu gravioribus in dicto Ordine imponi ſolent, ſive alias pro ſui arbitrio punire, & corrigere; Necnon omnes, & ſinguli, qui aliquem ex Fratribus dicti Ordinis in Eccleſiis ſibi commiſſis, vel alias ad eos legitime pertinen. pro Capellanis, vel aliter retinent, illos infra dictum menſem licentiare, ac expellere, vigili attentione procurent. Alioquin ſi de præmiſſis fuerint negligentes, quomodolibet vel rebelles, beneficiis hujuſmodi eo ipſo privati exiſtant.

XII. Paulus vero III Conſtitut. CXXXI = *Accepimus* = Tom.VII pag.139 inhibet, ne aliquis ex Fratribus Mendicantibus ad Ordinem Capuccinorum tranſeat.

XIII. Celebris eſt etiam S. Pii V Conſt.CXXXV = *Quæcunque* = Tom.VII pag.182. Revocat quæcunque Privilegia pro retinendis alterius Ordinis alumnis conceſſa.

XIV. Benedicti tandem XIII Conſt.XLVI = *Licet Sacra* = Tom.VI pag.579 ſancitum fuit, uni Summo Pontifici reſervari facultatem tranſitus ad alios Ordines concedendi: „ Omnibus, inquit, & ſingulis Regularibus, in quocunque Regulari, & Clauſtrali Ordine Profeſſis, tranſitum ad quemcunque alium Ordinem, in quo clauſtralis, & regularis obſervantia non vigeat, poſt maturam hac de re habitam deliberationem, motu proprio, & ex certa ſcientia omnino prohibemus, tranſitum etiam ad quemcunque Ordinem Hoſpitalarium, vel Militarem, vel Hoſpitalarium ſimul & Militarem, etiamſi in hujuſmodi Ordinibus Clauſtralis, & Regularis obſervantia vigeret, ac etiamſi ageretur de Apoſtata, vel non Apoſtata a primævo ſuo Ordine, ad ejuſmodi alium tranſire volente, pari modo probibemus. Inſuper quibuſcunque Superioribus Regularium, S.R.E. Cardinalibus Legatis, ejuſdem R. E. Cardinali Majori Pœnitentiario, Nunciis Apoſtolicæ Sedis, Vicelegato Avenionenſi, utrique Congregationi Cardinalium, Negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, Sacrique Concilii Tridentini Interpretum, per præſentes tollimua, revocamus, & abrogamus, quæcunque privilegia, auctoritates, facultates, & conſuetudines, ejuſmodi tranſitum concedendi cuicunque regulari clauſtrali, apoſtatæ, vel non apoſtatæ, quacunque de cauſa, quamvis etiam accedat conſenſus tam Superioris, in cujus Ordine antea profeſſus fuerit, quam alterius Superioris in cujus Ordine novam profeſſionem emittere voluerit. Nobis autem, noſtriſque Succeſſoribus Romanis Pontificibus pro tempore extituris ſimiles conceſſiones penitus reſervamus, itaut in poſterum S. R. E. Cardinales Legati, ejuſdem R. E. Cardinalis Major Pœnitentiarius, Nuncii Apoſtolicæ Sedis, Vicelegatus Avenionenſis, prædictæque Congregationes in examine Libellorum ſupplicum, hujuſmodi tranſitus poſtulantium, hac de re nihil omnino decernere poſſint, niſi noſtro, vel Romani Pontificis, pro tempore extituri, ſpeciali reſcripto, ejuſmodi libelli ſupplices ad illos remiſſi fuerint: quo reſcripto etiam obtento, nihilominus tranſitus facultatem, etiamſi cauſæ ejus concedendi ſummæ viderentur, nullomodo concedere valeant, *niſi* poſtquam Nobis, & pro tempore extituro Romano Pontifici, totius rei diſtincta, & accurata relatio facta fuerit, & poſtquam a Nobis ipſis, vel a Romano Pontifice, pro tempore extituro earundem cauſarum pondus approbatum, & tranſitus facultas conceſſa, fuerint. Eiſdem vero præſentibus literis noſtris quoſcunque tranſitus, non obſervato ad unguem harum tenore, in poſterum faciendos, nullos, & invalidos fore, & eſſe, declaramus.

XV. Triplici de cauſa poſſe aliquem de una ad aliam Religionem laudabiliter tranſire, docet S.Thomas Secunda Secundæ Quæſt.CLXXXIX Art.VIII in corpore dicens: „ Poteſt. . . . aliquis laudabiliter de una Religione tranſire ad aliam, triplici ex cauſa. Primo quidem zelo perfectioris Religionis. . . . . . Secundo, propter declinationem Religionis a debita perfectione. . . . . Tertio, propter infirmitatem, vel debilitatem, ex qua interdum provenit, quod non poteſt aliquis arctioris Religionis ſtatuta ſervare: poſſet autem ſervare ſtatuta Religionia laxioris. Sed in his tribus caſibus poteſt eſſe differentia. Nam in primo caſu debet quidem propter humilitatem licentiam petere, quæ tamen ei negari non poteſt, dummodo conſtet, illam Religionem eſſe arctiorem. Si vero de hoc probabiliter dubitetur, eſt in hoc Superioris judicium inquirendum, ut habetur Extr. de Regularibus, & Transeuntibua ad Religionem Capite = Licet = Similiter requiritur Superioris judicium in ſecundo caſu. In tertio vero caſu eſt etiam neceſſaria diſpenſatio.

XVI. Quod, *arctioris* Religionis obtentu, poſſint Fratres Prædicatores ad alium Ordinem tranſire, conceſſere Summi Pontifices, Honorius III Conſtitut.I = *Religioſam vitam* = Tom.I pag.2: Conſtitut.V = *Juſtis petentium* = Tom.I pag.5: & Conſtit.VII = *Religioſam vitam* = Tom.I pag.6: aliique complures, quorum Conſtitutiones in hoc noſtro Bullario paſſim reperiet eruditus Lector.

Notandum tamen quod ex Urbani VIII Conſtitutione CXXIV = Sacra Congregatio = Tom.VII pag.268 nullus Regularis ad arctiorem Religionem tranſire poteſt ſine Superioris facultate. Addit *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte II Tractatu V Quæſt.XLVIII pag.96, quod ex Privilegiis cujuſcunque Religionis *hodie nulli licet tranſire, etiam in arctiorem, niſi obtenta licentia a Romano Pontifice, vel a Sacra Congregatione*.

Quod ſpectat difficultates varias circa Translationes Fratrum de una ad aliam Religionem conſulendi *Donatus* in Tractatu mox laudato, & *Paſſerinus* de Hominum Statibus Tomo III Quæſt. CLXXXIX Artic.VIII a pag.338 &c.

Q U Æ S T I O II.

Utrum facultas, inemendabiles ab Ordine dimittendi, conceſſa fuerit Fratribus Ordinis Prædicatorum.

S U M M A R I U M.

I. Conceſſa fuit ab Innocentio IV.
II. Qui conſentientes habet Succeſſores ſuos, Alexandrum IV.
III. Clementem IV : Honorium IV : Bonifatium VIII : Johannem XXII : Clementem VI : Gregorium XI : Bonifatium IX.
IV. S. Pium V.
V. Alioſque Summos Pontifices,
VI. Quid hac de re ſancitum ſit a Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum?
Quid a jure communi?
VII. Ceteræ circa materiam iſtam difficultates, ex variis Decretis, ſolvuntur.

I. FAcultas inemendabiles ab Ordine dimittendi Fratribus Prædicatorum Ordinis conceſſa fuit ab *Innocentio IV Conſtit.XCIX Tom.I pag.*153 his verbis: „ Paci, & tranquillitati veſtræ paterna volentes
„ in poſterum ſolicitudine providere, ut ejectis de
„ veſtro Ordine, vel egreſſis, qui receptione in eo-
„ dem, ſuis exigentibus culpis, reddiderint ſe indi-
„ gnos, tranſeundi ad alios Ordines approbatos, præ-
„ terquam ad B. Auguſtini Templariorum, Hoſpita-
„ lariorum, & aliorum Religioſorum arma portan-
„ tium, ad vitandam occaſionem evagandi, cum ve-
„ ſtris teſtimonialibus literis, auctoritate noſtra li-
„ centiam dare poſſitis, plenam vobis, de Fratrum
„ noſtrorum conſilio, concedimus, auctoritate præ-
„ ſentium, facultatem; diſtrictius inhibentes, ne ta-
„ les aliter ad alium Ordinem tranſire, vel aliqui
„ ipſos recipere, ſeu retinere præſumant, abſque li-
„ centia Sedis Apſtolicæ ſpeciali, faciente plenam de
„ præſentibus mentionem.

II. Ejuſdem tenoris eſt *Alexandri IV Conſtit.CI* = Paci, & tranquillitati = *Tom.I pag.306*. Generali Magiſtro, & Prioribus Ordinis Fratrum Prædicatorum ſcribens *Alexander IV Conſt.CCXXIII Tom.I pag.363* „ Decens, inquit, & dignum eſſe perſpici-
„ mus, ut pacem, & tranquillitatem veſtram paterna
„ diligentia procuremus; Hinc eſt, quod Nos vobis
„ præſentium auctoritate concedimus, ut de veſtro
„ ejectis Ordine, vel egreſſis, qui receptione in eo-
„ dem Ordine ſuis exigentibus culpis, reddiderint ſe
„ indignos, licentiam dare poſſitis, quod ipſi, ne ma-
„ teriam habeant evagandi, ad quoſcunque alios Or-
„ dines approbatos, præterquam ad Beati Auguſtini
„ Templariorum, Hoſpitalariorum, & aliorum Reli-
„ gioſorum arma portantium, cum veſtris teſtimo-
„ nialibus literis valeant ſe transferre. Ceterum di-
„ ſtrictius inhibemus, ne tales aliter ad alium Ordi-
„ dinem tranſire, vel ipſos aliqui recipere, ſeu re-
„ tinere præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ li-
„ centia ſpeciali faciente de præſentibus mentionem.

„ Ejectos autem de Ordine veſtro, inquit *Alexander IV Conſt. CCXCVII* = Virtute conſpicuos = *Tom.I pag.407* „ vel egreſſos, qui receptione in
„ eodem Ordine ſuis culpis reddiderint ſe indignos,
„ tranſeundi ad alios Ordines approbatos, præter-
„ quam ad Beati Auguſtini, Templariorum, Hoſpi-
„ talariorum, & aliorum Religioſorum arma portan-
„ tium, ad evitandam occaſionem evagandi, Magi-
„ ſter, & Priores, ſeu ipſorum Vicarii cum ſuis
„ teſtimonialibus literis, auctoritate noſtra, licen-
„ tiandi liberam habeant facultatem. Nos enim di-
„ ſtrictius inhibemus, ne tales ad alium Ordinem
„ aliter tranſire, vel aliqui eos recipere, ſeu retinere
„ præſumant abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtoli-
„ cæ, faciente de hoc plenariam mentionem.

III. Idem legitur in ejuſdem tenoris ceteris Conſtitutionibus VIII *Clementis IV* Tom.I pag.452 : VI *Honorii IV* Tom.II pag.9 : XIII *Bonifacii VIII* Tomo II pag.50 : V *Johannis XXII* Tom.II pag.132 : XII *Clementis VI* Tom.II pag.231 : XX *Gregorii XI* Tom.II pag.278 : CCXXII *Bonifatii IX* Tom.II pag.448.

IV. „ Exponi Nobis, inquit *S. Pius V Conſtitutione LXXVIII Tom.V pag.222* „ nuper curarunt dilecti
„ filii, Prior Provincialis nomine Priorum, & Fra-
„ trum Ordinis Prædicatorum Provinciæ Portugal-
„ liæ, quod cum alias dilectus filius Vincentius Juſti-
„ nianus Magiſter Generalis prædicti Ordinis eam
„ Provinciam viſitaret, & pro illorum parte illi fuiſ-
„ ſet propoſitum, quod ad coercendam pernicioſorum
„ Fratrum dictæ Provinciæ petulantiam plurimum ex-
„ pediebat, ſtatui, & ordinari, poſſe, Provinciales
„ pro tempore de conſilio quatuor Patrum ad minus,
„ qui Magiſtri ſint in Theologia, aut Provinciales
„ fuerint, nec non Priores Monaſterii ejus Ordinis
„ Ulyxbonenſis, ab eorum Monaſteriis, & Ordine,
„ etiam extra tempus Capituli ejicere, atque expelle-
„ re Fratres, qui a carcere fugerint, & citati per an-
„ num non redierint, nec ſuperiori ſe præſentabunt:
„ Illos item, qui ter in pœnam gravioris culpæ con-
„ formiter ad Acta Capitulorum Generalium, quæ jam
„ in Conſtitutionem ſunt redacta, lapſi fuerint, dum-
„ modo proceſſus legitime ſint facti, vel publicum,
„ & notorium ſit in Provincia, eos talibus pœnis fuiſ-
„ ſe obnoxios, & damnatos; nec non illos, qui ſe-
„ cundum ſeriem conſtitutionum ipſius Ordinis in-
„ corrigibiles fuerint judicati, idem Generalis Magi-
„ ſter eorum propoſitionem comprobando ipſis licen-
„ tiam, & facultatem conceſſerat; præmiſſa a Nobis
„ ſtatui, & ordinari humiliter poſtulando. Quaprop-
„ ter Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præ-
„ miſſis opportune providere de benignitate Apoſtoli-
„ ca dignaremur. Nos igitur, qui ſingularum Reli-
„ gionum, & præſertim B. Patris noſtri Dominici re-
„ gularis diſciplinæ proſperam, & ſalubrem directio-
„ nem procuramus, & Religioſorum Virorum ad id
„ tendentia vota libenter amplectimur, hujuſmodi
„ ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica auctoritate,
„ tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia ſtatui-
„ mus, & ordinamus, poſſe Provinciales pro tempo-
„ re exiſtentes dictæ Provinciæ Portugalliæ etiam ex-
„ tra tempus Capituli, de conſilio quatuor Patrum,
„ & Prioris prædictorum, Fratres ejus Ordinis in caſi-
„ bus prædictis ab eorum Monaſteriis, & Ordine, cu-
„ juſvis alterius Superioris licentia ſuper eo, ulterius
„ minime requiſita, aut alia forma, & judicii tela
„ obſervata, & appellatione quacunque omnino re-
„ mota, ejicere, atque expellere, & ita ab illis, ad
„ quos ſpectat, perpetuo obſervari, & per quoſcun-
„ que Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam
„ Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, & dicti Ordinis
„ Superiores, judicari debere, ſublata eis aliter judi-
„ candi facultate, & auctoritate, decernimus. Non
„ obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub
„ annulo Piſcatoris die ultima Auguſti MDLXIX,
„ Pontificatus noſtri Anno Quarto.

V. Alios Summos Pontifices a quibus idem Privilegium

legium conceſſum fuit recenſet *Paſſerinus* Tomo III de Statibus Hominum Quæſt. CLXXXIX Art.VIII. Conſulendus a Numero 55a &c.

VI. Quid hac de re ſancitum ſit a Conſtitutionibus Prædicatorum familiæ legitur Diſtinctione I Capite XIX, ubi diſertis verbis habetur, quod incorrigibiles de Ordine noſtro ſunt expellendi. Idem præſcribit, quam profitemur, Regula S. P. Auguſtini dicens: „ Si quis emendatoriam ſubire vindictam recuſaverit, „ de veſtra ſocietate projiciatur: non enim hoc fit „ crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat.

Id antiquis Canonibus, juri, ac rationi, apprime conſonum eſſe, probat *Donatus* quem conſulas velim Tomo I Parte II de Rerum Regularium Praxi Tractatu VIII ubi fuſiori calamo differit de Ejectis a Clauſtro.

VII. Ceteras circa materiam quam tractamus difficultates erudite ſolvit *Paſſerinus* Tomo III de Hominum Statibus Quæſt. CLXXXIX Art. VIII, conſulendus a Numero 55a ad 663.

Huc ſpectant varia Decreta, que præ oculis habenda ſunt. Vide Tomo VII Conſt. CXXIV pag.568: Ibidem pag.308 Conſt.XXXII pag.358, & 359 Conſtit.XXXIX, & XL. Quid in Provinciis Indiarum ſit hac de re ſervandum decernit Clemens IX Conſtitutione LII = *Exponi* = Tom. VII pag. 322.

Hic eruditum Lectorem monitum velim, quod ex incuria Typographi cui concredita erant hujuſce Tituli autographa Typis exaranda deperdita fuerunt. Ipſa quidem, quam potui, majori diligentia rurſus edidi dum cetera Typis imprimerentur: verum nonnibil fortaſſis deſiderabit aliquis, quem enixe precor, ignoſcat. Quod ſpectat Typographos, utinam id unum infelicitatis contigiſſet mihi. Vehementius, proh dolor, vehementius affligant me, graviuſque pungunt errata quæ, dum totius Operis Index conficeretur, in nonnullis exemplaribus reperta ſunt. Enim vero dum accuratam pro virili impreſſionem jam jam paraveram, ipſam quandoque miſere deformavit furtiva manus, ut ex his quæ ad hujus voluminis calcem notabuntur videre eſt, & ex manifeſtis quas præ manibus habeo probationibus conſtat.

TITULUS XIII.

De Monialibus.

Quæſtiones quinque complectitur Titulus iſte.

PRima: Utrum Moniales Ordinis Prædicatorum gaudeant Privilegiis conceſſis Fratribus ejuſdem Familiæ?

II. Quid de Monialibus, imperium Ordinis detrectantibus, ſancitum ſit?

III. Quænam juriſdictio Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa fuerit in ejuſdem Ordinis Moniales?

IV. De Clauſura Monialium.

V. Moniales Ordinis Prædicatorum poſſuntne præfici Monaſteriis aliorum Ordinum?

QUÆSTIO I.

Utrum Moniales Ordinis Prædicatorum gaudeant Privilegiis conceſſis Fratribus ejuſdem, Familiæ?

SUMMARIUM.

I. GAudere, indulſit Innocentius IV.

II. Qui Succeſſores ſuos conſentientes habet, Alexandrum IV:

III. Honorium IV: Bonifatium VIII:

IV. B. Benedictum XI:

V. Johannem XXII: Bonifatium IX:

VI. Sixtum IV:

VII. Leonem X: S. Pium V.

VIII. Quomodo, & de quibus Monialibus id intelligendum ſit?

I. MOniales Ordinis Prædicatorum, ipſius juriſdictioni ſubjectas, Privilegiis Fratribus ejuſdem Ordinis conceſſis, gaudere, indulſit *Innocentius IV* Conſtitutione *CXXXII* = Licet olim = *Tom.I pag.*161, & *Tom.VII pag.*26, Generalem enim Magiſtrum, & Provinciales Ordinis alloquens ait: ,, Ipſæ (Moniales) ſub Magiſterio, & Doctrina veſtra, & eorum qui pro tempore fuerint, debeant ,, permanere, illis gaudentes privilegiis, quæ veſtro ,, Ordini ſunt conceſſa, vel in poſterum concedentur ,,. Huc ſpectat ejuſdem Innocentii Conſtitutio CCCLXXVI = Exigentibus = *Tom.VII pag.*31 pro Imolenſi Monaſterio data.

II. Iiſdem tamen privilegiis illæ duntaxat, quæ ſub ejuſdem Ordinis Fratrum cura vivunt, Moniales gaudent, ut videre eſt ex *Alexandri IV Conſtitutione CCXIV* = Devotionis = *Tom.I pag.*365; ſic enim *Madritenſes* Sorores alloquitur: ,, Devotionis augmentum vobis provenire confidimus, ſi ſuper his, ,, quæ digne depoſcitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Cum itaque vos, prout accepimus, ſecundum inſtituta dilectorum filiorum Fratrum Ordinis ,, Prædicatorum, ſub eorum cura, & etiam ſub clauſura vivatis, Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut ,, Privilegiis, & Indulgentiis eidem Ordini Prædicatorum ab Apoſtolica Sede conceſſis, vobis competentibus, quandiu juxta inſtituta ipſorum, & ,, ſub eorum cura vivatis, uti, & gaudere libere valeatis.

III. Hac de re conſulendæ *Honorii IV Conſt.XVII* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.II pag.*15: Bonifatii VIII *Conſt.XVI* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.II pag.*52.

IV. Univerſis Monialibus ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Prædicatorum viventibus, tam præſentibus, quam futuris ſcribens *B. Benedictus XI Conſt.XIX* = Sacra veſtra = *Tom.II pag.*91: ,, A juriſdictione, inquit, & poteſtate Patriarcharum, ,, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum Diœceſanorum ,, veſtrorum, & quorumcunque aliorum, eximimus ,, vos, & loca, & Monaſteria veſtra, de gratia ſpeciali, illis inſuper gaudentes privilegiis, gratiis, ,, & indulgentiis, quæ ipſi Ordini Prædicatorum ſunt ,, conceſſæ, & in poſterum concedentur.

V. Idem pro Monaſterio *de Dertrforde* ſancitum a *Johanne XXII*, cujus Conſtitutio legitur in *LXXI Bonifatii IX Tom.II pag.*353. Conſulenda ejuſdem Bonifatii IX Conſt.CCXVII = Etſi pro cunctorum = *Tom.II pag.*443.

VI. ,, Ne propter Monaſteria Monialium, inquit *Sixtus IV Conſt.CXXIV* = Sacri Prædicatorum = *Tom.III pag.*579 ,, ſeu Sororum, ſub cura, & inſtitutis Ordinis præfati Fratrum Prædicatorum, & ,, Sanctæ Claræ, ſeu Sancti Damiani Ordinum ſub ,, ejuſdem Fratrum Minorum Ordinis cura degentia, ,, S. Dominici, & S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum Ordinum, utriuſque ſexus perſonas, contingat eorundem Fratrum quietem turbari, motu, ,, ſcientia, & auctoritate prædictis, ſtatuimus, quod ,, hujuſmodi Monaſteria, & loca, eorumque Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, Procuratores, Syndici, oblati, ,, & utriuſque Tertii Ordinis prædicti de Pœnitentia ,, nuncupatæ perſonæ prædictæ, eiſdem privilegiis, immunitatibus, gratiis, & favoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis ſpiritualibus, ,, & temporalibus, prædictis Fratrum Prædicatorum, ,, & Minorum Ordinibus, ac illorum profeſſoribus, ,, domibus, & locis, ac Procuratoribus, Syndicis, ,, Oblatis, & commiſſis, ſeu alias quomodolibet per ,, Prædeceſſores noſtros, aut Nos hactenus conceſſis, ,, & in poſterum concedendis, quavis auctoritate, ,, quatenus earum ſexui, & ſtatui, non contradicant, ,, libere, & licite uti poſſint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine ulla differentia, ac ſi eiſdem Monaſteriis, locis, & perſonis, ,, Abbatiſſis, Syndicis, Procuratoribus, Oblatis, & ,, commiſſis Sororum, & Monialium earundem, ac ,, perſonis utriuſque ſexus de Pœnitentia hujuſmodi ,, nominatim conceſſæ forent, & concederentur expreſſe.

VII. Huc etiam ſpectant Leonis X Conſtitut.IV = Cum inter ceteros = *Tom.IV pag.*298: & S.Pii V Conſtit. CXXIII = Ad hoc Nos Deus = *Tom. V pag.*289.

VIII. Notandum ex *Donato* de Rerum Regularium Praxi Tom.I Parte I Tract.VI Quæſt.III, quod hæc *Extenſio* privilegiorum conceſſa intelligitur *in favorabilibus: ſecus autem in odioſis*. Addit ibidem ,, hoc ,, non procedere in Monialibus Tertiariis, quæ in parentum domibus habitant, & ſub obedientia Ordinis ,, non ſunt ,,. Et ſane Summi Pontifices, ut ex verbis Alexan-

Digitized by Google

Alexandri IV videre eſt, Privilegia Ordinis Prædicatorum ejuſdem Familiæ Monialibus concedunt quidem, ſed *quandiu juxta inſtituta ipſorum* (Fratrum) *& ſub eorum cura* vixerint.

QUÆSTIO II.

Quid de Monialibus, imperium Ordinis detrectantibus, ſancitum ſit?

SUMMARIUM.

I. ID habetur ex Conſtitutionibus, Innocentii VII:
II. Eugenii IV:
III. Leonis X:
IV. Cujus Conſtitutionem laudat, & excipit Benedictus XIII.

I. QUid de Monialibus, imperium Ordinis detrectantibus ſancitum ſit, ex ſequentibus habes: „ Juſtis, inquit *Innocentius VII Conſt. V Tom. II pag* 478, Generali Magiſtro, ac Provincialibus Ordinis Prædicatorum ſcribens „ & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque proſequimur favoribus opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte veſtra, petitio continebat, quod ſæpe contingit, nonnullas Moniales ſub cura, & ſecundum inſtituta veſtri Ordinis degentes, diverſa enormia, exceſſus, & crimina, in animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum committere, propter quæ Moniales ipſæ, per vos ſecundum obſervantiam regularem, ac hujuſmodi inſtituta, graviter eſſent corrigendæ, & etiam puniendæ. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Moniales ipſæ interdum adeo ſint protervæ, & induratæ, quod ipſarum conſanguineorum, & amicorum potentiam perhorreſcentes, eas juxta obſervantiam, & inſtituta hujuſmodi corrigere non audetis, quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut quotieſcunque Moniales hujuſmodi exceſſus, & crimina pro tempore committentes, ut præfertur, propter potentiam conſanguineorum, & amicorum ſuorum hujuſmodi, corrigere, ac punire non poſſitis, voſque Moniales ipſas pro hujuſmodi exceſſibus, & criminibus corrigendis, & puniendis, locorum Ordinariis denuntiaveritis, ipſi locorum Ordinarii, eaſdem Moniales juxta exigentiam exceſſuum, & criminum hujuſmodi, & alias juxta obſervantiam, & inſtituta regularia dicti Ordinis, auctoritate Apoſtolica corrigere, & punire poſſint, eadem auctoritate, tenore præſentium indulgemus.

II. *Eugenius IV Conſtit. XXV* = Venerabilis = *Tom. III pag.* 18 vult, quod ſi Moniales Valentini Monaſterii S. Mariæ Magdalenæ Epiſcopi poteſtati ſe ſubjiciant, immutent veſtitum.

III. Congregationis *Lombardiæ* Vicario Generali ſcribens *Leo X Conſt. XXXIX* = Exponi Nobis = *Tom. IV pag.* 326: „ Exponi, inquit, Nobis nuper feciſti, quod temporibus anteactis, nonnullis Vicariis Generalibus, & Prioribus tuæ Congregationis, & Ordinis Prædicatorum per Prædeceſſores noſtros ſub cenſuris Eccleſiaſticis mandatum fuit, ut certa Monaſteria Monialium tam Ordinis Prædicatorum, quam forſan aliorum Ordinum acceptare, & earum ſpecialem curam gerere deberetis, quo bona Fratrum tuorum converſatione, ipſorumque ſalutaribus monitis, in ſancta Religione proficerent. Quodque modernis temporibus multæ ſint ex ipſis Monialibus, quæ ſpiritualem profectum parvi pendentes, & boni, ſanctique propoſiti obliviſcentes, Superiorum ſuorum, etiam Vicariorum Generalium ordinationes, ac monita, ad regularem obſervantiam conducentia, effectualiter deſpiciunt, in animarum ſuarum perniciem, Superiorum animi amaritudinem, & Religionis dedecus, quod Nobis haud mediocriter diſplicet. Quocirca cum noſtræ mentis non ſit, Monialium cura, atque regimine abſque earum evidenti profectu ſpirituali Congregationem tuam onerare, tibi, ac omnibus Succeſſoribus tuis per præſentes concedimus, ut, prævia monitione, ea Monaſteria, ac Moniales, quæ judicio Vicariorum Generalium, qui pro tempore fuerint, ordinationes, & monita ipſis per Vicarios Generales pro conſervatione regularis obſervantiæ facta, adimplere, & obſervare neglexerint, de conſilio, & aſſenſu aliquorum diſcretorum Patrum Congregationis valeatis, tuique Succeſſores valeant, omnino relinquere, ita quod tam Vicarii Generales, quam ceteri Fratres de ſimilibus Monaſteriis, & Monialibus, curam, & regimen habere amplius non teneantur. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis, ſub quibuſcunque verborum formis, & cenſuris Eccleſiaſticis conceſſis, quarum tenores pro expreſſis haberi volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Viterbii ſub annulo Piſcatoris die VI Novembris MDXV, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

IV. Quam Leonis X Conſtitutionem laudat, & excipit Benedictus XIII in Conſtitutione = Pretioſus = *Tom. VI pag.* 622 §. 39.

QUÆSTIO III.

Quænam juriſdictio Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa fuerit in ejuſdem Ordinis Moniales?

SUMMARIUM.

I. ID habetur ex Conſtitutionibus Innocentii IV:
II. Alexandri IV:
III. Clementis IV:
IV. Honorii IV:
V. Bonifatii VIII:
VI. Bonifatii IX:
VII. Nicolai V, qui confirmat, & innovat Conſtitutionem B. Benedicti XI:
VIII. Pauli II:
IX. S. Pii V:
X. Aliorumque Summorum Pontificum, quorum Conſtitutiones laudantur.
XI. Huc ſpectant S. Concilii Tridentini Decretum;
XII. Et complura alia Sacrarum Congregationum Decreta.

I. QUænam juriſdictio Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa fuerit in ejuſdem Ordinis Moniales, ex ſequentibus liquet. *Innocentius IV Conſtitutione CXXXII* = Licet olim = *Tom. I pag.* 161 Magiſtrum Generalem, & Provinciales alloquens ait: „ Animarum ſuarum (Monialium) ſolicitudinem gerentes, & curam, ac eis de Conſtitutionibus veſtri Ordinis, quæ ipſis competunt, exhibentes, eiſdem Monaſteriis per vos, vel per alios „ Fratres

Digitized by Google

„ Fratres veſtros, qnos ad hoc idoneos videritis,
„ quoties expedierit, viſitationis nfficium impendere
„ ſtudeatis, corrigendo, & reformando ibidem, tam
„ in capite, qnam in membris, quæ correctionis, ſeu
„ reformationis officio noveritis indigere. Inſtituatis
„ nibilominus, & deſtituatis, mutetis, & ordinetis,
„ prout ſecundum Deum videritis expedire.......
„ Confeſſiones earum audiatis, & miniſtretis eis Ec-
„ cleſiaſtica Sacramenta.

Hujuſce Conſtitutionis meminerunt *Alexander IV Conſt.CLIII* = Sua Nnbis = *Tom.I pag.335*, & *Nicolaus IV Tom.II pag.26*.

Ut Fratres Prædicatores Mnnialium Ordinis curam ſuſcipiant, præcipit Innocentius IV Conſtitutione CCCLXXX = Licet Sorores = *Tom.VII pag.32*.

Ut Provincialis Lombardiæ curam gerat Bononienſis Monaſterii S. Agnetis, jubet idem Innocentius Conſt.CCCLXXXII = Noveritis = *Tom.VII pag.33*.

II. Snroribus Pruliani Monaſterii ſcribens *Alexander IV Conſtit.CXCVI* = Sacram religionem = *Tom.I pag.357*: „ Veſtris igitur, inquit, devotis
„ precibus inclinati, ut ſi quæ veſtrum, ſive ante-
„ quam ad Religionem hujuſmndi convolaverint,
„ ſive poſtea, excnmmunicationis ſententiam incur-
„ rerint, per Priorem, qui pro tempore vobis fuerit
„ deputatus, vel ejus Vicarium, poſſint juxta for-
„ mam Eccleſiæ abſolutinnis beneficium obtinere,
„ auctoritate vobis præſentium duximus conceden-
„ dum.

III. „ Præſentium auctoritate ſtatuimus, inquit *Clemens IV* Magiſtrum Generalem, & Priores Provinciales alloquens *Conſt.LIX* = Affectu ſincero = *Tom.I pag.481* „ ut Moniales, ſeu Snrores hujuſmo-
„ di, vobis, aut illis veſtrum, quibns ſunt per eoſ-
„ dem Prædeceſſores, ut prædictum eſt, commiſſæ,
„ vel quæ per te, fili Magiſter, ſeu Prædeceſſores
„ tuos, qui fuerunt pro tempore, aut per Capitula
„ Generalia prædicti Ordinis, ſub veſtra, ſeu ali-
„ quorum ex vobis eura ſine cujuſquam præjudicio
„ ſunt receptæ, hoc a vobis ex hujuſmodi commiſſionis,
„ vel receptionis beneficio conſequantur, videlicet,
„ quod ipſæ ſub veſtro Magiſterio, & doctrina, ve-
„ ſtrorumque Succeſſorum, qui pro tempore fuerint,
„ in perpetuum debeant permanere. Ipſas quoque,
„ ac earum Monaſteria, vobis, & eiſdem Ordini, ac
„ Succeſſoribus, auctoritate Apoſtolica de novo com-
„ mittimus ad cautelam, ut animarum ipſarum ſoli-
„ citudinem gerentes, & curam, eiſque de Conſtitu-
„ tionibus veſtri Ordinis, qnæ ipſis competunt, exhi-
„ bentes, eadem Monaſteria, ſeu Moniales, & So-
„ rores prædictas, per vos, vel alios ipſius Ordinis
„ veſtri Fratres, quos ad hoc idoneos eſſe noveritis,
„ quoties expedierit, viſitetis corrigendo, & refor-
„ mando ibidem tam in capite, quam in membris,
„ quæ correctionis, & reformationis officio videritis
„ indigere. Inſtituatis autem nibilominus, & deſti-
„ tuatis Monaſteriorum hujuſmodi Prioriſſas, ac circa
„ eaſdem Prioriſſas, & Moniales, ſeu Sorores, ac
„ Monaſteria prædicta, Converſos, & Familiares in
„ ipſis Monaſteriis continue degentes, mutetis, &
„ ordinetis, prout ſecundum Deum videritis expedi-
„ re. Electio tamen Prioriſſarnm dictarum libere ad
„ Conventus Monaſteriorum pertineat prædictorum,
„ qnarum confirmatio ad te, fili Magiſter, ubique, &
„ ad ſingulos veſtrum filii Priores, in ſua Provincia,
„ vel ad eos, quibus id commiſeritis, præcipue per-
„ tinebit. Confeſſiones vero per vos, vel Fratres
„ eoſdem audiatis illarum, & miniſtretis eis Eccleſia-
„ ſtica Sacramenta. Verum, ne pro eo, quod in ali-
„ quibus ex eiſdem Monaſteriis, Fratres veſtri Ordi-
„ nis reſidere continuo non tenentur, pro defectu Sa-
„ cerdotis pnſſit eiſdem Monialibus, ſeu Snroribus
„ detrimentum in ſpiritualibus imminere, ad Confeſ-
„ ſiones earum in neceſſitatis articulo audiendas, &
„ Sacramenta hujuſmodi miniſtranda, deputetis ali-
„ quos diſcretos, & providos Capellanos, quos vo-
„ bis deputare, ac mutare liceat, prout vobis vide-
„ bitur expedire. Non obſtante aliqua contraria Con-
„ ſtitutione prædicti Ordinis veſtri, & quacunque
„ Apoſtolicæ Sedis indulgentia conceſſa, vel in pn-
„ ſterum cnncedenda, de qua in noſtris literis fieri
„ debeat mentio ſpecialis, vel qnibuſdam literis felicis
„ recordationis Innocentii PP. Prædeceſſoris noſtri,
„ per quas vos ab illarum cura dicitur abſolviſſe, ſeu
„ quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, ſive literis
„ Apoſtnlicis, vobis, aut Ordini veſtro, ſeu Mo-
„ nialibus, & Sororibus ſupradictis, ſub quacunque
„ forma, in contrarium fnrte obtentis, de quibus
„ nporteat in præſentibus plenam, & expreſſam, ſeu
„ de verbn ad verbum fieri mentionem. Nos enim ni-
„ bilominus univerſas interdicti, ſuſpenſionis, & ex-
„ cnmmunicationum ſententias, quas in vos, vel ve-
„ ſtrum aliquem, ſeu ipſius Orninis veſtri Fratres,
„ & loca, vel Moniales, aut Sorores eaſdem, ſeu ip-
„ ſarum Monaſteria, Converſns præfatos, occaſinne
„ præmiſſnrum, vel alicujus eorum per quemcunque,
„ aut quoſcunque Apoſtolica, vel quavis auctoritate
„ alia promulgari contigerit, irritas decernimus, &
„ inanes, ac in aliquo penitus non tenere.

IV. Hinc *Honorii IV Conſtitutio III* = Moleſte ferimus = *Tom.II pag.7* in Epiſcopum *Zamorenſem* data.

Ejuſdem *Honorii IV Conſtitutio XVII* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.II pag.15*.

V. De Ferrarien. Monaſterio S. Catharinæ Virginis, & Martyris Generali Magiſtro, & Provinciali Lombardiæ ſcribens *Bonifatius VIII Conſtit. XVI* = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.II pag.52*: „ Apoſtolica
„ auctoritate ſtatuimus, inquit, ut ſub Magiſterio,
„ & doctrina, tam veſtra, qui eſtis, quam qui pro
„ tempore fuerint, debeant de cetero permanere: Il-
„ lis gaudentes privilegiis, quæ Ordini prædicto ab
„ Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum
„ concedentur: voſque, contraria conſuetudine ipſius
„ Ordinis non obſtante, animarum Prioriſſæ, & Con-
„ ventus prædictarnm ſolicitudinem gerentes, & cu-
„ ram, ac eis de inſtitutionibus ejnſdem Ordinis illas,
„ quæ ipſis Prioriſſæ, & Conventui competunt, exhi-
„ bentes, Monaſterio prædicto per vos, vel alios
„ Fratres ipſius Ordinis, quos ad hoc idoneos videri-
„ tis, quoties expedierit, officium viſitationis im-
„ pendatis, corrigendo, & reformando ibidem, tam
„ in capite, quam in membris, quæ correctionis, &
„ reformationis officio videritis indigere; nihilomi-
„ nus inſtituatis, & deſtituatis, mutetis, & ordine-
„ tis, prout ſecundum Deum noveritis expedire.
„ Confeſſiones earundem Prioriſſæ, & Conventus
„ audiatis, & miniſtretis eis Eccleſiaſtica Sacramenta.
„ Ad hæc liceat eiſdem Prioriſſæ, & Conventui red-
„ ditus, & poſſeſſiones acquirere, recipere, ac libe-
„ re retinere, non obſtante contraria conſuetudine,
„ vel ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis Apo-
„ ſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis.
„ Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta
„ mandamus, quatenus pro divina, & Apoſtolicæ
„ Sedis, ac noſtra reverentia, hujuſmodi commiſſio-
„ nem, & curam liberaliter aſſumentes, ſic eam ſolici-
„ te, ac laudabiliter, juxta præmiſſæ commiſſionis,
„ & Con-

,, & Conſtitutionis noſtræ tenorem, gerere ſtudeatis, quod Prioriſſa, Conventus, & Monaſterium ſupradictum commodius, & efficacius ædificent, & fructificent, dante Domino, ad ſalutem, voſque poſſitis exinde dignis in Domino laudibus commendari ,,. Huc ſpectat ejuſdem Bonifatii Conſt.XLI = Apoſtolicæ Sedis = *Tom.VII pag.51.*

VI. De Monaſterio *S. Mariæ* extra Muros *Mediolanen.* conſulendæ *Bonifatii IX Conſt.CIV*, & *CV* = Exigit honeſtas = *Tom.II pag.374*, & 375.

De Monaſteriis Ordinis Prædicatorum loquens *Bonifatius IX Conſt.CCXX* = Sacræ Religionis = *Tomo II pag.*446 hæc habet ,, Quod Magiſter, & Priores præfati, quæcunque Monaſteria Sororum ſub cura dicti Ordinis, vel eidem Ordini commiſſa, & in futurum committenda, quæ quidem Monaſteria, & Sorores, ſub ipſorum Magiſtri, & Priorum, ſeu aliorum dicti Ordinis Fratrum, quibus id commiſerint, cura, Magiſterio, & doctrina perpetuo mancipari, & eſſe, & quas per eoſdem Magiſtrum, & Priores, prout eis competit juxta conſtitutiones ejuſdem Ordinis, volumus regulari, per ſe, vel alios ad hoc idoneos, tam in capitibus, quam in membris viſitare, & ea, quæ ibidem correctionis, ſeu reformationis officio invenerint indigere, corrigere, & reformare, Prioriſſas, Superiores, & Officiales, necnon Converſos, & familiares ibidem inſtituere, deſtituere, mutare, transferre, & alia ibidem ordinare, & ſub pœnis, de quibus eis videbitur, mandare, & ſtatuere, prout ſecundum Deum viderint expedire, ipſarumque Sororum confeſſiones diligenter audire, eiſque pro commiſſis, ſi hoc humiliter petierint, debitam abſolutionem impendere, & injungere pœnitentiam ſalutarem, ac illas ex Sororibus ipſis, ac etiam Fratres dicti Ordinis, & alios quoſcunque, qui, ſeu quæ, forſan pactum de dote pro recipiendis inibi aliquibus Sororibus fecerint, vel hujuſmodi dotem dederint, vel receperint, aut ſe de hoc qualitercunque intromiſerint, ab hujuſmodi pravitatis labe, necnon excommunicationum, & aliis Sententiis, atque pœnia, quas propterea incurrerint, uſque ad quinquennium a data præſentium computandum, abſolvere, & alia circa præmiſſa neceſſaria facere, & exercere, quoties eis videbitur expedire.

VII. *Nicolaus V Conſtit.LXX Tom.III pag.291* innovans, & confirmans Conſtitutionem, qua *B. Benedictus XI* Moniales Ordinis immunes reddit Epiſcoporum juriſdictione, Tributis &c. ,, Ex clementi, ,, inquit, proviſione Sedis Apoſtolicæ, necnon Religioſarum perſonarum, præſertim ſub regulari obſervantia Altiſſimo famulantium, ſtudio piæ vitæ, devotione, & meritis noſcitur provenire, ut Romanus Pontifex, quandoque Prædeceſſorum Romanorum Pontificum geſta corroboret, & indulta confirmet. Dudum ſiquidem felicis recordationis Benedictus PP. XI, Prædeceſſor noſter dilectis in Chriſto filiabus univerſis Prioriſſis, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, præſentibus, & futuris, literas conceſſit tenoris ſubſequentis. Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus univerſis, Prioriſſis, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis S. Auguſtini ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, tam præſentibus, quam futuris, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sacra veſtra Religio, ſub qua devotum Creatori noſtro &c. Datum Laterani Tertio Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno primo. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dictarum Prioriſſarum, & Sororum petitio continebat, ipſæ Prioriſſæ, & Sorores literas prædictas, ut eo potioris roboris firmitate ſubſiſtant, & per illos, ad quos ſpectat, firmius obſerventur, quo frequentiori fuerint Sedis ejuſdem præſidio ſtabilitæ, noſtro munimine roborari deſiderent, pro parte earundem Prioriſſarum, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut earum deſiderio hujuſmodi favorabiliter annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, literas prædictas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, & inde ſecuta, approbamus, ac pleno decernimus ſubſiſtere robore firmitatis.

VIII. Pro Monaſterio Piſano legenda Pauli II Conſtitut.LII = Sacræ = *Tom.VII pag.98.*

IX. ,, Cum inhoneſtum ſit, inquit *S. Pius V Conſtit.XXXIX* = Etſi Mendicantium = *Tom.V pag.159* quemlibet in alienam meſſem falcem injicere, cumque, ne Monialium Monaſteria nonniſi de Epiſcopi, vel Superioris licentia, & in caſibus neceſſariis, aliquis ingredi præſumat, in Seſs.XXV Cap.V prohibetur, hoc tantum in illis Monaſteriis locum habere volumus, quæ Ordinariis ipſis pleno jure ſubſunt, in quibus in caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint, & non in aliis Monaſteriis: Itaut in præfatis Monaſteriis, quæ Ordinariis ipſis pleno jure non ſubſunt ipſi Ordinarii illa ingredi non poſſint, prout in Regulis earum, ſeu de jure ſtatuitur. Et eis aliquos Proceſſus adverſus Moniales ipſas, ſeu Fratres hujuſmodi, propterea, ſeu alias ipſorum Ordinum Superioribus requiſitis, quoquomodo formare, aut facere poſſe omnino prohibemus, ſicut aliquam juriſdictionem, ſeu aliquod quodcunque dominium in Moniales, & Fratres hujuſmodi reſpective habere, exercere, aut exequi nullatenus poſſint, aut debeant, immo illas, & illos omnes ab eorum ſuperioritate, dominio, & juriſdictione, & poteſtate, eximimus, & liberamus, prout eis conceſſum eſt per ſua privilegia a Sede præfata obtenta. Et ita præfatæ Moniales, ac Fratres ſint excluſi a Superioritate, & juriſdictione Ordinariorum reſpective hujuſmodi, ut etiam in illarum, vel illorum Syndicis, aut Procuratoribus deputandis, vel in diſponendis illorum facultatibus, vel alia ſibi non competentia facienda, ullatenus non ſe intromittant. Nec etiam Ordinarii ipſos regulares præfatos citare, & juriſdictioni ſuæ ſubjicere, ac eorum Conventus occupare, ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos juriſdictionem aliquam, & poteſtatem exercere, ut præmittitur, aut ipſos carceribus mancipare, & contra eos aliud facere poſſint, ut ſuæ ditioni ſubjiciantur. Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum nonniſi infra quindecim dies, poſtquam juxta Concilium Tridentinum Epiſcopi, vel eorum Vicarii, requiſiti fuerint, fieri poſſit; quibus elapſis amplius in hoc illis ſe intromittere non liceat, cujus occaſione, nec Epiſcopus, nec ejus Vicarius intra ſepta Monaſteriorum ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quam eas, quas præfatum Concilium Tridentinum jubet, eis fieri omnino prohibemus. Ac ſimiliter volumus, quod puellæ, ſeu noviciæ ipſæ ad alias interrogationes reſpondere minime teneantur.

X. Ceteras pro variis peculiaribus Monaſteriis datas

datas Conſtitutiones, brevitatis cauſa, prætermittens, nonnullas duntaxat hic ſubjicio.

Pro Imolenſi Monaſterio vide Innocentii IV Conſt.CCCLX = Religioſam = Tom.VII pag.22: Conſtitut. CCCLXVII = Apoſtolicæ = Tom.VII pag.27: & CCCLXVIII = Rei quam = Tomo VII pag.28.

Pro Bononien.S.Agnetis vide Innocentii IV Conſtitut.CCCLXIV = Apoſtolicæ = Tom.VII pag.24.

Pro Piſano Monaſterio vide Innocentii IV Conſtit.CCCLXVI = Religioſam = Tom.VII pag.25.

Vide Tom.VII pag.350 & 351.

Pro Monaſterio Montargienſi vide Innocent.IV Conſt.LXXXIV = Cum ſibi = Tom.I pag.148.

Pro Argentinen. Monaſterio S. Agnetis vide Innocentii IV. Conſt.LXXXV = Cum ſicut = Tom.I pag.149: pro alio Argentinen. Monaſterio S. Catharinæ vide ejuſdem Innocentii IV Conſtit.LXXXIX: & XC = Apoſtolicæ = Tom.I pag.150: pro quatuor aliis Argentinen. Monaſteriis S.Eliſabeth, S.Matthæi, S. Johannis, ac S. Marci, vide ejuſdem Innocentii Conſtitutiones XCI, XCII, XCIII, & XCIV = Apoſtolicæ = Tom.I pag.151.

Pro Sirmiowen. Monaſterio S.Mariæ conſulenda Innocentii IV Conſt.XCV = Apoſtolicæ = Tom.I pag.151.

Pro Wilarien. Monaſterio S. Mariæ legenda ejuſdem Innocentii IV Conſtit.XCVIII = Apoſtolicæ = Tom.I pag.153.

XI. Notandum Primo, quod Sac. Concilium Tridentinum Juriſdictionem Fratrum in Monaſteria Monialium ſartam tectam habet his verbis Seſſ.25 de Monialibus: „ Monaſteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi „ Apoſtolicæ immediate ſubjecta, etiam ſub nomine „ Capitulorum S. Petri, vel S. Johannis alias quo- „ modocunque nuncupentur, ab Epiſcopis tanquam „ dictæ Sedis delegatis, gubernentur: Non obſtan- „ tibus quibuſcunque. Quæ vero a deputatis in Ca- „ pitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus re- „ guntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur.

XII. Notandum Secundo, quod circa Confeſſarios, tum Ordinarios, tum extraordinarios Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, complura Summorum Pontificum, ac Sacrarum Congregationum prodiere Decreta; Quædam leges hoc in Bullario, Conſulenda in primis Clementis X Conſt.II, data 21 Junii 1670 = Superna = Tom.VI pag.262: & Gregorii XV Conſt.XIII data 5 Februarii 1623 = Inſcrutabili = Tom.VI pag.17 &c. ubi nonnullas habes S. Congregationis Concilii declarationes. Quibus licet Benedictus XIII Conſtitut.LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom.VI pag.621 §.35 pleniſſime derogaverit; quia tamen iſta Benedicti Conſtitutio a Clemente XII, feliciter regnante, reducta fuit ad terminos juris, ſtandum priſtino juri. Circa Gregorianam Conſtitutionem = Inſcrutabili = Vide Urbani VIII Conſtitutiones XV, datam 7 Februarii 1625 = Alias = Tom.VI pag.33 pro Hiſpania, & CLVIII, datam 3 Martii 1625 = Alias = Tomo VII pag.455 pro Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.

Adeas *Paſſerinum* Tomo II de Statibus Quæſtione CLXXXVII Art.I Inſpectione III a Num.815 ad 931. Quod ſpectat adminiſtrationem bonorum temporalium Monaſteriorum conſulenda præfata Gregorii XV Conſtitutio = Inſcrutabili =.

Videas etiam Benedicti XIII Conſtitut. = Pretioſus = ſed ad ea quæ mox dicta ſunt, attendas, oportet,

QUÆSTIO IV.

De Clauſura Monialium.

SUMMARIUM.

I. UT Prædicatorum Familiæ Monialium Clauſuræ conſuleretur, quamplures editæ Conſtitutiones, ab Urbano VI:

II. A Bonifatio IX:

III. A Martino V, pro Florentino Monaſterio S. Petri Martyris.

IV. Ab eodem, pro Piſano Monaſterio S. Dominici.

V. Ab Eugenio IV:

VI. A Pio II:

VII. Ab Alexandro VI:

VIII. A Leone X:

IX. A Clemente VII:

X. A Paulo IV:

XI. A S. Pio V:

XII. A Gregorio XIII:

XIII. A Sixto V:

XIV. A Paulo V:

XV. Ab Urbano VIII:

XVI. Ab Alexandro VII:

XVII. A Clemente X:

XVIII. A Benedicto XIII:

XIX. A S. Concilio Tridentino.

I. UT Prædicatorum Familiæ Monialium Clauſuræ conſulerent Summi Pontifices varias edidere Conſtitutiones hic recenſendas. Ne quis ingrediatur Piſanum Monaſterium S. Dominici, cavet Urbanus VI Conſtitutio XIII = Ut inter = Tom.VII pag.65.

II. Quædam hac de re a *B. Raymundo de Capua* Magiſtro Generali ſancita, a *Bonifatio IX* confirmata fuiſſe, liquet *Conſt.CIII* = His, quæ pro = *Tom.II pag.373*. Conſt.CVII = His, quæ pro = *Tom.II pag.376*. Conſt.CVIII = His, quæ pro = *Tom.II pag.377*. Conſt.CXIII = Circa ſtatum = *Tom.II pag.378*. Poteſtatem tamen foras quandoque progrediendi a *Bonifatio IX* factam fuiſſe Monialibus *Olomucen.* Monaſterii *S. Catharinæ*, liquet ex ejuſdem *Conſtitutione CCVII* = Ordinis veſtri = *Tom.II pag.435*.

„ Quod nullus Secularis, inquit *Bonifatius IX Conſt.CCXX* = Sacræ Religionis = *Tom.II pag.447* de Ordine Fratrum Prædicatorum loquens „ vel Re- „ gularis, aliquod Monaſterium Sororum prædicta- „ rum, niſi in quantum earum Conſtitutiones, & Sta- „ tuta id patiantur, vel de Sedis, aut Magiſtri præ- „ dicti licentia ſpeciali, intrare, aut aliquæ Sororum „ hujuſmodi inde exire, quoquomodo præſumant: „ Contrarium vero facientes ſimili excommunicatio- „ nis ſententia, a qua præterquam per Sedem Apoſto- „ licam, vel Magiſtrum memoratos, aut aliquem ex „ dictis Fratribus, cui Magiſter prædictus id commi- „ ſerit abſolvi non poſſint, volumus ſubjacere, & „ quod ſi quis intra Clauſuram alicujus Monaſterii „ hujuſmodi repertus fuerit, per Superiores, ſeu „ Priores dicti Ordinis, ſeu de ipſorum mandato, „ capi, & incarcerari, & ſecundum eorum arbi- „ trium, ac delicti quantitatem, puniri poſſit, & „ quod quicunque habentes generalem licentiam „ a Sede prædicta, vel alias qualitercunque abſol- „ vendi in quibuſcunque caſibus, prætextu licentiæ „ hujuſmodi, Fratres dicti Ordinis nequaquam ab- „ ſolve-

Digitized by Google

„ ſolvere poſſint, Legatis Sedis Apoſtolicæ de Latere miſſis duntaxat exceptis, vel niſi ab eis ſpecialiter, & expreſſe, concedatur,

„ Nos, inquit *Bonifatius IX Conſt.CCXXXIV* = Cupientibus a ſeculi = *Tom.II pag.456* „ dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſæ, & Conventus Monaſterii S. Mariæ Magdalenæ in Oppido Wyck prope Dunſteden. per Prioriſſam ſoliti gubernari, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum, Ordinis S. Auguſtini, Trajecten. Diœceſis, quod quidem Monaſterium, ut ipſæ Prioriſſa, & Conventus aſſerunt, de novo canonice fundatum extitit, in hac parte precibus annuentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod, pro locutorio, & aliæ feneſtræ in eodem Monaſterio juxta regularia inſtituta, & conſuetudines dicti Ordinis S. Auguſtini deputatæ, & ordinandæ pro tempore, ita eſſe debeant, quod, etiam vicinis, viſus Monialium ipſius Monaſterii, quæ nunc ſunt, & erunt pro tempore, & quomodolibet aliorum, cum eis, in hujuſmodi feneſtris loquentium pro tempore nequeat haberi, quodque viſitatores, qui etiam ſunt, & erunt pro tempore dicti Monaſterii, quotieſcunque hujuſmodi viſitationis officium in eodem Monaſterio exercendum imminebit, propterea idem Monaſterium intrare non debeant, nec præſumant ullo modo, cum dictum officium etiam extra ipſum Monaſterium poterint convenienter exercere, & nullus etiam cujuſcunque ſexus, ſeu ſtatus, & gradus exiſtat, magno, & evidenti caſu excepto, intret præfatum Monaſterium pro tempore ſub quocunque quæſito colore, niſi Sacerdos tantum ad id pro tempore deputatus, ſive cui ad hoc incumbet, indutus pro tunc veſtibus Sacerdotalibus, qui in neceſſitatis articulo infirmis, ſive decumbentibus Monialibus ipſis præſentibus, & futuris Eccleſiaſtica pro tempore Sacramenta miniſtret. & quibus miniſtratis dictum Monaſterium exeat ſine mora, niſi etiam operarii, dum habent opera neceſſaria pro tempore facere in eodem Monaſterio cum illis, qui ad hoc per Præſidentem Fabricæ dicti Monaſterii deputantur pro eorundem Operariorum cuſtodia, ad hoc, quod ipſi Operarii habeant ſe quiete, & diſciplinate interim quod operabuntur in Monaſterio memorato; quodque cum funus aliquod in ambitu, vel Capella ipſius Monaſterii fuerit ſepeliendum, poſſint intrare pro tunc, decem Viri, & totidem Mulieres duntaxat ambitum, vel Capellam hujuſmodi, ut tunc Sacerdotibus, qui ad ſepeliendum dictum funus pro tunc illic convenerint, toties, quoties talis caſus emerſerit, interſint præfatæ ſepulturæ, ſed ea peracta hujuſmodi ambitum, vel Capellam egredi debeant immediate, & quod tempore introitus extraneorum ad dictum Monaſterium ipſæ Moniales omnes, & ſingulæ debeant eſſe recluſæ in una, vel duabus domibus præfati Monaſterii, ne ingredientes, vel egredientes extranei hujuſmodi eas videant, vel ipſi videantur nullatenus a Monialibus ipſis, indultis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſub quibuſcunque verborum forma, vel tenore, Ordinibus ipſis forſan conceſſis, & concedendis, necnon præfatis, & aliis ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii, & Ordinum præfatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

III. De *Florentino* Monaſterio *S. Petri Martyris Bull.O.P. Tom.VIII.* loquens *Martinus V Conſt.LVII* = Ut inter = *Tom.II pag.578*: „ Præſenti, inquit, perpetua Conſtitutione ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod de cetero nullus maſculus, ſive laicus, ſive Eccleſiaſtica perſona, ſecularis vel regularis exiſtat, ſepta & clauſuras dicti Monaſterii ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto incurrant, niſi in caſibus infraſcriptis, ingredi quoquo modo præſumat. Hujuſmodi autem caſus ſunt hi, videlicet, Magiſter dicti Ordinis Prædicatorum, aut Prior Provincialis Provinciæ Romanæ ſecundum morem dicti Ordinis, de qua quidem Provincia Monaſterium ipſum exiſtit, cum uno ſocio duntaxat ætatis provectæ, & probatæ famæ, ſemel tantum in anno, cauſa viſitationis, & non alias; & etiam quando aliquam ex Monialibus dicti Monaſterii infirmari gravi infirmitate contigerit, unus Frater dicti Ordinis Prædicatorum antiquus, & probatus, cum uno ſocio tantum ſimilis conditionis, quem Fratrem Prioriſſa dicti Monaſterii, quæ erit pro tempore, de conſenſu duarum partium Monialium diſcretarum, & antiquarum ipſius Monaſterii, poſtulaverit, pro miniſtrandis Eccleſiaſticis Sacramentis, aut pro gravioribus exceſſibus corrigendis, medici quoque tempore infirmitatis hujuſmodi Monialium, ac etiam Operarii pro victualibus deferendis, ſeu ædificiis reparandis, cum expedierit, qui omnes honeſtæ converſationis exiſtant, caſibus duntaxat prædictis, clauſuras, & ſepta prædicta valeant introire. Præmiſſis etiam adjicimus, quod ante cratem, ſive feneſtram, ubi Moniales cum forenſibus loqui ſolent, maneat ſemper pannus extenſus, & undequaque affixus, ita quod colloquentes ſe mutuo videre non poſſint, & quando caſu, aut vetuſtate laniatus fuerit, novus pannus ſimilis, & ſimiliter ante cratem ipſam apponatur, & ſub ſimilis excommunicationis ſententiæ incurſu nulla perſona pannum hujuſmodi audeat amovere, & quod quicunque excommunicationis ſententiam hujuſmodi incurrerit, ab ea niſi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo poſſit abſolvi, niſi forſan in caſu incendii, vel ruinæ, aut incurſus latronum, aliqui intrarent ad ſuccurrendum Prioriſſæ, & Monialibus antedictis.

IV. Ne pro velandis, vel ſepeliendis Monialibus Monaſteriorum S. Dominici Piſan. Fratres ingrediantur, inhibet *Martinus V Conſt.CXCV* = Pia ſupplicum = *Tom.II pag.665* dicens: „ Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſæ, & Conventus Monaſterii S. Dominici Piſan. per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prædicatorum viventium, petitio continebat, quod olim quondam Bartholomæus, in ejus obedientia, de qua partes illæ erant tunc, Urbanus VI nuncupatus, attendens, Mulierum ſexus fragilis lubricoſam pudicitiam, & teneram famam eſſe, Prioriſſæ dicti Monaſterii, quæ tunc erat, & Conventus prædictarum in ea parte ſupplicationibus inclinatus, per quaſdam ſuas literas perpetua, & irrefragabili Conſtitutione ſtatuit, & ordinavit, quod de cetero nullus maſculus, ſive laicus, ſive Eccleſiaſtica perſona, Secularis, vel Regularis exiſteret, ſepta, & clauſuras dicti Monaſterii ſub excommunicationis pœna, quam incurreret ipſo facto, niſi infraſcriptis caſibus ingredi quoquo modo præſumeret, qui quidem caſus ſunt hi, videlicet. Magiſter dicti Ordinis Prædicatorum, aut Prior Provincialis Provinciæ Romanæ ſecun-

,, dum morem ipſius Ordinis, de qua quidem Provin-
,, cia dictum Monaſterium exiſtit, cum uno ſocio
,, duntaxat ætatis provectæ, & probatæ famæ, ſemel
,, tantum in anno, & cauſa viſitationis, & non alias,
,, & etiam quando aliquam ex Monialibus dicti Mona-
,, ſterii velari contingeret, unus Frater dicti Ordinis
,, Prædicatorum antiquus, & probatus cum uno ſo-
,, cio tantum ſimilis conditionis, & etiam cum expe-
,, diat Communionem, & Extremam Unctionem Mo-
,, nialibus ipſius Monaſterii graviter ægrotantibus
,, miniſtrari, aut Moniales mortuas ſepeliri, pro de-
,, bitis officiis peragendis, Medici quoque tempore in-
,, firmitatis bujuſmodi Monialium, ac Operarii pro
,, victualibus inferendis, aut ædificiis reparandis,
,, cum expediret, qui tamen honeſtæ conditionis exi-
,, ſterent, ſupradictis duntaxat caſibus, ſepta, &
,, clauſuras prædicta introire valerent, adjecitque,
,, inter alia præmiſſis, quod quicunque bujuſmodi
,, excommunicationis ſententiam incurreret quovis
,, modo, ab ea nonniſi per Romanum Pontificem,
,, præterquam in mortis articulo, poſſet abſolvi,
,, prout in eiſdem literis dicitur pleoius contineri.
,, Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat,
,, præfatæ Moniales abſque eo quod aliqui ex prædi-
,, ctis Fratribus ſepta, & clauſuras prædicta ingre-
,, diantur, prout jamdiu obſervatum fuit, per quod-
,, dam dicti Monaſterii portellum, quo Moniales ipſæ
,, corpore ſanæ communionem pro tempore reci-
,, piunt, velari, & ex eis mortuæ, cum debita offi-
,, ciorum in Eccleſia ipſius Monaſterii illi contigua
,, peractione divinorum, ſepeliri pro tempore com-
,, mode poſſint, pro parte Prioriſſæ, & Conventus
,, prædictarum timentium, ſi hujuſmodi ingreſſus in
,, præmiſſis duobus, velationis, videlicet, & ſepul-
,, turæ, caſibus extet, uſuique laxetur licentia ali-
,, qua, adverſus virginitatis, & caſtitatis votum,
,, in cujus obſervantiæ plenitudine perpetuo incon-
,, cuſſæ perſeverare deſideriis ſupernis affectant, oc-
,, caſionem obrepere poſſe, Nobis fuit humiliter ſup-
,, plicatum, ut eis, & ſecuritati ipſarum ſuper hoc
,, opportune providere de benignitate Apoſtolica di-
,, gnaremur. Nos igitur de præmiſſis certam noti-
,, tiam non habentes, hujuſmodi, quæ procedere ex
,, multipliciter commendando propoſito videntur,
,, ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apo-
,, ſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, li-
,, teras, & Conſtitutionem præfata in duobus præno-
,, tatis caſibus reſtringens, auctoritate noſtra, id ſta-
,, tuas, & ordines perpetuo, & irrefragabiliter ob-
,, ſervandum perinde, licet deinceps vigore litera-
,, rum, & Conſtitutionis prædictarum, aut alias
,, Fratri, cum, vel ſine ſuo ſocio hujuſmodi, pro
,, quacunque ex Monialibus dicti Monaſterii velanda,
,, ſeu mortua ſepelienda, ex cauſis in ipſis literis, &
,, Conſtitutione expreſſis, aut alias ſepta, vel clauſu-
,, ras, antedicta nullatenus liceat introire, ſi ſecus ege-
,, rit, eo ipſo excommunicationis ſententiam incur-
,, ſuro, nec ab ea niſi per Romanum Pontificem,
,, præterquam in mortis articulo abſolvendo, literis,
,, & Conſtitutione prædictis, necnon ſtatutis, &
,, conſuetudinibus dicti Ordinis Prædicatorum, etiam
,, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis
,, alia firmitate vallatis, ceteriſque contrariis non,
,, obſtantibus quibuſcunque, ipſis tamen literis, &
,, Conſtitutione quoad reliqua omnia, in eiſdem con-
,, tenta, in ſuo pleno robore duraturis. Nos enim,
,, ſi, vigore præſentium, ſtatutum, & ordinationem
,, hujuſmodi feceris, ut præfertur, ex nunc irri-
,, tum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-
,, quam, quavis auctoritate, ſcienter, vel igno-
,, ranter contigerit attentari.

Huc ſpectat *Martini V Conſt.CCXXXII* = Inge-
nuam = *Tom.II pag.687.*

V. Ex Apoſtolicæ, inquit *Eugenius IV Conſt.LII*
Tom.III pag.38 ,, Sedis proviſione, ac perſonarum,
,, præſertim ſub Regulari obſervantia Domino famu-
,, lantium ſtudio piæ vitæ, devotione provenire di-
,, gnoſcitur, ut Romanus Pontifex quandoque Præ-
,, deceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta
,, innovet, innovata reſtauret, & auctoritate Apo-
,, ſtolica fulciat innovata. Sane pro parte dilectarum
,, in Chriſto filiarum Prioriſſæ, & Conventus Mo-
,, naſterii Corporis Chriſti de Venetiis, Caſtellan.
,, Diœceſis, Ordinis Sancti Auguſtini, ſub cura, &
,, ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prædicatorum
,, viventium Nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut
,, cum felicis recordationis Bonifatius PP. Nonus
,, per ſuas certi tenoris literas indulſiſſet Prioriſſæ,
,, & Conventui præfatis, ut vivere tenerentur ſecun-
,, dum Inſtituta, ſecundum quæ dilectæ in Chriſto Fi-
,, liæ Prioriſſa, & Moniales Monaſterii S. Dominici
,, Piſan. dicti Ordinis S. Auguſtini, ſub cura Fra-
,, trum Prædicatorum vivere tenerentur, ut in literis
,, quas ante felicis recordationis Urbanus PP.VI Præ-
,, deceſſor noſter prædictis Prioriſſæ, & Conventui
,, dicti Monaſterii Sancti Dominici Piſan., conceſſe-
,, rat, expreſſius continetur, quarum tenorem Bo-
,, nifatius prædictus præfatis Prioriſſæ, & Moniali-
,, bus dicti Monaſterii Corporis Chriſti ſub ſua Bulla
,, concedi mandavit, quarum literarum Urbani præ-
,, fati tenor, ſignis, ac ſubſcriptionibus, & chara-
,, cteribus duntaxat exceptis, ſequitur in hæc verba:
,, Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad fu-
,, turam rei memoriam. Ut inter beatitudinis æternæ
,, amatrices, quæ habitu Sacræ Religionis aſſumpto
,, uni viro Chriſto ſe voto celebri deſponſarunt, flo-
,, res honoris, & boneſtatis fructus in ubertate cre-
,, ſcant, &, ne dum divinis obſequiis harum ſedulitas
,, officioſa verſatur, aliquid obrepat, quod fructum
,, ſalutis impediat, & oculos divinæ Majeſtatis offen-
,, dat, illarum ex his ſupplicationibus libenter anni-
,, mus, quæ dirigentem ad vitam rectam viam man-
,, datorum Domini dilatato corde percurrere cupiunt,
,, quo mereantur in electarum ſuarum numero com-
,, putari. Hinc eſt, quod Nos, attendentes, quod
,, mulierum ſexus fragilis, lubricoſa pudicitia, &
,, tenera fama eſt, dilectarum in Chriſto filiarum Ab-
,, batiſſæ, & Conventus Monaſterii S. Dominici Pi-
,, ſan. Ordinis S. Auguſtini ſub cura, & ſecundum
,, Inſtituta Fratrum Ordinis Prædicatorum viven-
,, tium in hac parte ſupplicationibus inclinati, aucto-
,, ritate Apoſtolica, præſenti perpetua, & irrefraga-
,, bili Conſtitutione ſtatuimus, & etiam ordinamus,
,, quod de cetero nullus maſculus, ſive laicus, ſive
,, Eccleſiaſtica perſona, Secularis, vel Regularis
,, exiſtat, ſepta, & clauſuras dicti Monaſterii ſub
,, excommunicationis pœna, quam incurrat ipſo fa-
,, cto, niſi in infraſcriptis caſibus, ingredi quoquo-
,, modo præſumat. Hujuſmodi autem caſus ſunt hi
,, videlicet Magiſter dicti Ordinis Prædicatorum, ac
,, Prior Provincialis Provinciæ Romanæ, ſecundum
,, morem ipſius Ordinis, de qua quidem Provincia
,, dictum Monaſterium exiſtit, cum uno Socio dun-
,, taxat ætatis provectæ, & probatæ famæ, ſemel
,, tantum in anno, & cauſa viſitationis, & non alias,
,, & etiam quando aliquam ex Monialibus dicti Mo-
,, naſterii velari, unus Frater dicti Ordinis Prædi-
,, catorum antiquus, & approbatus cum uno Socio
,, tantum

Digitized by Google

„ tantum ſimilis conditionis, & etiam eum expedit
„ communionem, & extremam unctionem Moniali-
„ bus ipſius Monaſterii graviter ægrotantibus mini-
„ ſtrari, aut Moniales mortuas ſepeliri, pro debitis
„ officiis peragendis, mediei quoque tempore infir-
„ mitatis hujuſmodi Monialium, ac operarii pro vi-
„ ctualibus inferendis, aut ædificiis reparandis, eum
„ expedierit, qui tamen omnes honeſtæ conditionis,
„ ſupradictis duntaxat caſibus, ſepta, & clauſuras
„ prædicta valeant introire: præmiſſis etiam adjici-
„ mus, quod ante cratem ubi Moniales cum forinſe-
„ eis loqui ſolent, pannus extenſus, & undecunque
„ affixus perpetuo maneat, ſic quod alloquentes ſe
„ mutuo videre non poſſint, & etiam quando pan-
„ nus hujuſmodi, aut caſu, aut antiquitate laniatus
„ fuerit, ante cratem ipſam pannus ſimilis, & ſimi-
„ liter apponatur, & quod ſub ſimilis pœna excom-
„ municationis nulla perſona dictum pannum hujuſ-
„ modi audeat amovere, & quod quicunque hujuſ-
„ modi excommunieationis ſententiam incurrerit
„ quovis modo, ab ea nonniſi per Romanum Ponti-
„ ficem, præterquam in mortis articulo, poſſit ab-
„ ſolvi, & inſuper ex tunc irritum decernimus, &
„ inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis aucto-
„ ritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atten-
„ tari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
„ ginam noſtræ conſtitutionis, & ordinationis infrin-
„ gere, vel ei auſo temerario contraire, ſi quis autem
„ hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omni-
„ potentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſto-
„ lorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lucæ
„ VIII Kalen. Auguſti Pontificatus noſtri Anno De-
„ cimo; Cumque ipſæ Prioriſſa, & Moniales dicti
„ Monaſterii Corporis Chriſti literas hujuſmodi Ur-
„ bani præfati caſu fortuito amiſerint, ipſas in per-
„ ſonis earundem innovari, mandare de benignitate
„ Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui etiam hu-
„ juſmodi indulta per fel. rec. præfatos Urbanum, &
„ Bonifatium Prædeceſſores noſtros, per alias no-
„ ſtras literas, confirmavimus, approbavimus, ac de
„ novo conceſſimus, quarum tenores hic haberi vo-
„ lumus pro ſufficienter expreſſis, & per prædictas
„ Prioriſſam, & Moniales præfati Monaſterii Cor-
„ poris Chriſti perpetuis temporibus volumus obſer-
„ vari, earum precibus inclinati, præfatas literas
„ Urbani prædicti de noſtro mandato diligenter in-
„ ſpectas in perſonis dictarum Prioriſſæ, & Conven-
„ tus Monaſterii Corporis Domini, auctoritate Apo-
„ ſtolica, tenore præſentium innovamus, & præſentis
„ ſcripti patrocinio communimus.

VI. „ Nos inquit *Pius II Conſtitut.XXIII* = Cir-
cumſpecta = *Tom.III pag.*400 „ paci, & tranquillitati
„ Monaſterii Monialium S. Jacobi de Ripolis Floren-
„ tin., ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum de-
„ gentium conſulere cupientes, ac ipſius Monaſterii
„ directioni, & conſervationi providere volentes,
„ motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc
„ oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera
„ deliberatione, ſalubrem, & neceſſariam inſtitutio-
„ nem ipſius Monaſterii nuper per Venerabilem Fra-
„ trem noſtrum Orlandum Archiepiſcopum Florentin.
„ ex noſtra commiſſione factam, & inde ſecuta quæ-
„ cunque, ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica
„ approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti
„ patrocinio communimus, necnon præſenti perpe-
„ tua Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod
„ de cetero nullus maſculus, ſive laicus, ſive ec-
„ cleſiaſtica perſona ſecularis, vel regularis exiſtat,
„ ſepta, & clauſuras dicti Monaſterii, ſub excom-
„ municationis pœna, quam contrafaciens eo ipſo
„ incurrat, videlicet: niſi Magiſter Generalis dicti
„ Ordinis Prædicatorum, aut Vicarius Provincialis
„ locorum Reformatorum Provinciæ Romanæ ejuſ-
„ dem Ordinis, de qua quidem Provincia Monaſte-
„ rium ipſum exiſtit, cum uno ſocio duntaxat, æta-
„ tis provectæ, & probatæ famæ, ſemel tantum in an-
„ no, cauſa viſitationis, & non alias, & etiam quando
„ aliquam ex Monialibus dicti Monaſterii infirmari
„ gravi infirmitate contigerit, unus Frater dicti
„ Ordinis, ſeu de Provincia Lombardiæ antiquus,
„ & approbatus, cum uno ſocio tantum ſimilis con-
„ ditionis, quem Fratrem Prioriſſa dicti Monaſterii
„ pro tempore exiſtens de conſenſu duarum partium
„ Monialium diſcretarum, & antiquarum dicti Mo-
„ naſterii pro miniſtrandis Eccleſiaſticis Sacramentis,
„ aut pro gravioribus exceſſibus corrigendis, poſtu-
„ laverit, necnon Medici tempore infirmitatis Mo-
„ nialium hujuſmodi, ac etiam operarii pro victua-
„ libus deferendis, ſeu ædificiis reparandis, cum
„ expedierit, qui omnes honeſtæ converſationis exi-
„ ſtant, clauſuras, & ſepta Monaſterii hujuſmodi
„ quomodolibet intrare valeant, vel præſumant. Vo-
„ lentes etiam, quod ante cratem, ſive feneſtram,
„ ubi Moniales cum forenſibus loqui ſolent, ſemper
„ pannus extenſus, & undequaque affixus maneat,
„ ita quod colloquentes ſe invicem videre non poſ-
„ ſint, & quando caſu, aut vetuſtate laniatus fuerit,
„ novus pannus ſimilis, & ſimiliter ante cratem ipſam
„ apponi debeat, mandantes ſub ſimilis excommuni-
„ cationis ſententiæ incurſu, quod nulla perſona cu-
„ juſcunque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditio-
„ nis exiſtat, pannum hujuſmodi inde amovere au-
„ deat, & nihilominus, ut quicunque hujuſmodi ex-
„ communicationis ſententiam incurrerit, nonniſi
„ per Romanum Pontificem, præterquam in mortis
„ articulo abſolvi poſſit, niſi forſan in caſu incendii,
„ vel ruinæ, aut inquiſitionum latronum, aliquis
„ Monaſterium, ad ſuccurrendum Prioriſſæ, & Mo-
„ nialibus antedictis intraret, harum ſerie decernimus
„ per præſentes.

VII. Ne quis Ulyſſipponenſe Monaſterium S. Sal-
vatoris ingrediatur, cavet idem *Pius II Conſtit.LXXV*
= Romanus = *Tom.VII pag.*91.

VII. Leyrienſis Monaſterii fundandi facultatem
concedens *Alexander VI Conſtit.XXXIV* = Pia fide-
lium = *Tom.IV pag.*110: „ quodque, inquit, eæ-
„ dem Moniales ad Eccleſiam ejuſdem erigendi Mo-
„ naſterii pro illa, & illius Altaribus mundandis, &
„ purgandis toties quoties opus fuerit, clauſis tamen
„ ipſius Eccleſiæ januis, exire, ac Eccleſiam, & Al-
„ taria hujuſmodi mundare, & purgare, & aliquas
„ famulas, & ancillas etiam religioſas, intra clau-
„ ſtrum ejuſdem Monaſterii, quæ eiſdem Abbatiſſæ,
„ ſive Prioriſſæ, & Monialibus in eodem dicto Mo-
„ naſterio neceſſariis deſerviant, habere, & commo-
„ rari facere, libere, & licite valeant, eiſdem au-
„ ctoritate, & tenore, de ſpeciali dono gratiæ in-
„ dulgemus.

VIII. Ne ſine licentia Magiſtri Ordinis Moniales
exeant e Monaſteriis cavet *Leo X Conſt.XXV Tom.IV
pag.*312: ſic enim Generalem Magiſtrum alloquitur:
„ Expoſuiſti Nobis, mulieres aliquas, tui Ordinis
„ curæ commiſſas, prætextu facultatum ab Apoſtolica
„ Sede, vel ejus Legatis, aut quomodolibet alias
„ conceſſarum, abſque propriorum Prælatorum con-
„ ſenſu a Monaſteriis exeuntes, poſtquam vel vaga-
„ tæ, vel ad placitum extra commoratæ fuerint, ad
„ Monaſterium redire volentes, præbere aliis Mo-

„ nialibua, vel Sororibus exemplum vagandi, & redeundi, non ſine ſcandalo, & inquietudine illarum, quod abſit. Hinc, ut providere dignaremur de benignitate Apoſtolica, humiliter ſupplicaſti. Nos commune bonum Monaſteriorum, ac Collegiorum, particularium perſonarum commodis præponentes, & tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, & ampliori gratia communem ſtatum fragilis ſexua tueri cupientes, tenore præſentium, quod nullum ſub tui Ordinis obedientia Monaſterium, ſive Collegium Mulierum, teneatur recipere quamcunque Sororem, ſeu Monialem, quæ ſine Magiſtri Generalis licentia conceſſa Monaſterium, ſeu Collegium, exierit totaliter, vel ad tempus, & ob quamcunque cauſam, cujuſcunque facultatis ab Apoſtolica Sede, vel alias in poſterum concedendæ prætextu, & quod habentibus ex nunc, & pro tempore licentiam bujuſmodi exeundi, poſſit quilibet earum Superior terminum ſtatuere duorum menſium, vel circa, infra quem, ant concedantur, ſine ſpe reditus, aut authentice renuncient tali gratiæ, ne ſit Monaſterium in continua moleſtia, &, ſi infra hujuſmodi ſtatutum terminum, neutrum fecerit, caſſare, annullare, atque irritare gratiam bujuſmodi poſſit, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis, gratiis, conceſſionibus, facultatibus cuicunque officio, Ordini, loco, aut perſonæ in poſterum concedendis, quavis auctoritate, cum clauſulis derogatoriarum derogatoriis fortioribus, & inſolitis, etſi ſpecialis, expreſſa, ac individna, & de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales id importantes, mentio babenda eſſet, ceteriſque contrariis quibuſcunque, per præſentes Apoſtolica auctoritate concedimus. Datum in Civitate noſtra Viterbienſi ſub annulo Piſcatoria die X Octobris MDXIV, Pontificatua noſtri Anno Secundo.

IX. „ Johanni de Fenario Vicario, ac Procnratori Generali Ordinis Prædicatorum ſcribens *Clemens VII Conſt. LXXXVI Tom. IV pag 499* „ Expoſuiſti, inqnit, Nobis, quod in Conſtitutionibus Sororum ſub cura, & babitu Fratrum Ordinis Prædicatorum Domino famulantium, nulla habetur mentio de ingreſſu Confeſſoris pro confeſſione infirmarum. ſed duntaxat pro Communione, & 'extrema unctione; & ideo multi dubitant ingredi pro ægrotantium confeſſione: Nos igitur, cupientes fragilis ſexus devotioni, & conſcientiæ pariter Confeſſorum conſulere, tenore præſentium, ut Confeſſor per Superiores deſignatus ad dictarum Sororum curam, pro confeſſione ægrotantis, ita quod mors inde credatur, & dubitetur ſecutura, ingredi poſſit, auctoritate Apoſtolica decernimus, proviſo tamen, ne facile ingreſſus multiplicentur, quod non pro confeſſione, & poſtea pro communione, ſed, ſi fieri commode poteſt, unico ingreſſu utrumque fiat, & inter caſus in Conſtitutionibus earum expreſſos hunc haberi volumus in futurum, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel earundem etiam Sororum, ac ceteris quibuſcunque in contrarium facientibus, quibus omnibus, etiamſi de eorum totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda eſſet, tenores illarum pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum harum duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die V Januarii MDXXXII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

X. „ Fidem facimus, inquit Cardinalis Alexandrinus, poſtea S. Pius V, *Conſt. V Pauli IV Tom. V pag. 52* & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter hodie Sanctiſſimus D.N.D. Paulus Papa IV, vivæ vocia oraculo, ad præſentiam noſtram, ordinavit, & voluit, quod in futurum Prioriſſæ Monaſteriorum Ordinis S. Auguſtini ſub cura, & habitu Fratrum Prædicatorum, poſtquam per biennium vacaverint a ſuorum Monaſteriorum Prioriſſatu, poſſint in eiſdem Monaſteriia eligi, & confirmari, ita tamen quod ad quaſcunque Prioriſſatuum electiones, nulla Soror, niſi poſt quatuor annos a ſua tacita, vel expreſſa profeſſione admittatur. Declaravitque, & obſervari voluit, quod quacunque Apoſtolica auctoritate, etiam per Breve, vel per Sacram Pœnitentiariam, vel alias quomodocunque licentiam, eadem Monaſteria intrandi, mulieres habentes, non debeant Prioriſſæ, vel aliæ Moniales admittere, non præhabito, tam Præſidentis illius, qui curam habet Monaſterii in ſpiritualibus principalem, quam majoris partis Matrum a conſiliis ſimul congregatarum, pro qualibet vice, & non in communi, conſenſu petendo. Præcepitque ſub pœna excommunicationis, ac pœnis pro gravioribus culpis in dicti Ordinia Conſtitutionibus contentis, ne Fratrum ejuſdem Ordinis aliquis, etiam de vita communi, exceptis viſitatoribus, ad primum, & ſecundum viſitationis Capitulum, Præſidentibus, Confeſſoribus, ſeu alio idoneo Fratre, ubi Confeſſor eſſet legitime impeditus, per Præſidentem depntando, pro miniſtrandis, tam in caſu mortis Sacramentis, ac commendatione animæ Sororis morientis, quam ſemel in menſe, ſi ſic Monialium infirmitas expoſcat, quod commode ad communem, ſeu ſolitum Confeſſionis, aut Communionis locum, venire non poſſint, pro Sepultura mortuæ Sororis, & tunc tantum cum Miniſtris de more Ordinis paratis, pro electione Prioriſſæ, & eo caſu cum ſcrutatoribus tantum, pro aliquo actu juridico in Monaſterio exercendo, vel pro fabrica notabili, ita tamen, quod in hujuſmodi caſibus ingredientes Fratres, ſemper cum ſocio ingrediantur quinquagenario, ſi commode baberi poteſt, Clerico, Converſo, vel Tertiario, exceptis miniſtris pro Sepultura, & quod alio, quam pro quo ingreſſi ſunt, non divertant, nec ad invicem ſeparentur, niſi dum Confeſſor infirmæ audit confeſſionem, quo caſu, tam ipſe, quam ſocius taliter ſtet in aperto, quod ſe invicem videre poſſint, ad aliquod dicti Ordinis curæ commiſſum, vel committendum Monaſterium, ſeu quodcunque alterius Ordinis, etiam ſine ingreſſu, accedere ſub conſimilibus cenſura, & pœnia, niſi de licentia, & conſenſu Prioris, ac Patrum illius Conventus, qui licentiæ hujuſmodi, ſubſeribere teneantur, neve, exceptis ut ſupra, etiam ab extra cum Sorore aliqua non Prælata, abſente Prioriſſa, ſeu altera ex auditricibus ordinariis audiente quæ ibi dicuntur, loqui ad invicem poſt primam, ac brevem ſalutationem, niſi pro neceſſariis ad Miſſam, & alia divina officia petendis, nec ſpecialia, ſeu particularia, niſi ex communitate, munuſcula, literas, aut libellos ad invicem dare, vel recipere, & tunc cum expreſſa utrobique Præſidentium Prioris, ac Patrum a conſiliis, & Prioriſſæ reſpective licentia, ac conſenſu, pro qualibet vice, & non in communi petendo, quovis modo audeat, vel præſumat. Aggravavitque ſub conſimilibus cenſura, & pœnis Superiorum Ordinis pro tempore conſcientias, niſi contrafacientes, tam Fra-

Digitized by Google

,, Fratres , quam Sorores confeſſos , aut legitime
,, convictos , pœnas hujuſmodi , ſaltem ad tempus in-
,, curriſſe declarent , quaſque eos facere , & ſubire ,
,, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam compellant.
,, Proviſo attamen , quod ſalvis jure communi , & ſpe-
,, cialibus Conſtitutionibus , Ordinationibus , ſeu
,, Apoſtolicis , ſub cenſura , vel aliis pœnis , inhibi-
,, tionibus , quibus derogare noluit , nec intendit ,
,, excepta ſemper Magiſtri Generalis , ſeu ejuſdem ,
,, vel ipſius Ordinis pro tempore Vicarii Generalis ,
,, ſit in præmiſſis omnibus , & ſingulis poteſtas , ſeu
,, auctoritas. Non obſtantibus præmiſſis , Julii PP.II ,
,, incipientibus : ſub Religionis jugo &c. : aliiſque
,, Apoſtolicis , ſeu Apoſtolica auctoritate emanatis
,, literis , & ipſius Ordinis Conſtitutionibus , & Or-
,, dinationibus , privilegiis , gratiis , indultis , tam
,, conceſſis , quam in futurum concedendis , quæ pro
,, expreſſis haberi voluit , ceteriſque in contrarium
,, quibuſcunque . In quorum fidem præſentes fieri ,
,, & per infraſcriptum Secretarium noſtrum ſubſcri-
,, bi , noſtrique ſigilli impreſſione muniri mandavi-
,, mus , & propria manu ſubſcripſimus . Datum Ro-
,, mæ in Sacro Palatio Apoſtolico in Ædibus noſtræ
,, ſolitæ habitationis die XXVII Menſis Septem-
,, bris MDLVII , Pontificatus prælibati Sanctiſſimi
,, D. N. D. Pauli PP. IV Anno Tertio .

XI. ,, Decori , inquit *S. Pius V Conſt.LXXXVI Tom.V pag.233* ,, & honeſtati omnium Sanctimonia-
,, lium , quarum Jeſus Chriſtus Dominus noſter Spon-
,, ſus eſt , ut in puritate , & caſtitate ſuper ædifican-
,, tes in ipſo feliciter inhabitare valeant , conſulentes ,
,, ea , quæ illarum exiſtimationi detrahere poſſent ,
,, decet nos conſulto ſubmovere . Sane periculo , &
,, ſcandalo plena res eſt , ac regulari obſervantiæ ve-
,, hementer adverſatur , Sanctimoniales aliquando
,, Parentes , Fratres , Sorores , aut alios agnatos ,
,, vel cognatos , nec non Monaſteria , & alia filiatio-
,, nes nuncupata etiam eis ſubjecta , viſitandi , aut in-
,, firmitatis cauſa , aliove prætextu a Monaſteriis exi-
,, re , & per ſecularium perſonarum domus diſcurre-
,, re , & vagari , quo veluti colore eximium quoque
,, honeſtatis , & pudicitiæ decus in diſcrimen commit-
,, tunt . Unde nos malo huic pro noſtro Paſtoralis
,, officii debito ſalubriter occurrere volentes , inhæ-
,, rentes etiam decreto Sacri Concilii Tridentini , de
,, Clauſura Monialium , diſponenti , ac aliis noſtris
,, literis ſuper hujuſmodi clauſura editis adjicientes ,
,, volumus , ſancimus , & ordinamus , nulli Abbatiſ-
,, ſarum , Prioriſſarum , aliarumque Monialium ,
,, etiam Cartuſienſium , Ciſtercienſium , Sancti Be-
,, nedicti , & Mendicantium , & quorumcunque alio-
,, rum Ordinum , etiam Militiarum , ac quorumcun-
,, que ſtatuum , graduum , conditionum , dignitatum ,
,, ac præeminentiarum exiſtentium , etiam a Regia ,
,, vel illuſtri proſapia ortarum , de cetero , etiam
,, infirmitatis , ſeu aliorum Monaſteriorum , etiam
,, eis ſubjectorum , aut domorum , parentum , alio-
,, rumque conſanguineorum viſitandorum , aliave
,, occaſione , & prætextu , niſi ex cauſa magni incen-
,, dii , vel infirmitatis lepræ , aut epidemiæ , quæ
,, tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores ,
,, quibus cura Monaſteriorum incumberet , etiam per
,, Epiſcopum , ſeu alium loci Ordinarium , etiamſi
,, prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum , & Ordina-
,, riorum juriſdictione exempta eſſe reperiantur , co-
,, gnita , & expreſſe in ſcriptis approbata ſit , a Mona-
,, ſteriis præfatis exire , ſed nec in prædictis caſibus
,, extra illa , niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere .
,, Aliter autem , quam ut præfertur , egredientes ,
,, ſeu licentiam exeundi quomodocunque conceden-
,, tes , necnon comitantes , ac illarum receptatrices per-
,, ſonas , ſive laicas , aut ſeculares , vel Eccleſiaſticas ,
,, conſanguineas , vel non , excommunicationis ma-
,, joris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque
,, alia declaratione ſubjacere , a quo præterquam a
,, Romano Pontifice , niſi in mortis articulo abſolvi
,, nequeant . Et inſuper tam egreſſas , quam Præſiden-
,, tes , & alios Superiores prædictos eis licentiam
,, hujuſmodi concedentes , dignitatibus , officiis , &
,, adminiſtrationibus per eas , & eos , tunc obtentis
,, privamus , & illas , & illos ad obtenta , & alia in
,, poſterum obtinenda inhabiles , nec non licentias ,
,, & facultates , ſeu indulta , & privilegia exeundi a
,, Monaſteriis , & extra illa ſtandi a Nobis , ſeu alio
,, Romano Pontifice Prædeceſſore noſtro , ac Sedis
,, Apoſtolicæ Nunciis , & Legatis , etiam de latere ,
,, ac majore Pœnitentiario , aut Ordinum prædicto-
,, rum Superioribus , aliiſque perſonis ſub quibuſcun-
,, que tenoribus , & formis , ac cum quibuſvis reſti-
,, tutivis , præſervativis , mentis atteſtativis , etiam
,, novam gratiam , & datam concedentibus , aliiſque
,, efficacioribus , & efficaciſſimis , ac inſolitis clauſu-
,, lis , iritantibuſque , & aliis decretis in genere , vel
,, in ſpecie , etiam motu proprio , & ex certa ſcien-
,, tia , deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , etiam
,, Imperatoris , Regum , Ducum , & aliorum Prin-
,, cipum , nec non Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
,, lium intuitu , & contemplatione , ac inſtantia , vel
,, alias quomodolibet conceſſa , quæ prorſus abole-
,, mus , ac literas deſuper confectas , & in poſterum
,, concedendas , & conficiendas , nullas , & invali-
,, das , nulliuſque roboris , ac momenti fore , nec
,, illas habentibus , & habituris ſuffragari poſſe , &
,, ita per quoſcunque Judices , & Commiſſarios , qua-
,, vis auctoritate fungentes , ſublata eis , & eorum
,, cuilibet aliter judicandi , & interpretandi facultate ,
,, & auctoritate , judicari , & definiri debere , irri-
,, tum quoque , & inane quicquid ſecus ſuper his a
,, quoquam , quavis auctoritate , ſcienter , vel igno-
,, ranter contigerit attentari , decernimus . Mandantes
,, univerſis , & ſingulis Venerabilibus Fratribus no-
,, ſtris , Patriarchis , Primatibus , Archiepiſcopis ,
,, Epiſcopis , & aliis locorum Ordinariis in virtute
,, Sanctæ obedientiæ , & ſub obteſtatione divini judi-
,, cii , & interminatione maledictionis æternæ , qua-
,, tenus per ſe , vel alium , ſeu alios præſentes literas
,, in Civitatibus , & Diœceſibus propriis quolibet
,, anno publicent , omniaque in illis contenta , nec
,, non præfatum decretum ipſius Concilii , quod inci-
,, pit : Bonifatii VIII : diligenter , & inviolabiliter
,, ſub cenſuris Eccleſiaſticis , aliiſque præfatis pœnis ,
,, & in eodem Decreto contentis , obſervent , & obſer-
,, vari faciant , & procurent , contradictores quosli-
,, bet , & rebelles , ac præmiſſis non parentes , etiam
,, aliis pœnis , auctoritate noſtra , appellatione poſt-
,, poſita compeſcendo . Nec non legitimis ſuper his
,, habendis ſervatis proceſſibus , pœnas ipſas etiam ite-
,, ratis vicibus aggravando , interdictum Eccleſiaſti-
,, cum apponendo , invocato etiam ad hoc , ſi opus fue-
,, rit , auxilio brachii ſecularis . Non obſtantibus
,, præmiſſis , ac Conſtitutionibus , & ordinationibus
,, Apoſtolicis contrariis quibuſcunque . Aut ſi aliqui-
,, bus communiter , vel diviſim ab eadem ſit Sede in-
,, indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommu-
,, nicari non poſſint per literas Apoſtolicas , non facien-
,, tes plenam , & expreſſam , ac de verbo ad verbum de
,, indulto hujuſmodi mentionem . Aliis Apoſtolicis
,, Conſtitutionibus , & juribus de hujuſmodi clauſura
,, diſpo-

„ d'ſponentibus, nibilominus in ſuo robore duratu-
„ ris. Ceterum volumus, quod præſentium tran-
„ ſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii
„ publici ſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati munitis
„ eadem prorſus fides ubique terrarum, tam in judi-
„ cio, quam extra adhibeatur, quæ eiſdem præſenti-
„ bus adbiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.
„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
„ noſtræ ſanctionis, ordinationis, privationis, abo-
„ litionis, decreti, mandati, & voluntatis infringe-
„ re, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
„ hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omni-
„ potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-
„ ſtolorum ejus ſe noverit inenrſurum. Datum Ro-
„ mæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Do-
„ minicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo No-
„ no, Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno
„ Quinto,

XII. Gregorius XIII Conſt. CXXXVII == Ubi gratiæ == *Tom. VII pag.*189 revocat quaſcunque licentias ingrediendi Monaſteria Monialium.

Idem Gregorius Conſt. CLIII == Quæ Sanctimonialium == *Tom. VII pag.*199 revocat omnes facultates ingrediendi Monaſteria Monialium, præterquam conceſſas fundatricibus, dotatricibus, altricibus, & Marchionum, Ducum, ac ſuperioris gradus Principum conjugibus, earumque filiabus.

Aliam revocationem licentiarum ingrediendi Monaſteria, & inibi permanendi, mulieribus ſecularibus conceſſarum vide inter Conſtitutiones Sixti V Conſt. XLI == Sanctimonialium == *Tom.VII pag.*211.

Quandonam Superiores ingredi poſſint Monaſteria Monialium, decernit idem Gregorius Conſt.CXLIII == Dubiis == *Tom.VII pag.*193.

XIII. De Miſſis celebrandis intra ſepta Monaſteriorum Provinciarum utriuſque Lombardiæ, & Romanæ conſulendæ *Sixti V Conſtitut. V* == Fidem == *Tom.V pag.*440: Benedicti XIII Conſt.XXXIV == Exponi Nobis == *Tom.VI pag.*569: Clementis XII Conſtitut. VI == Exponi Nobis == *Tom.VI pag.*716: & Conſt.XXVII == Spirituali == *Tom.VI pag.*741.

XIV. De facultatibus ad ingrediendum Monaſteria conceſſis loquens *Paulus V Conſt. XL Tomo V pag.*668 „ Facultatum, inquit, plura Monaſteria
„ Monialium ingrediendi abuſus tollere volentes, te-
„ nore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod
„ nulla perſona cujuſcunque gradus, ſtatus, &
„ conditionis, ac præeminentiæ exiſtat, etiamſi Du-
„ cali, Marchionali, aut alia dignitate præſulgeat,
„ vigore licentiarum plura Monaſteria, Domos, &
„ loca Monialium, pluribus vicibus ingrediendi,
„ etiam abſque clauſula, in totum, ſeu in univerſa,
„ non autem in eorum aliqua, vel ſingula, a nobis,
„ vel Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus,
„ ſub quovis tenore, vel forma, etiam motu pro-
„ prio, conceſſarum, & expeditarum, aut in poſte-
„ rum forſan concedendarum, & expediendarum,
„ aliqua, vel ſingula Monaſteria pluribus vicibus in-
„ gredi poſſit: ſed licentiæ hujuſmodi reſpectu univer-
„ ſorum, non autem aliquorum, vel ſingulorum
„ Monaſteriorum ſuffragentur. Ita ut cui bis in an-
„ no, ſeu amplius plura Monaſteria ingredi conce-
„ ditur, bis, vel amplius tantum univerſa, non au-
„ tem eorum aliqua, vel ſingula ingredi liceat,
„ etiamſi prædicta Monaſteria in diverſis Civitatibus,
„ terris, Diœceſibus, & locis exiſtant. Iiſdemque
„ mulieribus aliter, quam ut præfertur, eaſdem li-
„ centias interpretari, vel illis uti, ſub cenſuris,
„ & pœnis a Concilio Tridentino, & Apoſtolicis
„ Conſtitutionibus intra ſepta Monaſteriorum Mo-
„ nialium abſque licentia ingredientibus inflictis, ipſo
„ facto incurrendis, eadem auctoritate prohibemus.
„ Præmiſſis, & aliis quomodolibet in contrarium fa-
„ cientibus quibuſcunque non obſtantibus. Volumus
„ autem, ut harum literarum exemplis, etiam im-
„ preſſis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcrip-
„ tis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccle-
„ ſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhi-
„ beatur, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur ſi fo-
„ rent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
„ S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die I Septem-
„ bris MDCVIII, Pontificatus noſtri Anno Quarto,

Paulus V Conſt.LXVII == Monialium ſtatui == *Tom.V pag.*689 revocat licentias ingrediendi Monaſteria Monialium ſecularibus Mulieribus hactenus conceſſas.

XV. Urbanus VIII Conſt.XIV == Sacroſanctum == *Tom.VI pag.*33 facultates Mulieribus ſecularibus conceſſas, & concedendas pro ingreſſu in Monialium Monaſteria nullius valoris eſſe, niſi ab eiſdem Monialibus capitulariter, & per ſecreta vota aſſenſus præbeatur, declarat.

Idem Urbanus Conſt.XVII == In ſupremo == *Tom.VI pag.*38, quæ circa clauſuram Generalis Magiſter Ordinis pro Monaſterio Piſſiacenſi ſanxerat, confirmat.

Idem decernit Conſt.XLVIII == Ut ea == *Tom.VI pag.*71.

XVI. Quomodo, & quando liceat Superioribus Monialium, earumque Confeſſoribus ingredi ſepta Monaſterii, & prope illud commorari, declarat Alexander VII Conſt.XLII == Felici == *Tom.VI pag.*212: & hæc norma eſt, quam pro ingreſſu ſervant.

XVII. Clemens X Conſt.LX == Apoſtolatus == *Tom.VI pag.*329 irritas facit facultates ingrediendi Monaſteria conceſſas nonnullis Mulieribus.

XVIII. Jus Epiſcopis, circa Monaſteriorum clauſuram delegatum, ſartum tectum ſervatum voluit Benedictus XIII Conſtitut.LXXIX == Pretioſus == *Tom.VI pag.*621 §.38.

XIX. Notandum, quod clauſuræ Monaſteriorum cuſtodia Epiſcopis delegatur a S. Concilio Tridentino Seſſ.XXV Cap.V, ubi hæc habet: „ Bonifatii VIII
„ Conſtitutionem, quæ incipit == Periculoſo == re-
„ novans S. Synodus, univerſis Epiſcopis ſub obte-
„ ſtatione Divini Judicii, & interminatione maledi-
„ ctionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monaſte-
„ riis ſibi ſubjectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis
„ Apoſtolicæ auctoritate, clauſuram Sanctimonia-
„ lium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi
„ inviolata eſt, conſervari, maxime procurent: ino-
„ bedientes, atque contradictores, per cenſuras Ec-
„ cleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacunque appella-
„ tione poſtpoſita, compeſcentes, invocato etiam
„ ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis...
„ ...... Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt
„ profeſſionem exire a Monaſterio, etiam ad breve
„ tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legi-
„ tima cauſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis qui-
„ buſcunque, & privilegiis non obſtantibus. Ingre-
„ di autem intra ſepta Monaſterii nemini liceat, cu-
„ juſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel
„ ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licen-
„ tia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis
„ pœna, ipſo facto incurrenda. Dare autem licen-
„ tiam tantum Epiſcopus, vel Superior debet in caſi-
„ bus neceſſariis: neque alius alio modo poſſit, etiam
„ vigore cujuſcunque facultatis, vel indulti hacte-
„ nus

Digitized by Google

,, nus conceſſi, vel in poſterum concedendi ,,. Et in eadem Seſs.XXV Cap.VII: ,, Is vero, qui electioni ,, præeſt Epiſcopus, ſive alius Superior, clauſtra ,, Monaſterii non ingrediatur, ſed ante cancellorum ,, feneſtellam vota ſingularum (Monialium) au- ,, diat, vel accipiat ,,. Hæc referens *Paſſerinus* Tomo III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.X Inſpect.X Num.1020: ,, Quantum, inquit, ad id quod tangit ,, clauſuram Monaſterii...... ſervanda eſt Conſti- ,, tutio S.Memoriæ Pii V de clauſura Monialium. Un- ,, de modo nec Epiſcopus reſpectu Monaſteriorum ſi- ,, bi ſubditorum, nec Superiores Regulares reſpectu ,, Monaſteriorum, quorum curam habent, poſſunt ,, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ transferre Moniales ,, de uno ad aliud Monaſterium, etiam intuitu inſti- ,, tuendi illas in Abbatiſſas, vel Prioriſſas ,,. Hæc ille. Vide Decretum, quod legitur Tom.VII pag.273 Num.VII. Adeas *Petrum Martyrem Feſtum Urceanum* in Summario Conſt. pro Monialibus a Capite VIII ad XVIII: & *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom.III Tract.III, IV, V, & VI.

QUÆSTIO V.

Moniales Ordinis Prædicatorum poſſuntne præfici Monaſteriis aliorum Ordinum?

SUMMARIUM.

I. Ne præficiantur, cavet B. Benedictus XI.
II. De ætate Prioriſſarum.
III. De Monialibus ex uno ad aliud Monaſteriorum tranſlatis.
IV. De Monialibus ſupranumerariis.
V. De ſumptibus ſuperfluis in Monaſteriis reſecandis.

I. Ne Moniales Ord. Præd. Monaſteriis aliorum Ordinum præficiantur, cavet *B. Benedictus XI Conſt.XXIX* = Ut Moniales = *Tom.II pag.96* dicens: ,, Ut Moniales ſecundum inſtituta, & ſub cura Ordi- ,, nis Fratrum Prædicatorum viventes, ad quas geri- ,, mus benevolentiæ ſpecialis affectum, eo devotius ,, in inſtitutorum obſervantia prædictorum, virtu- ,, tum Domino, cujus ſunt obſequiis deditæ, famu- ,, lentur, quo magis ab aliis occupationibus fuerint ,, expeditæ, Apoſtolica auctoritate, ſtatuimus, ut ,, nulla earum ad Abbatiam, vel regimen alicujus ,, Monaſterii alterius profeſſionis poſſit aſſumi, abſ- ,, que ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, faciente ,, plenam, & expreſſam de ſtatuto hujuſmodi mentio- ,, nem. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ,, ſecus ſuper his a quoquam contigerit attentari.

II. Notandum, quod S. Concilium Tridentinum Seſs.XXV Cap.VII de electione Abbatiſſæ loquens hæc habet: Abbatiſſa, & Prioriſſa, quocunque alio ,, nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eli- ,, gatur non minor annis XL, & quæ octo annis poſt ,, expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ,, ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Mona- ,, ſterio, ex alio ejuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc ,, etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, ,, videatur, ex iis, quæ in eodem Monaſterio an- ,, num trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem an- ,, nis poſt profeſſionem recte vixerint, Epiſcopo, vel ,, alio Superiore conſentiente, eligatur. Duobus ve- ,, ro Monaſteriis nulla præficiatur ,,. Hæc S. Synodus Tridentina. In Ordine tamen Prædicatorum requiritur, ut eligenda in Prioriſſam annos a Profeſſione duodecim expletos habeat: uti liquet ex Gregorii XV Conſt.XVI, data 6 Aprilis 1623 = Exponi Nobis = *Tom.VI pag.22*.

III. Notandum Secundo, quod circa tranſlationes Monialium diſſident Auctores, utrum, tranſlata Moniali, bona, quæ reliquit, cum perſona, tranſlata cenſeantur, necne? Regulam generalem hac de re dari non poſſe, cenſet *Paſſerinus* Tom.III de Statibus Quæſt.CLXXXIX Art.VIII Num.188, & 189, quem conſulas, velim. Vide Pauli III Conſt.CXVI = Supra gregem = *Tom.IV pag.660*,

IV. Notandum Tertio, quod Moniales, quas Supranumerarias vocant, locum ſemper extra numerum tenere debent: licet ceteris in omnibus pares, & æquales, juxta cujuſque Monaſterii inſtitutum eſſe debeant. Ex S. Congregationis Regularium negotiis præpoſitæ Decreto in Clementis VIII Conſt.CXLVI = Quemadmodum = *Tom.VII pag.241*.

V. Notandum Quarto, quod circa ſumptus ſuperfluos in Eccleſiis, & Monaſteriis Monialium reſecandos, varia prodiere Decreta. Vide Alexandri VII Conſt.XI = Pro commiſſo = *Tom.VI pag.185*: & Conſt.XIV = Sacroſancti = *Tom.VI pag.189*: Clementis XI Conſt.LXXXII = La Santità = *Tom.VII pag.374*: & LXXXV = Nuper = *Tom.VII pag.380*.

TITU-

T I T U L U S XIV.

De Tertiariis.

Unica Quæſtio Titulo huic ſubjecta eſt.

UTrum nempe Regula Tertii Ordinis approbata fuerit a Summis Pontificibus?

QUÆSTIO UNICA.

Utrum Regula Tertii Ordinis approbata fuerit a Summis Pontificibus?

SUMMARIUM.

I. APprobata fuit a Gregorio IX anno MCCXXXV.

II. Innocentius III jam pridem, anno ſcilicet MCCX, Simonem Montfortium laudaverat, quod eidem Ordini nomen dediſſet.

III. Honorius etiam III eundem Ordinem confirmandum decreverat anno MCCXX.

IV. Ipſe etiam Gregorius IX, anno MCCXXVII, Fratres, & Sorores ejuſdem Ordinis ſuo, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ, præſidio tutatus erat.

V. Ejuſdem Ordinis Regula ab Innocentio VII confirmata.

VI. Et ab Eugenio IV.

VII. Conſtitutiones triginta recenſentur, quibus Tertius Ordo variis privilegiis ornatus fuit.

VIII. Ampliſſimis etiam laudibus decoratus eſt.

IX. Eoque potiſſimum nomine fuit acceptus, quod, Hæreticis debellandis inſtitutus, ac de Matre Eccleſia optime meritus, illuſtrem ſeſe, ac conſpicuum præbuit.

X. Eidem Ordini Mulieres ipſæ nomen dabant etiam per id tempus, quo debellandis Hæreticis totus erat.

XI. Directioni Fratrum Prædicatorum ſemper ſubditus fuit.

XII. Difficultates circa Tertiariorum privilegia ſolvendæ ex Apoſtolicis Decretis, quæ recenſentur.

I. FRatrum, ac Sororum Tertii Ordinis S. Patris Dominici Regulam, cum Sacræ potiſſimum Militiæ adverſus Hæreticos operam darent, & Fratres ac Sorores Militiæ Jeſu Chriſti nuncuparentur, Gregorius IX Conſt. CCXVI = Quæ omnium = *Tom. VII pag.* 11, approbavit anno 1235 die 24 Maii: ut ex eadem Conſtitutione videre eſt.

II. Innocentius III Conſtitutione II = Habuiſſe = *Tom. VII pag.* 1, anno 1210 die 28 Junii Simonem de Monteforti, Virum celeberrimum, Comitem Leceſtriæ, Vicecomitem Biterrenſem, & Carcaſſonenſem, verbis ampliſſimis laudaverat, quod eidem Ordini nomen dediſſet.

III. Honorius III Conſt. XXXVI = Præſentatæ = *Tom. VII pag.* 2, eundem Ordinem confirmandum decreverat anno 1220 die 26 Julii, quo eadem Conſtitutio data fuit. Huc etiam ſpectat ejuſdem Honorii III Conſt. XXXVIII, data die 7 Junii 1221 = Cum quidam = *Tom. VII pag.* 4.

IV. Gregorius IX Conſt. XIX = Egrediens = *Tom. I pag.* 25, eundem Ordinem Militiæ Jeſu Chriſti probans, ac laudibus efferens, omnes, qui nomen ipſi dederant, cum Fratres, tum Sorores, ſuo, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ præſidio tutatus erat anno 1227 die 22 Decembris. Regulam tandem approbavit anno 1235, uti mox dictum fuit.

V. Idem Ordo Militiæ Jeſu Chriſti, alio etiam nomine vocabatur *Ordo Fratrum, & Sororum de Pœnitentia*. Quod quidem nomen, antiquum licet, & ipſi jam ab anno 1228 conceſſum, uti liquet ex Gregorii IX Conſt. XXV = Deteſtanda humani = *Tom. I pag.* 27: poſtea tamen conſuetum magis, ac prope vulgare fuit. Scilicet, cum furor Hæreticorum conſediſſe jam videretur in Galliis, & in Italia: qui Sacram illam Militiam profitebantur, cum peccatorum pœnas diligentius luere peroptarent, & ipſis *a Pœnitentia* nomen jam pridem inditum familiare fuit, & *S. Dominici*, ipſorum Fundatoris, nomine inſigniti ſunt, & vivendi formam aliquantulum commutarunt. Hinc prodiit altera Regula, non ita quidem priori diſſimilis, ſed magis congruens vitæ, quam tunc ducebant. Innocentius VII Conſt. III = Sedis Apoſtolicæ = *Tom. II pag.* 473, poſteriorem iſtam Regulam confirmavit anno 1405 die 26 Junii.

VI. Eandem Regulam firmat Eugenius IV Conſtit. CXCI, data 14 Maii 1439 = Proviſionis noſtræ = *Tom. III pag.* 104. Ceterum Sodales de Pœnitentia Sancti Dominici in Pontificiis Diplomatibus *Fratres, ac Sorores Ordinis* Prædicatorum nonnunquam vocantur, & ipſorum Ordo paſſim etiam dicitur *Tertius Ordo S. Dominici*. Idem quippe Fundator ac Parens Nobis, & ipſis eſt.

VII. Tertium illum Ordinem variis Privilegiis ornatum fuiſſe, liquet ex variis Conſtitutionibus Summorum Pontificum Gregorii ſcilicet IX Conſtitut. XIX = Egrediens = Tom. I pag. 25: Conſt. XXV = Deteſtanda = Tom. I pag. 27: Conſtitut. CCXI = Sacroſancta = Tom. VII pag. 10: Conſt. CCXIII = Devotionis = Tom. VII pag. 10: Conſtit. CCXIV = Quos pietate = Tom. VII pag. 11: Conſtit. CCXV = Eſt Angelis = Tom. VII pag. 11: B. Gregorii X Conſtitut. XLI = Nimis patenter = Tom. I pag. 536: Honorii IV Conſtitut. IX = Congruum = Tom. II pag. 10: Johannis XXII Conſt. XLIX = Cum de mulieribus = Tom. II pag. 169: Bonifatii IX Conſtitutione CLXV = Humilibus = Tom. II pag. 410: Conſtitut. CCXII = Sacræ Religionis = Tom. II pag. 439: Innocentii VII Conſt. III = Sedis Apoſtolicæ = Tomo II pag. 473: Eugenii IV Conſt. XXII = Cum de Religionis = Tom. III pag. 16: Conſt. CXCI = Proviſionis = Tom. III pag. 104: Conſtitut. CCLXXXVI = Humilibus = Tom. III pag. 191: Conſtitut. CCC = Virtutum = Tom. III pag. 203: Nicolai V Conſtit. X = Ea quæ = Tom. III pag. 243: Pii II Conſtitut. LXVII = Dum levamus = Tom. III pag. 433: Sixti IV Conſt. LXXIV = Sacroſancta = Tomo III pag. 532: Alexandri VI Conſt. XLV = Conſiderantes = Tom. IV pag. 120: Conſt. XLVI = Sacræ Religionis = Ibidem: & Conſtitutione LXXXVI = Ad hoc = Tom. IV pag. 150: Julii II Conſt. LXX = Conſiderantes = Tom. IV pag. 262: Conſt. LXXIII = Exponi Nobis = Tom. IV pag. 264: Leonis X Conſt. L = Dum intra = Tom. IV pag. 337: Conſtitut. LXX = Nuper in Sacro = Tom. IV pag. 354: Pauli III Conſt. LXXVII = Exponi Nobis = Tom. IV pag. 611:

S. Pii V

Digitized by Google

S. Pii V Conſt. XXXIX = Etſi Mendicantium = Tomo V pag. 162 : Clementis IX Conſt. VI = Alias = Tom. VI pag. 231 : & aliorum quorum meminit Benedictus XIII Conſtitut. LXXIX = Pretioſus = Tomo VI pag. 623 &c.

VIII. Non Privilegiis ſolum, ſed etiam laudibus ampliſſimis Tertium illum Ordinem Summi Pontifices ornarunt. Ceteras inter, vide Gregorii IX Conſtit. XIX = Egrediens = Tom. I pag. 25 : & Johannis XXII Conſt. XLIX = Cum de mulieribus = Tomo II pag. 169.

IX. Notandum enim Primo, quod Tertius Ordo noſter Summis Pontificibus eo potiſſimum nomine fuit acceptus, quod, hæreticis debellandis inſtitutus, de matre Eccleſia optime meritus, illuſtrem ſeſe, ac conſpicuum præbuit, omni occaſione data. Vide Innocentii III Conſtitut. II = Habuiſſe = Tom. VII pag. 1 : Honorii III Conſtitut. XXXVI = Præſentatæ = Tomo VII pag. 2 : Conſt. XXXVIII = Cum quidam = Tom. VII pag. 4 : Gregorii IX Conſtitutiones laudatas Num. VII, ubi de ceteris Summorum Pontificum Conſtitutionibus ſermo. Huc ſpectat Declaratio quæ legitur in actis Comitiorum Generalium Valliſoletan. 1605, cujus hæc verba : „ Declaramus, Supremum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum Senatum, auctoritate Apoſtolica, & Regia, decreviſſe, ut in omnibus Regnis ſibi ſubjectis, Ordo Militaris de Militia Jeſu Chriſti, Cruce ſignatorum Militum, a Patre noſtro Beatiſſimo Dominico contra hæreticos inſtitutus, & a Summis Pontificibus approbatus, & confirmatus, de novo reſtauretur, &, ſi opus eſt, inſtituatur : quorum Congregatio in noſtris Conventibus habeatur, obtenta tamen prius licentia ab Inquiſitoribus. Quare potentiſſimus Hiſpaniarum Rex Catholicus, fidei zelator, ac defenſor acerrimus, Sanctæque Inquiſitionis, & noſtræ Religionis Protector optimus, inſtaurationem Ordinis Militiæ Jeſu Chriſti deſiderans, ſuo Decreto Regio ſancivit, atque conceſſit omnibus prædictis S. Inquiſitionis Miniſtris, ut poſſint noſtris Prædicatorum Inſigniis, alba videlicet, & nigra Cruce, floribus veluti liliorum terminata, & deaurata, ſuper veſtes uti, ipſiſque decorari in Feſtis Beatiſſimi Patris noſtri Dominici, B. Petri Martyris, B. Raymundi, & in ſolemnitate Sacratiſſimi Corporis Chriſti, & in omnibus actibus Fidei, propoſitione, & publicatione Edicti S. Inquiſitionis, & quotieſcumque Regia Majeſtas aliquod ingreditur Regnum, vel Civitatem : ut conſtat ex Regiſtro Originali in Archivis Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis Supremi Senatus conſervato, ſub data Valliſoleti 29 Julii 1603 per manum Notarii, & Secretarii Ferdinandi de Villegas. Quamobrem ordinamus, & mandamus omnibus Fratribus noſtri Ordinis, in Conventibus Sacræ Inquiſitioni Hiſpaniæ ſubjectis commorantibus, ubi commode fieri poterit, ut ſumma, qua poterunt, diligentia, devotione, & ſolemnitate curent, prædicta feſta ſimul cum præfatis Militibus, & S. Inquiſitionis Miniſtris celebrare, Proceſſiones ſolemnes, & pompoſas, in quibus Reliquiæ Sanctorum, & Vexilla S. Inquiſitionis deportentur, ita componere, & ordinare, ſicut tanti Patris S. Dominici, primi Inquiſitoris, Principis, & Inſtitutoris Sancti Officii, filios, & Divi Petri Martyris, invicti Fidei propugnatoris commilitones; necnon B. Raymundi, totius Hiſpaniæ Inquiſitoris, alumnos decet „. Ex actis Capituli Valliſoletani 1605. Adeas Malvendam in Annal. Præd. ad annum 1221.

X. Notandum Secundo, quod, etiam dum debellandis hæreticis operam potiſſimum dabat Tertius Ordo Fratrum Prædicatorum, eidem Ordini mulieres ipſæ nomen dabant, uti videre eſt ex ejuſdem Ordinis Regula in Gregorii IX. Conſt. CCXVI = Quæ omnium = Tom. VII pag. 11, & ceteris Summorum Pontificum Conſtitutionibus laudatis Num. VII.

XI. Notandum tertio, quod, cum Tertius Ordo ille, auctore S. Dominico, prodierit, ejuſdem Sancti, ipſiuſque Succeſſorum *directioni*, & *correctioni*, ſemper ſubditus fuit. Hinc Gregorius IX anno 1235, quo Tertii Ordinis Regulam confirmavit, ac decrevit, ut ejuſdem Ordinis Fratres, & Sorores, veſtes noſtris conſimiles, induerent, Venerabili Jordano, S. Dominici Succeſſori, Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum, ſcripſit, ut per ſe, ac ejuſdem Ordinis alumnos, Sacris diſciplinis inſtrueret Fratres, ac Sorores Ordinis Militiæ Jeſu Chriſti, Tertii ſcilicet Ordinis. Vide Gregorii IX Conſtit. CCXII = Experimentis = Tom. VII pag. 10. Eadem de re conſulenda Innocentii VII Conſtitut. III, data 26 Junii 1405 = Sedis Apoſtolicæ = Tom. II pag. 473 : ubi legendum in primis Regulæ Capitulum vigeſimum : „ De Congregatione Fratrum, & Sororum (Tertii Ordinis) & inſtitutione Magiſtri, ſive Directoris eorundem. Necnon de Statuto talis ſubjectionis ipſius ſtatus ſub Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum, & Prioribus Provincialibus ejuſdem Ordinis „. Idem liquet ex aliis Conſtitutionibus Numero VII laudatis.

XII. Notandum Quarto, quod variæ difficultates ortæ circa privilegia Tertiariorum ſolvuntur ex Decreto quod legitur Tom. VII pag. 258 : & ex Clementis IX Conſt. VI = Alias = Tom. VI pag. 231. De Tertiariis lato calamo differunt *Donatus* in Rerum Regularium Praxi Tom. II Parte IV Tract. XV, XVI, XVII, & XVIII : ac Petrus Martyr Feſtus Urceanus in Summario Regulæ, ac Privilegiorum Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis a Capite I ad XXX.

TITULUS XV.

De Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus.

Quæſtiones Octo exhibentur hoc in Titulo.

PRimo, de Confraternitatibus erigendis.
II. De Confraternitatum bonis.
III. De piaculari Confratrum Confeſſione.
IV. De Confraternitate SS. Roſarii.
V. De Confraternitate SS. Sacramenti.
VI. De Confraternitate SS. Nominis Jeſu.
VII. De Confraternitate Militiæ Angelicæ, ſeu Studentium, & Cinguli S. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici.
VIII. De Societate Crueeſignatorum.

QUÆSTIO I.

De Confraternitatibus erigendis.

SUMMARIUM.

I. MOdum in Confraternitatibus erigendis ſervandum præſcribit Clemens VIII.
II. Et Clementinæ Conſtitutionis declaratio.
III. Ex qua variæ difficultates ſolvi poſſunt.

1. MOdum in erigendis Confraternitatibus ſervandum præſcribit Clementina Conſtitutio. „ Quæcunque, inquit *Clemens VIII Conſtitut.CXVII Tom.V pag.619* „ a Sede Apoſtolica ad promovendam Chriſtifidelium ſalutem aliquando conceſſa ſunt, etſi ea maturo conſilio, magnaque prudentia, & cautione ſancita, & decreta ſint, tamen cum Romanus Pontifex de animarum ſalute ſolicitus progreſſu temporis animadvertat, ſenſim aliquos abuſus in eiſdem ſtatutis, & decretis obſervandis provenire, debet pro ſui Paſtoralis officii munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino poteſt, adhibito ſalutari remedio providere. Cum itaque a pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & forſan etiam a Nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & inſtitutis, ac etiam Chriſtifidelium Secularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diverſarum nationum, nominum, & inſtitutorum, tam in Alma Urbe noſtra, quam in aliis Civitatibus, & locis Chriſtiani Orbis inſtitutis facultas erigendi, & inſtituendi in eorum, & aliis Eccleſiis, & Collegiis, necnon etiam ſibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Urbe, & in aliis locis exiſtentes, eiſque privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ſibi conceſſas reſpective communicandi, attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præſcripta ſit, quæ in hujuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis, ſervari debeat, propterea ſive negligentia Superiorum Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, inſtituentium, aggregantium, & communicantium, qui Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non ſervant formam in hujuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus ſervari debitam, neque præſcribunt modum, quo privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta conſequi debeant, ſeu ipſarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præſtare oportet, ut illa conſequantur, nonnullæ pravæ conſuetudines irrepſerunt, multaque incommoda, inde provenerunt, quibus Nos pro commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, paternaque erga omnes Chriſtifideles caritate proſpicere volentes, hac noſtra Conſtitutione perpetuo valitura decernimus, atque ſtatuimus, ut in poſterum tam hujus Almæ Urbis noſtræ, quam aliarum Civitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis, Regularium, Ordinum, & Religionum & Inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcunque aliis Eccleſiis, & Collegiis Confraternitates Secularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, necnon etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum cujuſvis nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcunque Eccleſiis, Domibus, & Oratoriis, tam Secularium, quam, ut præfertur, quorumcunque etiam Mendicantium, Ordinum, Religionum, & inſtitutorum Regularium, quavis tam ordinaria, quam Apoſtolica auctoritate erectæ, ac inſtitutæ, exiſtant, ſeu alias quovis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes inſtituendi, erigendi, ac ſibi aggregandi, illiſque privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi poteſtas a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, vel a Nobis, & Apoſtolica Sede attributa fuit, Magiſtri, Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, adminiſtratores, & alii Officiales, ſeu Superiores quovis modo nuncupati, Regularium ſiquidem Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, unam tantum Confraternitatem, & Congregationem de conſenſu tamen Ordinarii Loci, & cum literis ejus teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ caritatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuſcunque aliis Eccleſiis, & Collegiis erigere, & inſtituere, ceterarum vero Archiconfraternitatum, & Congregationum in ſingulis Civitatibus, Oppidis, vel locis unam etiam Confraternitatem, & Congregationem duntaxat, quæ Apoſtolica, vel ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Inſtituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejuſdem, vel alterius Nationis, nominis, & inſtituti aggregata ſit, prævio ſimiliter loci Ordinario conſenſu, & cum ejus literis teſtimonialibus, quibus ejuſdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ „ in-

Digitized by Google

„ inſtitutum, pietas, & Chriſtianæ caritatis officia, quæ exercere conſuevit, apud eos commendentur, ſibi adjungere, & aggregare poſſint. Huic vero Confraternitati, & Congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeu aggregandæ, ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, indulta, quæ ipſi Ordini, Religioni, inſtituto erigenti, inſtituenti, ac communicanti, ſeu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in ſpecie, non autem quæ per extenſionem, vel communicationem ſibi quovis modo conceſſa ſunt, & illa quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſſe, & in ſpecie communicare valeant, ſtatuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ac communicantium ſeu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita, Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non poſſint, niſi ea prius ab Epiſcopo Dioœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus, & ſemper, ſubjecta remaneant. Inſuper volumus, & ordinamns, ut prædicti Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, & communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, inſtituendi, aggregandi, & communicandi formulam a Nobis noviſſime approbatam diligenter obſervent, ſecundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus nominatim, & expreſſe, non autem per communicationem, neque ad inſtar, ut ſupra conceſſa ipſis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare poſſint, quibus Confraternitates, & Congregationes ejuſdem duntaxat Nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & Inſtituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quam in poſterum aggregandæ, utantur, potiantur, gaudeant, itaut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, inſtitutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ ſunt, Miniſtri, Officiales, & alii ſupradicti, privilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta hujuſmodi, prævia tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejuſdem Eccleſiæ Capitulo illa juxta Sacri Concilii Tridentini decretum promulganda decernet, debitis temporibus promulgare valeat, quibus etiam Miniſtris, Officialibus, & aliis prædictis eleemoſynas, & alia oblata Chriſtianæ caritatis ſubſidia, juxta modum, & formam per Ordinarium loci præſcribendam, remotis tamen menſis, pelvibus, capſis, quæ in Eccleſiis, & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum, publice ad hoc exponi conſueverunt, excipiendis, poteſtas detur. Atque hoc ipſum Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, ac communicantia, ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tam Almæ Urbis noſtræ, quam aliarum Civitatum, & locorum quorumcunque juxta modum a Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum

„ reſpective præſcribendum obſervare teneantur. Eleemoſynas autem ſic collectas, in reparationem, & ornatum Eccleſiarum, tam Ordinum, Religionum, inſtitutorum erigentium, inſtituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, inſtituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fiant, aut in alios earum pios uſus arbitrio ejuſdem Vicarii noſtri in Urbe, necnon Ordinariorum locorum reſpective fideliter exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant, cæleſtes Eccleſiæ theſauros, non quæſtus, aut alicujus lucri cauſa, ſed pietatis, & caritatis excitandæ gratia ex Apoſtolicæ Sedis benignitate Chriſtifidelibus aperiri. Præterea volumus, ut Confeſſarii, qui vigore privilegiorum ipſis Ordinibus, Religionibus, inſtitutis, erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus conceſſorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum, pro tempore eligi poſſunt, & poterunt, ſeculares, ſcilicet in Alma Urbe a prædicto noſtro Vicario, extra Urbem vero a locorum Ordinariis, Regulares autem non ſolum a prædicto Vicario noſtro, & a locorum Ordinariis reſpective, ſed etiam a ſuis Superioribus approbati ſint, utque Confratres confitentes a criminibus, caſibus, & cenſuris, juxta dictorum privilegiorum, quatenus tamen ſint in uſu, & Sacri Concilii Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & Noſtris Conſtitutionibus non adverſentur, nec revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ſint, formam, & tenorem duntaxat abſolvere valeant. Dreernimus inſuper, ut iidem Confeſſarii prædictos Confratres cujuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ, etiamſi ſpeciali nota dignæ fuerint, a caſibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi conſueverunt, necnon violationis, immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & clauſuræ Monaſteriorum Monialium, ſi videlicet ſine neceſſaria, & urgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiamſi cauſa, & licentia conceſſa abutentes prædicta, Monaſteria ingreſſi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & ſingularis certaminis, ſeu duelli, ac ab aliis etiam caſibus, tam a Nobis, quam a prædicto noſtro in Urbe Vicario, & locorum Ordinariis reſpective reſervatis, & pro tempore reſervandis, & etiam a quavis excommunicatione ab homine lata abſolvere, & ſuper irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occaſione delicti contractis, cum aliquo diſpenſare, prætextu dictorum privilegiorum nullo modo poſſint. Demum ſtatuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternitates, & Congregationes ubivis locorum, quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ, & inſtitutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ ſunt, ac cuicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, inſtitutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus novas erectionum, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum literas, juxta formam a Nobis noviſſime approbatam, infra annum, ſi in Europa ſint, & ſi extra Europam fuerint infra biennium a die publicationis præſentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapſo, erectiones, inſtitutiones, & quæcunque communica-

„ tiones, privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipſis conceſſæ, nullius ſint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ, cenſeantur eo ipſo. Erectionum autem, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum tam hactenus factarum, quam deinceps faciendarum literæ ab ipſis Ordinibus, Religionibus, inſtitutis, ſeu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omnino, ac nulla prorſus mercede, etiam a ſponte dantibus accepta, expediri, & concedi debeant. Quod ſi Miniſtri aliqui, Superiores, vel officiales quocunque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, inſtitutorum, ſeu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujuſmodi, quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmiſſa in aliquo venire, vel facere præſumpſerint, erectiones, inſtitutiones, & communicationes privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, ſpiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmiſſorum conceſſiones, necnon aggregationes per ipſos faciendæ, ſeu renovandæ, nullius ſint roboris, & momenti, & quilibet eorundem Miniſtrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnam, quæ ab alio quam a Nobis, vel a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, remitti non poſſit, incurrat eo ipſo. Decernentes præſentes literas perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari debere, ſicque noſtræ mentis, & intentionis exiſtere, & ita, & non aliter per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis aucturitate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

II. Declarationem, ſeu Decretum S.Congregationis Indulgentiarum ſuper Conſtitutione Clementina = Quæcunque = vide *Tom.VII pag.*250. Hujus tenoris eſt: „ Molto Illuſtre, e Reverendiſſimo Monſignore, Avendo riſoluto queſti miei Illmi Signori della Congregazione dell'Indulgenze, con autorità, ed ordine particolare di Noſtro Signore di levare alcune difficoltà, che ſi trovano nell'eſeguire la Conſtituzione di Clemente VIII fatta già ſopra le aggregazioni delle Confraternità, dichiarando ancora alcune coſe concernenti l'iſtituzioni antiche fatte da i Superiori delle Religioni, fanno ſapere a V. S., che ſi contentano, che i Superiori Regolari, a' quali è ſtata conceſſa nuova facoltà da Sua Beatitudine d'inſtituire Confraternità ſecolari, ſecondo la forma della ſudetta Conſtituzione, poſſino confermare ſenza conſenſo delli Ordinarj de' luoghi quelle Confraternità, quali ſi trovano canonicamente erette da' medeſimi Superiori Regolari avanti ſi publicaſſe l'iſteſſa Conſtituzione, nelle Chieſe proprie loro Collegiate, dove ſiano almeno dodici Religioſi di famiglia ordinaria, non oſtante, che nella patente della confermazione ſi dica eſpreſſamente, farſi ciò con conſenſo dell'Ordinario, dichiarando però, che nel fare nove Iſtituzioni nelle Chieſe tanto ſecolari, quanto regolari di qualunque ſorte, e nel confermar etiamdio le antiche erette in Chieſe ſecolari, e regolari ancora, nelle quali non ſtiano dodici Religioſi, ſi debba neceſſariamente avere il teſtimonio, e conſenſo dell'Ordinario, e ſervare tutto il reſtante, che ſi preſcrive nell'iſteſſa Conſtituzione,

„ Permettono ſimilmente, che i medeſimi Regolari, a' quali è ſtata conceſſa la nuova facoltà d'inſtituire, poſſino confermare le Confraternite antiche, ed inſtituire di novo, ancorche non ſia tutta quella diſtanza de' luoghi, ove ſono, o ſaranno tali Confraternite; che viene preſcritta da' Brevi Apoſtolici, mentre per oltre tutti gli altri requiſiti, concorra anche a queſto il conſenſo dell'Ordinario del luogo, che ſi doverà eſibire in ſcritto, prima che ſi diſpenſi ſopra tale diſtanza, e non altrimenti.

„ Permettono ancora, che ritrovandoſi diverſe Confraternite di ſecolari antiche, erette canonicamente, come ſopra, in Chieſe Regolari Collegiate di dodici Religioſi almeno, ſi poſſino confermare, ſervata però in tutto il reſto la forma data dalla medeſima Conſtituzione, e parimente, che eſſendo in una Città, o Terra più di una Confraternità antica dell'iſteſſo nome, ed inſtituto, eretta canonicamente da' Superiori Regolari, ſi poſſino confermare ſecondo la ſudetta forma, ma nell'iſtituire nuova Confraternita, vogliono le S. Signorie Illuſtriſſime, che una ſola ſi poſſi fare in qualunque Città, Terra, o luogo, eccettuando però la Compagnia del Santiſſimo Sacramento, quale concedono, anzi deſiderano in ogni Chieſa Parochiale, non oſtante che vi ſi trovi eretta qualſivoglia altra Confraternità.

„ E perchè molti dubitano ſopra l'Indulgenze conceſſe ultimamente alle perſone Religioſe, con rivocazione delle antiche, ſe venghino revocate anche l'Indulgenze conceſſe alle loro Chieſe, ed a quei, che le viſitano, ancorche la Conſtituzione comprenda chiaramente ſolo le perſone regolari, ſenza eſtenderſi alle Chieſe loro, tuttavia la Congregazione per levare ogni dubio, dichiara, che l'Indulgenze conceſſe a quelli, che viſitano le Chieſe de' Regolari, ſtanno nelle loro forze, e vigore ſinche la Santità Sua farà altra deliberazione, e però ſi poſſono laſciar publicare, quando non oſti altra coſa. Tutto queſto è parſo alla Congregazione di ſcrivere a V. S., acciò nell'occorrenze di coteſta Chieſa ſappia, che paſſa in queſto particolare, e lo faccia ſapere a i Veſcovi della ſua Provincia, ed io prego a V. S. ogni vero bene.

„ Di Roma alli 7 Settembre 1607.

„ Di V. S. per ſervirla.

„ P. Card. Arrigone.

„ All'Arciveſcovo di Bologna.

III. Notandum quod ex mox laudata Declaratione variæ difficultates quæ Confraternitatum inſtitutionem ſpectant, ſolvi poſſunt. Ceteras ex Concilio Tridentino Seſs.XXII Cap.VIII, & IX diſſolvit *Paſſerinus* de Statibus Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.X Num.1010 &c. Adeas etiam *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tom.IV Tract.VIII. De Confraternitate SS. Roſarii dicetur poſtea.

QUÆ-

QUÆSTIO II.

De Confraternitatum bonis.

SUMMARIUM.

I. QUid hac de re ſancitum ab Eugenio IV.
II. A Sixto V.
III. A Julio III:
IV. A S. Pio V:
V. A Sixto V:
VI. A Benedicto XIII:
VII. Et a jure Communi.

I. DE Bonis Societatum quædam ſancita ſunt hic exhibenda. Bona Societatis S. Mariæ Laudum, & S. Petri Martyris, apud Fratres Prædicatores Florentin. conſtitutæ, tributis ſolvendis obnoxia non eſſe, & ab iiſdem Fratribus eſſe adminiſtranda, decernit *Eugenius IV Conſt.CCXVII* == Ad ea per quæ == *Tom.III pag.*131.

Ejuſdem Societatis bona in commodum Fratrum cedere debere, declarat *Eugenius IV Conſt.CCLXXVII* == Sacræ Religionis == *Tom. III pag.*183 dicens:
,, Cum itaque, ſicut pro parte dilecti filii Jacobi de
,, Regno Ordinis prædicti ac Theologiæ profeſſo-
,, ris, in Romana Curia totius Ordinis præfati Pro-
,, curatoris, Nobis, nuper exhibita, petitio conti-
,, nebat, perſonis de Societate S. Petri Martyris nun-
,, cupata, in certo loco ipſius domus pro nonnullis
,, devotis, ac piis exercendis operibus interdum con-
,, gregari ſolitis, quod de cetero congregationem
,, facere non audeant, neque præſumant, per dile-
,, ctos filios Communitatem Florentia. inhibitum, ac
,, prohibitum fuit, ac propterea dubitetur, quod
,, bona ſub gubernatione dictæ ſocietatis, & admini-
,, ſtratione, ac ad commodum, & utilitatem domus
,, prædictæ, ejuſque pro tempore Prioris, & Fra-
,, trum pia fidelium largitione, & ut exinde Anni-
,, verſaria, & alia divina officia pro animabus fide-
,, lium eorundem in Eccleſia præfatæ domus, ſub cer-
,, tis modis, & formis celebrentur, hactenus relicta,
,, & per nonnullos de dicta ſocietate Capitaneos nun-
,, cupatos ad id pro tempore electos, ſeu deputatos
,, teneri, ac certo modo gubernari, diſtribui, &
,, erogari ſolita, ac alia ſimiliter de cetero relinquen-
,, da minus ſolicite gubernari, & miniſtrari debeant;
,, Nos, ſuper hoc indemnitati veſtræ, ac præfatæ
,, domus providere volentes, præfati Procuratoris
,, in hac parte ſupplicationibus inclinati, Priori pro
,, tempore exiſtenti præfatæ domus, ac duobus ex
,, Fratribus dicti Ordinis in ea pro tempore degenti-
,, tibus, necnon, & duobus ex bonis viris de ſocie-
,, tate prædicta pro tempore exiſtentibus, quos ad id
,, Prior, & Fratres in domo pro tempore degentes
,, prædicti tunc capitulariter congregati duxerint pro
,, tempore eligendos, omnia, & ſingula ſub guber-
,, natione, & regimine perſonarum de ſocietate hujuſ-
,, modi, ut præmittitur, hactenus relicta, & in po-
,, ſterum relinquenda jura introitus pagæ, ac bona
,, mobilia, & immobilia, eorumque pro tempore
,, fructus, redditus, & proventus petendi, exigen-
,, di, recipiendi, habendi, tenendi, & alias juxta
,, voluntates, & ordinationes fidelium illa relinquen-
,, tium prædictorum gubernandi, miniſtrandi, di-
,, ſtribuendi, erogandi, convertendi, & exponen-
,, di, ac illorum ratione, quæcunque, & qualitercun-
,, que ſalubria, utilia, & rationabilia, quoties etiam
,, expedire videbitur, ſtatuta, & ordinationes eden-
,, di, & condendi, ac condita, & edita, corrigendi,
,, mutandi, augendi, minuendi, tollendi, aliaque
,, in præmiſſis, & circa ea, prout, & quemadmodum
,, perſonæ, & Capitanei pro tempore de Societate
,, hujuſmodi ex conſuetudine, ſeu alias, poterant,
,, vel debebant, faciendi, & exequendi, ita quod ſta-
,, tuta, & ordinationes hujuſmodi inviolabiliter obſer-
,, ventur, & obſervari debeant, ac etiam vobis, necnon
,, Priori, & Fratribus in domo pro tempore degen-
,, tibus ſupradictis quoad electiones faciendas hujuſ-
,, modi, plenam, & liberam, auctoritate Apoſtoli-
,, ca, tenore præſentium, facultatem concedimus,
,, & etiam poteſtatem. Non obſtantibus præmiſſis,
,, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtoli-
,, cis, necnon præfati Ordinis, juramento, confir-
,, matione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia
,, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque
,, contrariis quibuſcunque.

II. De eadem Societate vide Sixti V Conſt.XXXIV. == Rationi congruit == *Tom.VII pag.*208.

III. Huc ſpectat *Julii III Conſt.XIII* == Cum Nos == *Tom.V pag.*15.

IV. Ne Laici adminiſtrent ærarium Confraternitatis Caſtri de Sangro, & ut Fratres adminiſtrationem illam ſuſcipiant, decernit *S. Pius V Conſtitut.XLVII* == Ex debito == *Tom.V pag* 177.

V. Bona Confraternitatis Scholarium a Fratribus adminiſtranda eſſe, decernit *Sixtus V Conſt.I* == Rationi congruit == *Tom.V pag.*435.

VI. Benedictus XIII Conſt.XXXVII == Cum Nos == *Tom.VI pag.*572 ſupprimit Congregationem Adminiſtratorum Confraternitatis SS. Roſarii Civitatis Cæſenaten., & Eccleſiæ Conventus Ordinis Prædicatorum ejuſdem Civitatis applicat ejuſdem Congregationis bona mobilia, & ornamenta Sacra.

De Anconitana Confraternitate, Benedictus XIII Conſt.LVIII == Quanta == *Tom.VI pag.*594.

De Lucien. Confraternitate, Benedictus XIII Conſt.LIX == In Supremo == *Tom.VI pag.*596.

Idem Benedictus XIII Conſtit. == Pretioſus == *Tom.VI pag.*617 *§.XIII, XIV, & XV*, varia præſcripſit circa bona Confraternitatum. Sed præ oculis habeas oportet quod hæc Conſtitutio reducta fuit ad jus commune.

VII. Quid porro jure communi ſancitum ſit circa Confraternitatum bona, habes ex S. Tridentina Synodo Seſs.XXII Cap.VIII, & IX. De his *Paſſerinus* de Statibus Tom.III Quæſt.CLXXXIX Art.X Numero 1010 &c. Adeas *Donatum* De Rerum Regularium Praxi Tomo IV Tractatu VIII.

QUÆSTIO III.

De piaculari Confratrum Confeſſione.

SUMMARIUM.

I. QUædam hac de re ſancita a Caliſto III:
II. A Pio II, & a Leone X:
III. Ab Innocentio VIII:
IV. A Pio IV, & a Leone X:
V. A Paulo III:
VI. Aliiſque Summis Pontificibus, quos laudat Benedictus XIII.
VII. Huc ſpectant quædam alia Decreta, quæ præ oculis habenda:
VIII. Ut, quid impræſentiarum tenendum ſit, dignoſcatur.

De

I. DE peculiari Confratrum Confeſſione quædam præſcripta ſequentibus Conſtitutionibus. De *Taruſconenſi* Confraternitate SS. Roſarii legenda *Calixti III Conſt. XX* = Generis tui = *Tom. III pag. 355.*

II. De Confraternitatibus autem ejuſdem Roſarii a Fidei Præconibus, ſeu Miſſionariis in Oriente conſtituendis conſulenda *Pii II Conſt. LXVII* = Dum levamus = *Tom. III pag. 432.* De Confratribus *Andegavenſis* Societatis Roſarii loquitur *Leo X Conſt. XXI* = Ad ſacram = *Tom. IV pag. 308.*

III. Anno MCCCCLXXXIV *Innocentius VIII* omnibus utriuſque ſexus Confratribus SS. Roſarii indulſit, ut „ unum ſibi poſſint eligere Confeſſorem, qui eis Plenariam Indulgentiam ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo concedat omnium delictorum „. Conſulenda *Leonis X Conſt. CXV* = Paſtoris æterni = *Tom. IV pag. 394 Num. 9.*

IV. De Placentina Confraternitate SS. Roſarii legenda *Pii IV Conſtit. XXXIX* = Unigeniti filii = *Tom. V pag. 93.* De Confratribus, & Consororibus Societatis Sanctiſſimi Roſarii loquens *Leo X Conſt. CXV* = Paſtoris æterni = *Tom. IV pag. 393*: „ Quod omnes, inquit, prædicti eorum, & ſinguli in Paſcha Reſurrectionis, & Feſtivitatibus prædictis, ac tribus diebus ſingulis feſtivitatum earundem præcedentibus cuicunque Presbytero Domus Ordinis Prædicatorum Fratrum Profeſſorum, per eorum ſingulos pro tempore eligendo, peccata ſua confiteri valeant, ipſeque Presbyter eorum confeſſionibus diligenter auditis ipſos, & eorum ſingulos, ab omnibus, & ſingulis excommunicationibus, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, & promulgatis, necnon ſacrilegiis, inceſtibus, adulteriis, pœnitentiarum injunctarum, & divinorum officiorum, & jejuniorum omiſſionibus, aliiſque eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, delictis, etiam quantumcunque gravibus, & enormibus, in ſingulis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, contentis in Bulla ſingulis annis in die Cœnæ Domini legi conſueta duntaxat exceptis, abſolvere, & eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac juramenta quæcunque ſine alicujus præjudicio relaxare, & vota quæcunque, ultramarinis, viſitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli præfatorum, ac Sancti Jacobi in Compoſtella, necnon Religionis, & Caſtitatis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare libere poſſit, Ordinarii, & Archidiaconi loci, ac Rectorum Parochialium, & cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

V. De Confratribus Societatis Sanctiſſimi Sacramenti loquens *Paulus III Conſt. LIV* = Dominus noſter = *Tom. IV pag. 584*: „ Eiſdem, inquit, utriuſque ſexus Confratribus, & eorum ſingulis, ut quemcunque Presbyterum ſecularem, vel cujuſvis Ordinis regularem, etiam in mortis articulo, etiamſi mors tunc non ſubſequatur, in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui eorum Confeſſionibus diligenter auditis, eos, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcunque gravibus, & enormibus per eos, & eorum ſingulos pro tempore perpetratis, etiam Sedi Apoſtolicæ, & locorum Ordinariis reſervatis, præterquam a contentis in literis in die Cœnæ Domini legi ſolitis, ter in vita abſolvere, & eis pœnitentiam ſalutarem injungere.

VI. Ceteras Deceſſorum ſuorum Conſtitutiones, quæ hanc materiam ſpectant, laudat Benedictus XIII Conſt. LXXIX = Pretioſus = *Tom. VI pag. 616 §. 4, & pag. 620 §. 26, & 27.*

VII. Huc etiam ſpectant Conſtitutiones, & Decreta, de quibus dictum fuit *Titulo VII*, de Sacramentorum adminiſtratione, quæ præ oculis habenda.

VIII. Notandum ſiquidem, quod quædam ex his Apoſtolicis Decretis referens *Paſſerinus* de Statibus Quæſt. CLXXXIX Art. I concludit his verbis Numero 483: „ Inde eſt, quod neque Confratres Confraternitatum erectarum in Eccleſiis Regularium, vel in quacunque alia Eccleſia in certis ſolemnitatibus abſolvi poſſunt per ſimplices Confeſſarios a caſibus Ordinario reſervatis, nam hoc prohibitum fuit per Clementem VIII in ſua Conſtitutione CXV §. 9, & in Decreto recenſito ſupra Num. 373, & 374. Unde modo Regulares, nec Confratres, nec alios, intuitu Solemnitatum, aut Indulgentiarum, ſine licentia ſpeciali abſolvere poſſunt a caſibus Ordinario reſervatis „. Hæc *Paſſerinus*, qui a Numero 598 ad 784 diſſerit ibidem *de Facultate permutandi, & diſpenſandi in votis Secularium.*

QUÆSTIO IV.

De Confraternitate SS. Roſarii.

SUMMARIUM.

Quinque §. abſolvetur hæc Quæſtio.

PRimus: A quo conſtituendæ ſint Confraternitates SS. Roſarii?

II. Ubinam conſtituendæ?

III. De præcipuis Indulgentiis Confraternitati SS. Roſarii conceſſis.

IV. De ſolemni ſupplicatione, ſeu Proceſſione, SS. Roſarii.

V. De Societate Militum SS. Roſarii.

§. I.

A quo conſtituendæ ſint Confraternitates Sanctiſſimi Roſarii?

I. A Generali Magiſtro Prædicatorum Familiæ conſtituendas, liquet ex Conſtitutionibus, Julii III:

II. S. Pii V, aliorumque Summorum Pontificum.

III. De Roſario Seraphico.

IV. De Confraternitatibus conſtituendis in Indiis.

V. De Roſario in honorem SS. Trinitatis adinvento.

VI. De Confraternitatibus in Tunkini, & Sinarum Regnis conſtituendis.

VII. Nova Roſaria interdicta.

VIII. Facultas inſtituendi Societates Roſarii Magiſtro Generali, ipſiuſque Vicario Generali, ceteris excluſis, aſſeritur.

IX. Hinc reſciſſæ Confraternitates ſine Generalis Magiſtri facultate conſtitutæ, una ſcilicet Bituntina:

X. Mediolanenſis altera.

XI. Nec circa hoc aliqua difficultas.

I. SOcietates SS. Roſarii a Generali Magiſtro Prædicatorum Familiæ conſtituendas, ex ſequentibus liquet. *Julius III Conſt. XV* = Sinceræ = *Tom. V pag. 17* Indulgentias & Privilegia Confraternitati Sanctiſſimi Roſarii conceſſa confirmans, inſcribit Diploma:

ma : „ Dilectis filiis utrinſque ſexus Confratribus Confraternitatum Roſarii B.Mariæ Virginis in Domibus Ordinis Prædicatorum, & de ipſius Ordinis Generalis licentia in aliis locis inſtitutarum, vel inſtituendarum.

II. Ne quis, excepto Generali Magiſtro, aliiſque quibus commiſerit vices ſuas, Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarii conſtituere poſſit, decernit *S. Pius V Conſt.LXX Tom.V pag.*214 dicens : „ Inter deſiderabilia cordis noſtri illud intentis deſideriis affectamus, ut ſingulorum Chriſtifidelium, quorum nobis ex commiſſi paſtoralis officii debito, cura imminet generalis, animarum ſalus proveniat, undè pia, & ſalubria fidelium vota ad hoc tendentia, & alias ex quibus divini cultus provenit augmentum, pii patris affectione proſequimur, ac plenis favoribus confovemus, & ut optatum conſequantur effectum, Chriſtifideles ipſos ad illa, indulgentiis, videlicet, & peccatorum remiſſionibus, libenter invitamus. Exhibita ſane Nobis nuper pro parte dilecti filii Magiſtri Provincialis Ordinis Prædicatorum Provinciæ Neapolitanæ, petitio continebat; quod cum dilectus filius Frater Ambroſius Salvius loci de Balneolo, Nuſcan. ſive alterius Diœceſis, ad erigendum Societates Sanctiſſimi Roſarii, in quibuscunque Eccleſiis per Nos, & Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deputatus fuerit, ſi aliis bujuſmodi facultas, præterquam ejuſdem Ordinis Magiſtro Generali interdiceretur, ex hoc profecto diverſis abuſibus, qui in illarum erectione intervenire poſſent, ſatis conſultum foret, quare Nobis pro parte ejuſdem Provincialis fuit ſupplicatum, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, de benignitatè Apoſtolica dignaremur. Nos, qui honeſtis quorumlibet votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, eundem Provincialem à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaquat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, per præſentes ſtatuimus, quod nulli licitum exiſtat, minuſque aliquis Capellam Sanctiſſimi Roſarii in quavis Eccleſia, ſive loco erigere, præter dictum Generalem, aut ab eo deputatos, ac præfatum Ambroſium, minuſque aliquis Confrater, ſeu Vir, ſive Mulier aliquid eidem Confraternitati pro illius ingreſſu, vel alia quavis de cauſa perſolvere, ac ſinguli Confratres ad quaſvis Proceſſiones accedere, etiam in quibus corpora defunctorum ad ſepeliendum deferuntur, cum eorum inſigniis, cujuſvis etiam Superioris licentia deſuper minime requiſita, etiam abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & cenſurarum Eccleſiaſticarum incurſu poſſint, & valeant, ſeu eorum quilibet poſſit, & valeat, diſtrictius inhibentes quibuſvis, ne eoſdem Generalem, ſeu deputandos, & Ambroſium ſuper erectione, & inſtitutione Societatum hujuſmodi, in quibuſcunque Civitatibus, Terris, & locis, factis, & faciendis, neque eoſdem Confratres ſuper exercitio piorum operum, & profectu ad Proceſſiones, ſeu inceſſu cum ſigno eorum, aut dicti ſigni delatione moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, nec debeant, quinimmo Generali, deputatis, & Ambroſio præfatis in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem præbeant. Nos enim omnes præmiſſis contravenientes, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, eis conceſſis privamus, & privatos eſſe, & indignos effici, & quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Poſtremo vero, ut animarum Chriſtifidelium præſertim ex aliqua Societate hujuſmodi erectarum, ſeu per eundem Ambroſium erigendarum exiſtentium, & eandem Societatem ingredi volentium, quieti, & ſpirituali conſolationi ſalubrius conſulatur, & ad illam ubicunque erectam Chriſtifideles ipſi accedentes eo ferventiores, & promptiores reddantur, quo ſe dono cæleſtis gratiæ decoratos ſenſerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, Chriſtifidelibus præfatis de dicta Societate, ut præfertur, inſtituta, vel inſtituenda exiſtentibus, ut omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones tam per Nos, quam quoſcunque alios Romanos Pontifices, & præſertim Leonem Papam X, Prædeceſſores noſtros, conceſſas, conſequantur, & conſequi poſſint, auctoritate, & tenore prædictis miſericorditer in Domino concedimus, & indulgemus, illaſque nonniſi in Eccleſiis, in quibus, ut præfertur, eadem Societas inſtituta, præterquam in caſu ſummæ neceſſitatis, & infirmitatè grandi, ſeu detentione carcerum, in quibus, etiam alio in loco conſequi poſſint, obſervando tamen illa omnia, quæ in dictis Indulgentiis continentur, conſequi poſſe decernimus, omneſque & ſingulas per eundem Ambroſium, ſive Generalem, aut deputandos præfatos auctoritate noſtra, modo tamen ſupradicto, conceſſas, confirmamus, & approbamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Junii MDLXIX, Pontificatus noſtri Anno Quarto „. De aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſeu Decretis, hac de re datis, mox dicetur.

III. De Roſario Seraphico, & id genus ceteris, vide Alexandri VII Conſt.XXXVIII = In ſupremo = *Tom.VI pag.*208.

IV. De Roſarii Confraternitatibus conſtituendis in Indiis vide Innocentii XII Conſt.II = Exponi = *Tom.VI pag.*396.

V. Clemens XI Conſt.XXXIX = In ſupremo = *Tom.VI pag.*477 proſcribit Roſarium in honorem SS. Trinitatis adinventum,

VI. De Confraternitatibus SS. Roſarii conſtituendis in Tunkini & Sinarum Regnis vide Clementis XI Conſt.XLVIII, & XLIX = Exponi Nobis = *Tom.VI pag.*492, & 493.

VII. Nova Roſaria interdicuntur Benedicti XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tom.VI pag.616 §.VI. Huc etiam ſpectat S.Congregationis Decretum, quod habetur *Tom.VI pag.*600.

VIII. Solius Magiſtri Ordinis, aut Vicarii Generalis facultas privativa inſtituendi Societates Roſarii aſſeritur à Benedicto XIII ibid. §.VIII, & hoc antiquo juri apprime congruit: Sixtus enim V Conſt.VIII = Dum ineffabilia = *Tom.V pag.*445 non ſolum Generali Magiſtro, ſed etiam Vicario Generali prædictam facultatem aſſeruit.

IX. Hinc anno 1645 die 21 Novembris Confraternitas quædam Sanctiſſimi Roſarii in Civitate Bituntina ſine Generalis Magiſtri facultate conſtituta reſciſſa fuit: uti videre eſt *Tom.VII pag.*304.

X. Anno

Digitized by Google

X. Anno vero 1661 die 9 Aprilis: „ Juribus, hinc „ inde deductis, mature diſcuſſis, Sacra Rituum „ Congregatio, ad relationem Eminentiſſimi Card. „ Aſtallii cenſuit, Confraternitatem SS. Roſarii, au- „ ctoritate ordinaria erectam in Collegiata S. Lau- „ rentii Majoris Mediolanen. omnino erigi debere „ a Generali Ordinis Prædicatorum „. Vide Tom. VII pag. 315. Huc ſpectat inſtrumentum, quod ibidem legitur pag. 318.

XI. Notandum, quod circa præſentem materiam, quam tractamus nulla prorſus difficultas eſt. Adeas *Paſſerinum* de Indulgentiis Quæſt. CIII Num. 819 &c. ac *Donatum* de Rerum Regularium Praxi Tomo IV Tract. VIII Quæſt. X &c. Videas etiam, quæ mox dicentur.

§. II.

Ubinam conſtituendæ Confraternitates Sanctiſſimi Roſarii?

I. Ubique Terrarum, a Generali Magiſtro Fratrum Prædicatorum, conſtitui poſſe, decrevit Sixtus V.

II. Hinc emendandus Auctor Lucubrationum Eccleſiaſticarum.

III. Confraternitas SS. Roſarii, dum canonice conſtituitur, nulla indiget Indulgentiarum communicatione.

IV. Formam qua conſtituitur approbavit Paulus V.

V. Illa Confraternitas, ipſo jure, e quacunque Eccleſia transfertur ad Ordinis Fratrum Prædicatorum Eccleſiam.

VI. Quæ diſtantia requiratur, ut eadem Confraternitas inſtitui poſſit?

VII. Feſtum SS. Roſarii quotannis celebrandum Dominica prima Octobris.

VIII. Quæ Miſſa Roſarii propria ſit Fratribus Ordinis Prædicatorum?

I. Quod Generalis Magiſter, & Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum, ubique terrarum, non ſolum in Eccleſiis ejuſdem familiæ, ſed etiam „ in aliorum Ordinum Monaſteriorum, „ ſeu Domorum Eccleſiis, Capellis, & Oratoriis, & „ etiam in ſecularibus Eccleſiis „ Confraternitatem SS. Roſarii conſtituere poſſint, liquet ex variis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, & Congregationum Decretis mox laudatis, ac deinde laudandis. Hic audiendus Sixtus V Conſt. VIII, data 30 Januarii 1586 = Dum ineffabilia = Tom. V pag. 445: „ Ut „ omnibus, inquit, & ſingulis dicti Ordinis Fratri- „ bus per Magiſtrum, & Vicarium Generalem dicti „ Ordinis Prædicatorum, & eorum quemlibet, pro „ tempore deputandis, in quibuſvis Civitatibus, op- „ pidis, terris, & locis ubicunque exiſten., ut in „ eorundem Prædicatorum, vel aliorum Ordinum „ Monaſteriorum, ſeu Domorum Eccleſiis, Capel- „ lis, & Oratoriis, & etiam in ſecularibus Eccle- „ ſiis, in quibus nullæ Confraternitates ejuſdem „ Sanctiſſimi Roſarii erectæ exiſtunt, de Superio- „ rum, & Ordinariorum licentia, Confraternitates „ ejuſdem Sanctiſſimi Roſarii, ad Dei, & ejuſ- „ dem Beatæ Virginis laudem, & gloriam, erigere, „ & inſtituere, libere, & licite poſſint, & valeant, „ plenam, & liberam licentiam, & facultatem, di- „ cta Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, „ concedimus: ac, poſtquam erectæ fuerint, ut „ omnibus, & ſingulis privilegiis, Indultis, facul- „ tatibus, exemptionibus, immunitatibus, conceſ- „ ſionibus, Indulgentiis, etiam Plenariis, & pec- „ catorum remiſſionibus, ac relaxationibus, & gra- „ tiis, quibuſvis aliis ejuſdem Roſarii Confraterni- „ tatibus, earumque Confratribus, ac Sororibus, „ per prædictos, & quoſcunque alios Romanos Pon- „ tifices, etiam Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, „ & Sedem prædictam, ejuſque Nuncios, & etiam „ de Latere Legatos, hactenus quomodolibet con- „ ceſſis, ac concedendis, & quibus Confraternitates „ hujuſmodi, earumque Confratres, & Sorores, „ utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, „ & gaudere, poterunt quomodolibet in futurum, „ pariformiter, & æque principaliter, in omnibus, „ & per omnia, ac perinde ac ſi illis ſpecialiter, ac „ expreſſe, ac nominatim, conceſſa fuiſſent, uti, „ potiri, & gaudere, libere, & licite poſſint, pari- „ ter concedimus, & indulgemus: ac privilegia, „ indulta, facultates, exemptiones, immunitates, „ conceſſiones, Indulgentias, etiam Plenarias, ut „ præfertur, conceſſas, & conceſſa, ad ipſas Con- „ fraternitates erigendas, illarumque Confratres, & „ Sorores pro tempore exiſten., perpetuo extendi- „ mus, & ampliamus.

II. Notandum Primo, quod ex hac Sixtina Conſtitutione, & id genus ceteris, liquet, quantum aberraverit Præſul ceteroquin eruditus *Antonius Ricciullus* Archiepiſcopus Conſentinus, qui in Lucubrationibus Eccleſiaſticis Libro IV Cap XIX loquens de Indulgentiis, & gratiis Spiritualibus Confraternitatum „ Indulgentiæ, inquit, conceſſæ Patribus Ordinis „ S. Dominici pro Societate SSmi Roſarii locum ha- „ bent tantum in Societatibus erectis in Eccleſiis ejuſ- „ dem Ordinis, non autem extra eas „. Fallitur certe vir Clariſſimus, ut ex verbis Sixti V videre eſt. Nec eidem Summo Pontifici refragatur S. Congregatio. *Ita Reſpondit*, inquit Ricciullus, *Sacra Congregatio Epiſcoporum 13. Maii 1633 Epiſcopo Spoletano*. Quæ Ricciulli verba referens *Paſſerinus* de Indulgentiis Quæſt. CIII Num. 821 hæc habet. „ Ut autem appareat „ quantum hæc ſint aliena a veritate, primo refertur „ Decretum S. Congregationis Epiſcoporum, & Re- „ gularium, datum die 13 Maii 1603, & contentum „ in epiſtola directa Vicario Epiſcopi Spoletani, & „ habetur in Regiſtro dicti anni 1603 fol. 53, & cujus „ tranſumptum authenticum habeo mihi benigne con- „ ceſſum ab Illuſtriſſimo Domino C. de Vecchiis Ar- „ chiep. Athen. & dictæ S. Congregationis Secreta- „ rio: & eſt infraſcripti tenoris = Camerino = Al „ Vicario Generale di Spoleto. Altre volte d'ordine „ della Sacra Congregatione, il Veſcovo de Coma- „ chio allora Governatore di Camerino s'interpoſe „ per accordare, come accordò alcune differenze, „ che erano tra la Compagnia del Roſario di Roſſi- „ gliano Diœceſi di Camerino, due Cittadini, & il „ Piovano di quel luogo, & eſſendoſi ſtabilito con- „ cordevolmente il tutto per inſtromento publico, il „ medemo Piovano, e la Compagnia hanno fatto „ ſapere à queſti miei Illuſtriſſimi Signori, che men- „ tre ſi ſtava per metter l'accordo in eſſecutione, li „ due Cittadini hanno a queſti giorni fatto fare eletio- „ ne di nuovi officiali con l'intervento del Priore de' „ Frati di S. Domenico di quel luogo, e di 27 Con- „ fratri ſolamente di cento, ò ducento che ſono in „ tutti, ſenza oſſervare il ſudetto accordo ſtabilito „ dal Veſcovo di Comacchio: & eſſendo diſpiaciuto „ alle Signorie loro illuſtriſſime queſta novità, han-

„ no

Digitized by Google

„ no riſoluto di commettere a voi queſto negotio, „ ordinandoviſi con queſta, che quanto prima andia„ te a Roſſigliano, e convochiate la Compagnia tutta, „ ò il maggior numero di Confrati, che potrete, e „ conſtandovi, che l'eletione degli Officiali ſia fatta „ nel ſudetto modo, ò in altro diverſo da quel, che „ ſi doveva per la concordia ſeguita, la rivocarete „ totalmente per ordine eſpreſſo della Sacra Congre„ gatione, e farete fare nova eletione, che ſia legi„ tima, e conforme alla ſudetta conventione. E quan„ to al Priore di San Domenico le Signorie loro Illu„ ſtriſſime hanno riſoluto, e con queſto dichiarano „ nel preſente caſo, che le facoltà conceſſe alli Frati „ di S. Domenico nelle Compagnie del Roſario non „ ſi eſtendono a quelle Compagnie che ſono fuori del„ le loro Chieſe, e perciò non permetterete che il „ Priore, ne altri de' Frati intervenghi all'Eletione, „ ne v'eſſerciti qual ſi ſia altra autorità, non oſtante „ qualſivoglia ordine del ſuo Generale, è con que„ ſta vi ſi da ſopra tutte queſte coſe piena facoltà, „ procurando ch'il tutto s'eſeguiſca quietamente d'ac„ cordo, ſe ſarà poſſibile, altrimente coi debiti „ mezzi della giuſtitia. Roma 13 Maggio 1603 Reg. „ pag.53 „. Hoc Decretum referens *Paſſerinus* notat, quod in ipſo ne minimum quidem verbum habetur vel de Indulgentiis Roſarii, vel de facultate prædictam Confraternitatem erigendi, ſed loquitur duntaxat de electione Officialium Confraternitatum erectarum in aliorum Eccleſiis, & „ Sacra Congregatio ſe reſtrin„ git ad Caſum in ea controverſum „ ut liquet ex Decreti verbis: „ Dichiarano nel preſente caſo: „ Hinc Paſſerinus: „ Declaratio igitur iſta limitata eſt ad præ„ ſentem caſum, ſcilicet ad jus præſidendi, & aſſi„ ſtendi electionibus Officialium in Eccleſiis ab Ordi„ ne extraneis, in quibus reperitur Confraternitas „ Roſarii..... Circa quæ nec Ordo Prædicatorum „ ſe extra Domum ſuam ingerit; &, ubi oriantur „ Controverſiæ, Confratres remittit ad ſuos Judices „ Ordinarios. „ Addit tamen quod Generalis Magiſter Ordinis Prædicatorum „ habet facultatem in „ eiſdem (extraneorum) Eccleſiis, & Confraterni„ tatibus deputandi Sacerdotem, qui Confratres reci„ piat, & deſcribat. „ Id liquet ex S. Pii V Conſtitut. LXXIX, data 17 Septembris 1569 = Conſueverunt = Tom.V pag.223. Subdit tandem: „ Quan„ tum vero ad Indulgentias a veritate prorſus aliena „ eſse, quæ habet Ricciullus, nulli non eſt manife„ ſtum. Et quidem primo falſo allegatur Decretum „ S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, „ cum in illo nec verbum habeatur de Indulgentiis. „ Quod ſi dixerint, extare aliud Decretum, illud „ aſſerant in authentica forma, nam alias non ſe„ mel, ſed pluries, ego diligentiſſime legi Regeſta „ S. Congregationis, & tam illud quod dicitur Re„ gularium, quam illud quod dicitur Epiſcoporum, „ & vidi omnia determinata ab eadem S. Congre„ gatione die illa 13 Maii 1603, & nullum aliud De„ cretum inveni directum vel Epiſcopo, vel Vicario „ Spoletano, in quo ſit ſermo de Confraternitate Ro„ ſarii præter illud ſupra recenſitum.

III. Notandum Secundo, quod SS. Roſarii Confraternitates, dum Canonice inſtituuntur, nulla prorſus indigent Indulgentiarum communicatione; ſed ipſo jure, vigore Privilegiorum Apoſtolicorum Indulgentias naneiſcuntur, ut ex Pauli V Conſt.XLII, data 20 Septembris 1608 = Cum olim = Tom.V pag.669 videre eſt; & qualibet ex illis Confraternitatibus „ pariformiter, & æque principaliter, in „ omnibus, & per omnia, ac perinde, ac ſi illi ſpecia„ liter, ac expreſſe, ac nominatim conceſſa fuiſsent, „ uti, potiri, & gaudere, libere, & licite „ poteſt omnibus Privilegiis, Indulgentiis &c. quæ ceteris Confraternitatibus SS. Roſarii conceſsa ſunt. *Sixtus V* in Conſtitutione = Dum ineffabilia = mox laudata.

IV. Notandum Tertio, quod in SS. Roſarii Confraternitatibus Conſtituendis Generalis Magiſter, & Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum utuntur peculiari quadam forma, quam Summus Pontifex Paulus V probavit: uti videre eſt *Tomo V pag.669.*

V. Notandum Quarto, quod Confraternitas SS. Roſarii, ipſo jure, e quacunque Eccleſia transfertur ad Ordinis Fratrum Prædicatorum Eccleſiam. Gregorius XIII Conſt. LXI = Dudum = Tom.V pag.335. Huc etiam ſpectat Pauli III Conſtitut. LVIII = Eaponi Nobis = Tom.IV pag.591.

VI. Notandum Quinto, quod ex Declaratione S. Congregationis Indulgentiis præpoſitæ data 7. Septembris 1607, quæ legitur Tomo VII pag.250, & a Benedicto XIII laudatur in Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tom.VI pag.617 §. 9, pro erigendis novis SS. Roſarii, aliiſque Societatibus, non requiritur diſtantia illa, quæ per antiquiores Apoſtolicas ordinationes ſancita fuerat: dummodo cetera ſerventur requiſita. Illud autem in primis requiritur pro novis Roſarii Confraternitatibus conſtituendis, ut unam duntaxat in unaquaque Civitate, Terra, vel pago reperire ſit. *Ex mox laudata Declaratione.*

VII. Notandum Sexto, quod Feſtum SS. Roſarii, quotannis Dominica prima Octobris, in Eccleſiis ubi erecta reperiuntur Altaria, ſeu Capellæ in honorem Roſarii, ſub ritu Duplici majori celebrandum decreverat Gregorius XIII, uti videre eſt Tomo VI pag.188: Clemens autem XI Conſtit.LXVI = Cum alias = Tomo VI pag.508, illud idem feſtum „ ac „ officium proprium ſub ritu Duplici majori, necnon „ Miſſam Roſarii die illius feſto, nempe Dominica „ prima Octobris, ab univerſis Chriſtifidelibus, qui „ ad horas Canonicas tenentur ſingulis annis recitari „ & reſpective celebrari, ac in Breviario, & Miſſali „ Romano apponi mandavit die tertia Octobris 1716. Lectiones, & orationes proprias habes in Decreto Sac. Congregationis, ſeu Benedicti XIII Conſtit.XVI = Cum Albigenſium = Tom.VI pag.551.

VIII. Notandum Septimo, quod præter Miſſam propriam, de qua mox dictum fuit, alia eſt quam pro Fratribus duntaxat Ordinis Prædicatorum approbavit S. Rituum Congregatio, uti liquet ex ipſius Decreto, ſeu Gregorii XV Conſtit.XXIII, data 25 Junii 1622 = Miſſam = Tom.VII pag.265. Hæc Miſſa votiva incipit his verbis = Salve radix Sancta = Ipſius meminit Benedictus XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tomo VI pag.616 §.7. Pro eadem Miſſa peculiarem Indulgentiam conceſſit Clemens X Conſtitut. XVIII, data 16 Februarii 1671 = Cæleſtium = Tom.VI pag.272.

De eadem Miſſa conſulendæ Gregorii XV Conſtitutio XXV = In caſu = Tom.VII pag.454: Urbani VIII Conſtitut.CLX = Confratres = Tomo VII pag.456.

§. III.

De præcipuis Indulgentiis Confraternitati SS. Roſarii conceſſis.

I. IPſas exhibet *Summarium* quod habetur in Conſtitutione Innocentii XI.

II. Indulgentia inſuper conceſſa fuit recitantibus Roſarium hora ſibi aſſignata.

III. Et pro XV Sabbatis.

IV. Alias conceſſit Benedictus XIII.

V. Et in primis Indulgentiam pro ſeptem diebus Feſtum Roſarii ſubſequentibus.

VI. Quid de hac, & ceteris id genus Indulgentiis cenſendum.

I. PRæcipuas Indulgentias Confraternitati SS. Roſarii conceſſas exhibet earundem Indulgentiarum *Summarium* quod legitur in Venerabilis Servi Dei Innocentii XI Conſtitut.IX = Nuper = Tom.VI pag.344, ad pag.351.

II. Præter illas Indulgentias Plenaria conceſſa eſt recitantibus Roſarium hora ſibi aſſignata: uti videre eſt ex ejuſdem Innocentii XI Conſtitut.XXII = *Ad augendam* = Tom.VI pag.366: & ex aliis ibidem *Annotatione III* laudatis. Hæc enim Bulla quolibet Septennio renovatur.

III. In Toloſana etiam Provincia Indulgentiam, quolibet Septennio renovandam, habent pro XV Sabbatis. Ex Alexandri VIII Conſt.VII = *Cum, ſicut* = Tom.VI pag.394.

IV. Benedictus autem XIII,, audito voto S.Con-
,, gregationis, Indnlgentiis, Sacriſque Reliquiis præ-
,, poſitæ, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus
,, Roſarium, vel ſaltem tertiam partem ejuſdem de-
,, vote recitantibus, pro qualibet oratione Dominica,
,, & pro qualibet Salutatione Angelica, Indulgen-
,, tiam centum dierum conceſſit. Recitantibus vero
,, quotidie per integrum annum idem Roſarium, vel
,, pariter ſaltem ejus tertiam partem, ſi confeſſi, ac
,, Sacra Communione refecti fuerint, & pro Chri-
,, ſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpa-
,, tione, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione oraverint, ſe-
,, mel in anno, die ab unoquoque eligenda, inſuper
,, conceſſit Indulgentiam Plenariam, etiam cum fa-
,, cultate applicandi Defunctis. Declaravit tamen
,, Sanctitas Sua, ut ad effectum lucrandi prædictas
,, Indulgentias requiratur, ut Roſarium fuerit de
,, more benedictum a Fratribus Ordinis Prædicato-
,, rum,,. Sic habetur in Benedicti XIII Conſtit.LII = *Sanctiſſimus* = Tomo VI pag.586. Conſulenda ejuſdem Benedicti Conſtitutio LXIII = *Cum Sacra* = Tom.VI pag.600. Vide inſuper aliam ejuſdem Benedicti Conſtitutionem Tom.VI pag.616 Num.3 §.4: & Conſt.CXLII Tom.VII pag.507.

V. Hæc ultima Conſtitutio data fuit a Benedicto XIII pro Romano Conventu S. Clementis. Indulgentiam transfert a prima ad ſecundam Dominicam Octobris: & meminit Indulgentiæ conceſſæ non ſolum pro die feſto SS. Roſarii, ſed etiam *pro ſeptem diebus immediate ſubſequentibus* eundem diem feſtum.

VI. Indulgentiam pro ſeptem diebus iſtis jampridem conceſſerat idem Benedictus XIII Conſtitutione = Pretioſus = cujus hæc verba Tom.VI pag.616 §.5:
,, Ut tamen devotio, Deo, ac B. Mariæ Virgini, adeo
,, accepta, ac populis ſalutaris in dies augeatur, de
,, Apoſtolica benignitate indulgemus, quatenus in
,, perpetuum viſitantes infra Octavam, vel in ipſa
,, Octava Feſti Roſarii Capellam, in qua erecta ſit So-
,, cietas ejuſdem Roſarii, die per eoſdem eligenda, In-
,, dulgentiam Plenariam conſequantur, ſi confeſſi, ac
,, Sacra Euchariſtia refecti, pias de more Eccleſiæ ad
,, Deum preces effuderint &c,,. Verum cum hæc Conſtitutio = Pretioſus = ad terminos juris reducta fuerit, uti ſæpius dictum eſt, a nonnullis ſubinde quæſitum fuit, nec ſemel, quid de id genus Indulgentiis cenſendum foret? Qua de re audiendus Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Secretarius Congregationis Indulgentiarum, qui Dubia varia proponens eidem Sacræ Congregationi, Feria ſexta XXX Aprilis 1734 in Palatio Apoſtolico Quirinali habendæ, ſic Eminentiſſimos Patres, ac Reverendiſſimos Conſultores, alloquitur in ſcripto, Romæ 1734 impreſſo, typis Philippi Zenobii, Typographi Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis XII = *Sane quod ſpectat ad expreſſam revocationem laudatæ Conſtitutionis* (a Benedicto XIII conceſſæ Ordini Minorum, & a Clemente XII ſimul cum aliis revocatæ) *ſimilis inſtantia fuit in hac Sacra Congregatione propoſita ſub die XXI. Januarii proxime præteriti anni, ſupplicantibus Canonicis Regularibus Sancti Salvatoris; reſolvi = An per moderationem, ſeu revocationem expreſſam Bullæ incipien. = In Sede = favore ipſorum a Benedicto XIII editam, Indulgentiæ ipſis conceſſæ, necnon Privilegium Altaris intelligeretur revocatum = cui Dubio reſponſum fuit ab Eminentiſſimis Patribus = Negative = ex quo in narrativa Bullæ Sanctiſſimi D. N.* (Clementis XII) *ad amovendam litium occaſionem ad terminos juris communis Benedicti Conſtitutiones reduci, aſſeratur, ac proinde ſolum privilegia contentioſa, ac juriſdictionem Ordinariorum impedientia, videantur revocari*: Quæ ſane verba, quibus Illuſtriſſimus Dominus Secretarius mentem Sacræ Congregationis declarat, apprime notanda ſunt, ut id genus Dubia ſolvi poſſint.

§. IV.

De Solemni Supplicatione, ſeu Proceſſione Sanctiſſimi Roſarii.

I. PIus IV, S. Pius V, Gregorius XIII, & Paulus V varias Indulgentias conceſſerunt pro Solemnibus SS. Roſarii ſupplicationibus habendis.

II. Hinc earundem ſupplicationum uſus antiquus comprobatur: ac ex aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus antiquior evincitur.

III. Nec poteſt Epiſcopus prohibere, quominus Fratres Prædicatores habeant ſupplicationem, ſeu Proceſſionem, SS. Roſarii.

Uti declaravit S. Congregatio in Neocaſtren.

IV. In alia loci *de Biella*.

V. Et in Neapolitan.

VI. Huc ſpectant Benedicti XIII Conſtitutio = *In ſupremo* =

VII. Et Conſtitutio = *Pretioſus* = Tomo VI pag.618.

VIII. Quæ licet ad terminos juris reducta ſit, hoc tamen non obſtat, quominus Privilegium iſtud, & id genus cetera, quæ Prædicatorum familiæ ante Conſtitutionem illam datam competebant, vigeant.

Uti declaravit Clemens XII, feliciter regnans.

IX. De ſolemnibus ſupplicationibus in Polonia habendis.

X. De ſolemni ſupplicatione SS. Roſarii habenda Dominica prima Octobris.

I. SUmmos Pontifices Pium IV, S. Pium V, Gregorium XIII, & Paulum V varias Indulgentias conceſſiſſe pro ſolemnibus SS. Roſarii ſupplicationibus habendis, liquet ex ipſorum Conſtitutionibus quas laudat, & firmat Venerabilis Servus Dei Innocentius XI Conſt.IX, data 31 Julii 1679 = Nuper = Tom.VI pag.346 Capite Quinto.

II. Hinc earundem ſupplicationum uſus antiquus comprobatur. Ex ceteris autem Apoſtolicis Conſtitutionibus, hoc in Capite paſſim laudatis, antiquior evincitur. Nulla circa hoc olim difficultas.

III. Pri-

Digitized by Google

III. Prima, quam ſciam, a Neocaſtrenſibus excitata fuit. Hinc anno 1582 die 24 Aprilis Decretum prodiit quo Sacra Congregatio, negotiia Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, declaravit, Epiſcopum prohibere non poſſe, quominus Fratres Prædicatores babeant ſupplicationem, ſeu Proceſſionem Roſarii, uti refert *Nicalius* in Floſculis verbo = *Proceſſio* =

IV. Idem ab eadem S. Congregatione ſancitum anno 1640 die 18 Maii pro Fratribus Conventus loci de Biella contra eſuſdem loci Parochos, & Epiſcopum Vercellenſem. Decretum legitur Tom.VII pag.300. Eſt inter Urbani VIII Conſtiutiones, CLII. Incipit = Cum conqueſti fuiſſent = Reſtituit eiſdem Fratribus facultatem „ preces Sanctiſſimi Roſarii publice
„ recitandi, aliaque Societati præfatæ conceſſa, pri-
„ vative quoad alias Societates ejuſdem nominis, in
„ eodem loco poſtea erectas, exercendi, & tam in
„ prima Dominica Octobris, quam in aliis Domini-
„ cis, & Feſtis diebus Proceſſiones facere extra am-
„ bitum eorum Eccleſiæ, & Conventus, abſque alia
„ licentia Parocborum, quorum Parochiæ fines in-
„ grediuntur &c.

V. Anno 1716 die 7 Auguſti idem ſancitum, uti liquet ex Decreto qnod inter Clementis XI Conſtitutiones eſt LXV. Legitur Tomo VI pag.508. Hujua tenoris eſt: „ In cauſa Neapolitana Proceſſionis,
„ vertente Inter Patres Dominicanos S. Severi, &
„ Confratres Congregationis SS. Roſarii ex una, &
„ Parochum S. Georgii Martyris Piorum Operario-
„ rum ejuſdem Civitatis, Partibus, ex altera, pro-
„ poſita fuerunt infraſcripta dubia, de more reſol-
„ venda, videlicet.

„ Primum: An liceat Patribus Dominicanis San-
„ cti Severi Neapolis in prima Dominica cujuslibet
„ menſis facere Proceſſionem SS. Roſarii, cnm ſtola,
„ pluviali, ac Reliqnia S. Severi, necnon Simula-
„ cro, ſive Statua B. Virginis de Roſario intra li-
„ mites Parochiæ S. Georgii Majoris abſque licentia
„ Parochi?

„ Secundum: An prædicti Patres S.Severi inci-
„ derint in cenſuras comminatas in Decreto Curiæ
„ Archiepiſcopalis ſub die IV Auguſti MDCCXV,
„ in caſu &c.?

„ Saera Congregatio Eminentiſſimorum, & Re-
„ verendiſſimornm DD. S. R. E. Cardinalium, nego-
„ tiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regu-
„ larium præpoſita, viſa relatione Eminentiſſimi
„ Archiepiſcopi Neapolitani, ac mature perpenſis
„ juribus, & rationibus ab utraque parte informante
„ deductis, referente Eminentiſiimo Caracciolo, ad
„ ſupraſcripta dubia infraſcriptum in modum reſ-
„ pondendum cenſuit.

„ Ad primum; affirmative. Ad ſecundum; ne-
„ gative. Romæ 7 Auguſti 1716. F. Card. de Abdua.
„ P. Archiep. Damaſcenus Secretar.

VI. Huc ſpectat Benedicti XIII Conſtitutio XXI, data 10 Aprilis 1725 = In Supremo = Tomo VI pag.556, qua, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, decernit, ut in toto qua late patet terrarum Orbe, Fratres Ordinis Prædicatorum „ de
„ cetero memoratam Proceſſionem SS. Roſarii, qua-
„ libet prima Dominica menſis Octobris, ingredien-
„ do limites cnjuſcunque Parochiæ, Ordinarii licen-
„ tia minime requiſita, & abſque aſſiſtentia Parochi,
„ ac cum omni pompa, peragere, libere, & licite,
„ poſſint, & valeant „. Conſulendum ejuſdem Summi Pontificis vivæ vocis oraculum datum 12 Julii 1726, & S.Congregationis Epiſtola ſcripta die 18 Julii 1726, ut dicetur inferius.

VII. Circa ſolemnes ſupplicationes SS. Euchariſtiæ Sacramenti, Roſarii, & SS. Nominis Jeſu varia præſcripſerat Benedictus XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tom.VI pag.618, & 619., §.16, 17, 18, 19, 20, & 21.

VIII. Dnm antem illa Benedicti XIII Conſtitutio = Pretioſus = ad jnris terminos reducta fuiſſet alia Conſtitutione, quæ incipit = Romanus = a Clemente XII, feliciter regnante, data, nonnulli *ſiniſtre, ac ſecus quam par eſt*, eandem Conſtitutionem = Romanus = *interpretantes*, pleraſque lites, & controverſias Fratribus Ordinis Prædicatorum movebant in diverſis locis, ac tribunalibus, per quas Privilegia, & prærogativas, qnibns iidem Fratres, priuſquam ipſa Conſtitutio Benedicti emanaret, ex aliis legitimis titulis, & conceſſionibus Apoſtolicis potiebantur, aggredi, & oppugnare nitebantur; quapropter Clemens XII Conſtitut. XIX, data 10 Aprilis 1733 = Cum, ſicut = Tomo VI pag.733 declaravit, per Conſtitutionem = Romanus Pontifex = nullum præjudicium generatum Privilegiis Ordinis Prædicatorum, legitime ipſi competentibus ante Conſtitutionem = Pretioſus = datam, & præcipue circa ſupplicationes ſolemnes SS. Euchariſtiæ Sacramenti, & SS. Roſarii.

IX. De ſolemnibus ſupplicationibus in Polonia habendis a Confratribus Societatnm SS. Euchariſtiæ Sacramenti, Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, legendum Diploma quod inter Clementis VIII Conſtitutiones eſt CXXXIX, datum 10 Octobris 1602 = Nuper Nobis = Tom.VII pag.233.

X. Circa ſolemnem ſupplicationem, ſen Proceſſionem SS. Roſarii, babendam Dominica prima Octobris, conſulenda, vivæ vocis oraculum Benedicti XIII datum 12 Julii 1726, & Epiſtola S. Congregationis præpoſita negotiis Epiſcoporum, & Regularum ſcripta die 18 ejuſdem menſis, quibus, ad omnes cavillationes, & controverſias tollendas declaratur, Indnltum Apoſtolicum, quo Fratribus Prædicatoribus licet, illam ſupplicationem ſolemnem ubique habere, ſpectat tam Proceſſiones *in præteritum* introductas, quam *in futurum* introducendas: *& ſive Fratres Ordinis ſint in poſſeſſione Proceſſiones celebrandi* juxta dictum Indnltum, *ſive non. Et ita mandavit exequi*. Extant Tom.VI pag.598.

§. V.

De Societate Militum SS. Roſarii.

I. IPſam Indulgentiis ornavit Gregorins XIII.

I. DE Confraternitate Militum Sanctiſſimi Roſarii meminit ſeqnens Conſtitutio: „ Salu-
„ tem, inquit *Gregorius XIII Conſtitntione LXXVIII Tomo V pagina* 345 „ cunctarum animarum pa-
„ ſtorali ſolicitudine cupientes, omnes, qnas poſſu-
„ mus, vias exquirimus, & veritatis ſemitas inveſti-
„ gamus, per quas ad bæreditatem Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti populum fidelem dirigere valeamns, nt con-
„ ſnmmato noſtræ mortalitatia curſu, fideles ipſi, ſpe,
„ fide, & caritate muniti, ad cæleſtia gaudia valeant
„ fideliter pervenire. Cum itaque, ſicut accepimus,
„ Confraternitas Militnm Hiſpanorum........ Ligæ
„ Italiæ nuncnpatornm, ſub invocatione Roſarii Bea-
„ tæ Mariæ Virginis, ad quam dilectus filius Petrus
„ Batan Hiſpanus, ac Capitaneus dictorum Militum,

Digitized by Google

„ & dictæ Confraternitatis Confrater, ſingularem
„ gerit devotionis affectum, canonice inſtituta exi-
„ ſtat: Ut igitur dicta Confraternitas in debita vene-
„ ratione habeatur, ac Chriſtifideles eam alacriori
„ animo ingrediantur, quo exinde donis cæleſtis gra-
„ tiæ conſpexeriot ſe uberius eſſe refectos, de Omni-
„ potentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, &
„ Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omni-
„ bus, & ſingulis Militibus Hiſpanis, nunc, & pro
„ tempore exiſtentibus dictæ Confraternitatis Con-
„ fratribus, qui contriti, & confeſſi in eorum mortis
„ articulo Nomen Jeſu ore, vel corde invocaverint,
„ Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgen-
„ tiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, te-
„ nore præſentium, elargimur, præſentibus perpe-
„ tuis futuris temporibus valituris. Volumus autem,
„ quod ſi dictis Militibus Confraternitatis, aliqua
„ alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tem-
„ pus nondum elapſum, duratura, per Nos conceſſa
„ fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel
„ momenti. Datum Romæ apud S. Petrum Anno In-
„ carnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo
„ Septuageſimo Sexto, Quinto Idus Octobris, Pon-
„ tificatus noſtri Anno Quinto.

Q U Æ S T I O V.

De Confraternitate SS. Sacramenti.

S U M M A R I U M.

Duobus §. conſtat hæc Quæſtio.

Primus, de Indulgentiis conceſſis Confraternitati SS. Sacramenti.

Secundus, de ſolemni ſupplicatione habenda Corpus Chriſti deferendo.

§. I.

De Indulgentiis conceſſis Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti.

I. Quandonam, & a quo Confraternitas iſta fuerit inſtituta?
II. Indulgentiæ conceſſæ ab Eugenio IV:
III. A Paulo III, Conſtitutione = *Dominus noſter* =
IV. Et Conſtitutione = *Ad Providam* =
V. A Gregorio XIII:
VI. A Paulo V:
VII. Ab Urbano VIII:
VIII. A Clemente X:
IX. Ab Innocentio XI:
X. Et a Beoedicto XIII.

I. Celebris eſt Archiconfraternitas SS. Sacramenti, in Eccleſia Romani Cœnobii Fratrum Prædicatorum S. Mariæ ſupra Minervsm conſtituta, Auctore ejuſdem Ordinis alumno F. Thoma Stella Veneto, qui Librum edidit, cui titulus: *Capitoli, Statuti, & Ordinazioni della Venerabile Compagnia del Sacratiſſimo Corpo di Criſto poſta nella Chieſa di S. Maria ſopra Minerva della Città di Roma*. Hanc, omnium primam, comprobans Paulus III, variis Privilegiis, & Indulgentiis ornavit; ipſaque eſt cujus Privilegiorum, Conceſſionum, Indulgentiarum, Facultatumque, Gratiarum, & Indultorum participes ſunt omnes aliæ Confraternitates SS. Sacramenti ubique Terrarum, Apoſtolica, vel ordinaria, auctoritate conſtitutæ, ut ex Apoſtolicis Conſtitutionibus mox laudandis videre eſt. Ceterum, licet omnium prima SS. Sacramenti Archiconfraternitas, ſedente Paulo III prodierit anno circiter MDXXXIX, uti mox dictum fuit, non abs re tamen fuerit, dum ejuſdem Archiconfraternitatis Indulgentias referam, illas exhibuiſſe, quas Eugenius IV, jam pridem pro die feſto SS. Corporis Chriſti, & quoties defertur infirmis, conceſſas firmavit, & auxit.

II. Indulgentias die Feſto SS. Corporis Chriſti, & quoties defertur infirmis, conceſſas firmat, & auget *Eugenius IV Conſt.XXX Tom.III pag.*51 dicens:
„ Excellentiſſimum Corporis, & Sanguinis Domini
„ Noſtri Jeſu Chriſti Sacramentum, quod, appropin-
„ quante Paſſionis hora, Dominus ipſe ſigno præcipui,
„ quo Nos dilexit, amoris, ſalubriter inſtituit, ejuſ-
„ que commemorationem Sacratiſſimam jugi mentis
„ exultatione contemplantes, ad hoc inter ſingulos
„ hujuſmodi mercatos ſanguine ſpiritualia diſpenſare
„ munera, votis expoſcimus, ut illi condignis aſſur-
„ gentes laudibus, ſua frequentius ad ipſius venera-
„ tionem Sacramenti corda dirigant, & eo, quo cor-
„ poralis habetur præſentia Salvatoris, viatico, fru-
„ ctus vitæ complectentes æternæ, cæleſtia conſcen-
„ dant, ipſum qui ſe Nobis in edulium tribuit, per-
„ petuo conſpecturi. Sane dudum piæ memoriæ Ur-
„ banus PP. IV Prædeceſſor noſter ad orthodoxæ
„ corroborationem, & exaltationem, Fidei, digne,
„ & laudabiliter ſtatuens, ut de tanto Sacramento
„ præter illam, quæ dictim in Eccleſia fieret, annua-
„ tim memoria ſolemnior, & ſpecialior haberetur,
„ & ad celebrandum ejus tam excelſum, tam glorio-
„ ſum Feſtum, quintam poſt Octavam Pentecoſtes fe-
„ riam deſignans, ac Chriſtifideles quoslibet, ad co-
„ lendum illud, donis ſpiritualibus animare volens,
„ omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Ma-
„ tutinali officio feſti ejuſdem in Eccleſia, in qua il-
„ lud celebraretur, intereſſent, centum: qui vero
„ Miſſæ, totidem: & qui in primis ipſius Feſti Veſpe-
„ ris, ſimiliter centum: qui autem in ſecundis, toti-
„ dem: illi vero, qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, No-
„ næ, & Completorii Horarum officiis, pro qualibet
„ ipſarum, quadraginta: eis autem, qui per Octa-
„ vas ipſius Feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ,
„ ac prædictarum Horarum officiis intereſſent, ſin-
„ gulis Octavarum ipſarum diebus, ſimiliter centum,
„ & ſubſequenter felicis recordationis Martinus Pa-
„ pa V, etiam Prædeceſſor noſter fideles eoſdem, ad
„ impertienda, pro veneratione Sacramenti hujuſ-
„ modi potiora reverentiæ, & devotionis exerci-
„ tia, firmare cupiens, ſingulis ex eis vere pœniten-
„ tibus, & confeſſis, qui, & quoties in ipſius Sacra-
„ menti profeſto, jejunium, vel loco ipſius, aliud
„ pium juxta ſuorum conſilia Confeſſorum, opus fa-
„ cerent, etiam centum; Et qui præmiſſis, in Eccle-
„ ſiis, in quibus illa celebrari contigerit officiis inte-
„ reſſent, necnon Epiſcopis, & aliis Prælatis Supe-
„ rioribus, qui dictis officiis, libenter intereſſent,
„ ſed quominus eis in ipſis Eccleſiis intereſſe poſſent,
„ pro conſervandis ſuarum dignitatum juribus, &
„ alias, tunc legitime impeditis, pro Matutinali du-
„ centos; & pro Miſſæ Officiis totidem; ac pro qua-
„ libet Veſperarum, etiam ducentos, reliquarum
„ vero, videlicet Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ,
„ & Completorii Feſti, octuaginta; Rurſus autem
„ in quibuslibet Octavarum diebus, pro ſingulis Ma-
„ tutinalium, Miſſarum, & Veſperarum, ſimiliter
„ centum; necnon reliquarum Horarum officiorum
„ hu-

Digitized by Google

„ hujuſmodi, quadraginta; Illis præterea, qui Pro-
„ ceſſiones, in quibus ipſum vivificum Sacramentum
„ die Feſto, juxta præfatarum Ritus Eccleſiarum de-
„ ferretur, continuo ſecuti forent, ac quibuslibet,
„ in Feſto, & Octavarum diebus hujuſmodi, pro pa-
„ ce, & tranquillitate Eccleſiæ, Miſſas devote cele-
„ brantibus, pro ſingulis ipſarum, necnon aliis in
„ eodem Feſto Euchariſtiæ Sacramentum devote ſu-
„ mentibus, etiam centum ſingulis annis; Pro vice
„ qualibet eis, qui dum Corpus Dominicum, com-
„ municandis deferretur infirmis, illud cum incenſo
„ luminari præcedendo, vel ſequendo venerarentur,
„ ſimiliter centum; Qui tunc illud alias devote ſecu-
„ ti forent, quinquaginta dies, de injunctis eis pœni-
„ tentiis, miſericorditer relaxarunt. Ac etiam ipſe
„ Martinus Prædeceſſor, quod in Feſto, & diebus
„ Octavarum hujuſmodi, in terris, & locis, Eccleſia-
„ ſtico, quavis auctoritate ſuppoſitis, interdicto,
„ pulſatis campanis, januis apertis, & alta voce, ex-
„ communicatis prorſus excluſis, ſed interdictis, ut
„ citius reconciliari ſtuderent, admiſſis, & aliis,
„ qui cauſam, vel occaſionem hujuſmodi interdicto
„ dediſſent, Altari, tunc nullatenus appropinquan-
„ tibus, Miſſæ, & Officia licite celebrari poſſent, au-
„ ctoritate Apoſtolica duxit concedendum. Nos ve-
„ ro, quos interim ad ſummi Apoſtolatus apicem di-
„ vina clementia provexit, etiam pro frequentiori
„ hujuſmodi veneratione Sacramenti ſummis geſtien-
„ tes affectibus noſtri partes miniſterii ſalubriter im-
„ pertiri, necnon relaxationes, & conceſſiones præ-
„ dictas Apoſtolici muniminis ipſorum nationi fide-
„ lium committentes, præmiſſis per eundem Marti-
„ num Prædeceſſorem, ut præfertur, relatis die-
„ bus, alios totidem dies pariformiter ab ipſis fideli-
„ bus conſequendos adjicimus per præſentes; & inſu-
„ per univerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſ-
„ copos, & alios Eccleſiarum Prælatos, monemus,
„ & hortamur in Domino, ac eis per Apoſtolica
„ ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præci-
„ piendo mandamus, & in remiſſionem peccaminum
„ injungimus, ut per ſe, vel alios, eorum ſubditis
„ per ſingulas ſuarum Civitatum, & Diœceſum Ec-
„ cleſias in Dominica, Feriam, & Feſtum prædictum
„ proxime præcedente, ſalutaribus ad venerationem
„ potiſſime Sacramenti hujuſmodi monitis, & exhor-
„ tationibus, præſentium, quarum etiam tenor, in-
„ ter Matutinales Feſti, necnon dierum Octavarum
„ hujuſmodi, Lectiones recitetur, literarum continen-
„ tiam, & officium publicare, & inſinuare procu-
„ rent, ut ejuſdem Sacramenti ſuffragante myſterio,
„ ſubditi, & fideles ipſi ſpiritualium gratiarum ube-
„ riori fulciantur augmento, & ab illo, qui ſe, pro
„ ipſis immolavit hoſtiam, poſt hujus vitæ curſum,
„ ad gloriam perducantur æternam.

III. „ Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Inquit
Paulus III Conſtitut. LIV, data 30 Novembris 1539
Tom. IV pag. 583 „ tranſiturus de hoc Mundo ad Pa-
„ trem in ultima cœna, qua Paſcha cum diſcipulis ſuis
„ manducavit, admirabile Sacramentum pretioſiſſimi
„ Corporis, & Sanguinis ſui inſtituit, per quod uni-
„ verſi Chriſticolæ memoriam ſuæ caritatis eximiæ,
„ quam in ſua Paſſione, hora ejus appropinquante,
„ oſtendit, recolerent. Unde Nos, illius vices, licet
„ immeriti, gerentes in terris, debitum cenſemus, ut ea,
„ quæ in hujus Sacroſancti Sacramenti honorem, & ve-
„ nerationem ex pia Chriſtifidelium devotione *proce-*
„ *dunt*, prout decet, Apoſtolico præſidio ſolidemus, &
„ ut ad fidelium eorundem vota facilius concurrant,
„ fideles ipſos ſpiritualibus muneribus proſequamur,
„ & eorum pia ſuffragia cæleſtibus donis confovea-
„ mus, ut exinde divinæ gratiæ aptiores reddantur,
„ & Sacramentum ipſum in die peregrinationis extre-
„ mæ ſibi fore Viaticum ſalutare mereantur. Sane
„ pro parte dilectorum filiorum univerſorum Con-
„ fratrum Confraternitatis ſub invocatione Sacratiſſi-
„ mi Corporis Chriſti in Eccleſia Domus B. Mariæ
„ ſupra Minervam de Urbe, Ordinis Fratrum Prædi-
„ catorum inſtitutæ, Nobis nuper exhibita, petitio
„ continebat, quod nuper nonnulli Cives Romani,
„ & Curiales Chriſtifideles, pie conſiderantes Sacra-
„ tiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum prædictum in
„ Parochialibus Eccleſiis dictæ Urbis minus honori-
„ fice, & in locis abjectis ſine ulla conſideratione
„ conſervari, &, cum per ipſam Urbem pro Commu-
„ nione infirmorum deferendum erat, ab uno tantum
„ Capellano ſine ullis decore, & reverentia, ſoli-
„ tum deferri, ac ſingulari devotione ducti, cupien-
„ tes præmiſſis, & ut eidem Sacramento honor, cul-
„ tus, & veneratio debite exhiberentur, quantum
„ in eis erat, providere, unam Societatem, & Con-
„ fraternitatem utriuſque ſexus ſub invocatione ejuſ-
„ dem Sacratiſſimi Corporis Chriſti in dicta Eccleſia
„ de Minerva ordinarunt, & inſtituerunt, ac pro
„ ejus ſalubri directione, & incremento inter alia,
„ quod Confratres Confraternitatis hujuſmodi pro
„ tempore exiſtentes, ſeu ab eis per ſingulas regiones
„ Urbis prædictæ deputati, & deputandi, diligenter,
„ ac omni cura, & ſtudio facerent, & procurarent,
„ ut Sacramentum hujuſmodi, tam in dicta Minerva,
„ quam ſingulis aliis Parochialibus Eccleſiis Urbis
„ hujuſmodi, ea, qua decet, veneratione in loco ho-
„ norifico, & honeſto, lampadibus accenſis, die,
„ noctuque conſervaretur, & cuſtodiretur. Et ſi ea-
„ rundem Eccleſiarum redditus ad id non ſufficerent,
„ ipſi Confratres illis de neceſſariis ad hujuſmodi
„ opus, necnon ad emendum unum pallium pro ſin-
„ gulis Eccleſiis prædictis, cum quo Sacramentum
„ ipſum, quotieſcunque illud pro Communione in-
„ firmorum extra Eccleſiam deferendum eſſet, de-
„ ferri deberet, providerent. Ac quod Rector cujus-
„ libet ex Eccleſiis prædictis, ſeu illius locum tenens,
„ quotieſcunque eſſet neceſſarium, Sacramentum hu-
„ juſmodi alicui infirmo miniſtrari, & ad illius do-
„ mum deferri, campanam ſuæ Eccleſiæ certis ictibus
„ pulſari facere teneretur, ad hoc, ut Confratres vi-
„ cini Parochiæ illius Eccleſiæ ſe moneri ad aſſocian-
„ dum Sacramentum ipſum cognoſcerent, & per ſe
„ ipſos aſſociarent, ſi legitimo impedimento detenti
„ non forent, alioquin per unum de ſuis dignioribus
„ familiaribus Sacramentum prædictum ad domum
„ dicti infirmi facibus accenſis aſſociari, & comitari
„ facere tenerentur. Ac quod utriuſque ſexus per-
„ ſonæ Confraternitatis hujuſmodi Confratres pro
„ tempore exiſtentes tertia quoque die Dominica cu-
„ juslibet menſis totius anni in dicta Eccleſia de Mi-
„ nerva congregari, & inibi unam Miſſam in cantu,
„ vel alias celebrari facere, ac in elevatione præfati
„ Sacramenti faces accenſas habere deberent, necnon
„ prima die Veneris ſtatim poſt feſtum Corporis Chri-
„ ſti immediate ſequenti, ſolemnem Proceſſionem
„ extra, & circum præfatam Eccleſiam de Minerva
„ Sacramentum prædictum honorifice facibus accen-
„ ſis deferendo annuatim facere. Et ſi aliquem ex
„ Confratribus Confraternitatis hujuſmodi ægrotare
„ contingeret, Rector, aut, electus nominatus Eccle-
„ ſiæ, cujus dictus Infirmus Parochianus exiſteret,
„ una cum alio Confratre ejuſdem Confraternitatis
„ per Rectorem, ſeu electum nominatum hujuſmodi

„ pro

,, pro tempore eligendo dictum infirmum viſitare, &
,, ad confitendum peccata ſua, ipſumque Sacramen-
,, tum ſuſcipiendum pie adhortari, & commonere,
,, necnon ſingulis hebdomadis totius anni ipſi utriuſ-
,, que ſexus Confratres quinquies Orationem Domi-
,, nicam, & Salutationem Angelicam toties in com-
,, memorationem dicti Sacramenti devote recitare, &
,, commemorare tenerentur, ac Mulieribus Confra-
,, tribus dictæ Confraternitatis, quibus indecens eſſet
,, per dictam Urbem vagari ad aſſociandum dictum
,, Sacramentum, ut quoties ſignum campanæ audi-
,, rent, flexis genibus Orationem Dominicam, & Sa-
,, lutationem Angelicam hujuſmodi quinquies, ut
,, præfertur, recitando, omnes, & ſingulas gratias,
,, & Indulgentias Confratribus Confraternitatis hu-
,, juſmodi pro tempore conceſſas conſequerentur, per
,, Nos concedi, procurare, ſtatuerunt, & ordina-
,, runt, prout in inſtrumentis, ſeu aliis documentis,
,, deſuper confectis, plenius contineri dicitur. Ac
,, dilectum filium noſtrum Alexandrum S. Mariæ in
,, Via Lata Diaconum Cardinalem de Cæſarinis nun-
,, cupatum, in Protectorem dictæ Confraternitatis
,, elegerunt. Quare pro parte eorundem Confra-
,, trum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut inſtitu-
,, tioni Confraternitatis, ac ſtatutis, & ordinationi-
,, bus hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori, ro-
,, bur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac alias in
,, præmiſſis opportune providere, de benignitate
,, Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, tantum Sa-
,, cramentum omni laude, & veneratione dignum a
,, cunctis fidelibus, ut per hoc deſideratam ſalutem
,, conſequi valeant, honorari, laudari, & magnifi-
,, cari ſinceris deſideriis exoptantes, ac Omnipotenti
,, Deo, quod tam ſaluberrima, tamque neceſſaria,
,, & utilia opera noſtro tempore exerceri inceperint,
,, gratias agentes, & ut illa perpetuo frequententur, ac
,, Chriſtifideles præfati eis tanto ferventius inſiſtant,
,, quanto erga eos amplioribus, & ſpecialioribus gra-
,, tiis liberaliores, ſeque per hoc majori cæleſtis gra-
,, tiæ devotione refici poſſe cognoverint, quantum
,, cum Deo poſſumus, providere volentes, hujuſ-
,, modi ſupplicationibus inclinati, Inſtitutionem
,, Confraternitatis hujuſmodi, necnon prædicta, ac
,, etiam ſingula alia per eoſdem Confratres circa præ-
,, miſſa ſtatuta, & ordinata, ac prout illa concer-
,, nunt, omnia, & ſingula in inſtrumentis, ſeu do-
,, cumentis deſuper confectis prædictis contenta, &
,, inde ſecuta quæcunque, ex certa noſtra ſcientia, au-
,, ctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approba-
,, mus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos ju-
,, ris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint
,, in eiſdem, ſupplemus, illiſque perpetuæ firmita-
,, tis robur adjicimus, & ea per ipſarum Eccle-
,, ſiarum Rectores, ſeu eorum loca tenentes pro
,, tempore exiſtentes, & alios, ad quos ſpectat fir-
,, miter obſervari debere decernimus. Et nihilomi-
,, nus pro potiori cautela, præmiſſa omnia, & ſin-
,, gula alia per eoſdem Confratres, ut præfertur, ſta-
,, tuta, & ordinata de novo auctoritate, & tenore
,, prædictis perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Ac
,, Confratribus Confraternitatis hujuſmodi, nunc, &
,, pro tempore exiſtentibus, ac eorum ſingulis, quod
,, omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, exemp-
,, tionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgen-
,, tiis etiam Plenariis, & peccatorum remiſſionibus,
,, & aliis gratiis ſpiritualibus, & temporalibus, Con-
,, fratribus Imaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum,
,, necnon caritatis, & Archihoſpitalis S. Jacobi in
,, Auguſta, ac S. Johannis Baptiſtæ, necnon Sancto-
,, rum Coſmæ, & Damiani Nationis Florentinæ, ac
,, Hoſpitalis noſtri S. Spiritus in Saxia Ordinis S. Au-
,, guſtini, & Campi Sancti, Confraternitatum ejuſ-
,, dem Urbis pro tempore exiſtentibus, illarumque,
,, ac B. Mariæ de Populo etiam de Urbe Eccleſiis, ac
,, Chriſtifidelibus illas viſitantibus per quoſcunque
,, Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Suc-
,, ceſſores, conceſſis, & concedendis, & quibus illi
,, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri,
,, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum,
,, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſere-
,, rentur, præſentibus pro expreſſis haberi volumus,
,, ex nunc, & in perpetuum utantur, potiantur, &
,, gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere libere, & li-
,, cite valeant, in omnibus, & per omnia, perinde,
,, ac ſi illa eis ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent,
,, & in futurum concederentur, concedimus, & in-
,, dulgemus, ipſaque privilegia, indulta, exem-
,, ptiones, libertates, immunitates, indulgentias,
,, etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, & alias
,, gratias ad Confratres SS. Corporis Chriſti hujuſ-
,, modi, ac illius Capellanos, Miniſtros, & perſonas
,, pro tempore exiſtentes, eiſdem auctoritate, & teno-
,, re extendimus, & eis communicamus. Necnon
,, Chriſtifidelibus præfatis, qui dictam Confraterni-
,, tatem Sacratiſſimi Corporis Chriſti ingredientur,
,, die illorum ingreſſus hujuſmodi Plenariam ad inſtar
,, Jubilei, ac eorum peccatis prius confeſſis, & Sa-
,, cramento hujuſmodi per eos devote recepto, ter in
,, vita ſimiliter Plenariam omnium peccatorum ſuo-
,, rum, ipſiſque Confratribus, qui præfatum Sacra-
,, mentum eiſdem infirmis miniſtrandum aſſociave-
,, rint, ſeu impediti aſſociari, ut præfertur, fece-
,, rint, ac eiſdem Proceſſionibus, & Divinis Officiis,
,, quæ per eoſdem Confratres, ut præfertur, celebra-
,, ri facere contigerit, interfuerint, quoties id fecerint,
,, centum, qui vero dictam Eccleſiam de Minerva
,, diebus Veneris cujuslibet hebdomadæ totius anni
,, devote viſitaverint decem annorum, & totidem
,, quadragenarum injunctarum eis pœnitentiarum,
,, indulgentias, & remiſſiones, quoties id fecerint,
,, miſericorditer in Domino concedimus, & elargi-
,, mur, necnon Mulieribus ejuſdem Confraternitatis,
,, quibus propter honeſtatem non licet per Urbem
,, ipſam paſſim vagari, ſi quoties ſignum campanæ
,, hujuſmodi audierint, ſemel Orationem Domini-
,, cam, & toties Salutationem Angelicam flexis ge-
,, nibus devote recitaverint, ut omnes, & ſingulas
,, indulgentias, conceſſiones, & gratias aliis Con-
,, fratribus intereſſentibus conceſſas, conſequantur,
,, & conſequi valeant.

IV. Notanda quæ de eadem Sanctiſſimi Sacramenti
Societate habet *Paulus III Conſt.CXXV* = Ad provi-
dam = *Tom.IV pag.674* dicens ,, Privilegiis, & in-
,, dultis, dilectis filiis Confraternitatis ſub invocatio-
,, ne Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia B. Ma-
,, riæ ſuper Minervam inſtitutæ nominatim, & ſpeci-
,, fice per Nos conceſſis, omnes, & ſingulæ aliæ Con-
,, fraternitates ſub eadem invocatione ubilibet inſti-
,, tutæ, & inſtituendæ utantur, potiantur, & gau-
,, deant, perinde ac ſi cuilibet ipſarum Confraternita-
,, tum in ſpecie, & particulariter privilegia, & in-
,, dulta ipſa conceſſa eſſent.

V. ,, Cupientes itaque, inquit *Gregorius XIII
Conſt.XIII* = Paſtoris æterni = *Tom.V pag.320*, piam
,, Chriſtifidelium Confraternitatem ſub invocatione
,, ejuſdem Corporis Chriſti in Eccleſia domus B. Ma-
,, riæ ſupra Minervam, Ordinis Prædicatorum, rite
,, inſtitutam, & a piæ memoriæ Paulo Papa III,
,, etiam

Digitized by Google

„ etiam Prædeceſſore noſtro approbatam, & confir-
„ matam, ex qua, ſicut accepimus, uberes fructus
„ provenerunt, ſpecialibus favoribus, & gratiis
„ exornari, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac
„ Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus aucto-
„ ritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus
„ Chriſtifidelibus dictam Confraternitatem intranti-
„ bus, qui tempore ingreſſus ſui, ac iis ex Confra-
„ tribus, qui in die feſto Corporis Chriſti, aut ejus
„ octavæ, vere pœnitentes peccata ſua confeſſi fue-
„ rint, & Sacramentum hujuſmodi ſumpſerint, &
„ ſimiliter eiſdem Confratribus, etiam pœnitentibus,
„ & confeſſis, in ipſorum mortis articulo, Plenariam
„ omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & re-
„ miſſionem, miſericorditer in Domino concedimus,
„ & elargimur. Præterea eiſdem Confratribus utriuſ-
„ que ſexus extra Urbem exiſtentibus, qui in diebus
„ in quibus Stationes in Eccleſiis in Urbe, & extra
„ illam exiſtentibus, habentur, Altare, ſeu locum, in
„ quo Sacramentum cuſtoditur, viſitaverint, & ſepties
„ Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam
„ recitantes, pro exaltatione Fidei Catholicæ, &
„ extirpatione hæreſum, & infidelium converſione
„ oraverint, eaſdem Indulgentias, quas conſeque-
„ rentur, ſi ea die illam Eccleſiam in Urbe, &
„ extra eam viſitarent, in qua ipſa ſtatio habetur;
„ inſuper eiſdem Confratribus hujuſmodi Altare,
„ ſeu locum viſitantibus, & ut ſupra orantibus, ſex-
„ ta quaque feria centum dies, ſingula vero die in
„ Cœna Domini eiſdem Confratribus vere pœnitenti-
„ bus, & confeſſis ſeptem annos, & totidem quadra-
„ genas: Rurſus eiſdem Confratribus, qui ad Altare
„ ipſius, in tertia Dominica cujuslibet menſis, & in
„ feria quinta in Cœna Domini Euchariſtiam pie ſuſ-
„ ceperint, decem annos, & totidem quadragenas:
„ Ulterius tam ipſis Confratribus, quam aliis Chriſti-
„ fidelibus utriuſque ſexus dictum Sacramentum,
„ dum ad ægrotos defertur, aſſociantibus, & iis qui
„ id facere impediti, ad ſonum parvæ campanæ ge-
„ nuflexi ſemel Orationem Dominicam, & Salutatio-
„ nem Angelicam recitaverint, & pro infirmo orave-
„ rint, quoties id fecerint, centum dies: Iis vero
„ Confratribus, qui Sacramentum ipſum in Proceſ-
„ ſione poſt majorem Miſſam eadem tertia Dominica
„ fieri conſueta aſſociaverint, centum dies; & ſimi-
„ liter iis Confratribus vere pœnitentibus, & con-
„ feſſis, qui Sepulchrum Dominicum in dicta Eccle-
„ ſia B. Mariæ feria quinta in Cœna Domini conſtrui
„ ſolitum, viſitaverint, ſeptem annos, & totidem
„ quadragenas, de injunctis ſibi, ſeu alias quomo-
„ dolibet debitis pœnitentiis relaxamus. Poſtremo
„ quia difficile eſſet certum locum, in quo Sacramen-
„ tum reponatur, ubique uniformiter conſtituere,
„ idcirco, ut Sacramentum ipſum, vel in medio Al-
„ taris Majoris, vel in alio commodiori loco arbitrio
„ loci Ordinarii, ſi Eccleſia in qua Confraternitas
„ celebratur, ſecularis, ſi vero regularis fuerit, ar-
„ bitrio ejuſdem Eccleſiæ ſuperioris reponatur, &
„ conſtituatur. Et ut hujus Sanctiſſimi Sacramenti
„ celebritas tanto in majori veneratione habeatur,
„ quanto per diverſas Orbis partes latius diffundetur,
„ ut gratias, & indulgentias prædictas, præterquam
„ eas, quæ ratione ſtationum Urbis lucri fiunt, aliis
„ Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitatibus extra
„ Urbem erectis, & erigendis, per tranſumpta, manu
„ unius ſaltem ex Miniſtris ad id deputatis, qui in
„ Sacro Preſbyteratus Ordine conſtitutus exiſtat,
„ ſubſcripta, gratis communicare valeat, eidem Con-
„ fraternitati, concedimus, literis ſuper præſentibus
„ conficiendis perpetuo duraturis. Non obſtantibus
„ præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Provinciali-
„ bus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus,
„ vel Generalibus Conſtitutionibus, ceteriſque con-
„ trariis quibuſcunque. Volumus autem, quod ſi di-
„ ctæ Confraternitati aliqua alia Indulgentia per Nos
„ perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum conceſſa
„ fuerit præſentes noſtræ nullius ſint roboris, vel mo-
„ menti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
„ paginam noſtræ largitionis, relaxationis, ultimo
„ dictæ conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei
„ auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
„ tare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis
„ Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum,
„ ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud
„ S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſi-
„ mo Quingenteſimo Septuageſimo Tertio, Octavo
„ Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

VI. Adminiſtratores, & Confratres Archicon-
fraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia B. Ma-
riæ ſuper Minervam de Urbe conſtitutæ alloquens
Paulus V Conſt. XIX Tom. V pag. 646: „ Cum certas, in-
„ quit, unicuique Archiconfraternitati Indulgen-
„ tias, & gratias ſpirituales, quibus de cetero fruan-
„ tur, duxerimus præſcribendas, idcirco omnes, &
„ ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones,
„ ac pœnitentiarum relaxationes veſtræ Archiconfra-
„ ternitati, & illius Confratribus, & Conſororibus
„ hactenus per quoſcunque Romanos Pontifices,
„ Prædeceſſores noſtros, conceſſas revocantes, &
„ annullantes, ac nullius roboris, & momenti eſſe
„ declarantes, de omnipotentis Dei miſericordia,
„ ac Beatorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi,
„ omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui di-
„ ctam Archiconfraternitatem de cetero ingredien-
„ tur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pœniten-
„ tes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra-
„ mentum ſumpſerint, Plenariam: Ac tam ipſis pro
„ tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta
„ Archiconfraternitate Confratribus, & Conſororibus
„ etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra
„ Communione refectis, qui Proceſſioni per dictos
„ Confratres in die Corporis Chriſti ſingulis annis
„ fieri ſolitæ devote interfuerint, dictumque Sanctiſ-
„ ſimum Sacramentum aſſociaverint, & ibi pro Chri-
„ ſtianorum principum concordia, hæreſum extirpa-
„ tione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias
„ ad Deum preces effuderint, etiam Plenariam: Nec
„ non etiam iis Confratribus, & Conſororibus, qui
„ dictæ Proceſſioni, cum de ordine dictæ Archicon-
„ fraternitatis juxta illius Conſtitutiones impediti
„ ſint, ſimiliter pœnitentes, & confeſſi, minime in-
„ terfuerint, ac Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra-
„ mentum ſumpſerint, & ut præfertur oraverint,
„ etiam Plenariam: In mortis quoque articulo omni-
„ bus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus dictæ Archi-
„ confraternitati adſcriptis, qui pœnitentes, & con-
„ feſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti, nomen
„ Jeſu, ore, ſi potuerint, ſin autem corde, devote
„ invocaverint, Plenariam ſimiliter omnium pecca-
„ torum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, mi-
„ ſericorditer in Domino concedimus. Præterea
„ iiſdem Confratribus vere pœnitentibus, & confeſ-
„ ſis, qui Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum
„ in die feſto ejuſdem Sanctiſſimi Sacramenti ſumpſe-
„ rint, & ut præfertur oraverint, ſeptem annos, &
„ totidem quadragenas: Qui vero officiis divinis, ac
„ Proceſſionibus dictæ Archiconfraternitatis inter-
„ fuerint, centum dies, & qui feria ſexta cujuslibet
„ heb-

„ hebdomadæ Eccleſiam B. Mariæ ſuper Minervam „ de Urbe Ordinis Fratrum Prædicatorum devote „ viſitaverint, & ibi, ut præfertur, oraverint, „ ſimiliter centum dies: Ac eiſdem Confratribus, & „ Conſororibus, qui pœnitentes, & confeſſi, ac Sa- „ cra Communione refecti, Proceſſioni in qualibet „ tertia Dominica Menſis, & feria quinta in Cœna „ Domini fieri ſolitæ interfuerint, & ut præfertur, „ oraverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas, „ aliis vero Chriſtifidelibus utriuſque ſexus in dicta „ Archiconfraternitate non deſcriptis, eidem Pro- „ ceſſioni intereſſentibus, ducentos dies: Necnon „ etiam eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui „ ſaltem contriti, & confeſſi, in dicta Feria V in „ Cœna Domini dictum Sanctiſſimum Sacramentum „ proceſſionaliter comitati fuerint, centum dies: „ Qui vero dictum Sanctiſſimum Sacramentum tam „ ad infirmos, quam alias ubicunque, & quomodo- „ cunque pro tempore deferetur, cum lumine, vel „ ſine lumine comitati fuerint, ſeptem annos, & toti- „ dem quadragenas; & Parochianis, & omnibus „ utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui prædictum „ Sanctiſſimum Sacramentum cum lumine, vel pari- „ ter ſine lumine comitati fuerint, quinque annos, „ & totidem quadragenas, & iis impeditis, ſemel „ orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam „ recitando, & ut præfertur, pro infirmo orando, „ ſimiliter centum dies: Ac prædictis Confratribus, „ & Conſororibus, qui locum, ubi Sanctiſſimum „ Sacramentum aſſervatur, in feria quinta in Cœna „ Domini viſitaverint, &, ut præmiſſum eſt, ora- „ verint, ſimiliter centum dies de injunctis, ſeu alias „ quomodolibet debitis, pœnitentiis in forma Eccleſiæ „ conſueta relaxamus. Et ulterius vobis, & veſtræ „ Archiconfraternitati, ut Confratres aggregare, „ illiſque omnes ſupradictas Indulgentias, ſervata „ tamen forma Conſtitutionis felicis recordationis „ Clementis Papæ VIII Prædeceſſoris noſtri ſuper di- „ ctarum Confraternitatum aggregationibus edita, „ communicare, libere, & licite poſſitis, & valeatis, „ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium faculta- „ tem concedimus, & impartimur. Non obſtanti- „ bus &c. Præſentibus perpetuis futuris temporibus „ valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub An- „ nulo Piſcatoris die III Novembris MDCVI, Pon- „ tificatus noſtri Anno Secundo.

VII. De SS. Sacramenti Confraternitate conſtituta in Eccleſia Monaſterii ſiti in oppido de Abrantes vide Urbani VIII Conſt.LXXXIII = Conſiderantes = *Tom.VI pag.*108.

VIII. Clemens X Conſt.XLI = Ex commiſſæ = Tom.VI pag.312 Indulgentiis ornat Confratres, & Conſorores Archiconfraternitatis SS.Corporis Chriſti, qui Cadavera Defunctorum ad ſepulturam comitantur.

IX. Innocentius XI Conſt.V = Injuncti *Tom.VI pag.*340 confirmat Decretum, quo Confraternitates ſub titulo SS. Sacramenti erectæ, & erigendæ fiunt participes Indulgentiarum Archiconfraternitati ſub eodem titulo in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam de Urbe inſtitutæ conceſſarum, & Indulgentias elargitur comitantibus idem SS. Sacramentum cum ad infirmos pro viatico defertur.

X. Illas omnes Indulgentias confirmans *Benedictus XIII Conſt.LXXIX* = Pretioſus = *Tom.VI pag.*616 §. *III* „ Indulgentias quoque, inquit, ac „ gratias omnes Confraternitati Sanctiſſimi Corporis „ Chriſti in Eccleſia domus B. M. V. ſuper Minervam „ prædicti Ordinis Prædicatorum, ex qua tanquam a „ prima, & principe, innumeræ aliæ in totum, qua „ late patet, Chriſtianum orbem, in perpetuum tanti „ Sacramenti cultum, prodiere, a Prædeceſſoribus „ noſtris ab ejus origine benigne conceſſas, nimirum „ a Paulo Papa III &c. Confirmamus.

§. II.

De ſolemni ſupplicatione habenda Corpus Chriſti deferendo.

I. **P**Iam Fratrum Prædicatorum conſuetudinem, ſupplicationes ſolemnes habendi Dominica ſubſequenti Feſtum Corporis Chriſti, approbarunt Eugenius IV:
II. Pius II:
III. Clemens VII:
IV. Gregorius XIII:
V. Clemens VIII:
VI. Paulus V:
VII. Clemens XI:
VIII. Benedictus XIII: & Clemens XII.

I. **A**Nno MCCCCXLI omni hominum memoria antiquiorem fuiſſe piam Fratrum Prædicatorum conſuetudinem, ſupplicationes ſolemnes habendi Dominica ſubſequenti Feſtum Corporis Chriſti, liquet ex *Eugenii IV Conſtit.CCXX Tom.III pag.*133. Hujus tenoris eſt: „ Eugenius Epiſcopus, Servus Ser- „ vorum Dei, dilectis filiis de Czedlita, & Fontis „ Sanctæ Mariæ Virginis in Sar, Pragen. Diœceſis, „ Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem, & Apoſtoli- „ cam Benedictionem. Humilibus ſupplicum votis „ libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur „ opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro „ parte dilectorum filiorum Prioris, & Conventus „ Domus Sancti Michaelis, Oppidi Brunen., Ordi- „ nis Fratrum Prædicatorum, Olomucen. Diœceſis, „ petitio continebat, quod licet olim ipſis, eorum- „ que Prædeceſſoribus, ex Sedis Apoſtolicæ privi- „ legio, cui non extiterit in aliquo derogatum, a „ tanto tempore, quod ejus contrarii memoria ho- „ minum non exiſtit, fas fuerit, ſingulis annis in „ Feſto Dedicationis Eccleſiæ præfati Sancti, quæ in „ Dominica infra octavam celebritatis Sanctiſſimi „ Corporis Domini Noſtri Jeſu Chriſti occurrente „ celebratur, ſolemnem per dictum diem Proceſſio- „ nem facere, Corpus Dominicum in illa honorifice „ deferendo, tamen ab aliquibus annis citra, certi „ tunc expreſſi, olim Baſilien. Concilii ad partes il- „ las Legati, patriam illam a fide, & devotione noſtra, „ & dictæ Sedis, pervertere ſatagentes, eoſdem Prio- „ rem, & Conventum in noſtra, & Romanæ Eccleſiæ „ devotione perſiſtentes, ac eiſdem Legatis in præ- „ miſſis obedire penitus recuſantes, privilegio, fa- „ cultate, honore, dignitate, Proceſſionis hujuſ- „ modi, nulla cauſa, ſaltem legitima, ſubſiſtente, „ privarunt. Cum autem, ſicut eadem petitio ſub- „ jungebat, nonnulli ejuſdem Patriæ, qui a noſtra, & „ dictæ Sedis devotione receſſerant, ad cor reverſi „ viam agnoverint veritatis, & indecens ſit, quod „ ipſi Prior, & Conventus, qui ferventiſſime, & in- „ defeſſe in noſtra perſliterunt devotione, & fide, „ remaneant hujuſmodi Proceſſionis privilegio, fa- „ cultate, honore, & dignitate nudati, pro parte „ ipſorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro- „ videre eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. „ Nos igitur attendentes, quod hi, qui conſtantiores „ in fide, & devotione perſiſtunt, debent ab aliis in „ dignitate, & honoribus confoveri, hujuſmodi ſup- „ plicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apo- „ ſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter

„ ve-

,, veſtrum, ſi, vocatis qui fuerint evocandi, præmiſſa
,, fore vera repereritis, ſuper quibus veſtram con-
,, ſcientiam oneramus, privationem hujuſmodi revo-
,, care auctoritate noſtra curetis, & ſi revocationem
,, ipſam per vos fieri contigerit, ut præfertur, Prio-
,, rem, & Conventum præfatos in eum ſtatum, nec-
,, non ad privilegium, honores, & facultatem Pro-
,, ceſſionis hujuſmodi reſtituatis, & redintegretis au-
,, ctoritate præfata. Non obſtantibus piæ memoriæ
,, Bonifatii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, quibus
,, cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœ-
,, ceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra
,, unam Diætam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evo-
,, cetur, ſeu ne Judices a Sede deputati prædicta extra
,, Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fue-
,, rint, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel
,, aliis, vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam
,, diætam a fine Diœceſis eorundem trahere præſu-
,, mant, ac de duabus diætis, in Concilio Generali, &
,, aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſ-
,, cunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim
,, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſ-
,, pendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra
,, certa loca ad judicium evocari non poſſint per lite-
,, ras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam,
,, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi men-
,, tionem. Datum Florentiæ Anno Incarnationis Do-
,, minicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſi-
,, mo Primo, Tertio Idus Junii, Pontificatus noſtri
,, Anno Undecimo.

II. Huc ſpectat *Pii II Conſt. XI* = Immenſa Dei = *Tom. III pag.* 389.

III. Conſulenda *Clementis VII Conſt. LII* = Expo-ni Nobis = *Tom. IV pag.* 470:

IV. ,, Cum itaque, inquit *Gregorius XIII Conſti-tut. LXXX* = Redditurі = *Tom. V pag.* 347 ,, ſicut ac-
,, cepimus, Proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti in Ec-
,, cleſiis Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ
,, Hiſpaniæ Dominica infra octavam Sanctiſſimi Sa-
,, cramenti ſingulis annis fieri conſueverit; Nos, ut
,, Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa dictæ
,, Proceſſioni interſint, quo ex hoc dono cæleſtis gra-
,, tiæ conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, dilecti
,, etiam filii noſtri Michaelis tituli S. Mariæ ſuper
,, Minervam Presbyteri Cardinalis Alexandrini nun-
,, cupati, qui dictum Ordinem, dum in minoribus
,, eſſet, expreſſe profeſſus eſt, precibus Nobis ſuper
,, hoc humiliter porrectis, benigne annuentes, de
,, omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri,
,, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, om-
,, nibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus,
,, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictæ Proceſ-
,, ſioni in Eccleſiis prædictis dicta die Dominica infra
,, octavam Sanctiſſimi Sacramenti, de mane faciendæ
,, devote interfuerint, & ibi pias ad Deum preces
,, pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, infide-
,, lium converſione, hæreſum extirpatione, ac con-
,, cordia inter Chriſtianos Principes confovenda, &
,, alias, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint,
,, Plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſio-
,, nem, & indulgentiam, Apoſtolica auctoritate te-
,, nore præſentium concedimus, & elargimur, præ-
,, ſentibus ad viginti annos duntaxat valituris: Vo-
,, lumus autem, quod ſi dictæ Proceſſioni intereſſen-
,, tibus, aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel
,, ad certum tempus nondum elapſum duratura, per
,, Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint
,, roboris, vel momenti. Ceterum quia difficile fo-
,, ret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi
,, neceſſe erit, deferri, decernimus, quod tranſum-
,, ptis præſentium, ſigillo alicujus Prælati Eccleſia-
,, ſtici munitis, & manu Notarii publici ſubſcriptis,
,, eadem fides ubilibet adhibeatur, quæ ipſis origina-
,, libus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel
,, oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo
,, Piſcatoris die XIV Decembris MDLXXVI, Ponti-
,, ficatus noſtri Anno Quinto.

V. ,, Dudum, inquit *Clemens VIII Conſtitut. II Tom. V pag.* 486 ,, felicis recordationis Pius Papa V,
,, Prædeceſſor noſter certis, iiſque piis cauſis addu-
,, ctus, perpetuo conceſſit profeſſoribus Ordinis Fra-
,, trum Prædicatorum, quod in quibuſvis Civitati-
,, bus, terris, villis, locis, aut caſtris, in quibus
,, ſoliti fuerant facere Proceſſionem Sanctiſſimi Eu-
,, chariſtiæ Sacramenti ſoli in prima Dominica infra
,, octavam feſti Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſingulis
,, annis, illam facere, & celebrare poſſent, & debe-
,, rent, ac omnibus Fratribus, & Presbyteris aliarum
,, Religionum, ne dicto tempore, & hora, ſimiles
,, Proceſſiones, aut feſta celebrare, ac in ea cum pro-
,, feſſoribus prædictis concurrere auderent, perpetuo
,, inhibuit. Et ut Chriſtifideles majore cum devotio-
,, ne, ac in numero copioſo ad dictam Proceſſionem
,, concurrerent, omnibus, & ſingulis utriuſque
,, ſexus Chriſtifidelibus dictæ Proceſſioni intereſſenti-
,, bus, ſive ante, vel poſt prandium fieret, plenariam
,, omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & re-
,, miſſionem elargitus eſt, prout in literis dicti Præ-
,, deceſſoris in forma Brevis die XX Junii Anni Do-
,, mini MDLXXI, Pontificatus ſui anno ſexto, con-
,, fectis plenius continetur. Cum autem credatur,
,, quod dictus Prædeceſſor prædictam gratiam con-
,, ceſſerit, tam tunc fabricatis, quam quæ in poſte-
,, rum in quibuſvis Orbis partibus fabricarentur,
,, dicti Ordinis, Domibus, ac Priores, & Fratres
,, novarum Domorum dicti Ordinis poſtea fabricata-
,, rum poſſe juxta tenorem dictarum literarum cele-
,, brare Proceſſionem prima Dominica infra octavam
,, Corporis Chriſti hujuſmodi, & Chriſtifideles dictis
,, Proceſſionibus intereſſentes, ac vere pœnitentes,
,, & confeſſos, aut tempore debito firmum confitendi
,, propoſitum habentes, Indulgentiam Plenariam
,, prædictam conſequi, & inhibitionem, aliaque in
,, dictis literis contenta ad eas ſe extendere, nihilomi-
,, nus pro parte eorundem Fratrum Nobis fuit humi-
,, liter ſupplicatum, quatenus omnem in præmiſſis
,, dubitandi materiam amputare de benignitate Apo-
,, ſtolica dignaremur. Nos dictarum literarum teno-
,, res, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præ-
,, ſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſuppli-
,, cationibus inclinati, literas prædictas cum omni-
,, bus, & ſingulis, in eis contentis clauſulis, & de-
,, cretis, ac inhibitionibus, ad omnes, & ſingulas
,, dicti Ordinis Domos, in quibuſcunque Civitatibus
,, terris, villis, locis, & caſtris poſt datam ipſarum
,, literarum fabricatis, & in poſterum fabricandis,
,, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium exten-
,, dimus, & ampliamus, itaut Priores, & Fratres
,, Domorum dicti Ordinis, poſt datam literarum præ-
,, dictarum fabricatarum, & in poſterum in quibuſ-
,, cunque Mundi partibus fabricandarum, Proceſſio-
,, nem ejuſdem Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti,
,, per vicos, plateas, ac loca ab eis electa, & ſemel
,, tantum eligenda, in prima Dominica infra octavam
,, feſti Sanctiſſimi Corporis Chriſti ſingulis annis,
,, ſoli abſque ullo prorſus impedimento, per quoſ-
,, cunque, quavis auctoritate fungentes, illato, &
,, & inferendo, celebrare poſſint, & debeant, inhi-

„ bentes omnibus Fratribns, & Preſbyteris aliarnm
„ Religionnm, ne dicto tempore, & hora ſimiles
„ Proceſſiones, aut feſta celebrare, ant in ea cum
„ Fratribus Prædicatoribus prædictis concnrrere au-
„ deant, necnon omnibus, & ſingulis utriuſque ſexua
„ Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis,
„ ſeu ſtatutis ad id temporibns firmum confitendi
„ propoſitum habentibns, qui Proceſſionibus dicti
„ Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, per Priores,
„ & Fratres dictarum domorum poſtea erectarnm,
„ & in futurum erigendarum, prima Dominica infra
„ octavam dicti feſti celebrandis hujuſmodi, devote
„ interfuerint, Plenariam omninm peccatorum ſno-
„ rnm Indulgentiam, & remiſſionem auctoritate, &
„ tenore præmiſſis elargimur. Non obſtantibus qui-
„ buſcunque conſtitntionibus, & ordinationibus Apo-
„ ſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ce-
„ terum quia difficile foret præſentes literas ad ſin-
„ gula quæque loca ubi neceſſe fuerit, deferri, vo-
„ lnmus, & dicta auctoritate decernimus, quod præ-
„ ſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu ali-
„ cujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus
„ perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ muni-
„ tis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhibere-
„ tur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.
„ Datnm Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo
„ Piſcatoris die VIII Martii MDXCII, Pontificatus
„ noſtri Anno Primo.

VI. Vide Pauli V Conſtit.CXVI = Sacra = Tomo VII pag.256.

VII. Clemens XI Conſt.XVI = Ex parte = Tomo VI pag.460 decernit, ſolos Fratres Prædicatores ſolemnem ſupplicationem Dominica infra Octavam Feſti SS. Corporis Chriſti habere poſſe.

Huc etiam ſpectat inſtrumentum quod legitnr Tomo VII pag.371.

VIII. De eadem ſolemni ſupplicatione conſulenda Benedicti XIII Conſt.LXXIX = Pretioſus = Tomo VI pag.618 §.16: ut enim dictum fuit hoc Tit.XV Quæſt.IV §.IV Num VII: & ex Clementis XII, Conſtit.XIX, data 10 Aprilis 1733 = Cum, ſicut = Tom.VI pag.733 videre eſt, nihil circa materiam quam tractamus de Conſtitutione illa = Pretioſus = reſciſſum fuit.

Ceterum eur Privilegium, cujus hic mentio, familiæ Prædicatorum conceſſum ſit a Summis Pontificibus? ipſimet diſertis verbis declarant in Apoſtolicis Conſtitutionibus. Scilicet id *illi magis convenire viſum fuit, cum Officium dicti Feſti* (SS. Corporis Chriſti) *a B. Thoma Aquinate ipſius Ordinis Profeſſore inſtitutum fuerit*: uti loquitur Clemens VII in Conſtitutione laudata *Numero III.* Huc ſpectant Pii IV Conſt.XV, data 4 Martii 1562 = De ſalute = Tomo V pag.78: Sixti IV Conſt.XCVIII, data 23 Julii 1477 = Salvator = Tom.III pag.555: Gregorii XIII Conſt.X (legitur in Bullario Romano) data 31 Martii 1573 = Cum interdum = ubi S. Pium V deceſſorem ſuum excipiens hanc rationem profert: *Propterea quod dicti Ordinis Religio, utpote a B. Thoma de Aquino edocta particularem ſemper geſſerit devotionem erga Sanctiſſimam Euchariſtiam &c.* Et Benedicti XIII Conſt.LXXIX, data 26 Maii 1727 = Pretioſus = Tom.VI pag.618 Cap.VIII §.16.

QUÆSTIO VI.

De Confraternitate SS. Nominis Jeſu.

SUMMARIUM.

Quæſtio hæc in §. ſex dividitur.

I. De origine Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Jeſu.

II. De Indulgentiis eidem Confraternitati conceſſis.

III. De ejuſdem Confraternitatis Feſto præcipuo.

IV. De Dominica die quæ quolibet menſe eidem Confraternitati aſſignata fuit.

V. De ſolemni ſupplicatione, ſeu Proceſſione, ejuſdem Confraternitatis.

VI. De Sacris precibus perſolvendis a Confratribus Societatis SS. Nominis Jeſu.

§. I.

De origine Confraternitatis SS. Nominis Jeſu.

I. Seculo XIII jam adulto cœpit inſtitui.

II. Auctores ea de re conciliantur.

III. Originem, & ortum habuit ab Ordine Prædicatorum.

I. Seculo XIII jam adulto, Sanctiſſimi Nominis Jeſu Confraternitates a Fratribus Ordinis Prædicatorum conſtitutas eſſe, docent auctores. Cum enim anno 1274 die 20 Septembris B. Gregorius X Conſt.XXVIII = Nuper in Concilio Lugdunenſi = Tom.I pag.524, ejuſdem Ordinis Generali Magiſtro ſcripſiſſet, ut de reverentia ſpeciali, ac veneratione, Sanctiſſimo Nomini Jeſu debita, Fratres noſtri conciones Sacras haberent, & ad id efficacibus rationibus Catholicos omnes inducerent: „ Pontificis maximi, &
„ Magiſtri Generalis, inquit *Fontana* Monumen.Dominican. Parte I Cap.VI pag.107 „ mandatis executionem daturi Patres noſtri, debitam reverentiam
„ exhibendam Sanctiſſimo Nomini Jeſu prædicave-
„ runt ubique, fundantes etiam Societates in Eccle-
„ ſiis noſtris ſub invocatione Nominis Dei, & Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti, maximo cum fidelium profectu
„ in via ſalutis, quibus Pontifices Maximi amplas
„ Indulgentias conceſſere „. Hæc ille ex Taegio, & ex Actis Capituli Generalis Lugduni celebrati eodem anno 1274. Idem docent alii Scriptores Ordinis. Adeas *Caſſegam* Parte I pag.166: *Medranum* Hiſtor. Provin. Hiſpan. Tom.II Parte I Lib.VI Cap.II pag.566 *Carolum a S. Vincentio* in Anno Dominicano Parte I Septembris In Præfat. pag.86: ceteroſque paſſim.

II. Licet enim nonnulli, inter quos *Donatus* noſter de Rerum Regularium Praxi Tom.IV Tractatu VIII Quæſt.13, ſcripſerint, Confraternitatem SS. Nominis Jeſu a Didaco noſtro de Victoria, viro præſtantiſſimo, Burgenſis Conventus S. Pauli alumno, fundatam anno circiter 1564: id nnnm nihilominus hac de re docent quod Pius IV habet in Pontificia Conſtitutione eodem anno data. Scilicet Pius IV Conſt.XLI, data 13 Aprilis 1564 = Salvatoris = Tom.V pag.96 loquens de Confraternitate SS. Nominis Dei, in diverſis Civitatibus, & Oppidis Hiſpaniarum conſtituta, teſtatur, quod Didacus noſter, egregius verbi Dei prædicator, Confraternitatem illam inſtituendam curaverat, *certa etiam Regula ſuper hoc compoſita*. Quibus

bus ſane liquet, quod Didacus noſter illarum Hiſpaniæ Confraternitatum auctor ac parens merito dici poteſt, ſed hoc non obſtat, quominus Confraternitas SS. Nominis Jeſu longe antea prodierit, & alibi conſtituta ſit a Fratribus Ordinis Prædicatorum. Et ſane, cum Pius IV non ſolum in mox laudata Conſtitutione, ſed etiam in alia eodem die data, cujus initium = Injunctum = Tom.V pag.95 loquatur de *ejuſdem Confraternitatis Regula prius edita*, id argumento eſt, Confraternitatem SS. Nominis Jeſu longe antiquiorem eſſe. Anno 1401 die 31 Octobris Bonifatius IX Conſtitut.CXCII = Hodie = Tom.II pag.426 Indulgentias impertitus eſt viſitantibus Sacras ædes Sehuſenſis Cœnobii Saxoniæ, in quo Confraternitas illa conſtituta erat. Ejuſdem Confraternitatis in Eccleſia Portugalenſis Cœnobii Fratrum Prædicatorum inſtitutæ meminit Nicolaus V Conſtitut. LXII, data 30 Novembris 1450 = Humilibus = Tom.III pag.284.

III. Ceterum quod „ Societas iſta Sanctiſſimi No„ minis Dei, ſive juramentorum „ ſeu Confraternitas SS. Nominis Jeſu (his enim tribus nominibus paſſim nuncupatur) „ originem, & ortum habuerit ab „ Ordine Prædicatorum, & quod ab ejuſdem Ordi„ nis Profeſſoribus fuerit inſtituta, & aucta, necnon „ interventu... Fratrum ejuſdem Ordinis, multæ „ Indulgentiæ, aliaque privilegia, & favores, dictæ „ Societati ab Apoſtolica Sede fuerint conceſſa „ diſertis verbis aſſerit S. Pius V Conſt.CXIII = Decet Romanum = Tom.V pag.277, ubi declarat, eaſdem Societates, niſi a Fratribus Ordinis Prædicatorum conſtitutæ ſint, nullis prorſus gaudere privilegiis. „ Ex mera, inquit, deliberatione, & ex certa ſcien„ tia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, „ quod in Civitatibus, oppidis, & locis, totius Orbis „ Chriſtiani, in quibus fuerint Eccleſiæ Ordinis Præ„ dicatorum, ibi tantum, videlicet in hujuſmodi Ci„ vitatibus, oppidis, & locis, & in dictis Eccleſiis „ Prædicatorum duntaxat, dicta Societas, & Confra„ ternitas, erigi poſſit: nec deinceps nova Societas, „ ſeu Confraternitas hujuſmodi inſtituatur in Civita„ tibus, oppidis, & locis, in quibus non fuerit dicti „ Ordinis domus, aut in finitimis Eccleſiis, abſque „ licentia Prioris Provincialis, ſive Conventualis, „ dicti Ordinis, in cujus diſtrictu ſita fuerit Eccleſia, „ in qua dicta Confraternitas, ſeu Societas eſt, vel „ erit, erigenda: Quod ſi ſecus factum fuerit, Con„ fratres taliter admiſſi dictæ Confraternitatis, ſeu „ Societatis, Indulgentias non conſequantur, nec „ favoribus, aut privilegiis gaudeant, quæ Confra„ tribus legitime adſcriptis per Sedem præfatam con„ ceduntur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſen„ tium, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac etiam „ diſtrictius inhibemus, ſicque volumus, & præci„ pimus. Hæc S. Pius V, cujus Conſtitutionem firmavit Gregorius XIII Conſt.CX, data 9 Junii 1580 = Alias = Tomo V pag.402. Huc etiam ſpectant Clementis VIII Conſtitut.LIX, data 2 Februarii 1598 = Cum, ſicut = Tom.V pag.547: Pauli V Conſtitut.LXX, data 28 Septembris 1612 = Pias Chriſti = Tom. V pag.691: & LXXIII, data 1 Aprilis 1613 = Cum, ſicut = Tom.V pag.693: Clementis X Conſtit.XVII, data 28 Januarii 1671 = Ad ea = Tom.VI pag.272: Innocentii XI Conſtitut.IV, data 18 Aprilis 1678 = Cum dudum = Tom.VI pag.337, qua Deceſſorum ſuorum, & in primis S.Pii V, Conſtitutiones firmans, Confraternitates SS. Nominis Dei in Eccleſiis Ordinis Fratrum Prædicatorum conſtitutas, ratas habet, & firmat: Conſtitut.XIV, data 12 Aprilis 1680 = Nuper = Tom.VI pag.358, qua approbat, & confirmat Decretum S.Congregationis, Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpoſitæ, quo ſancitum fuerat, Generalem Magiſtrum Ordinis Prædicatorum non poſſe concedere facultatem erigendi aliam Confraternitatem, ſub titulo Nominis Dei in Eccleſiis Secularium illarum Civitatum, & Terrarum, ubi jam Confraternitas ſub eodem titulo in Eccleſia Fratrum ejuſdem Ordinis erecta reperiatur: in caſu vero quo in Eccleſia dictorum Fratrum non eſſet erecta dicta Confraternitas, prædictum Generalem Magiſtrum concedere non poſſe facultatem erigendi eandem Confraternitatem in Eccleſiis Secularium: & Conſt.XLV, ſeu Decreto S. Congregationis Concilii 14 Junii 1685 = Ex diplomatibus = Tom.VII pag.345, ex quo etiam liquet, quod ubi Conventus Ordinis Prædicatorum exiſtit, Confraternitas SS. Nominis Dei in aliis ejuſdem Civitatis Eccleſiis conſtitui nequit. Huc tandem ſpectant Apoſtolicæ Conſtitutiones quas laudat Benedictus XIII Conſtitut. LXXIX = Pretioſus = Tom.VI pag.616 §. 2., ubi ſoli Magiſtro Ordinis, aut Vicario Generali aſſeritur facultas hujuſcemodi Societates SS.Nominis Dei fundandi: & aliæ de quibus Tom.VII pag.492.

Quandam ejuſdem Societatis Regulam deſcripſi Tom.VII pag.443.

§. II.

De Indulgentiis eidem Confraternitati conceſſis.

I. IPſam variis Indulgentiis, & Privilegiis ornarunt Summi Pontifices, qui recenſentur.

I. COnfraternitatem SS. Nominis Jeſu variis Indulgentiis, etiam Plenariis, ornatam fuiſſe, liquet ex ſequentibus Conſtitutionibus, in quibus inſuper de Privilegiis eidem Societati conceſſis ſermo eſt. Conſulendæ Pii IV Conſtitut.XL = Injunctum = Tomo V pag.95: & XLI = Salvatoris = Ibid. pag.96: S. Pii V Conſt.LXXX = Cunctorum = Tom.V pag.224: & CXIII = Decet Romanum = Ibid. pag.277: Gregorii XIII Conſt.CIII = Ad augendam Tom.V pag.272: CVI = Redditurι = Ibid. pag.398: CX = Alias per = Ibid. pag.402: CXII = Alias felicis = Ibid. pag.404: CXVII = Redditurι = Ibid. pag.410: & CXXXIII = Alias felicis = pag.426: Clementis VIII Conſt.LIX = Cum, ſicut = Tomo V pag.547: Pauli V Conſtitut.XVII = Cum certas = Tomo V pag.644: LXX = Pias Chriſti = Ibid. pag.691: LXXII = Cum, ſicut = Tom.V pag.693: & LXXIII = Cum, ſicut = Ibid. pag.693: Urbani VIII Conſt.XLII = Cum, ſicut = Tom.VI pag.65: Clementis X Conſtit. XVII = Ad ea = Tom.VI pag.272: Innocentii XI Conſtitut.IV = Cum dudum = Tomo VI pag.337: & Benedicti XIII Conſtit.LXXIX = Pretioſus = Tomo VI pag.615 §. 2.

Notandum quod Venerabilis Servus Dei Innocentius XI Confraternitates SS. Nominis Dei, in Eccleſiis Ordinis Fratrum Prædicatorum conſtitutas, ratas habens, & firmans Conſtitutione = *Cum dudum* = mox laudata, meminit trium Apoſtolicarum literarum quas Paulus V dedit XXXI Octob.MDCVI; die XXVIII Septemb.MDCXII; & I Aprilis MDCXIII. Sic autem de Indulgentiis huic Confraternitati conceſſis loquitur: „ Ipſarum Confraternitatum ſic a „ Nobis confirmatarum, & validatarum, ac de novo „ reſpective erectarum Confratribus, & Conſororibus, ut omnibus, & ſingulis Indulgentiis, ac pec-

„ catorum remiſſionibus, ac pœnitentiarum relaxa-
„ tionibus, a prædicto Paulo Prædeceſſore per ter-
„ nas ſuas literas ſupradictas conceſſis, non autem
„ ullis aliis, ſervata tamen pariter earundem Pauli
„ Prædeceſſoris literarum forma, & diſpoſitione, uti,
„ frui, & gaudere, libere, & licite, poſſint, & va-
„ leant, auctoritate, & tenore præſentium, conce-
„ dimus, & indulgemus.

§. III.

De ejuſdem Confraternitatis Feſto præcipuo.

I. KAlendis Januariis celebratur feſtum præcipuum Confraternitatis SS. Nominis Jeſu.

I. FEſtum præcipuum Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Jeſu celebratur Kalendis Januariis, die ſcilicet feſto Circumciſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti: Ea quippe ſolemnitas eſt, qua non ſolum colitur myſterium Circumciſionis Salvatoris omnium Chriſti Domini, ſed etiam mater Eccleſia lætatur, quod vocatum eſt nomen ejus Jeſus. Quod autem dies illa ſit feſtus præcipuus hujuſce Confraternitatis, liquet ex ſequentibus Apoſtolicis, Conſtitutionibus, Pii IV Conſt. XL = Injunctum = Tomo V pag. 95: XLI = Salvatoris = Ibid. pag. 96: S. Pii V Conſtitut. CXIII = Decet Romanum = Tom. V pag. 277: Gregorii XIII Conſt. CIII = Ad augendam = Tom. V pag. 372: CVI = Redditurі = Ibid. pag. 398: CX = Alias per = Ibid. pag. 402: & CXXXIII = Alias felicis = Ibidem pag. 426: Pauli V Conſtitut. XVII = Cum certas = Tom. V pag. 644: & LXXII = Cum, ſicut = Ibid. pag. 693. Huc etiam ſpectat S. Congregationis Decretum quod legitur Tom. VII pag. 495.

§. IV.

De Dominica die quæ, quolibet menſe, eidem Confraternitati aſſignata fuit.

I. DOminica ſecunda cujuslibet menſis huic Confraternitati eſt aſſignata.

I. CElebrationem Miſſæ, & id genus cetera quæ Confraternitati SS. Nominis Jeſu propria ſunt, e prima ad ſecundam cujuslibet menſis Dominicam tranſtulit Gregorius XIII Conſt. CXII, data 5 Septembris 1580 = Alias felicis = Tom. V pag. 404. Huc ſpectant Pauli V Conſt. XVII = Cum certas = Tom. V pag. 644: LXX = Pias Chriſti = Ibidem pag. 691: LXXIII = Cum, ſicut = Ibid. pag. 693: & Innocentii XI Conſtitut. IV = Cum dudum = Tomo VI pag. 337.

§. V.

De ſolemni ſupplicatione, ſeu Proceſſione ejuſdem Confraternitatis.

I. QUandonam fieri debeat?

I. PAulus V Conſt. LXX, data 28 Septembris 1612 = Pias Chriſti = Tom. V pag. 691. Indulgentiam plenariam conceſſit Confratribus SS. Nominis Jeſu qui interfuerint ſolemni ſupplicationi, ſeu Proceſſioni, quæ qualibet Secunda Dominica cujuslibet menſis habetur. Quia vero variis in locis ob impedimenta ſolemnis hæc ſupplicatio Dominica Secunda nonnunquam peragi nequit, hinc idem Paulus V Conſt. LXXIII data 1 Aprilis 1613 = Cum, ſicut = Tom. V pag. 693 conceſſit, ut ſupplicatione illa ſolemni ad aliam Dominicam tranſlata, Indulgentia etiam illa tranſlata cenſeretur. Pauli V Conſtitutiones, mox laudatas, ratas habet, ac firmat Innocentius XI Conſtitut. IV = Cum dudum = Tom. VI pag. 337. Conſulenda etiam Benedicti XIII Conſt. LXXIX = Pretioſus = Tom. VI pag. 619 §. 18, & 19.

§. VI.

De ſacris precibus perſolvendis a Confratribus Societatis SS. Nominis Jeſu.

I. IPſas deſcribit Clemens VIII.

I. SAcras preces a Confratribus Societatis SS. Nominis Jeſu perſolvendas deſcribit Clemens VIII Conſt. LIX, data 2 Februarii 1598 = Cum, ſicut = Tom. V pag. 547 dicens: „ Omnibus dictæ Societatis
„ Confratribus prædictum Roſarium devote recitan-
„ tibus, qualibet vice ſeptem annos, viſitantibus
„ autem quinque Altaria, ſive quinquies unum, de-
„ voteque dicentibus pro Miſteriis Gaudioſis, decem
„ vicibus = Jeſu fili David miſerere mei = Cum
„ Verſiculo Gloria Patri, uſque in finem: vel alia
„ vice pro Myſteriis Paſſionis Chriſti Domini noſtri
„ decem vicibus = Jeſu Nazarene Rex Judæorum
„ miſerere mei = Cum verſiculo Gloria Patri, uſ-
„ que in finem; & altera vice pro Myſteriis Glorio-
„ ſis, decem vicibus = Jeſu Chriſte fili Dei vivi mi-
„ ſerere mei = cum verſiculo Gloria Patri, uſque in
„ finem, adjungendo ſingulis ſemel orationem Do-
„ minicam, & Salutationem Angelicam, ducentos
„ dies, de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet de-
„ bitis pœnitentiis miſericorditer in forma Eccleſiæ
„ conſueta relaxamus.

QUÆSTIO VII.

De Confraternitate Militiæ Angelicæ, ſeu Studentium, & Cinguli Sancti Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici.

SUMMARIUM.

I. IPſam Indulgentiis ornarunt, Sixtus V:
II. Gregorius XIII:
III. Clemens VIII:
IV. Innocentius XI:
V. Aliique Summi Pontifices.

I. BArchinonenſem Confraternitatem Studentium ſub invocatione *S. Thomæ* Indulgentiis ornans *Sixtus V Conſt. XI Tom. V pag.* 448: „ Salvator, in-
„ quit, noſter Jeſus Chriſtus, Dei Filius, Æterno
„ Patri conſubſtantialis, & coæternus, ut humanum
„ genus, Adæ primi parentis prævaricatione æterna
„ morte damnatum, ſalvum faceret, & ipſi Patri re-
„ conciliaret, de ejuſdem Patris ſinu ad hujus mundi
„ infima deſcendere, & ex Virgineo utero carnem
„ aſſumere, ac tandem poſt habitam ſalutiferam No-
„ biſcum converſationem, Nobiſque per eum ad æter-
„ nam capeſſendam ſalutem datam plenam inſtructio-
„ nem, Crucis patibulo, Paſſionem, & mortem tem-
„ poralem ſubire dignatus eſt. Unde Nos, pie con-
„ ſiderantes, humana merita ad ſalutem ipſam con-
„ ſequendam fore penitus imparia, ſingulos Chriſti-

„ fide-

Digitized by Google

„ fideles ad pia opera exercenda ſpiritualibus muoe-
„ ribus, Indulgentiis videlicet, & peccatorum re-
„ miſſionibus libenter invitamus, ut per hæc, & alia-
„ rum ſanctarum operationum exercitium, æternam
„ benedictionem valeant feliciter adipiſci. Cum ita-
„ que, ſicut accepimua, dilecti filii adminiſtratorea,
„ & Coofratres Confraternitatis Chriſtifidelium Stu-
„ dentium ſub invocatione Sancti Thomæ de Aquino,
„ non tamen pro hominibus unius ſpecialis artia, in
„ Eccleſia domus Sanctæ Catharinæ Martyris, Ordi-
„ ois Fratrum Prædicatorum Barchinonen., ad Alta-
„ re Sancti Thomæ de Aquino canoniee inſtitutæ, plu-
„ ra earitatia opera ad Dei laudem, & animarum ſa-
„ lutem, & proximorum ſubventionem io ea exer-
„ cere conſueverint, ut tam ipſi Confratres, quam
„ alii utriuſqne ſexus Chriſtifidelea eo libentius ad
„ Eccleſiam, & Confraternitatem hujuſmodi devo-
„ tionis cauſa confluant, quo exinde majora ſpiri-
„ tualia dona adipiſci poſſe cognoverint, de Omni-
„ potentis Dei miſericordia, ae Beatorum Petri, &
„ Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omni-
„ bus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibua ve-
„ re pœnitentibus, & confeſſis, qui in Confraterni-
„ tatis hujuſmodi Confratres ex nunc de cetero ad-
„ mittentur, in die prima illorum admiſſionis, ſi
„ Sanctiſſimum Euchariſtiæ Saeramentum ſumpſerint,
„ ac tam ipſis, quam aliis Confratribua jam oune
„ exiſtentibua dictæ Confraternitatis pro tempore de-
„ cedentibus, & vere pœniteotibua, & confeſſis, in
„ eorum mortia articulo pium Nomen Jeſu, ſi ore
„ non potueriot, eorde invocantibus, Plenariam
„ omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & re-
„ miſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſen-
„ tium, miſericorditer in Domino eoncedimus. Nec-
„ non tam Confratribus, quam univerſis, & ſingu-
„ lis aliis Chriſtifidelibua prædictis, ſimiliter vere
„ pœnitentibua, & confeſſis, qui præfatum Altare in
„ die Feſtivitatis ejuſdem S. Thomæ, dictæ Confra-
„ ternitatis Patroni, a primis Veſperis uſque ad oc-
„ caſum Solis diei hujuſmodi feſtivitatia devote viſi-
„ taverint, & pias inibi ad Deum preces pro Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ feliei ſtatu, & conſervatione,
„ Hæreticorum reductione, & inter Chriſtianos Prin-
„ cipea ſervanda pace, effuderint, qua die feſtivita-
„ tis hujuſmodi id fecerint, ſi præfatum Sanctiſſimum
„ Euchariſtiæ Sacramentum dicta die ſumpſerint;
„ Inſuper Confratribus prædictis, qui ſimiliter vere
„ pœnitentes, & confeſſi dictum Sanctiſſimum Sacra-
„ meotum in omnium Sanctorum, & S. Petri Mar-
„ tyris, ac Sancti Vincentii Ferrerii, necnon San-
„ ctæ Mariæ Magdalenæ feſtivitatibus, ultra Feſtum
„ Paſchatis Reſurrectionis etiam ſumpſerint, quali-
„ bet viee ſeptem annos, & totidem quadragenas:
„ Illis vero, qui Miſſis, & aliis Divinis Officiis ad
„ dictum Altare, ex conſuetudioe, vel ſtatuto, ſeu
„ intuitu dictæ Confraternitatia, tam pro vivis,
„ quam pro defunctis, ſuffragiis, vel alias ex pia
„ devotione pro tempore celebrandis, & recitandis,
„ ſeu concluſionibus, aut diſputationibua Theologa-
„ libua dictæ Confraternitatia interfuerint, vel cor-
„ pora defunctorum, tam Confratrum, quam alio-
„ rum ad ſepulturam, aut Proceſſionea dictæ Confra-
„ ternitatia, quomodolibet de licentia Ordinarii fa-
„ eiendas, aſſociaverint, vel quodcunque ſpiritua-
„ le, vel temporale miſericordiæ opus erga quam-
„ cunque perſonam, dictæ Confraternitatia cauſa,
„ quoquomodo exercuerint, quoties aliquod præmiſ-
„ ſorum fecerint, ſexaginta dies de eis injunctis, ſeu
„ aliis quomodolibet debitis pœnitentiis, auctorita-
„ te, & tenore prædictis etiam miſericorditer in Do-
„ mino relaxamus. Præſentibua quoad Chriſtifideles
„ non Confratres dictæ Confraternitatia, Altare præ-
„ dictum, ut præfertur, viſitantes, ad decennium
„ duotaxat, quo vero ad ſingula alia præmiſſa pera-
„ gentes, perpetuis futuria temporibus valituria.
„ Volumua autem, quod ſi ingredientibus dictam
„ Confraternitatem, aut aliud ex præmiſſis peragen-
„ tibus, vel aliaa aliqua alia Indulgentia in perpe-
„ tuum, vel ad certum tempus nondum elapſum du-
„ ratura, per Noa conceſſa fuerit, eædem præſentea
„ nulliua ſint roboria, vel momenti. Datum Romæ
„ apud S. Petrum Anno Incarnatioois Dominicæ Mil-
„ leſimo Quingeoteſimo Octuageſimo Sexto, Kalen-
„ dis Junii, Pontificatua noſtri Anno Secundo.

II. „ Reddituri, inquit *Gregorius XIII Conſti-
tut.CXXX Tom.V pag.423* „ de commiſſo Nobis gre-
„ ge Domino in extremo judicio rationem, ſummis,
„ ut tenemur, affectibus, cunctos Chriſtifideles,
„ quos a juſtitiæ limitibus hoſtis humani generia inſi-
„ diæ divertunt, noſtro piiſſimo Redemptori, qui non
„ mortem, ſed pœnitentiam deſiderat peccatorum,
„ ab omni labe mundatos, reſtituere, eoſque ſibi ac-
„ ceptabiles, & bonorum operum efficere cupimus
„ ſectatorea, ut per grata, & accepta Deo opera,
„ illius, qui miſericordiarum pater eſt, gratiam, &
„ miſericordiam valeant faciliua reperire, & Nos in
„ ipſa ratione reddenda divinæ juſtitiæ poſſimus eva-
„ dere ultionem. Cum itaque, ſicut accepimua, ad
„ Altare S. Thomæ de Aquino ſitum in Eccleſia do-
„ mus Sancti Dominici Ordinis Fratrum Prædicato-
„ rum Valentin. una pia, & devota Chriſtifidelium
„ Confraternitas Studentium nuncupata ſub invoca-
„ tione ejuſdem Sancti Thomæ canonice inſtituta exi-
„ ſtat, cujus dilecti filii Confratres ad Dei laudem,
„ animarumque ſalutem, & proximi ſubventionem,
„ multa bona, & pia opera exercere ſolent, Nos
„ cupientea, ut dicti Confratres in piorum ope-
„ rum hujuſmodi exercitio confoveantur, ac magis
„ ad ea in poſterum exercenda, necnon alii Chriſtifi-
„ delea ad Confraternitatem prædictam ingrediendam
„ per amplius invitentur, ipſaque Confraternitas in
„ diea ſalutaribus in Domino magis proficiat incre-
„ mentia, & dictum Altare in debita veneratione ha-
„ beatur, ac ab ipſis Chriſtifidelibus congruis fre-
„ quentetur honoribus, illique eo libentius ad dictum
„ Altare devotionia cauſa confluant, quo ex hoc do-
„ no cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe uberiua eſſe refe-
„ ctos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Bea-
„ torum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctori-
„ tate confiſi, omnibus, & ſingulia utrinſque ſexus
„ Chriſtifidelibus prædictis vere pœnitentibus, &
„ confeſſis in eorum mortis articulo pium Nomen Je-
„ ſu, corde, ſi ore non potuerint, invocantibus,
„ Plenariam: necnon tam Confratribua, quam uni-
„ verſis Chriſtifidelibus prædictis ſimiliter vere pœ-
„ nitentibua, & confeſſis, qui Altare prædictum in
„ die feſtivitatis ejuſdem Sancti Thomæ hujuſmodi
„ Confraternitatia patroni a primia Veſperis uſque
„ ad occaſum Solia diei feſtivitatis hujuſmodi devote
„ viſitaverint, & pias ad Deum preces, pro Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ felici ſtatu, & conſervatione,
„ Hæreticorum reductione, & inter Chriſtianos
„ Principea ſervanda pace, & unione effuderint,
„ quo die feſtivitatis hujuſmodi id fecerint, ſi eadem
„ die prædictum Sacrameotum ſumpſerint, ſimiliter
„ Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgen-
„ tiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, te-
„ nore præſentium, concedimua, & elargimur. In-
„ ſuper

,, ſuper Confratribus prædictis, qui pariter vere pœ-
,, nitentes, & confeſsi dictum Sacramentum in Nati-
,, vitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes,
,, ac Sancti Dominici, necnon omnium Sanctorum
,, feſtivitatibus ultra Feſtum Paſchatis Reſurrectio-
,, nis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis quali-
,, bet vice ſeptem annos, & totidem quadragenas:
,, illis vero, qui Miſsis, & aliis Divinis Officiis ad
,, dictum Altare ex conſuetudine, vel ſtatuto, vel
,, intuitu dictæ Confraternitatis, tam pro vivis, quam
,, pro defunctis, vel alias pro tempore celebrandis, &
,, recitandis interfuerint; aut etiam pauperes puellas
,, dotaverint, vel Matrimonio collocaverint, vel cor-
,, pora defunctorum, tam Confratrum, quam aliorum
,, ad ſepulturam aſſociaverint, aut Proceſsiones per
,, ipſam Confraternitatem pro tempore celebrandas
,, comitati fuerint, ſeu illis, aut etiam Congregatio-
,, nibus per eandem Confraternitatem pro tempo-
,, re faciendis interfuerint, quoties præmiſſa, vel ali-
,, quod præmiſſorum pro tempore fecerint, ſexaginta
,, dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debi-
,, tis pœnitentiis, auctoritate, & tenore præmiſſis
,, miſericorditer in Domino relaxamus. Præſentibus
,, quoad Chriſtifideles, non Confratres ad decen-
,, nium tantum, quo vero ad Confratres perpe-
,, tuis futuris temporibus duraturis. Volumus au-
,, tem, quod ſi Confratribus, & aliis Chriſtifideli-
,, bus prædictis ratione præmiſſorum, vel alias aliqua
,, alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tem-
,, pus, non dum elapſum, duratura per Nos conceſſa
,, fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel
,, momenti. Datum Romæ apud Sanctum Marcum
,, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quin-
,, genteſimo Octuageſimo Tertio, Nonis Auguſti,
,, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

III. De eadem Confraternitate legenda *Clementis VIII Conſt. XV* = De ſalute = *Tom. V pag. 496*, & Conſt. CXXXIII = De ſalute = *Tom. VII pag. 227.*

IV. De Barchinonenſi vide Innocentii XI Conſtit. XV = Dudum felicis = Tom. VI pag. 359.

V. De Confraternitate Cinguli S. Thomæ, ſeu Militia Angelica conſulendæ ſequentes Conſtitutiones.

Lovanienſem Confraternitatem Cinguli S. Thomæ Indulgentiis ornat Innocentius X Conſtitut. XX = Cum ſicut = Tom. VI pag. 165.

Pro Neapolitana vide Alexandri VII Conſtitut. XXVIII = Cum ſicut = Tom. VI pag. 201.

Pro Valentina Confraternitate vide Innocentii XII Conſtitut. IV = Conſiderantes = Tom. VI pag. 398.

Pro Cæſarauguſtana vide Innocentii XII Conſtitut. IX = Conſiderantes = Tom. VI pag. 402.

Pro Mutinen. vide Innocentii XII Conſt. XXII = Cum ſicut = Tom. VI pag. 417.

De Indulgentiis ipſi conceſſis vide Benedicti XIII Conſtitut. LXXIX = Pretioſus = Tom. VI pag. 617 §. XI.

Quodnam ſit ejuſdem feſtum præcipuum. Idem ibidem.

Unitur eidem Societas Academiæ Studentium S. Thomæ. Idem ibidem.

Eandem fundandi facultas ſoli Generali Magiſtro aſſeritur. Ibidem.

Pro Florentina vide Tom. VII pag. 360.

QUÆSTIO VIII.

De Societate Cruceſignatorum.

SUMMARIUM.

I. Ipſam privilegiis ornarunt, Alexander VI:
II. Julius II:
III. Clemens VII:
IV. S. Pius V:
V. Clemens VIII:
VI. Paulus V:
VII. Benedictus XIII.

I. De Societate Cruceſignatorum legenda Alexandri VI Conſtitutio CXXXIII = *Cum felicis* = Tom. VII pag. 113.

II. Fratri *Georgio de Caſali* ſcribens *Julius II Conſt. XLV Tom. IV pag. 240* ,, Exponi, inquit, Nobis
,, feciſti, quod tu qui in Civitate, & Diœceſi Cremo-
,, nen. hæreticæ pravitatis Inquiſitor exiſtis, contra
,, eandem hæreticam pravitatem quandam utriuſque
,, ſexus perſonarum Societatem, Cruceſignatorum
,, nuncupatam, in dicta Civitate, Apoſtolica aucto-
,, ritate inſtituiſti, a quibus eo majorem contra hære-
,, ticos favorem ſperas, quo præfatæ perſonæ am-
,, plioribus gratiis, & privilegiis ſe refectos nove-
,, rint, quemadmodum aliis ſic Cruceſignatis in qui-
,, buſdam locis a Sede Apoſtolica conceſſum fuit. Pro-
,, inde pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplica-
,, tum, ut pium inſtitutum hujuſmodi Apoſtolico favo-
,, re proſequi dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplica-
,, tionibus inclinati omnibus utriuſque ſexus perſonis
,, contra hæreticos Cruceſignatis in Civitate, & Diœ-
,, ceſi Cremonen. prædictis, nunc, & pro tempore de-
,, gentibus, ab Inquiſitore hæreticæ pravitatis pro
,, tempore exiſtente, vel ab aliis, quibus idem In-
,, quiſitor id commiſerit, quoties ipſorum Cruceſi-
,, gnatorum devotioni videbitur, præterquam in die
,, Paſchæ, & ſine eorum Rectoris præjudicio, Eu-
,, chariſtiæ Sacramentum in Eccleſiis Fratrum Ordinis
,, Prædicatorum recipere libere, & licite valeant,
,, necnon viſitando tria Altaria in eiſdem, vel aliis
,, Eccleſiis, & ante quodlibet ipſorum Altarium dicen-
,, do quinquies Orationem Dominicam, & toties ſalu-
,, tationem Angelicam, his diebus quibus Stationes in
,, Alma Urbe celebrantur, eaſdem Indulgentias conſe-
,, quantur, quas conſequerentur, ſi eiſdem diebus
,, Eccleſias Urbis Romæ viſitarent, Apoſtolica au-
,, ctoritate, tenore præſentium, de ſpeciali gratia
,, indulgemus, in contrarium facientibus non ob-
,, ſtantibus quibuſcunque.

III. ,, Et quia, inquit *Clemens VII Conſt. LV* = Cum ſicut = *Tom. IV pag. 473* ,, Inquiſitores præ-
,, fati in Civitatibus, ſeu aliis locis Societates, ſeu
,, Confraternitates ad extirpandum hæreſes, & ad
,, capiendum hæreticos, juxta conceſſionem, a Ro-
,, manis Pontificibus eis factam, inſtituunt, & in eis
,, Confratres recipiunt, qui in eorum receptione
,, votum in eorundem Inquiſitorum, ſeu Vicario-
,, rum manibus emittunt, & voto ſe aſtringunt,
,, dum pro parte ipſorum Inquiſitorum ad capiendos
,, ipſos hæreticos requiſiti fuerint, auxilium, con-
,, ſilium, & favorem præſtare, ut eis tempore
,, cujuſvis localis interdicti divinis intereſſe, & eis
,, decedentibus eorum corpora Eccleſiaſticæ Sepultu-
,, ræ, ſine tamen funerali pompa, tradi, poſſint,
,, dummodo cauſam non dederint hujuſmodi interdi-
,, cto,

Digitized by Google

„ cto, nec eis id contigerit ſpecialiter interdici: Ipſiſque Crucesſignatis per ipſos Inquiſitores, ſeu Vicarios, dum in eorum manibus votum, hæreticos ipſos perſequendi, emiſerint, ut ſemel ex tunc, & in mortis articulo a reſervatis, & in Bulla Cœnæ Domini contentis caſibus, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, aut propoſitum confitendi debito tempore per Eccleſiam ſtatuto, habuerint, abſolvi, ac Indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remiſsio hujuſmodi concedi; eiſque, ut ſingulis diebus anni quinque Altaria, Eccleſiæ, ſi tot ibi fuerint, aut unum loci, in quo eos eſſe contigerit, pſalmum unum genibus flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam in quolibet Altari, Indulgentias Stationum Urbis conſequi valeant, etiam concedendi, & elargiendi auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam, & facultatem concedimus.

IV. „ Sacroſanctæ Romanæ, inquit, *S. Pius V Conſt. XCVIII* == Sacroſanctæ Romanæ == *Tom. V pag. 253* „ & univerſalis Eccleſiæ, divina diſponente Clementia, meritis licet inſufficientibus, præſidentes omnem paſtoralis noſtri officii curam, atque vigilantiam, in id potiſsimum adhibere debemus, ut fides Catholica ubique terrarum, quantum in Nobis eſt, integra, inviolataque conſervetur, & impii, ac deteſtandi hæreticorum conatus, ipſam unam fidem violare ſatagentium, omnibus rationibus comprimantur. Unde ſi quæ ad juvandum hujuſmodi noſtrum propoſitum, ac debitum, alias pie inſtituta, ac conceſſa fuiſſe a Prædeceſſoribus noſtris comperimus, libenter approbamus, & alias deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque inter ceteras, quæ in Eccleſia Dei hactenus inſtitutæ ſunt, Chriſtifidelium Societates, illa ſatis uberes Chriſtianæ Religionis fructus afferre videatur, quæ ſub Crucesſignatorum vocabulo ad aſsiſtendum hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, auxiliumque quando, & quoties opus ſit, in Catholicæ Fidei negotiis adverſus hæreticos, etiam vita ipſa, præſtandum, inſtituta exiſtit, ut non immerito a diverſis Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris ſpecialibus gratiis, & privilegiis fuerit decorata, Nos, attendentes, quod ea majorem obtinent roboris firmitatem, quæ pluries Apoſtolicæ confirmationis præſidio ſint communita, utque paternum noſtrum erga ipſam Societatem caritatis affectum oſtendamus, ejuſdem Societatis Crucesſignatorum creationem, & inſtitutionem, ac privilegia, quæ ſunt in uſu, necnon Indulgentias, prærogativas, facultates, gratias, & indulta quæcunque eidem Societati, & illius utriuſque ſexus Confratribus Crucesſignatis pro tempore exiſtentibus, tam per Innocentium IV, Innocentium VIII, Julium II, Leonem X, Clementem VII, quam quoſcunque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis hactenus quomodolibet conceſſa, & confirmata, decretis tamen Concilii Tridentini non repugnantia, necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, approbamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis, robur adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Octobris MDLXX, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

V. De Societate Crucesſignatorum Cremonen. vide Clementis VIII Conſt. CXLI == Omnipotentis == Tom. VII pag. 235.

VI. Paulus V Conſtitut. CX == Cum inter == Tom. VII pag. 251 Indulgentiam Societati Crucesſignatorum concedit. Hujus tenoris eſt. „ Paulus PP. V. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Cum inter ceteras, quæ in Eccleſia Dei hactenus inſtitutæ reperiuntur Chriſtifidelium Confraternitates, illa ad Dei Omnipotentis gloriam, & orthodoxæ fidei conſervationem, & propagationem ſatis uberes fructus attuliſſe, & in dies afferre dignoſcatur, quæ licet in varias partes diſperſa ſub Crucesſignatorum vocabulo, ſeu Sancti Petri Martyris invocatione ad aſſiſtendum hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, auxiliumque, quando, & quoties opus eſſet, in Catholicæ fidei negotiis adverſus hæreticos, etiam vita ipſa, præſtandum jampridem inſtituta exiſtit, Nos paterna ſolicitudine, ut eadem Crucesſignatorum Confraternitas eo majora ſuſcipiat incrementa, quo ſpecialibus privilegiis decorata, & cæleſtis gratiæ donis adjuta fuerit, providere volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eandem Confraternitatem pro tempore ingredientur, & in ea ubicunque locorum deſcribentur, ſeu recipientur, die primo eorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi, ſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, nec non tam ipſis, quam ad præſens exiſtentibus prædictæ Confraternitatis Confratribus, etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri potuerit, refectis, vel ſaltem contritis, in eorum mortis articulo pium nomen Jeſu corde, ſi ore non potuerint, invocantibus: Inſuper dictis Confratribus, ſimiliter pœnitentibus, & confeſſis, qui aliquam ex Eccleſiis, vel Capellis, ſeu Oratoriis ipſius Confraternitatis in Exaltationis S. Crucis, ac S. Petri Martyris feſtis diebus, ſeu eorum aliquo, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis cujuslibet dierum hujuſmodi, quolibet anno pro tempore devote viſitaverint, & ibi pias ad Deum preces pro S. Romanæ Eccleſiæ, ac Fidei Catholicæ felici ſtatu, & exaltatione, hæreſumque extirpatione, Romani Pontificis ſalute, & inter Chriſtianos Principes ſervanda pace, concordia, & unione effuderint, quacunque Feſtivitate prædicta id pro tempore fecerint, ſi ſimiliter dictum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & elargimur. Præterea eiſdem Confratribus pariter pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis, vel Capellis, ſeu Oratoriis prædictis in Inventionis ejuſdem Sanctæ Crucis, & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chri-

„ ſti,

„ ſti, ac Annunciationis, & Aſſumptionis B. Mariæ
„ Virginis, necnon omnium Sanctorum Feſtivitati-
„ bus a primis ſimiliter Veſperis uſque ad occaſum
„ Solis, dierum Feſtivitatum earundem devote etiam
„ viſitaverint, & ut ſupra oraverint, quo dierum
„ Feſtivitatum hujuſmodi id egerint, necnon etiam,
„ qui pro hæreticorum capturis, vel illis captis tuto
„ deducendis, aſſociando, ſeu alias, operam præſti-
„ terint, aut proceſſionibus juxta eorum ſtatuta, ſeu
„ alias de locorum Ordinariorum licentia, quando-
„ cunque, & ubicunque faciendis, intervenerint,
„ ſeu eorum converſioni, & in Fide Catholica inſtru-
„ ctioni incubuerint, vel ad conciones, ſeu prædi-
„ cationes, quæ contra illos fiunt audiendas, ac deni-
„ que ad illos, eorumque fautores, receptatores, &
„ defenſores impugnandos acceſſerint, ſeu in præmiſ-
„ ſis Inquiſitoribus auxilium, conſilium, vel favo-
„ rem præſtiterint, quo die præmiſſa, vel aliquod
„ præmiſſorum, egerint, quadraginta annos de in-
„ junctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœni-
„ tentiis, auctoritate, & tenore præmiſſis, miſeri-
„ corditer in Domino relaxamus in forma Eccleſiæ
„ conſueta, quodque iidem Confratres ſingulis an-
„ ni diebus quinque Altaria ſi totidem ibi fuerint, aut
„ ſaltem unum Eccleſiæ loci, in quo ipſos pro tempo-
„ re morari contigerit, devote viſitando, ac geni-
„ bus flexis Pſalmum, vel quinquies orationem Do-
„ minicalem, & Salutationem Angelicam recitando,
„ eaſdem Indulgentias, & peccatorum remiſsiones,
„ quas conſequerentur, ſi eo die Eccleſias Urbis, in
„ quibus Stationes habentur, viſitarent, conſequan-
„ tur, ſimiliter auctoritate, & tenore præmiſsis con-
„ cedimus, & indulgemus. Præſentibus perpetuis fu-
„ turis temporibus valituris. Decernentes noſtræ In-
„ tentionis exiſtere, quod præmiſſæ Indulgentiæ, &
„ gratiæ tam ſingulis Inquiſitoribus, & eorum Vica-
„ riis, quam Conſultoribus, ceteriſque Officii In-
„ quiſitionis hæreticæ pravitatis Officialibus, Mini-
„ ſtris, & Servientibus ubilibet commorantibus, &
„ etiam in dicta Confraternitate minime deſcriptis,
„ muneri tamen ſuo, prout quemlibet reſpective
„ concernit, fungentibus, & alias præmiſſa pera-
„ gentibus conceſſæ ſint, & cenſeantur. Non ob-
„ ſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo-
„ ſtolicis, ac regula noſtra de non concedendis In-
„ dulgentiis ad inſtar, ceteriſque in contrarium quo-
„ modolibet facientibus. Datum Romæ apud S. Mar-
„ cum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Julii MDCXI,
„ Pontificatus noſtri Anno Septimo.

„ Scipio Cobellutius.

VII. Ejuſdem Societatis meminit Benedictus XIII Conſt.LXXIX = *Pretioſus* = Tom.VI pag.617 §. X.

SUPPLE-

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
TERTIUM
AD BULLARIUM
ORD. FF. PRÆDICATORUM.

INNOCENTIUS IV.

Vide Tom. I pag. 117, & Tom. VII pag. 17, ac 413.

De Decimis non percipiendis ex hortis, & virgultis Fratrum Prædicatorum, & Sacramentis adminiſtrandis eorundem Domeſticis. — Anno 1244 Die 13 Septembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CCCLXXXVII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Magiſtro, ac Fratribus Ordinis Prædicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUi Deum tota mente &c. (2) Datum Januæ (3), Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi.*
2. *Tota mente &c.*) Ut in Conſtitutione XLII Innocentii IV *Tomo I pag. 131.*
3. *Januæ.*) Poſſunt ex hoc illuſtrari geſta Innocentii IV qui tunc temporis Lugdunum petebat, Generalis Concilii cauſa.

ALEXANDER IV.

Vide Tom. I pag. 266 &c. Tom. VII pag. 35 &c. & pag. 414 &c.

Ut Cremonenſis Conventus Ordinis Prædicatorum Fratres Ducentas Marcas, ſeu Beſſes, argenti recipiant ex pecuniis reſtituendis, & ex legatis. — Anno 1258 Die 13 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CCCXIX.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Cremonen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NEceſſitatibus veſtris benigno compatientes affectu &c. (2) Datum Viterbii, III Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi.*
2. *Affectu &c.*) Ut in *Conſtitutione CCXI Alexandri IV Tomo I pag. 364.*

Iglavienſem Conventum Indulgentiis ornat. — Anno 1261 Die 12 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CCCXX.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem Civium Supernorum, a redemptis pretio Sanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris, meritorum debet acquiri virtute, inter quæ illud eſſe prægrande dignoſcitur, quod ubique, ſed præcipue in Sanctorum Eccleſiis Majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cum itaque dilecti Filii, & Fratres Ordinis Prædicatorum de Iglavia, Olomucenſis Diœceſis, Eccleſiam eorum loci ejuſdem cupiant, ſicut

aſſerunt, in proximo facere dedicari, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad dictam Eccleſiam imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles quaſi per præmia ſalubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in die Dedicationis hujuſmodi, & ſeptem diebus immediate ſequentibus cauſa devotionis, acceſſerint, hac vice duntaxat unum annum, & quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Laterani, II Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo*,) In quo exemplar.

CLEMENS IV.

Vide Tom.I pag.449 &c. Tom.VII pag.43 &c.

Anno 1267 Die 11 Maii.

Priori Fratrum Prædicatorum Bononienſium quædam præſcribit pro Ferrarienſi Monaſterio S. Antonii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Priori Fratrum Prædicatorum Bononienſium, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX parte dilectarum in Chriſto Filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Sancti Antonii in Policinio Ferrarienſi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, fuit propoſitum coram Nobis, quod ipſæ olim de Eccleſia Sancti Stephani de Rupta Ferrarienſi, ubi tunc morabantur, propter evidentem utilitatem de licentia Sedis Apoſtolicæ ſe ad idem Monaſterium tranſtulerunt. Quare prædictæ Abbatiſſæ, & Conventus Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſæ in eodem Monaſterio Eccleſiam de novo ædificare incœperint, deſtruendi prædictam Eccleſiam Sancti Stephani ad prædictum Monaſterium pleno jure ſpectantem, in qua non habente populum aliqua perſona Eccleſiaſtica non moratur, & lapides, & lignamina ipſius deferendi ad idem Monaſterium, ac ea in conſtructionem ipſius Eccleſiæ convertendi, eis licentiam concedere dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus perſonaliter accedens ad locum, conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, ſi hoc ſine ſcandalo fieri poterit, & tibi expedire videbitur, eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui auctoritate noſtra concedas licentiam poſtulatam. Datum Viterbii, V Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo*,) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſ*.

B. GREGORIUS X.

Vide Tom.I pag.503 &c. Tom.VII pag.45 &c.

Anno 1273 Die 30 Martii.

De Decimis a Monaſterio Vallis-Duciſſæ percipiendis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLIV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ, Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis precibus benignum impertientes aſſenſum, vobis, tenore præſentium, indulgemus, ut in Parochiis illis, in quibus habetis, & juſte percipitis majores, & veteres, Novalium quoque, Decimas, de quibus aliquis hactenus non percepit, pro ea portione, qua Veteres vos contingunt, juxta tenorem declarationis a felicis recordationis Alexandro Prædeceſſore noſtro ſuper hoc editæ, valeatis percipere, ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem Veterem, III Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum, quod una cum ceteris, quæ pro eodem Monaſterio Vallis-Duciſſæ, & Auderghemſi, tranſcribentur in hoc Supplemento, Romam mittenda curavit R. A. P. Sacræ Theologiæ Magiſter Pius Vanden Dyck, Collegii Caſanatenſis Theologus.

Mona-

Monaſterium Vallis-Duciſſæ ſub Sanctæ Sedis protectione ſuſcipitur.

Anno 1273 Die 31 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ, Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, &, ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & Monaſterium Vallis-Duciſſæ, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Terras, Domos, Vineas, Poſſeſſiones, & alia Bona veſtra, ſicut ea omnia juſte, & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos Monaſterio prædicto, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem Veterem, II Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

Confirmat omnia Privilegia conceſſa Monaſterio Vallis-Duciſſæ.

Anno 1273 Die 31 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLVI.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ Ordinis Sancti Auguſtini ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SOlet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium deſideriis favorem benevolum impertiri. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones Secularium exactionum a Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte ac pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem Veterem II Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*) In quo exemplar authenticum.

Ne quis uſurpet bona Monaſterii Vallis-Duciſſæ.

Anno 1273 Die 31 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLVII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio... Decano Eccleſiæ Bruxellen. Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INſinuarunt nobis dilectæ in Christo filiæ, Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Vallis-Duciſſæ, Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum viventes, quod nonnulli Clerici, & Laici, Cameracen., Leodien., Trajecten. Civitatum, & Diœceſum, terras, vineas, nemora, prata, poſſeſſiones, domos, & nonnulla alia bona immobilia, quæ ab eiſdem Prioriſſa, & Conventu in feudum, vel ſub redditu, ſeu annuo cenſu, tenent, quandoque locis Religioſis, & Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis interdum petentibus, atque Laicis vendere, ſeu donare, ad perpetuum cenſum concedere, ac de ipſis alios infeudare, & eadem alias alienare, necnon ejuſmodi terris, aliiſque bonis prædictis novas ſervitutes imponere de facto, cum de jure nequiverint, abſque ipſius Prioriſſæ, & Conventus aſſenſu legitimo, temeritate propria, præſumpſerunt. Sicque ipſi prætextu conceſſionis, & infeudationis hujuſmodi in terris, aliiſque prædictis bonis quodammodo jus dominii ſibi vendicare contendunt, dum per eos illa ad alios, & per illos ſæpe in perſonam tertiam, ac deinceps, eis irrequiſitis, nec conſentientibus, transferuntur. Unde cum ex hoc Monaſterium prædictum non modicam ſuſtineat læſionem, pro parte dictarum Prioriſſæ, & Con-

& Conventus humiliter petebatur a nobis, ut ſuper hoc indemnitati ejuſdem Monaſterii providere paterna ſolicitudine curaremus. Nos itaque ipſis Prioriſſæ, & Conventus ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, & infeudationes, ſeu alia præmiſſa, a prædictis Clericis, & Laicis, ſunt contra juſtitiam attentata, eadem in irritum revocare, & ne ab eis ſimilia præſumantur, auctoritate noſtra, firmiter inhibere procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore, ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Urbem Veterem II Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1275 Die 11 Aprilis.

Ut Monaſterium Vallis-Duciſſæ juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLVIII. Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ, Ordinis Sancti Auguſtini, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

APoſtolicæ Sedis benignitas prudentes Virgines, quæ ſe parant accenſis lampadibus obviam Sponſo ire, tanto propenſiori debet ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus indigere ſuffragio dignoſcuntur. Cum igitur ex parte veſtra fuerit propoſitum coram nobis, quod vos incluſæ corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, de inſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum, illas quæ vobis competunt, hactenus laudabiliter duxeritis obſervandas, ac committi Magiſtro, & Priori Provinciali Theutoniæ ipſius Ordinis Prædicatorum affectatis: Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtræ, ac cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ Reginæ Francorum illuſtris, precibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum, auctoritate præſentium, Magiſtro, & Priori committimus ſupradictis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub Magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris Provincialis Theutoniæ, qui pro tempore fuerint, de cetero maneatis: illis gaudentes privilegiis, quæ prædicto Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, & ipſi Magiſter, & Prior, contraria conſuetudine ipſius Ordinis, vel indulgentia ab eadem Sede obtenta, ſeu etiam obtinenda, nequaquam obſtantibus, animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes & curam, ac vobis de Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, illas quæ vobis competunt, ſine difficultate qualibet exhibentes, eidem Monaſterio, per ſe, vel alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc idoneos viderint, quoties expedierit, officium Viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noverint indigere, ac nihilominus inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout in aliis Monaſteriis Monialium ejuſdem Ordinis fieri conſuevit. Electio tamen Prioriſſæ libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta, & ne pro eo quod in Monaſterio veſtro ipſius Ordinis Fratres reſidere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, prædicti Magiſter, & Prior ad Confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prædicta, vobis deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Ad hæc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere, non obſtante contraria conſuetudine, vel ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut quacunque firmitate alia roboratis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ commiſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni III Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

MAR-

Digitized by Google

MARTINUS II. dictus IV.

Vide Tom.II pag.1 &c., & Tom.VII pag.47.

Ut Monaſterium Nucerinum juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Anno 1283 Dic 7 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Gerardus miſeratione Divina Sabinen. Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Bajulus Regni Siciliæ, una cum Excellenti viro Domino Roberto Comite Atrebaten. per Sanctam Romanam Eccleſiam conſtitutus. Honeſtis, & Religioſis Mulieribus ac in Chriſto ſibi dilectis Prioriſſæ, & Sororibus Monaſterii S. Annæ de Nuceria Chriſtianorum, Ordinis S. Auguſtini, Salernitan. Diœceſis, Salutem in Domino. VIII.

QUi, Secularibus deſideriis abnegatis ad cæleſtia bona promerenda feſtinant, ſe ſponte ſubdendo Regularibus diſciplinis ſunt non immerito in ſuis piis votis efficaciter provehendi, ut incertum curſum eo facilius valeant conſummare, quo ſibi viam propoſitam conſpexerint certiorem. Sane, ſicut petitio veſtra Nobis exhibita continebat, licet vos carnem veſtram cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigere cupientes ſub Regulari habitu Beati Auguſtini Domino cœperitis famulari, tamen attendentes provide quod Ordo Fratrum Prædicatorum in Orbe terrarum infinitos flores odoris, & fructus protulit honeſtatis, ac per hæc currentes in odorem unguentorum ſuorum ſub eadem B. Auguſtini viventes Regula Sororum ſecundum Fratrum Prædicatorum inſtituta viventium habitum deſideratis, & inſtituta recipere, ac ejuſdem Ordinis Fratrum curæ committi, ut animarum veſtrarum ſalutem poſſitis liberius taliter procurare. Nos itaque veſtrum pium in hac parte propoſitum in Domino multipliciter commendantes, ac petitioni veſtræ favorabiliter annuentes, Sororum hujuſmodi habitum devotioni veſtræ, auctoritate qua fungimur, duximus concedendum. Volentes ut de cetero ſecundum veſtram petitionem, & deſiderium per Fratres dicti Ordinis Prædicatorum providos, & maturos, qui in dicto Monaſterio de ſuorum Prælatorum ordinatione pro tempore moram trahent, veſtræ confeſſiones audiantur, exceſſus veſtri tam in capite, quam in membris corrigantur, & per eoſdem vobis miniſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta, & bonorum temporalium etiam dicti Monaſterii cura diligens, & debita habeatur. Statuentes nihilominus, ut eadem Sancti Auguſtini Regula, ſub hujuſmodi inſtitutis, & habitu, ac ipſius Ordinis Prædicatorum cura, & obedientia, in veſtro Monaſterio per vos, & Sorores alias, quæ vobis in Monaſterio ſuccedent eodem, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervetur. Nolumus tamen, quod propter commiſſionem hujuſmodi, & conſtitutionem in recipiendo, poſſidendo, & retinendo poſſeſſiones, & redditus, ullum penitus præjudicium generetur. Actum, & datum in dicto veſtro Monaſterio VII Idus Novembris Anno Domini MCCLXXXIII Indictionis Secundæ.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo Nucerino.

NICOLAUS IV.

Vide Tom.II pag.19 &c. Tom.VII pag.48 &c.

De Cœnobio Cremonenſi ampliando.

Anno 1289 Die 29 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Conventui Ordinis Fratrum Prædicatorum de Cremona, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. XXXIII.

REligionis Veſtræ meretur honeſtas, ut vos favore præcipuo proſequentes, ſpecialem vobis gratiam faciamus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod locus veſter adeo arctus exiſtit, quod in eo Eccleſiam, & Officinas vobis neceſſarias conſtruere non poteſtis, quare ſuppliciter petebatis a nobis, ut Capellam S. Martini loco prædicto contiguam, & Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectam, & etiam Cenſualem, ac Parochiam non habentem, vobis, & Ordini veſtro pro conſtruenda Eccleſia, & loco ampliando prædictis, de ſpeciali gratia concedere dignaremur. Nos itaque vos, & Ordinem ipſum favorabiliter proſequentes, & intendentes vobis, & Ordini veſtro gratiam in hac parte facere ſpecialem, prædictam Capellam cum domibus ſuis tantum conſiſtentibus circa ipſam, dummodo parochiam Capella ipſa nun habeat, pro conſtructione Eccleſiæ, locique amplitudine prædictorum, vobis, & eidem Ordini concedimus gratioſe. Ita tamen quod vos Capellam aliam ejuſdem latitudinis, & altitudinis, quam eidem Romanæ Eccleſiæ prout prædicta Capella exiſtit, eſſe volumus cenſualem, in ſolo veſtro prope locum eundem in loco contiguo, & honeſto ad honorem prædicti S. Martini teneamini ſumptibus propriis infra annum a die conceſſionis

nis bujuſmodi computandum, conſtruere, ſeu ædificare de novo. Per hujuſmodi autem conceſſionem domorum ipſarum nolumus eidem Capellæ quoad alia bona & jura ipſius aliquod præjudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionia infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Tertio Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi*.

Anno 1291 Die 11 Septembris.

Indulgentia conceſſa viſitantibus ædes Sacras Tiburtini Cœnobii,

Ex Archivo (1) *Tiburtini Cænobii*,

XXXIV.

Frater Salvus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Racanaten. Epiſcopus, & in Urbe Domini Papæ Vicarius Generalis. Univerſis præſentes literas inſpecturis.
Salutem in Chriſto Jeſu Humani Generis Salvatore.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, & æternurum intuitu, id ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternam. Verum, cum ex parte Prioris, & Conventus Fratrum Prædicatorum de Tybure Nobis extiterit humiliter ſupplicatum, ut loco eorundem, ſeu Eccleſiæ, aliqualem Indulgentiam concedere dignaremur, unde nos eorum precibus inclinati, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis qui in feſtivitatibus eorum, videlicet, Beati Dominici, & Beati Petri Martyris, & per Octavas eorum, & in feſtivitatibus Beatæ Virginis, & in feſto ejuſdem Eccleſiæ, Annum unum, & quadraginta dies, & feſtis annalibus, & in feſtis XII Apoſtolorum, & in majori quadrageſima ad locum prædictorum Fratrum devote acceſſerint, & manus porrexerint adjutrices, auctoritate Apoſtolorum Petri. & Pauli, & Beati Flaviani Martyris, Patroni noſtri, cum ad hoc aſſenſua loci Diœceſani acceſſerit, centum dies de injuncta eis pœnitentia in Domino miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas noſtri Sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Urbe apud Sanctum Apollinarem Anno Domini MCCLXXXXI, Indictione decima, menſe Septembre, die undecima, tempore Domini Nicolai Papæ Quarti, Pontificatus ejuſdem Domini Anno IIII.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

B. BENEDICTUS XI.

Vide Tom. II pag. 77 &c. Tom. VII. pag. 52 &c. pag. 421 &c.

Anno 1304 Die 4 Aprilis.

Ut Sacellum S. Martini Cremonen. juris ſit Conventus Fratrum Prædicatorum ejuſdem Civitatis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLIII.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabilibus, Fratribus.. Archiepiſcopo C. . . . . Brixien. ac .. Pergamen. Epiſcopis
Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ORdinis Dilectorum Filiorum .. Prioris, & Conventus Fratrum Ordinis Prædicatorum Cremonen., ſacra Religio, in cujus obſervantia ſub paupertatis ſarcina devotum Altiſſimo famulatum iidem Fratres, & Conventus impendunt, ſolicitat mentem noſtram, ut votis ſuis in iis quæ neceſſitatibus eorum opportuna fore conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Ex parte ſiquidem dictorum Prioris, & Conventus fuit propoſitum coram nobis, quod felicis recordationis Nicolaus Papa IV Prædeceſſor noſter Eccleſiam S. Martini ſitam in loco Civitatis Cremonenſis in quo nunc degunt, quæ prope locum in quo manebant tunc temporis exiſtebat, & Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjecta erat, & etiam cenſualis, eiſdem Priori, & Conventui pro ejuſdem loci ampliatione Apoſtolica auctoritate conceſſit: ita quod ipſi infra annum aliam Eccleſiam æqualis latitudinis, & altitudinis, propriis ſumptibus ad honorem dicti S. Martini prope locum ædificarent prædictum, quam idem Prædeceſſor prædicto modo præfatæ Romanæ Eccleſiæ eſſe voluit cenſualem. Ipſi autem Prior, & Conventus hujuſmodi Eccleſiam conſtruxerunt. Et licet ejuſdem Eccleſiæ ſic conſtructæ diſpoſitio utpote ipſi Eccleſiæ Romanæ nullo mediante ſubjectæ de jure noſcatur ad Romanum duntaxat Pontificem pertinere, illi tamen qui pro Canonicis, ſeu Clericis ejuſdem Eccleſiæ S. Martini ſe gerunt, uno eorum duntaxat excepto, non auctoritate Apoſtolica, ſicut fertur, ſed motu proprio Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Cremonenſis de facto ſunt in ipſa Eccleſia inſtituti, dictuſque unus mente captus exiſtit, licet non continue, ſed utitur vehe-

vehementibus dilucidis intervallis, & propter hoc interdum in carcere detinetur, nec ipſe cum poteſt, nec reliqui ſupradicti divina Officia in Eccleſia celebrant ſupradicta; Nos itaque eorundem prioris, & Conventus ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi conceſſionem de memorata Eccleſia S. Martini per jam dictum Prædeceſſorem, ut præmittitur, eis factam, ratam, & gratam habentes, eandem Eccleſiam eiſdem Priori, & Conventui auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia duximus confirmandam, & literarum noſtrarum parrocinio communivimus, ſupplentes defectum, ſi quis eſſet, a dictis Priore, & Conventu ex eo in hac parte commiſſus, quod circa conſtructionem prædictæ Eccleſiæ contenta in conceſſione præfata, per ipſos non fuerunt forſitan adimpleta, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis; Eiſdem inſuper Priori, & Conventui in ſubſidium ſumptuum, qui pro ædificanda de novo eorum Eccleſia, in qua etiam intendunt quandam Capellam in honorem præfati S. Martini conſtruere eis imminent faciendi, prædictam Eccleſiam per eos conſtructam cum omnibus bonis, juribus, & pertinentiis ſuis, quæ fuerunt prædictæ Eccleſiæ, eiſdem Priori, & Conventui a memorato Prædeceſſore conceſſæ, tempore conceſſionis prædictæ, necnon poſſeſſiones, & cetera bona, & jura ſpectantia ad quandam Sacerdotalem præbendam inſtitutam in quodam altari quod erat in eadem Eccleſia eis conceſſa in honorem SS. Trinitatis conſtructum, auctoritate prædicta conceſſimus de gratia ſpeciali. Verum quia nobis non conſtitit, an dicto uni, vel alicui, ſeu aliquibus aliis jus competat in Eccleſia ab eis conſtructa, & præbenda, vel eorum bonis, juribus, & pertinentiis ſupradictis, volumus, quod ſi dictos Clericos, vel eorum aliquem, ſive quoſvis alios, in eis appareret jus habere, nullum ipſis auctoritate literarum noſtrarum circa licitam horum retentionem præjudicium generetur, ſed, eis cedentibus, vel decedentibus, ea omnia integra eiſdem Priori, & Conventui remaneant & quieta. Ita quod nec dictus Epiſcopus, nec quivis alius ſibi in eis jus aliquod audeat vendicare. Quo circa Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel per alium ſeu alios, prædictos Priorem, & Conventum, ſeu eorum procuratorem, ipſorum nomine, in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, poſſeſſionum, bonorum, jurium, & pertinentiarum, prædictorum, per nos ipſis, ut præmiſſum eſt, conceſſorum, ſi de jure vacant ad præſens, vel cum ea taliter, & quam cito vacare contigerit, amotis exinde quibuslibet illicitis detentoribus, auctoritate noſtra inducatis, & defendatis inductos. Contradictores eadem auctoritate, apellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, II Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi*,

Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus ædes ſacras Cœnobii Sancti Severini (1).

Anno 1303 Die 23 Decembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum de Sancto Severino, Camerinen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

XLIV.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem Civium Supernorum, a redemptis pretio Sanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute: inter quæ illud prægrande dignoſcitur, quod ubique, ſed præcipue in Sanctorum Eccleſiis, majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra de Sancto Severino, Beatæ Mariæ Virginis vocabulo inſignita, quam intenditis, prout aſſeritis, facere dedicare, a Chriſtifidelibus eo libentius frequentetur, quo per hoc fideles ipſi potiori dono cæleſtis gratiæ ſenſerint ſe refectos, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Eccleſiam in die qua eam contigerit conſecrari, venerabiliter viſitarint, unum annum, & quadraginta dies: accedentibus vero ad eandem Eccleſiam reverenter per octo dies hujuſmodi conſecrationem ipſius immediate ſequentes, & in ſingulis prædictæ Beatæ Mariæ, ac Omnium Sanctorum Apoſtolorum, necnon & S. Dominici, & Sancti Petri Martyris, feſtivitatibus annuatim centum dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Laterani, X Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *S. Severini.*) Juris eſt Congregationis S. Sabinæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Conventus S. Severini.

Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus ædes ſacras Tiburtini Cœnobii.

Anno 1304 Die 13 Aprilis.

Ex Archivo (1) Tiburtini Cœnobii.

Johannes miſeratione Divina Tuſculanus Epiſcopus univerſis Chriſtifidelibus, Salutem, & ſinceram in Domino caritatem.

XLV.

NOverit univerſitas veſtra, quod Religioſi Viri Prior, & Fratres Eccleſiæ Sancti Blaſii de Tybure Ordinis Fratrum Prædicatorum Sanctiſſimo Patri, & Domino noſtro Domino Benedicto PP. XI humiliter ſupplicarunt, ut Indulgentiam aliquam pro Eccleſia ſupradicta omnibus diebus

Qua-

Digitized by Google

Quadrageſimalibus, & octo diebus immmediate ſequentibus, concedere paterna benevolentia dignaretur: Idem vero Dominus noſter eorum ſupplicationi volens annuere, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui prædictam Eccleſiam annuatim ſingulis diebus Quadrageſimæ, & octo diebus immediate ſequentibus, devote viſitaverint, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxavit. Mandantes Nobis oraculo vivæ vocis, ut ſuper his iiſdem Fratribus concederemus noſtras literas, ſigilli noſtri appenſione munitas, in teſtimonium præmiſſorum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quarto, Idibus Aprilis, Pontificatus ejuſdem Benedicti Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo autographum. Huc etiam ſpectat ſequens Diploma, cujus autographum aſſervatur in Archivo Tiburtini Conventus:

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis. Nicolaus Tyburtinus, & Johannes Annaninus divina miſeratione Epiſcopi, Salutem, & ſinceram in Domino caritatem.

SPlendor Paternæ Gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut Eccleſia Sanctæ Mariæ de Gloria, & Sancti Blaſii de Tybure, Ordinis Fratrum Prædicatorum, congruis honoribus frequentetur, & frequentantes pro temporali labore perpetuæ quietis munere gratulentur; Omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis qui ad dictam Eccleſiam in ſingulis Feſtivitatibus, ſeu diebus ſubſcriptis, videlicet Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes; Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis Glorioſæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac omnium aliorum Apoſtolorum, Beati Johannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, Beatorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, & Sancti Blaſii, Sanctæ Crucis, Beatæ Mariæ Magdalenæ, & Sanctæ Catharinæ, & ſingulis diebus Majoris Quadrageſimæ, in Dedicatione Eccleſiæ, ac prædictarum Feſtivitatum Octavis, cauſa Devotionis, & Orationis, acceſſerint, vel qui ad fabricam, ſeu alia neceſſaria dictæ Eccleſiæ, & Fratrum, manus porrexerint adjutrices, aut in extremis laborantes quicquam eidem Eccleſiæ, vel Fratribus dederint, vel miſerint, ſeu ſuarum legaverint facultatum, Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, auctoritate confiſi, quadraginta dierum Indulgentias de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus præſentibus apponenda. Datum Tybure Anno Milleſimo CCCXLVIII, Pontificatus Domini Clementis PP. VI Anno VI, Menſis Maii die XVI.

JOHANNES XXI. dictus XXII.

Vide Tom, II a pag. 130 ad 204: Tom, VII a pag. 56 ad 60, & pag. 423.

Anno 1324 Die 31 Januarii.

Confirmat omnia Privilegia a Deceſſoribus ſuis conceſſa Monaſterio Vallis-Duciſſæ.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CX.

Joannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ per Prioriſſam ſoliti gubernari, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem,

SOlet annuere &c. (2) Datum Avenione II Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum,

2. *Solet annuere &c.*) Ut in Conſtitutione XLVI B. Gregorii X.

BENE-

BENEDICTUS XII.

Vide Tom.II a pag.218 ad 220 : Tom.VII pag.60, 61, & 423.

Confirmat omnia Privilegia a Deceſſoribus ſuis conceſſa Monaſterio Vallis-Duciſſæ. — Anno 1336 Die 5 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ prope Auderghem, per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. — VII.

SOlet annuere &c. (2) Datum Avenione Nonis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

2. *Solet annuere &c.*) Ut in Conſtitutione XLVI B. Gregorii X.

INNOCENTIUS VI.

Vide Tom.II a pag.243 ad 252 : Tom.VII pag.62.

Ut Cremonenſis Conventus Prior Epiſcopum Cremonenſem a cenſuris Eccleſiaſticis abſolvat. — Anno 1359 Die 29 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Sabinus Miſeratione Divina Epiſcopus Sabinenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilecto in Chriſto Priori loci Ordinis Fratrum Prædicatorum Civitatis Cremonæ, Salutem in Domino. — XVI.

NUper nos Venerabili in Chriſto Patri Dei gratia Epiſcopo Cremonenſi, ſicut & ceteris Prælatis partium noſtræ Legationis dedimus per noſtras certi tenoris literas in mandatis, ut procurationes nobis ratione dictæ Legationis pro præſenti primo anno Legationis ejuſdem jam ab eo, quam a Capitulo ſuæ Cremonenſis Eccleſiæ, ac univerſo Clero ſuarum Civitatis, & Diœceſis, debitas, & quas eis, juxta morem in talibus per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legatos de Latere obſervatum, duximus imponendas, infra certum competentem terminum in eiſdem noſtris literis tunc expreſſum, Theſaurariis noſtris quibus earum receptionem, & quietationem faciendam de receptis duximus committendas, ſub certis pœnis in numerata pecunia ſolvere procuraret, idem tamen Epiſcopus infra eundem terminum procurationes hujuſmodi ſolvere non curavit, propter quod juxta earundem literarum tenorem ipſe interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis vinculo tenetur aſtrictus, & dicta ſua Eccleſia Cremonen. interdicto . . . . conſiderantes quam grave, & ſumptuoſum exiſteret ei noſtram perſonaliter adire præſentiam pro hujuſmodi abſolutione . . . . . . eundem Epiſcopum ab hujuſmodi interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis Sententiis, quas, ut præfertur, incurrit, juxta formam Eccleſiæ conſuetam, injunctis ſibi pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, ac cum eo ſuper irregularitate ſi aliquam, prædictis ligatus ſententiis divina officia celebrando, vel ſe illis alias immiſcendo, non tamen in contemptum clavium, forte contraxit, diſpenſandi, necnon interdictum in præfata ſua Cremonenſi Eccleſia propterea appoſitum tollendi, & relaxandi, Apoſtolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, tenore præſentium plenam, & liberam concedimus poteſtatem. Datum Ceſenæ III Kalen. Maii, Pontificatus Domini Innocentii PP. VI Anno Septimo.

1. *Archivo,*) In quo exemplar ex authographo Cremonenſi.

GREGORIUS XI.

Vide Tom.II a pag.268 ad 293 : Tom.VII pag.64 .

Anno 1371 Die 20 Februarii.

Monaſterium de Auderghem ſub Sanctæ Sedis protectione ſuſcipitur.

Ex Archivo (1) *Ordinis* .

XLVI. Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii de Anderghem, per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & inſtituto Ordinis Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm a Nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum in quo eſtis Divino obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum, juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus; Specialiter autem Decimas, terras, domos, vineas, hortos, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in prædictis Decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Avenione X Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

Anno 1371 Die 20 Februarii.

Confirmat omnia privilegia Monaſterio de Auderghem conceſſa.

Ex Archivo (1) *Ordinis* .

XLVII. Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſsæ, & Conventui Monaſterii de Auderghem, per Prioriſsam ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtituta Ordinis Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones Secularium exactionum, a Regibus, & Principibus, & aliis Chriſtifidelibus, vobis, & Monaſterio prædicto indultas, ſicut ea juſte, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Avenione X Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

BONIFATIUS IX.

Vide Tom.II a pag.308 ad 470 : Tom.VII a pag.66 ad 76, & pag.425.

Anno 1403 Die.....

Inſerit, & firmat Conſtitutionem a B. Benedicto XI datam pro Monaſterio Nucerino.

Ex Archivo (1) *Ordinis* .

CCXLIV.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

SAcræ Religionis ſub qua dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Annæ Nuceriæ Chriſtianorum per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventes, devotum, & ſedulum exhibent

Al-

Digitized by Google

Altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut votis earum in iis præſertim per quæ rationabiliter indulta eis illibata conſiſtant, favorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Benadictus Papa XI, Prædeceſſor noſter, quoddam privilegium dictis Prioriſſæ, & Conventui conceſſit, cujus tenor ſequitur, & eſt talis. Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Sororibus Monaſterii Sanctæ Annæ de Nuceria, Chriſtianorum, per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ Sedis benignitas prudentes Virgines, quæ ſe parant accenſis lampadibus obviam ire Sponſo, tanto propenſiori debet ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus indigere ſuffragio dignoſcuntur. Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, vos incluſæ corpore in Caſtris Clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Priori Provinciali Regni Siciliæ ipſius Ordinis, atque eidem Ordini affectetis committi: Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtræ precibus inclinati, vos & Monaſterium veſtrum, auctoritate præſentium, Magiſtro, & Priori, ac Ordini prædictis, committimus, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub Magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris prædictorum, qui pro tempore fuerint, debeatis de cetero permanere, illis gaudentes privilegiis, gratiis, & Indulgentiis, quæ ipſi Ordini Prædicatorum conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Magiſter, & Prior animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam, ac vobis de inſtitutionibus ejuſdem Ordinis illas quæ vobis competunt exhibentes, Monaſterio veſtro per ſe, vel alios Fratres ipſius Ordinis, quos ad hoc idoneos viderint, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, ac reformando ibidem, tam in Capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere: Electio tamen Prioriſſæ libere pertineat ad Conventum, ac nihilominus inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire. Confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta. Ad hoc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac eos libere retinere. Non obſtantibus contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis ipſius Ordinis, confirmatione Sedis prædictæ, vel quacunque firmitate alia roboratis. Vobis propterea ut ad præſtandum decimas de quibuſcunque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ impræſentiarum habetis, & juſtis modis præſtante Domino acquiſiveritis in futurum, vel ſubventionem quamcunque, aut ad exhibendum annuum redditum, ſive Quartam mortuorum, aut ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, aut Decimis, ſeu ſubſidiis aliquibus, per literas dictæ Sedis, aut Legatorum ejus, vel Ordinariorum, aut Nunciorum ipſorum, ſeu Rectorum Terrarum, vel Regionum, quaſcunque impetratas, vel etiam impetrandas, minime teneamini, nec ad id cogi poſſitis, etiamſi in hujuſmodi Sedis ejuſdem contineatur literis, quod ad quævis exempta, vel non exempta loca, vel Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis cujuſcunque tenoris exiſtat ipſius Sedis Indulgentia non obſiſtat, niſi forſan literæ ipſæ dictæ Sedis de Indulto hujuſmodi, & Monaſterio veſtro plenam, & expreſſam fecerint mentionem, auctoritate præſentium indulgemus; Ipſum quoque Monaſterium, & Sorores ejuſdem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, a Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Nucerini, & cujuſcunque alterius, juriſdictione, & poteſtate prorſus eximimus, de gratia ſpeciali. Decernentes irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas in vos, vel aliquam veſtrum, aut Monaſterium veſtrum, ſeu quoſcunque alios, occaſione veſtri, præmiſſorum prætextu, contra hujuſmodi commiſſionis, ſtatuti, licentiæ, indulgentiæ, conceſſionis, & exemptionis noſtræ, tenorem per quemcunque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ commiſſionis, ſtatuti, licentiæ, conceſſionis, exemptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. VII Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo. Nos volentes eandem Prioriſſam, & Conventum favoribus proſequi gratioſis, ac earum in hac parte ſupplicationibus inclinati, privilegium prædictum quod in Cancellaria noſtra fecimus diligenter inſpici, ratum habentes, & gratum, illud auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S.Petrum VI (a) Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quarto Decimo.

1. *Archivo*,) In quo exemplar authenticum ex autographo Nucerino.

a. VI.) Legendum: *VI Idus Auguſti*, vel *VI Kalendas Auguſti*.

NICOLAUS V.

Vide Tom, III a pag. 237 ad 336. Tom. VII pag. 83, 84, & 428:

Anno 1450 Die 3 Decembris.

Omnia Privilegia Monaſterio Vallis-Duciſſæ conceſſa firmat.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXIV.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii Vallis-Duciſſæ, per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm a Nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapopter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates, a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per Privilegia, vel alias indulgentias vobis & dicto Monaſterio conceſſas, necnon libertates, & exemptiones Secularium exactionum a Regibus, & Principibus, aut aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & eidem Monaſterio indultas, ſpecialiter autem Decimas, terras, poſſeſſiones, domos, prata, paſcua, & nonnulla alia bona ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſicuti omnia juſte, & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva in prædictis Decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ communitionis, & confirmationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo, tertio Nonas Decembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1451 Die 28 Septembris.

Pro Confraternitate Corporis Chriſti Conventus Fratrum Prædicatorum Cremonen.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXV.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus de Confraternitate Corporis Chriſti in Conventu domus S. Dominici Cremonen. præſentibus, & futuris, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRovenit ex veſtræ devotionis affectu, quo Nos, & Romanam Eccleſiam reveremini, ut petitiones veſtras, illas præſertim quæ animarum veſtrarum ſalutem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, ut aliquem idoneum, & diſcretum Presbyterum Secularem, vel Regularem in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus veſtris diligenter auditis, pro commiſſis per vos criminibus, exceſſibus, & peccatis quibuſcunque, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel duntaxat debitam abſolutionem impendere, necnon ut Confeſſor ipſe, quem veſtrum quilibet duxerit eligendum omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, etiam ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem vobis in ſinceritate Fidei, unitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, vobis, & veſtrum cuilibet, tenore præſentium, indulgemus: Sic tamen quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis, per vos ſi ſupervixeritis, vel per hæredes veſtros, ſi tunc forte tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut præfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi, aliqua forte committeretis, quod ad illa, prædicta remiſſio vobis nullatenus ſuffragetur. Et inſuper, quod per unum annum a tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad veſtram pervenerit notitiam computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunetis. Quod ſi prædictis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſervantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias, jejunare teneamini, una alia die ſingularum Septimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut præmittitur, non ſitis aſtricti, jejunetis. Et ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſetis legitime impediti, anno ſequenti, vel alias quamprimum poteritis, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneamini. Porro ſi forſan alias prælibatum jejunium in toto, vel in parte quandocunque adimplere commode nequiveritis, eo caſu Confeſſor idoneus, quem ad id elegeritis, jejunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum veſtrarum ſaluti expedire viderit, commutare valeat, quæ vos pari modo debeatis adimplere. Alioquin hujuſmodi noſtra conceſſio nullius ſit roboris, vel momenti. Præſentibus poſt viginti annos a data præſentium computandos minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-

indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo Primo, Quarto Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Cremonen.*

P I U S II.

Vide Tom. III a pag. 377 ad *439* : Tom. VII a pag. 87 ad *93*.

Ut duo ex Fratribus Ferrarienſis Conventus Fratrum Prædicatorum S. Mariæ de Angelis curam gerant Monaſterii S. Antonii.

Anno 1459 Die 4 Junii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXVIII.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Sancti Antonii extra muros Ferrarien., Ordinis S. Benedicti, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD ea libenter intendimus, quæ ſtatui perſonarum Religioni deditarum ſalubriter dirigendo, ipſarumque ſaluti animarum fore conſpicimus opportuna. Sane pro parte dilecti filii Nobilis Viri Borſi Ducis Mutinenſis, Civitatis noſtræ Ferrarienſis in temporalibus Vicarii Generalis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ipſe Monaſterii veſtri Patronum ſe aſſerat, toto corde deſiderat Monaſterium ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus ampla continuo ſuſcipere incrementa. Ideoque Nobis humiliter ſupplicavit, ut ad vitam veſtram obſervantiæ regularis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ejus inclinati ſupplicationibus dilecto filio Præſidenti, quem pro tempore eſſe contigerit in Conventu Sanctæ Mariæ de Angelis Ordinis Sancti Dominici de obſervantia extra muros Ferrarienſes, & dilecto filio Antonino de Alexandria Sacræ Theologiæ Profeſſori dicti Ordinis, hæreticæ pravitatis Inquiſitori, veſtri Monaſterii Gubernatori jam pridem a Sede Apoſtolica deputato, in vim obedientiæ ſalutaris præcipimus, & mandamus, quatenus unum, vel duos ex Fratribus ſuis, qui in præfato Monaſterio fuerint, eligere debeant, qui ſemel ad minus ſingulo menſe ſingularum veſtri Conventus Monialium confeſſiones pro auctoritate ipſis a prædictis Gubernatoribus attributa audire, & Sacramenta Eccleſiaſtica cum requiſiti fuerint miniſtrare teneantur, & debeant; qui quidem Confeſſores ſic deputati ab eadem confeſſionum audientia, aut Sacramentorum adminiſtratione, niſi a dicto Gubernatore, a nullo cujuſcunque auctoritatis, quovis quæſito colore, impediri valeant, aut quomodolibet amoveri. Quando autem contigerit, aliquam in Monialem veſtri recipi Monaſterii, aut receptam profiteri, & pariter aliquam in Monaſterio ex hac vita migrare, Præſidens præfatus, & Gubernator Monaſterii, aut alius pro tempore exiſtens, Fratres ex ſuis dicti Conventus Sanctæ Mariæ de Angelis in competenti numero, ad celebrandum, & cetera juxta morem, & conſuetudinem veſtri Monaſterii faciendum mittere teneantur; Volentes ut ſimiliter in tribus Sanctorum Antonii Abbatis, & Benedicti, ac Inventionis Sanctæ Crucis feſtivitatibus, in veſtro Monaſterio ſolemnibus, Fratres a prædicto Conventu Sanctæ Mariæ vobis per Præſidentem, & Gubernatorem ad divinorum celebrationem in ſufficienti numero tranſmittantur. Si autem contigerit, dictum Fratrem Antoninum Gubernatorem a Conventu, & loco Sanctæ Mariæ de Angelis penitus removeri, aut ſi ibi obierit, Præſidens antedictus, qui pro tempore erit, vel alter idoneus Frater e Præſidente ipſo, a toto Conventu deputatus, veſtri Monaſterii, & Conventus curam Gubernationis, prout idem Antoninus hucuſque habuit, gerere debeat, cui ſic deputato viſitandi, corrigendi, puniendi, tam in capite, quam in membris, & omnia alia, & ſingula ſicut dictus Antoninus, faciendi, gerendi, & exequendi, plenam habeat, auctoritate Apoſtolica, & liberam facultatem. Ceterum ut regularis obſervantia, quam longo dicti Antonini labore in veſtrum Monaſterium introductam fuiſſe audivimus, dante Domino, facilius conſervetur, & ſublata ambitionis ſuſpicione ſuſcipiat incrementum, volumus, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ut præſentis temporis Abbatiſſa decedente ceteræ deinceps Monaſterio præficiendæ biennales, & non diuturnioris temporis eſſe debeant, ſeu poſſint, abſque eo quod benedictionem accipiant, quo finito biennio, ipſæ Abbatiſſæ ſua Abbatiali dignitate remaneant abſolutæ, quas tamen Antoninus præfatus, aut alius pro tempore exiſtens Monaſterii Gubernator, ſi forte demerita exigere videbuntur, ante finitum hujuſmodi biennium amovere, punire, & abſolvere valeat. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & dicti Ordinis privilegiis præfato Monaſterio conceſſis, de quibus etiam facienda eſſet mentio ſpecialis, ceteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque, quibus omnibus quoad prædicta ex certa ſcientia derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum præcepti, mandati, voluntatis, conceſſionis, ſtatuti, conſtitutionis, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Mantuæ Anno &c. Milleſimo Quadringenteſimo (2) Nono, Pridie Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno Primo. P. de Spinoſis.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

2. *Quadringenteſimo*.) Addendum : *Quinquageſimo*.

PAU-

Digitized by Google

P A U L U S II.

Vide Tom. III à pag. 440 ad 479: Tom. VII a pag. 94 ad 100.

Anno 1466 Die 29 Decembris.

De Pilſnenſis Conventus Eccleſia perficienda.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LV. Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ECcleſiarum fabricis, & reparationibus manus porrigere adjutrices, pium apud Deum, & meritorium reputantes nonnunquam Chriſtifideles ad impendendum talibus opportuna ſuffragia, Indulgentiis, & remiſſionibus exhortamur, ut per temporalia auxilia, quæ contulerint, ſpiritualia munera conſequantur, & alias ad reparationes, & fabricas perficiendas hujuſmodi favores Apoſtolicos, quantum cum Deo poſſumus, adhibemus. Cum itaque, ſicut accepimus, Eccleſia Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum oppidi Pilſnenſis, Pragenſis Diœceſis, jam dudum ſumptuoſo opere incœpta cum nonnullis dictæ Domus officinis, cauſantibus guerrarum turbinibus, aliiſque ſiniſtris eventibus, quibus Regnum Bohemiæ, in quo dictum Oppidum ſitum eſt, retroactis temporibus concuſſum fuit, hactenus perfici nequivit, & ad illius perfectionem eorundem fidelium ſuffragia fore noſcuntur plurimum opportuna: Nos cupientes, ut ipſa Eccleſia congruis honoribus frequentetur, & fideles ipſi eo libentius ad illam devotionis cauſa confluant, ac ad ejus, & officinarum Domus hujuſmodi conſtructionem, & perfectionem, promptius manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitantibus, & confeſſis, qui prædictam Eccleſiam in Pentecoſtes, & S. Margaritæ feſtivitatibus devote viſitaverint annuatim, ac ad perfectionem, & conſtructionem Eccleſiæ, & officinarum hujuſmodi manus porrexerint adjutrices, ſeptem annos, & totidem Quadragenas pro ſingulis earundem feſtivitatum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus; præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam, ac ad illius, & officinarum hujuſmodi reparationem, & perfectionem manus adjutrices porrigentibus, ſeu alias inibi pias eleemoſynas erogantibus, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum nondum elapſum tempus duratura, per nos conceſſa fuerit, eædem præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Sexto, Quarto Kalendas Januarii.

S. de Spada.

Marcellus Grat.

1. *Archivo.*) In quo exemplar cujus autographum ſervatur in Archivo dicti Conventus Pilſnenſis.

S I X T U S IV.

Vide Tom. III a pag. 480 ad 652: Tom. VII a pag. 100 ad 110, & pag. 430.

Anno 1475 Die 27 Aprilis.

Univerſitatis Dublinenſis erigendæ facultas.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXCV. Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

COpioſus in miſericordia Dominus &c. Sane pro parte dilectorum filiorum univerſorum Miniſtri, Prioris, & Vicariorum, ac Fratrum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, ac B. Mariæ de Monte Carmelo, Ordinum, Provinciæ, ſeu Vicariæ, vel Viſitationis, Inſulæ Hiberniæ ſecundum morem dictorum Ordinum, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in dicta Inſula Mari Occeano circumdata, cujus Incolæ prædicatione Verbi Dei plurimum indigere dignoſcuntur, nullum viget Studium Generale, in quo Magiſtri, & Doctores legere, & Scholares proficere poſſint: & licet in Civitatibus, & Villis muris munitis in dicta Inſula conſiſtentibus, quæ guerris perſæpe affliguntur, multitudo præfatorum quatuor Ordinum profeſſorum propter eorum exemplarem vitam, & Verbi Dei prædicationem admittantur, tamen Scholares, & ſtudere volentes de facili in illis non recipiuntur, quodque in dicta Inſula reperiuntur quamplures dictorum Ordinum profeſſores Magiſtri, & Baccalaurei in Theologia, & Artibus ſufficienter inſtructi, & quamplures Scholares ad hujuſmodi ſcientias bene diſpoſiti, qui in eis proficere cupiunt, & quorum ingenia de die in diem decreſcere, & torpere cernuntur in maximum Reipublicæ Chriſtianæ, & Fidei Catholicæ detrimentum, eo quia eis tutus non patet acceſſus ad aliquod Studium Generale niſi Mari Occeano prædicto cum gravi periculo, & multorum ſæpius ſubmerſione tranſacto, nec in Studiis, ſeu Univerſitatibus alienis commode commorari valeat propter defectum expenſarum, frigeſcente

Digitized by Google

geſcente caritate multorum, & pullulante diſcordia Nationum. Quare pro parte Miniſtri, Prioris, Vicariorum, & Fratrum prædictorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in Civitate Dublinen. dictæ Inſulæ, quæ propter ejus utiles conditiones pro Studio Generali Theologiæ, & Artium liberalium inibi erigendo habilis redditur, Studium Generale Artium, & Theologiæ, in quo pro orthodoxæ fidei incremento Theologia, & pro illius cognitione neceſſariæ Artes liberales publice legi, & audiri; Fratres dictorum Ordinum, & cujuslibet eorum approbati, & habilitati more Provinciæ Angliæ, poſtquam ipſi rigoroſum examen Magiſtrorum, & Doctorum dictæ Univerſitatis, & de illius gremio exiſtentium, ac in eo commorantium ſubierint, ad Baccalaureatus, licentiæ, Magiſtratus, & Doctoratus, gradus, per Regentem in ipſa Univerſitate pro tempore exiſtentem in Theologia hujuſmodi juxta ſtatuta, & conſuetudines Univerſitatis Studii Generalis Oxonien., Lincolnen. Diœceſis promoveri poſſint, & valeant, erigere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Chriſtianæ Fidei, & Evangelicæ Veritatis dilatationem, ſtudiis quærimus indefeſſis, attendentes, quod ex hujuſmodi Theologiæ Studio ſalus provenit animarum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in præfata Civitate Dublinen. Inſulæ memoratæ Studium Generale Theologiæ, & pro illius cognitione neceſſariarum Artium liberalium, & in illo Univerſitatem, auctoritate Apoſtolica, ad Dei laudem, & Fidei præfatæ exaltationem, præſentium tenore, perpetuo erigimus, ac Magiſtris, Doctoribus, & Scholaribus quos inibi occaſione hujuſmodi ſtudii convenire, & eidem Univerſitati incorporari contigerit, ut Rectorem prima vice, & quoties pro tempore opportunum fuerit, eligere, Cathedras pro ſcientia Theologiæ hujuſmodi addiſcenda neceſſarias deputare, & Conſtitutiones, ac ſtatuta, & cetera opportuna officia pro hujuſmodi Studii proſpero, & felici regimine, ordinare, ac in præfata Theologia Magiſtros, & Baccalaureos, ac alios ad legendum, & diſcendum idoneos, qui in illa legere, & ſtudere volent; ponere, & amovere, ac amotorum loco alios ſubrogare, necnon eiſdem Rectori & Magiſtris, & incorporatis pro tempore dictæ Univerſitati, ut Fratres Ordinum prædictorum approbatos, & habilitatos more prædictæ Provinciæ Angliæ prævio rigoroſo examine, ac ſervatis aliis ſervandis in eadem Theologia ad Baccalaureatus, Licentiæ, & Magiſtratus gradus promovere, eiſque, & Doctoribus, Scholaribus, & perſonis, qui pro tempore erunt, ac illos, quos ad gradus quoſcunque inibi promoveri contigerit, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, exemptionibus, conceſſionibus Apoſtolicis, vel aliis in genere, vel ſpecie præfatæ Univerſitati Oxoniæ Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Scholaribus, & perſonis, ac pro tempore promotis in eadem quomodolibet conceſſis, & concedendis, & quibus illi quomodolibet potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi dictæ Univerſitati Studii Dublinen. erigendi, & illius Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Scholaribus, & perſonis in illa pro tempore promotis, ſpecialiter, vel nominatim conceſſa forent, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, contrariis quibuſcunque. Proviſo quod promovendi pro tempore in eadem Univerſitate in expenſis taxam Viennen. Concilii non excedant. Nulli ergo &c. noſtræ erectionis, conceſſionis, & indulti infringere &c. Si quis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Quinto, Quinto Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex Tabulario Vaticano Lib. 71 fol. 107.

Pauperum Hoſpitio (1) Terræ de Argenta quædam conferenda decernit.

Anno 1479 Die 20 Maii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXCVI.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Franciſco de Bagnacavallo, & Mathæo Toſetto, ac Jacobo de Azzolino Canonicis Eccleſiæ Ravennaten., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SEdis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas ſingula quæque certo rationis moderamine præponderans, pias interdum teſtantium voluntates commutat, prout illorum ſaluti animarum, & piorum locorum neceſſitatibus conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectorum filiorum univerſorum Confratrum perſonarum utriuſque ſexus Societatis Sanctorum Johannis Baptiſtæ, & Johannis Evangeliſtæ, Oppidi, ſeu Terræ de Argenta, Ravennaten. Diœceſis, petitio continebat, quod ipſi certum Hoſpitale, ſeu notabilem Infirmariam in honorem Sanctorum præfatorum, tam pro pauperibus dicti Oppidi, quam aliis miſerabilibus perſonis Romipetis, & peregrinis per dictum Oppidum tranſeuntibus, alendis, nutriendis, recipiendis, & caritative tractandis noviter, tam etiam eorum propriis ſumptibus, quam aliorum Chriſtifidelium piis eleemoſynis inchoaverint, & pro parte majori conſtruxerint, & ædificaverint cum intentione ipſum perficiendi, &, ſicuti eadem petitio ſubjungebat, ſi certa in ultimis voluntatibus relicta, & legata pauperibus dicti Oppidi per quondam Antonium de Lonis Presbyterum Ravennaten., & Johannem de Paſcali, & Cechum de Diolo Laicos de dicto Oppido, quorum fructus, & proventus aſcendunt annuatim ad ſummam triginta ducatorum auri de Camera, vel circa ſecundum communem æſtimationem, eidem Hoſpitali applicarentur, & appropriarentur, melius, honeſtius, & decentius eſſe videretur, eo quia & pauperes ipſi, quibus bona prædicta relicta fore noſcuntur, ibidem dum opus eſſet benigne reciperentur, & melius ſecundum formam, & ſtatutum Teſtatorum, ſeu ultimarum vo-

voluntatum prædictarum panperibus eiſdem diſpenſarentur. Quare pro parte Confratrum dictæ Societatis Nobis ſuit bumiliter ſupplicatum, ut bona prædicta per dictos Teſtatores pauperibus, & miſerabilibus perſonis ejuſdem Terræ relicta, ut præfertur, eidem Hoſpitali donare, & applicare, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint evocandi, vobis de præmiſſis legitime conſtiterit, bona prædicta eidem Hoſpitali, ſen Infirmariæ auctoritate noſtra applicare, & appropriare, ipſiſque Confratribus, quod illa in uſum & ntilitatem dicti Hnſpitalis tam pro eiſdem pauperibus, quam etiam pro ejuſdem Hoſpitalis conſtructione, & ædificatione convertere, libere, & licite poſſint, & valeant, licentiam, & facnltatem auctoritate noſtra elargiri curetis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & voluntatibus Teſtatorum bujuſmodi, quibus, illis tamen alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Nono, Tertiodecimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

P. de Spinoſis.

A. Patritius.

N. de Benzis.

1. *Hoſpitio.*) Juris eſt Cœnobii S. Johannis Baptiſtæ de Argenta Ordinis Fratrum Prædicatorum.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo in Archivo Conventus de Argenta aſſervato.

Anno 1479 Die 5 Novembris.

Pro Cremonenſi Confraternitate SS. Corporis Chriſti.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXCVII. Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Confratribus Confraternitatis Corporis Chriſti in Conventu Domus S. Dominici Cremonenſis præſentibus, & futuris, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX veſtræ devotionis affectu, quo Nos, & Sedem Apoſtolicam reveremini provenire dignoſcitur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quæ conſcientiæ pacem, & animarum veſtrarum ſalutem, Deo propitio, conſequi valeatis: Cum itaque, ſicut accepimus, dudum ſelicis recordationis Nicolaus Papa V Prædeceſſor noſter, vobis, & cuilibet veſtrum utriuſque ſexus omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris, ut aliquem idoneum Sacerdotem Secularem, vel Regularem in veſtrum poſſetis eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus veſtris diligenter auditis, pro commiſsis per vos criminibus, exceſſibus, & peccatis, in quibuſcunque caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel duntaxat, abſolutionem debitam impenderet, quodque Confeſſor prædictus, quem quilibet veſtrum duceret eligendum omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi eſſetis, etiam ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem vobis in ſinceritate fidei, unitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, eanoniee intrantium, perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedere valeret, gratioſe ſub certis modo, & forma indulſit, prout in literis Nicolai Prædeceſſoris præfati, quas poſt viginti annos, a data illarum computandos idem Prædeceſſor minime valere voluit, plenius continetur. Cum autem prædicti viginti anni jam elapſi ſint, ac literæ Nicolai Prædeceſſoris ſuum plenarium effectum ſint ſortitæ, Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut literas, gratiam, & conceſſionem prædictas, ad vos ad alios viginti annos, ſimiliter extenderemus. Nos igitur devotis veſtris ſupplicationibus inclinati, literas prædictas Nicolai Prædeceſſoris præfati eum omnibus in eis contentis clauſulis ad vos extendentes, vobis ut aliquem idoneum, & diſcretum Presbyterum Secularem, vel Regularem in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui confeſſionibus veſtris diligenter auditis, pro commiſſis per vos criminibus, & exceſſibus, & peccatis qnibuſcunque, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel duntaxat, debitam abſolutionem impendere, necnon ut Confeſſor ipſe, qnem veſtrum quilibet duxerit eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, etiam ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem vobis in ſinceritate fidei, unitate Sanctæ Romanæ Eceleſiæ, ac obedientia, & devotione Noſtra, & Suceeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, canonice intrantium, perſiſtentibus, juxta conceſſionem, & literas prædictas ipſius Nicolai Prædeceſſoris in omnibus, & per omnia, auctoritate Apoſtolica, concedere valeat, vobis, & veſtrnm euilibet tenore præſentium indulgemus. Sic tamen quod idem Confeſſor de iis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis per vos ſi ſupervixeritis, vel per hæredes veſtros, ſi tunc forte tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut præfertur. Et ne quod abſit propter hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committeretis, quoad illa, prædicta remiſſio vobis nullatenus ſuffragetur. Et inſuper quod per unum annum a tempore quo præſens noſtra conceſſio ad veſtram pervenerit notitiam computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunetis, quod ſi prædictis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſervantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias jejunare teneamini; una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandnm, ut præfertur, non ſitis aſtricti, jejunetis. Et ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſetis legitime impediti, anno ſequenti, vel alias quamprimum poteritis, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneamini. Porro ſi forſan

ſan

Digitized by Google

ſan alias prælibatum jejunium in toto, vel in parte quomodocunque adimplere commode nequiveritis, eo caſu Confeſſor idoneus, quem ad id elegeritis, jejunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum veſtrarum ſaluti expedire viderit, commutare valeat, quæ vos pari modo debeatis adimplere, alioquin hujuſmodi noſtra conceſſio nullius ſit roboris vel momenti. Præſentibus poſt viginti annos, a data præſentium computandos minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Nono, Nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi*.

ALEXANDER VI.

Vide Tom. IV a pag. 88 ad 214: Tom. VII a pag. 110 ad 113, & a pag. 432 ad 434.

Conventus de Argenta fundandi facultas,

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Anno 1498 Die 1 Septembris.

CXXXVIII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbati S. Vitalis, & Priori per Priorem ſoliti gubernari S. Mariæ in Portu Ravennaten. Monaſteriorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD Summi Apoſtolatus apicem, meritis quanquam inſufficientibus, divina diſpoſitione aſſumpti, ad ea ſollicitudinis noſtræ partes libenter adhibemus, per quæ Religio propagari, & divinus cultus augeri poſſint, pias credentium voluntates convenientius nonnunquam commutando, prout pia fidelium vota expoſcunt, ac rerum, & temporum qualitate penſata, id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum univerſorum Confratrum Confraternitatis, ſeu Societatis, Sanctorum Johannis Baptiſtæ, & Johannis Evangeliſtæ Terræ Argentæ, Ravennaten. Diœceſis, Nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim quondam Antonius de Lomis Presbyter, & Cecus de Diolo, & Johannes Paſchalis Laici dictæ Terræ, dum in humanis agerent, cupientes terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, in eorum Teſtamentis, ſeu ultimis voluntatibus, inter alia voluerunt, & ordinaverunt, quod uſusfructus nonnullorum bonorum ad eos legitime ſpectantium inter pauperes, & miſerabiles perſonas dictæ Terræ annis ſingulis diſtribuerentur; &, cum poſtea fel. rec. Sixtus Papa IV, Prædeceſſor noſter, bona, ſeu eorum uſumfructum hujuſmodi eiſdem Confratribus pro fabrica unius Hoſpitalis in dicta Terra tunc conſtrui cœpti, & jam pro majori parte conſtructi, ac alimentis pauperum infirmorum, & Romipetarum, & Religioſorum ad dictum Hoſpitale pro tempore confluentium, per ſuas literas conceſſerit, dicti Confratres attendentes in dicta Terra duo alia convenientia Hoſpitalia exiſtere, in quibus omnes pauperes ad dictam Terram pro tempore confluentes decenter recipiuntur, & hoſpitantur, quodque ſi ex fructibus hujuſmodi in eadem Terra una Domus pro uſu & habitatione Fratrum Prædicatorum de obſervantia nuncupatorum, ad quorum Ordinem dicti Confratres ſingularem gerunt devotionem conſtrueretur, & ædificaretur, illique ſic conſtructæ, & Fratribus in ea pro tempore degentibus, bona, & uſusfructus hujuſmodi pro eorum victu, & veſtitu perpetuo applicarentur, & aſſignarentur, tam ipſi Confratres, quam alii habitatores ejuſdem Terræ ex eorundem Fratrum vitæ ſanctimonia, & bonis operationibus ſpirituali conſolatione maxime afficerentur, cupiunt magnopere pro Religionis propagatione, & Divini cultus augmento, voluntatem, & ordinationem prædictas in conſtructionem, & ædificationem dictæ Domus, victumque, & veſtitum hujuſmodi, per Sedem Apoſtolicam commutari. Quare pro parte dictorum Confratrum aſſerentium uſusfructus hujuſmodi ad valorem octuaginta florenorum auri de Camera annuatim aſcendere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ex fructibus dictorum bonorum in dicta Terra in aliquo loco ad id condecente, & accommodo unam Domum pro perpetuis uſu, & habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis, cum Eccleſia, Campanili humili, campana, refectorio, clauſtro, dormitorio, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis conſtrui, & ædificari faciendi, ac eiſdem Fratribus ipſam poſtquam conſtructa fuerit recipiendi, & perpetuo inhabitandi, licentiam concedere, necnon bona, & eorum uſumfructum hujuſmodi ſic tunc conſtructæ Domui, ac Fratribus in ea pro tempore degentibus pro eorum victu, & veſtitu, juxta providam Sindicorum dictæ Confraternitatis etiam pro tempore exiſtentium ſuper hoc faciendam ordinationem, perpetuo applicare, appropriare, & aſſignare, necnon voluntates, & factas ordinationes prædictas commutare, in hoc, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Ordinem, & Fratres prædictos ſingulari dilectione proſequimur, ac religionem propagari, & divinum cultum hujuſmodi augeri noſtris potiſſime temporibus ſinceris affectibus exoptamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes: dictoſque Confratres, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes,

bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, ex bujuſmodi fructibus in prædicta Terra in aliquo loco ad id condecente, & idoneo, unam Domum pro perpetuis uſu, & habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis cum Eccleſia, campanili humili, refectorio, clauſtro, dormitorio, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis prædictis conſtrui, & ædificari faciendi, necnon eiſdem Fratribus Domum ipſam, poſtquam ſic conſtructa fuerit, recipiendi, & perpetuo inbabitandi, plenam, & liberam auctoritate noſtra licentiam concedatis, necnon bona, & eorum uſumfructum bujuſmodi Domui, & Fratribus in ea pro tempore degentibus hujuſmodi pro eorum victu, & veſtitu juxta providam ſuper hoc per dictos Sindicos faciendam Ordinationem bujuſmodi eadem auctoritate perpetuo applicetis, approprietis, & aſſignetis, & voluntates, ac factas ordinationes prædictas in hoc commutetis, jure Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius alias in omnibus ſemper ſalvo. Nos enim ſi conceſſionem, applicationem, appropriationem, aſſignationem, & commutationem prædictas per vos vigore præſentium fieri contigerit, tam Domui poſtquam conſtructa fuerit, ut præfertur, quam in ea pro tempore degentibus Fratribus prædictis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, favoribus, & indultis, aliis Domibus, Fratribuſque ejuſdem Ordinis ſub quacunque forma, & expreſſione verborum per dictam Sedem, & alias quomodolibet in genere conceſſis, & in poſterum forſan concedendis, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, & piæ memoriæ Bonifatii Papæ Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri, probibente, ne aliqui Ordinis Mendicantium Fratres in aliqua Civitate, Caſtro, vel Villa, Domos, vel loca ad inbabitandum de novo recipere præſumant abſque prædictæ Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione bujuſmodi mentionem, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo Octavo, Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

L. de Sinibaldis.

S. de Raſtello.

F. de Frantes.

1. *Archivo*,) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Archivo Conventus de Argenta.

Anno 1500 Die 19 Decembris.

Modum præſcribit quo Fratres, & Sorores Ordinis Prædicatorum Indulgentiam Jubilei conſequi poterunt.

Ex Archivo (1) *Ordinis*,

CXXXIX.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilectis filiis Generali, ac univerſis Fratribus Ordinis Prædicatorum; Nec non, & dilectis in Chriſto filiabus Monialibus, & Sororibus ſub eorum habitu, & cura, Altiſſimo famulantibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcræ Religionis veſtræ, ſub qua devotum, & ſedulum exhibere ſtudetis Domino famulatum, promeretur honeſtas, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quæ animarum veſtrarum ſaluti conſuli poſſit. Cum itaque, ſicut Nobis nuper Venerabilis filius noſter D. Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Neapolitanus Ordinis veſtri Protector expoſuit, vos pro veſtra ſingulari devotione ſummopere deſideretis Indulgentiam hujuſmodi Sancti anni Jubilei centeſimi conſequi poſſe, licet ad almam Urbem pro illa conſequenda, tum paupertatis, tum religionis, & honeſtatis cauſa, & ne vobis vagandi præbeatur occaſio cum dictæ Religionis veſtræ ſcandalo perſonaliter nequeatis vos conferre; Nos qui Ordinem veſtrum, illiuſque perſonas propter uberes fructus, quos continue eorum bonis operibus, & exemplari vita, ac prædicationibus Chriſti Domini in agro Militantis Eccleſiæ afferre non ceſſant, peculiari quadam dilectione proſequimur, & præ ceteris in viſceribus gerimus caritatis, vos ab bujuſmodi onere veniendi relevare, ac occaſionem vagandi auferre, & animarum veſtrarum ſaluti paterna caritate conſulere, volentes, veſtris devotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet veſtrum, ut dicto Jubilei anno, vel etiam eo elapſo, quatuor Altaria ſi tot erunt, alioquin unum, vel duo in Eccleſiis Domorum, & Monaſteriorum veſtrorum quinque diebus continuis, interpolatis devote viſitando, & ante illa flexis genibus decies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam dicendo, ac pro noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ felici ſtatu, & perfidiſſimorum Turcarum Chriſtiani nominis hoſtium, aliarumque infidelium, & barbararum Nationum depreſſione, & expugnatione, & ad Fidem Catholicam converſione, Altiſſimum deprecando, ipſam pleniſſimam anni Jubilei Indulgentiam conſequamini, quam conſequeremini, ſi quatuor Baſilicas, & Eccleſias dictæ Urbis, & omnes eas ad id deputatas, quæ quindecim diebus a peregrinis, & forenſibus viſitari debent, perſonaliter viſitaretis; ac omnia alia adimpleretis, quæ pro dicta pleniſſima indulgentia conſequenda quomodolibet requiruntur. Et ut Indulgentiæ memoratæ facilius capaces, Deo propitio, effici valeatis, vobis, & cuilibet veſtrum, ut de veſtrorum licentia Superiorum, Confeſſores idoneos eligere poſſitis, qui vos ad effectum hujuſmodi, ab omnibus, & ſingulis peccatis veſtris, etiam in caſibus in quibus dilecti filii Pœnitentiarii in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe deputati juxta facultatem per Nos eis conceſſam

eccam abſolvere poſſunt, abſolvere valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIIII Decembris MCCCCC, Pontificatus noſtri Anno Nono.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex alio *Cremonenſi*,

Ferrarienſis Monaſterii, in quo B. Lucia (1) Narnienſis degeret, fundandi facultas.

Anno 1501 Die 29 Maii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXL.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecte fili (3) Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem,

Pia fidelium, præſertim Catholicorum Principum, votis, illis præſertim, quæ Religionis propagationem, Divini cultus augmentum, & animarum ſalutem reſpiciunt, libenter annuimus, eaque, quantum cum Deo poſſumus, favoribus proſequimur opportunis. Cum itaque, ſicut Nobis nuper per dilectum filium noſtrum Joannem Baptiſtam Tituli Sancti Griſogoni Presbyterum Cardinalem exponi feciſti, tu, qui ad Sanctum Dominicum, & Ordinem Fratrum Prædicatorum, ac Beatam Catharinam de Senis, ſingularem geris devotionem, de propria ſalute recogitans, cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de propriis bonis tuis unam domum ſub invocatione, & in honorem ejuſdem Beatæ Catharinæ, Tertii Ordinis Fratrum Prædicatorum, de Pœnitentia nuncupati, in Civitate Ferrariæ pro perpetuis uſu, & habitatione Sororum dicti Tertii Ordinis, quæ ſub perpetua clauſura, & obſervantia Regulari, ac ſecundum Regulam Sancti Auguſtini, & ſub cura, ac regimine pro tempore exiſtentis Vicarii Generalis Domorum Reformatarum dicti Ordinis Prædicatorum utriuſque Lombardiæ degunt, conſtrui, & ædificari facere cœperis, illamque perficere, & dotare intendas. Nos pium, & laudabile propoſitum tuum plurimum in Domino commendantes, tuis in hac parte piis, & devotis ſupplicationibus inclinati, tibi dictam Domum ſub eadem invocatione Beatæ Catharinæ cum Eccleſia, Campanili humili, Campana, Clauſtro, Dormitorio, Refectorio, Hortis, Hortalitiis, & aliis neceſſariis Officinis, pro perpetuis uſu, & habitatione unius Prioriſſæ, & aliarum Sororum Tertii Ordinis hujuſmodi, quæ ſub perpetua Clauſura, & obſervantia Regulari, & ſecundum Regulam Sancti Auguſtini, & ſub cura, regimine, correctione, viſitatione, & ſuperioritate Vicarii pro tempore exiſtentis hujuſmodi, qui illas ſub excommunicationis pœna recipere, & earum confeſſiones audire, ac alias abſolvere, necnon eis Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, ſeu alios dicti Ordinis Prædicatorum profeſſores, bonæ, & timoratæ conſcientiæ viros, qui præmiſſa faciant, deputare, ac omnia, & ſingula alia, quæ in aliis Domibus ſibi ſubjectis facere de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet conſuevit, facere debeat, & teneatur, atque poſſit, ſine alicujus præjudicio, perficiendi, & dotandi, dictiſque Sororibus Domum ipſam recipiendi, & perpetuo inhabitandi, ac Sororibus ipſis, poſtquam profeſſæ fuerint, Patientiam (4) deferendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus, volentes, quod nulla dictæ Domus Sororum in Prioriſſam illius eligi valeat, niſi prius per tres annos profeſſa fuerit, & inſuper dictæ Domui, & Prioriſſæ, ac Sororibus in ea pro tempore degentibus, ut omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis, libertatibus, exemptionibus, Indulgentiis, & Indultis, quibus Domus, & Sorores Clauſtrales dicti Ordinis Prædicatorum in genere utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere, ac dilectæ in Chriſto filiæ Luciæ de Narnia dicti Tertii Ordinis Sorori, quæ, ſicut aſſeritur, in multis ejuſdem Beatæ Catharinæ veſtigia, quoad poteſt, ſtudet imitari, donec vixerit, & Prioriſſæ dictæ Domus pro tempore exiſtenti, & de ſui licentia Confeſſoris more ipſius Beatæ Catharinæ, quæ dictum Tertium Ordinem profeſſa fuit, aliquando cum duabus, vel tribus dictæ Domus Sororibus, quarum ſaltem una ſit experientia, & prudentia comprobata, dictam Domum, Eccleſiam, & Infirmas viſitandi, ac Divina officia audiendi, ſeu alia quacunque licita, & honeſta cauſa exire libere, & licite poſſint, ac Prioriſſæ præfatæ, ut omnia dictæ Domus negotia cum præfatæ Luciæ conſilio, & aſſenſu tractare debeant, nec aliquis Confeſſor eidem Luciæ voluntate (5) poſſit, eadem auctoritate de ſpecialis dono gratiæ, indulgemus, nonobſtantibus felicis recordationis Bonifatii Papæ Octavi Prædeceſſoris Noſtri prohibentis pro Mendicantibus nova loca recipi, abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, plenam, & expreſſam de hujuſmodi prohibitione mentionem faciente, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſquoque, & conſuetudinibus dictorum Ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima nona Maii Milleſimo Quingenteſimo Primo, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Hadrianus.

1. *B. Lucia.*) Cujus feſtum celebratur die XVI Novembris.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in Actis pro ejuſdem B. Luciæ Narnienſis Beatificatione pag. 59.

3. *Dilecte fili.*) Herculem, Ferrariæ Ducem, alloquitur, cui Diploma fuit inſcriptum.

4. *Patientiam.*) Scapulare ſcilicet.

5. *Eidem Luciæ voluntate.*) Turbatus locus. Ceterum de Beata Lucia legenda quæ ſequuntur Inſtrumenta:

Hercules Dux Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, Marchio Eſtenſis, Comeſque, Rodigii &c. Spectabilibus, & præſtantiſſimis Viris Amicis cariſſimis Conſulibus Civitatis inclytæ Nurinbergen., ceteriſque Chriſtifidelibus, ad quos præſentes advenerint, Salutem in Domino.

Tenemur ex debito Principatus officio, & pro injuncti Nobis hujuſmodi noſtri Ducatus munere, ad quod Divina favente clementia evecti, & deputati ſumus, eis erroribus occurrere, qui piis mentibus Religioſarum perſonarum, & aliorum Orthodoxam fidem noſtram ſectantium ſcandalum eſſent, aut ſiniſtram impreſſionem quomodolibet allaturi. Quare cum in hac noſtra Civitate Ferrariæ Moniales nonnullas habeamus Sanctitatem mirum in modum redolentes; & in primis Venerabilem Sororem Luciam de Narnia Stigmata Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Corpore ſuo vere gerentem, ſentiamuſque per nonnullos iniquitatis filios zizaniam inter triticum ſeminantes, de ipſa Sorore Lucia aliquid alloqui ad ipſius infamiam, non potuimus non perhibere teſtimonium veritati, quo & vos, & ceteri Chriſtifideles, & devoti ad viam veritatis erecti per ſemitam virtutum ambuletis, & quæ vera ſunt teneatis, abjecto diabolica fraude, quæ ad hominum deceptionem, & fidei Chriſti imminutionem inſurrexit. Scitote igitur Spectabiles Viri, & hoc Vobis in verbis veritatis atteſtamur, hanc Venerabilem Sororem Luciam de Narnia Monialem Tertii Ordinis B. Dominici, quam in hanc noſtram Civitatem Ferrariæ ab hujuſmodi biennio adduximus, Mulierem eſſe pudiciſſimæ vitæ, & ſanctitatis pene Divinæ, quæ Virginali odore redolens Stigmata Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Corpore ſuo geſtat, geſſitque in hunc uſque diem forte per quinquennium. Id etiam affirmamus, quoniam videre voluimus, & tangere, adhibuimuſque Medicorum, & aliorum Peritorum, & prudentum Virorum judicium, & nedum ſemel, ſed pluries, & pluries, ſicque pro veritate eſſe compertum eſt, ex ipſis Stigmatibus ſingulis ſextis feriis manat ſanguis, & eo tempore, ut palam omnibus cum ea degentibus eſt videre, dolore magno afficitur, & quandoque ita cruciatur, ut extra ſe videatur eſſe poſita, & præterea multos dies ſolo Corporis Chriſti pabulo utitur, & eo ſolo vivificatur, & quod plus eſt, toto Adventu præterito nulla alio cibo eſt uſa, ſed tantummodo Eucbariſtia in die ſemel aſſumpta vixit, & hoc certius eſt certo, neque id affirmaremus, ſi non clarum, lucidum, & indubium vidiſſemus, ſunt etiam pro prædictis, & Decreta, & inſtrumenta publica mandato noſtro confecta, quæ quoniam ſcimus, vera eſſe affirmamus, & eiſdem fidem noſtram adjungimus; Tacemus tamen multa miranda, quæ per ipſam Divina Majeſtas multifariam oſtendit, quia ſatis Nobis viſum fuit de Stigmatibus, & Sanctitate Virginis hujus, ac aliis quæ diximus Vobis teſtimonium attuliſſe. Hortantes, & rogantes vos, immo plurimum obſecrantes ut & in ipſa inclyta Civitate veſtra Nurinbergen. & in aliis locis, in quibus hæc noſtra oſtendentur, abolito mendacio, & fraudis errore, quoad Vobis poteſtas permiſſa eſt, hanc eſſe meram, verum, & indubiam veritatem inſinuetis, & conſtanti animo ad Dei Omnipotentis laudem, & gloriam affirmetis, coercendo etiam omnes qui ſuper hac re mentiti ſunt, ad revocandum ea quæ contra veritatem de ipſa Sorore Lucia turpiter retulerunt. Quamobrem præter id, quod Nobis rem admodum gratam facietis, a Majeſtate ſua eſtis condigna præmia recepturi. In quorum robur, & fidem præſentes noſtras fieri juſſimus, & regiſtrari, & noſtri Sigilli magni Ducalis conſueti impreſſione muniri. Datum in Palatio noſtro Belinguardi Anno Dominicæ Nativitatis Milleſimo Quingenteſimo Primo, Indictione Quarta, die Vigeſimo Tertio Januarii.

Hercules Dux manu propria.

Noverint univerſi, & maxime Vos Domini Conſiliarii Civitatis Almæ Nurinbergenſis has præſentes lecturi, aut audituri, qualiter nos infraſcripti Juris utriuſque Doctores in Almo Ferrarienſi Gymnaſio legentes vidimus Venerabilem Sororem Luciam Narnienſem Tertii Ordinis Sancti Dominici, quæ in præſentiarum reſidet in hac Urbe noſtra Ferraria cum magna, & optima fama. Quæ etiam fertur, Stigmata in corpore ſuo ferre in manibus, & pedibus, ac latere. Quorum Stigmatum ſigna quatuor propriis oculis vidimus, videlicet manuum, & pedum: quintum vero in latere conſtitutum propter honeſtatem Nobis inſpicere non licuit. Quæ Stigmata Nobis viſum eſt, & judicio communi eorum qui ipſa viderunt, non arte humana, ſed a ſolo Deo conceſſa fuiſſe: & in fidem præmiſſorum propriis manibus nos ſubſcripſimus, & ſigillis noſtris, quibus conſilia noſtra ſigillare conſuevimus pro majori firmitate, & ſupra narratoram fideli teſtimonio munivimus ad laudem Dei, qui facit mirabilia ſolus. Ferrariæ die vigeſima ſexta Januarii Milleſimo Quingenteſimo Primo.

Ego Antonius a Lentis Juris utriuſque Doctor Civis Ferrarienſis ordinariam lectionem Matutinam ibidem in uſu Pontificio legens propria manu, & me ſubſcripſi.

Locus ſigilli.

Ego Joannes Franciſcus Calcaneus de Corrigia Juris utriuſque Doctor Jus Civile in Alma Ferrarienſi Gymnaſio legens propria manu ſcripſi.

Locus ſigilli.

JU-

Digitized by Google

JULIUS II.

Vide Tom. IV a pag. 216 ad 295 : Tom. VII a pag. 114 ad 119, & pag. 435 .

De Cœnobio conſtruendo in Villa Azzanelli . — Anno 1506 Die 31 Martii .

Ex Archivo (1) *Ordinis*,

Dilectis filiis Priori , & Fratribus domus S. Dominici Cremonen. Ordinis Fratrum Prædicatorum Regularis Obſervantiæ . — XCIII.

J U L I U S P A P A II.

Dilecti filii , Salutem , & Apoſtolicam Benedictinnem.

EXponi Nobis feciſtis , quod alias quondam Philippus de Tintis Laicus Cremonenſis , condens de bonis ſuis , in ejus ultima voluntate Teſtamentum , inter alia , ſtatuit , & ordinavit , quod in quodam Caſamento in Villa Azzanelli , Cremonenſis Diœceſis , conſiſtente , & ad eum legitime pertinente per vos una domus , cum Eccleſia , & aliis neceſſariis officinis pro perpetuo uſu , & habitatione quorundam Fratrum , qui inibi habitarent , & Divina Officia celebrarent , conſtruerctur ; quibuſdam aliis conditionibus adjectis , reliquitque eiſdem Fratribus , aliquas poſſeſſiones , pro eorum manutentione , & alimentis , ac pro ædificiis etiam reparandis , & paramentis , ac ornamentis ad divinum cultum neceſſariis emendis , vel faciendis ; Voluitque quod vos dicta bona nullo unquam tempore vendere , nec aliquo modo alienare , neque in perpetuum concedere poſſetis , quodque ſi dicta ſua voluntas de præfata domo in eodem Caſamento conſtruenda , aut de non alienando aliquid de dictis bonis vobis relictis non adimpleretur , ſeu , per Romanum Pontificem etiam de abſoluta poteſtate , vel alium quemcunque , quavis dignitate , vel auctoritate fulgentem , mutaretur , præfatum Caſamentum , & poſſeſſiones ipſæ per eum pro præmiſſis relictæ , eo ipſo ad quoddam Hoſpitale , in quadam Domo etiam ipſius Teſtatoris , conſtructum , devolverentur ; Legatumque vobis factum , & inſtitutio de dictis Fratribus , & domo nullius eſſent roboris , vel momenti , prout in dicto teſtamento plenius dicitur contineri . Cum autem , ſicut eadem expoſitio ſubjungebat , vos deſideretis domum prædictam , non in dicto Caſamento , ſed in quodam loco illi vicino in poſſeſſionibus per eundem Teſtatorem , vobis relictis , ſito , ubi aer ſalubrior , & locus a tumulto Secularium remotior , & Fratres commodius habitare poſſint , conſtruere , & ædificare ; pro parte veſtra , Nobis fuit humiliter ſupplicatum , ut vobis in præmiſſis opportune providere , de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur , qui quarumcunque religioſarum perſonarum , præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium , honeſtis votis , quantum cum Deo poſſumus , libenter annuimus , hujuſmodi ſupplicationibus inclinati , vobis , ut in poſſeſſionibus dicti Teſtatoris , eidem Caſamento vicinis , dictam domum cum Eccleſia , & aliis neceſſariis officinis , ſine juris alieni præjudicio , conſtruere , & ædificare , ac dictum Caſamentum , & alias poſſeſſiones per dictum Teſtatorem , relictas , prout opus fuerit , pro ædificatione ipſius domus , & utilitate Fratrum ibidem commorantium , vendere , alienare , & commutare , pretiumque ex eis proveniens , in utilitatem Fratrum dictæ domus , convertere , abſque eo quod legatum prædictum ad Hoſpitale præfatum devolvatur , libere , & licite valeatis , Apoſtolica auctoritate , tenore præſentium , concedimus , pariter , & indulgemus , voluntatem dicti Teſtatoris in hoc commutantes . Non obſtantibus præmiſſis , ac Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , necnon dicti Ordinis juramento roboratis ſtatutis , etiam conſuetudinibus , ipſiuſque Teſtatoris voluntate , ceteriſque contrariis quibuſcunque . Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris , die XXXI Martii MDVI , Pontificatus noſtri Anno Tertio .

Adrianus .

1. *Archivo* .) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi* .

Privilegia Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſa confirmat , approbat , & innovat , ut nulli Miſſas , & alia Divina Officia , etiam ratione funerum , celebrare in Eccleſiis ejuſdem Ordinis liceat (1) , invitis Fratribus . — Anno 1510 Die 7 Auguſti .

XCIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis* .

Dilectis Filiis Prioribus , & Fratribus Domorum Sanctæ Catharinæ de Piſis , & Sancti Romani de Luca , Ordinis Prædicatorum .

J U L I U S P A P A II.

Dilecti filii , Salutem , & Apoſtolicam Benedictionem .

EXpoſuit Nobis his diebus Venerabilis Frater noſter Oliverius Cardinalis Neapolitanus , Ordinis Fratrum Prædicatorum Protector , quod licet omnibus fere notorium ſit , Ordinem ipſum , uni-

ver-

Digitized by Google

verſaſque illius Eccleſias, ac perſonas, ab omni juriſdictione, ſuperioritate, ac præeminentia Ordinariorum per felicis recordationis multos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, præcipue Sixtum IV, noſtrum ſecundum carnem Patruum, ita exemptas eſſe, ut in Eccleſiis prædictis nemini liceat Miſſas, & alia Divina Officia, etiam ratione funerum, invitis illarum Eccleſiarum Prioribus, & Fratribus celebrare, nonnullos tamen conari apud vos ſæpe prædicta infringere, & vobis reclamantibus vim inferre, itaut, quemadmodum nuper iſtic Luceæ accidit, ad jurgia vobiſcum, ſanguiniſque effuſionem, ac violationem Eccleſiarum nonnunquam deveniant. Nos itaque, qui Ordinem prædictum ſingulari benevolentia ſemper amavimus, hoc non ſine magno animi dolore intelligentes, cupienteſque talium injuriarum, ac contentionum materiam amputare, pacique ac tranquillitati veſtræ conſulere, necnon ea, quæ Ordini prædicto ab ipſis Romanis Pontificibus conceſſa ſunt augere, quam minuere potius, omnia, & ſingula privilegia, indulta, conceſsiones, gratias, immunitates, & exemptiones per ipſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros juxta præmiſſa dicto Ordini conceſſas, tanquam ſi his literis ſingulariter expreſſæ eſſent, motu proprio, atque auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & approbamus, atque ita innovamus, ut nulli deinceps Miſſas, & alia Divina Officia, etiam ratione funerum, celebrare in Eccleſiis veſtris liceat, vobis invitis, ac univerſis locorum Ordinariis, conſtitutiſque in majori dignitate, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, aliis vero quibuſcunque ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, diſtricte præcipiendo mandamus, ut prædicta fideliter obſervent, & faciant ab aliis obſervari. Prædictorum autem executionem, & conſervationem illis committimus, quibus ab ipſis Romanis Pontificibus dicti Ordinis privilegia conſervanda committuntur. Non obſtantibus præmiſſis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, & ſingulariter illis, quas idem Sixtus Prædeceſſor noſter, & Patruus, aliique Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, voluerunt dicti Ordinis privilegiis non obſtare. Omnia, & ſingula hujuſmodi cujuſcunque tenoris exiſtant habentes in his literis pro inſertis, ac ſufficienter expreſsis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die Septima Auguſti, Milleſimo Quingenteſimo Decimo, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Sigiſmundus.

5. *Liceat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tit.I Quæſt.XV.*

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex authentico aſſervatur in Archivo Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam.

CLEMENS VII.

Vide Tom.IV a pag.417 ad 532: Tom.VII a pag.126 ad 136, & a pag.438 ad 440.

Anno 1530 Die 27 Octobris.

Congregationem S Marci ſupprimit, illamque Provinciæ Romanæ unit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXVI.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

QUia nonnunquam &c. opportunam medelam adhibere volentes, habita ſuper his cum dilectis filiis noſtris Thoma Sancti Sixti, & Garſia Sanctæ Suſannæ, Titulorum, Presbyteris Cardinalibus, qui in minoribus conſtituti dicti Ordinis Generales fuerunt, ac per univerſas Orbis partes domos, quæ tempore eorum reformatæ non erant, Fratreſque in illis degentes, quatenus in eis fuit, reformare, & ad priſtinum ſtatum regularem, & obſervantiam, ſecundum ipſius Ordinis ſtatuta, & Conſtitutiones, reducere procurarunt, matura deliberatione, dictam Sancti Marci Tuſciæ Congregationem cum omnibus illius privilegiis, gratiis, exemptionibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſupprimimus, & penitus extinguimus, Romanamque Provinciam, in multas ſciſſam partes, in Provinciam reformatam, dicta auctoritate, inſtituimus, ac modernos videlicet Vicarium Congregationis extinctæ, & Priorem domus Sancti Marci hujuſmodi ab eorum officiis abſolvimus, & domus Congregationis ſuppreſſæ hujuſmodi, quæ ſub dicta Provincia Romana juxta Ipſius Ordinis morem exiſtebant, ſub ea & ejus perpetuo eſſe, & tam illas, quam alias dictæ Provinciæ domus non reformatas per illius Provincialem reformatum perpetuo regi, & gubernari; videlicet reformatas, ac etiam Sororum domus, etiam Tertii Ordinis, ac Monaſteria Monialium, & illorum perſonas, quæ per Fratres Congregationis extinctæ hujuſmodi regebantur, & corrigebantur, per ſe ipſum, non reformatas vero domus Fratrum, ac Sororum etiam Tertii Ordinis, & Monaſteria Monialium, quæ per Provincialem gubernabantur, per Vicarium ipſius Provincialis reformati regi debere, volumus, donec illæ reformatæ fuerint, ita tamen quod etiam interim illas, & illa Provincialis ipſe reformatus . . . . ac . . . . . Vicarius Provincialis poteſtatem in eis exercere valeant, ac ex nunc dilectum filium Boninum dictæ Provinciæ Provincialem ab officio Provincialatus dicta auctoritate abſolvimus, & abſolutum eſſe decernimus, ac dilectum filium Zenobium de Pieriis olim dictæ extinctæ Congregationis Vicarium ipſius Provinciæ Romanæ Provincialem inſtituimus, dictumque Boninum domorum ejuſdem Provinciæ non reformatarum, quæ per Provincialem gubernabantur, hac vice Vicarium inſtituimus, cum poteſtate, & auctoritate, quas ſimiles Vicarii in Domos non reformatas, ac illarum Fratres, ac Sorores, & Moniales, Monaſteriorum eis ſubjectorum, de jure, vel conſuetudine, ac juxta Conſtitutiones Ordinis habere conſueverunt. Mandantes eidem Provinciali ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,

pœna, ut hujus infra duos menſes a data præſentium computandos Sanctæ Mariæ ſuper Minervam de Urbe, ac Sancti Dominici Peruſin., domos dicti Ordinis reformet, & ad regularem obſervantiam reducat, ac Fratres, qui in illis profeſſionem non emiſerunt, ſed in illarum filios per Fratres domorum earundem recepti fuerint ad filiationem domorum ipſius Ordinis, in quibus profeſſionem ſuam emiſerant ſub eadem pœna remittere noſtra auctoritate debeat, in ipſiſque Sanctæ Mariæ, & Sancti Dominici domibus ſic reformatis generale ſtudium ſecundum morem dicti Ordinis inſtituere, ita, quod de cetero in ipſis duabus domibus ſtudium jugiter teneri, ac per eos, ad quos ſpectat de Studentibus, & Officialibus Studii provideri debeat, ipſæque duæ domus ſic reformatæ Studium, & Studentes habentes, omnibus privilegiis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, quibus aliæ domus dicti Ordinis ſtudium habentes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, ſalvo tamen in omnibus jure Generalis dicti Ordinis pro tempore exiſtentis, quod juxta Conſtitutiones Ordinis in domibus dictæ Provinciæ habere conſuevit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Provinciæ, & illius Domorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis, illis forſan conceſſis, quibus, etiamſi ad illorum derogationem de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, habenda, ſeu aliqua alia forma ſervanda eſſet, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, inſtitutionis, abſolutionis, voluntatis, decreti, mandati, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo, Sexto Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo*,) In quo exemplar ex authentico aſſervato in Archivo Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam.

Anno 1532 Die 26 Aprilis.

Saccenſis Monaſterii fundandi facultas.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXVII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Priori Prioratus Sancti Nicolai la Latina intra Muros Oppidi Saccenſis Agrigentinæ Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Debitum Paſtoralis officii Nobis ex Alto commiſſi requirit, ac Nos ad id promptos excitat, ut ea vota, quibus Prudentes Virgines Religionis habitu aſſumpto, uni Virginum Sponſo Jeſu Christo voto celebri Virginitatem ſuam præſtent, & accenſis Lampadibus eidem Sponſo, qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, obviam ire poſſint, ac inde flores honoris, & honeſtatis fructus, ac Cœnobia propagentur, & Cœnobiis ipſis perſonæ idoneæ præficiantur, ad exauditionis gratiam admittamus, ac plenis favoribus proſequamur. Sane pro parte dilectorum filiorum Petri de Magno, & Hieronymi de Randatio Laicorum Oppidi Saccenſis Agrigentinæ Diœceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi, quos quondam Franciſcus Faxellus tunc in humanis agens, & ipſius Oppidi habitator, in ſuo teſtamento hæredes ſuos univerſales inſtituit, ad Divini Nominis laudem, & gloriam, ac Religionis propagationem, & divini cultus augmentum, necnon pro ſuarum, & ipſius Franciſci animarum ſalute, interveniente etiam ad hoc dilecto filio Thoma de Fazello Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac Theologiæ Profeſſore, & ipſius Franciſci Nepote, unum Monaſterium Monialium ſub invocatione Sanctæ Mariæ de Spaſimo pro uſu, & habitatione unius Abbatiſſæ, & aliquarum Monialium Ordinis Sancti Auguſtini, Sancti Dominici nuncupati, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum in domo habitationis ipſius Franciſci in Regione Dimenzo ipſius Oppidi conſiſtente conſtrui, & ædificari facere, & illi pro ejus Dote annuum redditum centum ducatorum, ac omnia, & ſingula bona hæreditatis dicti Franciſci donare, & aſſignare propoſuerunt, ſi ſibi ad hoc Sedis Apoſtolicæ licentia ſuffragetur. Quare pro parte Petri & Hieronymi præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in dicta domo unum Monaſterium Monialium ſub dicta invocatione cum Eccleſia, campanili humili, campana, refectorio, dormitorio, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis conſtrui & ædificari faciendi, facultatem concedere, ac illud, poſt quam conſtructum fuerit, in Monaſterium Monialium ſecundo dicti Ordinis erigere, & inſtituere, ac alias in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, & Religionis propagationem noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, cupientes etiam eidem Monaſterio poſtquam conſtitutum, & erectum fuerit de perſona utili, & idonea per quam circumſpecte regi, ac ſalubriter dirigi valeat, providere, ac de præmiſſis, necnon de meritis, & idoneitate dilectæ in Christo filiæ Clementiæ etiam de Fazello Monialis Monaſterii Monialium B. Mariæ de Tummariis ejuſdem Oppidi Ordinis S. Benedicti, apud Nos de Religionis zelo, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium prudentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum meritis multipliciter commendatæ certam notitiam habentes, necnon Petrum & Hieronymum, ac, quæ, ut aſſerit, in XXV vel circa ſuæ ætatis anno conſtituta, & dicti Franciſci Neptis exiſtit; Clementiam, præfatos, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis,

penſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi qnibus qnomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tnæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Petro, & Hieronymo præfatis, in dicta domo unum Monaſterium pro perpetuis uſu, & habitatione unius Abbatiſſæ, & aliquarum Monialium ſecundo dicti Ordinis, cum Eccleſia, campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis conſtrui, & ædificari faciendi, licentiam, & facultatem concedere, illudque poſtquam conſtructum fuerit, in Monaſterinm Monialium ſecundo dicti Ordinis ſub dicta invocatione, ſine alicujus præjudicio erigere, & inſtituere, ac illi pro ejus dote annuum redditum centum ducatorum, ac omnia & ſingula bona hæreditatis hujuſmodi applicare, & appropriare, & quod illius Abbatiſſa, & Moniales pro tempore exiſtentes ſingulis decenniis unam ex Stirpe, & Parentela, ac cognatione Fazelli, ſi fuerit, alioquin aliam Puellam pauperem in Monialem erigendi ejuſdem Monaſterii abſque aliqua dote recipere; quodque Proceſſio Parochialis Eccleſiæ dicti Oppidi, quæ in Feſtis Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Spinæ per Regionem eandem tranſire conſuevit, Eccleſiam erigendi Monaſterii ingredi debeat, ſtatuere, & ordinare, necnon eidem Abbatiſſæ, quaſcunque Mulieres dictum erigendum Monaſterium ingredi volentes, recipere, & ad profeſſionem regularem ſecundo dicti Ordinis admittere, ac, quoties ſibi videbitur, illarum conſanguineas, & parentes, ac alias honeſtas Mulieres non ſuſpectas, in ipſo erigendo Monaſterio introducere, ac omnia & ſingula alia, quæ Abbatiſſæ ſecundo dicti Ordinis in aliis eorum Monaſteriis facere & exercere conſueverunt, ſeu poſſunt, facere & exercere, illique, necnon eidem erigendo Monaſterio, ac illius Conventui, ut omnibus & ſingulis privilegiis, immnnitatibns, exemptionibus, indulgentiis, favoribus, gratiis, & indultis Prædicatorum prædicto, & Minorum, ac aliorum Mendicantium, etiam Minimorum, Ordinibus, eorumque domibus in genere conceſſis, & concedendis duntaxat uti, potiri, & gaudere libere, ac licite valeant, concedere & indulgere, & nihilominus ſi conceſſionem, erectionem, inſtitutionem, applicationem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, & indultum hujuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, ac, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, per diligentem informationem per te deſuper habendam, eandem Clementiam ad regimen, & adminiſtrationem ipſius erigendi Monaſterii utilem, & idoneam eſſe repereris, de perſona dictæ Clementiæ eidem erigendo Monaſterio; cujus fructus, redditus, & proventus centum ducatorum auri ſimilium, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut dicta Clementia etiam aſſerit, non excedont, providere, ipſamque illi in Abbatiſſam præficere auctoritate noſtra procures, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius erigendi Monaſterii ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, ac faciendo ſibi ab eiſdem Conventu, obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas, necnon a dilectis filiis Vaſſallis, & aliis Subditis ipſius erigendi Monaſterii conſueta ſervitia, & jura ſibi ab eis debita integre exhiberi; contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqnibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nos enim cum præfata Clementia, ut eidem erigendo Monaſterio in Abbatiſſam præfici, & præeſſe, illudqne in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac munus benedictionis, etiam a quocunqne malnerit Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, ſuſcipere, & illo uti; necnon ſi ſibi videbitur, unam Monialem ejuſdem Monaſterii de Tummariis per eam eligendam, Superioris ſui licentia petita & obtenta, de ipſo Monaſterio de Tummariis ad ipſum erigendum Monaſterinm transferre, ſibique regularem habitum per Moniales ſecundo dicti Ordinis geſtari ſolitum exhibere libere, & licite valeat: Defectum ætatis præmiſſæ, quem ad hoc patitur, in dicto XXV anno vel circa conſtituta, ut præfertur, ac quibuſdam Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatntis, & conſuetudinibus ſupradictis, ut præfertur, roboratis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentinm de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus, ſibique ac Antiſtiti, ut munus ipſum ſibi impendere, & Moniali transferendæ, ut transferri modis præfatis licite poſſit, concedimus. Et inſuper cupientes, ut Eccleſia erigendi Monaſterii hujuſmodi, cum conſtructa fuerit, in debita veneratione habeatur, & a Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, ipſiqne Chriſtifideles ad illam eo libentius devotionis cauſa confluant, quo ex hoc animarum ſuarum ſaluti majora munera ſpiritualia adipiſci poſſe cognoverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis ntriuſqne ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus, confitendi propoſitum habentibus, qui perpetuis futuris temporibus Eccleſiam ipſam in Feſto Beatæ Mariæ de Spaſimo hujuſmodi, & ſingulis ſextis feriis Quadrageſimæ devote viſitaverint, pro ſingulis Feſtis, & ſextis feriis prædictis, quibus id fecerint, vigintiquinque annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Volumus autem, quod præfatnm erigendum Monaſterium propterea in ſpiritualibus non lædatur, nec in temporalibus detrimenta ſuſtineat; ſed ejus, ac præfatarum Conventus congrue ſupportentur onera conſueta: ac quod præfata Clementia quamprimum eorundem regiminis, ac adminiſtrationis poſſeſſionem, ſeu quaſi, vigore præſentinm pacifice aſſecuta fuerit, ipſum habitum per Moniales ſecundo dicti Ordinis geſtari ſolitum, geſtet, & ipſius Ordinis Fratrum Prædicatorum regularibus inſtitutis ſe conformet, quodque idem Antiſtes, qui ſibi præfatum munus impendet, poſtquam illud ſibi impenderit, noſtro, & Romanæ Eccleſiæ Nomine fidelitatis debitæ

Digitized by Google

debitæ ſolitum recipiat juramentum, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus incluſam; ac formam juramenti hujuſmodi, quod præſtabit, Nobis de verbo ad verbum per ipſius Clementiæ patentes literas ſub ſigillo munitas quantocius deſtinare procuret, & quod per hoc Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Agrigentino, cui prædictum erigendum Monaſterium ordinario jure ſuberit, nullum in poſterum præjudicium generetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo Secundo, Sexto Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Forma Juramenti.

Ego Clementia Fazello Abbatiſſa Monaſterii B. Mariæ de Spaſimo, Oppidi Saccenſis, Ordinis S. Auguſtini, Sancti Dominici nuncupati, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum Agrigentinenſis Diœceſis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, & Domino Noſtro Domino Clementi Papæ VII, ſuiſque Succeſſoribus canonice intrantibus, non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione: Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo vel redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo; poſſeſſiones vero ad menſam Monaſterii mei Abbatiſſatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque inpignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum conſenſu Conventus Monaſterii mei, inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia,

N. Richardus,

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo Saccenſi,

Omnia Privilegia a Deceſſoribus ſuis Monaſterio Vallis-Duciſſæ conceſſa firmat.

Anno 1532 Die 29 Juni.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXVIII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſæ, & Conventui Monaſterii, per Prioriſſam ſoliti gubernari, de Valle-Duciſſæ, Ordinis Sancti Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtitutis Fratrum Prædicatorum viventibus, Cameracen. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem,

CUm a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates, a felicis recordationis Bonifatio VIII, Clemente V, Johanne XXII, Benedicto XII, Gregorio X, & XI, Nicolao etiam V, & aliis Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alia indulta, vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus, vobis, & Monaſterio veſtro rationabiliter indultas, ſicut eas juſte, & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo Secundo, Tertio Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

N. Richardus,

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

De Saccenſi Conventu fundando.

Anno 1533 Die 9 Aprilis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXIX.

Antonius miſeratione Divina Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis, dilecto in Chriſto Thomaſio Fazello Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſori, in Theologia Magiſtro, Salutem in Domino.

EX parte tua fuit propoſitum coram Nobis, quod tu zelo devotionis, & dictæ Religionis propagationis accenſus deſideras ex certis pecuniis juſte proventis unam domum dicti Ordinis cum Eccleſia, Clauſtro, Refectorio, Dormitorio, Capitulo, & aliis Officinis opportunis pro perpetuis uſu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum ſub titulo Sancti Dominici in Oppido Saccenſi Agrigentinæ Diœceſis, de tui Superioris licentia, ad hoc per univerſitatem, ſeu Rectores, Juratos ſcilicet nuncupatos, dicti Oppidi invitatus ædificare. Sed quia locus in quo eandem domum ædificare decreviſti a domo Annunciatæ dicti Oppidi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo per centum quadraginta cannas juxta privilegia Ordinum Mendicantium non diſtat, licet circa octuaginta cannas diſtet, deſiderium tuum adimplere poſſe dubitas inconſulta deſuper Apoſtolica Sede: & cum, ſicut eadem ſubjungebat petitio, in dicto Oppido locus tibi adeo commodus ad ædificationem dictæ domus non videatur, & in pluribus locis poſt dictorum privilegiorum conceſ-

ſionem plures domus Ordinis Mendicantium hujuſmodi infra dictas centum quadraginta cannas ex indulto Apoſtolico, vel alias conſtructæ reperiantur: Si tibi quod in dicto loco dictam domum ædificare de dicta licentia, & ut præfertur invitatus, ædificare valeres, licentia concederetur, profecto ex hoc tuo pio deſiderio, & animarum habitatorum dicti Oppidi ſaluti, ac ipſius Oppidi decori non modicum conſuleretur. Quare ſupplicari feciſti humiliter, tibi ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, tibi ut dictam domum, dummodo ad illam in dicto oppido ædificandam alias legitima facultate ſuffultus exiſtas, infra dictas 140 cannas in loco per 80 cannas, vel circa, a domo Annunciatæ prædictæ diſtanti, ædificare libere, & licite valeas, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium ſine alicujus præjudicio indulgemus; quocirca Venerabili in Chriſto F. Dei gratia Epiſcopo Tribunenſi, in Civitate Panormitana reſidenti, & diſcreto Viro Priori Prioratus S. Nicolai de la Latina dicti Oppidi, & eorum cuilibet committimus, & mandamus, quatenus per ſe vel alium, ſeu alios tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant te indulto hujuſmodi pacifice frui, & gaudere, non permittentes te ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo per loci Ordinarium, aut dictorum Ordinum Superiores etiam Generales, aut quoſcunque alios tam Eccleſiaſticos quam Seculares Judices, & Perſonas cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacunque, etiam Pontificali præfulgeant dignitate, vel auctoritate, etiam Apoſtolica, fungantur, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum Ordinum, & dictæ, ac aliarum illorum domorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac prædictis, & aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus Mendicantium, vel dicto Ordini B. Mariæ de Monte Carmelo, aut eorum Superioribus, & aliis quibuſvis locis, Ordinibus, domibus, & perſonis, tam conjunctim, quam diviſim, ac tam in genere, quam in ſpecie, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis irritantibus, & aliis decretis conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, etiam mari magno, aut Bulla aurea, vel alias nuncupatis, quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Pœnitentiariæ, Quinto Idus Aprilis, Pontificatus D. Clementis Papæ Septimi Anno Decimo.

B. Junctinus.

Julius Cardellus.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo Saccenſi.

Anno 1533 Die 2 Maii.

De Monaſterio Saccenſi fundando.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXX.

Antonius miſeratione Divina Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis, Dilectis in Chriſto Petro de Magno, & Hieronymo de Randatio Laicis Oppidi Saccenſis, Agrigentinæ Diœceſis, Salutem in Domino.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod alias licet quondam Franciſus Fazelli Laicus dicti Oppidi, cujus, ut aſſeritis, Hæredes exiſtitis, in ejus Teſtamento nihil de erectione alicujus Monaſterii per vos facienda ordinaſſet, ſed tantum vos hæredes univerſales in eo conſtituerit, nihilominus vos ex eo quod forſan dictus Teſtator uni ex vobis id verbo expreſſerat, vel alias præſumentes ejus intentionem, ex Domo, & bonis hæreditatis ipſius Teſtatoris unum Monaſterium Monialium Ordinis Prædicatorum ſub titulo S. Mariæ de Spaſimo de licentia Sedis Apoſtolicæ pro ipſius Teſtatoris Animæ remedio erexiſtis. Verum quia aſſeritis, intentionem dicti Teſtatoris fuiſſe, ut dictum Monaſterium ſub alio Ordine erigeretur, licet, ut præfertur, id in Teſtamento expreſſum non exiſtat; pro majori conſcientiæ veſtræ quiete, & per vos geſtorum ſubſiſtentia deſideratis per vos geſta hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis munimine roborari. Quare ſupplicare feciſtis humiliter nobis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur in hac parte veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, per vos, ut præfertur, geſta, ac alia omnia illa concernentia, alias licita, & honeſta, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium, in forma duntaxat ejuſmodi approbamus, & confirmamus, ac plenum firmitatis robur obtinere debere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ac voluntatem dicti Teſtatoris hujuſmodi, quatenus opus ſit, in & ad hoc commutantes, non obſtante intentione ſive voluntate Teſtatoris hujuſmodi, & Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Pe-

S. Petrum ſub ſigillo officii Pœnitentiariæ, Sexto Nonas Maii, Pontificatus Domini Clementis Papæ Septimi Anno Decimo.

Benedictus Junctinus.

P. de Panfiliis.

1. Archivo.) In quo exemplar.

De fundando Saccenſi Conventu. Anno 1533 Die 7 Maii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Antonius miſeratione Divina Tituli Sanctorum Quatnor Coronatorum Presbyter Cardinalis, CXXXI.
Dilectis in Chriſto Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii S. Mariæ de Spaſimo
Oppidi Saccenſis, Ordinis Prædicatorum, Agrigentinæ Diœceſis,
Salutem in Domino.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis qnod cum in dicto Oppido nulla ſit domns Virorum dicti Ordinis, & ob illius carentiam, vos in divini officii ordinatione, regimine, regula, Conſtitutionibus, & cæremoniis veſtri Ordinis maximum detrimentum patiamini, cum illorum penitus propter recentem veſtri Monaſterii erectionem ignaræ, & inernditæ ſitis, & Superiores dicti Ordinis propterea, & alias intendant inibi unam domum ejuſdem Ordinis erigere, id tamen ob eorum paupertatem facere nequeant, ſi vobis, ex fructibus redditibus, & proventibus veſtri Monaſterii, de his videlicet, quæ ſupportatis oneribus ipſius Monaſterii ſuperſunt, pro ipſius domus erectione aliquam pecuniarum ſummam condecentem erogandi licentia concederetur, profecto domus hujuſmodi erigeretur, id quod in non modicum divini cultus in veſtro Monaſterio augmentum, & regularem illius diſciplinam, qua maxime indigetis, cederet. Quare ſupplicare feciſtis humiliter Nobis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur veſtro pio deſiderio gratum exhibentes aſſenſum veſtriſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cujus Pœnirentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, vobis quod de fructibus, redditibus, & proventibus bonorum dicti veſtri Monaſterii, quæ, ipſius Monaſterii ſupportatis oneribus, ſuperſint, in erectionem, conſtructionem, & fabricam dictæ domus ſine alicujus præjudicio erogare, & elargiri arbitrio veſtro poſſitis, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium, indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum Monaſterii, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis conceſſis quorumcunque tenorum exiſtant, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Pœnitentiariæ, Nonis Maii, Pontificatus Domini Clementis Papæ VII Anno Decimo.

B. Junctinus.

P. de Panfiliis. Julius Cardellus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

P A U L U S III.

Vide Tom.IV a pag.533 ad 683: Tom.VII a pag.136 ad 148, & pag.440.

Fratri Thomæ de Bononia Inquiſitori Ferrarien. quid agendum ſit, mandat. Anno 1536 Die 8 Maii

Ex Archivo (1) Ordinis.

Dilecto Filio Fratri Thomæ de Bononia Ordinis Prædicatorum, Inquiſitori CXL.
hæreticæ pravitatis in Civitate Ferrariæ.

P A U L U S PP. III.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACcepimns non ſine animi noſtri moleſtia, qnod cnm quidam Johannes de Bouchefort (2) Clericus Tornacen. Diœceſis, in Civitate Ferrariæ commorans, damnata, & perfida Lntherana labe ſuſpectus appareret, tu de præmiſſis notitiam habens, tuoque officio, ut decet, incnmbens, eundem Johannem occaſione ſuſpicionis hujuſmodi perſonaliter capi, & carceribus, in quibus detinetur ad præſens, mancipari feciſti, propter quod curam, & diligentiam tuam plurimum in Domino commendamus. Cum autem, ſicut a fide dignis etiam accepimus, non vulgaria extent argumenta quod hæc noviter detecta peſtis radices habeat etiam alibi diffuſas: Nos conſiderantes qnantum periculi, & incendii hinc procedere poſſit, ex hoc præſertim quod Dei benignitate hactenus nec etiam auditum fuerit quod hujuſmodi peſtis in Italia pullulaverit, ſed ab ea procul permanſerit; & propterea huic flammæ quæ, niſi celeriter extingueretur, maximum poſſet, humani generis hoſte in-

ſtigante, damnum afferre, ne ulterius progrediatur, ſalubri remedio obviare volentes: Tibi ſub excommunicationis, & arbitrii noſtri pœnis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus dictum Johannem, & quoſcunque alios, ſimili occaſione, ex tuo mandato, vel ordine, carceratos, una cum proceſſibus contra eos deſuper formatis, ei, vel eis, quem, vel quos Venerabilis Frater noſter Marius Epiſcopus Reatinus Civitatis noſtræ Bononiæ Gubernator qui de his, quæ, ut præfertur, Nobis relata ſunt, ad plenum eſt informatus, &, ut quod Nos deſuper ei injunximus efficere poſſit, expedit, ut ad eum perſonæ, & proceſſus prædicti deferantur, ad te propterea deſtinaverit, omnino tradas, & conſignes: Si qui autem alii ſint qui de dicta Lutherana labe ſint ſuſpecti eos auctoritate, & nomine, noſtris, moneas ut infra tres dies a die monitionis hujuſmodi computandos quos eis pro peremptorio termino aſſignamus, coram dicto Gubernatore perſonaliter, & non per Procuratorem compareant: Nos enim tibi, ut tam quoad carceratos, quam quoad alios, ut præfertur, ſuſpectos ulterius te non intromittas ſub eiſdem pœnis; quibuſcunque autem aliis perſonis, Nobis, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis, cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiamſi Ducali, Marchionali, Comitali, aut alia dignitate præfulgeant, ſub ſimilis excommunicationis, & privationis Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum, ac aliorum bonorum quæ a præfata, vel aliis Eccleſiis quomodolibet obtinent, pœnis, per eaſdem præſentes præcipimus, & mandamus, quatenus, quominus dictus Johannes, & alii carcerati prædicti, ſi qui ſint, ac proceſſus hujuſmodi ad dictum Marium Epiſcopum, & Gubernatorem tranſmitti, ut præfertur, poſſint, nullatenus impedire, ſeu facere audeant, vel præſumant, ſed id libere fieri permittant: Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die Octava Maii MDXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Bloſius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Ferrarien.

2. *Bouchefort.*) In alio Diplomate dicitur *Buſfori.*

Anno 1536 Die 21 Octobris.

CXLI.

Inquiſitori Ferrarienſi quædam agenda præſcribit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto Filio Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Civitate Ferrarien. deputato.

P A U L U S PP. III.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NUper accepto per Nos, quod cum Joannes de Buſfori, Clericus Tornacen. Diœceſis, in Civitate Ferrarienſi commorans, damnata Lutherana labe ſuſpectus appareret, tu de præmiſſis notitiam habens, eundem Johannem occaſione ſuſpicionis hujuſmodi capi, & carceribus mancipari feceras, ac quod non vulgaria argumenta erant, quod peſtis tunc noviter detecta hujuſmodi radices habebat alibi diffuſas; Nos, ne peſtis ipſa ulterius progrederetur, tibi ſub excommunicationis, & arbitrii noſtri pœnis per alias meliori forma literas mandavimus, quatenus eundem Johannem, & quoſcunque alios, ſimili occaſione, ex tuo mandato, vel ordine, carceratos una cum proceſſibus contra eos formatis ei, vel eis, quem, vel quos, Venerabilis Frater Marius Epiſcopus Reatin., Civitatis noſtræ Bononiæ Gubernator, qui de præmiſſis erat informatus, ad te propterea deſtinaſſet, traderes, & ſi qui alii eſſent, qui de eadem labe ſuſpecti exiſterent, eos auctoritate noſtra moneres, ut infra tres dies coram dicto Mario Epiſcopo, & Gubernatore, perſonaliter comparerent, ac tam quoad carceratos, quam quoad ſuſpectos hujuſmodi deſuper ulterius te non (2) ut tu officium Inquiſitionis hujuſmodi in Civitate prædicta juxta deſuper tamen alias datas facultates exercere poſſis, & valeas in omnibus, & per omnia, prout poteras antequam dictæ literæ a Nobis emanarent. Non obſtantibus præmiſſis, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXI Octobris MDXXXVI Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Bloſius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Ferrarien.

2. *Te non.*) Deeſt aliquid.

Digitized by Google

F. Hieronymus Papinus de Laude, Ferrarienſis Inquiſitor conſtituitur.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Dilecto Filio Hieronymo Papino de Laude Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, ac hæreticæ pravitatis in Civitate, & Diœceſi Ferrarien. Inquiſitori Generali.

Anno 1548 Die 20 Octobris.

P A U L U S PP. III.

CXLII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

MEditatio cordis noſtri ad hoc præcipue tendit, ut ii quos Salvator noſter Jeſus Chriſtus dignatus eſt ſuo pretioſiſſimo Sanguine redimere, ſi diabolica fraude ſeducantur, ad caulam Dominicarum ovium reducantur, & ſi animorum perverſitate ducti in eorum damnato propoſito perſeverare præſumpſerint, taliter in eos animadvertatur, quod eorum pœna ceteris tranſeat in exemplum. Hinc eſt, quod Nos cupientes, fidem Catholicam ubique locorum pure, & ſincere prædicari, & firmiter teneri, & omnes illi contrarias opiniones ex hominum mentibus evelli: Te, de cujus doctrina, fide, probitate, & prudentia ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis in Civitate, & Diœceſi Ferrarien. hæreticæ pravitatis Inquiſitorem Generalem, cum honoribus, & oneribus conſuetis, ita ut omnibus, & ſingulis gratiis, facultatibus, indultis, auctoritatibus, & præeminentiis, aliis Inquiſitoribus Generalibus, per Nos, ſeu dictam Sedem, conceſſis, ac quibus ipſi Inquiſitores uſi, & gaviſi ſunt, ſeu uti, & gaudere poterunt quomolibet, uti, & gaudere poſſis, & valeas, ad Noſtrum, & ejuſdem Sedis beneplacitum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, conſtituimus, & deputamus: Nec non tibi omnia, & ſingula, quæ ad bujuſmodi hæreſes, & errores reprimendos, & radicitus extirpandos juxta juris ordinem neceſſaria fore cognoveris, & ad officium Inquiſitionis bujuſmodi pertinuerint, faciendi, gerendi, ordinandi, exercendi, & exequendi, ac, ſi adverſa valetudine, aut alio legitimo impedimento detentus, præmiſſis perſonaliter intereſſe non potueris, alias perſonas Eccleſiaſticas idoneas, literatas, & Deum timentes, quæ in Theologia Magiſtri, ſeu in altero jurium Doctores, vel licentiati, aut Baccalaurei in aliqua Univerſitate ſtudii generalis graduatæ, & in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Canonici alicujus Metropolitanæ, aut alterius Cathedralis Eccleſiæ exiſtant, & ad minus trigeſimum ſuæ ætatis annum attingant, deputandi, & quoties id opus eſſe cognoveris, cum ſimili vel limitata poteſtate ſubſtituendi, & ſubdelegandi, ac eos in totum, vel in partem, etiam in cauſis, & negotiis per eos cœptis ad libitum tuum revocandi, & eorum loco alios, ut præfertur, qualificatos deputandi, plenam, & liberam ac omnimodam, auctoritate, & tenore prædictis, facultatem, & poteſtatem concedimus. Non obſtantibus fel. rec. Bonifatii PP. Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, ac Concilii Generalis de duabus diætis, dummodo non ultra tres aliquis auctoritate præſentium ad judicium trahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis, & indultis, ac privilegiis per Nos, ſeu quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros., aut dictam Sedem quibuſvis, etiam Ordini Fratrum Prædicatorum, quem tu expreſſe profeſſus exiſtis, ſeu dicti Ordinis Superioribus quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam Mare Magnum nuncupatis, ac Eccleſiæ Ferrarien., & dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XX Octobris MDXLVIII, Pontificatus noſtri Anno Quartodecimo.

Blo. el. Fulgin.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Ferrarienſi.

JU-

JULIUS III.

Vide Tom. V a pag. 1 ad 39: Tom. VII a pag. 149 ad 152, & a pag. 440 ad 442.

Anno 1552 Die 23 Januarii.

Franzinus Michael Epiſcopus Caſalenſis, & Frater Hieronymus de Laude, Ordinis Prædicatorum, adverſus hæreticam pravitatem Commiſſarii conſtituuntur pro Ferrarienſi Civitate, & Diœceſi.

XXXVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

JULIUS PAPA III.

Venerabili Fratri Franzino Michaeli Epiſcopo Caſalen, & dilecto filio Hieronymo de Laude Ordinis Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, Commiſſariis noſtris, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm, ſicut accepimus, Venerabilis Frater Johannes Petrus Epiſcopus Tuſculan., & dilecti filii noſtri Rodulphus S. Mariæ Tranſtyberim, & Johannes S. Pancratii Compoſtellan., ac Marcellus S. Crucis in Hieruſalem titulorum Presbyteri S. R. E. Cardinales per univerſam Rempublicam Chriſtianam contra hæreticam pravitatem Inquiſitores Generales, a Nobis, & ab hac Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati, poſtquam intellexerant, peſtiferum ſemen hæreſis in Civitate, ac Diœceſi Ferrarien., & in nonnullis aliis locis dominii dilecti filii Nobilis Viri Herculis Ducis Ferrariæ pullulare cœpiſſe, volentes pro eorum officio illud antequam validiores faceret radices, quantum in eis erat, extirpare, ad Dei Omnipotentis ſervitium, Catholicæ Fidei conſervationem, & animarum ſalutem, de veſtra doctrina, fide, probitate, & legalitate plurimum in Domino confiſi, vos eorum Commiſſarios in Civitate, Diœceſi, ac toto dominio prædictis conſtituerint, & fecerint, concedentes vobis, ut in eo negotio contra quoſcunque de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, eorumque fautores uſque ad ſententiam incluſive perinde procedere poſſetis, quemadmodum in eorum patentibus literis deſuper confectis plenius continetur, Nos, ut hujuſmodi vobis demandatam commiſſionem eo promptius, & virilius exequi poſſitis, quo noſtra fuerit confirmatione roborata, deputationem de vobis factam, ac deſuper confectas patentes literas prædictas, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, &, quatenus opus ſit, vos in præmiſſis juxta ipſarum literarum tenorem Commiſſarios deputamus. Hortantes ipſum Herculem Ducem in Domino, ut pro ſua in Deum pietate, & in Sanctam Fidem Catholicam zelo vobis quandocunque acciderit in exequendo hujuſmodi tam ſancto opere, ſuo favore, auctoritate, & auxilio adeſſe velit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXIII Januarii MDLII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Gal. Aquinas.

a. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

PAULUS IV.

Vide Tom. V a pag. 40 ad 54: Tom. VII a pag. 153 ad 156.

Anno 1556 Die 26 Octobris.

Ut Florentinus Conventus S. Mariæ Novellæ juris ſit Provincialis Romanæ Provinciæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XVI.

PAULUS PAPA IV.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

MEditatio cordis noſtri ad id potiſſimum verſatur, ut gregis Dominici cujus univerſalem curam ſuſtinemus, fideles quoslibet, præſertim Altiſſimo ſub religionis jugo famulantes, & a laxioribus illius habenis in melius reformatos, ab omni moleſtiæ timore vindicemus, & ea, quæ in ipſorum Reformatorum favorem geſta ſunt, ne impugnationi ſubjaceant, Apoſtolici muniminis ſuffragio roboremus. Nuper ſiquidem, ſicut accepimus, dilectus filius Stephanus Uſuſinaris modernus Ordinis Fratrum Prædicatorum Magiſter Generalis tam ordinaria, qua ex officio fungitur, quam etiam ſibi in ea parte commiſſa, privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Magiſtro Generali a Sede Apoſtolica conceſſorum vigore, auctoritate, Domum Sanctæ Mariæ Novellæ Florentin. ejuſdem Ordinis per Vicarium Romanæ Vicariæ pro tempore exiſtentem, ac Fratres Conventuales nuncupatos regi, & gubernari, ac ab aliquanto tempore citra inhabitari ſolitam, & propterea a regularis obſervantiæ rigore collapſam, a regimine, cura, & juriſdictione dicti Vicarii, reformationis gratia, ſubtraxit, ac Provincialis Romanæ Provinciæ nunc & pro tempore exiſtentis curæ, ac juriſdictioni pleno jure ſubjecit, ac ſpecialiter eidem commiſit,

ut,

ut, excluſis illis, qui reformari recuſaſſent per Fratres dictæ Provinciæ Reformatos dictam Domum regeret, & inhabitari faceret, prout in ejuſdem Magiſtri Generalis deſuper confectis literis plenius dicitur contineri. Idem autem Provincialis munus hujuſmodi ſolerter exequens, excluſis illis, qui reformari noluerant, & admiſſis ad eandem, ſeu alias Domos, ſuæ Provinciæ, iis, qui reformationem prædictam amplecti voluerunt, reformatos prædictæ Provinciæ Fratres in Domum præfatam introduxit, atque recepit. Cum itaque, ſicut Nobis innotuit, reformatio hujuſmodi in non modicum divini cultus augmentum, & religionis decorem ceſſerit, ac propterea noſtram, & dictæ Sedis confirmationem non incongrue mereatur: Hinc eſt, quod Nos literarum prædictarum, & inde ſecutorum, aliorumque, hic etiam forſan de neceſſitate exprimendorum veriores tenores, pro ſufficienter expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ſubtractionem, ſubjectionem, commiſſionem, excluſionem, admiſſionem, introductionem, receptionem, & reformationem prædictas, ac quæ illas concernunt omnia, & ſingula in dictis literis contenta, & inde ſecuta quæcunque licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria, Apoſtolica auctoritate prædicta, confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus; & nihilominus potiori pro cautela eundem Conventum a regimine, cura, juriſdictione dicti Vicarii perpetuo ſubtrahimus, & eximimus, illumque Provinciali prædicto pleno jure ſubjicimus, ac præmiſſam, eiſdem modo & forma, quibus per dictum Provincialem geſta eſt, reformationem in eundem Conventum de novo introducimus, præſentium per tenorem, diſtrictius inhibentes, & ſub excommunicationis pœna Vicario, & excluſis Fratribus prædictis, ac aliis quibuſvis perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel præeminentiæ fuerint, ne reformationem, Fratreſque in Conventum introductos, & introducendos reformatos hujuſmodi, ullo unquam tempore, quovis quæſito colore, prætextu, vel ingenio impugnare, aut alias moleſtare, perturbare, vel inquietare præſumant, necnon reformationem hujuſmodi nullo unquam tempore impugnari, & ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales judicari, & interpretari debere, ac quicquid ſecus a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernentes. Quocirca Venerabili Fratri Archiepiſcopo Floren., & dilectis filiis moderno, & pro tempore exiſtenti, Protectori dicti Ordinis, ac Auditori Generali Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ per eaſdem præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Provincialis, vel Fratrum Reformatorum Conventus prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra literas ipſas, & in eis contenta perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari, ac Provincialem, & Fratres Reformatos præfatos illis pacifice gaudere, non permittentes eos deſuper per expulſos Fratres præfatos, ſeu quoſvis alios, quomodolibet impediri, moleſtari, vel perturbari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis prædicti, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiisquoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Vicario, & Conventualibus Fratribus hujuſmodi, etiam per felicis recordationis Clementem VII, & Paulum III, alioſque Romanos Pontifices Prædeceſſures noſtros, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus, etiam motu ſimili, conceſſis, approbatis, & innovatis, etiamſi in eis inter alia caveatur expreſſe, quod Conventuales Fratres in ſuorum Conventuum ſubtractione, vel reformatione, per reformatos Fratres Ordinis hujuſmodi nullatenus moleſtari, vel alias impediri, neque a ſuis Conventibus hujuſmodi, etiam reformationis hujuſmodi prætextu, expelli poſſint. Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi Vicario, & Conventualibus Fratribus præfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVI Octobris MDLVI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex authentico aſſervato in Archivo Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam, cujus mihi copiam fecit R. A. P. M. Felix Cæleſtinus de Attis ejuſdem Conventus Prior.

Fra-

Anno 1557 Die 10 Martii.

XVII.

Fratrem Petrum Martyrem de Lugano, Comenſem, totius Ordinis Vicarium Generalem conſtituit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

PAULUS PAPA IV.

Dilecte fili (2), Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm nuper tui Ordinis Generalatus per obitum honeſtæ memoriæ Stephani Uſuſmaris, Genuen., ejuſdem Ordinis Magiſtri Generalis vacaverit &c. (3) Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die X Martii MDLVII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi*. Hic notes velim, erudite Lector, quod Apoſtolica Diplomata, ſæpius tum in hoc Supplemento, tum in præcedentibus, ex Archivo Cremonenſi laudata, debentur indefeſſo ſtudio, quo Reverendiſſimus P., S. Th. Magiſter, Hermenegildus Todeſchini, Inquiſitor Cremonenſis, curat ea, quæ decus Ordinis noſtri ſpectant.

2. *Dilecte fili.*) Quæ deeſt inſcriptio ſic reſtituenda: *Dilecto filio Petro Martyri de Lugano, Comenſi, Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theologiæ, Profeſſori, ac totius ejuſdem Ordinis Vicario Generali*: Hæc, inquam inſcriptio ſic reſtituenda, Ex Conſtitutione ſiquidem *XI* Pauli IV, quæ legitur *Tomo V pag.51*, conſtat quod ille Petrus Martyr tunc temporis Vicarius Generalis fuit totius Ordinis Fratrum Prædicatorum.

3. *Vacaverit &c.*) Ut in *Conſtitutione XVIII Julii III Tomo V pag.20*, mutatis tamen nominibus.

PIUS IV.

Vide Tom.V a pag.57 ad 108: Tom.VII a pag.157 ad 171, & pag.443.

Anno 1564 Die 20 Julii.

LX.

Inquiſitoris Ferrarienſis juriſdictio extenſa.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto filio F. Camillo Campeggio Ordinis Prædicatorum, Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Civitate Ferrariæ.

PIUS PAPA IV.

Dilecti fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm ad hoc tempus Inquiſitor hæreticæ pravitatis ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate conſtitutus fueris in Ferrarien., Mutin., & Regien. Civitatibus, earumque Diœceſibus; Cumque dilectus filius Nobilis Vir Dux Ferrariæ alia Oppida & Loca, præter eas Civitates, dominio & ditioni ſuæ ſubjecta poſſideat, expedire judicavimus augere officium, quo, ſicut accepimus, laudabiliter fungeris, & facultates, quas habuiſti antea, extendere ad Civitatem Comaclenſem, & alia omnia Oppida, Caſtra, & loca, quæ ad ejus Ducis jus, & dominium pertinent. Itaque de tuo Catholicæ Fidei zelo, doctrina, rerum uſu, diligentiaque plenam in Domino fiduciam habentes, ad tollendas, ac removendas difficultates, quæ oriri poſſent in adminiſtratione officii tibi commiſſi, Te in toto ejuſdem Ducis dominio cum omnibus iiſdem facultatibus, quas antea habuiſti, Generalem hæreticæ pravitatis Inquiſitorem, tenore præſentium, cum honoribus, & oneribus ſolitis conſtituimus, facimus, & deputamus. Hortantes, & mandantes ipſi Duci, ejuſque Miniſtris, ut ad ea, quæ ad id officium ſpectant, agenda, & exercenda, pro debita erga Sedem Apoſtolicam devotione, & obedientia, tibi, quotieſcunque eorum auxilium, & favorem requiſieris, adſint, & ea tibi prompto animo impendant. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XX Julii MDLXIV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Antonius Horeb ellus Cavellinus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarien.*

S. PIUS V.

S. PIUS V.

Vide Tom. V a pag. 109 ad 298 ; Tom. VII a pag. 171 ad 182 , & pag. 443.

Ut Conventus Fratrum , & Monaſterium Monialium Civitatis Caſtelli juris ſint Provincialis Romanæ Provinciæ.

Anno 1567 Die 9 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXLI.

PIUS PAPA V.

Ad Futuram Rei Memoriam.

IN Sede Beati Petri, meritis licet imparibus, conſtituti ad ea libenter aſſidua meditatione intendimus, per quæ Monaſteriorum tam Virorum, quam Mulierum proſpero ſtatui , & ſalubri directioni conſulitur , ut regularia inſtituta in eis manuteneantur, & obſerventur , & ubi collapſa , ſeu depravata fuerint, in priſtinum candorem reſtituantur . Hinc eſt, quod Nos cupientes Domus S. Dominici, & Monaſterii Monialium ejuſdem S. Dominici , Civitatis Caſtelli Ord. FF. Prædicatorum , illorumque Fratrum, Monialium, & perſonarum, quæ impræſentiarum ſub gubernio, & obedientia Fratrum Conventualium Vicariæ Romanæ ejuſdem Ordinis degunt, proſpero, & felici, ſtatui ſalubriter providere, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, domum, & Monaſterium præfata, a gubernio, protectione, & obedientia Fratrum Conventualium Vicariæ hujuſmodi diſmembramus penitus , & omnino ſeparamus, eximimus , & liberamus , illamque , & illud cum illorum Priore , Prioriſſa , Fratribus , Monialibus, & perſonis , rebuſque , & bonis quibuſcunque Provinciæ Romanæ Fratrum ejuſdem Ordinis unimus, annectimus , & incorporamus , ac ſub moderni , & pro tempore exiſtentis Prioris Provincialis ejuſdem Provinciæ gubernio , poteſtate , viſitatione , correctione & obedientia , ita , & taliter , quod Priorem , & Prioriſſam , ac omnes & ſingulos Fratres , & Moniales , nunc , & pro tempore , ibidem degentes , vel ipſorum aliquos recuſantes ſub regulari obſervantia vivere velle , ſeu alia de cauſa ſibi bene viſa , inde amovere , & expellere , & ad alia ſuæ Provinciæ loca , ſeu Monaſteria transmittere , & collocare , & loco amotorum , & ſic transmiſſorum , & expulſorum alios Priorem, Prioriſſam , Fratres , & Moniales ex aliis domibus , & Monaſteriis ſuæ Provinciæ extrahendos in domum Sancti Dominici , & Monaſterium etiam Sancti Dominici præfata , introducere , & ſubrogare poſſit , & valeat , plenarie ſubjicimus , & pro ſubjectis in omnibus , & per omnia haberi , & cenſeri volumus , & mandamus . Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub excommunicationis , ac indignationis noſtræ , pœnia , eidem moderno , & pro tempore exiſtenti dictæ Provinciæ Romanæ Priori Provinciali , ut ſtatim , viſis præſentibus , nulla mora interpoſita , Domum & Monaſterium primodicta , ac illorum Priorem , Prioriſſam , Fratres , Moniales , perſonas , res , & bona hujuſmodi ſub ejus protectione , gubernio , viſitatione , correctione , & obedientia admittat , & recipiat , Priorique , Prioriſſæ , Fratribus , & Monialibus domus , & Monaſterii primodictorum, ut eidem Priori Provinciali de cetero pareant , & obediant , ejuſque ſalubria monita ſuſcipiant , necnon Fratribus Conventualibus Vicariæ hujuſmodi , eorumque Prioribus , Superioribus , & perſonis , ne in poſterum directe , vel indirecte , quovis quæſito colore , vel ingenio , in gubernio , viſitatione , correctione , aut protectione domus , & Monaſterii primodictorum , illorumque Prioris , Prioriſſæ , Fratrum , Monialium , & perſonarum hujuſmodi , ſe intromittere , aut bona ſacra , vel non ſacra , jura & actiones quæcunque , quovis modo , ad domum , & Monaſterium primodicta ſpectantia , & pertinentia , amovere , auferre , aut alias diſtrahere , dictumque Priorem Provincialem in gubernio , protectione , correctione , viſitatione , & obedientia ſibi commiſſis hujuſmodi moleſtare , impedire , inquietare , vel perturbare audeant , vel præſumant , irritum , & inane , quicquid ſecus ſuper his , a quoquam , quavis auctoritate , ſcienter , vel ignoranter , contigerit attentari , & ſic per quoſcunque Judices cujuſcunque gradus , & conditionis exiſtentes , ſublata eis , & eorum cuilibet , quavis aliter judicandi , & interpretandi facultate , judicari , & definiri debere , decernentes. Non obſtantibus Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , ac dicti Ordinis juramento , & confirmatione Apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , privilegiis quoque , indultis , & literis Apoſtolicis , Ordini præfato , ejuſque Superioribus , & perſonis , etiam cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis clauſulis , irritantibuſque , & aliis decretis , etiam pluries conceſſis , innovatis , & approbatis , illis præſertim , quibus caveri dicitur , quod Fratres Conventuales Ordinis , & Vicariæ per Fratres de obſervantia nuncupatos Ordinis , & Provinciæ Romanæ hujuſmodi reformari non valeant . Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores hic pro expreſſis , & de verbo ad verbum inſertis haberi volentes , illis alias in ſuo robore permanſuris , hac vice duntaxat , ſpecialiter , & expreſſe derogamus , illaque ad effectum prædictum irritamus , viribus evacuamus , & annullamus , ceteriſque contrariis quibuſcunque . Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die IX Aprilis MDLXVII , Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam.

Anno 1569 Die 4 Auguſti.

CXLII.

De Statutis Orioleníis Collegii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

INjunctum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium Nos admonet, & inducit, ut circa ſtatum Collegiorum quorumlibet, præſertim Regularium, proſpere dirigendum, ac perſonarum inibi exiſtentium manutentionem, ſalubriter intendamus, &, ut id facilius ſubſequi poſſit, nonnunquam eorundem Collegiorum inſtitutiones approbamus, aliaſque deſuper diſponimus, prout rerum, temporum, & perſonarum, qualitate penſata, id conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Exhibita ſane Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, Rectoris, Lectorum, Conſiliariorum, & aliorum Fratrum Collegialium Collegii, necnon Conventualium, domus Beatæ Mariæ de Succurſu Oriolen. nuncupatorum Ordinis Prædicatorum, petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ Ferdinandus Patriarcha Antiochenus, tunc in humanis agens, & Epiſcopus Ilerdenſis exiſtens, provide conſiderans in Civitate Orioleníi Regni Valentiæ, quæ ejus natalibus ortum dederat, domum præfatam conſtrui cœptam fuiſſe, & ob modicos fructus, redditus, & proventus, eidem aſſignatos, nimiamque paupertatem, opus hujuſmodi ad debitum, & optatum finem perduci, ac Fratres Ordinis præfati ibidem pro tempore commorantes commode officium ſuum exequi non poſſe, amore, atque devotionis affectu, quem erga Civitatem, & Ordinem, præfatos gerebat, ductus, ac pro conſcientiæ propriæ exoneratione, necnon peccatorum, tam ſuorum, quam etiam parentum, Fratrum, propinquorum, ceterorumque Chriſtifidelium defunctorum, remiſſione, atque expiatione, in hujuſmodi domo Collegium præfatum, in quo nonnulli dicti Ordinis Fratres, partim Collegiales, partim vero Conventuales, nuncupandi, exiſterent ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de Succurſu nuncupatæ, de novo conſtruere, ac fundare, deliberavit, & in actu conſtructionis, & fundationis hujuſmodi, plurima ad ſalubrem ejuſdem Collegii directionem, & illius perſonarum regimen, & ſtatum, concernentia ſtatuta edidit, inter quæ voluit, & ordinavit, quod inibi, Capella quadam majori, quam etiam ædificari mandavit, atque hujuſmodi Collegio, conſtructis, unus Doctor, vel in Sacra Theologia Magiſter ex Provincia Aragoniæ primo, & deinde tres alii, qui eſſent Lectores, & certus alius numerus Collegialium, eorundem Ordinis, & Provinciæ, profeſſorum, & alias qualificatorum, per Fratres nonnullarum aliarum domorum dictorum Ordinis, & Provinciæ, tunc expreſſarum, eligendorum, nominarentur, deputarentur, & conſtituerentur, qui Doctor, ſeu Magiſter, dicti Collegii, & Fratrum Conventualium ejuſdem domus, Rector eſſet, nominationeque, & deputatione hujuſmodi factis, eo ipſo nomen, titulus, & forſan exiſtentia, Prioris, alias Prioratus ejuſdem domus, ſupprimeretur, & extingueretur, & de cetero eidem domui de Priore minime provideretur, ſed qui dicti Collegii Rector eſſet illud, & illam, ſeu ejus Collegiales, necnon Conventuales, Fratres regere, & Prior nequaquam amplius, ſed Rector appellaretur, ſingulis vero annis, die Nativitatis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis poſt Veſperarum celebrationem a Rectore, Lectoribus, & Fratribus Collegialibus præfatis, duo ex iiſdem Fratribus Collegialibus in Conſiliarios etiam eligerentur, necnon Collegio, & Domui præfatis pro illorum conſtructione, & perpetua conſervatione, Rectorique, Lectoribus, Conſiliariis, ac ceteris Fratribus, tam Collegialibus, quam Conventualibus, alimentis, & perpetua ſuſtentatione, nonnulla vaſa aurea, argentea, pannos lineos, laneos, & alia ſupellectilia, ac omnia, & ſingula alia bona ſua mobilia, & immobilia ubicunque exiſtentia, tunc acquiſita, & in poſterum acquirenda, ac res, jura, & actiones ad eum quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, donatione pura, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, etiam forſan diverſis vicibus donavit, & deinde cum de Eccleſia Ilerdenſi ad Dertuſenſem, & deinde de Dertuſenſi ad Tarraconenſem Eccleſias Apoſtolica auctoritate translatus fuiſſet, & tunc variis ſupellectilibus, & aliis rebus, ut præfertur, donatis indigeret, tunc Rector, Lectores, Conſiliarii, & Fratres Collegiales Collegii hujuſmodi certa tunc expreſſa bona, vaſa tam aurea, quam argentea, pannos, tapetia, veſtes ſericas diverſi generis, pontificalia, & alia ſupellectilia, eidem Ferdinando Patriarchæ, cum hoc tamen, quod illa poſt ejuſdem Ferdinandi Patriarchæ obitum recuperare, & tanquam eorum propria habere, & retinere poſſent, & forſan cum aliis pactis, & conditionibus tunc expreſſis, commodarunt, & ſucceſſive de Tarraconenſi Eccleſia, ad Eccleſiam Valentinam ſimili auctoritate translatus, & forſan in infirmitate, ex qua poſtmodum deceſſit, conſtitutus, multa alia etiam eiſdem Collegialibus, & Conventualibus Fratribus reliquit, voluitque, & diſpoſuit, quod tam pecuniæ, quam alia quæcunque, etiam ex fructibus, redditibus, juribus, obventionibus, & emolumentis menſæ Archiepiſcopalis Valentinæ, provenientia, & ad eum quomodolibet ſpectantia, dictorum Fratrum Collegialium, & Conventualium, eſſent, & ad illos pertinerent, prout in inſtrumento, ſeu inſtrumentis, aut aliis ſcripturis, vel documentis publicis, vel privatis, deſuper, etiam diverſis vicibus, confectis latius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, firmiora ſint ea, quibus Sedis Apoſtolicæ intercedit auctoritas, ac propterea Rector, Lectores, Conſiliarii, & alii Fratres Collegiales, & Conventuales, præfati cupiant, tam illa confirmari, quam etiam Collegium, necnon domum hujuſmodi, pro ipſorum ſpirituali, & temporali, conſolatione, aliquibus privilegiis, & gratiis Apoſtolicis decorari; iidem Rector, Lectores, Conſiliarii, & alii Fratres, tam Collegiales, quam Conventuales, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui fidelium quorum-

quorumlibet votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, quique inter alia voluimus, ſtatuimus, & ordinavimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, eoſdem Rectorem, Lectores, Conſiliarios, & alios Fratres Collegiales, & Conventuales, eorumque ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnia, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon erectionis, fundationis, conſtructionis ejuſdem Collegii, &, tam per ipſum Ferdinandum Patriarcham, ut præfertur, quam aliarum quarumcunque, etiam per Nos de bonis ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus dicto Collegio, & domui, factarum donationum, & aliorum præmiſſorum, ac inſtrumenti, ſeu inſtrumentorum, aliarumque ſcripturarum, & documentorum hujuſmodi, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, erectionem, conſtructionem, fundationem, ſuppreſſionem, extinctionem, donationem, conceſſionem, legata relicta, ac, prout illa concernunt, omnia, & ſingula alia in inſtrumentis, ſcripturis, & documentis præfatis quomodolibet contenta, & inde ſequuta quæcunque, licita tamen, & honeſta, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & ſolemnitatum quarumcunque, etiam ſubſtantialium, forſan omiſſarum, defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Et nihilominus pro potiori cautela in Domo Beatæ Mariæ hujuſmodi unum Collegium Religioſorum dicti Ordinis Prædicatorum, cum hortis, hurtalitiis, ædificiis, & aliis officinis neceſſariis, & opportunis, areaque communi, ſigillo, & aliis juribus, ſignis, & inſignnis Collegialibus, pro uno illius Rectore, & tot, quot in eo commode ſuſtentari poterunt, Lectoribus, & Studentibus, ſeu Fratribus Collegialibus, ac alias ad inſtar aliorum Collegiorum dicti Ordinis ex nunc perpetuo ſub invocatione Beatæ Mariæ hujuſmodi, ibidemque etiam unam Studii Generalis in omnibus licitis diſciplinis, & facultatibus, Univerſitatem, in qua omnes alii, tam Clerici, quam Laici, vel Religioſi, etiam de gremio Collegii, vel Domus, prædictorum non exiſtentes, literarum ſtudiis operam dare poſſint, etiam eiſdem auctoritate, & tenore, erigimus, & inſtituimus; in eademque domo nomen, titulum, & exiſtentiam Prioris, & Prioratus, etiam perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ac pro tempore exiſtentem dicti Collegii Rectorem, tam illius, quam Domus præfatæ, omniumque, & ſingulorum Lectorum, ac aliorum Fratrum Collegialium, & Conventualium, eorundem Collegii, & Domus reſpective, Miniſtrorumque, & cæterorum ibidem pro tempore degentium, etiam Rectorem, Caput, verumque, & legitimum Prælatum, & Superiorem exiſtere, eique, tanquam tali, in omnibus, & per omnia, tam circa ſpiritualia, quam temporalia, obedire, & ejus mandatis, & monitionibus intendere, & humiliter parere, obedientiamque, & reverentiam debitas præſtare, & exhibere teneri, ac Eccleſiam Beatæ Mariæ de Succurſu, & illius Fratres, tam Collegiales, quam Conventuales, hujuſmodi, unum, & idem corpus indiviſibile, & inſeparabile eſſe, ac unum abſque altero ſubſiſtere, & ab invicem quovis prætextu ſeparari non poſſe, vel debere, perpetuo ſtatuimus, Rectorique, Lectoribus, Conſiliariis, & aliis Fratribus Collegialibus præfatis, ibidem pro tempore commorantibus, & Cathedras tenentibus, ſacramque Theologiam, Jus Canonicum, & Civile, Philoſophiam, Medicinam, Mathematicam, aliaſque liberales Artes, ac facultates, & licitas diſciplinas, publice, & quibuſvis aliis præfati, vel aliorum quorumcunque Ordinum Regularium Religioſis, ſeu Clericis Secularibus, vel mere Laicis, illuc confluentibus, legendi, docendi, profitendi, eos quoque, & omnes alios cujuſvis gradus, & conditionis exiſtentes, Clericos, vel Laicos, etiamſi de gremio Collegii, & Domus præfatæ, non fuerint, qui debite ſtuduerint, & ſufficientia literarum prædicti fuerint, prævio tamen quoad Religioſos Superiorum ſuorum, ad quos juxta Ordinum, quorum fuerint, conſtitutiones, & ſtatuta id concedere ſpectabit, licentia, ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterii gradum in Theologia, Jure tam Canonico, quam Civili, Philoſophia, Medicina, aliiſque licitis diſciplinis, & facultatibus, in quibus ſtuduerunt, ut eſt moris, promovendi, illoſque graduum hujuſmodi inſignibus, facultatibus, & privilegiis ſolitis, adinſtar Valliſoleti, Sancti Thomæ Hiſpalenſis, Complutenſis, Salmanticenſis, & aliorum Regni Hiſpaniarum Collegiorum, ac Univerſitatum, & Studiorum Generalium in dicto Regno, & aliis Hiſpaniarum locis, conſiſtentium, decorandi; quodque ibidem pro tempore literarum ſtudio operam dantes, vel in præfatis, ſeu aliis dictis facultatibus, & diſciplinis ſic promoti, omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, prærogativis, antelationibus, favoribus, gratiis, & indultis, per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Sedem Apoſtolicam, in genere, vel in ſpecie, aliis illarum partium Collegiis, Univerſitatibus, & Studiis Generalibus, conceſſis, & quibuſvis..... Rectores, Magiſtri, Doctores, Licentiati, Baccalaurei, Collegiales, Scholares, & promoti Univerſitatum Salmanticenſis, Complutenſis, Ilerdenſis, Valentinæ, & Valliſoleti, & Sancti Thomæ Hiſpalenſis, de jure, ſtatuto, conſuetudine, privilegio, fundatione, ac Apoſtolicis, Imperialibus, Regalibus, conceſſionibus, aut aliis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum adinſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi Collegio Beatæ Mariæ hujuſmodi, ac ejus Studii Generalis Univerſitati, Rectorique, Lectoribus, Conſiliariis, Collegialibus, Magiſtris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus, & aliis perſonis hujuſmodi ſpecialiter, & nominatim, conceſſa fuiſſent, licentiam, facultatem, & auctoritatem, Apoſtolica auctoritate, & tenore præſentium, indulgemus; præfataque omnia, & alia quæcunque, & qualiacunque, ab eodem Ferdinando Patriarcha, ut præfertur, ſeu alias quomodolibet donata,

conceſſa, & relicta, eiſdem Collegio, & Domui, pro Dote, ac illius pro tempore Rectoris, Lectorum, Conſiliariorum, ac Fratrum Collegialium, & Conventualium, ſuſtentatione, de novo concedimus, donamus, perpetuoque applicamus, & ad illud pleno jure ſpectare, ſibique ab eis, per quos detinentur, & ad quos ſpectant, integre conſignanda eſſe declaramus, & illico conſignari debere mandamus; & inſuper Collegium, & Domum, prædicta, illiuſque pro tempore Rectorem, Lectores, Conſiliarios, & alios Fratres Collegiales, & Conventuales, necnon fructus, redditus, & proventus, prataque, paſcua, terras, vineas, hortos, agros, ſilvas, nemora, montes, prædia, poſſeſſiones, domos, & alia quæcunque bona, & res ubilibet conſiſtentia, etſi talia ſunt, quæ ſpeciali nota ſint digna, etiamſi per alienas manus excolantur, vel excoli fiant, aut aliis ad tempus etiam longiſſimum locata fuerint, fœtuſque animalium, quos, & quas, ac quæ hactenus Collegium, & Domus hujuſmodi, ex dicti Ferdinandi Patriarchæ, vel aliorum Chriſtifidelium largitionibus, ſeu alio titulo acquiſiverunt, & habent, vel in futurum habebunt, a quibuſvis primitiis, decimis, & novalibus, locorum Ordinariis, Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, ſeu quibuſvis aliis cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, Capitulis, vel Collegiis, Conventibus, Univerſitatibus, aut aliis, etiam æque, vel magis piis locis, ex diſpoſitione Generalis Concilii, ſeu alias de jure, ſtatuto, privilegio, quomodolibet debitis, necnon tam illud, & eos, ac eorum quemlibet, quam etiam Officiales, Miniſtros, Servitores, ac alias Perſonas ibidem pro tempore degentes, ac arrendatarios, colonos, portionarios, ruſticos, & factores, prataque, paſcua, terras, vineas, hortos, agros, ſilvas, nemora, montes, prædia, poſſeſſiones, domos, animalia, & alia quæcunque bona, & res hujuſmodi, a viſitatione, correctione, & omnimoda juriſdictione, ſuperioritate, & poteſtate, quorumcunque Archiepiſcoporum, & aliorum Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium, dummodo tamen Provincialis, vel Magiſtri Generalis, dicti Ordinis Prædicatorum correctioni, vel viſitationi ab ipſis deputandorum ſubſint, necnon Dominorum temporalium, & illos, ac illa, a quibuſcunque decima, quarta, media, aut alia, fructuum partibus, necnon claſſis, triremium, & aliis, etiam caritativis, ſubſidiis cariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo, & pro tempore exiſtentibus, Hiſpaniarum Regibus, aut aliis quibuſcunque, conceſſis, ſeu concedendis, ac Seminario Clericorum, juxta Concilii Tridentini decreta, erecto, ſeu in poſterum erigendo, necnon vectigalibus, gabellis, pedagiis, etiam jure generalitatis, aut alias quomodolibet nuncupatis, etiam in Regno Valentiæ impoſitis, ac aliis quibuſcunque oneribus, ſeu impoſitionibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, etiam per Nos, & alios quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores, & Succeſſores noſtros, & Sedem prædictam, etiam pro defenſione Fidei Catholicæ, & cauſa Belli contra Barbaros, aut hæreticos, alioſve Fidei Catholicæ hoſtes, habendi, & pro Cruciata Sancta, Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & alias ex quavis urgentiſſima, juſtiſſima, neceſſaria, & pia cauſa, etiam pro defenſione, & tuitione, Regni, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum, & Dominorum temporalium, & ſpiritualium, inſtantiam, ſeu eorum contemplationem, & ratione quorumcunque beneficiorum, & Collegiorum, aut aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu, quam veſtitu, aut alias neceſſariarum, conceſſis; Ita quod Collegium, Rector, Lectores, Conſiliarii, Magiſtri, & alii Fratres Collegiales, & Conventuales, Coloni, Arrendatarii, & aliæ Perſonæ prædictæ, viſitationi, correctioni, ac juriſdictioni, Venerabilium Fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum, necnon dilectorum filiorum eorum Vicariorum, & Officialium, ac Dominorum temporalium hujuſmodi, non ſubjaceant, & ad præſtationem, ſolutionem, vel contributionem aliquam primitiarum, decimarum, novalium, quartarum, mediarum, & aliorum fructuum, reddituum, & proventuum, vel partium, ac ſubſidiorum, vectigalium, gabellarum, etiam jus Generalitatis in Regno Valentiæ, ut præfertur, nuncupatarum, pedagiorum, & aliorum quorumcunque onerum, & impoſitionum, prædictorum, minime teneantur, penitus, & omnino, auctoritate, & tenore prædictis, perpetuo eximimus, & liberamus, itaut ad illorum ſolutionem quibuſcunque ſententiis, cenſuris, & pœnis, quantumcunque gravioribus, & graviſſimis, etiam brachii ſecularis invocatione, cogi, compelli, aut arctari nequeant, & quatenus excommunicationis majoris, interdicti eccleſiaſtici, aut aliis cenſuris, vel pœnis, a jure, vel ab homine, aliquomodo, præmiſſorum occaſione, & præſertim ratione ſubſidii claſſis, & triremium, in favorem ejuſdem Regis impoſiti, innodati eſſent, illos ex tunc plenarie in utroque foro abſolvimus, & interdictum eccleſiaſticum hujuſmodi relaxamus; Archiepiſcopis vero, Epiſcopis, locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, & Officialibus, necnon Prælatis, & Dominis temporalibus, ac etiam ſubſidiorum, & præſertim triremium hujuſmodi, ac aliorum jurium, & proventuum, etiam ad Cameram prædictam pro tempore ſpectantium, Collectoribus, Subcollectoribus, & aliis quibuſvis, quocunque nomine, titulo, auctoritate, & jure fungentibus, & quacunque dignitate, tam eccleſiaſtica, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, ac Cardinalatus, vel mundana etiam Ducali, Marchionali, vel Regia, Jure Generalitatis Regni Valentini prædicti, etiam auctoritate fulgentibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, eo ipſo incurrendis, pœnis, diſtricte præcipimus, & inhibemus, ne ab ipſis Collegio, & Domo, illorumque pro tempore Rectore, Lectore, Conſiliariis, & Fratribus Collegialibus, ac Conventualibus, & aliis ſupranominatis perſonis, quicquam, præmiſſorum, & præſertim dicti ſubſidii claſſis triremium, aut alia quavis occaſione, & cauſa, ab eis exigere, ſeu extorquere, eoſve ac illorum pro tempore fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, animalia, res, & jura præſentia, & futura, ubicunque conſiſtentia, & alia bona præfata, etiam prætextu, quod bona, & res hujuſmodi a præfato Ferdinando Patriarcha, ut præmittitur, donata, conceſſa, & relicta, tanquam ſpolia Prælatorum Eccleſiaſticorum, ad Cameram, & Sedem præfa-

tas

tas ſpectent, & pertineant, ac devoluta ſint, donatioque, & conceſſio hujuſmodi viribus non ſubſiſtant, ſeu nullius roboris, & momenti ſint, inquietare, moleſtare, ſeu perturbare, directe, vel indirecte, quoquomodo audeant, vel præſumant. Præterea omnia, & ſingula alia privilegia, indulta, libertates, immunitates, facultates, prærogativas, indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac alias gratias ſpirituales, & temporales, Ordini Fratrum Prædicatorum, ac illius Domibus, Collegiis, & Perſonis, tacite, ſeu expreſſe, in ſpecie, vel in genere, & per viam extenſionis, vel communicationis, per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros & Sedem prædictam, ac etiam Nos, & præſertim in literis exemptionis, ab exactionibus, datiis, gabellis, pedagiis, & vectigalibus, necnon declarationis nonnullorum Decretorum Concilii Tridentini, confirmatoriiſque, & innovatoriis privilegiorum Ordinum Mendicantium, ac in eorum favorem emanatis, contenta, conceſſa, & concedenda, quibus quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, utique, potiri, & gaudere poterunt in futurum, Collegio, & Domui hujuſmodi, ac illius pro tempore Rectori, Lectoribus, Conſiliariis, & Fratribus Collegialibus, ac Conventualibus, & aliis perſonis, & ſubditis, eadem auctoritate, concedimus, ac privilegia, indulta, libertates, immunitates, facultates, prærogativas, indulgentias, remiſſiones, & gratias, hujuſmodi ad illud, & eos, ac eas, extendimus, & ampliamus, ſibique communicamus. Ad hæc, ut, cum Rector, Lectores, Conſiliarii, & Fratres Collegiales, qui pro tempore fuerint, ejuſdem Collegii, literarum ſtudiis vacare teneantur, id commodius, & abſque intermiſſione facere poſſint, quod ipſi, & alii etiam Conventuales Fratres in eodem Collegio, & Domo pro tempore degentes, mortuorum corpora ad ſepulturas aſſociare, proceſſionibuſque publicis, ſeu privatis, etiam juxta juris communis diſpoſitionem, aut ex forma Synodalium, vel Provincialium, Conſtitutionum, ac Statutorum, ſeu conſuetudine Eccleſiæ, &, ſeu Civitatis Oriolenſis, fieri ſolitis, vel conſuetis, etiam pro bono publico, pace Eccleſiæ, vel victoria contra Infideles, Hæreticos, aut alios Hoſtes, pro tempore indictis, etiamſi ſpecialiter, & nominatim ad id vocati fuerint, intereſſe, ad illaſque inviti accedere, minime obligati ſint, aut quavis auctoritate compelli, quodque, ut damna, & incommoda, quæ ex inconſultis alienationibus evenire ſolent, facilius avertantur, nullo unquam tempore, quovis prætextu, ſeu cauſa, etiam neceſſaria, utili, vel de jure permiſſa, bona, jura, & res, ad Collegium, & Domum hujuſmodi nunc, & in futurum, quocunque jure, vel titulo, ſpectantia, niſi de conſenſu pro tempore exiſtentium Rectoris, Lectorum, Conſiliariorum, & Fratrum tam Collegialium, quam Conventualium, tam Collegii, quam Domus, prædictorum, ſeu majoris partis eorum, dictique Provincialis decreto expreſſo, alienari perpetuo, vel ad tempus, vocabulo alienationis etiam latiſſime ſumpto, poſſint; &, ſi ſecus fiat, dicta alienatio, & omnia inde ſecuta, nullius ſint roboris, & momenti, eadem Apoſtolica auctoritate, perpetuo ſtatuimus. Intuitu vero, & in memoriam, adeo piæ, & inſignis, prædicti Ferdinandi Patriarchæ, dum in hoc Seculo fuit, erga Rectorem, Lectores, Conſiliarios, & alios Collegii prædicti Fratres Collegiales, ac Collegium, & Domum hujuſmodi, munificentiæ, ut aliquid etiam refrigerii, & ſpiritualis conſolationis Chriſtifidelium animabus, in Purgatorio pro expiatione pœnarum eis ſecundum divinam juſtitiam debitarum exiſtentibus, quæ per caritatem Domino noſtro Jeſu Chriſto unitæ ab hac luce deceſſerunt, & alienis ſuffragiis indigere noſcuntur, proveniat, omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, qui in majori Altari Eccleſiæ ejuſdem Collegii Beatæ Mariæ de Succurſu, ſuo, vel alieno, arbitrio, in Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu Glorioſæ Beatæ Mariæ Virginis, ſeu S. Joſephi feſtivitatibus, Miſſam celebraverit, toties quoties id fecerit, de theſauro Eccleſiæ meritorum ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sanctorum Martyrum, per modum ſuffragii tantum, elargimur, ut a pœnis Purgatorii liberari poſſit anima, Divina acceptante pietate. Ceterum ſtatutis, & ordinationibus dicti Ferdinandi Patriarchæ, & illorum conſervationi, atque ſalubri regimini dicti Collegii plene forſan cum non fuerit conſultum, & aliqua etiam forſan in illis reperiantur, quæ correctione, mutatione, & ſuppletione indigeant, ſex, aut octo, ſeu pluribus, vel paucioris numeri ejuſdem Ordinis Fratrum Prædicatorum, probatæ vitæ, & confirmatæ doctrinæ, & experientiæ, Religioſis, ex Provincia Aragoniæ oriundis, & per Magiſtrum Generalem dicti Ordinis deligendis, & nominandis, ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi diligenter inſpiciendi, atque examinandi, & quæ declaratione, correctione, mutatione, emendatione, additione, ſuppletione, & abrogatione, indigere ipſis viſum fuerit, etiamſi pluries, Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata fuerint, declarandi, corrigendi, mutandi, emendandi, in toto, vel in parte, tollendi, & abrogandi, illiſque de novo addendi, ſupplendi, interpretandi, & alia quæcunque, etiam ordinationibus dicti Ferdinandi Patriarchæ Fundatoris omnino, non tamen ſacris Canonibus, contraria, felicem ſtatum, conſervationem, & regimen hujuſmodi concernentia, de novo faciendi, & condendi: Ita quod iis ſemel peractis, & ſigillo Provinciæ, & Collegii prædictorum munitis, per Nos, & Sedem prædictam, eo ipſo confirmata, & approbata ſint, & eſſe cenſeantur, ex illiſque nihil ullo unquam tempore, etiam per eoſdem nominatos, & delectos, vel quemvis alium, ſeu alios, niſi prævia licentia dictæ Sedis innovari, vel mutari poſſit. Si vero aliqua de novo pro tempore emergere contigerit, quæ nova ſtatutorum, & ordinationum editione indigere conſpexerint, id Rectori, Lectoribus, Conſiliariis, & Fratribus Collegialibus, qui pro tempore ejuſdem Collegii fuerint, toties quoties opus fuerit, ſic tamen quod ex tribus illorum partibus, duæ ſaltem in id conveniant, libere, & licite, etiam faciendi, habita tamen licentia a pro tempore exiſtente Provinciali, ſeu Vicario Generali ejuſdem Provinciæ Aragoniæ, quæ quidem a præfatis Rectore, Lectoribus, Conſiliariis, & Fratribus Collegialibus examinata, declarata, correcta, mutata, emendata, ſublata, abrogata, addita, ſuppleta, de novo facta, condita, & edita reſpective, quoties fuerint, toties nunc prout ex tunc, & e contra, eo ipſo Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, licentiam, facultatem, & auctoritatem, concedimus. Denique ſi ſtatuta, & ordinationes, ut præfer-

præfertur, a dictis Religioſis per dictum Magiſtrum Generalem nominandis, examinsta, declarata, correcta, mutata, emeodata, ſublata, abrogata, addita, ſoppleta, de novo facta, condita, & edita, per quemcunque alium, ſeu alios, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, conditioois, dignitatis, auctoritatis, & præmioentiæ, exiſtentes, & prævia liccntia, vel ſubſecuta deſuper confirmatione Apoſtolica ſpeciali, immutari, inoovari, alterari, declarari, aut avocari ullo unquam tempore contigerit, id ſubreptitie, & obreptitie, ac omnino nulliter, cum omnibus, & quibuſcunque inde pro tempore ſecutis, factum ſit, & eſſe cenſeatur; niſi expreſſe Rector, Lectores, Conſiliarii, & Fratres Collegiales præfati, aut ſaltem duæ ex tribus illorum partibus id petierint, deque petitione hujuſmodi, & illorum expreſſa voluntate, per publicum inſtrumeotum ſigillo eorum Collegii roboratum, prius legitime conſtiterit, ex nunc, prout ex tunc, & e contra ſimiliter Apoſtolica auctoritate, declaramus. Decerneotes inſuper confirmationem, approbationem, adjectionem, ſuppletionem, erectionem, inſtitutionem, ſuppreſſionem, extinctionem, ſtatutum, licentias, facultates, privilegia, immonitates, libertates, exemptiones, prærogativas, aotelationes, favores, gratias, indulta, conceſſiones, dooationem, applicationem, mandatum, abſolutionem, liberationem, relaxationem, præceptum, iobibitionem, extenſionem, ampliationem, commuoicatiooem, declarationem, elargitionem, decreta, omniaque alia, & ſingula in præſentibus quomodolibet contenta, de ſubreptionis, vel obreptioois, defectu, aliove nullitatis vitio, ſeu inteotioois noſtræ defectu, quovis prætextu, nullatenus notari, argui, vel impugnari poſſe, neminemque illa, etiam ex eo, quod intereſſe præteodentes ad ea vocati non fueriot, aut alia quavis cauſa, etiam juſtiſſima, impugnantem, aut ad terminos juris reduci petentem, in judicio, vel extra audiendum eſſe, aut contra illa quodvis juris, vel gratiæ remedium, contra illa impugnantem (a), aot ab alio impetratis, ſen etiam motu proprio coocеſſis uti poſſe, illaque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium coocеſſionum gratiarumque revocationibus, ſuſpeoſionibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Soccеſſores noſtros, & Sedem hujuſmodi, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, ac aliorom Principum intuitu, & contemplatione, ac in eorum, vel etiam alterius, etiam dictæ Cruciatæ favorem, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam vim contractus, aut legis, ſeu ſtatuti perpetui inducentibus, decretis, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, deſuper quomodolibet editis, & edendis, nequaquam comprehendi, neque illis ullo unquam tempore per Sedem prædictam derogari poſſe, vel derogatum cenſeri, niſi de toto præſentium tenore, & datis, expreſſa mentio habita, & revocatio, derogatio, ſuſpenſio, limitatio, & alia quæcunque contraria diſpoſitio hujuſmodi, de Rectoris, Lectorum, Conſiliariorom, & Fratrum Collegialium prædictorum, aut duarum ſaltem illorum partium, expreſſo conſenſu, illis per trinas diſtinctas literas Apoſtolicas tribus diverſis vicibus com temporis competentis intervallo ad id ſpecialiter vocatis, factæ fuerint; &, ſi aliter derogari, revocari, ſuſpendi, limitari, corrigi, aut emendari contigerit, hujuſmodi derogationem, revocationem, ſuſpenſionem, limitationem, correctionem, & emendationem, nullius eſſe roboris vel momenti, & quoties illæ, vel illa, emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum præſentes, & quæcunque in illis contenta, reſtituta, & de novo, etiam ſub quacunque poſteriori data, per ipſum Rectorem pro tempore exiſtentem eligenda, conceſſa, & perpetoo valida & efficacia, & ita iocommutabilis voluntatis noſtræ exiſtere, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus, vimque validi, & efficacis contractus, etiam cum juramento, inter Nos, & Sedem prædictam, ac Rectorem, Lectores, Conſiliarios, & Fratres Collegiales, necnon Conventuales præfatos initi, ſortiri debere, & ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque Jodices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardioales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter jodicaodi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtaotibus priori prædicta, ac de non tollendo jure quæſito, voluntatibus, & ſtatatis noſtris, necnon felicis recordationis Pii Papæ IV Prædeceſſoris noſtri gratias omnes, Cameræ prædictæ intereſſe concernentes, per eam admitti, & in ejus libris regiſtrari debere, alias gratias ipſas nullius roboris, & momenti, exiſtere decerneotibus, & aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinatiooibus, Collegiique, & Ordinis, ac Cameræ, prædictorum, jurameoto, confirmatiooe Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetodinibos, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam forſan per Nos, & Prædeceſſores noſtros pro tempore exiſtentes, Imperatori, Regibus, & aliis Principibus, & qoibuſvis aliis cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, ſeu dignitatis exiſtentibus, ac Coogregationibus, Ordinibus, vel aliis Univerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium, ſeu Collegiis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, ac in vim contractus, etiam per modum legis, & ſtatuti perpetui, ac alias, ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis reſtrictivis, & reintegrativis, clauſulis, irritaatibuſque, & aliis decretis in geoere, vel in ſpecie, quomodolibet, etiam pluries, & iteratis vicibus, conceſſis, approbatis, confirmatis, & inoovatis, etiamſi in illis caveatur expreſſe, quod illis, & eorom decretis nullatenus derogari poſſit. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribos, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti foreot præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque cootrariis quibuſconque. Volumus autem, quod præſentium tran-

tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Collegii, aut alicujus alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, plena fides ubique in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, adjectionis, ſuppletionis, erectionis, inſtitutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, ſtatuti, indulti, conceſſionis, donationis, applicationis, declarationis, mandati, exemptionis, liberationis, abſolutionis, relaxationis, præcepti, inhibitionis, conceſſionis, extenſionis, ampliationis, communicationis, ſtatuti, elargitionis, conceſſionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Nono, Pridie Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo Oriolenſi. Hujuſce Conſtitutionis meminit *Tomo V* *pag.* 218, ubi mutila reperitur.

2. *Impugnantem*.) Turbatus locus.

GREGORIUS XIII.

Vide Tom. V a pag. 304 ad 434: Tom. VII a pag. 189 ad 201, & pag. 444 ad 447.

Altare Privilegiatum pro Conventu Neten. (1)

Anno 1580 Die 20 Junii.

CLX.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

OMnium ſaluti &c. Quocirca ut Eccleſia Domus Annunciationis B. Mariæ Virginis Oppidi, Civitatis nuncupati, Neti, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Syracuſanæ Diœceſis, viginti quinque Fratribus ibi continuo reſidentibus &c., & in ea altare ejuſdem Annunciationis, quod non eſt majus, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties Miſſa Defunctorum ad prædictum altare celebrabitur pro anima cujuſque fidelis &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Octogeſimo, Duodecimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Neten*.) Vulgo *Noto*. Juris eſt Provinciæ Siciliæ.

2. *Archivo*:) In quo exemplar.

Altare Privilegiatum pro Conventu Taorminæ (1).

Anno 1582 Die 7 Julii.

CLXI.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

OMnium ſaluti &c. Quocirca ut Eccleſia Domus Annunciationis B. Mariæ Oppidi Taorminæ, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Meſſanenſis Diœceſis, decem & octo Fratrum Sacerdotum, ibi jugibus Sacrificiis Domino famulantium, numero ſuffulta, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare S. Vincentii &c. ab aliquo dictæ Domus Sacerdote duntaxat Miſſa Defunctorum celebrabitur pro anima cujuſcunque fidelis &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Octogeſimo Secundo, Nonis Julii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Marcellus Veſtrius Barbianus.

1. *Taormina*.) Juris eſt Provinciæ Siciliæ.

2. *Archivo*.) In quo exemplar.

Altare B. Oſannæ Mantuan. (1) Privilegiatum declaratur.

Anno 1583 Die 2 Junii.

CLXII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

OMnium ſaluti paterna caritate intenti inter tam multa pietatis officia quæ Nos pro munere noſtro convenit exercere, Sacra interdum loca ſpeciali privilegio inſignimus, ut inde fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur. Quocirca ut Eccleſia Sancti Dominici Mantuanenſis Ordinis Fratrum Prædicatorum, quadraginta Fratribus ibi Domino famulantibus referta, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare Capellæ Beatæ Oſannæ, quod non eſt majus hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties ab aliquo Sacerdote dictæ Domus duntaxat Miſſa Defunctorum ad prædictum Altare celebrabitur pro Anima cujuſcunque fidelis, quæ Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit ipſa de theſauro Eccleſiæ indulgentiam conſequatur, quatenus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatæ Virginis Mariæ,

Digitized by Google

riæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Octogeſimo Tertio, Quarto Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo,

Cæſ. Glorierius.

1. *B. Oſanna Mantuan.*) Cujus feſtum celebratur die XVIII Junii.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Mantuano.

Anno 1583 Die 10 Novembris.

Approbat Breviarium, ac Miſſale, propria Mantuanæ Eccleſiæ S. Barbaræ in quibus reperiuntur (1) Officium proprium, & Miſſa, pro die feſto Beatæ Oſannæ.

CLXIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

GREGORIUS PP. XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

QUum ex inſigni dilecti filii nobilis Viri Gulielmi Gonzagæ, Mantuæ, & Montisferrati Ducis devotione fel. rec. Pio Papa IV Prædeceſſore noſtro permittente, factum fuerit, ut a primæva inſtitutione in Seculari, & Collegiata Eccleſia S. Barbaræ Civitatis Mantuanæ, quam idem Gulielmus Dux ſumptuoſo opere cum dote ampliſſima fundari, atque erigi curavit, & ad quem ratione ejus fundationis, & dotationis, juſpatronatus ex privilegio Apoſtolico ſpectat, proprium officium haberetur, & Altiſſimo perſolvendarum precum norma, & modus ibidem eſſet ſpecialis, qui etiam in Miſſarum celebratione ſervaretur: ac deinde piæ mem. Pius Papa V etiam Prædeceſſor noſter univerſis, & ſingulis Presbyteris Eccleſiæ S. Barbaræ in divinis deſervientibus, quod ad recitandas horas Canonicas ex Breviarii, vel Miſſas celebrandas ex Miſſalis, tunc primo editorum præſcripto minime tenerentur, indulſerit. Nunc idem Gulielmus Dux, Breviarium, & Miſſale, quibus ratio dicendi, & pſallendi in dicta Eccleſia horas Canonicas, ac Miſſas celebrandi univerſa explicatur, Nobis proponi curavit, quo auctoritate noſtra illorum uſus in dicta Eccleſia introductus in poſterum perpetuis futuris temporibus obſervetur. Nos itaque Breviarium, & Miſſale hujuſmodi omni adhibita diligentia examinari fecimus, ac tandem Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum auctoritatem, & exempla, vel in hac re præſertim ſequuti, dictique Gulielmi Ducis Nobis in hac parte porrectis ſupplicationibus annuentes, & ad augendum magis Divinum cultum, Breviarium, & Miſſale prædictum pro uſu deſervientium, ac celebrantium in dicta Eccleſia S. Barbaræ approbamus, & juxta idem Breviarium, Officium dici, recitari, & pſalli debere, ac imprimi poſſe concedimus, ſtatuentes univerſos, & ſingulos Presbyteros Seculares, ſive cujuſvis Ordinis Regulares in Divinis dictæ Eccleſiæ deſervientes, alioſque emolumenta ex redditibus dictæ Eccleſiæ percipientes, & juriſdictioni Abbatis dictæ Eccleſiæ ſubditos (duntaxat exceptis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ ſupranumerariis Parochiales Eccleſias obtinentibus, quos a Breviarii Romani recitatione non abſolvimus) ad id officium ex hujus Breviarii formula tantum recitandum omnino teneri, eoſdemque ad Miſſas celebrandas ex Miſſali nuper probato, ut præfertur arctari. Concedentes inſuper, quod quicunque Sacerdotes, qui pro tempore in dicta Eccleſia S. Barbaræ Miſſam celebraverint, prædicto ejuſdem Eccleſiæ Miſſali uti poſſint. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Demum volentes has noſtras literas omnibus, quos illæ reſpiciunt, innoteſcere, decernimus earum exemplis, vel impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis dictæ Eccleſiæ munitis, vel illis etiam initio cujuſcunque voluminis ſimpliciter præpoſitis, eandem fidem adhiberi, quæ originalibus literis haberetur, dum illas contigerit exhiberi. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die X Novembris MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

Cæſ. Glorierius.

1. *Reperiuntur.*) Hac una de cauſa hoc in Bullario transſcriptum fuit iſtud Gregorianum Breve. Scilicet arbitratus ſum e re noſtra fore Pontificiam Conſtitutionem, qua Beatæ Oſannæ Officium proprium, & Miſſa approbantur.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in antiquo Breviario Mantuanæ Eccleſiæ S. Barbaræ.

CLEMENS VIII.

Vide Tom.V a pag.484 ad 629 : Tom.VII a pag.214 ad 242 , & a pag.448 ad 450:

Innovat, ac firmat literas quibus Bonifatius Nonus Indulgentiam conceſſerat Viſitantibus ædes Sacras Tiburtini Cœnobii.

Anno 1593 Die 23 Martii.

Ex Archivo (1) Tiburtini Cœnobii,

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam. CLII.

PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut Romanorum geſta Pontificum, per quæ præſertim divinæ gratiæ propitiatio valeat impetrari, ad Chriſtifidelium notitiam perducantur. Hinc eſt quod Nos tenorem quarundam literarum fel. rec. Bonifatii PP.IX Prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius Prædeceſſoris repertum, pro eo, quod ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum Domus Ord. FF. Prædicatorum Tiburtin. petitio continebat, ipſi hujuſmodi tenore ex certis cauſis dignoſcuntur indigere, ex ipſo regiſtro de verbo ad verbum tranſcribi, & ad eorundem Prioris, & Fratrum ſupplicantium inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis &c. (2) Ceterum ut tenor literarum hujuſmodi ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti, certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus ut illud idem robur, & eandem vim, & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat quæ haberent originales literæ prædictæ, ac eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque, & ubicunque in judicio, vel alibi, ubi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum jus de novo acquiri, ſed tantummodo antiquum conſervari volumus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtri Decreti, & voluntatis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Secundo (3), Decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

2. *Sanctis ſuis &c.*) Ut in *Conſtitutione LVIII Bonifatii IX Tomo II pag.345* ad finem uſque.

3. *Nonageſimo ſecundo.*) Stilo Bullarum, æræ communis 1593.

Epiſcopo Mantuano, ut B. Oſannæ Corpus certis aliquibus anni diebus Populo oſtendi poſſit.

Anno 1594 Die 11 Octobris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Illuſtris, & Reverendiſſime Domine uti Frater. CLIII.

SAnctiſſimus Dominus noſter ſupplicem libellum nomine Sereniſſimi Ducis Mantuæ ſibi porrectum, quo a Sanctitate Sua humillime poſtulabatur, ut Beatæ Oſannæ Corpus Populo quandoque oſtendi liceret, ad Congregationem Sacrorum Rituum tranſmiſit, ut, negotio examinato, quicquid in eo opportunum videretur, deliberaret. Quamobrem Illuſtriſſimi Domini mei, mature conſideratis, quæ de ipſa Beata Oſanna porrectis ſcriptis continentur, atque omnibus rebus diligenter perſpectis, decreverunt, ut ego ad Dominationem veſtram, totius Congregationis nomine, ſcriberem, reprehenſibile non fore, ſi, ejuſdem Beatæ Corpus certis aliquibus anni diebus Populo, ut petitur, oſtendi poſſe, ſua Ordinaria auctoritate conceſſerit; cum ex conceſſione Apoſtolica, ſicut expoſitum fuit, de ipſa Officium recitetur, Miſſaque celebretur, die quoque obitus ſui feſtum agatur, & ejus Corpus in Sacello ſub ipſius invocatione dicato ſuper Altare jam collocatum reperiatur. Quod ſane negotium prædicti Illuſtriſſimi Domini mei prudentiæ Dominationis veſtræ concredendum cenſuerunt. Die 11 Octobris 1594.

Illuſtris, & Reverendiſſimæ Dominationis veſtræ.

Alphonſus Cardinalis Geſualdus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Regitur apud Eminen. Cardinalem de Lambertinis in erudito Opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Tom.2 lib.2 cap.24 pag.241.

PAULUS V.

Vide Tom.V a pag.631 ad 727 : Tom.VII a pag.242 ad 261, & a pag.450 ad 453.

Anno 1605 Die 13 Junii.

Orioleuſem Confraternitatem Indulgentiis ornat.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXXX.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolieam Benedictionem.

Conſiderantes noſtræ mortalitatis fragilitatem, & humani generis conditionem, diſtrictique ſeveritatem Judieii, percupimus fideles ſingulos judicium ipſum bonis operibus, & piis precibus prævenire, ut per illa eorum peccata deleantur, ipſique æternæ felieitatis gaudia conſequi mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Ecclesia Collegii Beatæ Mariæ del Socorro nuncupatæ, & Sancti Joſephi Civitatis Oriolen. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ etiam del Socorro nuncupatæ, & Sancti Joſeph, ad Dei Omnipotentis laudem, & animarum ſalutem, proximique ſubventionem, canonice, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, inſtituta exiſtat, cujus dilecti filii Confratres quamplurima pietatis, caritatis, & miſericordiæ opera exercere conſueverunt; Nos cupientes ut ipſi, ac pro tempore exiſtentes dictæ Confraternitatis Confratres in hujuſmodi piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad illa in poſterum exercenda, necnon alii Chriſtifideles ad dictam Confraternitatem de cetero ingrediendam peramplius invitentur; dictaque Eccleſia in debita veneratione habeatur, & ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius ad illam devotionis cauſa confluant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur, die primi illorum ingreſſus ſi SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, ipſiſque, ac pro tempore exiſtentibus, dictæ Confraternitatis Confratribus etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri poterit, refectis, in eorum mortis articulo nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, invocantibus, ac tam ipſis Confratribus, quam omnibus, & ſingulis, aliis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam prædictam in die feſtivitatis Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis diei feſtivitatis hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſumque extirpatione, ac inter Chriſtianos Principes concilianda pace, pias ad Deum preces effuderint, Confratribus prædictis videlicet Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & elargimur: eiſdem vero Chriſtifidelibus non Confratribus, ut præfertur, viſitantibus, & orantibus, ſeptem annos, & totidem quadragenas, necnon ipſis Confratribus, qui ſimiliter vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſumpto eodem Euchariſtiæ Sacramento, dictam Eccleſiam, in Præſentationis, & Annunciationis ejuſdem B. Mariæ Virginis, ac S. Joſephi, necnon Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum feſtivitatibus viſitaverint, & ut ſupra oraverint, quo die feſtivitatis hujuſmodi id fecerint, alios ſeptem annos, & totidem quadragenas: poſtremo ipſis Confratribus quoties Divinis officiis in eadem Eccleſia more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel ſecretis, pro quocunque opere pio exercendo interfuerint, aut ipſum Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aſſociaverint, vel qui hoc facere impediti, campanæ ad id ſigno dato, genibus flexis, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro eodem infirmo recitaverint, aut proceſſionibus ordinariis, & extraordinariis tam prædictæ Confraternitatis, quam aliis quibuſcunque de licentia Ordinarii celebrandis, ac ſepeliendis mortuis officioſe interfuerint, ſeu infirmos conſolati fuerint in eorum adverſitatibus, vel pauperes peregrinos hoſpitio acceperint, aut pacem cum inimicis compoſuerint, vel quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum dictæ Confraternitatis in Chriſti caritate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, vel quodcunque aliud caritatis, & miſericordiæ opus exercuerint, toties pro quolibet præmiſſorum, & aliorum piorum operum ſexaginta dies de injunctis eis, vel aliis quomodolibet debitis pœnitentiis, auctoritate, & tenore præmiſſis miſericorditer in Domino relaxamus. Præſentibus, quoad dictos Chriſtifideles non Confratres Eccleſiam hujuſmodi, ut ſupra, viſitantes, ad decennium proximum tantum, quo vero ad Confratres prædictos ſingula præmiſſa peragentes, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod ſi Confratribus, & aliis Chriſtifidelibus prædictis ratione præmiſſorum, vel alias aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Sexcenteſimo Quinto, Idibus Junii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Orioleſi*,

In-

Inſerit, & firmat Conſtitutionem qua Gregorius XIII Altare Privilegiatum conceſſit Ferrarienſibus Fratribus.

Anno 1608 Die 7 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam. CXXXI.

PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſervetur. Hinc eſt quod Nos tenorem quarundam literarum fel. rec. Gregorii Papæ XIII Prædeceſſoris noſtri in Regeſto ipſius Prædeceſſoris repertum, pro eo quod, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum Domus S. Dominici Ferrarien. Ordinis Fratrum Prædicatorum petitio continebat, ipſi prædicti tenoris, ex certis cauſis, indigere noſcantur, de Regeſto ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſorum Prioris, & Fratrum ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Omnium ſaluti paterna caritate intenti inter tam multa pietatis officia, quæ Nos pro munere noſtro convenit exercere, Sacra interdum loca ſpeciali privilegio inſignimus, ut inde fidelium Animarum ſaluti amplius conſulatur. Quocirca, ut Eccleſia Domus S. Dominici Ferrarien. Ordinis Fratrum Prædicatorum, triginta Fratribus ibi continuo reſidentibus referta, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare S. Crucis, quod majus non eſt, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties ab aliquo Sacerdote dictæ Eccleſiæ duntaxat Miſſa Defunctorum ad prædictum Altare celebrabitur pro anima cujuſcunque fidelis, quæ Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, ipſa de theſauro Eccleſiæ Indulgentiam conſequatur, quatenus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium, meritis ſuffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Tertio, Kalen. Aprilis, Pontificatus noſtri anno Undecimo. Ceterum ut earundem literarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei, ſive facti certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandem vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales literæ ſupradictæ, ac eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque, & ubicunque, ſive in judicio, ſive alibi, ubi fuerit exhibitus, & oſtenſus, & eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus, ſicut iiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ: Per hoc autem nullum jus de novo cuiquam acquiri volumus, ſed antiquum tantum conſervari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Sexcenteſimo ſeptimo (2) Nonis Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

L. Pro-Datarius. S. de Urſinis,

Regiſtrata apud Scipionem Secretarium.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*. 2. *Septimo*.) Stylo Bullarum, æræ communis *MDCVIII*.

URBANUS VIII.

Vide Tom. VI a pag. 25 ad 137: Tom. VII a pag. 266 ad 302, & a pag. 454 ad 458.

De B. Columba (1) Virgine, Tertii Ordinis S. Dominici.

Anno 1627 Die 25 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Feria V die 25 Februarii 1627. CLXIV.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico apud Sanctum Petrum coram Sanctiſſimo D. N. D. Urbano Divina providentia Papa Octavo, ac Illuſtriſs., & Reverendiſs. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a S. Sede Apoſtolica ſpecialter deputatis.

LEcto retroſcripto memoriali, ac relatis Scripturis ſuper hujuſmodi negotio exhibitis, necnon Vita Typis mandata anno 1521 Sanctiſſimus D. N. D. Urbanus Papa prædictus auditis Votis Illuſtriſſimorum Dominorum cenſuit, prædictam Beatam non eſſe comprehenſam Decreto nuper emanato circa cultum, & venerationem eorum qui in opinione Sanctitatis, nondum Beatificationis,

nis, vel Sanctificationis titulo decorati obierunt, cum ſupra centum annos cultus, & veneratio illius ortum habuerit.

Joſeph Bartolus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✱ Sigilli.

1. *B. Columba.*) Cujus feſtum celebratur die XX Maii. 1. *Archivo*:) In quo exemplar. Legitur in Actis pro ejuſdem Columbæ Beatificatione *pag. 6.*

Anno 1630 Die 16 Februarii.

Lectiones die feſto S. Catharinæ Virginis Senenſis ab omnibus recitandæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

S E N E N.

CLXV.

Lectionca pro Officio S. Catarinæ Virginis Senen. de ordine Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani VIII ſub Ritu ſemiduplici (2) die ultima Aprilis ab omnibus recitandæ, & ab eodem Sanctiſſimo reviſæ, & recognitæ, fuerunt per hanc S. Congregationem approbatæ, tenoria infraſcripti, videlicet.

Lectio Quarta.

CAtharina Virgo Senen. ex Benincaſia, una cum Burgheſia Familia ex eodem ſtipite proveniente (3), piis orta Parentibus, B. Dominici habitum, quem Sorores de Pœnitentis geſtant impetravit. Summa ejus abſtinentia, & admirabilis vitæ auſteritas: inventa eſt aliquando a die Cinerum uſque ad Aſcenſionem Domini jejunium perduxiſſe, ſolo Euchariſtiæ Sacramento contenta. Luctabatur quam frequentiſſime cum Dæmonibus, multiſque illorum moleſtiis vexabatur; nec aliorum morborum cruciatu carebat. Magnum, & Sanctum erat Catharinæ nomen, & undique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus deducebantur: Languoribus, & febribus in Chriſti nomine imperabat, & Dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus. Tu autem Domine &c.

Lectio Quinta.

Cum Piſis immoraretur die Dominico refecta cibo Cæleſti, & in eſtaſim rapta, vidit Dominum Crucifixum magno cum lumine advenientem, & ex ejus vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca ſui Corporis deſcendentes, ideoque myſterium advertens, Dominum precata ne cicatrices apparerent, continuo radii colorem ſanguineum mutaverunt in ſplendidum, & in formam puræ lucis pervenerunt ad manus, pedes, & cor ejus, ac tantus erat dolor quem ſenſibiliter patiebatur, ut niſi Deus minuiſſet, brevi ſe crederet moriturum. Hanc itaque gratiam amantiſſimus Dominus nova gratia cumulavit, ut ſentiret dolorem illapſa vi vulnerum, & cruenta ſigna non apparerent. Quod ita contigiſſe cum Dei famula Confeſſario ſuo Raymundo retuliſſet, ut oculis etiam repræſentaretur, radios in Imaginibus B. Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes, pia Fidelium cura picta coloribus expreſſit. Tu autem Domine &c.

Lectio vi. (4)

Doctrina ejus infuſa, non acquiſita fuit. Sacrarum Literarum Profeſſoribus difficillimas de Divinitate quæſtiones proponentibus reſpondit. Nemo ad eam acceſſit, qui non melior abierit: Multa extinxit odia, & mortales ſedavit inimicitias: Pro pace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant, & interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſiti erant, Avenionem ad Gregorium XI Pont. Max. profecta eſt: Cui etiam votum ejus de petenda Urbe, ſoli Deo notum, ſeſe Divinitus cognoviſſe monſtravit; deliberavitque Pontifex, ea etiam ſuadente, ad Sedem ſuam Romanam perſonaliter accedere; quod & fecit. Eidem Gregorio, & Urbano VI ejus Succeſſori acceptiſſima fuit, adeout Legationibus eorum fungeretur: Denique poſt innumera virtutum inſignia, dono Prophetiæ, & pluribus clara Miraculis, anno ætatis ſuæ tertio circiter, & trigeſimo migravit ad Sponſum: Quam Pius Secundus Pont. Max. Sanctarum Virginum numero adſcripſit. Tu autem Domine &c. Die 16 Februarii 1630.

Ita reperitur in Regeſtis Decretorum Congregationis Sac. Rituum — In quorum fidem &c.

T. Cervini Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Archivo*,) In quo autographum.
2. *Sub ritu ſemiduplici*.) Hinc liquet quod Lectiones iſtæ pro Breviario Romano editæ ſunt: nec enim Fratres Prædicatores aliquem ritum habent quem *Semiduplicem* vocent. Hæc vox Breviario Romano familiaris.
3. *Ex Benincaſia, una cum Burgheſia familia ex eodem ſtipite proveniente*.) Hæc verba ex Breviario Romano delenda eſſe, ſancitum fuit Decreto mox tranſcribendo ad diem 28 Septembris 1641.
4. *Lectio Sexta*.) Ex hoc firmantur quæ Nota ſecunda dicta ſunt. Cum enim Fratres Prædicatores Feſtum S. Catharinæ die XXX Aprilis celebrent tempore Paſchali quod ipſi protrahunt uſque ad Feſtum SS. Trinitatis, tres dumtaxat Lectiones recitant. Hinc in eorundem Fratrum Breviario notatur quod Lectiones Secunda, & Tertia, quæ ex tribus ſuprapoſitis compoſitæ ſunt, deſcriptæ fuerunt ex Romano Breviario.

Rata

Digitized by Google

Rata habet, ac firmat ea, quæ in Diæta Romanæ Provinciæ decernenda decreverant Patres ejuſdem Provinciæ.

Anno 1639 Die 14 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CLXVI.

URBANUS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Michael Mazarinus Prior Provincialis Provinciæ Romanæ Fratrum Ordinis Prædicatorum, ipſe aliquot Conventuum ejuſdem Provinciæ Priores, & Patres Magiſtros, ac Prædicatores Generales, in hac Alma Urbe noſtra congregaverit ad habendum diætam, de, & ſuper Fratrum ejuſdem Provinciæ remotionibus, & aſſignationibus, necnon aliquibus Conſtitutionibus, quæ in bonum dictæ Provinciæ de conſilio Patrum prædictorum cedere judicatum fuerit, ſtabiliendis: Ut autem majoris ſint auctoritatis omnia, quæ in dicta diæta fieri contigerit, & ne ea, quibus felici dictæ Provinciæ regimini bene proſpici viſum fuerit, ex defectu auctoritatis infirmari poſſint, deſuper ut infra per Nos provideri ſummopere deſideret, Nos eundem Michaelem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, ſeu pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, quod omnia & ſingula, quæ in dicta diæta quomodocunque facta, diſpoſita, ordinata, inſtituta, & acceptata fuerint, ejuſdem vigoris exiſtant, ac ſi in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ facta, diſpoſita, ordinata, inſtituta, & acceptata fuiſſent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XIV Maii MDCXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

M. A. Maraldus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Romani Cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam.

De Lectionibus recitandis die feſto S. Catharinæ Senenſis.

Anno 1641 Die 28 Septembris.

Ex Eminen. D. Cardinale de Lambertinis in Opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Tom. IV Parte II Cap. VIII Num. 10 pag 65.

CLXVII.

PRæſentata in Sacra Rituum Congregatione ad inſtantiam Promotoris Fidei commiſſione, manu Sanctiſſimi ſignata, ſuper correctione, caſſatione, & reformatione Breviarii Romani (2) circa ea, quæ correctione, caſſatione, & reformatione, indigere videbantur, nonnullæ dubitationes fuerunt excitatæ, & ſignanter dictum fuit, non verificari, quod aſſeritur in Lectionibus Sanctæ Catharinæ Senenſis, nempe illam ex Benincaſis una cum Burgheſia Familia ex eodem ſtipite proveniente ortum ſumpſiſſe. Propterea, diligenti ſuper hoc habita perquiſitione, reque pluries mature diſcuſſa cum interventu ejuſdem Promotoris Fidei, ac eorum Conſultorum voto, qui de adhibitis in noviſſima dicti Breviarii reformatione ſuperſunt, eadem Sacra Congregatio, referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Cajetano, ad hoc ſpecialiter deputato, cenſuit, ſi Sanctiſſimo videbitur, prædictas Lectiones reformandas eſſe, caſſando illa verba = Ex Benincaſia una cum Burgheſia Familia ex eodem ſtipite proveniente = prout mandavit caſſari, &, nonniſi deletis dictis verbis in jam impreſſis Lectionibus, cetera legi, ac retineri (2): prohibendo pariter, ne in poſterum ullo modo dicta verba apponantur, quotieſcunque hujuſmodi Lectiones de novo imprimi contigerit. Et Sanctiſſimus annuit: Die XXVIII Septembris MDCXLI.

1. *Breviarii Romani.*) Ex hoc firmantur, quæ dicta ſunt in Notis ad Conſtitutionem CLXV.
2. *Cetera legi, ac retineri.*) Hinc firmum deſumitur argumentum pro Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis. Adeat Eminentiſſimum S. R. E. Cardinalem de Lambertinis loco laudato.

Digitized by Google

VENERABILIS SERVUS DEI
INNOCENTIUS XI.

Vide Tom.VI a pag.334 ad 388: Tom.VII a pag.340 ad 354, & a pag.488 ad 496.

Anno 1678 Die 4 Junii.

Ne Sacra Supellex Cremonenſis Societatis SS. Nominis Dei extrahatur ex Eccleſia Fratrum Prædicatorum.

LXXI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CONſervationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Confraternitatis SS. Nominis Dei in Eccleſia domus Fratrum Ordinis Prædicatorum Civitatis Cremonenſis canonice inſtitutæ, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, ac dilectos filios modernum Priorem, & Confratres dictæ Confraternitatis ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus DD. Prioris, & Confratrum, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cetero quiſquam, quavis auctoritate fungens, vaſa, calices, candelabra, & alia paramenta Eccleſiaſtica, auro, argento, aut quavis alia materia confecta, necnon quamcunque Supellectilem ſacram tam hactenus in dicta Sacriſtia, vel Eccleſia collocata, & illi etiam per quoſcunque Chriſtifideles donata, & aſſignata, quam in poſterum forſan collocanda, donanda, & aſſignanda, aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, Congregationibus, Oratoriis, Locis Piis, ſeu quibuſvis perſonis cujuſcunque gradus, ordinis, conditionis, qualitatis, & dignitatis, & quacunque auctoritate, ſuperioritate, & officio fungentibus, commodare, aut ſub quovis quæſito colore, ingenio, cauſa, ratione, aut occaſione e dicta Eccleſia, ſeu illius Sacriſtia extrahere, & aſportare, ſeu ut commodentur, & extrahantur, & aſportentur permittere, aut conſentire audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis vocis activæ abſque alia declaratione incurrendis pœnis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus,& prohibemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, dictæ Confraternitatis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis copia in valvis dictæ Eccleſiæ, ſeu illius Sacriſtiæ, aut alio conſpicuo loco, ubi ab omnibus cerni poſſit continuo affixa remaneat. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die IV Junii MDCLXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Sluſius.

1. *Archivo*,) In quo exemplar.

INNOCENTIUS XII.

Vide Tom.VI a pag.396 ad 433: Tom.VII a pag.355 ad 368, & a pag.497 ad 500.

Anno 1693 Die 20 Junii.

De Beata Oſanna (1) Mantuana.

LIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

MANTUANA.

Beatificationis, ſeu Canonizationis Servæ Dei Oſannæ de Andreaſiis, Tertii Ordinis S. Dominici, Beatæ nuncupatæ.

FActa relatione in Congregatione Sacrorum Rituum ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Colloredo de Statu Cauſæ Beatificationis, ſeu Canonizationis dictæ Servæ Dei Oſannæ. Eadem Sacra Congregatio, audito in ſcriptis, & in voce Reverendiſſimo Archiepiſcopo Myren. Fidei Promotore, cenſuit poſſe admitti, & ſignari commiſſionem pro reaſſumptione hujuſmodi Cauſæ in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit. Die XIII Junii MDCXCIII.

Facta

Facta igitur deinde Sanctiſſimo Domino Noſtro per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua annuit die XX ejuſdem menſis Junii, & Anni MDCXCIII, prædictamque Commiſſionem ſua propria manu ſignavit.

A. (3) Card. Cybo.

Loco ✱ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.

1. *B. Oſanna.*) Cujus feſtum celebratur die XVIII Junii.
2. *Archivo.*) In quo autographum.
3. *A.*) Alderanus Cardinalis Cybo, tunc temporis Epiſcopus Oſtienſis, S. Cardinalium Collegii Decanus, ut in Sigillo legitur.

De Beato Auguſtino Gazotho (1). Anno 1700 Die 17 Julii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

L U C E R I N A. LV.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Auguſtini Dalmatæ, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Zagabrien., & demum Lucerini.

PRopoſito in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Petruccio Dubio = An Sententia Reverendiſſimi Epiſcopi Lucerini, tanquam Delegati a Sacra Congregatione in vim Literarum Remiſſorialium ſuper cultu immemorabili, Servo Dei Auguſtino prædicto exhibito, & caſu excepto a Decretis felicis recordationis Urbani Papæ VIII, ſit confirmanda in caſu, & ad effectum, de quo agitur = Sacra eadem Rituum Congregatio, tam in voce, quam in ſcriptis, Reverendiſſimo Archiepiſcopo Myrenſi, Fidei Promotore, audito, cenſuit, reſpondendum, conſtare de cultu immemorabili, dicto Servo Dei Auguſtino exhibito, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die XIX Junii MDCC.

Et, facta de prædictis per me Secretarium Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die XVII Menſis Julii ejuſdem Anni MDCC.

B. Ingbirami Sac. Rit. Congr. Secr.

1. *B. Auguſtino Gazotho.*) Cujus mentio Tomo II in Appendice ad Pontificatum B. Benedicti XI pag. 103, & in Appendice ad Pontificatum Johannis XXII pag. 207.
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud Eminen. Cardinalem de Lambertinis in erudito Opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Tomo II Lib. II Cap. XXIV pag. 249: ubi pagina 249 legitur Epiſtola Caroli Ducis Calabriæ, Johanni XXII ſcripta, ut Summus Pontifex inquiſitionem de vita & miraculis Beati Auguſtini faciendam decerneret.

BENEDICTUS XIII.

Vide Tom. VI a pag. 534 ad 702: Tom. VII a pag. 383 ad 388, & a pag. 504 ad 507.

Quæ in gratiam Monaſterii Nucerini ſancita ſunt, firmat. Anno 1727 Die 14 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

BENEDICTUS PAPA XIII. CXLIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Priorissæ, & Monialium Monaſterii Sanctæ Annæ, Ordinis Sancti Dominici, Civitatis Nucerin. Paganorum, Nobis expoſito, quod, licet ipſæ in vim plurium privilegiorum a felicis recordationis Nicolao IV, Benedicto XI, Bonifatio IX, & Clemente VII, Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſibi conceſſarum omnimodæ juriſdictioni Magiſtri Generalis pro tempore exiſtentis Ordinis præfati ſubjectæ, & ab illa Ordinarii loci exemptæ reperiebantur; itaut Epiſcopi Nucerini ſimiliter pro tempore exiſtentes uti Sedis Apoſtolicæ Delegati nullos alios in dicto Monaſterio actus juriſdictionales, præterquam ſemel durante cujuſque eorum vita, illius clauſuram viſitandi, Confeſſarios ordinarios, & extraordinarios ab ipſo Magiſtro Generali, ſeu ejuſdem Monaſterii Priore reſpective nominatos, approbandi, electioni Prioriſſæ aſſiſtendi, voluntatem Puellarum educationis cauſa inibi degentium, ac Noviciarum antequam regularem profeſſionem emitterent explorandi, unquam exercere conſueverint, nihilominus Venerabilis Frater modernus Epiſcopus Nucerin. Paganorum multa circa modum viſitandi clauſuram, ac viſitationem perſonarum, & rei œconomicæ innovare prætenderat, eumque exponentes præfatæ, ad ſua privilegia, & exemptionem hujuſmodi tuenda, iis novitatibus obſtitiſſent ab eodem Epiſcopo excommunicationis pœna innodatæ, & Eccleſiaſtico interdicto reſpective ſuppoſitæ fuerant, iſque ſubinde diverſa dubia in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium (2), deſuper proponi curaverat; Quibus pro parte Exponentium prædictarum nulla facta oppoſitione, verum Nobis ſupplicato, ut earum ſtatui in præmiſſis opportune providere dignaremur: Nos ad ſupplicem libellum

Nobis

Nobis earundem Exponentium nomine deſuper porrectum reſcribendum juſſimus in hunc modum: Sanctiſſimus Dominus noſter Prioriſſam Monaſterii Monialium Sanctæ Annæ Nucerinæ Paganorum ab excommunicatione abſolvit, & interdictum ab Epiſcopo Monialibus, Eccleſiæ, & Cappellis Monaſterii impoſitum, benigne relaxavit. Item Sanctitas Sua mandavit, quod per novas literas Apoſtolicas in forma Brevis confirmentur antiquiores literæ Apoſtolicæ ſuorum Prædeceſſorum, & ſignanter Benedicti XI, & Clementis VII editæ ſuper omnimoda juriſdictione Patris Generalis Prædicatorum ſuper earundem Monialium Monaſterio, ita tamen ut Epiſcopus ad tramites Concilii Tridentini poſſit clauſuram Monaſterii viſitare ſemel in vita, & toties quoties aderit legitima ſuſpicio, quod clauſura non obſervetur, vel fuerit violata, & hoc inſuper addito, quod idem Epiſcopus ad tramites ejuſdem Concilii Tridentini explorare debeat voluntatem per ſe, vel per alium ab ipſo ſubdelegandum, earum omnium Mulierum, quæ in Monaſterio profeſſionem regularem ſunt emiſſuræ, & quod ad tramites Bullæ Gregorii XV poſſit idem Epiſcopus, una cum Superioribus Regularibus, per ſe, vel per alium, intereſſe, ac præſidere electioni Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, & quolibet anno vocatis iiſdem Superioribus Regularibus rationes exigere ab Adminiſtratoribus bonorum Monaſterii, & ſalva ſemper, & integra permanere debeat ejuſdem Epiſcopi auctoritas in examinandis, & approbandis Confeſſariis tam ordinariis, quam extraordinariis earundem Monialium, ut in dicta Bulla Gregoriana præcipitur, & in eo, quod attinet ad cetera dubia diſputata in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, & reliqua omnia pertinentia ad viſitationem, & clauſuram hujuſce Monaſterii, Sanctitas Sua ex ſpecialibus cauſis in hoc caſu concurrentibus mandavit præſenti Epiſcopo Nucerino, & ejus Succeſſoribus, ut ſe in omnibus, & per omnia conforment praxi ſuorum Anteceſſorum continuatæ uſque ad tempus motæ litis, & ipſo tantum Epiſcopo informante reſoluta in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium ad relationem Cardinalis Corſini, ſuper qua lite ſilentium impoſuit, & præſens Reſcriptum expediri mandavit hac die quinta Januarii MDCCXXV. N. Archiepiſcopus Trajanopolitanus. Cum autem, ſicut Prioriſſa, & Moniales præfatæ Nobis nuper denuo exponi fecerunt, memoratus Epiſcopus poſtmodum exceperit, nobiſque ſignificare curaverit, quod ſuper enarrata praxi, ſive conſuetudine, & obſervantia nonnullæ controverſiæ enaſci poſſent, & ab ipſis exponentibus reſponſum fuerit, quod promptæ, & paratæ erant illam etiam per literas remiſſoriales comprobare, ſed prædictus Epiſcopus conceſſioni earundem literarum remiſſorialium, quæ etiam ſuperfluæ dignoſcebantur, cum obſervantia præfata ſatis conſtat ex actis viſitationum antea per Epiſcopos ejus Prædeceſſores factarum, ſeſe oppoſuerit, dictæ vero Exponentes in pacis, & religioſæ tranquillitatis amœnitate vota ſua Domino de cetero reddere, ac quarumcunque litis, ſive novi recurſus ad prædictam Congregationem Cardinalium occaſionem ſubmoveri cupientes, necnon Epiſtolæ per Secretariam noſtram Status die XIII Menſis Julii proxime præteriti de mandato noſtro eidem Epiſcopo conſcriptæ, per quam illi iterum injunctum fuit, ut normam quoad viſitationem ipſius Monaſterii ex viſitationibus ab Epiſcopis anteceſſoribus ſuis deſumeret, inhærentes, reſcriptum juſſu noſtro, ſicut præmittitur, editum exequutioni demandari, & exacte ſervari plurimum deſiderent. Nos earundem Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum prædictum duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus earum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, reſcriptum præinſertum deinceps omnino obſervari, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, mandamus, & præcipimus. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV Martii MDCCXXVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Pro Domino Cardinale Oliverio.
C. Archiepiſcopus Emiſſenus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Nucerino. Ad calcem Brevis Apoſtolici ſic legere eſt: *Præſens Breve Apoſtolicum fuit exhibitum, & præſentatum coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Nicolao de Dominicis Epiſcopo Nuceriæ Paganorum per Admodum Reverendum Patrem Fratrem Dominicum Antonium Viviani Priorem Venerabilis Monaſterii Sanctæ Annæ, tam nomine proprio, quam pro parte Reverendarum Monialium dicti Monaſterii cum poteſtate relaxandi copiam & per eundem Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum, fuit receptum ſupra caput omni, qua decet reverentia, & fuit dictum, quod obſervetur juxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem. Datum Nuceriæ die prima Menſis Julii MDCCXXVII. Nicolaus Epiſcopus Nucerinus Paganorum.*

2. *Regularium.*) Adde: *Præpoſita.*

Pro Conventu Mutinenſi.

Anno 1727
Die 19 Julii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXLIV.

Joſeph Accorambonus Archiepiſcopus Philippenſis, SS. D. N. Papæ Benedicti XIII Auditor, & Judex Commiſſarius ab eodem SS. D. N. Papa ſpecialiter electus, & deputatus.

Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter Benedictus, Divina Providentia Papa XIII, ſupplicationibus S. Religionis S. Dominici benigne inclinatus, Chirographum manu Sanctitatis Suæ die decimaquinta currentis menſis ſubſignatum, Nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris ſequentis, videlicet: Monſignor Giuſeppe Accoramboni Arciveſcovo di Filippi noſtro Uditore. Ci è ſtato rappreſentato per parte della noſtra Religione Domenicana, che il fù Dottor Valerio Torricelli oriondo della Terra di Fanano, Stato di Modena, nel ſuo ultimo Teſtamento, rogato li VIII Luglio MDCLXXXIV, dopo avere inſtituiti Eredi i ſuoi Figli, e dopo di eſſi fatti diverſi gradi di ſoſtituzioni, in ultimo luogo, & in mancanza de' ſudetti Eredi inſtituiti, e ſoſtituiti, chiamò alla ſua Eredità, e ſoſtituì eſſa Religione Domenicana, con la condizione però, che i Padri di eſſa debbano andare ad abitare in detto luogo di Fanano, e non altrimente; ordinando in oltre, che in evento, e caſo, ch'eſſi PP. Domenicani non voleſſero andare, e non andaſſero ad abitare in detto luogo di Fanano, la ſudetta ſoſtituzione ſia nulla, e di niun valore, e come fatta non foſſe; & in luogo di detta Religione, e Padri di eſſa, ſoſtituì le Monache di S. Chiara d'eſſo luogo di Fanano, e ch'eſſendo gia ſpirati molti gradi delle ſudette ſoſtituzioni, e ſtando per mancare in breve gli ultimi ſoſtituiti, ſi dovrebbe far luogo alla ſucceſſione a favore di eſſa Religione Domenicana, ſecondo la diſpoſizione del ſudetto Teſtatore, ma ſtante la condizione ſudetta, di dovere i Religioſi di eſſa andar ad abitar in detto luogo di Fanano, e l'impoſſibilità di poterla adempire, atteſo che i Beni di detta Eredità non ſono ſufficienti a poter fondare, & erigere un nuovo Convento in detto luogo di Fanano, & ivi mantenere il numero de' Religioſi preſcritto dalle Coſtituzioni Apoſtoliche, ſi vedono eſſi in evidente pericolo di caducare dalla ſudetta ſoſtituzione, per farſi luogo all'ultima ſoſtituzione a favore delle ſudette Monache di S. Chiara, e per evitare un tal pregiudizio, ci hanno ſupplicato, che vogliamo con la noſtra ſuprema Podeſtà concedergli opportuna facoltà, e licenza di poter fondare, & aprire in detta terra di Fanano un piccol Conventino, & ivi ritenere ad abitare un piccol numero di Religioſi, per quanto ſi ſtenderà il ſopravanzo del fruttato di detta Eredità; fondato, e proviſto che ſarà il detto nuovo Conventino, con che reſtarebbe pienamente adempita la mente del ſudetto Teſtatore, quale preſcrive ſolo l'abitazione de' Religioſi in detto luogo, ſenza determinazione di numero, nè di qualità di Convento, oppure commutare in parte la volontà del ſudetto Teſtatore, abilitando la ſudetta Religione Domenicana a poter ſuccedere ad una parte della ſudetta Eredità, non oſtante l'inadempimento della condizione ſudetta, con ordinare, che de' Beni della ſudetta Eredità ſe ne facciano due parti: cioè che a tutti i Beni ſtabili eſiſtenti in detto luogo di Fanano, e ſuo Territorio ſucceda il ſudetto Moniſtero di S. Chiara, per quelle ragioni, che quelle Monache poteſſero pretendere ſopra detta Eredità, nel caſo, che i Religioſi Domenicani non adempiſſero il precetto d'andare ad abitare nella ſudetta Terra di Fanano, e che a tutti gli altri Beni sì ſtabili, che mobili, argenti, crediti, e di qualunque altra ſpecie, poſti fuori di detta Terra, e Territorio di Fanano, & in qualſivoglia altro luogo debba ſuccedere la ſteſſa Religione Domenicana, con facoltà alla medeſima di poter vendere tutti detti Beni, ed erogare il prezzo, per riedificare, e riſarcire il Convento della ſteſſa Religione eſiſtente nella Città di Modena, quale in buona parte è già caduto, & il reſto minaccia imminente ruina sì per la ſua antichità, sì anche a cauſa d'eſſer ſervito d'Oſpedale alle Soldateſche per lo ſpazio di trè, e più anni, in occaſione dell'ultime note Guerre. E conſiderando Noi, per la lunga eſperienza, ch'abbiamo, che in tali Conventini non può con facilità oſſervarſi quella diſciplina regolare tanto inculcata da' Sagri Canoni, e dalle Coſtituzioni Apoſtoliche, e raccommandata da' Santi Fondatori delle Religioni, e che rieſce di maggior gloria, e ſervizio il minor numero de' Conventi ben regolati nella forma ſopra preſcritta di quella ſia il maggior numero de' Conventini, e che il temperamento di far dividere detta Eredità nella forma ſopra propoſtaci, contenga in sè tutta l'equità, e che ſia vantaggioſo, e di evidente utilità al ſudetto Moniſtero di S. Chiara, quale in tal modo verrà a godere una porzione di eſſa Eredità, quale non potrebbe mai ſperare di conſeguire, ſe i Padri Domenicani andaſſero ad abitare in detta Terra di Fanano anche con la fondazione di detto Conventino, e che in tal forma vien'anche in qualche modo adempita la mente dello ſteſſo Teſtatore, paſſando la ſua Eredità in benefizio d'ambedue le Religioni da eſſo contemplate, ſiamo volentieri condeſceſi a detto temperamento, con fargliene preventivamente, come in appreſſo, la grazia. Avendo pertanto nel preſente noſtro Chirografo per inſerto, e di parola in parola regiſtrato l'intiero tenore del Teſtamento del ſudetto Dottor Valerio Torricelli come ſopra rogato, e di tutte le ſoſtituzioni, condizioni, peſi, pene di caducità, & altro in eſſo preſcritto, della preciſa quantità, e qualità de' Beni Ereditarj del medeſimo, dello ſtato, e pericolo, in cui ſi ritrova preſentemente il ſudetto Convento di S. Domenico di Modena, & ogn'altra coſa quantoſivoglia neceſſaria d'eſprimerſi, di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra Podeſtà Apoſtolica, vi ordiniamo, che in nome noſtro adeſſo, e per quando in mancanza di tutti gli Eredi ſoſtituiti dal ſudetto Dottor Torricelli, ſecondo la diſpoſizione del ſudetto ſuo Teſtamento, ſarà fatto luogo alla ſucceſſione della ſudetta Religione Domenicana, abi-

litiate, ſiccome noi preventivamente abilitiamo la medeſima, e ſuoi Religioſi a poter ſuccedere ad una parte della ſudetta Eredità, benchè non adempiſchino la condizione ordinata dal ſudetto Teſtatore, di andare ad abitare in detto luogo di Fanano ſotto pena di caducità a favore delle ſudette Monache di S. Chiara, dalla quale Noi con la noſtra autorità pienamente l'aſſolvemo, e per tal effetto ordinarete, ſiccome Noi ordiniamo, e vogliamo, che nel caſo ſudetto la ſudetta Eredità ſi divida in due parti, cioè, ch' a tutti i Beni ſtabili eſiſtenti in detta Terra di Fanano, e ſuo Territorio ſucceda il ſudetto Moniſtero di S. Chiara per tutte quelle ragioni, che poteſſero ſpettargli ſopra detta Eredità, nel caſo appunto, che i Religioſi Domenicani non andaſſero ad abitare in detta Terra, ſecondo il precetto del ſudetto Teſtatore, e che a' tutti gli altri Beni sì ſtabili, che mobili, argenti, crediti, e di qualunque altra ſorte, poſti fuori di detta Terra, e Territorio di Fanano, & in qualunque luogo ſucceda la ſteſſa Religione Domenicana, con facoltà alla medeſima di poter liberamente vendere, & alienare tutti detti Beni, & erogare il prezzo, per riedificare, e riſarcire il ſudetto Convento di S. Domenico di Modena preſentemente in parte caduto, & il reſto in pericolo di rovinare, non oſtante la diſpoſizione teſtamentaria del ſudetto Dottor Torricelli, alla quale Noi per tal effetto eſpreſſamente deroghiamo, commutando in queſta parte la volontà del medeſimo, & in tal forma ne farete adeſſo preventivamente l'aſſegna tanto a favore di detta Religione Domenicana, quanto di detto Monaſtero di S. Chiara, & a ciaſcuno di eſſi per la ſua rata, e porzione, come ſopra, ne pronunziarete Decreti, le ne concederete, e farete ſpedire i neceſſarj mandati, e farete tutt'altro, che in qualunque modo ſtimarete eſſere neceſſario, per eſſere così mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Volendo, e decretando, ch'al preſente noſtro Chirografo, benchè non ammeſſo, nè regiſtrato in Camera, non poſſa mai darſi, nè opporſi di ſurrezione, orrezzione, nè d'alcun altro vizio, o difetto della noſtra volontà, & intenzione, nè che mai ſotto tali, o altri preteſti poſſa eſſer'impugnato, moderato, o rivocato, e che così, e non altrimenti ſia, e debba eſſer giudicato da ogni, e qualunque Giudice Ordinario, Commiſſario, Delegato, Congregazione, anche de' Reverendiſſimi Cardinali, Legati a Latere, Camerlengo di S. Chieſa, Teſoriere, Preſidenti, Uditori di Rota, Chierici di Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni giuriſdizione, e facoltà di giudicare in contrario; dichiarando preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciaſcuno di eſſi ſcientemente, o ignorantemente con qualſivoglia autorità foſſe in qualunque tempo giudicato, contro la forma, e diſpoſizione del preſente noſtro Chirografo, quale vogliamo, che vaglia con la ſemplice noſtra ſottoſcrizione, benchè non vi ſiano ſtate chiamate, ſentite, nè citate le ſudette Monache di S. Chiara di Fanano, loro Deputati, e Miniſtri, e qualunque altra Perſona, quantunque privilegiata, e privilegiatiſſima, anche Eccleſiaſtica, e Luogo Pio, che ricercaſſe ſpecial menzione, che vi aveſſe, e pretendeſſe avervi intereſſe, non oſtanti tutte, e ſingole coſe premeſſe, e ſpecialmente la diſpoſizione teſtamentaria del ſudettto Dottor Torricelli, condizione, e precetto, di dover i Padri Domenicani andar ad abitare in detto luogo di Fanano, ſotto pena di caducità, e ſoſtituzione a favore di dette Monache di S. Chiara, e qualunque altro peſo preſcritto nel ſudetto ſuo Teſtamento, la Coſtituzione di Pio IV noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, la regola della noſtra Cancellaria de jure quæſito non tollendo, la diſpoſizione de' Concili Generali, e Provinciali, e qualſiſiano altre Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de' noſtri Predeceſſori, leggi civili, e canoniche, ſtatuti, riforme, ſtili, uſi, conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole avendone il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e ſupplendo Noi colla pienezza della noſtra Podeſtà Apoſtolica ad ogni vizio, e difetto, quantunque ſoſtanziale, e formale, che vi poteſſe intervenire, per queſta volta ſola, e per la piena eſecuzione, & effetto di quanto ſi eſprime nel preſente noſtro Chirografo, ampiamente deroghiamo. Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico Vaticano queſto dì XV Luglio MDCCXXVII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Volentes itaque injuncta Nobis ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Papa debitæ executioni demandare, utendo facultatibus nobis in præinſerto Chirographo tributis, nomine Sanctitatis Suæ habilitamus ſupradictam Religionem S. Dominici, ejuſque RR. Patres, illamque, & illos habiles, & capaces declaramus ad ſuccedendum portioni hæreditatis bonæ memoriæ Doctoris Valerii Turricelli, deficientibus omnibus hæredibus ab eodem ſubſtitutis, juxta diſpoſitionem Teſtamenti ab ipſo conditi, etiamſi non adimpleant conditionem accedendi ad habitandum in Terra Fanani, eis ſub pœna caducitatis, favore Reverendarum Monialium S. Claræ ejuſdem Terræ in eodem Teſtamento præſcriptam, & injunctam. Et pro hujuſmodi effectu volumus, & mandamus ſupradictam hæreditatem dicti Doctoris Valerii Turricelli, in caſu deficientiæ omnium hæredum, ab eo in prædicto Teſtamento ſubſtitutorum dividi debere in duas portiones, nempe omnia Bona exiſtentia in prædicta Terra, & Territorio Fanani, ad eandem hæreditatem ſpectantia, aſſignari, & in iis ſuccedere debere ſupradictum Venerabile Monaſterium, & Reverendas Moniales Sanctæ Claræ dictæ Terræ Fanani pro omnibus juribus ipſis ſuper dicta hæreditate quomodolibet competen., juxta diſpoſita in eodem Chirographo. In reliquis vero Bonis hæreditariis prædictis extra dictam Terram, & Territorium Fanen. & ubicunque poſitis, & exiſtentibus tam ſtabilibus, quam mobilibus, argentis, creditis, & cujuſvis alterius generis ſuccedere pariter debere prædictam Religionem S. Dominici, cum facultate, eadem Bona libere vendendi, & alienandi, & pretium erogandi in reædificatione, & reaptatione Venerab. Conventus Ordinis S. Dominici Civitatis Mutinæ, non obſtante contraria diſpoſitione teſtamentaria ſupradicti quondam Valerii Turricelli, & juxta præmiſſam diviſionem, & ſeparationem prædictæ Religioni S. Dominici ejuſque RR. Patribus, ac reſpective Monaſterio prædicto, & Monialibus S. Claræ, & cuilibet ex ipſis ratas, & portiones ſupra expreſſas, nunc pro tunc caſus ſucceſſionis

nis evenerit, concedimus, & aſſignamus, ipſorumque, & cujuslibet ipſorum reſpective favore mandata de immittendo in poſſeſſionem dictorum Bonorum, & alia quæcunque deſuper neceſſaria præventive decernimus, & relaxamus, ac pro decretis, & relaxatis haberi volumus, & mandamus, juxta formam, ſeriem, & tenorem ejuſdem Chirographi, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, diſpoſitione teſtamentaria memorati Valerii Turricelli, conditionibus, oneribus, ſubſtitutionibus, præceptis, legibus, caducitatibus, & pœnis in ea præſcriptis, ceteriſque aliis, quibus idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa in præinſerto Chirographo derogavit. Quocirca in executionem supraregiſtrati Chirographi, & Decreti reſpective a Nobis editi, vobis omnibus, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Vicariis, Decanis, Vice-Decanis, Archidiaconis, ceteriſque Perſonis Eccleſiaſticis, quibus præſentes noſtræ literæ pervenerint, vel quomodolibet præſentabuntur, Notariis quoque, Tabellionibus, aliiſque Miniſtris, & Officialibus, & quibuſcunque aliis, ad quos ſpectat, & pertinet, per præſentes committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo de ſpeciali Mandato ejuſdem Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica auctoritate ſub pœnis Ducatorum quingentorum auri in auro Rev. Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis Mandati executivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſupradictam Religionem S. Dominici, illiuſque RR. Patres, vel eorum legitimum Procuratorem, nunc pro tunc, & quando caſus evenerit, deficientiæ omnium hæredum a ſupradicto quondam Valerio Turricello, in ejus Teſtamento ſubſtitutorum, in veram, realem, actualem, civilem, & corporalem poſſeſſionem omnium, & ſingulorum Bonorum hæreditariorum dicti quondam Valerii Turricelli, ſtabilium, mobilium, ſe moventium, argentorum, jurium, & actionum quarumcunque, & alterius cujuſvis generis, & ſpeciei, ipſis in eorum portionem, ut ſupra, aſsignatorum, exceptis tamen Bonis exiſtentibus in dicta Terra, & Territorio Fanani, præventive immittatis, inducatis, & imponatis, & ſic immiſſos, inductos, & impoſitos, in illorum quieta, & pacifica poſſeſſione, manuteneatis, defendatis, & conſervetis, in Dominos recognoſci, ac de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, ſuis loco, & tempore, libere reſponderi curetis, mandetis, & faciatis, cum facultate omnia Bona prædicta vendendi, & alienandi, & pretium erogandi modis, & formis in eodem præinſerto Chirographo Sanctiſsimi Domini noſtri expreſsis, prout nos in illius executionem, & Decreti reſpective a Nobis editi, nunc pro tunc, & quando caſus prædictus evenerit, præventive immitti, manuteneri, defendi, & conſervari, ut ſupra, volumus, & mandamus per præſentes taliter &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Palatio Apoſtolico Vaticano, & ex ædibus noſtris hac die 19 Julii 1727.

Loco ✠ Sigilli.

Archiep. Philippen. And., & Jud. &c.

Salvator Paparozius Cauſarum Curiæ Cam. Apoſt., ac Illuſtriſs., & Reverendiſs. D. Audit. SS. D. N. Papæ Notarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

De Decretis Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon pro Miſſionibus Indiarum promulgatis.

Anno 1727 Die 12 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXLV.

Venerabilibus Fratribus, & dilectis filiis Epiſcopis, & Apoſtolicis Miſſionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Venerabiles Fratres, ac dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD aures noſtras pervenit, vocationem gentium, Eccleſiæque incrementa, propter ſubortas inter Operarios Evangelicæ meſſis controverſias, magnis iſtic difficultatibus laborare. Quæ quidem eo graviorem Nobis dolorem attulerunt, quo remedia ſalubriter alias adhibita diutius a nonnullis repudiari intelleximus. Jam enim per bonæ memoriæ Carolum Thomam Patriarcham tunc Antiochenum, cum poteſtate Legati de Latere Apoſtolicum Viſitatorem, deinde hujus S. R. E. Cardinalem, pleraque ad gliſcentes lites componendas, explicandaſque difficultates ſapienter præſcripta fuerant, Decreto condito Pudicherii in ſacra Viſitatione Apoſtolica die vigeſima tertia menſis Junii anni milleſimi ſeptingenteſimi quarti, die vero octava Julii ejuſdem anni promulgato. Partibus autem nondum acquieſcentibus, ac de mente felicis recordationis Clementis XI Prædeceſſoris noſtri diverſa opinantibus, & evulgantibus, idem Prædeceſſor noſter, datis ad Venerabilem Fratrem Epiſcopum Meliaporenſem literis die decima ſeptima menſis Septembris anni milleſimi ſeptingenteſimi duodecimi, ſuam de ſervandis Decretis mentem opportune declaravit. Ut igitur noſtræ quoque ſolicitudinis partes ad controverſias avertendas, & ſalutem gentium concordibus ſtudiis facilius a vobis procurandam, adhibeamus; præſertim ne quis ex ſilentio noſtro detractum aliquid eſſe ſuſpicetur mandatis, & declarationibus antedictis, laudati Anteceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, Decreta ejuſdem Patriarchæ Antiocheni noſtra etiam auctoritate confirmamus, eorumque obedientiam, & obſervantiam ſimiliter mandamus, & requirimus. Decretum quoque de Sacramentis adminiſtrandis mori-

moribundis hominibus infimæ conditionis, quos Parreas appellant, ulteriori dilatione remota, pariter ſervari, & impleri praecipimus. Veſtrum autem erit, ut mandata per Anteceſſorem noſtrum, & per Nos ipſos, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, in omnibus confirmata, impigre, & obſequenter facientes opus Dei, quod tanta cum animi alacritate ſuſcepiſtis, rite, unanimiter, ſtudioſeque perficiatis. Ac vobis, Venerabiles Fratres, ac dilecti filii, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XII Decembris MDCCXXVII, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Carolus Archiep. Emiſſenus.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur in erudito Opere cui titulus: *Eſame, e Diſeſa del Decreto publicato in Pudiſceri da Monſignor Carlo Tommaſo di Tournon Patriarca d'Antiochia &c.* Prodiit, Auctore Reverendiſſimo Patre Ludovico Maria Lucino, Ordinis Fratrum Prædicatorum, S. Theologiæ Magiſtro, & Commiſſario Generali S. Officii.

CLEMENS XII.

Vide Tom. VI a pag. 712 ad 747: Tom. VII a pag. 388 ad 408: & a pag. 507 ad 510.

Anno 1734 Die 24 Auguſti.

De Decretis ab Eminentiſſimo Cardinale de Tournon pro Miſſionibus Indiarum promulgatis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

LXXVI. Venerabilibus Fratribus, ac dilectis filiis, Epiſcopis, & Apoſtolicis Miſſionariis in Regnis Indiarum Orientalium, Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi.

CLEMENS PP. XII.

Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

COmpertum, exploratumque Vobis eſſe non ambigimus, Carolum Thomam bonæ memoriæ, tunc Patriarcham Antiochenum, cum poteſtate Legati a Latere Apoſtolicum Commiſſarium, & Viſitatorem, deinde hujus S. R. E. Cardinalem de Tournon a Prædeceſſore noſtro fel. record. Clemente XI ad Sinas anno 1702 miſſum, ubi primum ad Arcem Pudicherii appulit, ut gravibus, & urgentibus Miſſionum in Regnis Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi ſaluberrime dirigendarum neceſſitatibus opportunè proſpiceret, condidiſſe die 23 menſis Junii anni 1704 Decreta nonnulla, quæ die 8 menſis Julii ejuſdem anni promulgavit. Cum autem aliquot ex Venerabilibus Fratribus, & dilectis filiis, Epiſcopis, & Sacris Indiarum Orientalium Operariis, quibuſdam in iiſdem Decretis contentis minime acquieſcentes, reclamaſſent, laudatus Prædeceſſor noſter Clemens XI literis in forma Brevis ad Epiſcopum Meliaporenſem die 17 menſis Septembris anni 1712 datis, eorundem Decretorum obedientiam, & obſervantiam tamdiu requiſivit, ac mandavit, donec Apoſtolica hæc Sedes, cauſæ momentis fideliter relatis, & accuratius inſpectis, quas noviſſet Juſtitiæ magis conſentaneas, & propagandæ Chriſtianæ Fidei magis idoneas providentiæ ſuæ vias, ac rationes iniret. Benedictus etiam XIII fel. record. itidem Prædeceſſor noſter provide Clementis XI Mandatis, Declarationibus, atque Veſtigiis inhærens, literis quoque in forma Brevis die 12 menſis Novembris anni 1727 datis memorata Cardinalis Tournonii Decreta confirmationis robore ſimiliter munivit. Nos vero, qui plane immerentes ipſis Summis Pontificibus in Apoſtolica ſervitute ſucceſſimus, nihil optamus impenſius, quam ut Sacroſancta Jeſu Chriſti Fides amplius in dies promoveatur, atque omni ope curamus, ut ſi qua forte magnis ejuſdem incrementis, & propagationi occurrant impedimenta, (Deo votis noſtris obſecundante) penitus auferantur. Itaque poſtquam neceſſaria, & certiora habuimus documenta, Theologorum, ac præſertim Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium per univerſam Chriſtianam Rempublicam Generalium Inquiſitorum ſuffragia exquiſivimus, quæque iidem Venerabiles Fratres noſtri Cardinales confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, atque in nonnullis remittenda Nobis conſulere decreverunt, ex ſequentibus Dubiis hic inſertis plane vos dignoſcetis.

Dubia pro Miſſionibus Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi exorta occaſione Decreti claræ memor. R. P. D. Caroli Thomæ Maillart de Tournon Patriarchæ Antiocheni, poſtea S. R. E. Cardinalis, editi Ponticherii die 23 Junii 1704, propoſita in Congregationibus Generalibus Sancti Officii habitis in Conventu Sanctæ Mariæ ſupra Minervam coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, præſentibus DD. Conſultoribus infraſcriptis diebus: Super quibus Dubiis iidem Eminentiſſimi ſuam protulerunt Sententiam, prout infra, videlicet.

Feria 4 die 21 Januarii 1733.

Primum Dubium — *An, & quomodo Decretum clar. mem. Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Diſtricte prohibemus, ne in baptizandis, tam Pueris, quam Adultis cujuſcunque ſexus, & conditionis omittantur Sacramentalia, ſed omnia palam adhibeantur, & ſignanter Saliva, Sal, & Inſufflatio, quæ ex Apoſtolica traditione Catholica Eccleſia recepit, & ob recondita in iis Sacris Cæremoniis Divinæ erga nos bonitatis Myſteria, ſancte, & inviolabiliter cuſtodivit, Decreto Sanctæ, & Univerſalis Inquiſitionis de anno 1656 pro Sinis facto ob diverſas rationes, & circumſtantias minime obſtante.*

Emi-

Eminentiſſimi dixerunt — *Confirmandum eſſe Decretum Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon, ſed conſulendum Sanctiſſimo, quod Miſſionariis Regnorum Madurenſis, Mayſſurenſis, & Carnatenſis Diſpenſationem concedat ad decennium duraturam, omittendi in collatione Baptiſmi ſalivam, & caute utendi inſufflationibus, in caſibus tamen particularibus, & in quibus, gravis, & proportionata neceſſitas urgeat, ſuper qua conſcientia Miſſionariorum oneratur: Dummodo non laborent errore habendi ſalivam, & anhelitum, tanquam materiam ineptam, vel incapacem ad inſerviendum pro Sacramentalibus Cæremoniis in Baptiſmo, utpote omnino incapaces Baptiſmi; eiſque Miſſionariis injungendum, ut debitam inſtructionem, aliaſque omnes poſſibiles diligentias adhibeant, ut averſio Populorum a ſaliva, & inſufflatione amoveatur, & de inſtructione, aliiſque diligentiis adhibitis, Sanctam Sedem intra tempus decennii certiorent.*

Inſuper monendos eſſe Miſſionarios ſuper gravi negligentia non recurrendi ad Sanctam Sedem pro obtinenda facultate diſpenſandi, & male ſe geſſiſſe Epiſcopos concedendo hujuſmodi diſpenſationem, inconſulta Apoſtolica Sede.

Secundum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Item præcipimus, ut juxta laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem ſemper imponatur Baptizando a Baptizante nomen alicujus Sancti in Martyrologio Romano deſcripti, omnino interdictis nominibus Idolorum, vel falſæ Religionis Pœnitentium, quibus Gentiles utuntur, & Neophiti hactenus appellari conſueverunt, antequam per Baptiſmum eſſent Divinæ gratiæ renati.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Moderandum eſſe Decretum — Deleto verbo —* Præcipimus — *Cum clauſula —* Curent, quantum fieri poteſt, *firma remanente interdictione, quoad nomina Idolorum, & falſæ Religionis Pœnitentium.*

Feria 4 die 22 Aprilis 1733.

Tertium Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Nec Parochis, ſeu Miſſionariis ſub quovis prætextu liceat Sanctiſſimæ Crucis, Sanctorum, & rerum Sacrarum nomina per tranſlata immutare, nec ea alio Idiomate explicare, niſi latino, vel ſaltem Indico, quatenus voces Indicæ Religionis latinæ ſignificationi liquido, & adamuſſim reſpondeant.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Quod ſervetur Decretum Eminentiſſimi de Tournon, & declaretur, non habere locum in vocibus, & nominibus jam ab inſtitutione Miſſionis communiter receptis, quæ tamen per hanc declarationem nec approbantur, neque reprobantur.*

Quartum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Et quia audivimus, Baptiſmum Infantium ex Chriſtianis Parentibus ortorum, eorundem incuria ſæpe ſæpius diu protrahi, non ſine maximo dictorum Infantium ſalutis diſcrimine, monemus Evangelicos Operarios, ut Sacrorum Canonum memores terminum breviorem, quam fieri poſſit, attentis circumſtantiis, Genitoribus præfigant, graviter conſcientiam eorum onerantes, niſi filios intra præfixum tempus ad Eccleſiam deferant Sacro Fonte abluendos.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon.*

Quintum Dubium — *An, & quomodo prædictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Præterea cum moris hujuſmodi Regionis ſit, ut Infantes ſex, vel ſeptem annorum, interdum etiam in teneriori ætate ex Genitorum conſenſu matrimonium indiſſolubile de præſenti contrahant per impoſitionem Taly penſilis, ſeu aureæ Tenuræ Nuptialis Uxoris collo, Miſſionariis mandamus, ne hujuſmodi irrita matrimonia inter Chriſtianos fieri permittant, nec Sponſos ſic conjunctos cohabitare ſinant, donec completa legitima ætate, & explorato eorum conſenſu in faciem Eccleſiæ juxta formam a Sac. Concilio Tridentino præſcriptam verum, & canonicum Matrimonium contraxerint.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Exequendum eſſe Decretum Eminentiſſimi de Tournon, cum declaratione tamen, ſervandam eſſe formam pro Matrimoniis a Sac. Concilio Tridentino præſcriptam in locis, in quibus Decretum dicti Concilii in Cap. primo Seſſ. 24 de Reform. Matrim. publicatum eſt, & in poſterum publicabitur, neque ejus obſervantia ſit impoſſibilis, & Miſſionarii curent, quantum fieri poteſt, ut in omnibus locis Miſſionum illarum Partium dictum Decretum Concilii publicetur.*

Feria 4 die 13 Maii 1733.

Sextum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Et quoniam apud Perſiores impiæ illius Religionis Sectatores Taly præſefert Imaginem, licet informem, Pulleyaris, ſeu Pyllejaris idoli nuptialibus cæremoniis præpoſiti; Cumque dedeceat Chriſtianas Mulieres talem effigiem collo deferre in ſignum Matrimonii, diſtricte prohibemus, ne in poſterum audeant Taly cum hac effigie collo appendere, & ne Uxores innuptæ videantur, poterunt uti alio Taly, vel Sanctiſſimæ Crucis, vel Sanctiſſimi Domini Noſtri Jeſu Chriſti, vel Beatæ Virginis, vel alia quavis Religioſa imagine ornato.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi de Tournon, quamvis Miſſionarii aſſerant, nunquam permiſiſſe geſtationem dicti Taly.*

Septimum Dubium — *An, & quomodo prædictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Et cum ſuperſtitione non careat Funiculus centum, & octo filis compoſitus, & croceo ſucco delinitus, quo plerique dictum Taly appendunt, prohibemus etiam dictorum filorum numerum, & unctionem.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi de Tournon.*

Octavum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Cæremoniæ etiam Nuptiales juxta harum Regionum morem tot ſunt, tantæque ſuperſtitione maculatæ, ut tutius remedium aptari non poſſit, quam eas omnino interdicendo, cum undi-*

undique nonia Gentilitatis labe ſcateant, & difficillimum ſit eas a ſuperſtitioſis expurgare. At vero, ut faciliori converſionum via, & Neophitorum commodo, quantum fieri poteſt, in Domino indulgeamus, Miſſionariis, & præcipue Miſſionum Superioribus injungimus, ut novis adhibitis diligentiis, ſeverioriquc salsulo, ſuperſtitioſa omnia a dictis cæremoniis expurgent, itaut nihil inultum relinquatur, quod Chriſtianam pietatem offendat, & Gentilium ſuperſliſionem redoleat, & ſignanter præter eas, quas audivimus jam ſtatutas in hac Materia ab iiſdem Miſſionariis reformationes, ramus Arboris Areſciomara omnino auferatur, ferculorum numerus non minus, ac cibi præſcripta qualitas varietur; Circuli ſuper caput Sponſorum ad tollenda maleficia omittantur; & quod de ferculis diximus, de luteis Vaſis ibidem adhiberi ſolitis a nobis dictum, & prohibitum intelligatur.

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon.*

Feria 4 die 22 Julii 1733.

Nonum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Fructus etiam, vulgo dictus Cocco, ex cujus fractione proſperitatis, vel infortunii auſpicia Gentiles temere ducunt, vel omnino a Chriſtianorum Nuptiis rejiciatur, vel ſaltem, ſi illum comedere velint, non publice, ſed ſecreto, & extra ſolemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti ab hujuſmodi auſpiciorum deliramento ſunt immunes.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Dilata.*

Decimum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Nullus rite, & ſufficienter diſpoſitus arceatur a Sacramento Pœnitentiæ, & ſignanter Mulieres menſtruali morbo laborantes, non attentis diebus purificationis juxta morem Gentilium; Cum hæc Sacramentalis vera Animæ purificatio, & non alia ſit attendenda a Chriſtifidelibus, eorumque Paſtoribus, quibus prætcrea non liceat, nec per ſe ipſos, nec per Cathechiſtas, nec per alios quoſcunque dictis Mulieribus prohibere acceſſum ad Eccleſiam, vel ad Confeſſarium durante dicta infirmitate, & dictæ purificationis tempore.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon.*

Undecimum Dubium — *An, & quomodo exequendum ſit dictum Decretum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Dedecet etiam Chriſtianæ Virginis honeſtati prima vice dicto morbo laborantis, illum Cognatis, Vicinis, & Amicis notum facere, & invereeunde publicare, iiſque Ethnicorum more, & ritu in ejus Domum collectis ſuper re tam ſordida Feſtum inſtituere; Quocirca hujuſmodi ſolemnitates, & ritus Orthodoxis Puellis interdicimus, & abolemus, Miſſionariiſque injungimus, ut non ſolum eas, verum etiam Genitores moneant, quam diſſona ſit Virginei pudoris legibus ejuſmodi obſcæna conſuetudo; quæ a Gentilium impudentia videtur inducta, itaut labefactata Puellarum verecundia, eas effrenate ad libidinem provocare valeant.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Quod curent Miſſionarii abolere Feſtum ſub Titulo menſtrui, ſed ſub Titulo Nuptiarum tantum permittant.*

Feria 4 die 9 Septembris 1733.

Nonum Dubium ſupradicta die 22 Julii propoſitum, ſed non reſolutum — *An, & quomodo prædictum Decretum ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Fructus etiam vulgo dictus Cocco, ex cujus fractione proſperitatis, vel infortunii auſpicia Gentiles temere ducunt, vel omnino a Chriſtianorum Nuptiis rejiciatur, vel ſaltem, ſi illum comedere velint, non publice, ſed ſecreto, & extra ſolemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti ab hujuſmodi auſpiciorum deliramento ſunt immunes.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum prædicti Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon.*

Decimumſecundum Dubium — *An, & quomodo Decretum prædicti Eminentiſſimi Cardinalis de Tournon ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Ferre pariter non poſſumus, quod a Medicis Spiritualibus pro Animarum ſalute, ea caritatis officia denegentur, quæ Medici Gentiles Nobilis etiam generis, ſeu caſtæ, pro corporis ſalute præſtare non dedignantur Infirmis, licet abjectæ, & infimæ conditionis, vulgo dictis Parreas, & vilioris, ſi adeſſent generis hominibus, deſideranda relinquatur in infirmitate copia Confeſſarii, & ne ingraveſcentibus morbis, cum graviſſimo vitæ corporalis periculo, æternæ conſulere cogantur, iiſdem Miſſionariis præcipimus, ne Infirmos hujuſmodi conditionis ad Eccleſiam deferendos expectent, ſed conſultius, domos ubi ægrotant, pro viribus petant ad eos inviſendos, ac piis ſermonibus, & precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, atque demum eos in extremo vitæ diſcrimine conſtitutos Sancto Infirmorum Oleo deliniant abſque Perſonarum, aut ſexus acceptione, expreſſe damnantes quamcunque praxim huic Chriſtianæ pietatis officio contrariam.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſſimi de Tournon; Præterea monendos Miſſionarios, quod neque ad Baptiſmum, admittant Indos, qui in ea ſunt opinione, Parreas a Deo eſſe reprobatos, & ideo nullam poſſe ſperare ſalutem, niſi eam opinionem depoſuerint.*

Decimumtertium Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum exequendum ſit in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Non ſine maximo animi noſtri mœrore accepimus etiam Chriſtianos Tympanorum pulſatores, Tybicinas, vel alterius cujuſcunque Muſici Inſtrumenti Sonatores, ad Idolorum Feſtivitates, & Sacrificia accerſiri, ad ludendum, & interdum etiam cogi ad quandam ſervitutis ſpeciem erga publicum ab ipſis contractæ per hujuſmodi artis exercitium, nec facile eſſe Miſſionariis, eos ab hoc deteſtabili abuſu avertere; Quocirca conſiderantes, quam gravem rationem eſſemus Deo reddituri, ſi hujuſmodi Chriſtifideles a Dæmoniorum honore, & cultu pro viribus non revocaremus, illis prohibemus, ne in poſterum audeant, nec in Pagodis, nec extra, tum occaſione Sacrificiorum, tum quarumcunque ſolemnitatum ſuperſtitioſo cultu imbutarum, ſonare, aut canere ſub pœna excommunicationis latæ Sententiæ, cum nullo modo liceat Chriſti famulis Belial inſervire; ideoque Miſſionarii non ſolum eos monere tenebuntur de prædicta prohibitione, verum etiam illam omnino executioni*

ni demandare, & contrafacientes ab Eccleſia expellere, donec ex corde reſipiſcant, & publicis pœnitentiæ ſignis patratum ſcandalum emendaverint.

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſsimi Cardinalis de Tournon.*

Decimumquartum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum exequendum ſit in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Declaramus præterea Pontificiam Conſtitutionem Gregorii Papæ XV, incipien.* — Romanæ Sedis Antiſtes — *Ad petitionem PP. Societatis Jeſu editam, qua indigenis Chriſtifidelibus lavacra non alia occaſione, & fine, quam corporis reficiendi, & a naturalibus ſordibus mundandi ab Apoſtolica Sede permittuntur, interdictis tempore, & modo, quibus a Gentilibus adhiberi ſolent, æque afficere Evangelicos Operarios, quibus propterea non liceat ſub quacunque alia cauſa, & fine, etiam ad effectum, ut exiſtimentur Saniat, ſeu Brachmanes, præ ceteris dediti hujuſmodi ablutionibus, illis uti præſertim Ilutatis eorum horis, & ante, vel immediate poſt quamcunque Sacram functionem.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſsimi Cardinalis de Tournon.*

Feria 4 die 16 Septembris 1733.

Decimumquintum Dubium — *An, & quomodo Decretum Cardinalis de Tournon ſit exequendum in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Cineres itidem ex Vaccæ ſtercore confectos, & impiam Gentilium Pœnitentiam a Rutren inſtitutam redolentes, benedicere, eoſque fronti Sacro Chriſmate delinitæ impingere, ſive quæcunque alia ſigna albi, vel rubei coloris, quibus Indi ſuperſtitioſiſsimi in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deferre prohibemus, mandantes, ut Sanctæ Eccleſiæ conſuetudo, piique ritus Cineres benedicendi, illiſque Chriſtianorum caput Cruce ſignandi ad humanæ infirmitatis memoriam recolendam religioſe ſerventur tempore, ac modo ab Eccleſia præſcripto, ſcilicet* Feria 4 Cinerum, *& non alias.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Confirmandum eſſe Decretum Eminentiſsimi Cardinalis de Tournon, ſervata in omnibus Conſtitutione Gregorii XV edita die 31 Januarii 1623, quæ incipit:* Romanæ Sedis Antiſtes.

Præterea Eminentiſsimi dixerunt — *Quod fiat Decretum, quo imponatur Miſsionariis, cujuſcunque Ordinis, etiam Societatis Jeſu, in Partibus Infidelium degentibus, ne audeant permittere Ritus, vel conſuetudines proprias Gentilium, nec illos, aut illas proprio arbitrio vertere in Ritus, vel conſuetudines Chriſtianæ Religionis inconſulta S. Sede; & Miſsionarii meminerint præceptionis Alexandri VII in ſua Conſtitutione incipien.* — Sacroſanct. *in 46 ſequentibus verbis expreſſæ — Ne ob Inſtructionis defectum, qui Sacro Baptiſmate initiantur, immaculatam Chriſti legem profanis, ac gentilitiis Inſtitutis ex Ignorantia fœdent, ac Idololatriam cum Orthodoxa Fide confundant, ut ſæpe inibi evenire enunciatum eſt; Caveant ii, qui iiſdem inſtruendis incumbunt, ne in poſterum ullus ad Baptiſma admittatur, qui gentilitios mores prorſus non exuerit, & in fide non ſit ſufficienter inſtructus*

Decimumſextum, & ultimum Dubium — *An, & quomodo dictum Decretum exequendum ſit in ea parte, quæ eſt tenoris ſequentis — Et demum quia ex librorum de falſa Religione, & de rebus obſcœnis, & ſuperſtitioſis tractantium lectura venenum, ut plurimum, ſerpere ſolet ad cor Fidelium, quo non minus Fidei puritas offenditur, quam mores corrumpuntur, magnopere commendantes zelum, ac ſtudium Miſsionariorum, qui libros Sacram Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, rerumque Sacrarum monumenta continentes pro Indorum Chriſtifidelium eruditione in linguam Malabaricam, ſeu Tamulicam tranſtulere, vel novos pro illorum commodo, & inſtitutione compoſuerunt, iiſdem Chriſtifidelibus expreſſe interdicimus fabuloſos Gentilium libros, eoſque legere, & retinere prohibemus ſub pœna excommunicationis latæ Sententiæ, niſi prius habita licentia Parochi, ſeu Miſsionarii curam Animarum exercentis, quorum prudentiæ committimus facultatem ſuper hoc diſpenſandi, & libros (ſi qui forte ſunt) noxia ſuperſtitione vacuos, & nihil contra bonos mores tractantes, pro Chriſtianorum uſu ſeligendi, eorumque lecturam permittendi.*

Eminentiſſimi dixerunt — *Servandum eſſe Decretum Eminentiſsimi Cardinalis de Tournon.*

Quibus Dubiis, & eorum reſolutionibus Nobis per Venerabilem Fratrem Archiepiſcopum Damiatæ Congregationis Sancti Officii Aſſeſſorem relatis, Reſolutiones ipſas plene approbantes, cuncta ea, quæ juxta earum tenorem confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, ac in nonnullis remittenda viſa ſunt, reſpective confirmavimus, moderavimus, declaravimus, & in nonnullis remiſimus: Quocirca, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Vobis injungimus, mandamus, ut pro ſingulari veſtra in Nos, atque hanc Sanctam Sedem reverentia quæcunque per haſce noſtras literas de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, vel confirmata, vel decreta, aut præſcripta ſunt, ſanctiſſime cuſtodiatis, atque ab omnibus ſervanda ſtudioſiſſime curetis: Obſecrantes vos in Domino per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ut controverſiis jam remotis, & omnino evulſis, alacres, atque animi noſtri ſenſibus concordes, ſtudia, & labores veſtros in Animarum ſalutem, quæ præſtantiſſimus veſtræ vocationis eſt finis, pro viribus conferatis. Atque vobis Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Auguſti MDCCXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Pro Archiepiſcopo Emiſſeno,

Joannes Vincentius Lucchesinius.

1. *Archivo.*) In quo varia exemplaria, Typis Rev. Cam. Apoſt. Romæ edita.

Revo-

Anno 1735 Die 26 Septembris.

Revocatio, annullatio, & caſſatio duarum Epiſtolarum Paſtoralium bon: me: Franciſci Epiſcopi Pekinen. nuper defuncti, die VI Julii, & XXIII Decembris 1733 circa Ritus Sinenſes editarum.

LXXVII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S P A P A XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

APoſtolicæ ſolicitudinis nobis divinitus commiſſæ ratio Nos admonet, ut ea quæ Chriſtianæ Religionis, Catholicæque fidei propagationi, ac incrementis, quacunqne ratione obſiſtere poſſe dignoſcuntur, quantum Nobis ex alto conceditur, recidere, ac e medio tollere ſtudeamus. Cum itaque, ſicut ad Apoſtolatus noſtri notitiam pervenit, occaſione binarum Epiſtolarum, quas Paſtorales vocant, bo.mem. Franciſci, dum viveret, Epiſcopi Pekinen. nuper defuncti, die VI Julii, & XXIII Decembris anni MDCCXXXIII circa Ritus Sinenſes editarum, graves in Imperio Sinarum inter Apoſtolicos illarum partium Miſſionarios exortæ fuerint diſſenſiones, quæ uberes fructus, quos S. Mater Eccleſia ex aſſiduo operariorum in illam Agri Dominici partem miſſorum labore præſtolatur, impedire, aut morari poſſent. Nos, ut priſtina inter eoſdem Miſſionarios pax, & animorum concordia, ſublatis quibuſvis diſſidiis, reſtituatur, de opportuno in præmiſſis remedio providere volentes, ac Epiſtolarum prædictarum tenores, & alia quæcunque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & exacte ſpecificatis habentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui juſſu noſtro Epiſtolas ipſas ſedulo, ac diligenter examinarunt, conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, binas memorati Franciſci Epiſcopi Pekinen. Epiſtolas Paſtorales præfatas, ac pœnas, & alia quæcunque in eis contenta, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocunque ſecuturis, penitus, & omnino, nulla, invalida, & irrita, nulliuſque prorſus roboris, & momenti eſſe, & perpetuo ſore, tenore præſentium declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie, itidem perpetuo revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu, penitus, & omnino vacuamus, ac pro ravocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus; Nobis inſuper, & Apoſtolicæ Sedi reſervantes facultatem Chriſtifidelibus in eodem Regno degentibus aperiendi noſtram, & dictæ Sedis mentem poſt maturam itidem habitam deliberationem ſuper aliis rebus, quæ hujuſmodi materiam reſpiciunt. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis ad quos qnomodolibet ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, præſertim vero Archiepiſcopis, Epiſcopis, Vicariis, Pro-Vicariis, & Miſſionariis Apoſtolicis, tam Secularibus, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regularibus, in ſupradicto Sinarum Regno, nunc, & pro tempore exiſtentibus inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſsis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios, alioſque quoslibet quaeunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra, adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Septembris MDCCXXXV, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo varia exemplaria.

Ne

Neceſſarias, & opportunas facultates Nuncii Apoſtolici Fratri Petro Epiſcopo (1) Abulenſi ſe dediſſe, eidem declarat. Anno 1735 Die 9 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Venerabili Fratri Petro Epiſcopo Abulenſi. LXXVIII.

CLEMENS PP. XII.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Nos hodie per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas Fraternitati tuæ, de cujus ſingulari prudentia, Sacerdotali zelo, ac pietate, & laudabili erga Nos atque hanc Sanctam Sedem obſervantia, ac ſtudio, præclare ſemper ſenſimus, Apoſtolici apud Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Philippi (3) Hiſpaniarum Regis Catholici Majeſtatem Nuncii, donec alius a Nobis deſignandus Ordinarius noſter, atque ejuſdem Sanctæ Sedis Nuncius ad Hiſpanias appulerit, facultates opportunas, & neceſſarias dederimus; de Apoſtolicæ providentiæ noſtræ judicio Fraternitatem tuam certiorem facientes, hortamur, & poſcimus, ut hinc plane intelligas, quanta Nos in exiſtimatione habeamus, tanta Te cum fide, ſedulitate, & ſapientia, miniſterii, tuæ Fraternitati injuncti, partibus accurate explendis eſſe adlaboraturum. Quot autem non levibus rationum momentis ad id integerrime præſtandum Fraternitas tua, tot nominibus huic Sanctæ Sedi obſtricta, impellatur, replicare non ſinit ipſa tua virtus, in multis a Nobis probata, meritiſque laudibus ſæpe affectas hoc vero, ut tibi perſuadeas, non omittimus, per Nobis gratam ſemper fore, acceptamque omnem Fraternitatis tuæ operam, in hanc rem deinde conferendam; ac nullam Nos eſſe paſſuros elabi occaſionem, qua Tibi, ubi opportunitas aderit, reipſa gratificemur. Interea auſpicem cæleſtis præſidii, & muneris a Te fauſte, feliciterque obeundi, eſſe cupimus Apoſtolicam Benedictionem, quam Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die IX Septembris MDCCXXXV, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Epiſcopo*.) Is eſt Illuſtriſſimus Dominus Frater Petrus de Ayala, cujus præclaras dotes Summus Pontifex dignis laudibus ornat. Ejuſdem memini *Tomo VI pag.* 710. Apoſtolici Nuncii munus obiit egregie, Vigilantiſſimi vero Paſtoris partes implevit diligentia tanta, ut ubi primum de Abulenſi Sede dimittenda cogitavit Præſul ampliſſimus, mirum, quantus omnium mœror fuerit. Sed de his alias. Vivit enim Præſulis inconcuſſa modeſtia: & religioſæ quietis avidus, eadem fruitur degens in Cœnobio Fratrum Prædicatorum noſtræ Dominæ Turris Mombeltranenſis in Abulenſi Diœceſi.

2. *Archivo*.) In quo exemplar.

3. *Philippi*.) Hujus nominis Quinti.

Ne Sacra ſupellex extrahatur ex Eccleſia Tauromenienſis (1) Conventus. Anno 1738 Die 9 Auguſti.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CLEMENS PAPA XII. LXXIX.

Ad Futuram Rei Memoriam.

COnſervationi, & manutentioni paramentorum, & ornamentorum Eccleſiæ ſub invocatione Annunciationis B. Mariæ Virginis Oppidi, Civitatis nuncupati, de Taormina, Meſſanenſis Diœceſis, Ordinis Prædicatorum, quantum eum Domino poſſumus, benigne conſulere, ac dilectos Filios Priorem, & Fratres dicti Conventus ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cetero quiſquam, quavis auctoritate, vel ſuperioritate fungens, vaſa, calices, candelabra, & alia paramenta, & ornamenta, ac ſupellectilia ſacra quæcunque, tam ex auro, & argento, quam ex alia quacunque materia confecta Eccleſiæ hujuſmodi per quoſcunque Chriſtifideles hactenus quomodolibet donata, & aſſignata, ſeu in poſterum donanda, & aſſignanda ex hujuſmodi Eccleſia, ſive ex illius Sacriſtia extrahere, & aſportare, ſive ut extrahantur, ſeu commodentur permittere quovis prætextu, aut quæſito colore, cauſa, ingenio, ratione, vel occaſione audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nemo niſi a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo conſtitutus obtinere queat, & quoad Regulares, etiam privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnia, per contrafacientes eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Conventus, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ Eccleſiæ, ſeu illius Sacriſtiæ, aut in aliquo alio loco conſpicuo ubi ab omnibus cerni, & legi poſſit contiguo affixum remaneat. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IX Auguſti MDCCXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Pro Domino Cardinali Paſſioneo

Caetanus Amatus.

1. *Tauromenienſi*.) Juris eſt Provinciæ Trinacriæ, ſeu Siciliæ, cui ſapienter præeſt *R. A. P. Magiſter F. Pancratius Aloyſius Zi*, Conventus Tauromenienſis alumnus, Ejuſdem clariſsimi Viri rogatu, conceſſum fuit hocce Diploma, Ipſius, gratus, & memor eo libentius memini quo majus ſtudium ponit, dum Provinciam ſibi commiſſam luſtrat, in exquirendis quæ deſiderantur Apoſtolicis Conſtitutionibus.

2. *Archivo*) In quo exemplar ex autographo Tauromenienſi.

Anno 1738 Die 5 Decembris.

De Feſto B. Benedicti XI celebrando.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXX.

P E R U S I N A

Conceſſionis Officii, & Miſſæ in honorem B. Benedicti Papæ XI Ordinis Prædicatorum.

POſt admiſſam a Sacrorum Rituum Congregatione, & ſubinde manu Sanctiſſimi D. N. Clementis Papæ XII feliciter regnantis ſignatam Commiſſionem introductionis Cauſæ Canonizationis B. Benedicti PP. XI Ordinis Prædicatorum, & ſucceſsive etiam, nempe die 21 Aprilis 1736, annuente eodem Sanctiſſimo die 24 ejuſdem menſis, & anni, confirmatam Sententiam per clar. memor. Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Anſideum Epiſcopum Peruſinum latam, ſuper cultu publico ab immemorabili tempore prædicto B. Benedicto XI exhibito, ſive ſuper caſu excepto a Decretis fel. record. Urbani Papæ VIII, humiliter eidem Sac. Rituum Congregationi ſupplicarunt Reverendiſſimi Epiſcopi Peruſinus, & Tarviſinus, necnon etiam Reverendiſſimus Pater Thomas Ripoll Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum, ut in poſterum ſingulis annis in honorem præfati Beati die ſeptima Julii, Anniverſaria illius obdormitionis in Domino, tum in toto dicto Ordine Prædicatorum, cui idem Beatus nomen dedit, tum in Civitate, & Diœceſi Tarviſina, ubi ortum habuit, tum denique in Civitate, & Diœceſi Peruſina, ubi ad Superos evolavit, recitari poſſet Officium, & celebrari Miſſa de communi unius Confeſſoris, & Pontificis cum Oratione propria ſub ritu duplici ab omnibus tam Secularibus quam Regularibus utriuſque ſexus, qui ad horas Canonicas tenentur: Relataque hujuſmodi inſtantia per Eminentiſsimum, & Reverendiſsimum D. Cardinalem Gotti Ponentem Sacra eadem Congregatio, audito prius in ſcriptis, & in voce R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, Officium, & Miſſam cum infraſcripta Oratione propria a dicto Eminentiſsimo D. Cardinale Ponente reviſa, & approbata in honorem memorati B. Benedicti XI, juxta petita concedi poſſe cenſuit: ſi Sanctiſsimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die 29 Novembris 1738.

O R A T I O.

Deus, qui B. Benedictum Pontificem tuum benedictionis tuæ gratia ſublevaſti ad Cælum, populum tuum quæſumus nova benedictione ſanctifica, & a cunctis malis imminentibus, ejus meritis, & precibus, tua nos virtute defende. Per Dominum &c.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctiſsimo D. N. relatione Sanctitas Sua benigne annuit. Die 5 Decembris ejuſdem anni 1738.

Fr. Jo: A. Card. Gnadagni Pro-Præfectus.

Loco ✱ Sigilli.

Thomas Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius.

1. *Archivo*.) In quo autographum. Huc ſpectat ſequens Epiſtola:

In Dei Filio ſibi dilectis Fratribus ac Sororibus Ordinis Prædicatorum.

Fr. Thomas Ripoll Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius ejuſdem Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & Servus, Salutem, & immortalem Deo gratulationem.

DUra nimis, ac ſupramodum infelix eſſet conditio noſtra, Fratres dilectiſsimi, ſi ſemper dolendum foret, ſemperque lugendum. Sumus quidem per ſummam calamitatem in miſerrima lacrymarum valle conſtituti: ubi frequentia occurrunt argumenta dolendi: nihilominus diſtinguuntur in ea juxta ſapientis monitum diverſa tempora, quædam ſcilicet, quibus flendum eſt, alia vero, quibus lætari, & exultare non prohibetur. Quamobrem ſi contriſtati eſtis, quia nuper nunciantes vobis obitum Reverendiſſimi Patris Fratris Joannis Benedicti Zuanelli Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri grave præbuimus argumentum doloris, atque mœſtitiæ: hodierna die feliciori ſorte nunciamus vobis, qua ratione conſolari, & gaudere valeatis. Id aperte percipietis ex Apoſtolico Decreto, quod vobis tranſmittimus, conceſsionis videlicet Officii, & Miſſæ cum Oratione propria B. Benedicti Papæ XI qui fuit Nonus Magiſter Generalis Ordinis noſtri. Ex hoc fauſtiſſimo nuncio non dubitamus, ingenti lætitia perfuſum iri cor veſtrum: ſiquidem nihil jucundius, nihilque glorioſius nobis contingere poterat, quam quod Ordo noſter ex quatuor Summis Pontificibus, quos habuit, jam duos videat Sacris Aris datos publica veneratione colendos.

Conſiderantes itaque, quanta hinc gloria nobis accreſcat, conſolamini Fratres cariſſimi, & plurimum in Domino gaudete: neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, ubi tam juſta eſt gratulandi ratio, & lætandi: ſcientes autem, quod quanto magis creſcunt accepta beneficia, tanto magis debent etiam creſcere gratiarum actiones, plurimas & ſine intermiſsione rependite gratias Omnipotenti Deo, qui novis ſemper beneficiis nos augere non deſinit, & cumulare.

Dum vero Feſtum hoc in honorem B. Benedicti PP. XI Ordinis noſtri pro prima vice celebrabitis die ſeptima Julii, qua die pro hac

prima

prima vice conceſſa eſt Indulgentia Plenaria, omnibus fidelibus, qui confeſsi, ac ſacra communione refecti, viſitabunt Eccleſias Ordinis noſtri, prout in annexo exemplari compertum habebitis: id agite omni majori, qua par eſt, ſolemnitate, ut hoc pacto, & debitum veſtrum obſequium, & juſtum etiam veſtrum gaudium publica ſignificatione comprobetur. Et quoniam in poſterum celebrandum erit quotannis Feſtum hoc præfata die ſeptima Julii, qua idem Beatus Benedictus obdormivit in Domino, idcirco mandamus vobis, ut in noſtro Martyrologio eadem die ſeptima Julii deſcribatis ſequentia verba — *Peruſii B. Benedicti XI Papæ, & Confeſſoris, qui fuit Nonus Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum. Feſtum Duplex.*

Hortamur inſuper vos, ut noſtrum hunc Beatum Pontificem Benedictum XI ſumma veneratione colatis, eundemque dignis honoribus proſequamini, digniſque laudibus extollatis, ut fideles ad implorandum ejus patrocinium excitentur. Quod ſi, Deo dante, ad ejuſdem Beati invocationem, & interceſsionem aliquod novum contingeret miraculum: Nos abſque ulla cunctatione per claram, & fidelem, totius facti narrationem certiores facite, ut, omnibus mature perpenſis, quid ulterius agendum ſit, præſcribamus. Valete, Noſque in orationibus, & ſacrificiis veſtris habete commendatos, ut quæ pro ampliori cultu hujus noſtri Beati Pontificis aſsidue meditamur, poſsimus, adjuvante Domino, feliciter complere. Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ ſuper Minervam die 17 Decembris Anno 1738.

Fr. Thomas Ripoll
Magiſter Ordinis.

Indulgentia pro Feſto B. Benedicti XI primum celebrando.

Anno 1738 Die 23 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXXI.

C L E M E N S PP. XII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia caritate intenti, ac ſupplicationibus dilecti filii Thomæ Ripoll Magiſtri Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſsis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcunque Conventuum, ac Domorum Regularium Fratrum dicti Ordinis ubicunque locorum exiſtentibus, die ſeptima menſis Julii a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſsionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus pro unica vice valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſsione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum, recipiatur, præſentes nullæ ſint, quodque præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIII Decembris MDCCXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

D. Card. Paſſioneus.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

De Miſſa celebranda in privato Oratorio Tertiariarum Faventin.

Anno 1739 Die 16 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Venerabili Fratri Epiſcopo Faventin.

LXXXII.

C L E M E N S PAPA XII.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Chriſto filiæ Tertiariæ Ordinis S. Dominici Civitatis Faventin. communiter viventes, quod interdum evenire ſolet, ut earum aliquæ infirmæ, & convaleſcentes exiſtant, pro illarum ſpirituali conſolatione Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in privato earum Domus Oratorio celebrari facere poſſe plurimum deſiderant: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſsis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictas Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut, veris exiſtentibus nar-

narratis, eiſdem Exponentibus, ut ipſæ ad ſeptennium proximum tantum in privato Domus ſuæ in Civitate Faventin. exiſtente Oratorio, ad hoc decenter muro extructo, & ornato, ſeu extruendo, & ornando, ab omnibus domeſticis uſibus libero, per te prius viſitando, & approbando, ac de tui licentia arbitrio tuo non tamen ultra ſeptennium præfatum duratura, unam Miſſam in ſingulis anni feſtivitatibus de præcepto, dummodo tamen infirmæ, & convaleſcentes reperiantur, per quemcunque Sacerdotem a Te approbatum Secularem, ſeu de Superiorum ſuorum licentia Regularem, ſine tamen quorumcunque jurium Parochialium præjudicio, in infirmarum, & convaleſcentium, illiſque inſervientium duntaxat præſentia celebrari facere libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate noſtra Apoſtolica arbitrio tuo concedas, & indulgeas. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod aliæ præter ſupradictas ibidem Miſſæ hujuſmodi intereſſentes ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſia diebus feſtis de præcepto minime liberæ cenſeantur. Ceterum per præſentes non intendimus ſupradictarum Tertiariarum inſtitutum in aliquo approbare. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVI Februarii MDCCXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

D. Cardinalis Paſſioneus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo Faventin.

Anno 1739 Die 13 Maii.

Pro Miſſionibus Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi.

Ex Archivo (1) Ordinis.

LXXXIII.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis in Regnis Indiarum Orientalium Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi.

C L E M E N S PP. X I I.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Continere labia noſtra non poſſumus, quin vos, Venerabiles Fratres, Apoſtolica voce iterum alloquamur. Moleſte Nos, imo graviter, ferre uſque adhuc certam denunciationem minime accepiſſe, qui tandem exitus contigerit noſtris Literis, quas die 24 Auguſti 1734 Vobis, & Miſſionariis iſthic commorantibus dedimus. Sane taciturnitas hæc curarum, & anguſtiæ noſtro paterno erga vos amori cauſa eſt, tum & maxime quia, incertæ licet, ſparſæ hic ſunt voces, eaſdem noſtras Literas, & Decreta in publicum ab omnibus minime poſita fuiſſe, nec exacte, prout oportet, adimpleri, quin non deeſſe aliquos, qui diverſa opinantes, ac loquentes adducunt diſcipulos poſt ſe. Quare primum Fraternitates veſtras ex animo requirimus, ut quomodo iſthic res ſe habeat, quamprimum renuncietis, ne longior tarditas acerbiorem Nobis afferat moleſtiam; deinde firma ſpe ducimur, zelo Dei vos impellente, in doctrina ſana nobiſcum exurgere in eos, qui contradicunt, ut memores officii, cui ſe addixerunt, ſedulo caveant, ac diligenter proſpiciant, ne culpa eorum — *Gentes iſtæ ſint timentes Dominum, ſed nihilominus, & Idolis ſuis ſervientes* — Hac
Reg.4. 17. 41. de cauſa alteras miſimus Literas Fraternitatibus veſtris, atque Miſſionariis, quibus gravioribus ſub pœnis demandamus, ut noſtræ voluntatis ſenſibus, & Decretis obediant, & opere compleant. Ne vero, ut hactenus, unus alterum incuſet, & Nos qui licet præſentes iſthic ſpiritu, corpore tamen abſentes, ſuſpenſos incerti nuncii diu retineant, juramentum ab unoquoque ex Miſſionariis propria manu ſubſignandum, expetere duximus, quo quiſque profiteatur Noſtris juſſionibus promptam, atque exactam præſtare obedientiam, prout latius in iiſdem literis continetur. Hoc etſi tuto Nobis polliceamur pro omnium pietate, & religione; attamen plurimum collatura erit Fraternitatum veſtrarum exempli auctoritas, quoties idem juriſjurandi ſacramentum, in certum erga S. Sedem, & in Nos obſequii veſtri teſtimonium præſtitiſſe, atque Nobis miſiſſe, vos intelligant, prout in Domino etiam, atque etiam obteſtamur. Porro hanc unam eſſe detegendæ veritatis viam, unum præſidium ad obſtruendum os loquentium iniqua, voſmet facile cognoſcere non dubitamus: quare Pontificiam voluntatem, ceteroquin in vos propenſam, magis, magiſque vobis devincietis, ſi induſtriæ, cogitationi, ſtudio denique veſtro, vim addatis exemplo, nec ſane veremur, quin eam reverentiam, quam ſuſcipientes Epiſcopale munus huic S. Sedi, & Apoſtolicis mandatis ſpopondiſtis, hac tamen opportuna occaſione explicaturi luculentius eritis, ut quos ad juramentum proferendum vos adire obſtringimus, ex facto etiam veſtro obedire præceptis noſtris arctius impellantur, ac vobis, Venerabiles Fratres, in perpetuum amoris Noſtri pignus Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Maii MDCCXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Jo. Vincentius Luccheſinius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum Typis Rev. Cam. Apoſtolicæ.

Pro

Digitized by Google

Pro Miſſionibus Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi. Anno 1739 Die 13 Maii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis filiis Epiſcopis, & Apoſtolicis Miſſionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurenſi, Mayſſurenſi, & Carnatenſi. LXXXIV.

C L E M E N S P A P A XII.

Venerabiles Fratres, dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Concredita Nobis Dominici Gregis cura continuo Nos urget, in id præcipue, & tota ſollicitudine incumbere, ut ab iis maxime, qui ſortiti ſunt partem Miniſterii hujus, & in lucem Gentium ſunt miſſi, erga S. Sedem, ac Apoſtolica mandata filiale obſequium exhibeatur, atque Fidei dogmata, ſacroſque Eccleſiæ ritus, & ipſi intemerate retineant, & alios edoceant, ut quos locorum immenſa ſpatia a Petri Sede longe disjungunt, eos tamen Fides eadem in unitate Spiritus, & doctrinæ conglutinet. Alias itaque per ſimiles literas noſtras ſub datum XXIV Auguſti MDCCXXXIV incipien. = *Compertum, exploratumque* = Fraternitates veſtras, omneſque Miſſionarios eo majori, quo potuimus, Paterno caritatis affectu requiſivimus, & declaravimus, quam impenſe exoptaremus, ut qui in Regnis iſtis Chriſti Fidei veritatem agnoſcentes convertuntur, ſuperſtitioſos Gentilium ritus omninu abjicerent, atque averſarentur, ne habeantur, & ipſi ad inſtar eorum, qui = *Cum* Reg. 4. 17. 33. *Dominum colerent: Diis quoque ſerviebant juxta conſuetudines Gentium* = utque in re tanti momenti nulla eſſet offendiculi occaſio, auditis Theologorum, ac præſertim Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium per univerſam Chriſtianam Rempublicam Generalium Inquiſitorum, ſuffragiis, plura, juxta dubia tunc propoſita, provide ſtatuimus, & a Miſſionariis obſervanda præſcripſimus; Quorum omnium in Nos obſervantia, ac ſtudium amplificandæ Fidei in certam ſpem Nos erigunt, ut pari contentione pro viribus obtemperare ſatagant, nec ullus erit, qui deteſtabili indulgentia aliter fieri poſſe cogitet, & veluti infideles filii = *Peccare eos faciant peccatum ma-* Reg. 4. 17. 21. *gnum* = Sane etſi hiſce mediis muneri noſtro ſatisfeciſſe, ac ſine ſolicitudine eſſe ſuaderent; attamen rei momentum, a qua Fidei puritas, atque integritas pendet, nunquam hanc in Nobis curam delebit, niſi ad magnitudinem negotii opportuniora ſemper comparemus remedia. Quare Fraternitatibus veſtris, & Miſſionariis omnibus, quibus prædictas noſtras literas direximus, ſive Seculares, ſive Regulares cujuſcunque Religionis, Congregationis, Inſtituti, Societatis, etiam Jeſu, fueritis, demandamus, & præcipimus, ut omnia, & ſingula, quæ in dictis noſtris literis continentur, integre, exacte, ac inviolabiliter obſervetis, atque ab eis, quorum cura ad vos ſpectat, remota penitus quavis aliter interpretandi poteſtate, adamuſſim obſervari faciatis, in virtute ſanctæ obedientiæ ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & reſpective excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nemo veſtrum a quoquam, præterquam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, excepto tantum mortis articulo, abſolvi poſſitis; Et quoad Regulares inſuper privationis vocis activæ, & paſſivæ etiam ipſo facto, & ſine ulla alia declaratione incurrendæ. Itidem ſub iiſdem pœnis, & cenſuris pari auctoritate præcipimus, & mandamus, ut omnes, & ſinguli, qui ab hac Sancta Sede, ſive ab eorum reſpective ſuperioribus ad iſta Regna ſacris obeundis Miſſionibus miſſi eritis, ſtatim ac de hiſce literis noſtris certiores facti fueritis, vel quavis alia denunciatione de illis notitiam habueritis, juramentum præſtetis, integre, exacte, ac omnimode implere, quæ provide a Nobis in iiſdem literis conſtituta fuerunt, neque illis ulla in parte quovis ſub prætextu contraire. Illis etiam, qui quandocunque hoc munus ſuſcepturi erunt, mandamus, ac præcipimus ſub iiſdem omnibus cenſuris, & pœnis, ut nullo pacto audeant, vel minimum actum explere, niſi antea & ipſi juramentum prædictum præſtiterint, quin nec tanquam Presbyteri Seculares ab Ordinariis Locorum deputati, ſeu veluti ſimplices Religioſi, vel quovis alio titulo, & nomine Chriſtifidelium Confeſſiones excipere, Conciones habere, aut Sacramenta miniſtrare, ſed omni prorſus careant poteſtate, derogando quibuſvis privilegiis ſibi ipſis, aut veſtræ reſpective Religioni, Ordini, Congregationi, & Societati, etiam Jeſu, ſpecialiter, aut generaliter a Nobis, & a Prædeceſſoribus noſtris quacunque ex cauſa conceſſis. Juramenta prædicta Seculares Miſſionarios coram Locorum Ordinariis, Regulares coram Superioribus, vel Apoſtolicis Vicariis præſtare demandamus. Vicarios vero ipſos, & Superiores in manibus Epiſcoporum. Nec eadem tantum verbo proferre, ſed ſcripto juxta formam per Nos præſcriptam, & infra adnotandam, ac propria manu ſubſignare teneamini ſub iiſdem cenſuris, & pœnis. Hoc etiam juramentum præſtandum fore mandamus, ac requirimus ab illis, qui ad Epiſcopale munus ab hac Sancta Sede promoveri meruerint, vel ipſomet die, quo in manibus Epiſcoporum ſolemnem emiſſuri erunt Fidei profeſſionem, vel in actu eorum conſecrationis. Quorum juramentorum ſubſignata exemplaria, relicta illhic in Archivis authentica copia, ad Congregationem de Propaganda Fide per Epiſcopos, & Superiores Regulares reſpective tranſmitti volumus, a qua ad illam S. Officii remittantur, ut ſint obſequii erga Nos, noſtraſque juſſiones, puritatis, integritatiſque Fidei veſtræ monumenta. Ne vero tam literarum noſtrarum ſub prædicta die XXIV Auguſti MDCCXXXIV, quam præſentium ullus ignorantiam allegare valeat, hortamur Fraternitates veſtras, ac in Domino obteſtamur, ut quo primum illas, atque præſentes receperitis, ſtatim publicare faciatis, ac ad ſingulos Miſſionarios, ſive Seculares, ſive Regulares fuerint, ſub veſtra reſpective juriſdictione degentes, eaſdem tranſmittatis. Hoc ipſum præcipimus Apoſtolicis Vicariis, aliiſque Regularium Superioribus. Contrafacientes, vel negligentes declaramus incurrere ipſo facto pœnam ſuſpenſionis ab exercitio

Pon-

Pontificalium, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ; Regulares autem excommunicationis latæ ſententiæ, privationis officiorum, & vocis activæ, & paſſivæ.

Formula autem juramenti, ſicut præmittitur, a Miſſionariis præſtandi, eſt, quæ ſequitur, videlicet: *Ego N. Ordinis N., ſeu Societatis Jeſu Miſſionarius ad Regnum N., vel ad Provinciam N. in Indiis Orientalibus a Sede Apoſtolica vel a meis Superioribus, juxta facultates eis a Sede Apoſtolica conceſſas, miſſus, vel deſtinatus, parendo præcepto Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Clementis XII per literas Apoſtolicas in forma Brevis datas die XIII Maii anno MDCCXXXIX injuncto omnibus Miſſionariis in dictis Miſſionibus, præſtandi juramentum fideliter ſervandi diſpoſitionem Apoſtolicam circa ritus Malabaricos ad formam literarum Apoſtolicarum in forma Brevis ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri die XXIV Auguſti MDCCXXXIV incipien. = Compertum, exploratumque = mihi per integram ejuſdem Brevis lecturam optime noto promitto, me plene, & fideliter pariturum, illudque exacte, integre, abſolute, & inviolabiliter obſervaturum, & abſque ulla tergiverſatione adimpleturum, necnon ad formam dicti Brevis inſtructurum Chriſtianos mihi commiſſos tam in Concionibus, quam in privatis inſtructionibus, ac præſertim Catechumenos, antequam baptizentur, & niſi promittant obſervantiam dicti Brevis, ejuſque diſpoſitionum, & prohibitionum, me ipſos non baptizaturum, prout quoque curaturum omni ſtudio, quo potero, ac omni diligentia, ut ſublatis Gentium cæremoniis, illi a Chriſtianis ſuſcipiantur, & retineantur ritus, quos Catholica Eccleſia pie præſcripſit. Si autem (quod Deus avertat) in toto, vel in parte contravenerim, toties pœnis a Sanctiſſimo Domino Noſtro impoſitis in Decreto, ſeu literis Apoſtolicis, ut ſupra, ſuper præſtatione hujus juramenti, mihi pariter per integram lecturam notis, me ſubjectum agnoſco, & declaro. Ita tactis SS. Evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet & hæc SS. Dei Evangelia.*

Ego N. manu propria.

Formula vero juramenti, ut ſupra, præſtandi ab Epiſcopis, eſt, quæ ſequitur, videlicet: *Ego N. Epiſcopus Civitatis N. memor juramenti a me præſtiti in actu meæ ſolemnis Conſecrationis, quo Romano Pontifici fidem, ſubjectionem, & obedientiam promiſi, tum inſuper eorum, quæ provide ſanxit Clemens XII Pontifex Maximus circa ritus Malabaricos in literis Apoſtolicis in forma Brevis, Epiſcopis, & Miſſionariis uſque ſub die XXIV Auguſti MDCCXXXIV tranſmiſſis, parendo mandatis Sanctitatis Suæ per alias ſimiles literas die XIII Maii anno MDCCXXXIX injunctis, ut in argumentum meæ erga Apoſtolicam Sedem obedientiæ, non minus, quam filialis obſequii me jurisjurandi religione obſtringam, juro, & promitto, me plene, & fideliter eaſdem literas Apoſtolicas ſub dicta die XXIV Auguſti MDCCXXXIV executurum, atque ea, quæ in illis præſcripta ſunt, exacte, integre, abſolute, ac inviolabiliter obſervaturum, curaturum pariter, quantum in me erit, ut ii omnes, qui meæ in Diœceſi Miſſionarii, & Sacerdotes ſunt, vel futuri erunt, illas eodem prorſus modo in omnibus ſervent, atque exequantur, & contra inobedientes, ſi qui fuerint, me proceſſurum ad formam Brevis ſub die XIII Maii anno MDCCXXXIX, ut tandem ſublatis Gentium cæremoniis illi a Chriſtianis recipiantur ritus, quos Catholica Eccleſia pie præſcripſit, ac jugiter ſervat. Utque de hac mea voluntate, juramento, filialique obſequio erga Romanum Pontificem, ejuſque mandata perenne exiſtat monumentum, propria manu me ſubſcribo.* *Ego N. Epiſcopus N.*

Ceterum etſi magna Nobis ſpes ſit, Fraternitates veſtras, & Miſſionarios omnes noſtras voces, & monita excipere diligenter, ac filiali obſequio exequi, curam inſuper, ſolicitudinemque plurimam gerere, ut tam Orthodoxæ Religionis puritati, integritatique, quam Gentium ſaluti adjumento ſitis, omneſque in hanc unicam rem, maximam utique, labores, ſudoreſque conferre, ut tandem, qui Chriſti amplectuntur Fidem, ſuperſtitioſos averſentur ritus, eoſque tantum ſuſcipiant, & retineant, quos Catholica Eccleſia pie præſcripſit, ac jugiter ſervat: attamen pro Paſtoralis Officii debito, ac Paternæ Caritatis ſtimulo iterum, iterumque commonere non deſiſtimus, ne a Paſtorum Principe in cuſtodia Gregis ſui minus vigilaſſe dijudicemur, & vobis interim in auſpicium bonorum omnium Apoſtolicam Benedictionem impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XIII Maii MDCCXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Jo; Vincentius Luccheſinius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum Romæ MDCCXXXIX typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Anno 1739 Die 8 Octobris.

Indulgentia pro Septem feriis ſecundis, Feſtum S. Vincentii Ferrerii præcedentibus; conceſſa viſitantibus ædes ſacras Conventus de Paula.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXXV.

C L E M E N S P A P A XII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias Nos omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum Ordinis Prædicatorum ubicunque exiſten. in Septem feriis ſextis immediate præcedentibus Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, Plenariam in una ex feriis ſextis per eos ad ſui libitum eligenda omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſimus. Inſuper eiſdem Chriſtifidelibus vere pariter pœnitentibus, & confeſſis,

ac

Digitized by Google

ac Sacra Communione refectis aliquam ex dictis Eccleſiis, ut ſupra viſitantibus, & ibidem orantibus, qua feria prædictarum id egiſſent, ſeptem annos, & totidem quadragenas in forma Eccleſiæ conſueta relaxavimus, prout in noſtris literis in ſimili forma Brevis deſuper expeditis die XXVIII Januarii MDCCXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Tertio, quas ad ſeptennium tantum valere voluimus, uberius continetur. Cum autem, ſicut dilecti filii modernus Prior, & Fratres Conventus Sanctiſſimi Roſarii Ordinis Prædicatorum Oppidi, Civitatis nuncupati, de Paula, Cuſentin. Diœceſis, Nobis nuper exponi fecerunt, Chriſtifideles Indulgentias prædictas certis de cauſis minus commode lucrari valeant, illaſque propterea exponentes prædicti per Nos, ut infra, transferri ſummopere deſiderent; Nos ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, Indulgentiam Plenariam in una ex ſeptem feriis ſextis immediate præcedentibus Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii per eos ad ſui libitum eligenda, & Indulgentiam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum in reliquis feriis ſextis hujuſmodi a Nobis, ut præfertur, conceſſam, ad ſeptem ferias ſecundas immediate præcedentes Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii, itaut iidem Chriſtifideles præmiſſa in Eccleſia dictorum exponentium adimplentes, eaſdem prorſus Indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, ſi eadem præmiſſa in ſeptem feriis ſextis immediate præcedentibus Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii adimplerent, quoad Eccleſiam dicti Conventus duntaxat, ſervata tamen in reliquis noſtrarum literarum prædictarum forma, & diſpoſitione, auctoritate prædicta, tenore præſentium, dicto ſeptennio durante transferimus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VIII Octobris MDCCXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

D. Card. Paſſionens.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

De Imaginibus B. Luciæ Narnien. depingendis cum Stigmatibus cruentis, patentibus, & viſibilibus, in manibus, pedibus, & latere. Anno 1740 Die 23 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.* LXXXVI.

M A J O R I C E N.

CUm de Menſe Novembris anni MDCCXXXVIII PP. Ordinis Prædicatorum Conventus S. Dominici Civitatis Palmæ Regni Majoricæ prælo dediſſent quaſdam Concluſiones publice defendendas, ac Beatæ Luciæ de Narnia Moniali ejuſdem Ordinis dicatas cum impreſſione in Fronteſpitio ejus Imaginis Stigmatizatæ, ideſt cum quinque Stigmatibus cruentis, patentibus, & viſibilibus in manibus, pedibus, & latere, quæve in dedicatoria narrabantur, fuiſſe a dicta Beata coram Imagine Chriſti Domini Crucifixi orante, & acerbiſſimam illius Paſſionem meditante, divinitus habita; Inſurrexerunt PP. Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci ejuſdem Civitatis, & Regni, qui prætendentes, vetitum eſſe ſignanter a nonnullis aſſertis Bullis Sixti Papæ IV depingi, & imprimi facere Imagines aliorum Sanctorum, & Sanctarum, Beatorum, & Beatarum, excepta figura S. Franciſci de Aſſiſio cum Stigmatibus abſque licentia, & approbatione Sedis Apoſtolicæ, inſteterunt coram Reverendiſſimo Epiſcopo Majoricen. pro ſuſpenſione dictarum Concluſionum, & Imaginis B. Luciæ, ejuſmodique Inſtantiæ annuens præfatus Epiſcopus die XV Novemb. dicti anni MDCCXXXVIII edidit Decretum ſuſpenſivum earundem Concluſionum, & Imaginum, ſub pœna excommunicationis comminatæ in enunciatis aſſertis Bullis Sixti IV quouſque aliter decideretur per Judices competentes. Interpoſita appellatione ad Sanctam Sedem per PP. Dominicanos a præfato Decreto, Cauſaque delata ad Sacrorum Rituum Congregationem, propoſitum in ea fuit per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Bellugam in Ponentem electum de conſenſu Partium, infraſcriptum Dubium coram eodem prius in contradictorio judicio concordatum, ſcilicet — *An licitum fuerit depingere, & imprimere Imagines B. Luciæ de Narnia Monialis Ordinis S. Dominici cum Stigmatibus cruentis, patentibus, & viſibilibus in manibus, pedibus, & latere, eaſque publice in Eccleſiis, aliiſque locis expoſitas retinere in caſu, & ad effectum, de quo agitur* — eoque plene diſcuſſo, & examinato, ſua jura deducentibus in ſcriptis, & in voce, tum PP. Dominicanis, tum PP. Minoribus Obſervantibus S. Franciſci; Sacra eadem Congregatio unanimi EE. PP. voto reſcribendum eſſe cenſuit — *Affirmative* — Hac die XXIII Januarii MDCCXL.

F. J. A. Card. Guadagni Pro-Præf.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secr.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplaria impreſſa Romæ, typis Rev. Cam. Apoſt. MDCCXL.

APPENDIX

Exhibens alios nonnullos Epiſcopos Ordinis Fratrum Prædicatorum.

INNOCENTIO XII S. PONTIFICE.

F. Reginaldus Cools, ex Epiſcopo Ruremundenſi, ut in Appendice ad Pontificatum Innocentii XI dictum fuit *Tomo VI pag.* 384, Epiſcopus Antuerpienſis, *Anvers*, in Belgio, ſub Mechlinienſi Metropoli. *Ex Belgio Dominicano pag.* 351. Anno 1700.

CLE-

CLEMENTE XII S. PONTIFICE.
EPISCOPI.

Anno 1737. F. Euſebius Ferdinandus Oſcot, Alumnus Hiſpaniæ Provinciæ, Conventus Valliſoletani, Epiſcopus Evanenſis, ſeu Evarenſis, in Phœnicia Lybani, ſub Archiepiſcopatu Damaſceno, Coadjutor Vicarii Apoſtolici Fokienſis, in Sinarum Imperio, cum ſpe futuræ ſucceſſionis. Apoſtolicus ille Vicarius Fokienſis, cujus hic mentio, noſter eſt, Illuſtriſſimus nempe Dominus Fr. Petrus Martyr Sans. In illo Vicariatu præſens aderat die 21 Junii 1738. Pontificias Literas, quibus Epiſcopus renunciatur, accepit Euſebius noſter die 25 Octobris 1738, in Fokienſi Vicariatu degens, ubi præconis fidei partes jampridem eo lætius obibat, quo majus inſtabat ibidem periculum. *Ex Epiſtola die 30 Octobris 1738 ſcripta in Oppido Moy ang, Fokienſis Provinciæ.*

Anno 1738 Die 19 Decembris. F. Archangelus Maria Ciccarelli, ex Archiepiſcopo Lancianen., ut in Appendice ad Pontificatum Clementis XII dictum fuit *Tomo VI pag.747*, Epiſcopus Ugentinus, *Ugento*, in Regno Neapolitano, ſub Hydruntina Metropoli.

Anno 1739 Die 22 Junii. F. Cajetanus Benitez de Lugo Epiſcopus Zamorenſis, *Zamora*, In Hiſpania, ſub Compoſtellana Metropoli. Hiſpaniæ Provinciæ, cujus Alumnus erat, Salmanticenſis Conventus filius, præerat cum renunciatus fuit Epiſcopus. Romæ jam pridem plures annos commoratus, Reverendiſſimi Patris Thomæ Ripoll, Generalis Magiſtri, pro Regnis Hiſpaniarum Socii munus obierat. Variis editis Operibus clarus, ineunte menſe Septembri, die nempe Quarta, vivere deſiit Madriti, cum vix ab uno menſe conſecratus ibidem fuiſſet Epiſcopus die ſecunda Auguſti 1739.

LEGATUS.

Anno 1735. F. Petrus de Ayala, Epiſcopus Abulenſis, Nuncius Apoſtolicus in Hiſpania. Vide *Conſt.LXXVIII pag.505.*

CARDINALES

A Pſeudo-Pontificibus creati, vel noſtris falſo adſcripti.

Anno 1378 Die 18 Decembris. F. Nicolaus a S. Saturnino, Gallus, Alumnus Cœnobii Claromontani Arverniæ, a Roberto Gebennenſi, Clemente VII nuncupato, Presbyter Cardinalis, Tituli S Martini in Montibus, renunciatus fuit die 18 Decembris 1378. *Ciaconius*, *Oldoinus*, ceterique paſſim Scriptores, quos laudat *Echard Tom.I Scriptorum Ordinis ad annum 1382 pag 683.*

Anno 1383 Die 30 Maii. F. Thomas de Claraſco, aliis de Cheraſco, de Caſſato, de Caſaſto, de Clauſſe, de Claſſe &c. Pedemontanus, Alumnus Conventus Cherienſis, tunc Lombardiæ Provinciæ, ab eodem Roberto Gebennenſi, Clemente VII dicto, Presbyter Cardinalis die 30 Maii 1383 creatus eſt: die 17 Novembris Titulo S. Sabinæ donatus. *Baluzius*, *Frizonius*, aliique paſſim, quos laudat *Echard Tom.I Scriptorum Ordinis Prædicatorum ad annum 1390 pag.702.*

Anno 1383 Die 23 Decembris. F. Johannes de Novocaſtro, ex Illuſtri gente Principum de Novocaſtro, Gallice *Neufchatel* in Helvetiis oriundus, ab eodem Roberto, Clemente VII nuncupato, Cardinalis creatus eſt die 23 Decembris 1383, & Titulo SS. Quatuor Coronatorum donatus die 4 Junii 1384. *Leander Alberti de Viris Illuſtribus Ord. Præd. pag.69*: *Onuphrius Panvinius*: *Luſitanus*: *Fernandez*: *Plodius*: *Fontana*: *Cavalerius*, aliique, quos laudat *Echard Tom.I Scriptorum Ordinis Præd. ad an. 1398 pag.741*, dubius tamen hæret, an Johannes iſte noſtris ſit adſcribendus.

Anno 1440 Die 12 Octobris. F. Johannes de Raguſio, Stoicus dictus, quod ex Stoicorum Gente apud Illyricos clara prodierit, Cardinalis ab Amedeo Sabaudo, Felice V vocato, creatus eſt, non quidem die 6 Aprilis 1446, uti nonnullis excidit, ſed 4 Idus Octobris 1440, & Titulo S. Sixti donatus fuit. *Leander Alberti*: *Luſitanus*: *Plodius*: *Altamura*: *Sigiſmundus Ferrarius*: *S. Antoninus*: *Cavalerius*, aliique paſſim, quos laudat *Echard Tom.I Script. Ord. Præd. ad annum 1444 pag.707 &c.*

Johannes de Villa-Vezzoſa, Segobienſis, a Felice V Pſeudo-Pontifice Cardinalis renunciatus dicitur, & noſtris adſcribitur a Sarnellio, quem *Cavalerius* laudat, & excipit *Tom.I pag.273 Num.75*: quod etiam nonnullis aliis excidit. Verum Johannes iſte noſter non eſt, ſed Archidiaconus de Villaviitioſa, uti notat *Echard Tom.I Script. Ord. ad annum 1444 pag.798 col.2.*

Nicolaus de Cuſa, Vir Celebris, Cardinalis a Nicolao V, Summo Pontifice, creatus anno 1448 die 20 Decembris, noſtris etiam adſcribitur a variis Scriptoribus, quos recenſet *Cavalerius Tom.I pag.266 Num.186*, & *Tom.II pag.218 Num.4*. Verum noſter non eſt, ſed Decanus fuit S. Florini Conſtantiæ, & Archidiaconus Leodienſis. Adeas *Echard Tom.I Script. Ord. Præd. ad annum 1464 pag.909.*

Digitized by Google

INDEX
SUMMORUM PONTIFICUM
Quorum Diplomata tranſcripta fuerunt in hocce Bullario.

CÆLESTINUS III Habet 1
Vide Tom.VII pag.409.

INNOCENTIUS III 3
Vide Tom.I pag.1, & Tom.VII pag.1, ac 409.

HONORIUS III 44
Vide Tom.I a pag.2 ad 17, & Tom.VII a pag.2 ad 7, & pag.409 &c.

GREGORIUS IX 226
Vide Tom.I a pag.18 ad 112: Tom.VII a pag.8 ad 17, & pag.410.

CÆLESTINUS IV
SEDE VACANTE 1
Vide Tom.I pag.117.

INNOCENTIUS IV 387
Vide Tom.1 a pag.117 ad 255: Tom.VII a pag.17 ad 34, & a pag.413 ad 414: Tom.VIII pag.449.

ALEXANDER IV 320
Vide Tom.I a pag.266 ad 411: Tom.VII a pag.35 ad 41, & pag.414 ac 415: Tom.VIII pag.449.

URBANUS IV 59
Vide Tom.1 a pag.416 ad 447: Tom.VII a pag.42 ad 43.

CLEMENS IV 102
Vide Tom.I a pag.449 ad 500: Tom.VII a pag.43 ad 45, & pag.416: Tom.VIII pag.450.

B. GREGORIUS X 48
Vide Tom.I a pag.503 ad 536: Tom.VII pag.45, & 46: Tom.VIII pag.450.

INNOCENTIUS V 5
Vide Tom.I a pag.541 ad 545.

ADRIANUS V 0
JOHANNES XX, dictus XXI 6.
Vide Tom.I a pag.547 ad 551.

NICOLAUS III 19
Vide Tom.I a pag.553 ad 572.

MARTINUS II, dictus IV 8
Vide Tom.II a pag.1 ad 3: Tom.VII pag.47, & pag.417: Tom.VIII pag.453.

HONORIUS IV 20
Vide Tom.II a pag.6 ad 17.

NICOLAUS IV 34
Vide Tom.II a pag.19 ad 34: Tom.VII pag.48, & 49: Tom.VIII pag.453.

S. CÆLESTINUS V 3
Vide Tom.VII pag.49, 50, & 51.

BONIFATIUS VIII 46
Vide Tom.II a pag.39 ad 71: Tom.V pag.364: Tom.VII pag.51, & a 418 ad 421.

B. BENEDICTUS XI 45
Vide Tom.II pag.77 ad 101: Tom.VII pag.52, & 53, pag.421, & 422: Tom.VIII pag.454.

CLEMENS V 20
Vide Tom.II a pag.104 ad 123: Tom.VII pag.54, & 55.

JOHANNES XXI, dictus XXII 110
Vide Tom.II a pag.130 ad 204: Tom.VII a pag.56 ad 60, & pag.423: Tom.VIII pag.456.

BENEDICTUS XII 7
Vide Tom.II a pag.218 ad 220: Tom.VII pag.60. 61, & 423 Tom.VIII pag.457.

CLEMENS VI 25
Vide Tom.II a pag.223 ad 236: Tom.VII pag.62, & 424.

